Digitized by Google

1.2.306 To. 1

Digitized by Google

5.8.103

RADULPHI CUDWORTHI

SYSTEMA INTELLECTUALE HUJUS UNIVERSI.

TOMUS I.

Digitized by Google

Digitized by Google

5.3.306

RADULPHI CUDWORTHI,

THEOL. D. ET IN ACADEMIA CANTABRIGIENSI PROFESSORIS,

SYSTEMA INTELLECTUALE HUJUS UNIVERSI,

SEU

DE VERIS NATURAE RERUM ORIGINIBUS COMMENTARII,

QUIBUS OMNIS EORUM PHILOSOPHIA, QUI DEUM ESSE NEGANT, FUNDITUS EVERTITUR.

ACCEDUNT RELIQUA EJUS OPUSCULA.

JOANNES LAURENTIUS MOSHEMIUS,

THEOL. D. SEREN. DUCIS BRUNSV. A. CONSILIIS RERUM SANCTIORUM, ABBAS COENOBIORUM VALLIS S. MARIAE ET LAPIDIS S. MICHAELIS, RELIQUA,

OMNIA EX ANGLICO LATINE VERTIT, RECENSUIT, VARIISQUE OBSERVATIONIBUS DISSERTATIONIBUS ILLUSTRAVIT ET AUXIT.

Editio secunda ex autographo Moshemiano emendatior & auctior.

TOMUS I.

LUGDUNI BATAVORUM,
APUD SAMUELEM ET JOHANNEM LUCHTMANS,
M D C C L X X I I I.

Digitized by Google

Digitized by Google

LECTORI

S. D.

SAMUEL ET JOHANNES LUCHTMANS.

Non temere aliud de Philoſophia opus prodiit, quod tantam auctoritatem tam mature obtinuerit, & eandem, inter tot ſectarum divortia, tam conſtanter conſervarit, quam, quod iterum exhibemus, *Radulphi Cudworthi Syſtema Intellectuale.* In cujus editione Anglica ſi quid forte requiri potuit, id corrigendo, illuſtrando, amplificando ita explevit Latinus ejus Interpres elegantiſſimus & Commentator acutiſſimus, *Joannes Laurentius Mosheimius*, ut de ingenii & doctrinae palma certamen cum Cudwortho iniiſſe videatur. Divendita intra annos haud ita multos Moshemiana Latina editione, cum illius recudendae jus ad nos perveniſſet, nihil reliqui fecimus, ut opus elegantiore cultu, quam in Germania, mutata quoque forma maxima in commodiorem quarti ordinis, prodiret. Sed aliam quoque commendationem Editio noſtra prae Germanica habet,

Digitized by Google

curas videlicet posteriores Moshemii, ex ipsius autographo, quod in Bibliothecam Altorfinam migravit, ductas, & a nobis, ne cum prioribus confunderentur, uncis inclusas. Quas cum ibi superesse cognovissemus ex Novellis literariis Noribergens. a. 1770. Part. I. p. 7. seqq. per literas rogavimus Clarissimum humanissimumque Virum, *Georgium Andream Willium*, Professorem Altorfinum, ut illas de margine exemplaris Moshemiani describeret, & nobiscum communicaret. Nec ulla in egregio viro mora fuit. Sed cum operae interea ad p. 351. Editionis nostrae perveniissent, observationes anecdotae hanc paginam antecedentes, quas suis inserere locis serum erat, Tomo I. praemittendae fuerunt. Denique, ut in omnibus lectorum commoditati consuleremus, prioris Editionis Latinae paginas in margine nostrae notavimus. Vale, benivole Lector, &, si bene de Te meremur, nobis fave.

SERE-

Digitized by Google

SERENISSIMO, CELSISSIMOQUE
PRINCIPI AC DOMINO,

DOMINO

LUDOVICO RUDOLPHO,

DUCI BRUNSVICENSIUM
ET LUNEBURGENSIUM

REGNANTI,

PATRIAE PATRI,

PRINCIPI PIO,

ERUDITO, FELICI, OPTIMO,

DOMINO SUO LONGE CLEMENTISSIMO,

GLORIAM, FELICITATEM, VITAM, SALUTEM, FAUSTA DENIQUE QUAEVIS ANIMO SUBMISSO PRECATUR

JOANNES LAURENTIUS MOSHEMIUS.

Digitized by Google

Digitized by Google

SERENISSIME CELSISSIMEQUE

DUX!

DOMINE LONGE CLEMENTISSIME.



ovo more, vixque adhuc apud eos uſitato, qui rectoribus hujus orbis lucubrationes ſuas offerunt, compellare TE audeo, quum hoc volumen SERENISSIMO NOMINI TUO conſecratum eſſe jubeo. Solent, qui ingenii ſui monumenta principibus humani generis viris dedicant, tenuitatem plerumque & exilitatem munerum ſuorum ipſimet accuſare. Nil, ajunt, donamus, quod perſonis veſtris, quod ſplendore & magnificentia veſtra, quod animis veſtris excelſis & ſublimibus dignum ſit, GLORIOSISSIMI PRINCIPES: humilia, demiſſa,

Digitized by Google

miſſa, abjecta ſunt omnia noſtra, & de pulvere vix ſeſe extollunt: At vos animum, quod immortale quoque Numen ſolet, ſpectare & ex illo unice munuſculorum noſtrorum pretium metiri decet. Utantur hac, quibus placet, formula, ſi res, ſi locus, ſi patronus eam poſtulare videatur: nolim ego conſuetudini, quam maximorum virorum auctoritas roboravit, derogare. Me vero nunc, CLEMENTISSIME DOMINE, ipſa magnitudo animi TUI, ipſa virtus TUA, quam tot documentis cognitam habeo, incomparabilis, ipſa illa perennis gloria, quam TIBI collegiſti merito TUO, incitat, ut tritam hancce viam deſeram. Valete veteres dedicationum formulae: me novam & inſolitam recitare juvat. Accipe, inquam, DOMINE, volumen TE atque auguſta perſona TUA dignum, munus non jejunum & parvum, ſed magnum, illuſtre, pretioſum, donum non contemtum, ſed quod nec TU ipſe purpura TUA indignum judicaveris.

TUA ſunt, non ignoro, univerſa, quae magna & grandia inter homines vocari ſolent. Sanguine cretus illuſtriſſimo, facta & res geſtas majorum ſi minus ſuperas, aequas certe, ſummoque inter capita terrarum orbis loco poſitus, radios inde ſpargis aciem etiam illorum praeſtringentes, qui acutiſſimis ceteroquin oculis valere ſibi videntur. Accedunt indies, divino favore, nova bonis & fortunis TUIS ornamenta, eaque ſplendidiſſima; utque annis creſcis, ita gloria, dignitate, veneratione, majeſtate amplificaris. Hic publicae majeſtatis ſplendor quum ſeſe mihi objicit, efficit facile, ut confitear, longe infra TE poſita eſſe omnia, quae a mei ordinis hominibus, ut ingenio & eruditione mortalibus praeſtent omnibus, ad ſolium TUUM deferri poſſunt. Sed TU ipſe, GLORIOSE PRINCEPS, externa haecce honoris inſignia, quae ceteros in admirationem & ſtuporem vel invitos rapiunt, tametſi non deſpicias, tamquam praepotentis Dei beneficia, in minimis tamen bonis TUIS ponis, longeque alio nomine MAGNUS videri vis, quam rebus illis, quae ſenſus feriunt & oculos magis, quam rationem & animum,

Digitized by Google

mum, capiunt. Pietatis atque germanae religionis ſincerum ſtudium, animus celſus & humana quaevis contemnens, amor civium, munificentia incredibilis, ſumma erga humillimos etiam humanitas & clementia, verae eruditionis denique atque litterarum, quibus humani generis felicitas ſuſtentatur & communitur, cupiditas inexhauſta: haec illa demum ſunt, quae TU putas eſſe magna & egregia: his dotibus civibus TUIS TE commendare, his fulgere cupis: his virtutibus Europae univerſae, his Germaniae noſtrae, GRANDIS, MAGNUS, INCLYTUS videri unice vis, & jamdudum videris. Quae dum cogito & in memoriam revoco, ipſa me juſtitia & aequitas vult formulam illam repetere, quam dixi, nec ullo modo dubitare, quin eximium, praeclarum, & gratiſſimum munus TIBI afferam.

Hominis librum vides, qui, ut mediocri fuerit inter reliquos auctoritate, virtute tamen, eruditione, ingenuitate, pietate a poſteris obtinuit, ut memoriam ejus colant, nec venerari deſinant. Talis TIBI vir puſillus & humilis videri nullo modo poterit, qui tanta es animi praeſtantia, ut non titulis, non opibus, non honoribus, non potentia, ſed virtute una & recte factis dignitatem & pretium hominum aeſtimes. Librum TIBI trado, in quo admirabili acumine ac ſollertia nefariae illorum argutiae ac ſubtilitates disjiciuntur ac profligantur, qui gigantum more cum Deo pugnant & pietati omni ac religioni aeternam inimicitiam denuntiant. Hunccine librum TU, DOMINE, aſpernari poteris, qui & ipſe Deum ſancte colis, & TUOS non modo, ſed omnes omnino homines, pietati ac religioni deditiſſimos eſſe, ex animo voves? qui cultu ſupremi Numinis ſalutem humani generis contineri, hocque neglecto, fore, ut funditus ſubvertatur felicitas omnis, profiteri non vereris? qui nullos magis execraris ac deteſtaris, quam id genus, quod in ſuam perniciem ingenioſum eſt, Deoque obluctando ſibimet ipſi perennes miſerias, reliquis mortalibus dolores, aegritudines, miſerias, moleſtias comparat? Gaudebis potius, ſcio, ex TUIS aliquem hominem

Digitized by Google

nem nulla re alia, quam beneficentia & clementia TUA, nobilem, in ejusmodi volumine vertendo, poliendo, ornando tempus, quod officia vacuum reliquerunt, consumsisse. Opus ad TE defero, quod fatentur universi eruditione exquisita & admirabili interiorum litterarum copia refertum esse: cujus lectionem plurimi adhuc desiderarunt, pauci consequuti sunt. TEne, PRINCIPUM ERUDITISSIME, putem, tam insigne opus parvi habiturum esse, qui litterarum & eruditionis amore totus ferves, qui homines illis imbutos unus foves, ornas, complecteris, qui graviores pro republica curas & sollicitudines lectione varii generis librorum, eruditorum hominum colloquiis, meditatione denique, temperas & condis? Laus haec tota TUA est, DOMINE, quod otium, si quod modo TIBI relinquunt ardua negotia, litterarum fallis dulcedine: quae si TUO exemplo ad omnes propagaretur, quos Germania colit, PRINCIPES, quanta saeculi nostri foret felicitas! De meis, quae volumini huic accesserunt, cogitatis etsi, quod fas est, modice sentio, nec tamen dubito, quin accepta, immo non contemnenda TIBI sint futura. Id egi, ne beneficiis TUIS indignus viderer: pietati, religioni, supremi Numinis gloriae consulere pro viribus volui: de litteris bene mereri conatus sum: Academiae TUAE nomen & decus pro facultate mea, tenui licet ac infirma, illustrare studui. Horum consiliorum nullum a TE scio sperni ac rejici, quamvis saepenumero eventu destituantur exoptato. Quod si ausis meis excidi, magnis tamen ausis excidi: TIBI vero magna constanter & fortiter moliri, quae animi TUI vis est, idem est, quod perficere ac exsequi.

Fidem feci formulae, qua TE compellare ausus sum, CLEMENTISSIME DUX: restat, ut de caussis aliquid dicam, quibus me adductum sensi, ut ad TE hunc librum instituerem. Poscunt hoc a me leges epistolarum hujus generis. Sed qui unam harum legum neglexi, reliquas etiam secure, nec imprudenter, ut arbitror, repudio. TU mihi commemorandus esses, DOMINE, si

Digitized by Google

ſi his in rationibus exponendis facundus eſſe vellem, TUA magnitudo, TUAE virtutes, TUA gloria praedicanda. At de hiſce rebus quid dicerem, praeter id, quod in ore jam dudum univerſae Europae verſatur? TUA erga me inſignis clementia extollenda & verbis explicanda eſſet. Sed ne haec quidem eos fugit, quibus vel leviter notus ſum. TU, DOMINE, per hoſce novem annos talem TE mihi praebuiſti, qualis TOTI PATRIAE es, id eſt, PATREM: TU praemiis, TANTO PRINCIPE dignis, me TIBI totum adſeruiſti: TU Muſas meas humi repere & cum rerum, quibus litterarum ſtudia carere nequeunt, inopia conflictari noluiſti: TU toties publice, quamvis aride & tenuiter, diſſerentem praeſentia, benevolentia, attentione TUA animaſti: TU rebus magnis gerendis natura imparem, ut ipſum ingenii mei modum labore ſuperare conarer, auctoritate TUA excitaſti: TU denique volumtatem cum virium imbecillitate luctantem, ne animum abjicerem, clementia TUA ſuſtentaſti. Et, quod maximum eſt, haec omnia non rogatus, non precibus victus, non monitus, ſed ſponte TUA, ſola animi celſitudine ductus, feciſti. Ingens diſſerendi & laudandi materia: ſed quid ea referre juvat, quae publice conſtant, ego vero vix ſine verecundia recitare poſſum? Patere igitur, DOMINE, ut tota haec epiſtola a communi dedicandi norma abeat & novam omni ex parte formam referat.

DEUS TE, MAGNE PRINCEPS, ingentibus ornatum animi & fortunae dotibus, ſublimi valde loco inter generis humani tutores & orbis terrarum fulcra collocavit: Faxit idem, ut haec diuturna ſit felicitas TUA: Paſcat ille mentem TUAM exquiſito benignitatis ſuae ſenſu, bonorumque coeleſtium & perennium ſuavitate repleat: tantum ille corpori TUO roboris addat indies, quantum tempus & laborioſa reipublicae procuratio de eo deterit: TUUM denique CELSISSIMAEQUE DOMUS ſplendorem & gloriam laetiſſima quotidie capere incrementa jubeat: Tranſeas, DOMINE, divino beneficio, metam illam, qua mortalium annos & tempora ſupre-

Digitized by Google

ſupremus rerum noſtrarum arbiter deſcripſit: numquam jacentes, numquam laborantes, numquam afflictos cives TUOS videas: adſpicias SERENISSIMOS non modo NEPOTES feliciſſimis & celſiſſimis junctos conjugiis, ſed etiam in PRONEPOTUM virtutibus & praeſtantia imaginem futurae generis humani felicitatis diu intuearis. Vale, DUX CLEMENTISSIME, hominemque tueri perge, quem beneficiis, munificentia, clementia TUA adhuc extuliſti. Dabam in Academia TUA Julia ipſis Kal. Martii A. MDCCXXXIII.

ILLU-

Digitized by Google

ILLUSTRISSIMO VIRO,

HENEAGIO,

DOMINO DE FINCA,

BARONI DAVENTRIAE,

MAGNO ANGLIAE CANCELLARIO,
REGISQUE A CONSILIIS SANCTIORIBUS,
S. P.

ILLUSTRISSIME VIR!

Tot atque tanta, quae liberaliter olim in me contuliſti, beneficia dudum id a me flagitarunt, ut, ſi quam nactus eſſem opportunitatem, publicum eis monumentum, grati animi teſtandi cauſſa, ſtatuerem. Itaque librum hunc quum emittere decreviſſem, illuſtriſſimo Nomini TUO *eum dedicare atque conſecrare, nil dubitavi. Tanta eſt in* TE *ingenii vis,* DOMINE, *& perſpicacitas, tanta judicii firmitas, tanta denique doctrinae atque eruditionis aliunde petitae copia, ut meliorem labori meo & intelligentiorem patronum fruſtra quaeſiviſſem. Quam vero in* TE *cognovi eſſe, inſignis erga Deum pietas & incredibile religionis ſtudium, nullo modo me dubitare ſinunt, fore, ut eatenus libenter patrocinium ſuſcipias*

Digitized by Google

cipias voluminis, quod unice ad Dei religionisque defensionem comparatum est, quoad per admissa forte in eo vitia deformitatesque licuerit. Minime omnium a me impetro, ut hac nostra aetate, qua plena sunt omnia hominum, qui scelera quaevis sine metu committunt, ac vel nihil esse certi vociferantur, vel omnia plane sacra contemnunt & rejiciunt, conatum hujus generis aut inutilem aut a temporum rationibus disjunctum TIBI *visum iri, credam.*

Hic mihi sese ingens laudum ac virtutum TUARUM *campus aperit, in quo libere vagari & excurrere posset oratio, partim ut dignum meritis* TUIS *praemium publice persolveretur, partim ut alii ad* TUI *aemulationem accenderentur. Sed, ut taceam, non minorem hoc institutum eloquentiam flagitare, quam* TUA *est, non sum nescius, tantam esse animi* TUI *excellentiam & magnitudinem, ut longe ducas suavius, quae recta sunt & laudabilia gerere, quam eorum, quae praeclare a* TE *gesta sunt, repetitam commemorationem intelligere. Quare, missis omnibus, quibus minime delectaris, elogiis, preces tantum & vota praepotenti Deo pro incolumitate & salute* TUA *nuncupabo, quo Regi diu in* TE *cive fidelissimo & consiliorum administro sapientissimo gaudere, ecclesiae Britannicae eximium patronum venerari, supremo, quod occupas, tribunali iudice incorrupto & integerrimo florere, populo denique Britannico omnis pietatis & virtutis illustri exemplo uti liceat. Ita numquam ex animo deprecari desinet,*

VIR ILLUSTRISSIME,

Cliens TUUS nulli pietate secundus,
RADULPHUS CUDWORTHUS.

LEC.

Digitized by Google

LECTORIBUS

ERUDITIS ET BENEVOLIS

S. P. D.

JO. LAUR. MOSHEMIUS.

Si quod umquam opus a renatis litteris fauſtis & fortunatis auſpiciis in lucem prodiit, illud certe eſt, quod *Radulphus Cudworthus*, Angliae eruditae & litteratae ſuperiori ſaeculo lumen ſplendidiſſimum, ad eorum perfidiam, qui una cum religione Deum eſſe ſublatum volunt, debellandam & enervandam exaravit ac *ſyſtema intellectuale hujus univerſi*, vocabulis ex ſchola Platonica ſumtis, inſcripſit. Inter Anglos, quorum lingua uſus erat in ſcribendo vir ſummus, quotquot eruditionem, ingenium, & pietatem inde ab edito hoc volumine amarunt, ingens illi poſuerunt pretium; nec hodie quicumque in hac gente loco quodam inter viros eruditos & religionis amantes collocati ſunt, fateri deſinunt, perpaucos civium ſuorum libros exſtare, qui cum hoc, ſive copiam eruditionis, ſive ſoliditatem, ſive denique acumen & ſubtilitatem ſpectes, contendi queant. Itaque vix aliud opus diligentius evolvi & legi ab illis accepimus, qui aut ſacro muneri ſeſe dedicarunt, aut irruenti in hac gente, & majora proh dolor! incrementa indies capienti impietati erga Deum occurrere nituntur, quam hoc ipſum. Nec minori omnium doctorum & bonorum approbatione apud alias gentes exceptum fuit idem, ſimulatque ratio & argumentum ejus cura eorum, qui ſermonis Anglici periti erant, publice quodammodo innotuit. Inter Germanos princeps ejus, quod quidem ſciam, inſigni cum laude meminit Theologus longe celeberrimus & magnis in omne litterarum genus meritis immortalis, *Abrahamus Hinckelmannus*,

Digitized by Google

qui *Jac. Boëhmii* amicos & sectatores illud in primis adire jubet aliquoties, ut discant inde, quam perniciosa & capitalia essent magistri sui dogmata. (*a*) Sed tum paucis adhuc notum erat: neque facile, cum ob summam raritatem ejus in ipsa Anglia, tum ob cultorum sermonis Britannici in Germania id aetatis inopiam, comparari & consuli poterat. Quocirca parum inter nostros haec illi commendatio profuit. Plures ipsi amatores & majorem celebritatem pepererunt judicia magnorum quorumdam hominum, qui post *Hinckelmannum* praestantiam ejus praedicarunt, quos inter *Joh. Alb. Fabricius* eminet, cui *opus immortale* vocare illud placuit: (*b*) sed nec his causae tolli potuerunt, quibus ab usu ejus plerique arcebantur. Postquam vero *Johannes Clericus*, cujus eruditionem & in litteras merita nulli nesciunt, nisi qui litterarum plane rudes & ignari sunt, luculentissima & ampliſſima ex eo excerpta Gallico sermone cum litteratis communicaverat, (*c*) non modo frequentius per ora omnium eruditorum ferri & insigniter laudari coepit, (*) verum etiam desiderium totum illud legendi & perlustrandi mirifice ubique terrarum crevit. Quaerebant ab eo tempore Galli, quaerebant Germani hominem laboriosum, rerumque non minus, quae hoc opere traduntur, guarum, quam ingenio & linguae Anglicae cognitione valentem, qui aut Gallice illud, aut Latine verteret & hac ratione, quod privatum diu satis quodammodo fuerat bonum, publicum faceret. Sed vana diu & irrita fuerunt haec vota. Is ipse scilicet vir celeberrimus, *Jo. Clericus*, qui hanc cupiditatem accenderat, optaveratque, ut vir aliquis eruditus Latino sermone opus eximium exprimeret: (*d*) is ipse, qui paucis

(*a*) In *detectione fundamenti Boëhmiani oder Untersuchung und Widerlegung der Grund-Lehre die in Jacob Boehmens Schrifften vorhanden* p. 13. & alias. *Hamburgi* 1693. *in* 4.

(*b*) In *Notis ad* MARINI *vitam Procli*, quam *Hamb.* 1700. 4. edidit p. 97.

(*c*) In notissimis Ephemeridibus, quas *Bibliothecam selectam* seu *Bibliotheque Choisie* vocavit & A. 1703. *Amstelodami* edere coepit, cujus *novem* prioribus *voluminibus* elegantem & copiosam operis hujus summam particulatim exhibuit.

(*) [Laudat haec excerpta & ipsum simul opus *Vitringa Obs. Sacr. Lib.* V. *Cap.* 11. *p.* 114.]

(*d*) Bibliotheque Choisie *Tom.* I. *p.* 65. *Il seroit a souhaiter que quelque habile homme entrepris de le traduire en Latin.*

(*e*) Bibliotheque Choisie *Tom.* I. *p.* 63. *Il n'y a guere de Livres, en quelque langue qu'ils soient ecrits, qui contiennent un si grand nombre de recherches curieuses & importantes, que le livre de Mr. Cudworth.* Bibl. Choisie *Tom.* IX. *p.* 102. *Je ne doute pas, que tout ce qu'il y a de gens raisonnables, quand ils ne gouteroient pas tous jes raisonnemens —— ne tombent d'accord, avec moi, qu'il ne s'est guere fait des livres pour prouver l'existence de Dieu & pour refuter les Athées, qui soient comparables a celuici, pour la netteté & pour la force des raisonnemens & pour le nombre des preuves qu'il apporte: auſſi bien que pour la profonde lecture de l'antiquité & pour le choix de ce qu'elle a de plus beau & de meilleur.*

(*f*) Biblioth. Choisie *Tom.* I. *p.* 64. *Feu Mr. Cudworth —— joignit à une tres-grande lecture d: l'Antiquité sacrée & profane, accompagnée de beaucoup de connoissance des Langues anciennes, un discernement peu commun & une penetration extraordinaire, qu'il s'étoit acquise par l'etude de la Theologie, & de la philosophie, & qui faisoit qu'il sçavoit faire un excellent usage de ses grandes lectures: comme on le peut voir par la lecture de son livre.*

(*g*) Biblioth. Choisie *Tom.* I. *p.* 65. *Mais pour cela il faudroit entendre bien l'Anglois, le Latin & la matiere, & de plus etre accoutumé à ecrire en Latin avec quelque netteté & quelque politesse.*

Avertissement au second Tome de la Bibliotheque Choisie p. V. *On peut dire en particulier de Livre de Mr. Cudworth, que c'est un livre, que ceux qui ne savent que l'Anglois & le Latin & qui n'ont qu'une legere teinture de philosophie, ne sont pas en etat d'entendre: à cause des passages d'Auteurs & des mots Grecs, qui y sont par tout & des allusions a l'ancienne Histoire philosophique, que l'on y trouve a tous momens.*

(*h*) Aliquot in locis hoc aperte fatetur. *Biblioth. Choisie Tom.* III. *p.* 106. *Si quelqu'un vouloit faire paroitre ceci dans une autre langue, il en faudroit faire diverses ouvrages a part. —— Mais c'est ce qui apparemment ne s'executera jamais. Au moins j'y voi tant de difficulté, que je ne croi pas qu'il*

Digitized by Google

paucis illuſtrem hunc librum conferri poſſe, (*e*) auctoremque ejus aeque magna fuiſſe ingenii ſubtilitate, atque doctrina, utraque vero incomparabili, ſcripſerat: (*f*) is ipſe denique, qui omnes ad lectionem atque meditationem tam praeclari voluminis exhortatus erat, abſterruerat homines virium ſuarum haud immemores, tametſi doctos & laboris patientes, ne laborem hunc ſuſcipere auderent. Etenim non modo ſignificaverat, poſcere hoc negotium virum in utraque lingua, Latina & Anglica, verſatiſſimum, facultate ſcite, polite, ac eleganter cogitata ſua enuntiandi inſtructum, denique rerum, quae hoc opere explicantur, id eſt, hiſtoriae Chriſtianae ac philoſophicae, Antiquitatis Graecae ac Romanae univerſae, Metaphyſices, Logices, rei moralis, totiusque tam philoſophiae, quam Theologiae, aliarumque diſciplinarum in primis peritum: (*g*) verum etiam haud obſcure profeſſus erat, deſperare ſe, fore aliquem, qui vel poſſet rite ac digne hoc munere defungi, vel etiam tanto ſemetipſum oneri ſubjicere vellet ob incredibilem difficultatem orationis *Cudworthianae*, novis & Romana lingua inuſitatis plane nominibus, Graecisque & ad Graeci Latinique ſermonis formam effictis vocabulis refertae, implicatae praeterea, nodoſae, ac vehementer durae, aliasque cauſſas & rationes. (*h*) Quis tanti nominis & intelligentiae judicem ſperneret, laborique manus admoveret, quem tractari a nemine, quamvis erudito & perſpicaci, pro dignitate poſſe is monuerat, a quo potiſſimum deſiderium ejus inflammatum erat? Itaque ſpem plerique abjecerunt hoc opus Latine verſum videndi, ſitimque illis, quae excerpſerat inde *Clericus*, (*i*) reſtinguere conati ſunt:

qu'il ſe trouve perſonne, qui s'en acquite d'une maniere qui ſoit digne de l'excellence des materiaux, que ce Volume renferme. Cauſſas indicat *dans la Preface du* II. *Tome de la Bibliotheque Choiſie* p. V. VI. *Il ne ſeroit pas même poſſible de le traduire paſſablement, ſans prendre une tres-grande liberté; ou plutot il faudroit que celui, qui voudroit faire part des penſées de ce ſavant homme à ceux qui n'entendent pas l'Anglois, les prit en elles-mêmes: ſans avoir égard à la maniere, dont elles ſont exprimées, comme s'il les mettoit le premier au jour: ceux qui connoiſſent le genie de la langue Angloiſe, & la liberté extraordinaire que ſe donnent les Auteurs Anglois à ſe ſervir de nouvelles expreſſions & de figures hardies & même violentes, en conviendront facilement. J'ai de la peine à croire qu'il ſe trouve jamais perſonne, qui puiſſe, ou qui veuille faire une ſemblable entrepriſe.*

(*i*) Ut haec *Clerici* excerpta ex *Cudworthi* opere & venuſta ſint, & auctoris mentem plerumque fideliter & accurate referant, haud tamen carent erroribus, quos nemo facile in labore tam ſpinoſo atque difficili prorſus caverit. Exemplis quibusdam hoc confirmabo, non ut doctiſſimo viro, quae fortaſſis adniſit, invidioſe exprobrem, ſed ut mihimet ipſi, meisque, ſi qui nec opinato exciderunt, erroribus excuſationem aliquam pariam. Tantus enim vir, tamque acutus & perſpicax, ſi labi nonnumquam potuit, quis hominem longe inferiorem admiretur non ſemper vigilaſſe? *Clericus Bi-*

blioth. Choiſie Tom. I. *p.* 69. [Hic erravi. *Bibl. raiſonnée Tom.* XIII. *p.* 35.] ex mente *Cudworthi* ait, philoſophiam illam, quae *corpuſcularis* vulgo dicitur, *ſpecies intentionales repudiare, neque naturam viſus ope ſimulacrorum de ſummis corporibus ad oculos manantium explicare. Cette phyſique ne reconnoit aucuns eſpeces intentionelles, ni aucuns ecoulemens, par le moyen dequoi l'on appercoive les objets.* At contrarium dicit *Cudworthus:* quippe qui *p.* 8. 9. *verſ. Lat.* diſerte tradit, quosdam ex philoſophis corpuſcularibus, quo rationem & naturam viſus expiicent, perhibere, corporeas quasdam particulas de rerum omnium ſuperficie ad noſtros oculos perpetuo manare. Et caret omni dubio, hanc *Epicuri*, *Lucretii*, & ipſius etiam probabiliter *Democriti* ſententiam fuiſſe. *t* 2.) *Biblioth. Choiſie Tom* II. *p.* 24. quum de illis agitur, qui vitam attribuunt materiae ac *Hylozoitae* appellantur a *Cudworthio*, *Clericus* ita *Cudworthi* ſententiam de vita, quam ſecta illa materiae adſignat, exprimit: *Quoique cela ſemble une eſpece de divinité, n'y ayant dans la matiere, conſiderée en elle-même, aucune connoiſſance reflechie, ce n'eſt autre choſe qu'une vie, comme celle des plantes & des animaux.* Haec verba primum non ſatis inter ſe cohaerent, deinde a *Cudworthi* opinione prorſus abſunt. Etenim is aperte negat, vitam, quam *Hylozoitae* materiae tribuunt, talem eſſe vitam, qualis eſt in animalibus, quae cum perceptione conjuncta eſt, ed naturalem tantum aliquam & ne-

ſunt: nonnulli vel eo nomine linguam Anglicam ſibi putarunt addiſcendam eſſe, ut illud, quod in perpaucorum tamen manibus erat, (*k*) legere ac conſulere valerent. Interea per univerſum orbem litteratum fama nominis *Cudworthi* vagabatur, nec quisquam facile doctiorum quaeſtionem aliquam ex interioribus & reconditis litteris; aut ex ſublimiori philoſophia depromtam dirimere ſuſtinebat, quin ad partes eum vocaret & quid tantae ſollertiae atque ingenii viro de ea vilum eſſet, exploraret ac commemoraret. Volumen mihi conſcribendum eſſet, ſi quae omnia ad laudandum cum hoc opus, tum auctorem ejus, a principibus reipublicae, qua patet, litteratae viris per hos triginta annos ſcripta ſunt, referre vellem: nec tamen afferrem aliquid, praeter id, quod nulli neſciunt, niſi qui litteras numquam attigerunt. Quis hodie inter nos, immo inter Belgas, Gallos, Danos, Suecos, Italos ita eſt ab eruditione relictus, ut *Cudworthum* ignoret, aut immortalibus ingenii monumentis omnem ſibi poſteritatem devinxiſſe neget?

Hac tamen communi & publica laude unus item & alter virorum eruditorum adduci ſeſe paſſus eſt, ut, quem haud ſuperabilem judicaverat *Clericus*, laborem tentaret atque verſionem tam illuſtris libri aggrederetur. Inter Gallos *Franciscus Bourdelinus*, Academiae Regiae Inſcriptionum & elegantiorum litterarum Socius, qui An. MDCCXVII. die XXIV. Maji ſupremum diem obiit, Gallica civitate voluit hoc opus donare, tametſi non ignoraret, *Clericum* cenſuiſſe, vix ac ne vix quidem fore, ut idoneum illud & peritum interpretem nanciſceretur. Etenim nec tempori, nec labori parcere conſtituerat, quo hoc falleret augurium. (*l*) Sed mors virum eruditum in medio laboris curſu oppreſſit: nec putem multum hujus laboris ab eo, quum moreretur, profligatum fuiſſe. (*) In Germania *Thomas Fritſchius*, negotiatorum librariorum aetatis ſuae facile princeps, diu inveſtigavit eruditum virum, cui tuto Latinam verſionem *Cudworthi* committere poſſet. Sperabat, *Godefredum Olearium*, ſummum virum, cujus opera in *Thom. Stanleji Hiſtoria philoſophica* ex Anglico ſermone Latine vertenda perutiliter uſus fuerat, hoc quoque negotium ſuſcepturum eſſe: nec is videbatur votis ejus repugnare. Verum animum mutabat vir eximius, quum ad munus Theologiam publice docendi ſeſe vocatum & aliis conſtrictum occupationibus graviſſimis videret. Et ipſi poſtea *Fritſchio*,

ceſſariam commotionem, & umbram, ſomniumque potius vitae, quam vitam. Vid. *Cap.* 3. §. 2. *p.* 99. *verſ. Latinae.* (3.) *Biblioth. Choiſie Tom.* I. *p.* 71. *Clericus* ait, *Platonem* in *Theaeteto ex praeſcripto Pythagorae de motu & coloribus loqui.* Errore calami lapſus eſt vir egregius. *Protagorae*, non *Pythagorae*, ſcita exponit ibi *Plato.* 4.) *Biblioth. Choiſie Tom.* I. *p.* 79. *Clericus* affirmare *Cudworthum* ait, *homoiomeriam* illam, quam *Anaxagoras* ab omnibus antiquis ſcriptoribus docuiſſe dicitur, male ipſi adſcribi: non docuiſſe hunc philoſophum a reliquis antiquis philoſophiae *corpuſcularis* ſtatoribus, at perperam ſententiam eius intellectam eſſe: *Mr. Cudworth croit qu'on ne lui a attribué cette penſée, que faute d'entendre bien ſon ſentiment, qui etoit le même que celui des plus anciens Atomiſtes.* Nusquam hoc ſcripſit *Cudworthus.* E contrario putat is *Cap.* 1. §. 15. *p.* 25. *Anaxagoram* vere ſe ſenſiſſe, ut ſenſiſſe dicitur, at ſcita philoſophorum illorum, qui atomos ad omnia adhibent, perperam intellexiſſe atque nimis idcirco a philoſophia eorum deflexiſſe. (5.) *Biblioth. Choiſie Tom.* III. *p.* 73. *Ariſtotelem* ait de daemonibus loqui, tamquam de intelligentiis ſideribus praepoſitis. *Ariſtote lorſqu'il parle des demons, il en parle comme d'intelligences attachées aux etoiles.* Errat omnino vir doctiſſimus: nec *Cudworthus* id usquam ſcriptum reliquit. [Sequitur hunc errorem *Clerici Barbeirac Praef. ad Puffendorf. p.* LXXX.] A *Cudworthio Cap.* 4. §. 24. *p.* 491. hoc traditum invenias: Perinde eſſe, utrum autumemus, *Ariſtotelem* conceſſiſſe, daemones eſſe, an vero eos ſuſtuliſſe, quum certum ſit, aliud cum Deorum genus, idque excelsius, introduxiſſe, intelligentias nimirum orbibus coeleſtibus praepoſitas. Picta ut notem, neceſſe non eſt.

(*k*) Quanta in Germania libri huius ſit raritas, vel inde licet cognoſcere, quod *Godofredus Olearius*,

Digitized by Google

ſchio, quod fide digniſſimis teſtibus accepi, doctiſſimi quidam viri auctores fuerunt, ne perſeveraret in propoſito, eo quod neminem facile rei tam arduae parem inter eruditos Germaniae reperturus eſſet. Sponte tamen ſua deinceps *Henricus Ittershagenius*, vir Anglici ſermonis ſatis peritus, ſcholae Tennſtadienſis Collega quartus, hoc onus Latine *Cudworthi* ſyſtema vertendi in ſe devolvit: (*m*) qui fortaſſis quae deſtinaverat perfeciſſet, niſi rebus humanis mature exemtus fuiſſet. Sub idem fere tempus Jenae honeſtiſſima foemina, cujus ſumtu mea nunc verſio prodit, conſilium ceperat *Cudworthum* Latine verſum, cujus praeſtantiam & utilitatem magni quidam viri ipſi commendaverant, edendi, atque interpretem delegerat eruditum quemdam virum, nec Anglici tantum ſermonis, verum etiam rerum philoſophicarum in primis peritum. Is quum maximam paene laboris partem abſolviſſet, neſcio qua de cauſſa divertit ad alia, atque Jurisprudentiae ſummos honores, relictis ſtudiis minus quaeſtuoſis, ſibi conferri curavit. Vidi ego ſpecimen quoddam verſionis ejus, quod minus licet politum ac limatum, fideliter tamen ſententiam *Cudworthi* referebat & accurate verba Anglica exprimebat. Igitur denuo ſpes fere omnis ſublata erat, fore, ut cupiditati eruditorum virorum ſatisfieret. Nec tamen animum abjecit illa, cujus nutu vir ille doctus, quem dixi, laboraverat: quumque accepiſſet ab aliis, mediocrem in me eſſe Latini & Anglici ſermonis peritiam, ſummopere me rogavit, ut quem ille deſeruerat laborem imponi mihi paterer, opusque deſideratiſſimum Latine converterem. Reſtiti ego aliquamdiu precibus ejus: at poſtremo ſummorum quorumdam virorum, quibus familiariter tum utebar, auctoritas tantum apud me valuit, ut cederem, meque *Cudworthum* ſi minus eleganter ac belle, accurate tamen ac perſpicue Latine verſum eſſe daturum, promitterem.

Non eram neſcius, quum id facerem, onus me Aetna gravius, ut ajunt, ſuſcipere, nec tam mei ipſius, rerumque mearum ignarus, ut exiſtimarem, me ſuſtinendo illi parem fore. Verum, ne quid de praeſtantiſſimorum virorum exhortationibus dicam, quae animum parum ſibi fidentem mirifice confirmabant, ſperabam, fore, ut aequi & boni judices peccatis meis ob difficultatem operis facilius ignoſcerent: judicabam deinde, ſatius fore, qualemcumque tam praeclari libri ver-

rius, praeſtantiſſimus Lipſienſium Theologus, quum Diſſertationem conſcriberet *de principio rerum naturalium ex mente Heraclitii*, Lipſiae, quae urbs copia rariſſimorum librorum reliquas omnes in Germania vincit, compos ejus fieri haud potuerit. *Quid multis?* inquit §. 8. p. 848. in *Thom. Stanleji hiſtoria philoſophica*, *cum dudum doctiſſimus pariter Philoſophus atque Theologus R. Cudworthus oſtenderit, omnes fere philoſophos antiquos in hoc principio invicem inter ſe conſenſiſſe. Quod tamen de Heraclito ſpeciatim eum demonſtraſſe non memini. Fruſtra enim in urbe noſtra cedro dignum ejus opus, quod mundi intellectualis ſyſtema inſcripſit, a me fuit quaeſitum, quod obiter ſaltim ante annos aliquot mihi licuit inſpicere.*

(*l*) Eloge de Mr. Bourdelin dans l'hiſtoire de l'Academie des Inſcriptions & belles Lettres, *Tom.* II. *p.* 562. ed. Amſtelod. *Le ſecond ouvrage que Mr. Bourdelin avoit entrepris, étoit la traduction du ſyſteme intellectuel de l'univers, publié il y a environ trente ans par Mr. Cudworth Profeſſeur de l'Univerſité de Cambridge, gros volume in folio, d'une Metaphyſique ſi ſublime & d'un ſtile ſi concis, que l'Auteur de la Bibliotheque Choiſie, qui en a donné a diverſes reprifes de longs extraits, ſemble l'avoir fait pour ſuppléer a la traduction même, dont il parle comme d'une choſe impoſſible. Ce jugement que Mr. Bourdelin n'ignoroit pas, n'auroit vraiſemblablement ſervi qu'a rendre ſa traduction plus exacte: car il etoit bien reſolu de n'y epargner ni le tems ni la peine, & il n'avoit qu'environ quarante neuf ans quand il eſt mort.*

(*) [Alius verſionis Gallicae meminit *Faydit Apologie pour les S. Peres p.* 90.]

(*m*) Ipſe hoc ſignificat in *praefatione*, quam praemiſit *Georgii Stanhopii ſermonibus jacris* Germanice ex Anglico a ſe verſis & editis *Lipſiae* 1722. 8.

(*n*) [Ipſe

verſionem, maculis licet multis deformatam, exſtare, quam nullam: denique patientia laboris, diligentia, induſtria, ingenii mei imbecillitatem & tarditatem, viriumque paupertatem ſuperatum iri quodammodo, quum aſſiduus labor omnia vincere ſoleat, arbitrabar. Nimirum vacuus eram tum temporis, quum ad hanc rem aggrederer, curis a litterarum ſtudiis alienis, nil niſi ſtudioſae juventutis inſtitutionem curare juſſus eram, nullis itineribus, aut impedimentis morae longioris conturbabar: mihi domi vivebam, meisque Muſis, a ſtrepitu rerum humanarum remotus, quodque mihi otii relinquebat munus Academicum, id omne fere in exornando animo & rerum ſacrarum eruditarumque inveſtigatione ac contemplatione conſumere poteram. Quocirca tempus me numquam deſideraturum eſſe augurabar, ad laborem tam difficilem ſenſim limandum, perficiendum, & ornandum neceſſarium. Alia deinde tempora inciderunt, quae novum plane vitae genus imperarunt, nec modo a negotiis eruditis me non horas, vel dies, ſed menſes interdum quieſcere voluerunt, verum etiam cogitationibus animum replere juſſerunt cupiditati in litteris proficiendi & ſcientiam indies amplificandi vehementer contrariis. Quae quidem tempora ſi potuiſſem mente proſpicere, numquam labori tam longo, tam difficili, tam moleſto alligari me paſſus fuiſſem. Sed, quod dixi, multo eram tum temporis liberior, ſolutusque omnibus illis rebus, quae vitam litteratam diſtrahunt & enecant: quamobrem alacriter accedebam ad munus, quod receperam, quaeque modo poteram auxilia undiquaque conquirebam, ut vel aliqua ratione illi ſatisfacere valerem.

Ipſo cum cura perfecto libro, quem Latino ſermone, eoque perſpicuo & plano, reddere promiſeram, hoc primo meum fore intelligebam, ut ſtylum *Cudworthi*, prorſus a Romani ſermonis norma abhorrentem, immo difficilem, impeditum, longiorem & vocabulis novis & apud aliarum gentium philoſophos haud uſitatis abundantem, refingerem, hominemque Anglum, qui praeterea iis temporibus ſcripſerat, quibus lingua Anglorum multo plus ſordium & difficultatum habebat, quam habet hodie, ita loqui facerem, ut Romanorum olim philoſophi loquuti ſunt. Verbum enim verbo ſi exprimerem, filumque orationis *Cudworthi* ſequerer, facile praevidebam, fore, ut eruditi extra Britanniam viventes aegerrime ſententiam doctiſſimi viri caperent, ac plerique librum propter obſcuritatem & ſtyli aſperitatem contemnerent. Hoc igitur ut officio pro viribus defungerer, Latinorum veterum quotquot exſtant philoſophos, *Ciceronem* in primis, *Lucretium*, *Senecam*, *Quintilianum* in manus ſumebam, aſſiduaque lectione addiſcere conabar, quanam illi ratione, quibusque verbis rerum a ſenſibus & oculis remotarum notiones expreſſiſſent ac de ſententiis vulgi captum excedentibus diſſeruiſſent. Et hujus ego ſtudii hunc fructum inter alios cepi, ut intelligerem, falli eos, qui ſibi perſuadent, barbare atque ex praeſcripto doctorum illorum, quos *Scholaſticos* nominant, ſcribendum eſſe illi, qui ſublimioris philoſophiae praecepta & ſcita ſermone Latino complecti vult. Parum quidem intereſt veritatis, quibus formulis & dicendi modis jura ejus exponantur, modo perſpicue ac plane tradantur: nec ego tam amens & expers rationis ſum, ut judicem, neminem apte, ſcienter, ac digne de rebus ſacris & philoſophicis diſputare poſſe, niſi orationem ad normam *Ciceronis* componat & ipſa peſte cautius vocabula fugiat Latinis auribus inſueta. Hoc tamen libere confirmo, non tantam eſſe nominum inopiam apud Lati-

Digitized by Google

Latinos, quibus res ſenſus fugientes deſignare licet, quantam ſibi fingunt multi, eosque, qui modicam in legendis antiquis ſcriptoribus diligentiam poſuerunt, ſatis inventuros eſſe verborum, quibus animi ſui cogitata, ut ſubtiliſſima ſint, commode ac nervoſe explicent. At nos plerumque ex tenui illa Latini ſermonis ſcientia, quam juvenes in ſcholis conſequimur, opes ejus metimur, quod non ſine vitio fit, raroque ad ipſos fontes, niſi ſumma forte neceſſitas poſtulet, accedimus. Ceterum nulli ego ſcribendi leges rogare velim, neque a viris ſapientibus & eruditis poſtulo, ut meum ſequantur exemplum: obtemperet unusquisque ingenio ſuo, & id unum curet, ut ſine moleſtia ac caligine lectores erudiat: Mihi vero viciſſim nemo bonus vitio dederit, quod quum magni hominis ſcita & cogitationes Latine mihi enuntiandae eſſent, id ſpectavi primum, ut verbis Romanis, nec ſordidis, ipſum inducerem differentem.

At haec qualiscumque diligentia parum mihi ad negotium, quod tuendum receperam, profuiſſet, niſi rerum etiam ipſarum, quae volumine hoc tractantur, rationem habuiſſem, earumque intelligentiam & notitiam mihi comparare ſtuduiſſem. Etenim infinitis opus *Cudworthi* loquutionibus plenum eſt, quarum vim nemo ceperit, niſi antiquitatum & ſententiarum philoſophicarum peritus, & recondita ſaepenumero dogmata ex priſcis ſapientum ſcholis, & veterum Chriſtianorum libris praeciſe ac breviter commemorantur, quae nullus libere ac dilucide alio ſermone enarret, qui veterum dogmata & monumenta ſegniter tantum & ſupine conſuluit ac inſpexit. Conſumſeram ego ab ineunte aetate nonnihil temporis in philoſophorum veterum, tam Graecorum, quam Latinorum, libris legendis, ſententiisque cognoſcendis, multaque in commentarios retuleram ex illis, quae mihi praetermiſſa ab aliis, aut parum dextre expoſita videbantur: nec recentiorum temporum philoſophos plane neglexeram: verum haec prope, tamquam nullius utilitatis, abjeceram, poſtquam ſanctiores diſciplinas docere juſſus eram, & quidquid rerum illarum memoriae fortaſſis infixum manſerat, id aliarum notionum multitudine oblitteratum prope jacebat ac obrutum. Si a Platonicis diſceſſeris, quorum lectionem nemo ſpernere poteſt, qui veterem rerum Christianarum ſtatum & antiquioris aevi diſciplinam perſpectam ſibi cupit eſſe, reliqui mihi veterum ſapientes peregrini fere atque ignoti facti fuerant. Non ferebat autem hanc ignorantiam opus, quod moliebar: itaque ad relicta fere ſtudia redeundum mihi eſſe, quaeque olim vel animo commendaveram de ſapientiae antiquae natura, aut chartis tradideram, renovanda & conſulenda mihi eſſe, ſentiebam. Ante omnia philoſophos ipſos, quos temporum nobis injuriae reliquerunt, accurate denuo perlegendos mihi eſſe ducebam: Quumque nulli ſectae magis tribuiſſe doctiſſimum *Cudworthum*, quam Platonicae, ipſumque ſtylum ad formam orationis, quam recentiores conſectantur Platonici, accommodaſſe perſpicerem, in hujus familiae libris, ſpinoſis licet, difficilibus, nulloque condimento lectorem oblectantibus, potiſſimum mihi commorandum eſſe arbitrabar. Superavi inſignes moleſtias cum hoc labore conjunctas meditatione fructus & utilitatis, quam ex plana & facili interpretatione operis *Cudworthi* multos percepturos eſſe, non ignorabam. Hinc ad ea properabam, quae viri eruditiſſimi de philoſophorum veterum ſcitis, rebus & placitis, magno labore & induſtria, recentiori memoria collegerunt. Quae ex ſanctiori Chriſtianorum hiſtoria & novorum philoſophorum diſciplinis paſſim occurrunt in hoc opere, minorem meam flagita-

bant

bant diligentiam, quia muneris mei rationes harum rerum cognitioni operam me dare quotidie jubebant.

His inſtructus praeſidiis & praeparatus, laborem ipſum aggrediebar: in quo licet infinitae ſeſe mihi objicerent difficultates, conſtantia tamen & laudabili quadam, ut arbitror, pertinacia effeci, ut, divina benignitate adjutus, optatam metam conſequerer. Quod creſcentia indies negotia & multifariae occupationes otio meo paulatim demebant, id ego viciſſim curae corporis, multis licet laboribus & vigiliis attriti, animique oblectamentis detrahebam, ne medio in curſu deficerem, ſpemque litteratae civitatis fruſtrarer. Et decet me omnino divinae clementiae ſummas publice gratias agere, quae tantum mihi ſuppeditavit, difficillimis etiam temporibus, alacritatis, ut coeptum opus continuo urgerem, nec frangi animum paſſa eſt, ut a propoſito deſiſterem, quod aliquoties, laboris gravitate conturbatus, volui. Huic, velim, acceptum unice referant omnes, ſi quid ex hoc labore in rem ſacram & eruditam emolumenti redundabit, non mihi, qui multum bonae voluntatis, parum facultatis & virtutis, ad eum attuli.

Sed paullo diſtinctius enarrandum mihi erit, quemadmodum in hoc toto negotio verſatus ſim, quo de rationibus operis facilius & aequius lectores judicare valeant. Principio librum ipſum fideliter, perſpicue, atque verbis Latinis vertere, maximopere conatus ſum. Hoc conſilium flagitabat, ut non verba, ſed cogitata ſummi viri referrem & a forma orationis, quam adhibuit, prorſus recederem. Igitur id egi primum, ut ſententiam ejus aſſequerer atque cogitando rite diſponerem atque digererem: percepta probe atque comprehenſa mente ejus, enixe laboravi, ut eam more apud Latinos uſitato, verbis aptis, uſitatis, & facilibus exprimerem, nulla conſtructionis, ordinis, aliarumque ſtyli Anglici proprietatum ratione habita. Quantum haec res moleſtiae mihi pepererit atque laboris, nulli recte intelligent, niſi qui cum opere Anglico hanc meam verſionem contulerint. Habet oratio *Cudworthi* omnes illas ſordes & impedimenta, quibus ſtylus plerorumque Anglorum, qui ſuperiori ſaeculo adulto ſcripſerunt, contaminatus eſſe ſolet, & praeterea propriis & peculiaribus quibusdam vitiis & maculis laborat: difficilis eſt, longior, per ſyrtes veluti & ſaxa ruit, vocabulis recens effictis & ſingularibus abundat, denique Platonica fere eſt, id quod in primis animadverti debet. Singulare prorſus dicendi genus Platonici fere omnes (*) conſectantur, quod inter ſolutam & ligatam orationem medium veluti eſt interjectum, propius tamen ad poëticam orationem accedit & figuris, translationibusque valde ſaepenumero audacibus & inſolitis plenum eſt. In his vero philoſophis legendis quum multus & aſſiduus *Cudworthus* fuiſſet, evenit inde, ut facultatem eadem lege ſcribendi ſenſim ſibi acquireret: quod quidem plus, quam dici poteſt, difficultatis homini parit ſententiam ejus perſpicue & evidenter enuntiare cupienti. Conniſus ſum, quantum potui, labore ac ingenio, ut ex his anguſtiis eluctarer: num obtinuerim, quod volui, utriusque linguae & rerum ipſarum periti viderint. Niſi me prorſus fallit opinio, plerisque in locis cum fideliter, tum ita reddidi ſententias ſummi viri, ut vel mediocriter eruditis pateant; quod ſi ubique haud feci, ſed paſſim a ſimplicitatis & proprietatis praeſcripto diverti, veniam mihi dabunt viri

(*) [Ipſe primum *Plato*, cujus dictionem plane poëticam eſſe, ob imitationem Homeri, docuit jam *Longinus* περὶ ὕψους, *Sect.* XIV. *p.* 60. ed. *Pearce.* Add. *Sect.* XXIX. *p.* 108. *Sect.* XXXII. *p.* 121.]

Digitized by Google

viri boni & honesti & in longo opere fas esse somnum homini aliis rebus occupatissimo obrepere, cogitabunt. Elegantiam nemo a me requiret: satis est, ejusmodi libros, qualis hic est, simplici & aperto genere orationis scriptos exstare, ut intelligi queant.

Altera cura mea, quam huic operi impendi, posita fuit in veterum scriptorum, Graecorum & Latinorum, locis investigandis, quos ad testimonium dicendum citat vir doctissimus. Sequitur ille perversum eruditorum plerorumque superiorum temporum morem in testibus suis laudandis: quos quidem universe tantum plerumque designat, libro, capite, pagina non nominatis. Id vero est, lectores aut in ambiguo relinquere, utrum fides habenda sit auctori, alios testanti, nec ne, aut vero infinitas illis creare molestias, quibus certe carere nequeunt, qui pauca quaedam verba magnis ex voluminibus eruere studeant: hoc autem qui faciunt, illi non ultimam laboris sui utilitatem ipsimet interimunt ac intervertunt. Itaque meum esse putavi, hanc maculam ab opere tam praeclaro & utili abstergere, atque summam adhibui curam & diligentiam, ut veterum verba, quae indicantur, in scriptis eorum invenirem & accurate designarem. Qua felicitate hoc munus obierim, subjectae quemlibet adnotationes edocebunt. Perpauci diligentiam meam loci effugerunt, nulli alicujus momenti. Secure jam uti poterunt testimoniis, magno numero laudatis, illi, quibus aut tempus, aut facultas deest, ipsos auctores inspiciendi: eorum vero caussa, quos fontes ipsos consulere juvat, indicem librorum & editionum, quibus usus sum, universo subjeci operi, quo facilius desideriis suis satisfacere queant. Quantum operae ac laboris hoc consilium desideraverit, conjicere & aestimare malo viros eruditos, quam verbis explicare. Nisi recens fuissem a plerorumque auctorum lectione & quodammodo exercitatus in illis, multis in locis frustra laborassem. Quae subjectae sunt paginis extremis designationes locorum, illae omnes a me proficiscuntur: Quae in exteriori voluminis ora exstant, *Cudworthо* debentur. Hae vero saepenumero aut emendandae, aut amplificandae mihi fuerunt: quocirca mea quaedam passim adjecta habent, quae ab alienis uncinis ( ) secludi curavi.

Haec investigatio dictorum & enuntiatorum veterum scriptorum ad aliud me deduxit institutum. Patuit mihi Graecos philosophos evolventi & versiones Latinas, quae in plerisque editionibus additae sunt, cum eorum verbis conferenti, plerasque interpretationes eorum obscuras, impeditas, & vitiis haud paucis inquinatas esse, a viris licet Graece doctissimis elaboratas. Scilicet qui Graecos adhuc Latine reddiderunt philosophos, quamvis ipsam linguam egregie callerent, plerique tamen dogmatum ipsorum, quibus inter se distinguuntur antiqui sapientes, non satis gnari fuerunt, neque vim vocabulorum, quibus illi animi sui notiones explicant, feliciter ubivis assequuti sunt: itaque sic saepenumero auctores suos vertunt, ut interpretatio longe nonnumquam obscurior sit ipsa oratione Graeca, interdum sententiam eorum plane pervertunt. Innumerabilia hujus rei exempla ex interpretationibus *Aristotelis* & *Platonis*, quae adhuc exstant, proferre liceret, si res & institutum ferret. Nemo fidem habeat *Ficino* & *Serrano*, *Platonis* interpretibus: nemo *Raffarioni*, *Pacio*, & aliis, qui *Aristotelem* Latina veste induerunt, credat: (*) errarunt hi egregii viri saepenumero maxime, magnisque hominibus

(*) [Nec *Hermolao Barbaro*, cuius versiones *Bibl. med. aevi*, *Vol.* I. *p.* 469.] *Aristotelis* jam vinq erasit *Alcyonius*. Vid. *Fabricii* [illegible])

Digitized by Google

bus illis aut ſententias attribuerunt, a quibus alieni fuere, aut verbis nimis obſequentes ſcita eorum caligine neſcio qua obduxerunt & deformarunt. Hoc quum me uſus edocuiſſet, vellem vero hoc opus illis rebus vacare, quae lectorem veri avidum detinere aut fallere poſſunt, uſitatas ſaepe verſiones plane rejeci, novasque, non concinnas quidem, at rebus magis, quam verbis, reſpondentes, in earum locum ſubſtitui. Juvit me hoc in labore non parum ipſe *Cudworthus*, qui multis veterum teſtimoniis liberiores interpretationes Anglicas addidit: verum, quum hic cauſſae ſuae non raro ſerviat, videatque in antiquis monumentis interdum, quae nemo viderit partium ſtudio vacuus, & hunc multis in locis deſerere me oportuit. Dixi aliquoties hac de re aliquid in adnotationibus meis: at ſaepe quoque ſilui, ne eadem ſaepius repeterem & lectoribus faſtidium crearem. Ubicumque igitur viderint lectores Latinas interpretationes Graecorum ſcriptorum, quae hoc exſtant in opere, diſcedere ab illis, quae receptae ſunt, cogitent velim, juſtis de cauſſis me adductum eſſe, ut novam viam ingrederer.

His quum laboribus, pro exiguo virium mearum modo, defunctus eſſem, fieri non poterat, quin animadverterem, virum longe doctiſſimum in errores paſſim inciditſe, partim humana incuria & memoriae imbecillitate, partim philoſophiae, quam unice amabat, Platonicae ſtudio, multa parcius, quam rei gravitas, & plerorumque lectorum captus deliderant, attigiſſe, quaedam ex aetatis ſuae opinionibus, poſterorum poſtea ſagacitate & diligentia emendatis, diſſeruiſſe, ſententiis denique nonnullis adfuiſſe, de quibus longae inter Theologos & philoſophos lites fervent: Quocirca ne quid deeſſet huic operi, neque magni hominis auctoritate laberentur alii, adnotationes uberiores & Diſſertationes mihi ſtatui addendas eſſe, quibus perperam dicta corrigerentur, obſcuriora explanarentur, praetermiſſa & poſt viri doctiſſimi aetatem inventa adjungerentur, ad extremum capita quaedam philoſophiae, Theologiae, Hiſtoriaeque tam philoſophicae, quam Eccleſiaſticae ex inſtituto illuſtrarentur. Conſilium hoc ipſum nemo vituperabit: at vereor, ne longiorem paſſim me fuiſſe putent aliqui, quam ſatis erat, atque multis de rebus diſputaſſe, quas prorſus praeterire, aut paucis verbis explicare potuiſſem. Hoc ego minime diſſiteri velim: excrevit ad tantam magnitudinem hic meus labor praeter omnem opinionem, ut ipſum *Cudworthi* volumen mole ſi minus vincat, aequet certe: multa etiam non tam neceſſitate urgente ac poſtulante, quam occaſione invitante, pertractata & copioſe declarata ſunt. Verum hoc qui crimini mihi dandum eſſe cenſent, eos vehementer rogatos velim, ut expendant antea ſecum, difficile eſſe homini rei cujusdam contemplationi dedito, praeſertim ſi cernere ſibi videatur quaedam non inutilia, at parum apte ac luculenter ab aliis tractata, aut plane neglecta, currenti ſtylo modum ponere, & ingenii impetum cohibere; cogitent deinde, de nullis copioſe me diſſeruiſſe rebus, quam de illis, ex quibus fructum capere poſſunt aliquem litterae tam ſanctiores, quam profanae, nec in levioris momenti, aut inanibus plane quaeſtiunculis enodandis elaboraſſe. Ferendus ſemper eſt homo, qui aliorum utilitati pro viribus ſtudet conſulere, ſi vel maxime loco parum opportuno id faciat. Forte alii erunt, qui Theologum in tot rebus litteratis & eruditis explicandis tantum diligentiae collocaſſe moleſte ferent, illudque *Auguſtini* in me dictum eſſe putabunt: (n) *Quid nobis*

(n) *Epiſtol.* CXVIII. *ad Dioſcorum Cap.* 2. § 12. *p.* 252. *Tom.* II. *Opp.*

Digitized by Google

bis est, propter defensionem Christianae religionis, quaerere quid senserit Anaximenes, & olim sopitas lites inani curiositate recoquere? —— *Tamen si opus est veritate adversantes praenoscere aliquas & pertractatas habere sententias, de haereticis potius, qui se Christianos vocant, quam de Anaxagora & Democrito nobis cogitandum fuit.* Verum hi ex ipso, si modo velint, *Cudworthi* discent opere aegre Theologum, his nostris temporibus, quibus omnis generis ornamentis instructi prodeunt Dei & religionis hostes, rerum eruditarum & philosophicarum notitia carere posse. Negligant eas licet, quibus vel munerum rationes, vel aliae causae obsistunt, ne multum illis diligentiae tribuant, eaque unice consectentur, quae ad pietatem excitandam & fovendam, veritatemque declarandam & animis instillandam faciunt: at vicissim nec illos severo excipiant judicio, qui tempus illud, quod aliis alii oblectationibus animi tribuunt, in his rebus collocant, quo, si res postulet, cum adversariis scientiam suam ostentantibus confligere valeant. Est praeterea omnino magnum eruditioni & doctrinae pretium: quae si rite adhibeatur, cum varia commoda societati humanae affert, tum mentem bene affectam nescio qua rerum humanarum despicientia implet & suavitate quadam pascit.

Duplicis vero generis accessiones sunt illae, quibus mihi hoc opus locupletare placuit. In quibusdam emendantur & corriguntur, quae vir summus mihi deliquisse visus est: in reliquis varia argumenta ex diversis humanae eruditionis partibus, qua virtute & copia fieri potuit, explicantur & declarantur. Superiores stomachum, ut puto, nemini bono & aequitatis amanti, si vel summo erga *Cudworthum* studio sit, commovebunt. Ut enim a doctissimo viro discesserim, id quod veritas postulare videbatur, ita tamen hoc feci, ut modestiae nihil detraherem, semperque cogitavi, hominem a me refelli, cujus ego merita ne verbis quidem, multo minus factis & virtutibus, assequi umquam potero. Stultus ego forem, & rerum omnium expers, si majorem me idcirco aut meliorem esse tanto viro ducerem, quia re diligenter explorata, intelligere mihi licuit, non prorsus ipsum errandi periculo & humanae imbecillitatis vestigiis caruisse: minimi saepe homines in maximis animadvertunt vitia, ut in solis lumine maculas observant obscuri quamvis mortales & omnis splendoris nescii. Tantum vero abest, ut magnorum virorum peccata reticeri atque silentio praetermitti debeant, ut potius diligentius, meo judicio, demonstranda & in lucem protrahenda sint, ne propter summam eorum auctoritatem & existimationem, a quibus admissa sunt, ad plures propagentur & maximam eruditorum virorum partem invadant. Licet pusillorum & in nulla laude positorum hominum errores contemnere: nam hos pauci duces sibi deligunt, quos sequantur. Sed quae magnus quidam Apollo, veritate docuit & ratione repugnante, in ea, modestissime licet, animadverti debet: etenim ab his infiniti exempla, leges, & praecepta petunt, quibus constanter obtemperent. Memini, quum *Joh. Clericus Novum Testamentum* ab *Henr. Hammondo* adnotationibus illustratum Latine verteret, atque in eximio hocce viro non pauca castigaret, facinus prope nefarium videri id nonnullis ex gente Anglorum, qui acerbe in *Clericum* ideirco sunt invecti. Sed hanc animi impotentiam numquam laudavit sapientia & prudentia eorum inter Anglos, qui summis ornati in ecclesia dignitatibus res & homines recto aestimare pretio didicerunt, sed potius vituperavit. Spero, fore, ut eandem mihi aequitatem praestent viri inclyti, quos magna hodie Britannia suspicit, in primis illi, qui illustri Academiae

Digitized by Google

Cantabrigienſi, in qua vixit *Cudworthus*, ornamento ſunt, ſi quis forte praeceps & inconſultus homo indigne tulerit, a tanto viro me diſſentire auſum fuiſſe.

Alterum acceſſionum genus, quibus lucem aliquam variis eruditis rebus accendere volui, ſi cum *Cudworthi* comparetur labore, vix dignum eſt, quod cum eo prodeat. Puto, nil me dixiſſe, quod viris ſummo & excellenti ingenio praeditis placere, aliis mediocri valentibus ſcientia magnam utilitatem afferre valeat, neque dubito, quin quae diſſerui variis paſſim erroribus contaminata ſint. Verum ſpectent, rogo, viri eximii non facultatem meam, quam ſentio exiguam eſſe, ſed animum, ac bene merendi voluntatem; quae effecit unice, ut moleſtiſſimas inter occupationes & negotia hiſce ſtudiis, quae ſeceſſum & quietem poſtulant, plane contraria & inimica, in earum rerum, quarum paene jam oblitus eram, memoriam redirē, lectisque ac conſultis non paucis voluminibus, de quaeſtionibus variis eruditis decernere pro virium mearum modo conarer. Huic meae voluntati ſi eventus ſaepe non reſpondit, ſi luctantem vires non raro deſtituerunt, ſi errores interdum pro veritate amplexus ſum, certus ſum, argumentorum ipſorum, quae tractavi, obſcuritatem & varietatem, negotioſiſſimam vitam meam, munerum, quae gero, naturam & indolem, quibus parum aut nihil cum his litteris eſt neceſſitudinis, itemque alia, aliquid mihi excuſationis apud honeſtos & pios virōs comparatura eſſe. Iniquis & malevolis hominibus, qui neſciunt plerumque, quantum diſquiſitiones ejusmodi laboris adjunctum habeant, nilque audacius reprehendunt, quam quod imitari vel nolunt, vel nequeunt, numquam excuſatus ero, quidquid dixero, vel fecero: itaque ut ab his teſtimonium laudabilis animi & voluntatis meae petam, numquam a me impetravero.

Infinita mihi fere ſunt in promtu, quibus ea, quae diſſerui, amplificari, roborari, & illuſtrari poſſunt, partim olim, quum haec ſtudia paullo diligentius tractarem, obſervata, partim hoc opere fervente animadverſa & collecta. Et partem ego horum hac in praefatione referre conſtitueram, ut majorem illis, quae paſſim diſputavi, firmitatem & lucem conciliarem. Verum noluit editionem laboris hujus, qui ſatis diu virorum doctorum exſpectationem moratus eſt, differri honeſtiſſima foemina, cujus ſumtu editur, brevioremque idcirco, quam decreveram, eſſe me juſſit, quo proximis nundinis volumen deſideratum exiret. Cui quidem juſſo tanto facilius parui, quanto leviora mihi videntur, quae mea lectione, meditatione, & ingenio ad rem litteratam juvandam afferri & excogitari poſſunt. Carebunt facile viri harum rerum ſtudioſi cogitatis meis, ſuaque ex copia petent, quae mihi praetermittenda fuerunt. Easdem propter cauſſas nihil hic a me rerum illarum explicabitur, de quibus in adnotationibus pollicitus paſſim ſum, me longius & copioſius in praefatione commentaturum eſſe. Multa volvi animo, novique fere libri, quem huic operi praemitterem, materiam qualicumque diligentia collegi. Animus mihi primum erat, de philoſophiae illius, quam *corpuſcularem* nominant, ſatis inter veteres enucleate ac diſtincte differere. Cenſet poſt *Petr. Gaſſendum* vir magnus, quem interpretatus ſum, quidquid antiquis temporibus nobile ac illuſtre fuit inter philoſophos Orientales, Graecos, & Latinos, ſi paucos quosdam excipias, id huic philoſophandi generi addictum fuiſſe, idque diu ante *Democritum* viguiſſe: quam ejus ſententiam innumeri doctiſſimorum hominum receperunt & probarunt, nec ego plane repudio. At non levis hoc in negotio exoritur difficultas. Veteres fere omnes a *Leucippo* & *Democrito* ori-

Digitized by Google

origines hujus philoſophiae repetunt: at viciſſim teſtimoniis conſtat minime dubiis, ante hos dudum alios corpuſculis adhibitis rerum naturalium cauſſas & rationes reddere conatos eſſe. Quonam modo diſcordiam hanc *Cudworthus* compoſuerit, nolo nunc repetere: ingenioſe certe atque erudite munus ſuum obiit. Ego vero, re diligenter circumſpecta, veterumque locis accurate expenſis, in aliam ingreſſus ſum ſententiam, quam hic diligenter demonſtrare & dubitatione omni, quantum fieri poſſet, liberare, certum mihi erat. Cenſeo nimirum, nec gravibus ſine cauſſis ita cenſeo, qui ante *Leucippum* & *Democritum* rerum naturam in corpuſcula individua partiti ſunt, hiſce atomis qualitates addidiſſe, at *Democritum* & *Leucippum* principes omnibus qualitatibus nudaſſe corpuſcula, proptereaque atomorum primos auctores fuiſſe vocatos. Deinde naturarum, quas *plaſticas Cudworthus* appellat, ego Latino vocabulo *genitrices* nominavi, Hiſtoriam tradere decreveram ad noſtra usque tempora pertinentem, & quantum illae vel commodi, vel incommodi ſecum ferant, ingenue oſtendere, ſigillatim quaeſtionem illam dirimere, quae acutiſſimos viros, *Jo. Clericum* & *Petr. Baylium*, in acerbam induxit contentionem: Num illi, qui naturae cujusdam genitricis ope generationis rationem & indolem declarari optime omnium exiſtimant, impietati adverſus Deum alimenta ſuppeditent? Praeter haec longam Diſſertationem meditabar de celeberrimis veterum carminibus, quae *Theogoniae* dicuntur: in qua cum generatim de natura eorum diſputare, tum hoc in primis declarare mecum conſtitueram, auctores eorum antiquiſſimae phyſices ſcita & praecepta cum Hiſtoria antiquorum regum & heroum, qui Graecos inter & Orientales populos vixerunt, inepte plerumque colligaſſe, atque utraque mirifice confudiſſe. Specimen laboris hujus in adnotationibus ad *Cudworthum* dedi, in quo ex *Heſiodi Theogonia* fabulam de Saturno, rationis & Hiſtoriae auxilio, interpretatus ſum. Nonnihil etiam operae & diligentiae in illuſtranda *Hippocratis* de rerum natura & Deo philoſophia ponere volebam, de qua viros egregios & doctiſſimos, *B. Nicolaum Hier. Gundlingium* & *Dan. Wilhelmum Trillerum*, non ita pridem erudite pugnaſſe, conſtat. Denique binis in rebus gravioris momenti & multis ſummorum virorum contentionibus inclytis cum cura quadam & ſollertia verſari in animum induxeram. Primum de tribus illis, quibus *Plato* ipſe atque ſectatores ejus divinam naturam deſcripſerunt, principiis ex inſtituto verba facere, & quatenus principia haec Chriſtianorum de tribus in Deo perſonis dogmati faveant, aut repugnent, explanare cupiebam. *Cudworthus* quid de celeberrimo hocce argumento ſtatuerit, ex opere ejus cognoſcent lectores. Placuit ejus opinio multis. At in diverſa rurſus permulti abeunt, quorum ingens eſt in erudita civitate exiſtimatio. Ego quidem ita de hac re agere decreveram, ut ex ipſo *Platone*, ejusque recentioribus diſcipulis docerem, ignoratione ſtyli Platonici multum a meritiſſimis viris hic peccatum eſſe, maximoque diſcrimine tria Platonicorum principia, tresque Chriſtianorum in Deo perſonas disjungi. Ut, quod ſentio, fatear, tres animi ſui notiones cum ipſe *Plato*, tum ſectatores ejus trium principiorum nomine deſignaſſe videntur: id quod is unus teſtatum facere poterit, qui diſputandi morem & inſolitam orationem hujus generis ex ipſis eorum voluminibus primum ante lectorum oculos poſuerit & interiores receſſus diſciplinae ſpinoſiſſimae, quam ſequuti ſunt, aperuerit. Sed moleſtiſſimum hoc eſt officium, quod plerique defugiunt. Deinde in Doctorum Chriſtianorum, quos *Nicaenos Patres* vocant, veram de Trinitate

Digitized by Google

nitate divina ſententiam inquirere ſtatueram. Sciunt harum rerum non prorſus neſcii, *Dion. Petavium*, *Stephan. Curcellaeum*, & hunc noſtrum in primis *Cudworthum* in ſummam paene invidiam *Patrum Nicaenorum* de Deo doctrinam adduxiſſe: utpote quam a noſtra prorſus eſſe diverſam, nec tam tres in uno Deo perſonas, quam tres divinas naturas ſub unum genus ſubjectas, aut tres potius Deos inter ſe aequales introduxiſſe, confirmant. Hanc opinionem ſuam fecerunt infiniti & ingenio, & eruditione praeſtantes viri, quamvis non iisdem omnes de cauſſis. Ne inter nos quidem deſunt, quibus ea multum habere videtur veriſimilitudinis: nec inventus eſt adhuc aliquis, qui eam funditus evertere ac conficere ex inſtituto auderet. Igitur hanc rem ſtudioſiſſime cognoſcere inſtitueram atque diſceptare, omnemque quarti & quinti ſaeculi de divina natura doctrinam ex ipſis temporum illorum monumentis, quorum attentae lectioni nonnihil temporis impendere volui, Hiſtoria philoſophica in auxilium vocata, ratione & ordine explicare. Nobis quidem perinde eſt, quemadmodum illi de Deo ſenſerint, qui antiquis rerum Chriſtianarum temporibus magiſtrorum loco fuerunt, quum non humanis auctoritatibus, ſed unius ſacri codicis teſtimonio & fide nitamur: at valet tamen ad infinitas quaeſtiones expediendas & errores haud leves exſtirpandos, non ignorare, quibus illi praeceptis & ſententiis imbuti fuerint, quam docendi ac diſputandi formam ſequuti ſint, quibus dicendi modis uſi, quas denique notiones & poteſtates vocabulis, quae uſurpant, ſubjecerint. Neque poſſum, quin graviter & moleſte feram, quum multos ſaepe de his negotiis confidenter & audacter ſententiam ferre, *Patresque* illos nunc deprimere, nunc viciſſim extollere video, qui nec libros eorum accurate legerunt, nec philoſophiam temporum illorum callent, nec veras diſciplinae aetatis illius rationes aut uſu aut ratione cognitas habent. Ita eſt omnino, ut doctiſſimi viri volunt: Non omni antiqui doctores errore his in rebus vacant, multaeque apud eos dicendi formae occurrunt, quae vix ſanum ferre ſenſum videntur. At nullum quoque mihi dubium eſt, quin multi male intelligant, quae ab illis dicta ſunt, & in ſententiam ſaepe rapiant perverſam, quae neminem, ſi cum aliis eorum dictis conferantur, magnopere offendant. Accidit, ut multa conferam in pauca, *Patribus Nicaenis* idem, quod *Auguſtino* evenit, qui quum contra Manichaeos diſputat, ita negligens ſui eſt, ut Pelagianus videri queat; quum Pelagianos rurſus adoritur, tam parum verbis ſibi cavet, ut a Manichaeis propius abeſſe videatur. Veteres illi doctores, quum in Arianos & Sabellianos armati prodeunt, paſſim de tribus in Deo perſonis ita loquuntur, ut tres ab illis Deos aequales & pares induci, probabile ſiat: iidem cum adverſus Deorum cultores & alios dimicant, non ſecus ſaepenumero agunt, ac ſi omnem in divina natura diſtinctionem tollerent & Chriſtum, Servatorem noſtrum, infra Deum omnium parentem & conditorem locarent. Hinc qui ex nonnullis locis ſententiam eorum metiuntur, manifeſto peccant: decet nos omnia eorum dicta, quibus cum hoc, tum alia dogmata explicant, inter ſe conferre, nec ante, quam tota eorum cum philoſophia, tum Theologia accurate inſpecta, decernere, quamnam illis tribuere ſententiam oporteat. Sed hoc ſuum eſſe nolunt illi, qui vulgo controverſias tractant: qui ſe putant officio ſatisfeciſſe, ſi

(o) Vir Revendiſſ. ipſe in epiſtola d. 16. Febr. A. MDCCXXVIII. data: *This account*, inquit, *I owe to the care and pains of the Right Reverend the Lord Biſhop of Coventry and Lichfield, who has taken great care to enquire into Dr. Cudworths Remains.*

(*) [*Nouv.*

Digitized by Google

ſi multitudine quadam dictorum, in quibus longe alius ſaepe ſenſus eſt, quam ipſi putant, adverſarium obruant. Non ego pro *Patribus*, quos vocant, verba facio, aut nullas in illis reſidere maculas pugno: Non hoc patitur mea ingenuitas: At nego tamen, tam deformes eſſe illos, ut recentioribus quibusdam eruditis videntur, qui ratum id habent, quod a magnis quibusdam viris judicatum vident, plusque in recentiorum libris, qui veteres ſpernunt, quam in antiquorum monumentis evolvendis diligentiae conſumunt. Haec ego cuncta & alia quaedam, quae cum ſollertia & cura quadam perſequi ſtatueram, lubens ſepono, quia fieri hoc neceſſe eſt. Forte alio tempore nonnulla de his rebus diſſerendi occaſionem adipiſcar: ſin minus, facile feram, quae meditatus ſum de illis & obſervavi, terrae mecum mandari: nec multum inde detrimenti res ſacra & litteraria capiet.

Magno *Cudworthi* operi minora ejus addidi opuſcula, quae pariter diu in pretio quodam & honore fuerunt, itemque librum ejus *de rei moralis natura, aeternisque juſti ac honeſti notionibus*, quem non ita pridem ex relictis ſchedis ejus *Eduardus*, antiſtes Dunelmenſis, edidit. Spero, hoc inſtitutum probaturos eſſe omnes, qui meritis & doctrinae tanti viri favent. Nihil reliquum eſt, quam ut de vita, fatis, doctrina, & ſcriptis *Cudworthi* lectores erudiam, qui ſine dubio, qualis ille fuerit, quem tot dotes ingenii & virtutes commendant poſteris, ſcire cupient. Quod antequam faciam, publice gratiae mihi ſunt agendae illis, qui precibus meis tantum dederunt, ut me harum rerum accurata notitia imbuerent: primum Illuſtriſſimo & Reverendiſſimo Patri ac Domino, *Guilielmo*, Archi-Epiſcopo Cantuarienſi, totiusque Angliae Primati ac Metropolitae, Potentiſſimo magnae Britanniae Regi a conſiliis ſanctioribus, patrono meo, qui, qua eſt inſigni erga me & ſtudia mea voluntate, nec munerum, negotiorumque gravitate, nec ſenectutis moleſtiis & incommodis abſterreri potuit, quo minus voluntati meae inſerviret, atque a venerando antiſtite tum Coventrienſi & Lichfieldenſi, nunc Dunelmenſi, *Eduardo Chandlero*, qui relictas a *Cudworthо* chartas diligentiſſime tractavit & inſpexit, luculentam narrationem de vita & ſcriptis ejus tam editis, quam nondum editis, mihi impetraret: (o) Deinde Almae Academiae Cantabrigienſi, quam vivus illuſtravit *Cudworthus*, quae mei cauſſa non modo commentarios ſuos & alia monumenta conſuli, eaque decerpi inde juſſit, quae ad ſummi viri res pertinent, ſed etiam litteris perhonorificis ſuam mihi benevolentiam teſtata eſt. Non is ego ſum, qui tantis viris officii aliquid reddere valeam: ſed nec majus illi aliquid requirunt a me, quam gratum animum, quem hic publice profiteor, atque vota pro ſalute & incolumitate eorum, quae numquam facere deſinam. Nec tamen omnia ſunt ab illis, quos dixi, profecta, quae jam referam, verum multa ipſemet obſervavi & collegi, id quod ex re ipſa facile patebit. (*)

Lucem hanc adſpexit primum *Radulphus Cudworthus Allerae* (Aller) in Comitatu Somerſettenſi A. MDCXVII. Pater ipſi fuit *Radulphus*, Theologiae Licentiatus, (p) vir certe nec ingenio, nec doctrina deſtitutus, qui primum ſocius Collegii S. Emanuelis Cantabrigiae & ſimul hac in urbe ſacrorum miniſter in templo S. Andreae dicato fuerat, poſtea *Alleram* translatus eſt, ubi munus pariter ſacri docto-

(*) *Nouv. Diction. Hiſtor. Tom.* II. *P.* II. p. 152. *ſ.*]

(p) Hoc ipſe teſtatur in *Dedic. Comm. in Cap. 6. Epiſt. ad Galatas* praemiſſa.

(q) Ex-

doctoris geſſit; Fuit & inter eos adſcitus, qui Regis *Jacobi* I. a ſacris privatis tum erant. Summa huic familiaritas & neceſſitudo fuit cum celeberrimo illo Anglorum Theologo, qui magnam quoque apud exteros famam ſcriptis conſequutus eſt, *Guilielmo Perkinſio*, cujus opera quaedam edidit poſt obitum ejus. Ipſe nihil ſcriptorum emiſit, ſi acceſſionem quamdam ſeu ſupplementum exceperis ad *Perkinſii Commentarium in epiſtolam ad Galatas*, (q) Anglico ſermone conſcriptum. *Perkinſius* ſcilicet morte impeditus fuit, quo minus in expoſitione epiſtolae *Pauli* ad Galatas ultra quintum caput progrederetur. *Cudworthi* ergo pater, qui tum Cantabrigiae in collegio S. Emanuelis degebat, & epiſtolas *S. Pauli* publice interpretabatur, ab amicis *Perkinſii* & a curatore teſtamenti ejus rogatus fuit, ut capitis ſexti interpretationem adderet. (r) Quo quidem ille munere non ſine laude defunctus eſt. Etenim non vulgare ingenium, inſignis rerum Theologicarum peritia, veterumque non minus eccleſiae doctorum, quam recentiorum, quos *Scholaſticos* nominant, frequens lectio ex hoc labore elucet. Mater *Cudworthi* noſtri ex gente *Machellia* fuit, cui honos hic habitus eſt, ut *Henrico*, Regis *Jacobi* I. filio natu primo, nutrix deligeretur. Parente mature orbatus eſt: cujus poſt obitum mater iterum nupſit Doctori *Stoughtono*, qui inter facundiſſimos ſacrorum oratorum tum temporis numerabatur & ſocius quoque Collegii S. Emanuelis Cantabrigiae erat. Is boni parentis officium noſtro ſancte & diligenter praeſtitit, curavitque, ut ſcientiarum & artium initiis mature imbueretur & ad pietatem ac veram ſapientiam & honeſtatem inſtitueretur. Erat autem in puero celſa, praeclara, & excellens indoles, ingenium acutum & divinum, prudentia annorum modum multum excedens: Itaque A. MDCXXX. jam, quum decimum tertium vix expleviſſet annum vivendo, in collegium S. Emanuelis Academiae Cantabrigienſis receptus & inter convictores, qui vocantur, cooptatus eſt. Ingredientem in hoc collegium vitricus hoc teſtimonio comitatus eſt: *Tanta puerum hunc ſcientia humaniorum litterarum & artium liberalium valere, quanta in homine aetatis ejus fingi & cogitari poſſet.* (s) Biennio poſt Anno MDCXXXII. die quinto menſis Julii civibus Academiae Cantabrigienſis ritu ſolemni adſcriptus eſt, (t) a quo tempore tanta cura & diligentia omne genus litterarum & philoſophiae ſtudia tractabat, ut A. MDCXXXIX. Artium Magiſter ſumma cum laude & bonorum omnium eximia exſpectatione crearetur. (v) Eodem fere tempore ſocius electus eſt Collegii S. Emanuelis, cujus tum praefectus erat *Richardus Holdſworthus*, vir eximius, cujus eruditio extra Britanniam quoque multos laudatores & approbatores nacta eſt. Hanc provinciam ita tenuit *Cudworthus*, ut ſummam ubique de ſe opinionem excitaret, & multi liberos ſuos curae ac inſtitutioni ejus committerent. Memorant, qui gnari ſunt rerum illo tempore in Academia Cantabrigienſi geſtarum, principe fere ipſum inter doctores ejus loco fuiſſe atque viginti octo juvenes unius *Cudworthi* fidei & curae, raro valde & in majoribus etiam Collegiis vix umquam viſo

(q) Exſtat illud in *Guil. Perkinſii operibus* Latino ſermone *Genevae* 1618. *fol.* binis voluminibus editis, *Tom.* II. *p.* 325. *ſ.* ab A. T. Latine converſum.

(r) Hoc ipſe refert in *Dedic.* huic Commentario praemiſſa ad *Baſſingburnum Gaudu*, equitem. Data eſt illa ex Collegio Emanuelis d. XIII. Auguſti MDCIV. nec ingenioſe tantum ac venuſte exarata eſt, ſed & ſummae modeſtiae nomine placet.

(s) Neſcio, an ſatis apte verba reddam Anglica: Itaque placet ea ſubjicere; *That he was as wel grounded in Schol-Learning as any Boy of his Age that went to the Univerſity.*

(t) *Ex Regiſtro Acad. Cantabr.*

(v) Ex-

Digitized by Google

viſo exemplo, commiſſos fuiſſe. Addunt, quod ad laudem ejus haud parum facit, in his ejus diſcipulis fuiſſe ſummum poſtea virum, *Guilielmum Temple*, oratorem magnae Britanniae Regis ad Bataviae foederatae ordines, qui prudentia civili, eruditione, ingenio, ſcriptisque elegantiſſimis & praeſtantiſſimis aeque bene, quod neminem fugit doctorum, de republica, atque de litteris, ſtudiis, & doctrina promeritus eſt, perennemque decedens nominis ſui famam reliquit. Dignus certe tanto praeceptore diſcipulus, dignus tanto diſcipulo tutor & praeceptor fuit. Acceſſit huic aliud non multo poſt munus. Namque Rector, ſeu ut nos loquimur, primarius Paſtor in vico *North-Cadbury*, qui ſitus eſt in Comitatu Sommerſettenſi, conſtitutus eſt. Fructuoſa haec eſt provincia, cui qui praeeſt annuo trecentarum librarum Sterlingicarum reditu fruitur. Quamdiu hoc munus geſſerit, & quo anno illud ſuſceperit, traditum a doctiſſimis viris haud reperio, qui de rebus *Cudworthi* ad me retulerunt. Renuntiatus eſt haud dubie S. Theologiae Baccalaureus, in hac quum ſtatione collocatus eſſet: quo vero anno hoc contigerit, ignoro. Forte A. MDCXLIV. hoc titulo honeſtatus eſt: Etenim hoc cum anno in *Veſperiis Comitiorum*, quae vocantur, video binas propoſitiones publice, nec ſine laude, Cantabrigiae diſputando defendiſſe: Primam: *Dantur boni & mali rationes aeternae ac indiſpenſabiles*: Alteram: *Dantur ſubſtantiae incorporeae, ſua natura immortales.* Hoc vel idcirco duxi commemorandum eſſe, quia inde intelligitur, diu ſatis res & quaeſtiones illas animo volviſſe & expendiſſe ſummum virum, de quibus poſtea in *Syſtemate Intellectuali* & aliis, quae nondum edita ſunt, ſcriptis, tam ſubtiliter, enucleate, ac erudite diſſeruit. Eodem anno Praefectus aulae Clarenſis in Academia Cantabrigienſi conſtitutus eſt, quum *D. Paskius*, (*) neſcio quibus de cauſſis, hoc munere deturbatus eſſet. Fovit haec aula tum temporis inter ſocios ſuos ingens illud magnae Britanniae lumen & totius Angliae poſtea antiſtitem, *Johannem Tillotſonum.* Tantum virum inter ſuos numeraſſe quondam, magnae poſtea ſine dubio laudi noſtro & delectationi fuit. Sequenti A. MDCXLV. Idibus Octobris concordi ſeptem Electorum conſenſione creatus eſt Regius Linguae Hebraeae in Academia Cantabrigienſi Profeſſor; quo quidem loco ſemetipſum abdicaverat *D. Metcalfius.* (x) Igitur totum ſeſe Academiae & eruditis rebus, relicto munere ſacro, dedicavit. Initium recitationum publicarum, quas ſingulis Mercurii diebus habebat, ab explicatione ſtructurae, rationumque templi Hieroſolymitani faciebat. (y) Laudat adhuc & grata mente praedicat Academia Cantabrigienſis ſolertiam ejus, dexteritatem, & incomparabilem rerum & antiquitatum Hebraicarum cognitionem, quam in hoc munere obeundo teſtatam fecit omnibus. Quum abeſſe certis de cauſſis cogeretur ab Academia, vices ſuas demandabat *Johanni Worthingtono*, quocum officioſiſſima ipſi erat amicitia, viro eruditiſſimo, qui poſtea praefectus Collegii Jeſu evaſit. (z) Quo majoribus ſeſe dignum negotiis oſtenderet, A. MDCLI. (a) ſummos in S.

(v) Ex eodem *Regiſtro.*

(*) [A. 1644. aulae Clarenſis Magiſter conſtitutus a Parlamento tum cum Carolo I. pugnante, *Dan. Neal. Hiſtory of the Puritans Tom.* III. *p.* 117. At hoc munere paullo ante revocationem Caroli II. ſe abdicavit. Ibid. *p.* 121.]

(x) Ex MS. ſchedis *Thomae Thenniſoni*, Archi-Ep. poſtea Cantuarienſ.

(y) *Joh. Worthingtoni* in Epiſtola MSta d. XII. Maji A. 1646. data: *Our learned Friend Mr. Cudworth reads every wednes day in the Schools: his ſubject is* templum Hieroſolymitanum.

(z) Ex Commentariis Acad. Cantabrig.

(a) Reverendiſſ. antiſtes Dunelmenſis, *Eduardus*,

S. Theologia honores & modeſte appetiit, & facile conſequutus eſt. Ut haec honorifica & ſplendida videantur munera, neſcio tamen quibus de cauſſis contigerit, ut tum temporis non ſufficerent ad eruditiſſimum virum commode & liberaliter alendum: Quare quo alio modo rebus ſuis proſpiceret, diſceſſum ex Academia meditabatur, & reapſe, id quod ex *Jo. Worthingbtoni* epiſtolis intelligo, ad tempus inde alio ſeſe conferebat. (*b*) Verum nota nimis & ſpectata erat probitas ejus, eruditio, virtus, & diligentia, quam ut ejus praeſentiam Academiam diu deſiderare paterentur illi, qui ſaluti ejus iſta aetate providebant, viri egregii. Quapropter quum A. MDCLIV. *Samuel Boltonus*, *S. T. D.* & Praefectus collegii Chriſti deceſſiſſet, revocatus eſt in Academiam *Cudworthus*, & in locum illius ſuffectus, bonis omnibus & eruditis applaudentibus. Eodem anno uxorem duxit, copioſam, ut ſuſpicor, & locupletem, de cujus nomine ac genere quod dicam, non habeo. Praefuit huic muneri ad obitum usque tanta cum cura & vigilantia, ſimulque rem ſacram & litteratam tam ſtrenue ac diligenter curavit, ut omnes eum praeclare de Academia & univerſa eccleſia Britannica promereri, conſiterentur. Nemo illo fortius & animoſius impietati erga Deum, quae tum caput extollebat in Britannia, ſeſe objecit, nemo majori copia & eruditione copias ejus aggreſſus eſt, nemo ſtudioſae juventutis commodis conſulere diligentius ſtuduit, nemo denique majori ardore omnis generis eruditionem, illam praeſertim, quae a vulgari hominum cognitione remota, atque comprehenſu difficillima, acquiſitu valde laborioſa eſt, conſectatus eſt. Procreavit filios quosdam, qui ſine dubio in flore occubuerunt aetatis, & filiam unam, *Damarin*, foeminam ſpectatiſſimam, & pietate non minus, quam eruditione nobiliſſimam. Conjugem eam ſibi expetiit, quum ad ſecunda vota tranſiret, Vir Illuſtris, *Franciſcus Masbamus*, *Baronettus* Angliae, ſuſcepitque ex ea Praeſtantiſſimum virum, qui avi, patrisque nomina conjunxit, *Franciſcum Cudworthum Masbamum*, Equitem, hodie ex *Magiſtris*, quos appellant, *Cancellariae ſupremae* Britannicae, & Collegii hujus ſplendidiſſimi generalem Quaeſtorem, (*) virum inclytum & majorum non minus, munerumque gloria & dignitate, quam ſuis virtutibus, beneficentia, comitate, pietate, aliisque inter ſuos illuſtrem. (*c*) Mater ejus, quam dixi *Cudworthi* filia, inter ingenioſiſſimas & eruditiſſimas, immo philoſophas aetatis noſtrae mulieres, principem fere locum merito ſuo conſequuta eſt. (*d*) Coluit eam in primis ob praeſtantiſſimas & animi, & ingenii dotes magnus ille Anglorum philoſophus, *Jo. Lockius*; qui ſupremum vitae ſuae tempus in ejus aedibus conſumſit, & in illis A. MDCCIV. preces inter & ſolatia incomparabilis foeminae hujus rebus

dus, A. MDCLIII. *Cudworthum* mihi ſignificavit S. Theologiae Doctorem creatum eſſe. Verum ſatius ego putavi Academiae Cantabrigienſi fidem habere, quae A. MDCLI. hunc honorem ipſi collatum eſſe, mihi retulit.

(*b*) *Joh. Worthingbton* epiſtola MSta d. 6. Jan. A. 1651. data: *If through want of Maintenance he (R. C.) ſhould be forced to leave Cambridge, for which place he is ſo eminently accomplished, whit what is noble and Exemplarily Academical, it would be an ill Omen.*

Idem in alia Epiſtola MSta d. 30. Jan. 1654. data: *After many toſſings Dr. Cudworth is through Gods good Providence returned to Cambridge & ſettled in Chriſt's College, and by his marriage more ſettled and fixed.*

(*, [Vid. *Bibl. raiſonnée Tom.* XIII. *p.* 12. *Not. & Tom.* XIV. *P.* I. *p.* 61.]

(*c*) Account of thi Engliſch Baronets, *Lond.* 1727. *fol. Vol.* III. *p.* 357. *Sr. Francis Masham Baronet (of High Lover in the Country of Eſſex) took to his ſecond Lady Damaris Daughter of Dr. Ralph Cudworth Maſter of Chriſt's College to Cambridge, by whom he had iſſue Francis Cudworth Mas-*

bus humanis valedixit. (*e*) Exſtat ejus elegans & praeclarus libellus *de amore divino*, Anglice primum exaratus & in Gallicam poſtea linguam converſus, (*f*) quo cum in naturam amoris, ſigillatim divini, ingenioſe inquirit, tum maxime *Joh. Noriſii* & *Nic. Malebranchii* opiniones de amoris divini indole ſubtiliter refellit. Vivis exceſſit *Cudworthus*, quum annum ageret ſeptuageſimum primum d. XXVI. menſis Junii A. MDCLXXXVIII. Corpus humatum eſt in ſacello Collegii, cui praefectus fuit, ſepulcrumque hac inſignitum inſcriptione:

Here lyeth the Body of Dr. Ralph Cudworth late Maſter of Chriſt's College, about thirty years Hebrew Profeſſor and Prebendary of Glocester. He died in the 26th of June 1688. *in the ſeventy firſt year of his age.*

Id eſt: *Hic jacet corpus Radulphi Cudworthi Praefecti Collegii Chriſti, per triginta quatuor fere annos Hebraeae linguae Profeſſoris & Praebendarii Gloceſtrienſis. Deceſſit d. 26. Junii* 1688. *ſeptuageſimo primo aetatis ſuae anno.*

Summa fuiſſe hoc in viro omnia, teſtatiſſimum eſt. Vix vero aliquid majorem ipſi laudem inter aequos rerum exiſtimatores peperit, quam quod immenſam eruditionem & ſcientiam cum praeclara & ſingulari judicandi & in res abſtruſiſſimas ingenio penetrandi facultate copulavit. Qui litterarum, linguarum, & antiquitatum ſtudiis delectantur, ſeveriores plerumque diſciplinas negligunt, nec a ſe impetrant facile, ut in ſublimiori philoſophia, Matheſi, ceterisque ſcientiis, quae acumen, adductiſſimam meditationem, & animum ab oculorum conſuetudine avocatum poſtulant, multum ponant temporis & induſtriae. At viciſſim quos contemplatio rerum a ſenſibus abſtractarum juvat, illi mediocri aut nulla prope ſunt voluntate in artes illas, quae lectione, memoria, & labore continentur, nomenque partim ab humanitate & elegantia habent. Hic vero noſter utraque facultate mirifice valebat, ut utra major & excellentior fuerit, difficile judicatu ſit. Antiquitates tam Hebraeas, quam Graecas, linguas eruditas, Hiſtoriam veterum ſapientum & Chriſtianorum, aliaque his rebus cognata ita memoria & animo complexus erat, tot veterum libros evolverat & legerat, ut reliquas eruditionis partes parum curaſſe videretur. Rurſus philoſophiae, artium Mathematicarum, Metaphyſices ita peritus erat, tam ſubtiliter & argute de rebus ſub ſenſum haud cadentibus diſputabat, tam ſollerter ac ingenioſe nodos ab impiis hominibus objectos explicabat, ut crederes, hominem totum vitae tempus contemplando & res

Masham Esquire one of the Maſters of the high Court of Chancery and likewiſe Accomptant General of the ſaid Court.

(*d*) *Petr. Bayle Lettr. Choiſies Tom.* III. *Lettr.* CCLXVI. p. 1019. *Cette Dame merite les reſpects de tout le monde par ſes excellentes qualitez.* Idem *Epiſt.* CCLXVII. p. 1021. inter alia: *Il n'y a perſonne au monde, qui ait plus de reſpect que moi pour ſon merite extraordinaire & qui veuille faire une plus haute profeſſion d'admirer ſa vertu, ſa pieté, ſon ſavoir & mille autres perfections, qui lui font tenir un rang ſi diſtingué parmi les plus illuſtres Dames de notre ſiecle.*

(*e*) *Jo. Clericus* in Elogio *Joh. Lockii*, quod exſtat *Bibliotheque Choiſie Tom.* VI. p. 398. *ſ.*

(*f*) *Diſcours ſur l'amour divin où l'on explique ce que c'eſt & où l'on fait voir les mauvaiſes conſequences des explications trop ſubtiles que l'on en donne. Traduit de l'Anglois. Amſterd.* 1705. in 12. Interpretem Gallicum eſſe V. C. *Petrum Coſte* diſco ex *Petr. Baylii Lettr. choiſ. Tom.* III. p. 1023. Summam ejus exhibet *Joh. Clericus Biblioth. Choiſie Tom.* VII. p. 383. *ſeq.*

(*g*) *Hi-*

res abditiſſimas ratione inveſtigando conſumſiſſe, nec umquam ad deliciàs & amoenitates eruditionis aut ad ſcientias, quibus laboris patientia praeſidio eſt, deſcendiſſe. Pro religione tam naturali, quam revelata, ita pugnabat, ut facile appareret, nihil hoc ipſi ſtudio carius & antiquius eſſe. Quumque *Thomas Hobbeſius*, homo acutus, at ſubdolus, vafer, & erga Deum impius, aetate ejus per cuniculos arcem religionis ſubruere niteretur, id ſibi potiſſimum credebat eſſe datum, ut tam perniciosum & capitalem pietatis omnis hoſtem omnibus nudaret praeſidiis atque de exiſtimatione, quam ſibi apud aulicos & rerum non nimis gnaros, loquacitate ac ingenii ſubtilitate collegerat, dejiceret: qua quidem in re, id quod cum hoc *Syſtema*, quod Latine converſum exhibemus, tum edita nondum ſcripta ejus declarant, meliorem vitae ſuae partem aſſidue contrivit. Multis uſus eſt *Hobbeſius* adverſariis, iisque egregiis & ingenioſis: at doctiorem num habuerit, qui & ratione hominem coërcere, & eruditionis copia ignorantiae multarum rerum ſimul convincere valuerit, equidem valde dubito. In philoſophia partes eorum conſectabatur, qui *mechanici* atque *corpuſculares* vocantur, quorum opes variis modis augere atque confirmare non inepte ſtuduit: In illa vero ſapientiae parte, quae de Deo, de mentibus, de geniis, de primis rerum notionibus & exemplis, de omnis denique humanae ſapientiae initiis praecipit, *Platonem* potiſſimum & recentiores ejus ſectatores magiſtros ſibi delegerat. Modum in hoc ergà *Platonem* & Platonicos ſtudio exceſſiſſe plerisque videtur: nec injuria videtur. Etenim ita ſententias hujus generis animo imbiberat, tam ſtudioſe libros eorum legerat ac ſcrutatus erat, ut non modo dogmata ejus, repugnante interdum veritate, conſtanter tueretur, ſed orationem etiam ipſam & ſtylum, qui vocabulis abundat difficilioribus, durisque translationibus, immo ad poëticae dictionis naturam accedit, imitaretur. Sed excuſat eum nonnihil mos, qui tum temporis in Academia Cantabrigienſi receptus erat. Nam, quod *Gilbertus Burnetus* memoriae prodidit, (*g*) ſummi viri, qui aetate ejus in hac Academia docebant, *Hobbeſii*que ſententiis acriter reſiſtebant, omnes *Platonis* accenſi erant amore & ex lege diſciplinae Platonicae profanum, quem dixi, philoſophum oppugnabant. Nec id quemquam ignorare ſinent ſcripta, quae adhuc exſtant & eruditorum manibus teruntur, *Theophili Galei*, *Henrici Mori*, *Thomae Burneti*, & aliorum multorum. Contra in Oxonienſi Academia philoſophandi ratio, quae propria *Platoni* fuit, valde iſta

(*g*) *Hiſtory of his own Time Liv.* II. *ad A.* 1661. *p.* 187. ubi de *Whitcote*, *Cudworthi* neceſſario, & ipſo *Cudworthio* hoc modo inter alia loquitur: *He ſtudied —— to conſider religion as a ſeed of a deiform Nature* (*to uſe one of his own Phraſes*) *In order to this, he ſett young ſtudents much on reading the ancient Philoſophers, chiefly Plato, Tully and Plotin, and on conſidering the Chriſtian religion as a doctrine ſent from God, both to elevate and ſweeten humane nature, in which he was a great exemple, as well as a wiſe and kind inſtructer. Cudworth carried this on with a great ſtrenght of genius, and a vaſt compaſs of learning.* His junge verba *Guil. Wottoni in elogio Thomae Burneti*, quod exſtat in Celeb. Viri *Chriſtoph. Auguſt. Heumanni Acta philoſophorum* Germanice editis *Tom.* III. *Part.* XV. *p.* 436. *Horum* (Cantabrigienſium Theologorum) *plerique philoſophiam veterem excolebant, nulli autem ſectae, ſi Platonicorum forte diſciplinam excipiamus, praeter ceteras annixi.*

(*h*) *A free and impartial account of the Platonick Philoſophy being a letter written to his much honoured Friend, Mr. N. B. by Samuel Parker. Oxford* 1666. 4. Pereruditus & ingenioſus eſt hicce liber, dignusque quem legant harum litterarum ſtudioſi.

An Account of the nature and extent of the divine dominion and Goodneſs, eſpecially as they refer to the Origenian Hypotheſis concerning the preexiſtence of ſouls together with a ſpecial account of the vanity and groundleſſneſs of the Hypotheſis

Digitized by Google

iſta aetate deprimebatur & ſpernebatur, quod vel ex *Samuelis Parkeri* libellis adverſus Platonem apparet. (*b*) In Theologia ſeu rerum divinarum ſapientia partes eorum probaſſe & juviſſe dicitur, qui juſto moderatiores plerisque videntur & *Latitudinarii* appellantur: quorum quidem princeps facile eſt *Guilielmus Chillingworthus*, vir certe ſubtilis & excellenti praeditus ingenio. Sed ex libris ſcriptisque *Cudworthi* difficulter probes, huic eum generi fuiſſe deditum. Ut enim multis de rebus in utramque partem diſputet & libertatem lectori relinquat ad alterutram ſententiam ſeſe adjungendi, verbis etiam interdum non ſatis providus ſit, ſemper tamen placere ſibi communem & receptam doctrinam, diſerte profitetur. Quales *Latitudinarii* ſint, *Burneti* verbis exponere placet, qui mihi ceteris accuratius de hac re videtur expoſuiſſe: (*i*) *Hi omnes*, inquit, *de quibus adhuc* (Cantabrigienſes Theologi *Morus*, *Cudworthus*, *Whichcotus*, & alii,) *& qui ab illis inſtituti erant, id primum agebant unice, ut accuratius, quam adhuc factum erat, in naturam rerum inquirerent. Reſiſtebant ex altera parte ſuperſtitioni, & ex altera Enthuſiasmo. Formam imperii eccleſiaſtici & normam cultus publici lege praeſcriptam amabant, libenterque his inſtitutis ſeſe ſubjiciebant: at nec impium eſſe ducebant alias rationes ſequi. Exoptabant, majori ut omnia moderatione geſta & tractata* (inter partes his de rebus diſſidentes) *fuiſſent. Non deridebant amicitiam cum illis colere, quibuscum ceteroquin de variis rebus diſſidebant, magnamque ſuis tam in Theologia, quam philoſophia, libertatem concedebant: hunc propter cauſſam viri latitudinis ſeu Latitudinarii appellabantur ab illis, qui anguſtioribus erant animis, minusque temperatis ingeniis. Aſſidue legebant Epiſcopium. Quumque in eam potiſſimum curam incumberent, ut rerum omnium explorarent cauſſas & rationes, ideo ab adverſariis Sociniani vocabantur. Pontificis Romani dominationi & praeceptis univerſi vehementer obſiſtebant. Quare ipſimet Pontificii eos Atheos, Deiſtas, & Socinianos nominabant.* Vulgaris Reformatorum doctrina de abſolutis Dei decretis vehementer ipſi displicebat, id quod ex omnibus ejus de fato, & aliis rebus diſputationibus apparet: quod quidem dogmatis hujus odium tanto altius in animum ejus ſeſe inſinuabat, quod *Hobbeſium* videret eo ad nefaria ſua & omni pietati ac religioni noxia dogmata valde abuti. Pietatem ejus, modeſtiamque qui praedicent, infiniti ſunt: prudentia paucos habuiſſe pares dicitur. Sed hinc hoſtes ejus occaſionem ſumebant verſutiae & diſſimulationis ipſum accuſandi (*). (*k*) Aſſentior *Burneto* injuriam ipſi factam eſſe: at hoc tamen dubio caret, multis eum de

it ſelf. Being a ſecond Letter written to his much honoured Friend and Kinsman Mr. Nath. Bisbie. By Sam. Parker. Oxford. 1666. 4. Neque hic contemnendus eſt liber.

(*i*) Hiſtory of his own Time *Lib.* II. *p.* 188. *All theſe, and thoſe who were formed under them, ſtudied to examine farther into the nature of the things than had been done formerly. They declared againſt ſuperſtition on the one hand, and enthuſiaſm on the other. They loved the Conſtitution of the Church and the Liturgy, and could well live under them: But they did not think it unlawfull to live under another form. They wiſhed that things might have been carried with more moderation. And they continued to keep a good correſpondence, with thoſe who had differred from them in opinion, and allowed a great freedom both in philoſophy and in divinity: From whence they were called Men of Latitude. And upon this men of narrower thoughts and fiercer tempers faſtened upon them the Name of Latitudinarians. They read Epiſcopius much. And the making out the reaſons of things being a main part of their ſtudies, their enemies called them Socinians. They were all very Zealous againſt popery. And ſo, they becoming ſoon very conſiderable, the Papiſts ſet themſelves againſt them to decry them as Atheiſts, Deiſts, or at beſt Socinians.*

(*) [Valde ab adverſariis exagitatus & injuriis affectus. Vid. *Warburton divin. legation of Moſes Tom.* II. *Pref. p.* 10.]

(*k*) *Burnet* l. c. *p.* 187. *Cudworth was a man of great conduct and prudence: Upon which his* ene-

Digitized by Google

de ſcitis & dogmatibus in ſcriptis ſuis tam circumſpecte, immo ambigue ac dubie loqui, aegre ut intelligi queat, quaenam vera ejus ſententia de illis fuerit. Temporum, quibus vivebat, rationes hanc animi temperationem & in diſputando continentiam deſideraſſe videntur. Infinita volvit animo: ſed pauca tantum, ſi magnitudinem conſiliorum ſpectes, ipſemet in lucem protulit. Accipe indicem editorum ab eo librorum:

I. A Diſcourſe concerning the true Notion of the Lords ſupper by R. C. London. 1642. *in.* 4.

De hoc libello dixi in praefatione illi praemiſſa. Laudatus eſt a ſummis viris & litteratorum principibus *Bocharto*, *Spencero*, *Seldeno*, & aliis. Ven. *Chriſtoph. Matth. Pfaffius* (*l*) auctor eſt ipſum & in forma duodecima & majori, ita ut *Syſtemati Intellectuali* addi poſſet, aliquoties editum eſſe. Mihi nulla viſa eſt alia, praeter hanc, editio, quam dono mihi, quod hic grata voluntate praedico, Vener. Academiae Cantabrigienſis Pro-Cancellarius dedit.

II. The union of Chriſt and the Church in a Shadow by R. C. London 1542. *in* 4.

Solet hic libellus ſuperiori *de vera notione S. Coenae* jungi. Dixi de eo in praefatione, quam praemiſi Latinae ejus interpretationi. Retulerunt ad me viri ex Britannis eximii, binis ſermonibus, quos ad populum publice recitavit *Cudworthus*, libellum hunc conſtare. Sed hoc ego difficulter mihi perſuadeo. Etenim plenus eſt variae eruditionis, nec ad pietatem accendendam ullo modo accommodatus. (*)

III. The true Intellectual Syſteme of the univerſe. The firſt Part. Wherein all the Reaſon and Philoſophy of Atheism is confuted and its impoſſibility demonſtrated. By R. Cudworth D. D. Origenes: Γυμνάσιον ἡ ψυχῆς ἡ ἀνθρωπίνη σοφία, πλὴν ἢ οὐ θεία. *London Printed for Richard Royſton, Bookſelier to his moſt ſacred Majeſty.* MDCLXXVIII. *fol.* (†)

Late ſupra de virtutibus & exiſtimatione hujus operis diſſerui: Quibus nunc addere liceat *Petri Baylii* teſtimonium, qui auctorem ex ſummis illis viris eſſe ait, quos nominare idem ſit, quod laudare. (*m*) & librum ipſum vaſtiſſimi ingenii documentum, eruditioneque ſingulari & incomparabili confertum eſſe, tradit. (*n*) Pollicetur idem, ſe de illo & auctore ejus alias copioſe eſſe loquuturum: quod tamen haud praeſtitit. Ut vero nihil ab omni parte perfectum eſt, ita & in hoc opere de-

enemies did very falsly accuſe him of craft and diſſimulation.

(*l*) *Diſſ. de oblatione veterum Euchariſtica* §. 3. p. 169. 170. quam una cum fragmentis *Irenaei* edidit.

(*) [Vid. *Bibl. raiſonnée Tom.* XIII. p. 17.]

(†) [Recuſum *Lond.* 1732. 2 vol. 8. *Petri de Hondt Catal.* additus *Biblioth. Britann. Tom.* XVI. *P.* I.]

(*m*) Lettr. Choiſies *Vol.* III. *Lettr.* CCLXVII. p. 1022. *Enfin il eſt de ces genies ſuperieurs, dont le nom ſeul fait l'eloge.*

(*n*) Loc. cit. p. 1022. *Encore que je ne connoiſſe pas l'ouvrage de Mr. Cudworth pour l'avoir lû —— mais ſeulement par la voix de la renommée & par les Extraits que Mr. le Clerc en a donné: je ſuis perſuadé que c'eſt l'ouvrage du plus profond genie, & de la plus vaſte erudition qui ait jamais paru.*

(*o*) *The-*

Digitized by Google

deſiderata quaedam ſunt a nonnullis. Fuerunt, qui formam diſputandi, orationem, & alia reprehenderent: fuerunt, qui errorum de re ſacra graviſſimorum auctorem poſtulare non vererentur. Ex illo genere aliqui conqueſti ſunt, nimiis illud ejusdem rei repetitionibus, digreſſionibus, majorique, quam res poſtulabat, locorum ex antiquis ſcriptoribus copia laborare: quare optarunt, ut vir aliquis eruditus aptius & ornatius illud digereret, reſectisque ſupervacaneis in meliorem ordinem redigeret. (*o*) Aliqui vero in confutandis hominum impiorum argumentis breviorem juſto fuiſſe auctorem, aegre tulerunt, voluerintque propterea, ut adderentur a viro in his rebus exercitato, quae *Cudworthus*, ad finem properans operis, aut omiſit plane, aut paucis tantum attigit. (*p*) Superiori vitio, quum interpretis tantum perſonam ſumſiſſem, mederi mihi haud licuit: huic paſſim, pro modo & tenuitate virium mearum, in adnotationibus conſulere conatus ſum. Alterum genus, quod variorum & graviſſimorum errorum *Cudworthum* inſimulavit, paſſim a nobis in obſervationibus ſubjectis & auditum, &, ſi fieri potuit, repreſſum fuit. Jam de binis tantum illis partibus hujus operis nonnihil dicam, quae prae ceteris criminationibus & variis controverſiis occaſionem dederunt. Altera harum *digreſſio* eſt *de natura genitrice*, altera *diſputatio de Trinitate Platonica & Chriſtiana*, quae finem *capitis quarti* facit.

Illa quidem *de natura genitrice* Diſſertatio haud paucos ex doctiſſimis hominibus commovit, ut ad hanc ſententiam accederent, de quibus alio forte loco dicendi aliquid occaſio mihi dabitur; alios vero, ut has naturas genitrices acerrime oppugnarent, adduxit. Nominatim *Petrus Baylius* nil adfirmare dubitavit, aptam eſſe magis hanc de naturis genitricibus doctrinam ad Atheorum cauſſam juvandam & fulciendam, quam debilitandam. (*q*) Sed huic ſtatim *Jo. Clericus*, qui *Cudworthi* ex opere ampliſſima excerpta in *ſelecta Bibliotheca* exhibuerat, occurrendum ſibi eſſe ratus eſt (*) Diſſertatione Gallica, qua doctrinae hujus indolem ipſo *Cudworthо* elegantius & accuratius explicat, nilque ex ea emolumenti impiorum hominum ſperare cauſſam poſſe, ſigillatim oſtendere nititur. (*r*) Non ſatisfecit haec reſponſio *Baylio*: itaque inſtitutam ſemel accuſationem renovavit & novis coloribus ornare conniſus eſt: (*s*) ita tamen, ut memoriae *Cudworthi* parceret, ſeque tantum hominem minime impietatis ergo Deum poſtulare, ſed vitia tantum opinionis, cui ſeſe addixiſſet, oſtendere voluiſſe, ſancte adſeveraret. At nec ſiluit *Jo. Clericus*, utpote qui *brevioribus* quibusdam *obſervationibus* naturis genitricibus *Cudworthi* ſtatim ſubvenire ſtuduit. (*t*) Reſpondit iterum *Baylius*: (*v*) quod ejus factum finis conſequutus eſt contentionis hujus. Namque poſtea ad graviores & ſummi momenti controverſias bini hi acutiſſimi viri delati ſunt, quae non niſi morte *Baylii* terminari potuerunt. Notae ſunt hae pugnae inter eos, qui non ignari ſunt plane rerum inter eruditos hoc ſeculo geſtarum, nec meum fert inſtitutum,

(*o*) *Thomas Wiſe* in *Praefat.* operis paullo poſt Laudandi *p.* 11.

(*p*) Loc. cit. *p.* 15. 16.

(*q*) *Continuation des Penſées diverſes ſur les Cometes*, *Tom.* I. §. 21. *p.* 90. & §. 111. *p.* 530.

(*) [Vid. *Maizeaux vie de Mr Bayle*, *p.* 177. *ſ.* Parum tamen *Baylii* ſententia a *Clerici* opinione remota fuit. Vid. *Bibl. Britann. Tom.* XVII. *p.* 364.]

(*r*) *Eclairciſſement ſur la doctrine de Mr. Cudworth & Grew touchant la Nature plaſtique & le monde vital*, *dans la Biblioth. Choiſie Tom.* V. *p.* 283. *ſ.*

(*s*) *Dans l'hiſtoire des Ouvrages des Sçavans Auguſt.* 1704. *Art.* XII. *p.* 380.

(*t*) *Bibl Choiſie Tom.* VI. *p.* 422.

(*v*) *Hiſtoire des Ouvrages des Sçav. A.* 1705. *Decembr. p.* 540.

(*x*) Vid.

Digitized by Google

tum, ut de illis hoc loco verba faciam. Quum filia *Cudworthi*, de qua supra dixi, resciviſſet, *Baylium* parentis ſui nomen & exiſtimationem macula quadam adſpergere voluiſſe, animi ſui dolorem ob hunc conatum epiſtola ad *Jo. Clericum* data, teſtata eſt, facultatemque fecit ipſi, eam in *Bibliotheca ſelecta* vulgandi. (*x*) Qua de re quum certior factus eſſet *Baylius*, nolebat tantae foeminae indignationem incurrere, binasque ad *Petr. Coſte* dabat epiſtolas, quibus eum ſummopere rogabat, ut commotum ejus animum ſedaret, oſtenderetque, nihil prorſus injuriae ipſi *Cudworthо* a ſe illatum eſſe, ſed, more apud eruditos uſitato, opinioni cuidam ab ipſo defenſae litem tantum ſeſe intentaſſe. (*y*) Et tantum valuit apud eximiam mulierem haec deprecatio, ut nihil amplius in eum moliretur, epiſtolamque ſuam a *Jo. Clerico* edi vetaret. (*z*)

Altera *de trinitate Chriſtiana & Platonica digreſſio* multo magis etiam commovit animos, quumque argumentum ſanctius ſit & excelſius, plus doctiſſimo Viro invidiae paſſim creavit. Nulla ab eo tempore, quo hic liber *Cudworthi* editus eſt, de divina Trinitate controverſia excitata eſt in Anglia, innumeras vero excitatas eſſe, ſatis conſtat, in qua *Cudworthus* non ad partes vocatus ſit, nullum fere prodiit ad has lites declarandas & dirimendas ſcriptum, in quo ille non appellatus, ac vel laudatus & defenſus, vel reprehenſus ſit. (*a*) Quaeſiverunt cuncti fere, qui novis hac de re opinionibus ſtuduerunt, in tanto homine, quem ingenii copia & eruditio incomparabilis ſumme venerabilem Anglorum Theologis fecerunt, firmamenta ſententiarum ſuarum: ipſi tam Sociniani, quam Sabelliani recentiores, ex ejus opibus nuditatem ſuam tegere laborarunt. Multa ſunt ad manus, quae de hiſce ſtudiis & conſiliis narrare & diſputare poſſem: verum brevitatem temporis, quo circumſcriptus ſum, ratio imperat. In primis illi, qui *ſubordinationem*, quam vocant, in divina Trinitate tuentur, *Cudworthi* auctoritate ſeſe munire potiſſimum ſolent: (*b*) unde multi ex illis, qui rectiorem fovent de Deo ſententiam, graviter paſſim in eum invehendi occaſionem ſumſerunt. Movit omnem lapidem vir doctiſſimus *Thomas Wiſe*, ut has criminationes ab ejus fama depelleret, magnumque hominem, tametſi nec ſatis dilucide, nec ſatis caute ubique loquutus ſit, caſte tamen & Sacrae Scripturae convenienter de tribus in Deo perſonis docuiſſe ac ſenſiſſe, copioſe diſputavit. (*c*) Laudo ego hoc conſilium: ſatius enim eſt bonos & praeclare meritos viros defendere, quam accuſare: neque nego, multos in *Cudworthi* verbis ac ſententiis aeſtimandis & exponendis vehementer boni interpretis & aequi rerum exiſtimatoris officium neglexiſſe. Certe prudentia, qua inſignem prae multis fuiſſe virum egregium accepimus, in hoc cum argumento tractando non deſerit, verum orationem ejus & dicendi modos ita plerumque fingit ac temperat, ut qua fuerit vere ſententia imbutus, difficul-

ter

(*x*) Vid. *Clerc Bibl. Choiſie Tom.* VI. *p.* 426.

(*y*) Exſtant hae binae epiſtolae in *Baylii Lettres Choiſies Vol.* III. *n.* CCLXVI. CCLXVII. *p.* 1017. *ſ.* Altera data eſt d. XXX. April. 1705. Altera d. III. Julii ejusdem anni.

(*z*) *Petr.* des *Maizeaux notis ad epiſtolas Baylii Vol.* III. *p.* 1020.

(*a*) *Thom. Wiſe* in *Praef.* operis paullo poſt laudandi *p.* 25. 26. *There has hardly been a Pamphlet or Book writ for ſome years about the bleſſed Trinity, eſpecially in England, —— which does not bring in D. Cudworth upon the Stage and vouch his Name and Quotations for his Purpoſe.*

(*b*) Nuperrime hujus cum dogmatis publice poſtulavit *Samuel Crellius*, Socinianae familiae hodie doctiſſimus, *Journal litteraire Tom.* XVII. *p.* 182.

(*c*) Introductione ſeu Praefatione ad Epito-

mes.

Digitized by Google

ter intelligere, nec nisi conjecturis valde lubricis consequi liceat. At, si dici tamen debet, quod res est, non ita mentem suam occultare potuit, quin hominibus non plane stupidis & inertibus pateat, propendisse eum in partes eorum, qui gradu tres in divina natura personas sejungunt. Neque summi hoc inter Anglos viri, qui ceteroquin summa merita ejus & egregiam doctrinam suspiciunt ac venerantur, diffiteri audent, sed eamdem ipsi sententiam fuisse de Trinitate, quae nostra memoria *Samueli* fuit *Clarckio*, concedunt (*d*). Induxit, quod evidens est, in hunc errorem magnum hominem nimius Platonici dogmatis amor. Veram scilicet de tribus in Deo naturis doctrinam ab Hebraeis existimabat ad *Platonem* & ab hoc ad juniores ejus discipulos perveniisse, ideoque tres Platonicorum *archicas hypostases* & Christianorum tres in uno Deo personas non, nisi vocabulo, inter se differre. At Platonicorum, quae vocantur, tres *hypostases* non sunt, ex sententia ejus, inter se aequales & pares, verum dignitate atque praestantia nonnihil disjunctae. Itaque non potuit, quin eamdem de tribus, quas esse nos ex sacris litteris credimus, in Deo personis opinionem foveret. Tam facile est, illos etiam labi & errore circumveniri, qui infinitos alios eruditione ac ingenio vincunt, quum immoderato humanae cujusdam disciplinae ac scientiae studio capti ad res divinas contemplandas sese conferunt. Plura ne hac de re adjiciam, quod facile possem, temporis angustia prohibeor.

Epitomen venustam & elegantem operis hujus *Cudworthi* confecit & edidit Vir eruditissimus, *Thomas Wise*, tum temporis S. Theologiae Baccalaureus, socius Collegii, quod Oxoniae conditum est, Exoniensis & Ducis Ormondiensis a sacris domesticis, quod ita inscriptum est.

A confutation of the reason and philosophy of Atheism, being in a great Measure either an Abridgement or an Improvement of what Dr. Cudworth offered to that purpose in his True intellectual Systeme of the universe. Together with an Introduction, in which, among Accounts of other Matters relating to this Treatise, there is an impartial Examination of what that learned person advanced touching the Christian doctrine of a Trinity in unity and the Resurrection of Body. In Two Volumes By Thom. Wise Lond. 1706. *in* 4. Sequitur hoc in opere vir eximius maximam partem *Cudworthi* vestigia & sepositis digressionibus eruditis & longioribus, variisque veterum testimoniis, meditata ejus facili & plano dicendi genere refert, justoque & concinno ordine disponit; at passim tamen, maxime in extremo opere, ex recentioribus Anglorum scriptoribus contra religionum irrisores, multa adjicit & addit. Introductionem praemisit huic operi bene longam, in qua cum de aliis rebus erudite differit, tum potissimum adversus malevolorum varias criminationes, quibus hoc ejus opus conspurcarunt, *Cudworthi* memoriam & doctrinam defendit. Excer-

men operis hujus *Cudworthi*.

(*d*) Ex multis unum testem non infimi nominis dabo, *Robertum Nelsonum*. Equitem Anglum eruditissimum, qui *in the Life of Dr. Georg. Bull* edita *Lond.* 1714. *in* 8. §. 61. *p.* 339. his verbis *Cudworthi* doctrinam de Trinitate explicat: *The most learned Autor of the Intellectual System, Dr. Cudworth, having professedly maintained, that the three Persons of the Trinity are three distinct spiritual substances, but that the Father alone is truly and properly God, that he alone in the proper sense is supreme, that absolute supreme honour is due to him only, and that he, absolutely speaking, is the only God of the universe: the Son and Spirit being God but only by the Fathers concurrence with them and their subordination and subjection to him.* Paullo post *p.* 340. idem quod *Cudworthum*, *Clarckium* sensisse tradit.

 (*e*) *In-*

Digitized by Google

cerpſimus nos ex hac praefatione quaedam paſſim in obſervationibus noſtris, auctore laudato. Patronus certe nusquam accuſato defuit: at vereor, ne interdum accuſatus Patrono ſuo defuerit.

IV. *Sermo ad populum de reſurrectione corporum mortuorum ad* 1 *Cor.* XV. 57.

Hunc ſermonem memorat *Thom. Wiſe* (*e*) eumque ſyſtemati Intellectuali ſubjectum eſſe tradit (*). Sed ego, omnem licet adhibuerim diligentiam & a maximis magnae Britanniae viris auxilium petierim, compos fieri illius haud potui. (†)

Haec ipſemet emiſit, dum viveret, *Cudworthus*, at multa reliquit alia copioſiſſimae eruditionis & ſublimis ingenii documenta manu exarata: quae, quum diu neglecta fere jacuiſſent apud filiam & nepotem, nunc ſpes eſt, a Reverendiſſ. Patre, *Eduardo*, Epiſcopo Dunelmenſi, qui aſſidua manu has lucubrationes, nepote magni viri hoc concedente, verſavit, in lucem protractum iri. Pars quaedam earum formis jam expreſſa eſt cura praeſtantiſſimi hujus antiſtitis: forte reliqua, quibus ita comparatum eſt, ut oculos ferre queant hominum eruditorum, propediem conſequentur. Suppeditavit mihi vir humaniſſimus & egregius, quem dixi, accuratum indicem omnium lucubrationum *Cudworthi*, quae adhuc latent: quem quidem Latine ex Anglico converſum exhibebo. Ex ipſis inſcriptionibus conſtabit, pleraque ut *Syſtematis Intellectualis*, cujus primam tantum partem edere potuit *Cudworthus*, continuationem ſpectari debere.

Index operum nondum editorum Rad. Cudworthi.

(*f*) Opus de bono & malo morali, aliquot formae majoris voluminibus conſtans, quae mille prope paginas conficiunt.

Argumentum Capitum Libri I. *hujus Operis:*

Cap. I. Explanantur opiniones eorum, qui antiquis temporibus negarunt, jus quoddam eſſe naturae. Pag. 1

II.

(*e*) *Introductione* jam ſaepe laudata *p.* 131.

(*) [Vid. *Bibl. raiſonnee Tom.* XIII. *P.* I. *p.* 19. Sermones, quos *Clericus* ait Libro ejus *de Fuchar.* adauctos eſſe, nulli ſunt, quam Liber *de Unione Chriſti & Eccleſiae.*]

(†) [Concio tamen quaedam ſingularis *Cudworthi* 1647. habita *de Nexu veritatis & pietatis* in 1 *Joh.* II. 3. 4. Germanice verſa cum *Jo. Wallisii & Iſaaci Barrow* concionibus quibusdam & Praef. *Sigism. Jac. Baumgarten*, Prof. Hall. prodiit Hal. 1737. 8. *h. t.* Sammlung einiger erbaulichen Predigten dreyer berühmten gottesgelehrten in England, Rad. Cudworths, Joh. Wallis und Iſaac Barrows Ex Praef. Baumgartii quaedam circumſtantiae vitae *Cudworthi*, enumeratis addendae, edifci poſſunt.]

(*f*) A Diſcours of Moral Good and Evill in ſeveral folios, containing near 1000 pages.

Heads of the Chapters of one of thoſe Books.

Chap. 1. The opinions of the ancient adverſaries of natural Juſtice explained. pag. 1
2. Objections againſt Morality. 11
3. Answer tho the firſt objection. 29
4. Answer tho the 2d. & 3d. objection. 45
5. Inconſiſtences with a Common Wealth. 49
6. Juſtice made by Gods arbitrary Command. 79
7. The 6th. and 7th. objections answerd. 112
8. Pleaſure; wherein the ancient Hedonick philoſophy is explain'd, & it is largely debated, whether pleaſure is the ſummum bonum. 117

b. As-

II. Argumenta eorum, qui nullam esse naturalem justitiam putant. 11
III. Responsio ad primum eorum argumentum. 29
IV. Responsio ad secundum & tertium argumentum. 45
V. Saluti rerumpublicarum haec doctrina plane repugnat. 49
VI. Justitia arbitrario Dei mandato non est constituta. 79
VII. Responsio ad argumentum sextum & septimum. 112
VIII. De voluptate. Explanatur veterum philosophorum disciplina, qui ad voluptatem retuleruut omnia, & copiose disputatur: Utrum voluptas summum bonum sit. 117
IX. Responsio ad argumentum nonum. 175
X. Vera notio disciplinae moralis stabilitur. 198
XI. De Felicitate. Philosophia Epicuri de felicitate expenditur ac confutatur. 253
XII. Vera felicitas consistit in vita divina. 296
XIII. Ex his consequitur, Deum esse naturam ab omni concretione corporea remotam. 303
XIV. Controversia de libertate explicatur. Nova de eo philosophica sententia consideratur. 336
XV. Argumenta contra libertatem. Τὸ ἀγαθὸν φαινόμενον. 365
XVI. Argumentum adversus eam ab incontinentia sumtum. 382

Liber de doctrina morali, quo *Hobbesii* philosophia explanatur. Summa ejus capita. In Prolegomenis docetur, si nihil ipsa natura justum vel injustum est, nihil etiam tale fieri posse.

Cap. II. Non lege. Cap. III. Nec lege Naturae. Cap. IV. Nec per foedera & conventiones. Cap. V. Explicatur *Hobbesii* doctrina uberius, cum generatim, tum particulatim. Cap. VI. Status naturae. Cap. VII. Leges Naturae. Cap. VIII. Generatim doctrina adumbratur *Hobbesii*. Cap. IX. Ambiguitates ejus ostenduntur. Cap. X. Doctrina ejus de obligatione. Cap. XI. Ex praeceptis ejus nulla potest esse doctrina moralis. Cap. XII. Judicium de civili ejus philosophia: Nulla firma stare potest respublica legibus ejus nixa.

Dissertatio de libertate & necessitate, in qua fundamenta philosophiae, qua utun-

9. Answer tho the 9th. Objection. 175
10. Notion of Morality settled. 198
11. Happiness: and the philosophy of Epicurus concerning it examined and refuted. 253
12. True Happiness in divine Life. 296
13. Result of the former Discours; Incorporeal substance Deitie. 303
14. Controversy of libertie stated. Anew philosophical hypothesis. 336
15. Objections against Libertie. Τὸ ἀγαθὸν φαινόμενον. 365
16. Argument from the Phaenomenon of Incontinency. 382

Heads of another Book of Moralitie, wherein Hobbes phylosophy is explain'd.

Prolegomena: To shew, that if Nothing is naturally just or injust, nothing can be made so. Cap. 2. Not by Laws Cap. 3. Not by Laws of Nature. Cap. 4. Not by Convenants. Cap. 5. to explain his doctrine (1.) generally (2.) particularly. Cap. 6. state of nature. Cap. 7. Laws of nature. Cap. 8. Common representative. Cap. 9. To discover his Equivocations. Cap. 10. About obligation. Cap. 11. According to him there can be no Ethic. Cap. 12. Judgment of his Politics: That no Politic can be built on these Principles.

A discourse of Libertie and Necessitie, in which the grounds of the Atheistical philosophie are confuted and Morality vindicated and explained. This Book contains 1000 pages folio.

utuntur Athei, convelluntur, resque moralis ab omnibus injuriis vindicatur & explanatur. Constat hoc volumen mille paginis formae majoris.

Argumentum Capitum Libri Primi.

Cap. I. Necessarias esse omnes actiones hominum, a triplici genere & diversa quidem ratione modoque defenditur: primum a Christianis quibusdam Theologis recentioris aetatis: deinde ab antiquis Stoicis, qui a Zenone descendunt: denique a Physicis Democriticis aut illis, qui fatum ideo introducunt, ut pietatem omnem ac religionem tollant. Pag. 1

II. Argumenta eorum, qui ex Christianis pro fatali necessitate actionum pugnant. 37

III. Stoicorum argumenta pro fato. 70

IV. Atheorum rationes ad fatum defendendum. 84

V. Responsio ad ea, quae pro fato afferuntur. 119

VI. De motu & sensu, 167

VII. De intelligentia. 196

VIII. Responsio ad *Hobbesii* exceptiones. 305

IX. Natura doctrinae moralis. 317

Summa capita alius *Libri de libero arbitrio.*

Cap. I. Somnia. Cap. II. Indifferentia. Cap. III. Generalis argumenti descriptio. Cap. IV. Uberior ejus delineatio. Cap. V. Definitio & accuratior descriptio. Cap. VI. Nulli in Deo imperfectioni locus est. Cap. VII. Argumenta ad hanc rem probandam. Cap. VIII. Natura illa, quae regit omnia, non est ἀνάγκη ἀπαρείτητος, sed περιοῖα ἱλασμὸς. Cap. IX. Responsio ad hoc argumentum: μηδὲν ἀναίνου. Cap. X. De contingentia. Cap. XI. Argumentum pro necessitate a natura Dei sumtum.

Commentarius in Danielis vaticinationem de septuaginta hebdomadibus, quo omnes Judaeorum interpretationes oraculi hujus considerantur & confutantur, nec non quaedam eruditorum Christianorum expositiones ponderantur. Duo volumina fol.

Liber

Heads of the Chapters of one of the Books.

Chap. I. The necessity of all humane actions asserted by three sorts of Men and in different ways. First, some Christian Theologers of the letter Age. 2d. The old Zenonian Stoics. 3d. The Democritical Physiologers or Atheistical Fatalists. Pag. 1

II. Christian fatalists pleading. 37

III. Stoical fatalists pleading. 70

IV. Atheistical fatalists pleading. 84

V. Answer to the Phaenomena objected. 119

VI. Of Motion and sense. 167

VII. Of intellection. 196

VIII. Answer to Hobbes Reflections. 305

IX. Morality. 317

Heads of the Chap. of another Book *de libero arbitrio.*

Chap. I. Dreams (2.) Indifferences (3.) General Accompt. (4.) Particular or full Accompt. (5.) Definition and particular Accompt. (6.) An imper-

fe-

Digitized by Google

Liber de veritate religionis Chriſtianae adverſus Judaeos.

Hujus operis meminit *Cudworthus* in ſchedis ſuis: at reperiri adhuc illud haud potuit inter chartas, quas moriens reliquit ſuis.

Δίκαιον φυσικὸν καὶ αἰώνιον, ſeu Liber de aeternis & immutabilibus juſti & honeſti notionibus.

Hic ille liber eſt, quem non ita pridem Reverendiſſimus antiſtes Dunelmenſis hoc indice inſignitum edidit:

A Treatiſe concerning eternal and immutable Morality, by Ralph Cudworth, formerly Maſter of Chriſts Collegie in Cambridge with a Preface by the Right reverend Father in God, EDWARD, Lord Biſhop of Durham. London, printed for James and John Knapton 1731. *in* 8. Legatur de eo praefatio noſtra, quam Latinae ejus interpretationi praemiſimus. Deſiderat hoc opus ultimam manum auctoris ſui: ceteroquin ſubtile & acutum eſt.

Diſſertatio de creatione mundi ac immortalitate animae in 8.
De eruditione Hebraeorum Liber.
Expoſitio doctrinae *Hobbeſii* de natura Dei & de ſpirituum extenſione.

Si quo umquam in libro deſcribendo magna cura fuit adhibita, ne operarum incuria & negligentia formam ejus & pulcritudinem erroribus & maculis corrumperet, in hoc certe id factum eſt. Nec fieri tamen potuit, quin paſſim quaedam humanae infirmitatis ſigna in illud irreperent. Non mihi licuit per temporis inopiam indicem eorum addere: ſed brevis tamen is eſt, nec puto aliquem in hoc opere errorem exſtare, qui hominem rerum vel mediocriter peritum diu morari, aut non prorſus iniquo interpretem accuſandi occaſionem ſuppeditare valeat. Debent hoc beneficium in primis lectores Venerando & eruditiſſimo Viro, *Jo. Friderco Wucherero*, S. S. Theol. & Phyſices Profeſſori in Academia Jenenſi longe celeberrimo, qui curioſo & ſagaci oculo, antequam formis exprimerentur, cuncta exploravit, nilque facile, quod emendationis indigeret, praeterire paſſus eſt. Quod ſi vir hic doctiſſimus mihi, meisque peccatis idem praeſtare officium vo-

---

fection not formally in God. (7.) Arguments to prove ſuch a thing. (8.) That that which rules all is not ἀνάγκη ἀπαραίτητον, but πρόνοια ἐλευθερίας. (9.) Answer to the objection, μοναδὶν ἀναίτιον. (10.) Contingences. (11.) argument for neceſſity taken from the Nature of God.

Upon Daniels prophecy of the 70. weecks wherein all the Interpretations of the Jews are conſidered and confuted with ſeveral of ſome Learned Chriſtians in 2. Volumes fol.

Of the verity of the Chriſtian religion againſt the Jews. Dr. *Cudworth* mentions this in his MSS. but it is not yet found.

Δίκαιον φυσικὸν καὶ αἰώνιον. A treatiſe concerning eternal and immutable Morality.

A Diſcourſe of the Creation of the world and immortality of the Soul in 8.

Hebrew Learning.

An Explanation of Hobbs notion of God and of the Extenſion of Spirits.

Theſe are all that remain in MSS. that I have yet heard of.

Digitized by Google

voluiſſet pro inſigni eruditione, qua praeditus eſt, quod Volumini ipſi & litteris, vocabulisque, quibus conſtat, praeſtitit, haud dubie longe illud perfectius & multo minoribus erroribus maculatum prodiiſſet. Sed aequitati confido lectorum, certusque ſum, eos, ſi quid viderint vitioſum & deforme, voluntatem meam bene de re ſacra & litteraria promerendi ſpectaturos eſſe, memoresque ſemper fore, in tali vitae genere, quale meum eſt, vario, negotioſo, conturbato, nihil perfecti & eximii elaborari poſſe. Valete. Dabam in Academia Julia d. XVIII. menſis Martii MDCCXXXIII.

LEC

Digitized by Google

LECTORI OPTIMO S. ET O.

Etsi numquam, id quod haud diffiteor, multum voluptatis ex illis cepi libellis, quibus pro se verba faciunt auctores, nunc tamen meam ipse causſam tueri ac defendere a neceſſitate jubeor. Igitur principio, quum ad librum huncce ſcribendum animum appellerem, unice mihi conſtitutum fuiſſe profiteor, commentationem *quamdam* de libertate & neceſſitate, *aut, ut clarius loquar, diſputationem adverſus eos, qui res omnes & actiones hominum fato & neceſſitati alligant, exarare. Hoc enim genus, quoniam nec laudi, nec reprehenſioni locum eſſe ullum patitur, praemia poenasque omnes tollit, & idcirco extremum judicii diem ad fabulas & abſurda ingenii commenta perſpicue refert, ſemper mihi viſum eſt, quibuscumque demum praeceptis atque fundamentis utatur, ad ſummam erga Deum impietatem ducere, nec Chriſtianae tantum diſciplinae, verum omnis omnino religionis initia labefactare ac convellere.* (a) *Neque multis obſcurum eſſe arbitror, fuiſſe non ita pridem, qui doctrinam hanc eo unice conſilio exornarunt & perſequuti ſint. Iſtud vero mutavi propoſitum, poſtquam controverſiam hanc, quam nullo modo expedire licet, niſi verae totius rerum naturae origines & rationes aperiantur, latiſſime patere, & cum variis conjunctam eſſe quaeſtionibus, mecum reputavi. Triplex enim quum exſtet de fato ſententia, id quod in ipſo libri exordio demonſtratum eſt, idco, qui fataliter evenire & fieri omnia, quaecumque fiunt & eveniunt, exiſtimant, eodem omnes modo ſententiam ſuam tueri, aut eadem cauſſae ſuae fundamenta conſtituere nequeunt. Quod* Democriticum *appellavimus* fatum, *id nihil eſt, quam omnium rerum neceſſitas, ex ipſa materiae conſtitutione naſcens, Deumque proſus repudiat.*

(a) *Neque multis*] Haec & alia *Thom.* in primis *Hobbeſium* pungunt, quem iſta aetate novimus fato & neceſſitati inter Britannos omnia tribuiſſe, atque cum *Jo. Bramhallo* de his rebus publice decertaſſe.

* * * * *

Digitized by Google

pudiat. Nam quibus hoc fati genus placet, hi materiam ſenſu vacuam & neceſſario commotam unum aſſumunt rerum omnium principium & cauſſam eſſe. Quare Epicuras fatum *illud* phyſicorum *dixit, nos autem* fatum Dei neſcium *nominavimus. Illud vero fatum, quod divinam haud tollit naturam, iterum bipartitum eſt. Sunt enim in illis, quos Deum eſſe juvat, qui hunc omnia, quae geruntur a nobis, ſive bona ſint, ſive mala, & decernere & efficere, aut omnibus actionibus noſtris ita intervenire, exiſtimant, ut nullam libere queamus aggredi, cunctas vero fataliter & neceſſario ſuſcipiamus. Quorum quidem ſi vera eſſet ſententia, id quoque certum eſſet, divinam voluntatem minime naturali quadam & immutabili juſtitiae & bonitatis regula regi, ſed naturam Dei totam infinita potentia, ſuo cuncta arbitratu conſtituente, nullaque idcirco juſtitiae vel juris norma definita, contineri. Ex quo efficitur, bona quae vocantur & mala in hominum actionibus, ea in ſe nulla eſſe, neque φύσει aut* natura, *ſed νόμῳ tantum ſive* lege *aut conſtituta aut vetita eſſe. Hoc ego fati genus idcirco* fatum *divinum* juſtitiam tollens naturalem & violentum *dixerim. His alii ſunt oppoſiti fati defenſores, qui Deum quidem profitentur non ſolum omnia perficere, verum aliis quoque naturis agendi facultatem tribuiſſe, eumdem naturali quadam juſtitia & bonitate gaudere, praedicant, denique juſti & injuſti fines ipſam naturam terminaſſe, nec omnia, quae bona vel mala dicuntur, lege tantum diſcerni volunt; at nihilo tamen minus tali homines libertate prorſus ſpoliant, quali eos oportet eſſe praeditos, qui aut laudibus aut contumeliis, praemiis aut poenis jure poſſint affici. Etenim omnia, quibus natura rerum conſtat, genus hoc interiori quadam neceſſitate ferri atque agi, nec uspiam dominari libertatem, praecipit. Ex quo certe hoc conſequitur, nihil aliter in toto terrarum orbe fieri ac comparari potuiſſe, quam factum & comparatum eſt. Atque iſtud fati genus, quo a ſuperiori diſtinguatur, quod* juſtitiam tollens naturalem & violentum *appellavi, non male* fatum morale & naturale *vocaveris. Eſt vero illud continuatio & ſeries quaedam cauſſarum, inter ſe neceſſario aptarum & connexarum, cui Deus quidam* moralis, *ſi loqui ita fas eſt, aut natura in ſe ſancta, bona & juſta praepoſita eſt, a qua primum omnes hae cauſſae compoſitae & ordinatae ſunt. Atque hoc fatum divinum non modo Stoicis olim placuit, ſed etiam aetate noſtra quorumdam ſcriptis celebratum & exornatum eſt.*

Trium igitur illarum de fato & neceſſitate, ſeu de naturae originibus ſententiarum, aut potius errorum, quos primo ſtatim voluminis hujus capite enumeravimus, primus omnem prorſus religionem una cum ipſo Deo tollit ac deſtruit. Alter Deum quidem & religionem patitur eſſe, verum omne jus naturae, omne fas & aequum naturale, dum juſta & injuſta ſola voluntate & arbitrio infinitae potentiae ſeceni, pronuntiat, funditus evertit. Poſtremus, tametſi non modo Deum eſſe ſeu naturam infinite potentem & rationis participem concedit, verum etiam omnis juſtitiae & juris naturalis origines & rationes a divina natura repetit, cunctas tamen actiones ab inteſtina quadam neceſſitate procedere diſputat, nec idcirco praemiis & poenis vel minimum locum relinquit. Omnis e contrario verae religionis divinique cultus ſalus & incolumitas, meo quidem judicio, tribus nititur potiſſimum praeceptis & fundamentis. Quorum quidem hoc primum: Eſt omnino Deus quidam ſeu natura infinite potens & rationis particeps, quae rerum univerſaatem gubernat, adminiſtrat & moderatur; & vehementer ideo falluntur, qui res humanas incerto curſu, ſine gubernatore & rectore, ferri dictitant. Alterum: Hic Deus ipſa natura ſua juſtus ac bonus eſt. Eſt aliquid φύσει καλὸν καὶ δίκαιον, in ſe ex omni acter-

Digitized by Google

aeternitate juſtum & injuſtum, quod nullo modo mutari poteſt: nec propterea omnia, quae juſta vel injuſta dicuntur, voluntate tantum, praecepto & arbitrio ſancita ſunt. Poſtremum: Eſt aliquid ἐφ' ἡμῖν, ſeu in poteſtate noſtra poſitum, nosque omnes actionum, quas committimus, eatenus auctores ſumus atque principes, ut laudem illis vel reprehenſionem promereri, atque poenis vel praemiis ob recte aut injuſte facta affici queamus. Haec tria religionis omnis fundamenta is, qui epiſtolam ad Hebraeos *exaravit, his verbis complexus eſt:* (*) Qui accedit ad Deum, credere oportet, eſſe Deum, & praemia largiri iis, qui ipſum requirunt. *Nam quod hic vocat* Deum requirere, *id idem eſſe puto, quod imaginem divinam appetere, aut, quam amiſimus, naturam vitamque divinam recuperare ſtudere.*

Ceterum tria haec, quae modo enumeravimus, praecepta, quibus nihil majus aut humana meditatione dignius cogitari poteſt: primum: Non omnia fortuito & temere ſine gubernatore feruntur, ſed natura quaedam infinite potens & rationis particeps totam rerum naturam moderatur & adminiſtrat: alterum: Divina haec natura bonitate ac juſtitia gaudet interiori, nec diſcrimen honeſti ac inhoneſti, boni ac mali ab arbitrio ejus & voluntate unice duci debet, ſed ex ipſa ejus natura fluit: ex quo cogitur, Deum nullo modo impellere aut inducere poſſe homines, ut, quae mala ſunt & prava in ſe, committant & faciant: poſtremum: Non latet in uniuscujusque rei natura inteſtina quaedam neceſſitas, ſed quae ſuſcipiuntur ab hominibus, eatenus in eorum ſunt poteſtate, ut propterea vel laudari & exornari, vel puniri & reprehendi queant: nec idcirco dubitandum eſt, verſari juſtitiam quamdam in orbe, quae praemia poenasque ſingulis pro meritis diſtribuat: haec tria, inquam, praecepta id conſtituunt ac continent totum, quod a me verum intellectuale Syſtema univerſitatis *appellatur. Voces* verum Syſtema *oppoſitae ſunt eorum diſciplinae, qui Deum tollunt, quippe qui* falſum de naturae rerum originibus Syſtema *tuentur. Quibus quod vocabulum* intellectuale *addidi, id feci propterea, ut* Syſtema *hoc a reliquis, quae ſic moris eſt appellare, mundi ſeu orbis adſpectabilis & corporei Syſtematibus diſtinguerem, Ptolemaico, Tychonico, Copernicano: quorum hoc, binis ſuperioribus ſpretis, vulgo hodie pro unice vero habetur.*

Hoc modo quum inſtitutum noſtrum meditando ampliſicatum, & pro numero ſententiarum, quae vigent inter homines, de fato, aut errorum de conſtitutione hujus univerſitatis, quorum auctores diverſa ratione, nil extra fatum fieri, declarare ſtudent, in tres partes diſtributum eſſet, tribus ego libris ſeparatis quoque hanc omnem philoſophiam de fato & natura rerum confutare conſtitui. Et primo *quidem* libro *univerſam ejus generis philoſophiam & diſciplinam, quod Deum eſſe negat, funditus evertam, Deumque eſſe, demonſtrabo. Quod ſi fecero, illud fatum, quod* Democriticum *dixi, deletum,* & ὑλικὴ ἀνάγκη, materialis *illa* rerum omnium neceſſitas *expugnata & loco ſuo dejecta erit.* Secundum volumen *naturam perſequetur divinae rationis, Deumque Numen oſtendet eſſe in ſe bonum, ſanctum atque juſtum, non vero naturam infinite potentem, quae ſuo cuncta arbitratu agat, omnesque actiones, tam bonas, quam malas, ante conſtituat, decernat & imperet. Sic altera de fato & neceſſitate ſententia diſſipabitur.*

(*) Ebr. XI. 6.

Digitized by Google

bitur. Tertio *& poſtremo* libro *inteſtinam illam neceſſitatem, quam omnes comitari actiones, multi adſeverant, oppugnabo, naturisque ratione praeditis tantam ineſſe docebo libertatem vel in facta ſua poteſtatem, ut honorem ac ignominiam, praemia & ſupplicia mereri queant. Qua ratione unum illud, quod reſtat, eorum praeſidium, qui faxo evenire omnia opinantur, de medio tolletur ac removebitur. Tria haec volumina uno hoc generali inſcribere placuit indice:* Verum Syſtema intellectuale univerſitatis. *At ſingulis tamen libris nec propria ſua deerit inſcriptio. Primus* Confutatio eorum *dicetur*, qui Deum tollunt: *alter:* Vindiciae juris naturae, ſeu demonſtratio, juris omnis & juſtitiae originēs ex divina natura arceſſendas eſſe: *tertius denique:* Cauſſa libertatis humanae & juſtitiae, praemia ſuppliciaque pro meritis diſtribuentis, aſſerta.

His lectis, aequos omnes rerum exiſtimatores ſatis eſſe intellecturos, arbitror, quaenam tituli generalis, quem volumini huic impoſui, ratio ſit & ſententia: nec in primis illi, qui de Aſtronomorum Syſtematibus mundi nonnihil inaudiverunt, hunc a me flagitare libri mei indicem putabunt, ut de angelorum ordinibus, & de omnibus animalium, plantarum & metallorum generibus, id eſt, de omni ente, *cunctisque rebus, quibus haec univerſitas conſtat, diſſeram. Quamquam, id quod propterea moneo, ut quorumdam curioſitati occurram, omnes rerum, quae vere ſunt & exiſtunt, claſſes hoc opere attigi, generaque naturarum, quae infra Deum ſeu tres divinitatis perſonas poſitae ſunt, univerſe conſideravi. Haec vero genera duo tantum, ex philoſophiae noſtrae praeſcripto, ſunt: primum animorum eſt variae naturae, nec unius ordinis; ad quam claſſem* angeli *quoque pertinent: alterum corpora ſeu materiam continet. Quorum illud quum perluſtrarem, animorum quoque immortalitatem probare debui.*

Haec licet ita ſint, abſtinuiſſem tamen a generali hac inſcriptione, quodque nunc emitto volumen, non tamquam partem operis majoris, ſed ut integrum quoddam ſuisque partibus abſolutum opus lectorum oculis ſubjeciſſem, niſi binae huic conſilio rationes obſtitiſſent. Primo enim in ipſo libri exordio tres illos de fato & rerum originibus errores enumeravi, quumque tum temporis exiſtimarem, fore, ut uno comprehendi poſſent, quae in eos meditatus eram, volumine, pollicitus ſtatim ſum, me ſingulos ordine confutaturum eſſe. Deinde in ſuperiori paginae cujusvis ora haec verba jam indicis loco per totum librum inſcribi curaveram: Liber primus. *Haec me illis primum ſatis purgabunt, ut opinor, qui cauſſam quaerent, cur unam tantum libri mei partem ſeparatim ediderim. Statueram ego binas, quae reſtant, partes ſimul perficere ac emittere: ſed quo minus id fieret magnitudo impedivit voluminis, quae opinionem meam ſuperavit. Interea nihil eſt, cur hoc volumen propterea mancum & mutilum habeatur, quoniam de tribus illis momentis, quae primum conſtitueram perſequi, unum tantum complectitur. Etenim nihil illi deeſt eorum, quae proprius ejus titulus requirit & deſiderat, eaque de cauſſa non tam partis, quam abſoluti & juſti operis nomen meretur. Non ego ceterum fore multos dubito, qui, ſi praeſertim ex hujus libri lectione non plane nullam voluptatem ceperint, binarum, quae reſtant, partium deſiderium & exſpectationem concipient, reliquasque de fato ſententias, qua totum hoc* Syſtema intellectuale *perficiatur, eodem modo expeditas videre cupient. Harum quidem partium altera, Deum non eſſe naturam, inſita juſtitia & bonitate privatam, nec omnia, quae fiunt, ſive bona ſint, ſive mala, pro arbitratu ſuo decernere; ſic ut nihil ſive boni, ſive mali in poteſtate noſtra ſit poſitum, declarabit, aut*

eſſe

Digitized by Google

esse jus quoddam naturale, aeternum ac immutabile, docebit: ex quo, falli eos vehementer, apertum erit, qui, quae recta aut prava dicuntur, non esse natura talia, opinantur, sed lege tantum & arbitrio supremi Numinis. Altera cum illis congredietur, qui necessitatem rerum omnium tam ipsius Dei, quam rerum conditarum naturis conjunctam esse, nec ab ulla removeri actione posse, judicant; contra esse aliquam in nobis libertatem, nosque actionum nostrarum auctores & efficientes esse causas, convincet, unaque divinam justitiam, quae praemia poenasque pro meritis distribuit, a quibusvis cavillationibus tuebitur. Eorum igitur caussa, qui harum partium desiderio flagrant, hic admonendos esse lectores arbitror, fuisse mihi quidem in animo, bina haec ceteris adjicere: nec adhuc consilium istud mutavi. Verum non una obstat ratio, quare certi nihil polliceri queam, an umquam institutum hoc perfecturus, laboremque emissurus sim: Nam ut de vita atque valetudine, qua utraque nihil est incertius, taceam, nescio, an tantum temporis necessariis occupationibus vacuum mihi futurum sit in posterum, quantum ad relictam hancce partem explendam necessarium erit.

Alium nunc ordior defensionis meae locum, quem caput a me quartum hujus voluminis postulat. Namque caput hoc, tametsi justo longius sit, & libri potius, quam capitis, formam & similitudinem referat, argumento tamen, quod ei praemissum, brevius est, nec quae in illo designata sunt, omnia continet. Hic iterum me confiteri fas est, opinionem atque spem me fefellisse. Istud enim, quod dixi, argumentum quum in litteras referrem, certus ego eram, fore, ut breviori etiam spatio cuncta, quae commentatus eram, complecterer & explicarem. Constitutum mihi scilicet erat, non modo argumentum illud refellere, quod a multitudine Deorum, quos tot coluere populi, duci solet ad ea labefactanda, quae de notione Dei hominum animis innata disputantur, verum etiam, tam opportuna occasione oblata, talem exhibere religionum illarum, quae multos esse Deos colendos praeceperunt, descriptionem, qualis viam mihi munire posset ad religionis Christianae defensionem, quam universae disputationi subjicere decreveram. Christianam enim doctrinam & disciplinam hoc consilio inter alia divinitus esse datam, ut inanium Deorum & simulacrorum cultus tolleretur, & funditus exstirparetur, cum antiquorum doctorum auctoritatibus, tum disertis sacrarum litterarum dictis exploratum est. Rationes autem, quibus adducebar, ut hanc Christianae religionis defensionem necessariam esse judicarem, hae in primis erant. Primo, quosdam ex illis, qui acerrime contra eorum impietatem, quibus Deus esse nullus videtur, dimicarunt, multis in hanc venisse suspicionem, animadverti, ac si uni studerent religioni naturali, &, licet Deum esse faterentur, Christianae tamen disciplinae religionique divinitus patefactae nullum plane pretium statuerent. Hanc igitur me suspicionem aut opinionem removendam esse, putavi, qui universam Christi *religionem ex animo amplector, nec umquam me induci patiar, ut ea verius aliquid & divinius esse credam. Deinde, quod me vehementius etiam commovit, qui nostra aetate Deum & religiones adoriuntur, eos hunc servare morem, sensi, ut religionem ante omnia Christianam, cui citius inferri vulnus quoddam posse arbitrantur, oppugnent; qua debellata & concussa, de omni religione atque Dei cultu facilem & expeditam fore suspicantur victoriam. Verum hisce rationibus id obstitit, quod eorum, quae prior* Argumenti *pars sistit, explanatio tantum spatii jam occupaverat, ut, si reliqua ejus momenta voluissem declarare & persequi, rationum, quibus Deum aggrediuntur homines nefarii, confutatio, cujus tamen caussa labor omnis in primis*

Digitized by Google

ſuſceptus erat, prorſus mihi omittenda fuiſſet. Quamobrem, poſtquam omnes eorum copiae diſſipatae erant, qui Deos gentium inducunt, ut inſitam Dei notionem nullam eſſe doceant, quae ſupererant, intacta praetermittere, atque ea non minus, quae de cultu plurium Deorum differere, quam quae pro religione Chriſtiana dicere cogitaveram, in aequiorem & magis opportunum differre locum, ab ipſa neceſſitate juſſus ſum.

His explicatis, quae toto volumine, quod nunc edo, diſperſa ſunt, ratione quadam & diſtributione ſub uno placet adſpectu ponere, interjectis obſervationibus nonnullis in quasdam ejus partes: quarum quidem aliae lectoris juvabunt intelligentiam; aliae, quae obduci forte poterant, diluent. Ex quo intelligitur, harum animadverſionum aliquas plus, lecto jam volumine, fructus eſſe allaturas, quam ante librum lectum. Primo capite *de illo phyſices genere diſſeritur, quod totam rerum naturam ad individua revocat corpuſcula: utpote quo* Democriti *de fato & neceſſitate ſententia unice nititur. Hic animadvertere lectores decet, fatum iſtud Democriticum, quod in tribus illis eſt capitalibus erroribus, quos ipſo capitis exordio memoramus, de natura & originibus hujus univerſitatis, nullo differre modo ab iſto doctrinae genere, quod atomis ad tollendum Deum abutitur. Atque haec doctrina unica illa eſt Atheismi forma, quae tamquam diſciplina philoſophica ſuis partibus abſoluta publice propoſita fuit, aut cujus per bis mille annos adhuc frequens in orbe facta eſt mentio. Non ſum ego neſcius,* Epicurum, *quem deinceps eſſendimus pariter ex fortuita atomorum concurſione, ſine Deo, omnia eſſe facta cenſuiſſe, libertatem voluntatis in hanc philoſophiam, tota ejus natura reluctante, introduxiſſe. Homo nimirum innovandi quaedam in hac diſciplina videtur deſiderio flagraſſe, ne cuncta putaretur a* Democrito *ſumſiſſe. Ejus rei cauſſa tertium illam individuorum corpuſculorum motionem, quam* Lucretius

—— —— Exiguum clinamen principiorum

vocat, abſurde ac ridicule excogitavit. Verum dudum eſt, quod (b) Cicero *monuit, nihil eſſe minus huic philoſophiae conveniens, quam acceſſionem hanc, quam non* Democriti *tantum diſciplina repudiat, verum etiam ne* Epicuri *quidem ipſius praecepta ferre poſſunt. Nihil eſt ineptius homine, qui Deum eſſe negat, & ſimul libertatem voluntatis tuetur. At ſi hoc aliquis ex ea familia faciat, quae ab atomis praeſidia petit ad Deum tollendum, tum nihil ad amentiam ejus accedere poteſt. Igitur, qui hodie Deum ex orbe cupiunt ejectum, hac quidem in re* Epicurum, *quem alioquin mirifice obſervant & admirantur, aperte deſerunt, libereque negant, eſſe aliquid in poteſtate noſtra poſitum. Quemadmodum enim non ignorant, omnem religionem funditus everſum & deletum iri, ſi fato & neceſſitate, quae nec praemiis, nec poenis, nec laudi, nec vituperationi, nec precibus denique & divino cultui locum aliquem relinquit, cuncta regi, certum ſit: ita metuunt, ne, ſi libertati voluntatis noſtrae vis quaedam attribuatur, illi vincantur, qui mentes contendunt eſſe a corpore ſecretas & liberas.*

Quum res ipſa flagitaret a nobis, veteris illius phyſicae, quae atomis nititur, naturam & indolem quodammodo explicare, propterea quod cum eorum hodie rationibus arcte con-

(b) *Cicero*] *De Natura Deor. Lib. I. Cap. 25. p. 2916. Tom. IX. Op.*

Digitized by Google

connexa eſt, qui Deum ferre nolunt, huic primo capite ſatisfacere ſtudui officio. Itaque duo in primis demonſtrare conatus ſum. Primum: Hoc philoſophiae genus non a Democrito & Leucippo *primum eſſe inventum, ſed his multo eſſe antiquius. Id quo planum faciam, non id modo, quod ſcriptum reliquit* Poſidonius, *Stoicus, aſſero, a* Moſcho, *Phoenice, cujus aetas bello Trojano ſuperior eſt, hanc diſciplinam profectam eſſe: ex quo cogitur, eam ad ipſum* Moſchen *eſſe referendam: verum etiam* Ariſtotelis *auctoritate pugno, qui maximam veterum philoſophorum partem hac fuiſſe doctrina imbutam, commemorat. Porro quosdam familiae Italicae philoſophos, & in his* Empedoclem, *jam ante* Democritum *naturam rerum in corpuſcula individua partitos eſſe, deceo: quam propter rationem* Lucretius *tantis* Empedoclem *laudibus afficit. Praeterea* Anaxagorae homoiomeriam *aut* de atomis ſimilaribus *doctrinam adulteratam eſſe progeniem germanae veterisque de atomis philoſophiae, quam antiqui philoſophiae Italicae profeſſores tenuerunt, quamve* anoiomeriam *non male dixeris, quoniam corpuſcula qualitatibus eſſe deſtituta &* diſſimilaria *praedicat, certum prope ac exploratum duci debet. Quapropter quod* Democrito & Leucippo *jure licet tribuere, hoc unum eſt, philoſophos hos veterem de individuis corpuſculis doctrinam principes ea ratione inflexiſſe, ut eorum apta fieret ſententiis, qui Deum eſſe negant, aut primos illis auctores exſtitiſſe, qui, ſine Deo, fortuita concurſione atomorum hunc orbem coaluiſſe cenſent. Id indicare voluit* Laërtius, *cujus ſententiam vulgo non aſſequuntur, quum* Leucippum & Democritum *primos fuiſſe diceret, qui atomos ſtatuerint qualitate omni privatas cunctarum rerum, quibus haec continetur univerſitas, initia fuiſſe, nulla plane excepta, id eſt, non modo corporum anima carentium, quod olim Italicis viſum fuerat philoſophis, qui ſic atomos amplexi ſunt, ut ſimul religionem tuerentur, ſed etiam animorum & mentium.*

Ego quidem hoc genere phyſices, ſi prima ejus ſpectentur praecepta, unde reliqua omnis ratio ducitur, nihil eſſe certius atque firmius judico: neque putem, hoc a quoquam convelli poſſe decretum: In corporibus nihil, praeter magnitudinem, figuram, ſitum, motum & quietem, ineſt: formae vero & qualitates quae in corporibus inanimatis videntur eſſe, nihil ſunt, quam variae rerum illarum coagmentationes & temperationes, quae diverſa ratione ſenſus noſtros pellunt & afficiunt. Quod eximium inventum quum tot ablinc ſaeculis jam notum fuerit & perſpectum, quanta fuerit in illis ſagacitas, quanta vis ingenii & judicii, qui vetuſtiſſimis temporibus ſapientiae fama floruere, per ſe declarat. Haec quum mihi eſſet ſententia, aequum erat, ut oſtenderem poſtea, quod vulgo ferunt, hanc diſciplinam ad ſummam adverſus Deum impietatem ducere, id ab omni veritate averſum eſſe. Tantum enim abeſt, ut vel aliqua ratione turbae faveat illorum, qui Deum eſſe nolunt, ut potius, ſi modo recte intelligatur, omnem eorum apparatum disjiciat & evertat, Deique vindices argumentis validiſſimis inſtruat. Hoc igitur ut obtinerem, oſtendi primum, principium, ex quo univerſa haec naſcitur phyſica, hoc eſſe rationis decretum, ſano quidem ſenſu intellectum: Ex nihilo nihil fit, aut: A nihilo nihil poteſt effici. *Ex quo quidem id cogitur, in generationibus naturalibus nihil, quod non exſtiterit antea, novi procreari ac produci. Hinc autem duo alia ſponte proficiſcuntur conſectaria. Primum: Qualitates & formae corporum, quae vacant animo, non ſunt reapſe a magnitudine, figura, ſitu & motu partium ſejunctae. Alterum: Animi naturae ſunt corpore ſecretae, nec ideo ex materia generantur. In hunc quando delatus eram lo-*

locum, placuit mihi declarare, quae Pythagoras *docuit de animis ante corpora exſiſtentibus, eodem, quo phyſicam corpuſculis utentem, fundamento niti. Nosque ipſi deinceps hocſcitum rationis, recto ſenſu expoſitum, ſic adhibuimus, ut ejus ope omnes Atheorum copias facile proſligari poſſe oſtenderemus.*

Deinde phyſicam iſtam ita eſſe interius conſtitutam, extra omnem controverſiam poſui, ut, qui hanc ſequuntur philoſophandi viam, neque vim & naturam ejus ignorant, non poſſint non confiteri, eſſe mentes a corpore abſtractas: quo quidem nihil eſt, quod adverſariis divinae rationis magis noceat. Atque hinc, ſi nulla etiam nobis in promtu eſſent veterum teſtimonia, certiſſimum eſſe judico, Democritum & Leucippum *primos diſciplinae hujus auctores non fuiſſe, ſed aut perverſe intellexiſſe eam, aut vero temere corrupiſſe ac depravaſſe; nec eorum philoſophiam, qui atomos Deo opponunt, eſſe aliquid, quam exquiſitam injuriam, veteri & germanae de atomis doctrinae illatam, arbitror.*

Quod igitur (c) Plato & Ariſtoteles *priſcam hanc philoſophandi formam rejecerunt, & in atomorum locum primam, neſcio quam, materiam & ineptas illas formas & qualitates ſuffecerunt, id ut probem, numquam a me impetravero. Credo facile,* Platonem *odio & ira in id genus philoſophorum, quod atomis ad Deum tollendum abutebatur, accenſum novas res molitum eſſe, atque commotione animi & indignatione, ne veteris phyſicae naturam & rationes recte perſpiceret, impeditum fuiſſe. Sed exſpectationi & deſideriis ejus eventus minime reſpondit. Etenim, quam repudiabat, vetus diſciplina, ſi recte capiatur, ad arcem ipſam Atheorum expugnandam unice ſufficit: e contrario formae illae, quas adſciſcebat, & qualitates impietatem alunt & nutriunt, quoniam, ut de ſumma harum rerum obſcuritate nihil dicam, qui illis favent, concedere coguntur, ex nihilo aliquid fieri poſſe, & eo quidem modo, a quo omnis abhorret ratio. Hoc vero qui largitur, is, quod docuimus, propius ab eorum abeſt rationibus, quos nullum eſſe Deum juvat. Ita primo hocce capite doctrinam de atomis, niſi ſint, qui perperam interpretentur eam, non modo nullum iis auxilium afferre, docuimus, qui Deum ferre recuſant, ſed etiam ad eorum copias prorſus disjiciendas conducere, declaravimus. Haec uberius poſtea exponuntur.*

De ſecundo capite *quod hic moneam, nihil habeo, praeter hoc unum, me in illo auſum fuiſſe, occulta Atheorum myſteria patefacere, atque omnia gregis hujus argumenta, quae usquam in litteras relata reperi, quam fieri potuit apte ac luculenter, exponere; illis tamen praeteritis rationibus, quae iſti Atheorum generi propriae ſunt, quod vitam ineſſe in materia praedicat, & contrarium prorſus illi eſt factioni, quae contra Deum ab atomis praeſidia petit. Hoc eo feci conſilio, ut cauſſa Dei, ſi haec omnia ar-*

gu-

(c) *Plato*] Verum *Petrus Gaſſendus Phyſices Sect.* III. *Lib.* I. *Cap.* 5. *p.* 257. *Tom.* I. *Opp.* ipſum etiam *Platonem* iis aggregavit, qui corpusculis individuis naturam rerum dimetiuntur. Qua quidem in re aequior *Cudworthus* eſt, qui tametſi *Platonem* praeter modum amaret, nec minori atomos ſtudio complecteretur, tamen id a ſe impetrare non potuit, ut ſecum *Platonem* hac in re ſenſiſſe, judicaret. Lege tamen, quae *Cap.* I. §. 44. dixit, nosque ibi obſervavimus.

Digitized by Google

gumenta exploderentur poſtea & confutarentur, tanto illuſtriorem ac clariorem de hoſtibus ſuis victoriam referret.

Tertio capite, *quo juſta eſſet ac plena confutatio noſtra, reliqua perſequuti ſumus Atheorum genera, qui diverſam a ſuperiori illa forma, quae atomis unice confidit, viam ineunt. Hic primo certam quamdam Atheismi formam e tenebris ſuis protrahimus, quam* Hylozoitarum *nominare viſum fuit, cujus recentiorum ſcriptorum nemo unus meminit. Eam, dudum quidem eſt, quod* Plato *invenit, quo* Democriti & Epicuri *dogmata refcelleret; verum exſtincto hoc, perpetua fere hominum oblivione & ſilentio fuit obruta. Quapropter nos quoque nullam ejus mentionem feciſſemus, niſi compertum habuiſſemus, exſtitiſſe non ita pridem, qui hanc rationem in lucem revocarent, & novis viribus inſtruerent. Tam callidi nimirum nonnulli ſunt, ut praeclare videant, nihil eos magno conatu agere, qui atomorum regno ad Deum ex orbe tollendum abuti volunt. Itaque ipſi rem alia ratione aggredi cogitant, neque dubitant, ſi ſenſum & vitam in ipſa ineſſe contendant materia, fore, ut facilius divinam naturam ſuperent. Atque ſuſpicor ego, non vanis adductus rationibus, brevi tempore publice hoc diſciplinae genus non aperte quidem, ſed velo quodam obductum, propoſitum iri. Ergo operae pretium putavi, partim extremo hoc tertio capite, partim capite quinto omnes ei nervos praecidere.*

Hoc confecto negotio, quum certum ſit, alios, antequam Democritus & Leucippus *Deum invaderent, in orbe fuiſſe Atheos, ex* Platone & Ariſtotele, *quam viam ingreſſi ſint, qui antiquiſſimis temporibus Deum eſſe negarunt, demonſtravimus. Exiſtimabant nimirum, omnia, quae ſunt, ipſam quoque vitam & rationem, qualitatum inſtar, ex materia educta eſſe, aut non ſecus ac res, quae materiae accidunt, ejusque affectiones, conſiderari debere, quae & generari queant, & rurſus corrumpi. Hoc profanae philoſophiae genus non* hylopathicum *modo, ſed etiam* Anaximandrinum *nominavimus. Quamquam non omni probabilitate carere fateor eorum ſententiam, qui* Anaximandrum *ſuſpicantur* homoeomeriae *quoddam genus, ex atomis qualitatibus inſtructis compoſitae, quale poſtea ſibi finxit* Anaxagoras, *induxiſſe. Hoc unum inter* Anaxagoram & Anaximandrum *intereſt, quod ille mentem nec factam nec genitam in orbe verſari, cenſuit, hic vero mentem omnem & rationem ex atomis qualitatibus praeditis, calido & frigido, ſicco & humido, inter ſe conjunctis & compoſitis, genitam eſſe, adfirmavit. Non mihi tanta viſa fuit haec differentia, ut propterea numerum diſciplinarum, quae Deum ferre nolunt, augerem & amplificarem. Hoc etiam in loco portentoſum illud Atheismi genus, quod religionem habet adjunctam, commemoramus; cujus quidem profeſſores non modo naturas concedunt eſſe hominibus excellentiores, quas Deos vocant, ſed etiam in his unum reliquis omnibus praefectum eſſe fatentur, quem* Jovem *appellant; at nihilo tamen minus totum hoc Deorum agmen ex nocte primum & Chao, ſeu materia ſenſus & vitae neſcia, natum, & eodem, unde profectum eſt, aliquando rediturum eſſe ac corruptum iri, arbitrantur.*

His quartum addimus ex veterum monumentis Atheorum genus, quod aetate fortaſſis reliquis inferius eſt, quoniam e Stoicorum praeceptis, perperam expoſitis & intellectis, manaſſe videtur. Qui huic dediti erant, illi mundum univerſum non eſſe animatum judicabant, quod plerisque omnibus viſum eſt veterum, qui Deum eſſe crediderunt, ſed ingentem tantum plantam, in qua natura quaedam inſit, omni ratione ac mente privata, quae tamen arte atque ordine gubernet omnia, cunctaque fingat & temperet. Viſis univerſis impietatis formis, quanam in re omnes hae ſectae, tametſi multis alioquin modis

* * * * * * *

dif-

Digitized by Google

differant & discrepent, inter se consentiant, declaravimus. Hoc nimirum cunctorum est, quo reliqua omnia referuntur, scitum & placitum: Omnis vita, omnis ratio, omnis intelligentia ex materia sensus & vitae nescia est genita, & in eam denuo occidet.

Quocirca, quo eorum in primis enervarem & frangerem consilia, qui aut mundum cum plantis comparant, aut vitam inesse in materia praedicant, extremo capite tertio in eo multus & copiosus fui, ut naturam in orbe docerem esse genitricem, at supremi Numinis voluntati obedientem, quae arte quidem & via progrediatur, & fingat omnia, sed rerum tamen, quas agit, rationes & naturam distincte haud percipiat ac intelligat. Sed nec ideo tantum hanc disputationem suscepi, ut occurrerem profanis ingeniis, verum etiam ut Dei caussam munirem & tuerer. Talis enim, quam dixi, nisi credatur esse natura, vereor, ne Deo fiat injuria. Nam aut Deum omnia sine ullo adjutore facere, singulasque muscas & pulices suis fabricari manibus, statuendum erit: quod quidem & majestate ejus indignum videtur, & in eam homines impellit cogitationem, divinam providentiam vehementer occupatam esse, negotiorumque immenso numero distineri: aut vero totam rerum naturam, quatenus corporibus constat, fortuito ad certas motus regulas ferri, nulla mente ac intelligentia motum temperante: quae si semel radices egerit opinio, non video, quid obstet, quo minus sensim & paullatim omnis de Deo opinio labefactetur. Ex quo, ut opinor, luculenter constat, longam istam, quam instituimus, pro natura genitrice, Dei voluntati subjecta, & via atque ratione progrediente, disputationem non supervacaneam in hoc opere aut inutilem esse, sed necessariam ejus, qua carere nullo modo poterat, partem.

Quartum caput *exordior a perfecta notionis Dei, quam in animo nos informare decet, declaratione. In qua re quum versarer enodanda, non potui, quin simul docerem, Deum ipsa natura sua bonum ac justum esse, aut, si ita loqui licet, pro divina* moralitate *pugnarem: quamquam haec res proprie ad alteram laboris mei partem pertinet, qua eos confutare statui, qui fato divino, nulla justitiae ac bonitatis ratione habita, gubernari credunt omnia. Deinde, quemadmodum illorum intelligenda sit sententia, qui multos olim venerati sunt Deos, late mihi explicandum sumsi, quoniam, qui Dei unius notionem humanis animis insitam esse negant, istam Deorum multitudinem in primis in rem suam convertere, nec id sine magna veritatis specie, solent. Certe, si, quod vulgo perhibent & credunt, verum esset, rebus omnibus accurate cognitis & circumspectis, ac minime dubium repertum, antiquos omnes populos multos semper coluisse Deos per se existentes, nullisque legibus subjectos, nec unum summum Numen professos esse; omnem fere vim amisissent, quae de Dei notione, hominum mentibus natura insita, differuntur. Nunc rem secus se habere docuimus, omnesque divinae sapientiae in antiquis populis consultos, unum esse summum & praepotens Numen, a quo reliqui omnes Dii geniti*

essent

(d) *Non ita pridem gravis controversia*] Hanc item *Eduardus Stillingfleetus* excitaverat, quum A. 1670. *Librum* emisisset Anglicum *de idololatria ecclesiae Romanae, ejusque fanaticismo.* Etenim is liber non modo Romani Pontificis assectis, qui tum inter Britannos caput extollere videbantur, vehementer displicebat, multisque eorum scriptis oppugnabatur; verum etiam inter ipsos Britannorum Theologos erant, qui, fortassis ut *Jacobo*, tum Duci Eboracensi, postea Regi, gratificarentur, clementius de iis esse sentiendum, decernebant, qui Romana sacra sequerentur. Atque ipse *Gilbertus Sheldonus*, Archi-Episcopus Cantuariensis, vir maxima auctoritate & prudentia praeditus, in hac fuit sententia, si, quae ex ore *Jacobi*, Ducis Eboracensis, *Gilb. Burnetus* narrat, vera sunt, *Historiae suorum tempor. Lib.* III. *ad A.* 1673. *p.* 358. *ed. Londin.* At *Stillingfleetus* contra hos adversarios fortiter sententiam suam aliquot libris tuebatur, qui, non secus ac ipse liber,

Digitized by Google

eſſent ac conditi, docuiſſe, extra omnem dubitationem collocavimus. Quo facto, & eos quieſcere juſſimus, qui multitudinem illam Deorum crepant, ut nullam eſſe notionem Dei in animis noſtris, doceant, & hoc obtinuimus, fuiſſe ſemper in omnium fere hominum mentibus anteceptam quamdam Dei informationem, nec eam corruptam, ſed qualem ratio & veritas exigit. In hoc vero negotio ut tanto diligentius & accuratius elaborarem, hoc in primis effecit, quod neminem unum ante me ſic, uti decuerat, rem tanti momenti tractaſſe noveram. Auguſtinus *quidem* Steuchus Eugubinus *multum in ea ſudoris & ingenii conſumſit: nec ego aliquid de labore ejus, cujus utilitatem agnoſco, detractum velim. At qui ea tamen, quae ille ſcripta reliquit, cum noſtris contenderit, eum ego nil inventurum eſſe arbitror, quare noſtram ſpernat & parum neceſſariam exiſtimet induſtriam, multo etiam minus, alienum opus a nobis exſcriptum eſſe, judicaturum. Ut omittam alia,* Steuchus *nusquam de variis antiquarum gentium Diis, tam poëticis, quam civilibus, ex inſtituto expoſuit, aut quidnam ſub tot latuerit Numinibus, declaravit. Ego vero maximam laboris mei partem in eo poſui, ut hos omnes Deos nihil reapſe, quam varia unius Dei nomina fuiſſe, convincerem. Quod ſi certum ſit, illud etiam dubio carebit, illarum gentium, quae plures veneratae ſunt Deos, religionem, tametſi maxime turpis ac deformis fuerit, haud tamen ita fuiſſe ineptam & ab omni ratione remotam, ut illi volunt, qui Deum eſſe negant. Unum enim ſupremum Deum, propterea quod ille variis documentis potentiam, providentiam & majeſtatem ſuam in univerſa rerum natura patefecit, varia etiam ratione coluerunt; ſecundum hunc autem inferiores etiam miniſtros ejus religioſis affecerunt honoribus. At illi, quibus Deus prorſus exoſus eſt, nulli parcunt labori, ut illa veterum religione nil fingi poſſe dementius doceant, quo nimirum ad omnem Dei cultum inter fraudes & fallacias referendum facilem inde ſibi aditum muniant. Sed ne quid tamen diſſimulem, quum ad locum huncce ſemel eſſem delatus, diligentiſſime & copioſiſſime vel hac de cauſſa in eo explicando verſandum mihi eſſe judicavi, quoniam* (d) *non ita pridem gravis inter nos* de natura idololatriae *controverſia commota fuit, quam quidem, niſi accurate declarata eorum religione, qui pluribus olim ſerviere Diis, nullo modo licet componere. Sunt, qui audacter adfirmant,* idololatriae, *ſi vocabulum ea poteſtate ſumatur, qua in ſacris litteris eſt adhibitum, neminem accuſari poſſe, qui unum Deum eſſe profitetur, orbis hujus conditorem. E contrario certiſſimum eſt, qui multis olim Diis ſupplicarunt, populos non multos orbis conditores, aut multas naturas principii neſcias credidiſſe, ſed in eo unice deliquiſſe, quod, praeter conditorem naturae, res etiam conditas & factas divinis honoribus proſequuti ſunt, &* (e) *quod* Athanaſius *diſerte ſcriptum reliquit,* τῷ ἀγενήτῳ καὶ πᾶσιν γενητοῖς. uni quidem non genito, at multis praeterea Diis factis & genitis, *rem ſacram fecerunt. Ipſam ceterum controverſiae hujus* de natura idololatriae *uberiorem tractationem viris longe doctiſſimis relinquimus, qui hoc ſibi negotium ipſimet ſumſerunt.*

Ca-

ber, a quo tota lis exorta eſt, *Tomo V. Opp.* ejus *Londin.* 1710. *fol.* editorum, conjunctim exhibentur. Erant &, qui partibus ejus accederent, doctiſſimi viri, quos inter primas fere ſibi depoſcit *Thomas Tenijonus*, Angliae poſtea Archi-Epiſcopus, cujus *de natura idololatriae Liber*, exquiſita eruditione refertus, Anglice *Londini* 1678. *in* 4. prodiit.

(e) *Quod Athanaſius*] *Athanaſius Oratione* IV. *contra Arianos Tom.* I. *Opp. p.* 469. Arianos non meliores eſſe pugnat illis, qui plura colunt Numina. In qua comparatione dum verſatur, haec inter alia verba adhibet: Εἰ δὲ οἱ μὲν Ἕλληνες ἐπὶ ἀγενήτῳ καὶ πολλοῖς γενητοῖς λατρεύουσι. *Si ethnici quidem increato ſerviunt, & multis creatis.* Haec vero verba perſpicuum eſt non ſimpliciter eſſe poſita, ſed comparate tantum; nec idcirco, quid vere *Athanaſius* de religione gentium ficta Numina colentium ſenſerit, inde licet intelligere.

 (f) *Plu-*

Digitized by Google

Capite hoc quarto copioſe etiam de Trinitate *diſputavimus. Non poterat haec res a nobis praetermitti: nam & ſponte nobis progredientibus ſeſe offerebat, &, quo de tota ratione veteris Theologiae conſtaret, explicatu in primis erat neceſſaria, denique in ipſo capitis argumento erat promiſſa. Illos ſaltem antiquorum ſapientum, qui* Platonis & Pythagorae *ſcita probarunt, ſi minus reliquos etiam Deorum cultores,* Trinitatem *quamdam, non ſecus atque Chriſtianos, profeſſos eſſe, omni vacat dubio. Igitur ad hanc quum perveniſſem doctrinam, non poteram, quin utriusque Trinitatis comparationem inſtituerem. Ergo hac occaſione duplicis Trinitatis Platonicae mentionem fecimus: quarum altera recentiorum quorumdam eſt Platonicorum commentum, prorſusque a veteri forma recedit: altera autem vera illa & germana, quam ipſe* Plato, Parmenides, *ceterique veteres Platonici probarunt. Superior opponitur a nobis illi Trinitati, quam Chriſtiani credunt, & ſimul rejicitur: haec autem, id quod fuſe in* Vindiciis *noſtris* Chriſtianorum Platonicorum *docuimus, proxima cognatione Chriſtianorum de tribus in Deo perſonis dogma attingit. Nolim vero, quisquam ſibi perſuadeat, pro certis & explorate cognitis haberi a nobis, quae de hoc momento protulimus in medium: cuncta potius eorum exponuntur & committuntur judiciis, qui harum rerum non imperiti ſunt. Nos quidem, dum arcanum hoc de Trinitate dogma explicamus, haec tria tantum demonſtranda & explananda nobis ſumimus: Primum: Trinitas haec non ex vocabulis tantum, nominibus aut notionibus, ſed ex perſonis & hypoſtaſibus conſiſtit. Alterum: Nulla harum perſonarum facta eſt & creata, ſed omnes per ſe exſiſtunt. Tertium: Omnes tres perſonae unum vere atque proprie Deum conſtituunt & efficiunt. Neque tamen hoc in loco diſſitebor, ideo me potiſſimum in hoc argumento tam longum fuiſſe & copioſum, quoniam tum temporis defenſionem adhuc religionis Chriſtianae meditabar. Etenim hanc Chriſtianae ac verae veterisque Platonicae Trinitatis collationem ad eos fortaſſis in viam revocandos aliquid utilitatis allaturam eſſe, ſuſpicabar, quos in primis noſtrum de Trinitate dogma conturbat. Qui quidem ſi viderint, illa veterum ingenia, quibus nihil acrius & liberius eſſe poteſt, philoſophosque nulli acumine ſecundos, quos nulla, ut hanc viam ingrederentur, tentare potuit ſuperſtitio, non modo non ab hac doctrina abhorruiſſe, ſed etiam magno erga eam ſtudio flagraſſe, deſinent, ut opinor, hujus dogmatis cauſſa religionem Chriſtianam averſari ac contemnere. Non dubito, multos fore, quos, quae diſputavimus, omnia eo tamen minime adducent, ut fuiſſe inter ſimulacrorum & Deorum cultores ejusmodi doctrinam, ſibi perſuadeant. At rem tamen ita ſeſe habere, uti dixi, vel ex commemorabili illa de* Theſpeſio Solenſi, *quam* (f) Plutarchus *narrat, hiſtoria intelligitur. Qui quum per triduum exanimis jacuiſſet, ad ſe poſtea rediit, atque inter alia, quae vidiſſe ſibi viſus eſt & audiviſſe, quum mens corpore excidiſſet, retulit etiam,* tres ſeſe ſpectaſſe genios, in formam trianguli conſidentes, qui aquam influentem inter ſe menſuris quibusdam dimetirentur,

(f) *Plutarchus narrat*] Fabula haec in *Plutarchi Libro de his, qui ſero a Numine puniuntur, Tom.* II. *Opp. p.* 563. *f.* legitur. Quae ſibi ex ea favere cenſuit *Cudworthus*, ita ſeſe omnia habent. Vidiſſe ſibi viſus eſt Theſpeſius ille ingentem craterem, inque eum rivos influere varii coloris. Crateri huic tres illi genii, quos imaginem & ſimulacrum *Cudworthus* putat eſſe Trinitatis, aſſidebant: Εἶναι δὲ, inquit *Plutarchus l. c. p.* 566. τρεῖς δαίμονας ἱερὰ καθημένους ἐν χάλκαις τριγώνοις, πρὸς ἀλλήλους τὰ ῥύμματα μίγνυς σὺν ἀναμετρήσεσι. Vereor autem, ne multi futuri ſint, quibus hoc argumentum nimis imbecillum videbitur ad id probandum, quod probatum cupit eo vir egregius. Nam ut mittam, ineptiſſimam hanc eſſe fabulam, ea, quae ſequuntur apud *Plutarchum*, aperte docent, rivos iſtos multifarii coloris in craterem influentes ſomnia eſſe, quae per certos genios divinitus immitti credebant multi veterum hominibus ſomno oppreſſis. Igitur hi tres genii, quorum

tur, *audiviſſe vero, eo usque* Orpheum *penetraſſe, quum uxoris umbram apud inferos quaereret. Congruit hoc certe cum eo, quod multorum veterum auctoritatibus teſtatum fecimus, philoſophiae, quam* Orpheus *docuit, partem doctrinam hanc fuiſſe de tribus in Deo perſonis. Nos quidem Chriſtiani quae de ſancta Trinitate tenemus, ea non ex populorum veterum ſcitis, verum unice ex divinis oraculis hauſimus, nec quisquam eſt eorum, qui* Chriſtum *vere profitentur, aut profiteri volunt videri, quin in hanc doctrinam ſacro lavacro tinctus ſit. At convenit tamen, haec & ſimilia eo potiſſimum conſilio exponere & animadvertere, ne ex divino hocce dogmate occaſionem nonnulli arripiant univerſam religionem Chriſtianam conviciis lacerandi, aut nihil in Chriſtiana diſciplina a ratione & communi ſenſu remotius eſſe hoc ſcito, exiſtiment. Qui profecto ſi cogitent, ipſos veterum philoſophos, & in his eos, quorum in primis excelſum fuit ingenium & eximia ratiocinandi libertas & facultas, etiamſi nec conciliorum decretis, nec fidei formulis, nec ſacris oraculis eo adſtricti eſſent, tam pronos ac propenſos fuiſſe ad id dogma recipiendum, tamque in eo cuſtodiendo religioſos, aliam fortaſſis ſententiam induent.*

Ceterum ipſa res & ratio flagitavit, ut hoc quarto capite in philologiae & antiquitatis excurrerem campos. Idem alias quoque in hoc feci volumine, quo paſſim veterum ſcita & placita indagare & explicare ſtudui. Vituperabunt inſtitutum hoc aut ſpernent fortaſſis nonnulli, quos nimia in philoſophando ſeveritas delectat. Sed hos minime curo, qui id mihi feciſſe videor, quod neceſſitas fieri voluit; neque dubito, hanc rerum varietatem, admiſtasque per totum opus philologiae copias, quoniam triſtem illam gravitatem, quae philoſophicas comitatur diſquiſitiones, jucunde condiunt & temperant, multis non ingratas fore. Interim praecipuum libri argumentum illa eſt philoſophia, quae Deum eſſe docet, & religionem ſuadet: quamquam nec philologiam ego nec philoſophiam unice amo & diligo, verum utramque, ſicut uſus poſcit & occaſio, adhibeo.

Poſtremum caput *confutationem tantum promittit omnium argumentorum, quibus Deus oppugnari ſolet: at ſimul tamen in eo totam Atheorum diſciplinam ex eo eſſe genere, quod fieri prorſus nequit, Deumque reapſe exiſtere, demonſtramus. Demonſtramus, inquam: non* a priori, *quod fieri nequit, & rationi repugnat; verum ex ſcitis, quorum omnes veritatem agnoſcunt, concludimus, non poſſe non divinam eſſe naturam & rationem. Hoc enim numquam ut ſupremi Numinis adverſariis concedam, a me impetravero, ſpeciem tantum veritatis habere, aut probabilia eſſe, non autem explorata certisque rationibus freta, quae pro Deo ſolent a nobis in medium afferri. Non haec tamen ita velim accipi, ac ſi mihi perſuadeam, omnes, quotquot modo hanc noſtram demonſtrationem attenti legerint, poteſtatemque verborum, quibus ea conſtat, recte ceperint, ſive velint, ſive nolint, nuntium pervertitati ſuae mittere debere, omnemque de Deo dubitationem continuo ex animis ejicere. Illud enim, quod nonnulli adfirmant,*

cer-

rum quisque partem ſibi aſſerit aquarum in craterem manantium, ſomniorum, quos ſibi fingebant veteres, praefecti ſunt, aut δαίμονες ὑποφῆται. Tres vero, non plures, nec pauciores, huic negotio genios praeponi, illi minime mirabuntur, quibus ea, quae de tribus animi, in quem illabuntur ſomnia, partibus & de triplici ſomniorum divinorum genere Pythagoraei & Platonici veteres praeceperunt, non ignota ſunt. Mihi quidem, ſi id nunc agerem, facile foret oſtendere, nihil magis priſcorum de ſomniis opinionibus conſentaneum & affine fieri poſſe, quam hoc ipſum, quod de tribus hiſce geniis *Plutarchus* refert. Quare tantum abeſt, ut tres illos genios ſimulacrum eſſe trium in Deo perſonarum credam, ut potius argumento eos eſſe cenſeam, fabulam *Plutarchi* ab homine compoſitam eſſe in primis ſuperſtitioſo & vulgi nugis praeter modum dedito.

Digitized by Google

certum esse arbitror, si vel ipsis Mathematicorum praeceptis, quibus nihil est evidentius, verbi gratia huic: Tres anguli, quibus constat triangulum, aequales sunt duobus rectis, *vehementior quidam appetitus aut spes quaedam lucri vel commoditatis obstiterit, hominum mentes ita depravari atque conturbari posse, ut ne apertissimis quidem cedant demonstrationibus, saltim ancipites & ambiguae maneant. Quamobrem facile concedo, nec argutissime excogitatas rationes, nec omnes Mathematicorum conclusiones, si in animum incidant parum castum, cujus perspicientiam libidines & pravae cupiditates diminuunt, aut quem, gravis instar oneris, impietas erga Deum deprimit, per se tantum valituras, ut tam excelsam veritatem, qualis haec est, esse aeternam quamdam & sapientissimam naturam, unde omnia nata sunt, contra omnes insultus & inquinatae mentis conatus confirment & muniant. E contrario hoc quoque vacat controversia, verum illud esse, quod philosophus quondam pronuntiavit:* **Ἡ κάθαρσις τοῦ νοὸς γνῶσί τῶν ἀρίστων ἐστίν**, castitas animi optimarum rerum certa cognitione hominem instruit, *animumque vitiorum sordibus purgatum, etiam sine longis ratiocinationibus & Mathematicorum subtilitatibus, certam & minime dubiam Dei cognitionem acquirere sibi posse.* (g) *Hanc firmam certamque cognitionem* Plato & Aristoteles vaticinationem *aut* divinam sagacitatem *vocant, sacrae vero litterae* fidem. *Etenim, quod sacer codex* fidem *nominat, id cave putes nihil esse, quam rerum historicarum exploratam notitiam, argumentis omni artificio vacuis aut solis testimoniis nixam. Est ea multo nobilior quaedam & divinior facultas animi, quam Dei virtus & excitat in nobis & alit. Nihilo tamen minus* scientia *aut* cognitio *si, quod sacer codex praecipit, ad hanc fidem accedat, multo ea fit robustior & validior, plusque virtutis ad tela illa retundenda, quibus a Sophistarum ingeniis oppugnatur, accipit.*

Hoc etiam capite quinto, nec non aliis quibusdam in locis, meum duxi, contra eos, qui Deum esse negant, tueri, perfecta & absoluta esse, quae Deus condidit, omnia, aut nihil aptius, ordinatius & melius fieri posse hac rerum universitate, si quidem tota & conjunctim spectetur; quo divinae bonitati, sapientiae & perfectioni sua sic constaret gloria & dignitas. Idem omnes olim sensisse constat, qui a Deo philosophandi duxerunt principium. Atque sacrae litterae, dum fidem Christianorum esse definiunt (*) substantiam & evidentiam rerum sperandarum, *id est, rerum earum, quas vir bonus & pius sibi aliquando tributum iri sperat, id una declarant, divinam istam bonitatem & perfectionem, quae in operibus tam naturae, quam providentiae conspicitur, illud esse fundamentum, quo universa fides nostra nititur. Haud tamen eo valent, quae hac de re disseruimus, ac si credi veliem ab omnibus, nihil eorum, quae vel lege fiunt naturae, vel a providentia Dei proficiscuntur, aliter comparari & constitui potuisse, atque constituta sunt & comparata, aut libertati & arbitrio divino nihil plane relictum esse, putem. Tertiae sectionis non minimam partem in illis veterum Pythagoraeorum scitis contemplandis & explicandis consumsi, quibus omnes animos semper corpori cuidam esse junctos, & quidquid est naturarum, in quibus ratio inest & intelligentia, id corpore & animo constare, asseverant. Neque pauca tam ex ratione, quam ex veterum ecclesiae doctorum monumentis attuli, quibus utrique huic dogmati & robur & ornatum conciliarem.*

(*) Ebr. XI. 1.

(g) *Hanc firmam certamque*] Vel me tacente, videbunt, qui sapiunt, quod *fidem*, quam sacrae litterae suadent, cum *Platonis* sagacitate compo nit vir eruditus, id parum caute atque prudenter fieri. Neque id argumentum, quod paullo post ex *Ebr.* XI. 1. ducitur, magni fecerit is, qui perspicacitatem & robur in omnibus quaerit ratiocinationibus.

Digitized by Google

rem. *Sed de his quoque is demum recte ſentiet, qui nihil me ſcripſiſſe judicabit docendi & praecipiendi cauſſa, ſed omnia eruditorum & acutiorum judiciis examinanda commiſiſſe.*

Hic aliud incidit, de quo pariter lectorem hoc loco admonendum eſſe arbitror, tametſi in ipſo libro ſatis mihi conſuluerim. Recte atque ordine me facturum eſſe, credidi, ſi in iſta diſputatione, qua mentes eſſe omni corpore liberas, contra religionum adverſarios probavi, nulli parcerem labori, quo veteres, qui omnes fere animam naturam eſſe extenſionis expertem cenſuerunt, non tam inepte ſenſiſſe oſtenderem, atque multi volunt hodie, quibus hoc dogma prorſus a ratione averſum videtur. At ſcire velim omnes, nihil eorum, quae hujus rei cauſſa ſcripſi, pro rato atque certo a me haberi, praeter id, quod omnes illi, qui naturas eſſe fatentur corpore vacantes, probant & adſciſcunt: Eſſe naturam quamdam toto genere a corpore diſtantem, quae non conſiſtat ex partibus dividuis, quae in corpora penetrare poſſit, quae denique inteſtina praedita ſit agendi facultate, atque nativa quadam vi, a motu plane diverſa, operetur. Atque hoc iis, quibus uſi ſumus, argumentis extra omnem collocatum eſſe controverſiam, certus ſum. Utrum vero natura haec prorſus expers ſit extenſionis, an alio modo, quam corpus, extenſa, id equidem mihi diriniendum haud ſumo, verum omnibus, qui judicio valent, dijudicandum relinquo.

Succedit aliud, quod non omittendum eſſe arbitror. Toto capite hoc, quin toto hoc volumine oppugno eos, qui generari ſtatuunt animos, aut vitam, cogitationem & intelligentiam ex materia vitae & ſenſus inani produci, exiſtimant; contra mentes, aeque ac ipſam materiam, naturas eſſe per ſe conſtantes, adfirmo. Non deerunt fortaſſis, qui aut inſanum ſomniorum Pythagoraeorum amorem, aut immoderatum erga religionis & Dei cauſſam, pro qua mihi hoc libro dicendum putavi, ſtudium adduxiſſe me ſuſpicabuntur, ut tantum huic argumento diligentiae & laboris impenderem. Ego vero, neutrum horum me huc impuliſſe, ſingulos eſſe certos volo; quamquam, quod ad Dei religionisque cauſſam attinet, eam immoderatius ab aliquo amari poſſe nego. Summa mihi, ut laborem hunc aggrederer, perſuaſit ratio. Neque enim certius umquam aliquid ab ullo Geometra propoſitum eſſe, aut proponi poſſe arbitror, atque hoc eſt: fieri nulla lege poſſe, ut ex magnitudine, figura, ſitu & motu, quibus rebus, noſtro judicio, corpus omne abſolvitur, quomodocumque demum haec inter ſe miſceantur & temperentur, mens & cogitatio exſiſtat. Non leviores eum difficultates turbabunt, qui, quod Anaximandrum *feciſſe accepimus, qualitates attribuet corporibus. Numquam enim is explicabit, quemadmodum ſiccum & humidum, denſum & rarum, calidum & frigidum vim cogitandi & ratiocinandi parere queant. Si qui tamen ſunt, quibus haec animo comprehendere parum difficile & arduum videtur, iisdem nihil obſtabit, quo minus quidlibet ex quolibet fieri & effici poſſe credant. Hi vero valeant, qui ſic ſentiunt: namque hoc conceſſo, ex illis, quae in rerum natura videntur, probari nullo modo poſſe, Deum eſſe, lubens largior.*

Extremo capite quinto, quae de re morali & civili philoſophantur ſupremi Numinis adverſarii, breviter exponere ac diluere placuit. Quamvis enim haec diſputatio ad alteram proprie laboris mei partem pertineat; eam tamen hoc in loco attingere, propterea neceſſarium mihi viſum fuit, quoniam genus illud, quod refellimus, religionem & cultum ſupremi cujusdam Numinis cum publica tranquillitate populorum & rerumpublicarum ſalute pugnare, poſtremo criminatur. Igitur planum fecimus, iſtam, quam Athei tantopere praedicant, juſtitiam, arte ac ingenio excogitatam, rem eſſe futilem & commentitiam, neque, ſi a bruta quadam licentia & violentia rationis inani recedas, magiſtratibus veri juris & auctoritatis aliquid ab hac turba relinqui. Contra juſtitiam & parendi, quod

Digitized by Google

civibus impoſitum eſt, officium non ex lege & mandatis, verum ex ipſa natura vim omnem accipere, declaravi, hacque naturali juſtitia & religione cultuque divino ſublato, omnem poteſtatis civilis dignitatem & gloriam tolli, convici. Quod quum feci, jura confirmavi eorum, qui rebuspubiicis praeſunt, Caeſarisque quae ſunt, Caeſari, & quae Dei ſunt, Deo attribui.

Dixi omnia, quae dicenda mihi eſſe putavi, partim defenſionis, partim illuſtrationis cauſſa. Reſtat, ut p. 761. *ſcriptum a me eſſe aliquid ſignificem, quod emendationis indiget. Eo enim loco, quum recentiorem quemdam auctorem, a quo religio oppugnata eſt, praecepiſſe monerem, cogitationem nihil eſſe, quam motum, ſaniores fuiſſe & ſapientiores judicavi* Democritum & Epicurum, *quam ut tam abſurde ac impudenter ſentire poſſent. Verum poſtea, re melius putata & accuratius expenſa, ſententiam mutandam mihi eſſe vidi,* p. 846. *Etenim* Epicurus, *qui omnem in voluntate hominis libertatem a motu atomorum extra pondus & plagam fortuito declinantium unice proficiſci cenſuit, quid docuit aliud, quam ipſam volendi facultatem nihil eſſe, praeter motum quemdam locique mutationem? Similiter fatum* Democriti *rerumque omnium neceſſitatem, quam is ex materia derivavit, qui probant, illi non poſſunt non humanas cogitationes credere motum eſſe certis legibus temperatum ac determinatum. At uterque tamen,* Democritus & Epicurus, *mundum, ſine cogitatione, ſolo motu effectum eſſe putat. Quocirca ſic mihi ſenſiſſe videntur, ſi modo certi aliquid ſenſerunt homines, quos Dei odium inſanire fere coëgit, omnem cogitationem nil eſſe, niſi motum; at non omnem tamen motum eſſe cogitationem, ſed in his vel illis tantum corporibus, certa ratione conſtitutis, aut hoc vel illo tempore, motum a cogitatione non differre.*

Ceterum non ſum ego neſcius, fore aliquos, qui hunc omnem laborem, quem cum ego, tum alii in confutandis & debellandis ſupremi Numinis contemtoribus exhauſimus, vel eo nomine inutilem & ſupervacaneum eſſe judicabunt, quod nullos plane putant in orbe terrarum eſſe tam inſanos & amentes, ut Deum & religionem omnem ſublatam velint. Utinam vera dicerent, qui ſic ſentiunt! & princeps ego omnium ex animo faterer, inanem & parum neceſſariam a nobis, qui cum Atheis congreſſi ſumus, operam ſuſceptam eſſe. Sed qui tam audacter Atheos eſſe nullos, contendunt, hi nec mihi nimis in veterum monumentis videntur eſſe verſati, neque tantum, quantum ſatis eſt, noſtra tempora perſpecta habere. Sunt certe multi, quos vitae uſus & conſuetudo certius, atque ipſi vellent, edocuit, eſſe omnino homines, qui Deum rejiciunt & ferre nolunt. Interim non idcirco tantum liber hic exaratus eſt, ut ad officium illi revocentur, qui ſine ullo circuitu Deum eſſe negant, quorum uti incredibilis eſt dementia, ita numerus exiguus, verum etiam ut eorum ſanentur & communiantur animi, quibus de Deo Deique cultu dubitatio quaedam injecta eſt. Vix ego putem, genus illud, quod homines usquam reperiri negat ſui adeo immemores, ut Deum oppugnare audeant, hoc etiam confirmaturum eſſe, tantam eſſe in omnibus mortalibus animi firmitatem & conſtantiam, ut nullo tempore vel leviter a ſententia ſua de Deo dimoveantur, aut minimo excrucientur ſcrupulo. Tales enim ſi univerſi eſſent homines, unde tanta eſſet, quae miſere orbem noſtrum vexat, vitae in plerisque perverſitas ſcelerumque contagio? Illud igitur ſi concedunt, dubitare nonnumquam poſſe homines, utrum, quae de Deo dicuntur, recte ſeſe habeant, an falſa ſint, hoc etiam confiteantur neceſſe eſt, eos, qui rationibus philoſophicis omnes ejusmodi ſcrupulos eximere laborant mentibus, non prorſus inutile munus ſocietati hominum afferre, hac praeſertim aetate noſtra, quae tota videri vult eſſe philoſophica. Scripſi d. 13. *Maji* 1671.

A D-

Digitized by Google

ADDENDA ET EMENDANDA
Ex MS. Cl. MOSHEMII.

Tom. I.

Pag. 14. *lin.* 12. rationes *lege* notiones.
p. 18. *ad* §. IX. Indi primi auctores hujus doctrinae, teste *Chardin Voyage en Perse Tom.* III. *p.* 130.
ibid. §. X. *lin.* 5. *deleatur* ac si.
p. 19. §. XI. *lin.* 3. dicit *l.* dicat.
p. 20. *col.* 1. *not. lin.* 26. *post* necesse est. Ita & Nicetas sensit: vid. *Cicero Acad. Quaest. Lib.* II. *c.* 39.
ibid. col. 2. *ad not. n. De anima Lib.* II. *l. Lib.* I.
p. 21. *col.* 1. *not. lin.* 3. consideratis *lege* consideratus.
p. 27. *lin.* 9. deprehendis *l.* deprehendes.
ibid. col. 2. *not. lin.* 21. *ad not. e.* Vid. de *Empedocle* generatim *Nouv. Dict. Hist. Crit. Tom.* II. *v. Empedocles.*
ibid. ad not. f. Anaxagoras qua ratione nivem nigram dicere potuerit, vid. *Leibnitius Epist. Tom.* III. *p.* 24.
p. 29. *lin.* 2. corporum *l.* corpora.
p. 34. *col.* 2. *not. d. lin.* 8. *Augustinum Cap.* 137. *l. Epist.* CXXXVII.
p. 37. *lin.* 1. *post* hoc dogma *inseratur* non.
ibid. lin. 4. referri ea debeant, *ejiciatur* ea.
p. 40. *col.* 1. *not. y. lin.* 4. *p.* 359. *l.* 539.
p. 49. *col.* 1. *lin.* 34. *post* corpore carere. Hinc veteres Deum dicebant lucem incorpoream & tamen materialem: vid. *Beausobre Hist. des Manich. p.* 469.
ibid. col. 2. *lin.* 1. *post* ferret. Plura loca affert *Beausobre l. c. p.* 482.
p. 52. *col.* 2. *lin.* 3. post *Timaeo.* Forte apud *Sextum.*
p. 58. *col.* 1. *not. y. post* introduceret, exponit.
p. 62. §. XXXI. *lin.* 2. & similiter *l.* eo.
p. 64. *col.* 1. *not. g. lin.* 22. *lege*, Peripateticis animos non esse visos naturas per se constantes &c.
p. 73. *lin.* 5. *post* possit, vid. *Colliber de animis brutorum*, *Bibl. Britann. Tom.* V. *P.* I. *p.* 135. 136.
p. 76. *lin.* 12. vivus, *lege* rivus.
ibid. col. 2. *lin.* 3. *post* dissolvi potest, *l.* vel non potest,
p. 81. *col.* 1. *lin.* 7. *σώματα lege σῶμα.*
p. 84. *col.* 1. *ad not.* (*m*) *Dissipet*] De Democrito & ejus Magia copiose differit *Tartarotti del congresso notturno p.* 394. *f.*
p. 87. *lin.* 26. Καὶ εὔλογον χαίρειν αὐτὰς, *lege* Καὶ εἰς ἂν εὔλογον χαίρειν τι &c. (vid. *Barbeyrac Praef. ad Puffend. p.* LXXX. *not.*)
ibid. col. 2. *lin.* 5. *in fin. n. f. Mourgues Plan du Pythagorisme Tom.* I.
p. 88. *col.* 1. *ad not. x. in fin.* Vid. *Warburton divine legat. of Moses Tom.* I. *p.* 426.
p. 93. *col.* 1. *lin.* 1. *post* observarunt. Conf. *Beausobre Hist. du Manich. p.* 473. 477.
p. 112. *lin.* 16. constructum, *l.* instructum.
p. 113. *lin.* 23. animorum *l.* atomorum.
p. 137. *col.* 1. *lin.* 8. At, *l.* Ac.
ibid. col. 2. *lin.* 2. sed is meminit, *l.* sed ejus meminit.
p. 139. *lin.* 2. pertingere, *l.* pertinere.
p. 142. *col.* 2. *lin.* 4. *ad fin. not. n.* De Heraclitι & Hippocratis consensu multis *Gesnerus Tom.* I. *Comment. Acad. Scient. Gott. in Diss. de animis Hippocratis.*
p. 158. *col.* 2. *lin.* 20. *ad fin. not. p.* Vid. *Zimmermann de relig. Hesiodi*, *Musei Helvet. Tom.* VII. *p.* 359. *f.*
p. 162. *col.* 2. *lin.* 7. 8. *lege:* quas sibi finxerant, imponerent, eoque modo res & affectiones in personas &c.

* * * * * *

Digitized by Google

ADDENDA ET EMENDANDA.

p. 163. *col.* 1. *poſt* ſeu coeleſtem. At *Ovidio Faſt. Lib.* I. *vſ.* 1. Venus mater *geminorum amorum* vocatur.
p. 164. *lin.* 8. *deleatur* ferunt.
p. 166. *col.* 2. *lin.* 2. Vid. *Nouv. Dict. Hiſt. Crit. Tom.* I. v. *Anaximenes*, *p.* 328. *ſ.*
p. 171. *col.* 2. *not.* z. *ab initio:* Vid. *Nouv. Dict. Hiſt. Crit. Tom.* I. v. *Anaximander*, *p.* 327. *ſ.*
p. 173. *lin.* 8. *pro* explicent *l.* explicant.
p. 202. §. III. *lin.* 14. habuit, *l.* habet.
p. 211. *col.* 1. *lin.* 15. poſt *Empedocles:* Longe aliter explicat *Beauſobre Hiſt. de Manich. p.* 32. 33.
p. 218. *col.* 1. *n. g. ab initio, lege:* Parcit hic labori &c.
p. 219. *col.* 1. *lin. ult.* firmat, *l.* formar.
p. 234. *lin.* 3. *poſt* conſcientia, *l.* tantum.
p. 270. *col.* 1. *not. g. in fin.* Superſtitioſus videtur fuiſſe, quia ſomniis fidem habuit. Vid. *Plinii Epp. Lib.* III. *ep.* 5. *p.* 192. edit. *Corte.*
p. 276. *col.* 1. *lin.* 3. *p.* 520. *l.* 453.
p. 277. *lin.* 35. eum, *l.* eumque.
p. 292. §. XII. *lin.* 11. meditandi, *l.* meditanti.
p. 295. *col.* 1. *lin.* 24. eo ſtatim ut, *l.* eo ſtatim cogi, ut &c.
p. 296. *lin.* 1. *l.* naturis neque genitis, neque factis.
p. 302. *col.* 1. *not. x. lin.* 6. *l.* cum ediſſerere.
ibid. col. 2. *lin.* 9. *poſt* faciam. Vid. *Zimmermanni Diſſ. de relig. Plutarchi*, in *Muſeo Helvet. Tom.* IV. *p.* 379. *ſ.* qui ad me provocat paſſim.
p. 305. *col.* 2. *not. y. l.* diſtinctam: haud vero negat &c.
p. 306. *col.* 1. *not. a.* placere, *l.* favere.
p. 309. *ſub textu* (ed. Graev.) *l.* Graec.
p. 316. *col.* 1. *lin. ult.* poſt *directam l.* Ex inſtituto de Manichaeismo *Pythagorae* agit *Beauſobre Hiſt. de Manichéisme p.* 29. *ſ.* qui in primis p. 30. nihil obſtare animadvertit, quo minus *Zaratas*, magiſter *Pythagorae*, *Zoroaſter* videatur eſſe, & *p.* 32. cum Deum & materiam ſtatuiſſe decernit.
ibid. col. 2. *lin.* 31. interim, *l.* iterum.
p. 317. *col.* 1. *lin.* 4. Haec *Zoroaſtris* dicitur doctrina. Vid. *Beauſobre.*
ibid. lin. penult. Conflata eſt Manichaeorum ſententia ex binis prioribus.
ibid. col. 2. *lin.* 11. Forte omnes, qui malum quoddam principium profeſſi ſunt, putarunt, illud cum materia conjunctum eſſe. Manichaeus hoc omnino credidiſſe videtur.
p. 320. *col.* 1. *lin.* 4. capit, *l.* capio.
p. 323. *col.* 1. *lin.* 23. Vid. de religione Perſarum *Beauſobre Hiſt. de Manich. p.* 162. *ſ.*
p. 327. *col.* 1. *lin.* 10. Hinc Aſcanius ob fortitudinem Jovis putabatur filius. *Aurelius Victor de orig. gentis Rom. c.* 15. *p.* 30.
ibid. col. 2. *ad lin.* 3. Qui ſubito extincti erant, nec inveniebantur, rapti putabantur a Diis, ut *Aeneas* apud *Aur. Victorem de orig. gent. Rom. c.* 14. *p.* 28. 29. *Romulus* &c.
p. 332. *lin.* 3. *l.* Deorumque ſic eas ac Dearum &c.
ibid. col. 2. *lin.* 15. Deum, *l.* Deorum.
p. 334. *lin.* 33. ſupplicaverunt.
ibid. lin. 36. confuderunt.
p. 337. *lin.* 2. ratio, *l.* notio.
p. 339. *lin.* 33. *efferre*, *l. afferre.*
p. 340. *lin.* 12. in quo, *l.* in qua.
p. 343. *col.* 2. *lin.* 12. dictarat, *l.* declarat.
p. 345. *lin. penult.* inducit *l.* induit.
p. 347. *lin.* 17. qui, *l.* quin.
p. 351. *lin.* 6. refellerunt, *l.* refellerent.
ibid. lin. 7. 8. *l.* duo hic addemus alia. Alterum exſtat &c.

Caetera ſuis locis inſerta & correcta ſunt.

RU-

Digitiz Google

RADULPHI CUDWORTHI

DE

VERIS NATURAE RERUM ORIGINIBUS COMMENTARII.

CAPUT PRIMUM.

QUO DE ILLO PHILOSOPHIAE GENERE DISPUTATUR, QUOD CORPUSCULIS INDIVIDUIS UTITUR; EX QUO, QUI FATALITER OMNIA, QUAE FIUNT, DEFINITA ESSE VOLUNT, ET NECESSITATEM RERUM OMNIUM EX IPSA MATERIAE CONSTITUTIONE ELICIUNT, ATHEI HOMINES OPINIONIS SUAE PRAESIDIA PETUNT.

ARGUMENTUM.

§. I. *Tres sunt de rerum omnium neceſſitate ac fato ſententiae. Ex quo triplex gignitur de originibus naturae rerum opinio.* §. II. *De fato Mathematico ſeu ſidereo.* §. III. *Quidam fatum eſſe aliquod ſupremo Numine ſuperius cenſent.* §. IV. *Diſputationis inſtitutum & ratio.* §. V. *Atheorum ſententia ſeu fatum Democriticum nititur doctrina de atomis. Docetur, quare neceſſario hac de re diſſerendum ſit; quae primo breviter deſcribitur.* §. VI. *Antiquitas phyſicae corpuscularis una cum illis, quae Ariſtoteles de ea ſcripta reliquit.* §. VII. *Plato, quod pauci obſervarunt, ejusdem phyſicae copioſe meminit.* §. VIII. *Nec Protagoras, nec Democritus, nec Leucippus, nec ullus Atheorum alius, princeps corpuscularem philoſophiam invenit; cujus nemo cognitione carere poterit, qui recentiores ſibi Atheos confutandos ſumit.* §. IX. *Breviter indicatur, Poſidonium, Stoicum, ſcriptum reliquiſſe, Moſchum Phoenicem, ante belli Trojani tempora, hoc genus philoſophiae inveniſſe.* §. X. *Hic Moſchus idem probabiliter fuit, ac Mochus ille, Phyſicus, cujus cum ſucceſſoribus, vatibus & ſacerdotibus, Pythagoram Sidone verſatum eſſe, Jamblichus refert.* §. XI. *Pythagoram non expertem fuiſſe phyſices hujus, veriſimilibus argumentis probatur.* §. XII. *Ecphantus & Ariſtoteles Pythagorae monades fuiſſe atomos teſtantur.* §. XIII. *Empedoclem, Pythagoraeum, atomis ad*

rerum naturam inveſtigandam uſum eſſe, luculenter declaratur. §. XIV. *Idem copioſius ex Platone, Ariſtotele, Plutarcho & Stobaeo oſtenditur.* §. XV. *Anaxagoras atomis quidem favit, ſed parum perite, aut inſicetus fuit philoſophiae illius imitator, quae corpusculis nititur.* §. XVI. *Ecphantus Pythagoraeus, Xenocrates, Heraclides, Diodorus & Metrodorus Chius, omnes illam philoſophiam amplexati ſunt, quae atomis nixa ſtat. Ariſtotelis teſtimonium, omnes veteres phyſicos hanc viam philoſophandi ſequutos eſſe docentis.* §. XVII. *Quemadmodum Ariſtotelis auctoritati conſuli queat, aliorum item veterum ſcriptorum fides defendi, qui hanc philoſophiam a Leucippo & Democrito primum teſtantur inventam eſſe. Leucippus & Democritus principes atomis ad Deum tollendum abuſi ſunt, aut illud philoſophiae corpuscularis genus condiderunt, quod Deum & religionem labefactat.* §. XVIII. *Corpusculares philoſophi, qui ante Democritum vixerunt, Deum eſſe & naturas corpore ſecretas profeſſi ſunt.* §. XIX. *Recentiores quidam confutantur, qui negant, veterum quemquam de naturis cogitaſſe ſimplicibus & corpore ſecretis. Probatur antiquitas doctrinae hujus ex Platone, qui ipſemet aperte eam profeſſus eſt.* §. XX. *Ariſtoteles pariter naturas eſſe credidit corpore vacantes.* §. XXI. *Epicurus hanc ſententiam deſtruere conatus eſt, quam Platonem & alios veteres tuitos eſſe, non ignorabat.* §. XXII. *Omnes illi philoſophi, qui animos eſſe immortales crediderunt, & Deum profeſſi ſunt ab hac univerſitate diſtinctum, naturam etiam cenſuerunt eſſe corpore vacuam. Praeter Thaletem, Pythagoras in primis acriter hanc opinionem aſſeruit, cui etiam divina Trinitas non ignota fuit.* §. XXIII. *Parmenides naturas eſſe aſſeveravit corporis expertes: quod etiam omnes illi fecerunt, qui negarunt, res omnes fluere, & quasdam ſtabiles eſſe docuerunt.* §. XXIV. *Empedocles fuſe docetur nec Atheus, nec ex eorum fuiſſe genere, qui, praeter corpora, exiſtere negant aliquid.* §. XXV. *Anaxagoras naturas eſſe docuit corporis inanes.* §. XXVI. *Concluditur, omnes, qui atomos ante Democritum crediderunt, & Dei fuiſſe profeſſores, & mentes corpore vacuas credidiſſe.* §. XXVII. *Philoſophia corpuscularis & Theologia non modo non pugnant inter ſe, verum etiam naturali quodam vinculo conjunctae ſunt. Id primum probatur ex origine philoſophiae atomicae, quae generatim exponitur.* §. XXVIII. *Enucleatius de ortu philoſophiae corpuscularis diſſeritur, quae docetur ex iſto rationis praecepto: Ex nihilo nihil fit aut in nihilum abit, profecta eſſe.* §. XXIX. *Idem illud rationis praeceptum, quod veteres adduxit, ut formas & qualitates repudiarent, eosdem commovit, ut naturas eſſe decernerent corporis omnis & materiae inanes.* §. XXX. *Eodem rationis praecepto duce, eo venerunt veteres, ut animos eſſe immortales aſſeverarent.* §. XXXI. *Ex eodem fonte nata eſt doctrina de animorum praeexiſtentia & migratione in alia corpora.* §. XXXII. *Veteres hanc doctrinam non ad ſolos hominum animos pertinere judicabant, ſed ad omnes mentes & vitas, cujuscumque demum eſſent generis, extendebant.* §. XXXIII. *Haec omnia dictis probantur Empedoclis, qui & animos, natis nondum corporibus, fuiſſe, & exſtinctis permanere corporibus, his argumentis fretus docuit.* §. XXXIV. *Judicium de hoc dogmate. Animos, diſſipatis corporibus, permanere, recte confecerunt veteres, quibus atomi curae fuerunt. At qui docent, animos a Deo creari, & perennes quidem eſſe poſt fata, verum ante corpora non exſtitiſſe, nihil tradunt, niſi quod ratio probat.* §. XXXV. *Nova ſententia proponitur, quo animos brutorum animantium corpore carere poſſe doceatur, nec tamen exſtinctis corporibus, permanere, aut in nova ſemper corpora migrare.* §. XXXVI. *Ex hac ſententia nihil contra animorum immortalitatem poteſt erui.* §. XXXVII. *Empedoclis ſententia rationi magis eſt conveniens & conſentanea, quam eorum opinio, qui brutorum animos corporeos eſſe volunt.* §. XXXVIII. *Philoſophiae, quae ad corpuscula cuncta refert, haec indoles eſt ac ratio, ut, qui eam ſequitur, recteque intelligit, non poſſit non credere,*

eſſe

Digitized by

eſſe naturas corpore vacantes. Id quinque docetur momentis. §. XXXIX. *Binis rebus ſuperior eſt haec phyſica reliquis omnibus philoſophandi viis. Primum naturam mundi, qui corporibus conſtat, explicat.* §. XL. *Deinde planam nobis & apertam monſtrat viam docendi atque demonſtrandi, eſſe naturas corpore vacantes.* §. XLI. *Concluditur itaque, veterem philoſophiam Moſchicam binis conſtitiſſe partibus: Phyſica ſeu doctrina de atomis, & Theologia ſeu doctrina de Deo & mentibus puris.* §. XLII. *At philoſophia haec mutilata paullo poſt & truncata, bis unam ejus partem, illis alteram ſibi vindicantibus.* §. XLIII. *Leucippus & Democritus, quum averſo eſſent animo a Deo & religione, in eam unice curam incubuerunt, ut, quae de atomis erant tradita, ad impietatem ſtabiliendam adhiberent. Id qua factum ſit occaſione, & ſimul, quam male tota res illis ceſſerit, explicatur.* §. XLIV. *Plato, praetermiſſis illis, quae de atomis praeceperant phyſici veteres, ſoli ſeſe tradidit Dei & rerum corpore ſemotarum contemplationi. Cauſſae hujus inſtituti.* §. XLV. *Ariſtoteles hac in re Platonis veſtigia preſſit. Laus philoſophiae Ariſtotelicae.*

§. I. Qui res omnes & actiones mortalium neceſſitatis legibus ſubjiciunt, fierique negant extra fatum aliquid, illi duplicem vulgo viam ineunt. Quidam omnibus, quae virtutem habent agendi, ipſa natura neceſſitatem quamdam ineſſe praedicant, libertatem vero ſeu poteſtatem eligendi rem eſſe dicunt, quae nec exſtet usquam, nec exſiſtere ullo modo poſſit. (*πρᾶγμα ἀνυπόπτωτον*) Ejus generis ſententiam (*a*) Epicureus ille Poëta his verſibus expreſſit:

—— Quod res quaeque Neceſſum
Inteſtinum habeat cunctis in rebus agendis.

Alii licet non tollant funditus libertatem, verum eam in ſupremi Numinis perfectionibus numerent; ſic tamen omnia, quae eveniunt, voluntate ac decretis divinis ante deſcripta atque definita eſſe, praecipiunt, ut, quae aguntur a nobis, non poſſint non fieri & accidere. Quibus ſuperior placet opinio, ſic ut libertatem eſſe nullam ſentiant, (*πρᾶγμα ἀνυπόπτωτον*) his binis dogma ſuum modis ſtabilire licet. Nam aut ſtatuant neceſſe eſt, praeter corpora, motumque eorum exteriorem nihil eſſe in univerſa rerum natura, neque aliquid idcirco ex ſe & ſua ſponte moveri, verum omnia impulſu alieno extrinſecus cieri & agitari: ex quo efficitur: phyſicam quamdam ſeu mechanicam neceſſitatem (*ἀνάγκη ὑλικὴ*) cuncta moderari & regere. Aut ſi hoc nolint, exiſtiment oportet, non deeſſe quidem in rerum natura mentes rationis compotes, & agendi facultate praeditas, ſed omnem ab actionibus earum libertatem abeſſe, eo quod ſuprema quaedam atque neceſſaria mens perennes, nec ullo modo mutabiles, voluntati earum leges ſcripſerit.

Plo-

(*a*) *Epicureus ille Poëta*] *Lucretium* intellexit: cujus hi verſus *Libro* II. *de rerum natura* vſ. 289. 290. 291. exſtant:

—— —— Sed ne mens ipſa neceſſum
Inteſtinum habeat cunctis in rebus agendis,
Et devicta quaſi cogatur ferre patique.

Haec leviter mutata ad rem inſtitutam *Cudworthus* accommodat. Ceterum *neceſſum inteſtinum* idem hic eſſe, quod aliqui Latini *interiorem neceſſitatem* vocant, apertum eſt. Memini, *Donatum ad Terentii Eunuch. Act.* V. *Scen.* 5. obſervare, veteres hac loquendi formula fuiſſe uſos.

Digitized by Google

Plotinus (*b*) paullo aliter familiam diſtinguit eorum, qui fato dicunt omnia fieri; quamquam ſi quis rite circumſpiciat cuncta, quod ad ſummam rei attinet, nihil inter ejus, noſtramque diviſionem intereſt. Διττὰς ἄν τις θείμην τὰς δόξας, οὐκ ἂν ἴσως ἁμαρτάνοι· οἱ μὲν γὰρ ἀφ' ἑνὸς πάντα ἀναρτῶσιν, οἱ δ' οὐχ οὕτω. *Si quis autem*, inquit, *bifariam hos diſtinxerit, a veritate forſan non aberrabit. Nempe alii quidem cuncta ab uno principio dependere putant, alii vero nequaquam.* Illud genus haud male appellaveris *fati divini* vindices, iſtud *fati bruti* & *athei* defenſores. Eos, qui ſic neceſſitatem tuentur, ut Deum haud tollant, idem poſtea (*c*) *Plotinus* diſtinguit iterum in eos, qui vim ipſam Dei ajunt in conſilia & actiones noſtras, nulla re alia interveniente, influere, non ſecus ac membra animalium non virtute propria, verum ejus, quod in ſingulis *principatus* dicitur, moventur & diriguntur: & in eos, qui fatum eſſe volunt ſempiternam quamdam cauſſarum ſeriem, inter ſe neceſſario aptam & connexam, quarum Deus omnium principium & auctor ſit. Illi recentiores quosdam Chriſtianos apte referunt, qui fati quoddam genus ſibi finxerunt: hi Stoicorum de fato ſententiam tenent.

Quamobrem quotquot a fatali quadam neceſſitate, quaecumque fiunt & eveniunt inter homines omnia, procedere diſputant, ad tres commode claſſes revocari poſſunt. Prima eſt eorum, qui ſupremum Numen res omnes aeterna lege, nullius rei ratione habita, decreviſſe docent, ideoque libere ſuſcipi a nobis aliquid poſſe, negant. Quod quidem genus fati, licet haud prorſus ignotum ſit antiquioribus philoſophis & ſcriptoribus, praecipuos tamen (*d*) in recentioribus quibusdam Chriſtianis, ab antiquae eccleſiae ſententia vehementer hac in re disjunctis, cuſtodes atque tutores reperit. Alteram ſectam conſtituunt illi, qui Deum ſapienter quidem, verum fataliter & neceſſario agentem, res hujus univerſi omnes generatim diſpoſuiſſe ac deſcripſiſſe putant, atque hac ex generali conſtitutione nihil non eorum, quae in orbe contingunt, perpetua quadam cauſſarum ſerie proficiſci judicant. Haec igitur fati ſpecies continuatio quaedam cauſſarum eſt, quas interior quaedam neceſſitas impellit & agitat. Placuit vero quondam Stoicis, *Zenoni* ac *Chryſippo*, quorum (*e*) *Eſſeni*, Judaeorum ſecta, veſtigia legiſſe videntur. Poſtremum genus ex his conſtat, qui, ſublato Deo, phyſicam & naturalem rerum omnium neceſſitatem inculcant. Hoc fatum (*f*) *Epicurus* τὴν τῶν φυσικῶν εἱμαρμένην, *phy-*

(*b*) *Plotinus*] Locus exſtat *Libro de fato Enead.* III. *Libr.* 1. *Cap.* 2. *p.* 230.

(*c*) *Plotinus diſtinguit iterum*] Hanc diſtributionem acgerrime apud *Plotinum* invenias. Vir doctiſſimus ex illis, quae *Plotinus*, homo & ordinis & ornatus plane negligens, differit, elicuit eam potius, quam diſerte traditam reperit. Magno erat, quod alias monuimus, *Cudworthus* erga illos ſtudio, qui *Platonem* in philoſophando ducem ſibi delegerunt, in quibus non poſtremum *Plotinus* locum tenet. Itaque ſaepius ſic eorum ratiocinationes proponit, quemadmodum enuntiari & explicari debuiſſent, non ſicut enuntiatae a philoſophis illis & explicatae ſunt. Ferenda eſt haec in homine egregio imbecillitas, ceteriſque ejus meritis condonanda.

(*d*) *In recentioribus quibusdam Chriſtianis*] Quale genus intelligat, nulli ignorare poſſunt, niſi quos omnis civitatis Chriſtianae hiſtoria praeterit. Vehementer ubivis ab illis abhorret Chriſtianis vir magnus, qui fataliter a Deo cuncta eſſe decreta opinantur, neque religionem, ſi horum obtinuerit ſententia, contra impetus eorum, qui eam labefactare totam volunt, defendi poſſe arbitratur. De ipſa ceterum eorum, qui fato fieri volunt omnia, partitione, quam hic ſuppeditat, nihil moneo, quum res nunc longe agatur alia. Forte infra quaedam ad hanc rem pertinentia differendi locus dabitur.

(*e*) *Eſſeni*] Conjectura haec eſt: nam de fato quid Eſſeni ſenſerint, valde dubium & obſcurum eſt. Vid. *Jac. Basnage Hiſtoire des Juifs. Tom.* II. *Libr.* II. *C.* 20. *p.* 529. *ed. ultim.*

(*f*) *Epicurus*] Nil dubito, quin haec *Epicuri* verba in animo habuerit vir doctiſſimus, quae in epiſtola ad Menoeceum exſtant: Ἔστι μηδὲν ὃ τῷ τυχὶ

phyſicorum fatum, nominat; rectius dixiſſet, *Atheorum.* Apte ceteroquin fati hujus defenſores fati Democritici patroni vocari poterunt. Triplex haec de fato opinio triplicem gignit ſententiam de ortu atque conſtitutione naturae rerum. Has ego ſententias non modo hic explicare, verum etiam, ſi fieri poſſit, vanitatis & ſtultitiae convincere conſtitui. Quo perfecto, quid de hujus univerſitatis ortu, natura & indole ſapientem ſtatuere deceat, apertum & propoſitum erit.

§. II. Fatum Mathematicum (*g*) & Aſtrologicum, quod multorum celebratur ſermonibus, ſi fundamenta ſpectes, res valde levis & abjecta eſt, ſi naturam, qualecumque demum ſit, ad alteram claſſem pertinebit partitionis *Plotini*, quam modo memoravimus. Aut enim ab uno fonte ac principio patroni ejus quae fiunt omnia repetent, aut plura fingent principia. Suſpicor, (*h*) totam hancce rationem inter Chaldaeos primum a certo quodam genere excogitatam eſſe, quod pluribus quidem ſerviebat Diis, reapſe vero ad ſummam erga Deum impietatem occulte ducebat. Tenerum autem foetum (*i*) Stoici deinceps adoptarunt, adultumque jam & robuſtum fato ſuo divino adjunxerunt. Nec enim *Manilium*, *Firmicum*, aliosque familiae hujus magiſtros multos in eo fuiſſe ornando & fovendo, obſcurum eſt. His addi debet, non paucos philoſophorum, qui fatum alioquin averſati ſunt, tam Chriſtianos, quam a *Chriſto* alienos, *Plotinum*, *Origenem*, *Simplicium*, & alios majorem quoque, quam par eſt, divinationi ex aſtris auctoritatem tribuiſſe. Qui tametſi eo minime progrediebantur, ut coeleſtia ſigna vim afferre hominibus docerent; Deum tamen perhibebant, qui ante omnia proſpexerit, ſiderum curſus atque motus multiplices mirabiliter ad ea, quae in terris aliquando eſſent eventura, accommodaſſe, ut de his ex illis certae divinationum conjecturae a peritis fieri poſſent. Sic (*k*) *Origenes* aſtra non efficere, quae fiunt inter homines, ſed portendere, coelumque divini voluminis inſtar eſſe cenſuit, cujus litteras & ſcripturam qui calleant, eos futuros in illis eventus legere & praeſentire poſſe. Nec aliter (*l*) *Plotino* viſum, qui: φησὶ μὲν τοῦτο, inquit, δεῖ στοιχεῖα τ ὅλων, παρέχεσθαι ἃ ἐν ἄλλῳ χρείαν τοῦ ἓ εἰς αὐτὰ ὥσπερ γεγράμμασι βλέποντας, τὰς τοιαύτας γεγραμμένας

περὶ θεῶν μᾶλλον καταψεύδεσθαι, ἢ τῇ τ φυσικῶν εἱμαρμένῃ δουλεύειν. *Praeſtat enim fabulas de Diis amplecti, quam phyſicorum ſervire fato. Diogenes Laërtius de vitis philoſoph. Lib. X. Segm.* 134. *p.* 659. *ed. Meibomii.*

(*g*) *Fatum Mathematicum*] De hoc qui litteris mandarunt aliquid, fuſe enarrantur a *Jo. Alb. Fabricio* in *delectu argumentor. pro veritate religionis Chriſtianae Cap.* 16. *p.* 400-403. In primis quae *Gerh. Jo. Voſſius de Idololatria Lib.* II. *Cap.* 18. *p.* 210. *ſ. ed. Amſtelod.* 1700. *fol.* diſputat, multum eos juvabunt, qui non omnia, quae hic legunntur, ſtatim intelligunt.

(*h*) *Suſpicor*] De fati, quod *ſidereum Auguſtinus* dixit *de civit. Dei Lib.* V. *C.* 9. originibus, nihil eſt, cur multa diſputentur. Certum eſt, antiquiſſimis perſuaſum fuiſſe populis, daemones ſive Deos ineſſe in ſideribus, qui curſus eorum moderentur ac dirigant. *Pythagorae* jam aetate ſententia haec, ex ſolis orientis regionibus ſortaſſis, ad Italos pervenerat. In his enim, quod *Jamblichus* memoriae prodidit, quidam erant, qui *Pythagoram* ex illis eſſe cenſebant daemonibus, qui lunam incolunt. *Jamblichi vita Pythagorae Cap.* 6. *p.* 23. *ed. Kuſteri.* Iidem vetuſtiſſimi populi Deos res humanas curare, nil dubitabant. Junge haec duo: *Dii rebus humanis providenti*; &: *Aſtra ſedes ſunt Deorum*, nec quaeres, ut arbitror, amplius, unde ad inſanam hanc opinionem antiquiſſimae gentes delapſae ſint, aſtrorum lege ac virtute quae fiunt, univerſa fieri.

(*i*) *Stoici deinceps*] Vid. *Jac. Thomaſius de exuſtione mundi Stoica Diſſ.* XV. *p.* 246.

(*k*) *Origenes*] Vid. *Petr. Dan. Huetius Origenianor. Lib.* II. *Cap.* 8 §. 5. *p.* 129. Hauſit, ut multa alia, dogma hoc ex ſcholis Platonicorum.

(*l*) *Plotinus*] Locus hic exſtat *Libro de fato Ennead.* III. *Libr.* I. *Cap.* 6. *p.* 233. Sed multo apertius & fuſius idem *Plotinus* hanc rem edifſeruit *Ennead.* II. *Libr.* III. *utrum ſtellae aliquid agant?*

Digitized by Google

πολὺ εἰδότας, ἀναγινώσκειν τὰ μέλλοντα ἐκ τῶν σχημάτων καὶ τὸ ἀνάλογον μεθοδεύσαντας τὸ σημαινόμενον. ἄσπερ εἴ τις λέγοι· ἐπειδὴ ὑψηλὸς ὄρνις σημαίνει ὑψηλάς τινας πτήσεις. *Praestat dicere coelestia pro universi salute percurrere, sed interim ad alium quendam usum conducere: quo scilicet qui illa suspiciunt quasi litteras, qui videlicet litteraturam ejusmodi noverint, futura legant, ex ipsis figuris comparatione quadam analogica indagantes significatum: quemadmodum si quis dixerit, avem per sublimia pervolantem actiones quasdam sublimes significare.* Idem etiam (*m*) *Simplicius* sentit: Σύμφωνος ἐστιν ἡ ἐμφερὴς περιφορὰ τῇ προβολῇ τῶν ψυχῶν τῇ κατ' αὐτὸν ἐφεκτικῇ εἰς τὸν γένεσιν, οὐκ ἀναγκάζουσα μὲν τὰς ψυχὰς τῶνδε ὀρέγεσθαι ἢ τῶνδε, σύμφωνος δὲ ὅσα ταῖς ὀρέξεσιν αὐτῶν. *Fatalis coeli conversio consentanea est productioni animorum, qua conversione animi corporibus inseruntur, non ita quidem, ut ea cogat animos haec aut illa appetere, sed ut cum eorum appetitionibus consentiat.* Hanc autem sententiam istud philosophorum genus tanto arctius complectebatur, quod haec imbecillitatem eorum occupaverat superstitio, non modo mentem & rationem inesse in stellis, sed etiam intelligentia & sapientia longo homines ab illis intervallo superari. Quumque Deus neque stellas, neque ceterarum rerum, quibus natura rerum continetur, condiderit aliquid, ut nullius commodis serviat, nisi propriis, contra omnia, quae molitus est, ad communem hujus universitatis utilitatem aptaverit; aegre, quidnam esset in stellis, quod humanis rebus opportunitatem quamdam & salutem afferre posset, consequebantur, nisi quamdam humanarum rerum praesignificationem haberent. Nam quae de virtute siderum physica in hunc orbem feruntur, ea nimis levia ac exigua philosophis his videbantur. Nec ego diffiteor, ex iis, quae pro divinatione ex astris dici possunt, nihil esse, quam hoc, majori veritatis similitudine praeditum. Quamquam tota haecce disci-

pli-

gant? *Cap.* 1. *p.* 137. & *Cap.* 7. *p.* 140. 141. Latinis verbis hanc *Plotini* sententiam enarrare video *Macrobium in somnium Scipionis Lib.* I. *Cap.* 19. *p.* 97. *ed. Gronovii.*

(*m*) *Simplicius*] Leguntur haec verba in *Simplicii Comm. in Epictetum Cap.* 1. *p.* 26. *ed. Salmasii.* Versio *Wolfii* est. Verum, nisi multum fallor, quam hoc loco copiose tuetur, de vi siderum & astrorum sententiam *Simplicius*, ea plane a *Plotini* & *Origenis* opinione recedit. Omnia enim si accurate considerentur, quae differit, sic censet de astris. (I.) In hominis animum nihil posse siderа, quoniam is & ortus & interitus expers sit. *l. c. p.* 25. (II.) At instrumentum animae seu corpus ab illis affici. (III.) Corpus autem semper tale produci, quale aptum sit animo, cum quo sociari debet. (IV.) Quemadmodum igitur ex instrumentis de artifice conjectura fieri possit, ita etiam ex consideratione instrumenti animae seu corporis astrorum peritos judicare posse de habitu ejus, qui usurus sit illo instrumento. (V.) Atque raro eos falli, eo quod animae instrumentis suis seu corporibus plerumque, tamquam partibus, utantur, appetitionesque suas ad corporum naturam accommodent. (VI.) Ex quo quidem pateat, conversionem coeli non efficere ea, quae suscipiunt animi, sed convenientem tantum esse animorum appetitionibus, quoniam hi plerumque corporum fere tradant imperio. Sextum hoc momentum sententia est verborum *Simplicii* a *Cudworthо* hic allatorum, quorum vim male prorsus & obscure *Wolfius* expressit. Miserum est, plerosque, qui Graecorum philosophos Latine verterunt, vix fere aliquid ad eum laborem attulisse, quam Graecarum litterarum peritiam, nec philosophiae veterum satis fuisse gnaros, aut virtute ratiocinandi valuisse. Inde enim evenit, ut versionibus utamur magnam partem obscuris & a philosophorum mente non raro prorsus alienis. Sic igitur visum est, ut evidentius explicem, quae jam dixi, *Simplicio:* Animum humanum nulla re cogi, sed plane liberum esse: at corpus, quo cingi debet animus, tale fingi, qualis siderum eo tempore, quo construitur, coelique status est. Igitur si astrorum periti tempus illud calleant, quo quis conceptus & natus est, scire quoque eos posse, quemadmodum corpus hominis affectum, quibusve praeditum sit propensionibus. Quumque animi plerumque corporum instinctui obtemperent, neque libertate sua utantur, ideirco eos plerumque ex astris de tota hominis natura, indole & appetitionibus judicium ferre posse. Ex his, credo, nemini obscurum erit, quantum inter hanc *Simplicii* sententiam, & illam *Plotini* & *Origenis* intersit, neque recte a *Cudworthо* inter eos relatum esse *Simplicium*, qui astris, praeter significandi virtutem, nullam aliam re-

plina lubrico admodum & infirmo, ne dicam nullo prorsus & absurdo, fundamento nititur.

§. III. Sed non omittenda est insana quaedam & inficeta de fato sententia, qua nonnulli ex Deorum inanium cultoribus imbuti fuerunt. Erant in his, qui licet ore faterentur, esse Deum, hunc tamen Deum fato nescio cui alligabant, nec modo minorum gentium Deos, verum ipsum quoque *Jovem* optimum maximum fato resistere posse negabant. In hac Graecus ille vates opinione fuit, cujus dictum *Cicero* (*n*) sic Latine reddidit: *Quod fore paratum est, id summum exsuperat Jovem.* Idem *Herodotus* (*o*) his verbis praecipit: τὸν πεπρωμένον μοῖραν ἀδύνατόν ἐστιν ἀποφυγέειν καὶ τῷ Θεῷ. *Ne ipse quidem Deus, quae fati lege decreta sunt, effugere potest.* (*p*) Nec ignotum est illud dictum: Δοῦλα Θεὸς ἀνάγκης. *Ipse Deus necessitati servire debet.* (*q*) Hinc & *Homerus Jovem* inducit acerbe querentem, quod fatorum decretis, quae carissimum filium *Sarpedonem* a *Menaetii* filio trucidari vellent, intercedere nullo modo valeat. * Quamquam hi omnes fortassis loci non multo deteriorem, quam (*r*) qualis Stoicorum exstitit, sententiam continent. Nam hos quoque certum est, Deum, quem colebant, materiae, propriisque decretis suis servire coëgisse, quippe quem ne minimam quidem naturae rerum partem aliter, atque nunc est, disponere potuisse, multo minus eorum, quae constituta sunt, mutare posse aliquid, statuebant. Haec *Senecae* mens est, (*s*) dicentis: *Eadem necessitas & Deos alligat. Irrevocabilis divina pariter atque humana cursus vehit. Ille ipse omnium conditor ac rector scripsit quidem fata, sed sequitur. Semper paret, semel jussit.* Quod si vero amplius (*t*) hoc etiam sibi volunt effata, quae paullo an-

* *Lactantius* Lib. I. Cap. 2. *Luciani* Jup. confutatus.

reliquerunt. Operae vero duxi pretium, paullo copiosius haec enodare: partim quod haec vetustissima sit sententia, id quod facile demonstratu foret: partim quod inde, quae Platonicorum de fato & libertate fuerit opinio, appareat, de qua tam perturbate multi commentati sunt.

(*n*) *Cicero*] *De divinatione Lib.* II. *C.* 10. *p.* 3196. *ed. Verburgii.*

(*o*) *Herodotus*] Non haec *Herodoti* verba sunt, sed oraculum, quod Pythia legatis Croesi edidit, quod *Herodotus* refert *Historiar. Lib.* I. *Cap.* 91. *p.* 38. *ed. Gronovii.*

(*p*) *Nec ignotum est illud*] Non dubito, quin *Philemonis* illud dictum intelligat, quod inter reliquas ejus sententias, a *Jo. Clerico* collectas, exstat:

Δοῦλοι βασιλέων ἐσμέν, οἱ βασιλεῖς Θεῶν,
Ὁ Θεὸς ἀνάγκης.

Nos Regibus, Reges Deis subservimus,
Necessitati Deus.

Vid. *Menandri & Philemonis Reliquiae p.* 307.

(*q*) *Hinc & Homerus*] Locum hunc jam *Cicero* observavit *de divinatione Lib.* II. *Cap.* 10. *p.* 3195. *T.* IX. *Opp. ed. Verburgii.* Exstat vero *Iliados Lib.* M. In ora libri *Cudworthus Lactantium* & *Lucianum* hujus sententiae testes laudavit; Ille *Lib.* I. *divinar. instit. C.* 11. *p.* 69. *ed. vener. Walchii: Illud vero*, inquit, *quale est? esse fata, quibus Dii omnes & ipse Jupiter pareat? Si Parcarum tanta vis est, ut plus possint, quam coelestes universi, quamque ipse rector ac dominus: cur non illae potius regnare dicantur?* Hic autem in *Jove confutato Opp. T.* II. *p.* 124. *ed. Graevii* facete hunc errorem irridet & copiose persequitur.

(*r*) *Qualis Stoicorum*] Ita jam *Petrus Gassendus* censuit, qui *Syntagm. philos. P.* III. *seu Ethices Lib.* III. *Cap.* 2. *p.* 532. *T.* II. *Opp. Lugd.* 1658. *fol.* hanc sententiam cum Stoicorum de fato doctrina conjungit.

(*s*) *Senecae mens est*] *Libro de providentia Cap.* 5. *p.* 195. *ed. Joh. Frid. Gronovii.* Similes locos apud *Gassendum loc. laud.* & *Jac. Thomasium* reperias *de exustione mundi Stoica Diss.* XIII. *p.* 170. & alios.

(*t*) *Quod si vero amplius*] Vetustissima est sententia, Parcas ipsis Diis leges ferre, aut ipsam Deorum potentiam nihil eorum tollere vel mutare posse, quae fati lege decreta & constituta sunt. Asseram, quem viros doctos, qui hoc argumentum ae-

Digitized by Google

ante produximus, esse aliquod extra Deum fatum, quod voluntatem ejus omnino determinet, nec ullum ei retistendi locum relinquat; nescio, quid hac fingi possit sententia vel perturbatius & amentius, vel dissonum magis ac disjunctum. Namque Deus in ea simul constituitur & tollitur. Retinent auctores opinionis hujus Dei nomen & vocabulum, quoniam id usus & vulgaris hominum sermo consecravit, at re vera tamen nihil eo significant, quam physicam necessitatem, idque unum indicare volunt, fortuitum materiae motum supremum illud esse Numen, quod orbem terrarum regit ac gubernat. In quam quidem rationem egregie illud *Balbi*, Stoici, apud *Ciceronem* (v) quadrat: *Non est Natura Dei praepotens & excellens, si quidem ea subjecta est ei vel necessitati vel naturae, qua coelum, maria, terraeque reguntur. Nihil autem est praestantius Deo. Nulli igitur est naturae obediens aut subjectus Deus.*

§. IV. Ante vero quam ad ipsam progrediar disputationem, institutum meum video paullo accuratius explicandum esse. Animus mihi quidem est, tres illas de fato sententias, quas antea commemoravi, ex quibus triplex de natura atque originibus naturae rerum error nascitur, explodere, severam illam, quam *Epicurus* vocat, necessitatis in res omnes dominantis tyrannidem pro viribus abrogare, libertatique humanae jus atque auctoritatem suam asserere. Hoc etenim nisi fiat, nihil est, cur vel ullam rationis compotem naturam factis suis aut dedecus, aut gloriam sibi contrahere, vel divinae justitiae locum esse, vel denique providentiae causam in tuto collocari posse, putemus. Haud tamen propterea, vel Deum omnis boni

---

augerunt, praeteriisse video, insignem antiquissimi poëtae *Hesiodi* locum, quo hoc perspicue traditur, *Theogoniae vs.* 463. 464. 465. *p.* 81. *ed. Clerici.* De Saturno loquitur:

Πεύθετο γὰρ γαίης τε καὶ οὐρανοῦ ἀστερόεντος,
Οὕνεκά οἱ πάπτηνε ἰῷ ὑπὸ παιδὶ δαμῆναι,
Καὶ κρατερῷ περ ἐόντι, Διὸς μεγάλου διὰ βουλάς.

Audierat enim ex terra & coelo stellis micante,
Quod sibi fatale esset, suo a filio domari,
Quamvis robusto, Jovis Magni per consilia.

Vides *Saturnum* fatorum arbitrio subjectum. Difficile dictu est, unde haec manaverit sententia, quae totam olim occupavit Graeciam, & hinc ad Latinos quoque propagata est. Si qui sunt, qui benigne hanc opinionem interpretari velint, habebunt facile, cur ita faciant. (I.) Μοῖραν dicent sive fatum, cui Deos suos populi veteres mancipaverint, divinam esse providentiam: omnes igitur, qui Deos induxerint fatis alligatos, testari hoc modo unice voluisse, Numina, quae colerent, aut meros homines, aut naturas saltim summo Deo multum inferiores esse, quarum esset, voluntati maximi Numinis, ejusque decretis, sicut reliqua omnia, morem gerere. Atque, fateor, multum haec explicatio speciei habet & verisimilitudinis. (II.) Aut antiquissimas gentes affirmabunt, id quod etiam ratio docet, suis praecepisse, summum illud Numen, tametsi, quae velit, facere queat, nihil tamen divinis suis virtutibus & perfectionibus contrarium suscipere vel constituere posse: hanc vero fanam doctrinam a poëtis, aliisque superstitione infectis mirifice sensim deformatam & cum fabulis sociatam esse. His ergo fatum illud, quo Deum ipsum regi veteres censuerunt, nihil erit, quam ipse Deus seu divina natura, quae decernere nihil potest, praeter ea, quae sanctitati suae & justitiae sunt consentanea. Verum alii, a quibus hic noster propius abest, ex impurissimo fortassis fonte totum hocce dogma ortum esse, contendent: quorum id videtur conjecturam munire, quod a poëtis *Hesiodo* & *Homero* doctrinam hanc traditam esse, constat, quos mirifica de Deorum generatione portenta fovisse, novimus. Scilicet hi vates Deorum quidquid est ex chao & nocte, aeterna quadam lege, genitos esse, praecipiebant. Ipsos vero Deos si materia produxit necessario, quid restat aliud, quam ut nihil extra fatum fieri decernatur, iptique Dii, fatali nimirum quadam necessitate orti, necessitati etiam & fato subjecti esse putentur? Singulas has conjecturas ab homine, ab ingenio & veterum lectione parato, scite exornari ac defendi posse, sentio: at quaenam verior sit earum, firme constituere, id vero nullius esse propemodum judico. Forte omnes hae causae simul ad ortum portenti huius nonnihil contulerunt, aut, ut clarius, quae sentio, edisseram, forte non omnibus populis & hominibus eadem fuit, cur huic sententiae accederent, ratio. Circumspicienti vero & accurate perpendenti omnia, quae doctrinam istam co-

Digitized by Google

boni fontem esse, negabo, vel ex toto fatum de medio tollere, omnemque profligare necessitatem, studebo. Id (x) *Clazomenio* quondam philosopho vitio datum est, qui μηδὲν τῶν γινομένων γίνεσθαι κατ' εἱμαρμένην, ἀλλὰ εἶναι κινὴν τὴν τύχην τινὰ, *nihil eorum, quae fiunt, fato fieri, sed hoc inane vocabulum esse*, disputabat. Sadducaei, (y) Judaeorum secta, in eamdem incurrerunt reprehensionem: τὴν μὲν εἱμαρμένην ἀναιροῦσιν, λέγειν εἶναι ταύτην ἀξιοῦντες, ὅτι κατ' αὐτὴν τὰ ἀνθρώπινα τέλους λαμβάνειν, ἀπειρέσθαι δ' ἐφ' ἡμῖν αὐτοῖς πρόκειται. *Fatum omnino negant & e rebus tollunt dicentes, nihil fataliter evenire hominibus, & omnia in nostra ipsorum potestate esse.* Ex nostris etiam nonnulli propius ad hanc accessisse videntur sententiam, hominumque voluntati & arbitrio plus fortassis, quam per rationem ac religionem licet, virtutis attribuisse. Ego vero quam sequar, quamve maxime veritati consentaneam judico sententiam, ea medio inter has extremitates loco posita est. *Placabilem* ego *providentiam* (θεὸν ἱλάσιμον) esse, sive Deum natura benignissimum rebus omnibus praesidere tueor: huic omnis boni caussam & originem adscribo: ab hoc omnis mali suspicionem & culpam removeo. Ceterum sicuti in rerum natura nil gigni potest, nisi quies semper adjuncta sit motui, ita certam quoque necessitatis & libertatis temperationem, ad rei cujusvis indolem accommodatam, in hoc orbe versari patior. Sic vero multi jam censuerunt veterum. Inter Judaeos (z) Pharisaeorum familia πολλὰ μὲν καὶ πάντα τὰ εἱμαρμένης εἶναι ἔργον, πολλὰ δ' ἐφ' ἑαυτοῖς ὑπάρχειν, *quaedam, non autem omnia, fatali necessitate evenire, quaedam vero in nostra potestate esse, ut vel fiant, vel non fiant*, praecipiebat. Inter philosophos (a) *Plato* sic docuit: Πλάτων ἴσως μὲν εἱμαρμένῃ

comitantur, veri mihi visum est simillimum, Deorum sacerdotes in ea propaganda, hominumque animis instillanda in primis fuisse diligentes. Vix enim aliquid est, quod aeque valeat ad Deorum scelera & facinora, quibus non pauci olim offendebantur, excusanda. *Jupiter* si fatis parere debet, quis indigne ferat, eum in adulteriis toties deprehensum esse? Sic nimirum in fatis erat. Nihil tam foedum & iniquum de Mercurio, Venere, ceterisque Diis memoriae proditum est, quin id facile depellere possent illi, quibus necessitatem & fatum ipsis praeponere Diis placebat. Eadem ratione comprimi poterant querimoniae hominum, negligi sese ac contemni a Diis, a quibus religiosissime tamen salutem suam deprecarentur, acerbe dolentium: quorum quidem non exigua semper exstitit copia. Etenim quis jure *Aesculapio* succenseat, quod febrem haud fuget, si fatis quidem, ne id faciat, impediri potest? Video, *Martialem* non id plane neściviśse, cujus hoc non ineptum exstat Epigramma:

Festinata sui gemeret cum fata Severi
Silius, Ausonio non semel ore potens:
Cum grege Pierio moestus Phoeboque querebar,
Ipse meum flevi, dixit Apollo, Linon.

Numina cum videas duris obnoxia fatis,
Invidia possis exonerare Deos.

Libr. IX. *Epigramm. N.* LXXXVIII. *p.* 388. *ed. Lud. Smids, Amstelod.* 1701. 8. Equidem fore prospicio, qui dicturi sint, hanc si rationem adhibuissent Deorum antistites, eos non tam commodis suis consulturos, quam omnem religionem funditus sublaturos fuisse. Verum quis plerorumque nescit amentiam, qui, quid rem quamdam proxime consequatur, ne cogitant quidem, totoque genere disjuncta simul suscipiunt & credunt? Plerisque omnibus, qui Diis studebant, persuasum hoc erat, quod diximus, Parcas imperium in Jovem tenere: nec tamen ideo quisquam placare Deos desistebat. Quin etiam qui ceteris arctius hanc opinionem complectebantur, superstitione vincebant reliquos.

(v) *Ciceronem*] *de natura Deor. Lib* II. *C.* 30. *p.* 3000.

(x) *Clazomenio philosopho*] *Anaxagoram* intelligit; quem propter hanc sententiam *Alexander Aphrodisiensis* reprehendit *Libro de fato* §. 2. *p.* 11. *ed. Lond.* 1658. 12. Sed quid de fato vere senserit *Anaxagoras*, nondum expeditum est. Vid. *Gabr. Naudaeus de fato & vitae termino p.* 20.

(y) *Sadducaei*] *Josephi*, quae hic leguntur, verba sunt, *Antiqq. Judaicar. Lib.* XIII. *Cap.* 5. §. 9. *p.* 649. *T.* I. *ed. Havercampi.* At difficile intellectu est, quemadmodum homines, qui legem *Mosis* pro divina habebant, omnem providentiam & omne fatum tollere potuerint.

(z) *Pharisaeorum familia*] Idem eodem loco haec *Josephus* tradit, §. 9. *p.* 649.

(a) *Plato sic docuit*] Testimonium, quo hoc con-

μόνων δὲ τῶν ἀνθρωπίνων ψυχῶν καὶ βίων, συνεισάγει καὶ τὸν παρ' ἡμᾶς αἰτίαν. *Plato fatum quidem in hominum vitam & actiones introducit, sed & voluntatis libertatem cum eo conjungit.* Certe hic philosophus in ipsis hominum animis causas, quare vel vitiis, vel virtuti studeant, latere affirmat, Deoque nihil cum malis atque morbis nostris rei esse, constanter pronuntiat. (*b*) Sed nihilo tamen minus tres illas, quae fato praesident, sorores, *Clothonem*, *Lachesin*, *Atropon*, aliquid etiam in homines imperii tenere, alicubi concedit. Namque fatum, ex opinione veterum, Dei veluti administer est in hoc orbe, atque pro varietate actionum, quas mentes libertate praeditae committunt, vario modo vim suam exercet. Equidem, quantamcunque demum aliqui libertatem in hominum putent inesse voluntate, hoc tamen controversia carere arbitror, posse aliquem semetipsum ita ligare & fato mancipare, ut se subito ex ejus vinculis pro lubitu expedire nequeat. Ceterum quae in progressu disputationis in recentiorum quorundam Christianorum de fato sententiam dicentur, ea non ideo a me proferentur, ut novam quamdam & heri ex me ipso natam opinionem in hominum introducam animos, sed ut ea, quae Christianorum coetus, quum summa esset doctrinae vitaeque castitate, constantissime docuit, id quod suo loco demonstrabimus, declarem & vindicem.

§. V. His explicatis, tria illa, quae diximus, fati genera, sive tres de mundi ortu ac constitutione sententias copiosius & accuratius explanare, quibusque singulae rationibus & fundamentis nitantur, demonstrare convenit. Itaque ab eo exordimur, cui praecipue bellum hoc volumine inferre decrevimus, fato nimirum, quod Atheum sive Democriticum diximus. Quo licet nihil sit perniciosius, magisque capitale, hisce tamen extremis temporibus penitus se in multorum animos insinuare videtur.

Tota haec sententia, quae res omnes naturali quadam necessitate ferri, sublato Deo, tradit, in certo quodam Physices genere nititur, vehementer ab illo Physices genere sejuncto, quod multis abhinc seculis universe probatum fuit. Sunt, qui id *Physicam corpuscularem* seu doctrinam *de Atomis;* sunt, qui id *Physicam* vocant *mechanicam.* Ejus igitur philosophiae ante omnia natura & ratio plane ac evidenter explicanda est. Id autem primo praecise faciemus atque generatim, nulla nunc ratione minutarum illarum rerum habita, quae ipsos hujus physices fautores in lites ac certamina traxerunt.

Cor-

confirmat, *Plutarchi* est ex *Lib.* I. *de placitis philos. Cap.* 27. *p.* 884. *T.* II. *Opp. edit. Francof.* 1599. *fol.* qui & antea *Cap.* 28. idem docet. Addi huic praeter alios poterit *Alcinous Introd. in doctrinam Platonis Cap.* 26. *in Stanleii historia philosoph. T.* I. *p.* 348.

(*b*) *Sed nihilo tamen minus*] Credo, *Platonis* fabulam illam de Parcis hic indicari, quae *de republica Libro* X. *p.* 520. legitur, qua *Lachesis* sortes nescio quas animis in corpora immittendis distribuit; quos quidem animos sic inter alia compellat: Ἀρετὴ δὲ ἀδέσποτος, ἣν τιμῶν καὶ ἀτιμάζων, πλέον καὶ ἐλάττων αὐτῆς ἕξει. αἰτία ἑλομένου. Θεὸς ἀναίτιος. *Virtus inviolabilis ac libera. Quam prout honorabit quis, aut negliget, ita plus aut minus ex ea possidebit. Eligentis quidem culpa est omnis. Deus vero extra culpam.* Lucem huic fabulae aliquam afferre voluit *Plotinus Libro: utrum stellae aliquid agant? Ennead.* II. *Lib.* III. *C.* 15. *p.* 145. Sed ipse, ignotum sibi fuisse, quidnam ea sibi vellet, non obscure declarat. Nec ego putem, quemquam satis firme vim ac sententiam ejus declarare posse. Tota nimirum *Platonis* de fato sententia tot patet quaestionibus & dubitationibus, ut incredibile dictu sit: qua de re fortassis alias. Hic monere sufficiet, tot doctorum hominum, tamque varias de *Platonis* fato sententias, ex eo mihi potissimum videri natas, quod aliqui ea, quae verbis diserte expressit *Plato*, sequuti sunt, aliqui vero, quid ceteris ejus placitis conveniens & consentaneum esset,

Digitized by Google

Corpus principio, qui hanc diſciplinam ſequuntur, nil eſſe aliud ſentiunt, quam *molem quamdam extenſam.* (διαστατὸν ὄγκον) Quidquid cum hac definitione conjunctum non eſſe vident, id omne corpori tribuendum eſſe negant. Igitur primo ex eorum ſententia certam quamdam habet magnitudinem, dividi poteſt in partes, figura gaudet atque ſitu, motus denique particeps eſt & quietis; quod poſtremum ſic tamen intelligi volunt, ut ſe ipſum ciere ac movere nequeat, verum alieno ſemper motu agitetur. Praeter haec naturae initia, magnitudinem, figuram, ſitum atque motum, quae nemo eſt quin intelligat, diverſos eſſe naturarum extenſarum modos, nihil ſe deſiderare dicunt ad omnium, quae corporibus eveniunt & accidunt, rationem reddendam. Quare totam *ſubſtantialium formarum* a materia diſtinctarum turbam rident: nullas eſſe in corporibus qualitates, tuentur, niſi tales, quae ex his, quae diximus, principiis, aut ex varia minutiſſimarum particularum temperatione, figuraeque, ſitus atque motus diverſa conſtitutione ac forma naſcuntur: *ſpecies*, ut vocant, *intentionales*, rerumque ſimulacra de ſummis corporibus ad ſenſus noſtros manantia nullo modo ſibi obtrudi patiuntur: nullum denique motus aut actionis genus a motu *locali* diverſum agnoſcunt; ad quem motum ideo & generationem & mutationem referunt. Haec enim, quoniam ex rei extenſae natura non fluunt, ſibi eſſe haud neceſſaria ducunt ad explicandas rerum naturalium rationes. Sic nimirum perſuaſum habent, omnes formas & qualitates corporum, ſi recte conſiderentur, ad prima haec initia ac veluti elementa rerum, magnitudinem, figuram, ſitum atque motum revocari poſſe, nec niſi ex varia eorum compoſitione proficiſci: non ſecus ac varia & innumerabilis ſyllabarum, nominumque multitudo ex paucarum litterarum, quae prima ſunt omnium linguarum elementa, diverſa conjunctione ac coagmentatione exſiſtit. Hinc etiam ſenſus, quatenus ad corpus pertinent, ex motus legibus unice declarare ſolent: in primis viſus inde rationem & naturam explicant. (*c*) Nam aut corporeas quasdam particulas, quas *ſimulacra*, *membranas* & *exuvias* vocant, de rerum omnium ſuperficie ad noſtros perpetuo manare oculos aſſeverant, aut vero, (*d*) quae recentiorum & ſagaciorum ex hac familia ſententia eſt, oculos noſtros a rebus objectis affici dicunt per lumen, quod inter corpus ipſum atque oculos interjectum eſt. Scilicet ex mente eorum (*e*) ὡς ἀφὰ βακτηρίας ὑπὸ τυφλοῦ αἰσθητὸν τὸ βακτηρίαν ἀναπεφθέν. Subtilis materia, quae a re viſa ad oculos porrecta eſt, mota & agitata nervos ſpectantium opticos continuo pulſat, nosque per eam res objectas percipimus, quemadmodum

eſſet, ſpectarunt. Si quis ea ſolum, quae ſcripta reliquit *Plato* de fato & libertate, conſideret, non nimis male de ejus ſententia judicare poterit: at ſi quae reliquis ſententiis ſuis convenienter docere debuerit, cogitet, metuo ego, ne fato ac neceſſitati plus, ac multi putant, attribuiſſe videatur. Legatur interea fuſe de *Platonis* fato differens *Chalcidius in Timaeum Platonis Cap.* 141. *p.* 332. *ſ.*

(*c*) *Nam aut corporeas*] Ita *Democritum* ſenſiſſe, plerique omnes perhibent: recte, an ſecus, haud facile dixerim. Nec enim hodie licet ex paucis veterum, quae de diſciplina ejus reſtant, locis ſemper acuti hominis mentem ac ſententiam eruere. Sed *Epicurum* tamen, quem *Democriti* veſtigia legiſſe conſtat, & *Lucretium*, *Epicuri* amicum, viſus hac ratione naturam declaraſſe, nullum dubium eſt. Vid. *Petr. Gaſſendus Phyſices Sect.* III. *Lib.* VII. *Cap.* 5. *p.* 374. *T.* II. *Opp. & Syntagm. Philoſ. Epicuri Sect.* III. *Cap.* 12. *p.* 43. *Tom.* III. *Opp.*

(*d*) *Quae recentiorum*] Eadem, qua hic utitur, ſimilitudine a baculo ſumta opinionem hanc illuſtrat *Renat. Carteſius Dioptrices Cap.* 1. §. 2. *p.* 50. *Tom.* I. *Opp. ed. Amſtelod.* 1692. 4. Ergo eam hic in primis ab auctore denotari, putem.

(*e*) Ὡς ἀφὰ βακτηρίας] Incredibile dictu eſt, quantum mos hic doctiſſimi viri, veterum verba, ne auctore quidem, vel libro indicato, laudandi, moleſtiae mihi ac laboris exhibuerit. Dies nonnumquam conſumendi fuerunt, antequam, quae cu-

modum per baculum intermedium corpora diverſa ſentimus. Pari modo generationis atque corruptionis rationem ex concretionis ac ſecretionis legibus, ſeu ex motus natura & regulis demonſtrari poſſe, nec formis ſubſtantialibus & qualitatibus opus eſſe diſputant ad earum naturam enodandam. Omnes denique, quas ſenſus gignunt, notiones animi, lucis, colorum, frigidi, calidi, dulcis & amari, ut a figura, ſitu atque motu individuorum corpusculorum differunt, nihil eſſe videntur, quam ſenſuum atque animae noſtrae affectiones & concitationes, tametſi vulgus qualitates eas eſſe, temere judicet, in ipſis corporibus reſidentes.

§. VI. Haec arbitror ſufficere ad naturam Phyſices illius in univerſum declarandam, quae ad atomorum concurſum univerſa revocat. Nunc de diſciplinae hujus antiquitate agendum, & quid *Ariſtoteles* de ea ſcriptum reliquerit & obſervaverit, afferendum erit. *Epicuro* quidem iſtam philoſophandi rationem placuiſſe, certum eſt: ſed hunc primum ejus non eſſe auctorem, itidem controverſia caret. Plerique a *Democrito* initia ejus repetunt, qui, (*f*) quum anno poſt natum *Socratem* in hanc lucem feratur eſſe editus, tam *Platonem*, quam *Ariſtotelem* aetate ſuperat. Ex hujus fontibus (*g*) *Cicero* perhibet *Epicurum hortulos ſuos irrigaſſe*; hunc *Sextus Empiricus*, (*h*) praeter *Laërtium*, *qualitates in exſilium egiſſe* (ἐκβάλλειν τὰς ποιότητας) auctor eſt: hunc *Plutarchus* etiam (*i*) *ἀτόμους ἁπάσης καὶ ἀπαθείας, atomos omnis qualitatis & virtutis expertes*, totius univerſi principia conſtituiſſe, refert; *Laërtius* vero (*k*) parentem hujus philoſophiae *Leucippum* facit, qui paullo ante *Democritum* fuit; quamquam hic non tot, quot *Democritus*, voluminibus hanc Diſciplinam illuſtravit. *Ariſtoteles*, qui ſaepius doctrinae hujus meminit, inventionem ejus *Democrito* plerumque ac *Leucippo* conjunctim tribuit. Ita (*l*) in *Metaphyſicorum Libris* hunc in modum diſſerit: Λεύκιππος ἢ καὶ ὁ ἑταῖρος αὐτοῦ Δημόκριτος στοιχεῖα μὲν τὰ πλήρες καὶ τὸ κενὸν εἶναί φασι, λέγοντες οἷον τὸ μὲν ὄν, τὸ δὲ μὴ ὄν· καὶ τὰς διαφορὰς αἰτίας τούτων φασὶ

cupiebam, reperirem. Nec enim tam felici quisquam mortalium memoria praeditus eſt, ut, quae legit aliquando, ſtatim univerſa recordetur. Haec verba Graeca *Apollodori* ſunt, quibus naturam viſus ex Stoicorum ſententia expoſuit, a *Diogene Laërtio* ſervata *de vitis philoſopherum Libr.* VII. *Segm.* 157. *p.* 466. Meminit eiusdem ſententiae Stoicorum *Plutarchus de placitis philoſoph. Lib.* IV. *Cap.* 15. *T.* II. *Opp. p.* 911.

(*f*) *Quum anno poſt*] Aetatem *Democriti* diligenter in primis perſequutus eſt *Jo. Jonſius de ſcriptor. Hiſtor. philoſ. Lib.* I. *Cap.* 4. §. 1. *p.* 26. *ed. Dornii.*

(*g*) *Cicero perhibet*] *De Natura Deorum Lib.* I. *Cap.* 43. *p.* 2948. *T.* IX. *Opp.*

(*h*) *Empiricus praeter Laërtium*] Non dubito, quin haec *Laërtii* verba indicet, quae in ejus *Pyrrhone Libr.* IX. *Segm.* 72. *p.* 586. exſtant: Δημόκριτος δὲ τὰς ποιότητας ἐκβάλλει. *Sexti* autem qualem locum in animo habuerit, conjectura tantum aſſequor: nec enim me hanc formulam ἐκβάλλειν τὰς ποιότητας apud illum legere memini. Veri autem ſimillimum eſt, haec ejus verba menti ejus fuiſſe obverſata: Ἀλλ' ὁ μὲν Δημόκριτος λέγει τὸ μηδὲν διὰ τὴν ἀπάθειαν φύσει αἰσθητὸν εἶναι τὰ πάντα συγκρίσεων ἀτόμων, πάσης αἰσθητικῆς ποιότητος ἔρημον ἐχούσων φύσιν. *Sed Democritus quidem, propterea quod nihil occurrat nobis re vera ſenſibus ſubjectum, quum quae omnia congregant & cogunt atomi, habeant naturam vacuam omni ſenſili qualitate. Lib.* II. *adv. Logicos p.* 459. Non diſſimilis locus exſtat *Lib.* VI. *contra Muſicos p.* 367. & *Lib.* I. *contra Logic. p.* 399.

(*i*) *Plutarchus etiam*] *Libro adv. Colotem. Tom.* II. *Opp. p.* 1110. Τί γὰρ λέγει Δημόκριτος; οὐσίας ἀπείρους τὸ πλῆθος, ἀτόμους τε καὶ διαφόρους, ἔτι δὲ ἀπείρους καὶ ἀναλλοίους εἰς τὸ κενὸν φορᾷ διεσπαρμένας. *Quid enim dicit Democritus? ſubſtantias multitudine infinita, diviſionis & differentiae, qualitatis quoque & affectionis expertes in vacuo ferri diſperſas.* Horum autem nemo auctorum illius de atomis diſciplinae primordia a *Democrito* repetit, quod vir doctus indicare videtur, licet omnes eam placuiſſe *Democrito* teſtentur. Quod ad ipſam rem attinet, non deſunt viri docti, qui *Democritum* non omnes corpuſculis ſuis qualitates detraxiſſe cenſent, ideo quodam *Auguſtini* freti. Vid. *Jo. Alb. Fabricius ad Sextum Empiricum p.* 136. His alias occurrere ſtatui.

(*k*) *Lau-*

Digitized by Google

φασὶ πάντας μόνας τρεῖς, σχῆμά τε καὶ τάξιν καὶ θέσιν· διαφέρειν δὲ τὸ ὂν ῥυσμῷ καὶ διαθιγῇ καὶ τροπῇ. *Leucippus cum ſocio Democrito prima rerum omnia principia plenum & inane* (corpus & ſpatium) *docent eſſe, illudque ens, hoc vero non ens dicunt: ceterarum rerum varietatem ex tribus biſce rebus unice naſci, figura, diſpoſitione & ſitu. Quibus differentiis haec vulgo induns nomina,* ῥυσμὸς, διαθιγὴ & τροπή. Idem *Ariſtoteles* (*m*) *Libro de anima*, poſtquam *Democritum* affirmaſſe dixerat, ignem & animam ex rotundis conſtare corpusculis, ſic atomos deſcribit: Οἷον ἐν τῷ ἀέρι τὰ καλούμενα ξύσματα ἃ ἐν ταῖς διὰ τῶν θυρίδων αἰκτῖσιν, ὧν τὴν πυκνότητα σμικρᾶς λέγει Δημόκριτος τὰ ὅλης φύσεως στοιχεῖα εἶναι καὶ Λεύκιππος. *Cujusmodi ſunt in aëre, quae vocantur ramenta, quae cernuntur in radiis per feneſtras immiſſis: quorum farraginem Democritus dicit eſſe elementa totius naturae. Similiter etiam Leucippus ſtatuit.* (*n*) Alias utrumque hunc philoſophum generationis & corruptionis naturam ex figurae motusque rationibus, miſſis ac repudiatis formis omnibus & qualitatibus, explanaſſe perhibet. Δημόκριτος καὶ Λεύκιππος πάσχειν τὰ σχήματα, τὴν ἀλλοίωσιν καὶ τὴν γένεσιν ἐκ τούτων ποιεῖ· διακρίσει μὲν καὶ συγκρίσει γένεσιν καὶ φθοράν, τάξει δὲ καὶ θέσει ἀλλοίωσιν. *Democritus autem & Leucippus figuras concinnant, ex quibus alterationem faciunt, atque generationem: & congregatione quidem & ſegregatione, generationem atque corruptionem; ordine vero & poſitu, alterationem.* (*o*) Alio rurſus loco *Ariſtoteles* hanc eorum, qui atomis omnia contineri aiunt, opinionem tangit, qua nihil eſſe ſenſus noſtros, niſi tactus quoddam genus, omnesque corporum, quae in ſenſus incurrunt, qualitates ex figurarum proficiſci varietate judicant. Hanc ſententiam non modo *Democrito*, ſed etiam plerisque omnibus antiquis philoſophis tribuit, at ſimul graviter reprehendit. Δημόκριτος καὶ οἱ πλεῖστοι τῶν φυσιολόγων ἀπτικώτατόν τι ποιοῦσι. πάντα γὰρ τὰ αἰσθητὰ ἁπτὰ ποιοῦσι, καὶ εἰς σχήματα ἀνάγουσι τοὺς χυμούς. *At Democritus & e naturae interpretibus, qui de ſenſibus diſſeruere, plurimi, abſurdiſſimum quippiam committunt. Nam ſenſibilia omnia tactilia faciunt, & in figuras convertunt ſapores.* Non alienum erit, argumenta, quibus dogma hoc refellere niti-

(*k*) *Laërtius vero*] *De placitis philoſ. Lib.* IX. *Segm.* 30. *p.* 567.

(*l*) *In Metaphyſicorum libris*] *Lib.* I. *Cap.* 4. *p.* 268. *Tom.* IV. *Opp.* Verſio mea eſt. Duo vero dicta hic coagmentavit *Cudworthus*, quae apud *Ariſtotelem* disjuncta exſtant. Nam poſt illa verba: τὸ δὲ μὴ ὄν, ſex vel ſeptem verſus interjecit philoſophus, quibus hanc philoſophiam aliquanto exponit luculentius: tum demum ea ſequuntur, quae hic ſtatim attexuit reliquis *Cudworthus*, ac ſi uno ſpiritu prolata eſſent.

(*m*) *Libro de anima*] *Lib.* I. *Cap.* 2. *p.* 4. *T.* II. *Opp.* Sed fallitur vir egregius, quod *Ariſtotelem* putat hic generatim explicare, quid ſit atomus ex mente *Democriti*. Haec enim atomorum definitio ad eas tantum pertinet, ex quibus animam conſtare *Democritus* aſſeveraverat, τὰ σφαιροειδῆ nimirum. Quamquam, ut verum fatear, minus diſtincte & apte illo loco Peripateticorum princeps loquitur.

(*n*) *Alias*] *De generatione & corruptione Lib.* I. *Cap.* 2. *p.* 700. *T.* I. *Opp.* Ceterum obſcure hic, ut ſolet, *Ariſtoteles*: nec planius interpres. Quis hoc intelligat, *alterationem ordine & poſitu fieri*? Senſus eſt: *Mutationem ſitus & poſitus corpuſculorum individuorum efficere, ut aliam res faciem & naturam adipiſcantur.*

(*o*) *Alio rurſus loco*] *Libro de ſenſu & ſenſibili Cap.* 4. *p.* 70. *T.* II. *Opp.* Tria mihi hoc de loco ſunt obſervanda. (I.) *Cudworthus* hic iterum binos diverſos locos in unum contrahit, neſcio an ſatis recte. Poſtrema enim, quae hic affert verba: καὶ εἰς σχήματα ἀνάγουσι τοὺς χυμούς ſatis magno a reliquis intervallo diſtant apud *Ariſtotelem*. (II.) Ita haec verba cum reliquis ſociat, ac ſi *Ariſtoteles* non de *Democrito* tantum, ſed de reliquis etiam antiquis phyſicis ea voluiſſet intelligi. Res vero ſecus ſeſe habet. Nam de ſolo perhibet haec *Democrito Ariſtoteles*, quod ex ipſis ſtatim conſtat verbis, quae ſic apud eum leguntur: Εἰς δὲ τὰ σχήματα ἀνάγει τοὺς χυμούς. (III.) Interpres *Franc. Vatablus*, veteris, ut videtur, philoſophiae ignarus, peſſime hic officio ſuo functus eſt. Quid enim, quaeſo, hoc eſt: *Sapores autem figuris tribuit?* Debuiſſet ſic locum interpretari: *Saporum autem varietatem ex figurarum, quibus atomi ſunt praeditae, varietate derivat.* Sed obſcuritas *Ariſtotelis* peccatis interpretum ejus non levem excuſationem praebet.

titur, exponere. Principio corporum affectiones contrarias eſſe, ut nigrum & candidum, calidum & frigidum, dulce ac amarum, animadverti jubet. Figurarum vero nullae mutuo ſe oppugnant, neque circulus, exempli cauſſa, quadrato vel triangulo eſt contrarius. Ex quo effici putat, praeter figuram, ſitum atque motum partium, veras quasdam in corporibus ineſſe qualitates. Tum figurarum atque diſpoſitionum varietatem obſervat infinitam eſſe. Quod ſi igitur ab his color, odor, ſapor, tactus unice proveniant, conſentaneum videri, colorum, odorum, tactuumque genera innumerabilia & infinita pariter fore, neque certo conſtantique numero deſcribi poſſe. Haec argumenta quemadmodum diluenda ſint, viderint, quos hoc phyſices genus in primis delectat. Non magis probatur *Ariſtoteli* alterum illud philoſophiae hujus decretum: Omnes, quae a ſenſibus ad animum proficiſcuntur, rationes colorum & tactuum, ut rubri, viridis, dulcis, amari, ſi rite conſiderentur, oculorum tantum noſtrorum, animique affectiones eſſe, non autem veras rerum, quas ſpectamus, qualitates. Iridem, ut exemplum adſit, cogitemus. Quidquid in ea conſpicitur, id in oculis noſtris eſt. Humida nempe nubes collectos ſolis radios varie ad oculos noſtros reflectit & appellit. Eadem prismatis vitrei ratio eſt, quod dum lucem reflectit, eosdem nobis colores, quos iris, ſpectandos exhibet, etiamſi nihil ſimile eorum in ſe habeat. Quod quidem argumento eſt, colores illos in ſenſibus ejus proprie eſſe, qui videt & ſpectat, atque e diverſa in nervos opticos impulſione corporum naſci. Nil eſſe dicunt hujus dogmatis tutores, cur reliquorum colorum aliam eſſe putemus naturam & indolem: ſi colores in prismate ac iride apparentes vere in illis ſint & exſtent, ceteros quoque vere ac proprie exſiſtere; ſin vero illi oculorum tantum affectiones ſint, de reliquis haud aliter ſentiendum eſſe. Hanc argumentandi rationem ad reliquas deinde, quae ſenſuum ope ad nos perveniunt, notiones traducunt: de quibus ſimili ratione pronuntiare jubent. (*p*) Negat vero *Ariſtoteles* ferri poſſe hanc ſententiam: Οἱ πείσειον φυσιολόγοι τοῦτο ὐ καλῶς ἔλεγον, ὑδὲν οἰόμενοι ἔτι λευκὸν ἔτι μέλαν ἄνευ ὄψεως, ἔτι χυμὸν ἄνευ γεύσεως. *Sed veteres, qui de natura diſſeruerunt, hoc non recte dixerunt, exiſtimantes, nihil eſſe aut album aut nigrum ſine adſpectu, nec eſſe ſaporem ſine guſtu.* (*q*) Plures ſunt apud *Ariſtotelem*, quibus hanc tangit philoſophiam, loci. Verum hos ut omnes nunc proferam in medium, haud eſſe arbitror neceſſarium.

(*p*) *Negat vero Ariſtoteles*] Longe vero alio loco, quam eo, quem antea laudaverat, nimirum *de anima Libro* II. *Cap.* 1. *p.* 43. *T.* II. *Opp.* Defendit autem hac in re veteres phyſicos contra *Ariſtotelem Petrus Gaſſendus Phyſices Sect.* III. *Lib.* VI. *C.* 2. *p.* 340. *T.* II. *Opp.*

(*q*) *Plures ſunt apud Ariſtotelem*] Omnes fere *Ariſtotelis*, quibus *Democriti* & hujus philoſophiae meminit, locos congeſſit *Jo. Chryſoſtomus Magnenus* in *Democrito revivijcente p.* 34. *ſ. ed. Lugd. Bat.* 1648. 12.

(*r*) *Cujus eum nomen Laërtius*] *De dictis & factis philoſ. Lib.* IX. *Segm.* 40. *p.* 571.

(*s*) *Res omnes ex variis*] Non haec ita lego apud *Platonem* ſcripta in *Theaeteto p.* 118. Hoc enim tantum affirmat *Plato*: Ἐκ δὴ τοῦ φερῆς τε καὶ πάσης κινήσεως πρός ἄλληλα γίγνεται πάντα, ἃ δὴ φαμὲν εἶναι, ὡς ὀρθῶς προσαγορεύοντες. Additque, excepto *Parmenide*, *Protagoram*, *Heraclitum*, *Empedoclem*, *Homerum* & *Epicharmum* ita ſenſiſſe. Non autem *Protagorae* ſoli hoc ſcitum adſcribit.

(*t*) *His ſtatim verbis*] In *Theaeteto p.* 119. More vero ſuo *Cudworthus* hic iterum, quae ſejuncta ſunt apud *Platonem*, conjungit & contrahit. Nam poſt illas voces, ἐκ τοῦ ὁμολογεῖσθαι, nonnulla interjecta ſunt in *Platone*.

(*v*) *Ergo ex his*] Hoc vero dubium eſt, quod magni hominis pace dixerim. (I.) Nusquam enim video, *Platonem* hanc ſententiam tribuere *Protagorae*. Contra in antecedentibus, quod modo monui, plures ſapientes nominat. (II.) Si *Protagorae* haec fuit ſententia, id tamen certum eſt, eam a *Protagora* in litteras eſſe haud relatam. Sic enim, antequam ad hanc diſputationem accedit *Plato*,

Digitized by Google

rium. Quidam ex illis, alia licet occaſione & conſilio, in progreſſu diſputationis producentur.

§. VII. Jam ut ad *Platonem* veniam, & hunc quoque Phyſicae hujus, quae corpusculis nititur individuis, diſertam & copioſam fecille mentionem, oſtendam, operae arbitror pretium. Id enim qui animadverterint, vel nullos, vel certe paucos adhuc fuiſſe video. *Plato* vero non *Democrito*, (*r*) cujus eum nomen *Laërtius* conſulto reticuiſſe in omnibus libris ſuis exiſtimat, neque *Leucippo*, ſed *Protagorae* hanc doctrinam tribuit. Quamobrem quum generatim in *Theaeteto* primum commemoraſſet, ex praeceptis *Protagorae* (*s*) res omnes ex variis particulis (id eſt, atomis) diverſa ratione temperatis & conjunctis motuque earum conſtare, (*t*) his ſtatim verbis, quidnam idem de natura colorum ſenſerit, ſigillatim explicat: Τοιάδε πῶμ ἐτωσὶ χρὴ τὰ ὄμματα. πρῶτον, ὃ ἐγὼ καλεῖς χρῶμα λευκὸν, μὴ εἶναι αὐτὸ ἔτερόν τι ἔξω σῶν ὀμμάτων. μηδ' ἐν τοῖς ὄμμασι· πῶς γὰρ μᾶλλον τὸ δὴ λευκὸν ἢ ὁτιοῦν ἄλλο χρῶμα ἐν τῇ προσβολῇ τῶν ὀμμάτων πρὸς τὸν προσπίπτοντα φορὰν φανεῖται γεγιγνόμενον, καὶ ὃ δὴ ἕκαστον τοιοῦτο φαμὲν χρῶμα, ὥστε τὸ προσβάλλον, ὥστε τὸ προσβαλλόμενον, ἀλλὰ μεταξύ τι ἑκάστῳ ἴδιον γεγονός. *Cogita igitur ſic circa oculos: primum quidem colorem quem dicimus album, non eſſe ipſum aliud quidquam extra tuos oculos, neque in oculis; ſed nigrum albumque & quemvis alium colorem ex incurſu oculorum motuque debito genitum apparere, & unumquodque, quod coloris nomine appellamus, neque imprimens oculos, neque impreſſus erit, ſed medius quidam cuique proprius affectus.* His dictis ita pergit continuo: Ἦ οὐ δυσχερείσεις ἄν, ὡς οἷόν σοι φαίνῃ ἕκαστον χρῶμα, τοιοῦτον καὶ κυσὶ καὶ ὀτιοῦν ζώῳ. *An tu aſſeveres, qualis tibi unusquisque color apparet, talem canibus etiam & ſingulis animalibus apparere?* (*u*) Ergo ex his ſtatuiſſe *Protagoram* conſtat, corporum, quae in ſenſus incurrunt, proprietates in ipſis corporibus re vera minime exſiſtere, ſed in nobis tantum eſſe, qui, dum ea ſpectamus, diverſo modo ab illis allicimur. Quocirca paullo poſt πινὰ ἐν ἡμῖν φαντάσματα, *ſpecies quaedam in nobis, imagines aut ſpectra* vocantur. Verum (*x*) alius exſtat *Platonis* locus, quo univerſa ratio doctrinae *Protagorae* multo uberius declaratur. Is ita incipit: Ἀρχὴ δέ, ἦν δ' ἐγώ, ἃ νῦν δὴ ἐλέγομεν, ταῦτα ἦστιν, ἥδε αὐτῶν, ὡς τὸ πᾶν κίνησις ἦν, καὶ ἄλλο οὐδὲν ἢ τοῦτο εἶδεν. τὼ δὲ κινήσεω δύο εἴδη· πλήθει μὲν ἄπειρον ἑκάτερον, δύναμιν δὲ τὸ μὲν ποιοῦν ἔχον, τὸ δὲ πάσχειν. ἐκ δὲ τούτων ὁμιλίας τε καὶ τρίψεως πρὸς ἄλληλα γίγνεσθαι

σθαι, differe *p.* 118. Πρωταγόρας τοῦτο ἡμῖν μὲν ἐμύθολογεῖτο τῷ πολλῷ συρφετῷ, τοῖς δὲ μαθηταῖς ἐν ἀπορρήτῳ τὴν ἀλήθειαν ἔλεγε. *Hoc quidem nobis homunculis de plebe obſcure ſignificavit Protagoras, diſcipulis autem in arcano veritatem explicuit.* Tum diſputatio illa ſequitur, cujus partem verba conſtituunt, quae *Cudworthus* affert. (III.) Exemplum hoc a coloribus *Plato* aut *Socrates* ideo tantum affert, ut illuſtret illud veterum ſcitum, fluere omnia & perpetuo mutari, aut potius ut confectarium ejus dogmatis: quod num ſuum eſſe voluerit *Protagoras*, non indicat. E contrario veriſimile eſt, numquam hoc, quod dicit *Socrates*, falſum eſſe *Protagoram*. Paullo enim poſt *p.* 119. *Socrates* ſe ea ibi dicere aſſeverat, quae ipſe *Protagoras* & reliqui veterum, qui cum eo ſenſerunt, pro ridiculis eſſent, ſi viverent, habituri: Γελοῖα μυθολογήματα λέγω, ὡς φαίη ἂν Πρωταγόρας τε καὶ ὁ τὰ αὐτὰ ἐκείνῳ ἐκτησάμενος λόγος.

(*x*) *Verum alius exſtat*] *Theaeteto p.* 120. Haec vero iterum, niſi me fallunt omnia, parum accurate obſervata ſunt. His enim verbis non doctrinam enarrat *Protagorae Plato*, nec eandem, quam antea, de coloribus & corporibus ſententiam explicat, verum ad aliam plane diſciplinam, & ab illa ſuperiori diverſam, explicandam accedit. Ecce ipſa *Socratis* verba, quae huic loco, quo *Cudworthus* arbitratur *Protagorae* ſententias exponi, praemittit: εἰσὶ γάρ, ὦ παῖ, μαλ' εὐ ἔμοιγε, ἄπῳδοι τοῦ πόνου, κομψότεροι, οἷς μέλλω σοι τὰ μυστήρια λέγειν. *Sunt hi quidem, o puer, a muſis admodum alieni. Nec deſunt alii quidem elegantiores, quorum tibi myſteria enarraturus ſum.* Haec verba continuo locus ille excipit, qui hic exſtat. Quomodo vero vir-

γίγνεσθαι ἐκγονα, πολλὰ μὲν ἄπειρα, δίδυμα δέ. τὸ μὲν, αἰσθητὸν, τὸ δ', αἴσθησις, ἀεὶ συμπεφυκυῖα καὶ γιγνομένη μετὰ τοῦ αἰσθητοῦ. *Principium autem deinceps erit, ex quo ea, quae modo diximus, manant, quod scilicet universum hoc motus est, & aliud praeter motum nihil. Motus vero species duae: & multitudine quidem utraque infinita; potentiam autem altera agendi, altera patiendi habet. Ex harum congressu compulsuque mutuo effectus eveniunt numero infiniti, specie gemini, sensibile videlicet ac sensus, qui semper cum sensibili coincidit atque congreditur.* Hinc ita pergit: Ἐπειδὰν οὖν ὄμμα καὶ ἄλλο τι τοῦτῳ συμμίσγον πληπάσαι γένηται τὴν λεκτότητά τε καὶ αἴσθησιν αὐτῇ ξύμφυλον, ἃ οὐκ ἂν πάλαι ἐγένετο, ἐκατέρου αὐτῶν πρὸς ἄλλο ἐλθόντος. *Cum igitur oculus, aut aliquid eorum, quae accesserunt, albedinem sensumque cognatum gignit, quae nunquam nata fuissent, dum illorum alterutrum ad aliud quiddam adventasset.* Καὶ τἆλλα δὴ ὅτῳ. σκληρὸν καὶ θερμὸν καὶ πάντα τὰ αὐτὸν τρόπον ὑποληπτέον, αὐτὸ μὲν καθ' αὑτὸ μηδὲν εἶναι· (ὃ δὴ καὶ τίθεμεν ἐλέγομεν) ἐν δὲ τῇ πρὸς ἄλληλα ὁμιλίᾳ, πάντα γίγνεσθαι καὶ παντοῖα διὰ τὴν κίνησιν. ἐπεὶ καὶ τὸ ποιοῦν εἶναί τι, καὶ τὸ πάσχον αὖ τι, ἰφ' ἑνὸς νοήσαι, ὡς φασιν, οὐκ ἔστι πεφυκός. ἅτε γὰρ ποιόν ἐστί τι, πρὶν ἂν τῷ πάσχοντι συνέλθῃ, οὔτε πάσχον, πρὶν ἂν τῷ ποιοῦντι. *Eodemque pacto de aliis, ut de calido & duro, ceterisque omnibus judicandum. Nihil ex his ipsum secundum se quicquam esse, quod & in superioribus disputabamus, sed in mutuo congressu omnia fieri & omnigena, propter motum. Quoniam tam agens, quam patiens unum aliquid esse, haud firmiter, ut ajunt, cogitare licet. Neque enim agens quicquam est prius, quam patienti congrediatur, neque patiens prius, quam agenti.* (y) Ἐκ δὲ ἀμφοτέρων τοῦ ποιοῦντος καὶ τοῦ πάσχοντος πρὸς τὰ ἄλληλα συγγιγνομένων, καὶ τὰς αἰσθήσεις καὶ τὰ αἰσθητὰ ἀπεπκτόνων, τὰ μὲν ποιὰ αὐτὰ γίγνεσθαι, τὰ δὲ αἰσθανόμενα. *Agens autem & patiens si conjungantur inter se, & sensus non minus, quam ea, quae in sensus cadunt, gignant, tum continuo & ei, qui sentit, & illi, quod sensu percipitur, haec vel illa qualitas tribuitur. Ita mel quum gustatur, sensus ille, qui gustus vocatur, & qualitas, quae dulcedo dicitur, simul nascuntur: at sensus tamen vulgo tribuitur illi, qui gustat, qualitas vero dulcedinis melli.* Quae quidem omnia ad hanc demum summam revocantur: Οὐδὲν εἶναι ἓν αὐτὸ καθ' αὑτό, ἀλλ' ἀεὶ γίγνεσθαι, *nihil esse unum secundum se ipsum, sed alicui semper fieri.* Omitto multa alia, quae in hanc sententiam in hoc dicta sunt dialogo. Quod vero tot inde dicta huc transtuli, atque ipsa *Platonis* verba exscripsi, id propterea feci, quoniam in his non mediocre argumentum

utraque haec de natura qualitatum & colorum sententia differat, id per summam *Platonis* brevitatem & obscuritatem vix alicui licebit assequi.

(y) Ἐκ δὲ ἀμφοτέρων] Haec Graeca verba sic *Cudworthus* exhibet, ut ex versione constat, ac si eodem *Platonis* loco exstarent, quo reliqua. Similiter quae versionis loco addidimus, ea Anglice Graecis illis adjuncta sunt, tametsi plura complectantur, quam Graeca. Verum frustra tam Graeca illa, quam Latina in *Platonis Theaeteto* quaeras. Itaque virum doctum putem non tam *Platonis* hic verba retulisse, quam mentem ejus suis verbis declarare ac proponere voluisse. Ceterum quae ex *Platone* hic afferuntur, sive ipsius *Protagorae* fuerint, sive aliorum, fateor propius accedere ad eorum disciplinam, qui corpusculis individuis contineri omnia judicant. An vero illud omnino inculcent, quod *Democritus*, qui nullas in atomis suis residere qualitates passus est, id multum habere controversiae arbitror. Veterum de natura rerum sententiae ex paucis plerumque aliorum eruuntur verbis; quibus num vel tantum fuerit ingenii, ut mentem eorum, quorum scita referunt, assequuti sint, vel tantum aequitatis, ut nihil consulto depravare ac pervertere voluerint, id vero vehementer dubium est. Dicam ego, quod sentio. *Platoni* atque *Aristoteli*, dum philosophorum, qui ante se fuerunt, scita interpretantur, tardius fidem habendam esse reor. Utrumque enim, quoniam solus videri volebat sapere, non raro iniquum fuisse in veteres, virtutique ac gloriae eorum injuriam intulisse, verisimile est. Similiter non eos nimis putem sapienter agere, qui ex iis, quae *Cotta* & *Vellejus* apud *Ciceronem* perhibent, veterum philosophorum de Deo sententias metiuntur. Etenim si animum advertere voluissent, utrosque multa differere percepissent invidiae philosophis, quorum scita referunt, concitandae causa,

Digitized by Google

tum ſapientiae ac ſagacitatis, qua veteres valuerunt philoſophi, poſitum eſſe arbitror. Primarium Philoſophiae hujus dogma, quo tota ejus fere abſolvitur ratio: *Quae ſenſus noſtros feriunt, notionesque animi ope ſenſuum excitatae, non extra nos exiſtunt proprie, ſed ſunt tantum ἐν ἡμῖν φάσματα, ſimulacra atque ſpecies in nobis;* hoc, inquam, ſcitum multo aptius hic ac luculentius eſt enarratum & expoſitum, quam apud ipſum *Lucretium.* Quapropter uterque Platonis Latinus interpres, *Ficinus* & *Serranus*, tametſi neuter hujus ſententiae, quippe quae tum nondum inſtaurata erat, peritus fuiſſe videatur, non tamen non potuit ita, uti diximus, *Platonem* intelligere. Alter enim philoſophi ſic reddidit verba: *Color ex adſpectu motuque medium quiddam reſultans eſt. Talis circa oculos paſſio.* Alter autem hoc modo: *Ex varia adſpicientis diatheſi, variaque ſenſilis ſpecie colores varios & videri & fieri, ita tamen, ut ſint φαντάσματα, nec niſi in animo ſubſiſtant.* Quamquam quod ad ipſum attinet *Platonem*, eum vehementer ab hoc philoſophandi genere abhorruiſſe, cum ipſa ejus narratio, tum totius argumentum dialogi demonſtrat. Suſpicor ego, hoc ejus odium ex eo natum eſſe, quod *Protagoras* his ſcitis ad rem Scepticorum atque Atheorum ſtabiliendam abuſus eſt.

§. VIII. Igitur hoc a *Platone* edocti ſumus, non *Democritum* ſolum & *Leucippum* huic diſciplinae fuiſſe deditos, verum etiam *Protagoram* ei faviſſe, quem vetuſtas ceteroquin (*z*) non a ſapientiae ſtudio commendat, ſed in Sophiſtis ac Rhetoribus tantum plerumque numerat. (*a*) *Laërtius* non ſecus ac alii quidam, magiſtrum ipſi fuiſſe *Democritum* perhibent: nec id a vero abhorrere ex his intelligitur, (*b*) etiamſi *Plutarchus* eum a *Democrito* propterea confutatum eſſe referat, quod abſolutas rerum naturas ſuſtuliſſet. Ego vero nec *Democritum*, nec *Protagoram*, nec *Leucippum* primos dogmatis hujus auctores crediderim. In quam ideo ſententiam ingreſſus ſum, quoniam tres hi philoſophi Deum eſſe negarunt: quamvis *Protagoras* ex illis ſolus criminis ejus cauſſa ab Athenienſibus in exilium miſſus ſit. (*c*) Nullo enim modo a me impetraverim, ut doctrinam hanc credam ab homine Atheo excogitari potuiſſe; multo etiam minus, ut id, quod nonnullis viſum eſt, mihi perſuadeam, omnis impietatis & contemtionis Dei in ea deliteſcere ſemina. Impii qui-

cauſſa, nec idcirco, qua fide decuerat, opiniones eorum recitaſſe.

(*z*) *Non a ſapientiae ſtudio commendat*] Haec paullo dicta ſunt liberalius. Quae doctiſſimi viri, *Jo. Alb. Fabricius Biblioth. Graecae Lib.* II. *C.* 23. *p.* 780. & *Aegid. Menagius Comm. in Diogen. Laërtium p.* 418. de *Protagorae* vita & rebus geſtis ex antiquis ſcriptoribus collegerunt, ea ſatis declarant, aeque magnam, ſi minus majorem, fuiſſe ejus propter philoſophiam, ac propter eloquentiam, exiſtimationem.

(*a*) *Laërtius*] *Lib.* IX. *de vitis philoſ. ſegm.* 50. *p.* 575. 576. Adde *Gellium Noct. Attic. Lib.* V. *C.* 3. *Suidam voce* Πρωταγόρας.

(*b*) *Etiamſi Plutarchus*] Meminit hujus rei *Plutarchus Libro adv. Colotem T.* II. *Opp. p.* 1108. 1109. Ἀλλὰ τοιγάρτοι γε Δημόκριτον ἀποδεῖ τῷ νομίζειν εἶναί τινας ἢ τοὺς ἢ τοὺς θεοὺς σταγμάτων ἴσασιν, ὅτι Πρωταγόραν τὸν σοφιστὴν τοῦτο μόνον μεμφόμενοι τῆς γραφῆς καὶ πολλὰ καὶ πάνυ πολλὰ πρὸς αὐτὸν. *Atqui tantum abeſt, hoc ut ſenſerit Democritus, unamquamque rem non magis talem, quam talem eſſe, ut etiam Protagoram Sophiſtam hoc affirmantem impugnaverit, ac multa & probabilia contra eum ſcripſerit.* Protagorae ſententiam, affirmantis, ea eſſe vera, quae ita videantur homini, his verbis tangi, non dubito: vel hoc vero, quod veteres paſſim reprehendunt, dogma, *Democritum* & *Protagoram* de rerum initiis non idem ſentire potuiſſe, argumento eſt.

(*c*) *Nullo enim modo*] Videt vero unusquisque, levius hoc eſſe argumentum, quam ut in alicujus momenti rationibus duci debeat. Quis enim hominem ita ferat ratiocinantem: Hoc ingenioſum, hoc bellum, hoc praeclarum eſt; Ergo ab Atheo non potuit excogitari? Novimus certe, homines peſſime de rebus divinis ſentientes inventis utiliſſimis magnam ſibi gloriam peperiſſe. Praetermitto multa alia, quae hac de re moneri poſſent.

quidem illi, quos dixi, ſuum dogma iſtud fecerunt, malamque ſcabiem ſuam ejus pulchritudine velare auſi ſunt: verum nihil tamen eſt, ſi modo recte capiatur, quod efficacius omnes in Deum conatus evertat ac deſtruat. Praeterea inferius probatum dabimus, neminem unum ex illa hoſtium ſupremi Numinis turba, tam antiquiorum, quam recentiorum, doctrinam iſtam, licet ejus ſibi poſſeſſionem unice arrogaverint, animo recte comprehendiſſe, verum ſecum ipſis in ea exponenda perpetuo dimicaſſe. Hinc intelligitur, qua de cauſſa non tam multi ſimus hoc loco in philoſophiae hujus rationibus enodandis. Nam ut taceam, neminem, niſi qui hoc ſapientiae genus rite perſpectum atque cognitum habet, genus illud, quod Deum oppugnat, ſuis adoriri armis poſſe; ſic ego perſuaſum habeo, hac ipſa diſciplina, qua tot alii condimenti loco uſi ſunt ad inſtillandum rudioribus impietatis venenum, nullum efficacius ad infringendas ejus vires fingi poſſe remedium.

§. IX. Verum praeter rationem, quam attulimus, ſatis nobis graves in promtu ſunt auctoritates, quibus hanc philoſophiam multo antiquiorem *Leucippo* & *Democrito* eſſe, demonſtremus. Principio *Poſidonius*, philoſophus tam vetuſtate, quam doctrina nobilis, (*d*) id quod *Strabo* & *Empiricus* teſtantur, veteri conſtare fama, profeſſus eſt, primum dogmatis hujus inventorem *Moſchum* quemdam, Phoenicem, fuiſſe, qui, quod idem *Strabo* prodidit, ante bellum Trojanum vixit.

§. X. Id praeterea neutiquam a vero abhorret, *Moſchum* hunc, quem *Poſidonius* memorat, Philoſophum Phoenicem, non differre a *Mocho*, Phyſico itidem Phoenice, cujus cum ſucceſſoribus, ſacerdotibus atque vatibus, Sidone, quae patria ejus fuit, *Pythagoram* aliquando familiariter verſatum eſſe, *Jamblichus* refert. Quod quidem ſignificare videtur, ac ſi *Pythagoram* Phyſicae illius corpusculis utentis, cujus *Mochus* vel *Moſchus*, Phoenix, princeps perhibetur auctor eſſe, praeceptis ab his imbutum eſſe. *Mochus* vel *Moſchus* nomen eſſe Phoenicium, id vero con-

(*d*) *Id quod Strabo & Empiricus teſtantur*] Utriusque ſcriptoris locos ut ſubjiciam, rei dignitas poſtulat. *Strabo* igitur *Geographiae Libr.* XVI. *p.* 718. haec, dum de Phoenicum commentatur eruditione, de *Moſcho* tradit: Εἰ δὲ δεῖ Ποσειδωνίῳ πιστεῦσαι, καὶ τὸ περὶ τῶν ἀτόμων δόγμα παλαιόν ἐστιν ἀνδρὸς Σιδωνίου Μόσχου πρὸ τῶν Τρωϊκῶν χρόνων γεγονότος. *Si Poſidonio credendum eſt, dogma de atomis antiquum eſt hominis Sidonii, Moſchi, qui ante belli Trojani tempora fuit.* *Sextus* vero *Empiricus Lib.* IX. *adv. Mathemat. p.* 621. poſtquam *Democritum* & *Epicurum* atomos invenille dixerat, haec ſubjicit: Εἰ μή τι ἀρχαιότερον ταύτης δοκεῖ τὴν δόξαν, καθὼς ἔλεγεν ὁ Στωϊκὸς Ποσειδώνιος, λέγειν Μόχον τινὰ ἄνδρα Φοίνικα παλαιγενέστατον. *Niſi haec opinio ſtatuenda ſit antiquior, & ut Stoicus dixit Poſidonius, deducta a Mocho quodam Phoenice.* Vir doctiſſimus *Jo. Alb. Fabricius ad h. l.* obſervat, *Mochum* ſcripſiſſe hoc in *Phyſico opere*, cujus librum decimum quintum *Laërtius* laudat *Lib.* VIII. *Segm.* 140.

(*e*) *Vereor, ne, ſi qui ſunt*] Complectar hic, quae de *Moſcho* dicenda mihi ſunt, omnia. Id (I.) facile credo, non differre Sidonium hunc philoſophum ab illo, cujus cum diſcipulis conſuetudo fuit *Pythagorae*, teſte *Jamblicho in vita ejus Cap.* 3. *p.* 10. *ed. Küſteri.* Vel patria hoc probat. At id (II.) dubium eſt, an huic homini *Moſchus* vel *Mochus* nomen fuerit. Diſſident hac de re viri doctiſſimi, nec conſtans eſt veterum exemplorum lectio. Nomen *Mochus* praeferunt, *Sanch. Bochartus Canaanis Lib.* II. *Cap.* 17. *p.* 777. *ed. recent.* qui vocabulum hoc vult idem eſſe, quod *Mancha*; *Thom. Reineſius Append. ad Librum de lingua Punica* §. 4. *p.* 72. *in Graevii Syntagm. Diſſ. rarior.* qui poſteriores Phoenices ex *Ogo* ſeu *Ocho*, quod verius & antiquius nomen, *Mochum* feciſſe ſuſpicatur; *Gerh. Jo. Voſſius de Hiſtoricis Graecis Lib.* III. *p.* 390. *Aegid. Menagius ad Diogen. Laërtium p.* 4. *Jo. Alb. Fabricius ad Sextum Empir. p.* 621. qui in emendatioribus codicibus ſemper legi Μόχῳ obſervat, nomenque Μόσχῳ ab illis intruſum eſſe conjicit, qui phyſicum hunc cum *Moſe*, ſcriptore divino, componere voluerint; *Ulr. Obrechtus* in *verſione Jamblichi*, & plures alii.

Digitized by Google

controverſia caret. *Athenaeus Mochi* cujusdam, ſcriptoris Phoenicii, meminit, quem Latinus interpres *Moſchum* appellat. *Seldenus* autem *Arcerii*, qui *Jamblichum* edidit, ſententiam probat, conjicientis, *Mochum* hunc ipſum eſſe *Moſen*, celeberrimum Judaeorum legislatorem, ejusque ſectatores, quos Sidone convenit *Pythagoras*, philoſophos Judaeos, vates atque ſacerdotes. (*e*) Vereor, ne, ſi qui ſunt inter atomorum tutores plus juſto ingenioſi, illi haec argumento eſſe diſputent, ipſo jure divino ſapientiam ſuam niti, atque a ſupremo Numine ad hominum vitam permanaſſe. At his ego nullo modo aſſentior; qui nemini credo licere philoſophiae cujusdam origines coelo repetere, eamque hoc nomine mentibus hominum aeternae legis ac decreti immutabilis inſtar obtrudere. Omnis nimirum philoſophia, ut ego quidem arbitror, a ratione proficiſcitur, non vero a patefactione: atque Deus hanc omnem rem animae noſtrae viribus & facultatibus commiſit, ut, ſi verum meditando invenerimus, voluptatem inde illam, quae cum veritatis conjuncta ſolet eſſe inventione, percipiamus. Nobis igitur nihil hic propoſitum eſt aliud, quam ut hoc teſte planum faciamus, doctrinam, cujus res hic agitur, *Democrito* vetuſtiorem, non vero hominis impii, Deumque negantis inventum eſſe. *Pythagoram* ceterum multa ſumſiſſe a Judaeis, ac in ſuam transtuliſſe philoſophiam, id aliis non ultimi ponderis auctoritatibus confirmari poteſt.

§. XI. Eumdem vero non expertem fuiſſe diſciplinae illius, quae rerum omnium origines ab individuis repetit corpusculis, aliis etiam non certe ſpernendis firmari poteſt conjecturis. Princeps ipſe *Democritus* teſtimonium dicit. Primum e ſucceſſione is eſt Italica, aut e Pythagoraea familia. *Laërtius* deinde, (*f*) cum Pythagoraeorum inſtituta ſtudioſe aemulatum eſſe, ſic ut univerſam huic generi ſapientiam ſuam debere viſus ſit, ſcriptum reliquit. Ac niſi temporum obſtitiſſet ordo atque ratio, ex ipſius ore *Pythagorae*, cujus ingenium magnopere admiratus eſt in *Libro*, quem *Pythagoras* inſcripſit, doctrinam ſuam hauſiſſe creditus fuiſſet. Quae-

alii. Quotquot vero philoſophum hunc eumdem volunt eſſe, quem *Moſen*, *Arcerius*, *Jo. Seldenus de Jure Nat. & Gentium ſecund. diſciplin. Ebraeor. Lib.* I. *Cap.* 2. & *Petr. Dan. Huëtius Demonſtrat. Euangel. Propoſ.* IV. *Cap.* 2. §. 8. *p.* 88. his *Moſchus* magis arridet. Quamquam & alii, qui ceteroquin *Moſen* & *Moſchum* diſtinguunt, hanc lectionem probant, *Iſaacus Caſaubonus Animadverſ. in Athenaeum Lib.* III. *Cap.* 36. *Jo. Schefferus de philoſophia Italica Cap.* 5. *p.* 20. *Ludolph. Küſterus ad Jamblichum p.* 10. Vix nobis hodie licet, uti arbitror, certamen hoc componere. Neque tanti res tota momenti eſt, ut copioſam diſputationem flagitet. Forte omne nominum *Mochus* & *Moſchus* diſcrimen in diverſa poſitum eſt pronuntiatione, idque nomen, quod Phoenices ſimpliciter pronuntiarunt, Graecorum ora cum ſibilo quodam protulerunt. (III.) Incertum eſt, an hic *Mochus*, atomorum inventor, non differat ab illo *Mocho*, quem *Athenaeus Deipnoſoph. Lib.* III. *p.* 126. *Joſephus* & *Tatianus*, quorum locos *Fabricius ad Sextum l. c.* collegit, περὶ Φοινικίων ſeu de rebus Phoenicum ſcripſiſſe teſtantur. Non exiſtimarunt viri doctiſſimi, dubitandum ſibi eſſe, quin idem ille *Mochus*, qui naturam rerum ad minuta revocavit corpuſcula, res patriae ſuae litteris etiam conſignaverit. Ego vero, quod impediat, nihil plane video, quo minus duo eſſe inter Phoenices *Mochi* potuerint, quorum alter de rebus gentis ſuae commentatus ſit, alter naturam ſpeculatus ſit. (IV.) Qui phyſicum hunc Phoenicem a *Moſe*, divino ſcriptore, longe diverſum eſſe ſentiunt, recte, ſi quid video, judicant. Fecerunt id *Jo. Schefferus*, *Küſterus*, *Fabricius*, quorum locos jam indicavi; in primis autem *Jo. Clericus Biblioth. choiſie Tom.* I. *p.* 75. *ſ.* Nolo ego rationes viri docti repetere. Quod hic vero Phoenix philoſophus *Opus phyſicum*, multis libris conſtans, compoſuiſſe antiquis auctoribus dicitur, & propterea φυσιολόγος ab illis nominatur, id ſatis jam eſſe argumenti arbitror ad eos refellendos, quibus *Moſchus* idem videtur eſſe, qui *Moſes*.

(*f*) *Laërtius deinde*] Vide *Thraſylli Laërtius* haec omnia refert *Libr.* IX. *Segm.* 38. *p.* 570.

Quaedam praeterea ex ſcitis ejus prorſus cum praeceptis Pythagoricae familiae conſpirant. Ita *Democritus* (*g*) non modo ſenſit, *φέρεσθαι ἀτόμους ἐν τῷ ὅλῳ δινουμένας*, *atomos in toto ferri atque rotari*, verum etiam, non ſecus ac *Leucippus*, exiſtimavit, *τὴν γῆν ὀχεῖσθαι περὶ τὸ μέσον δινουμένην*, *terram vehi, circum medium* (id eſt, ſolem) *ſe in orbem convertentem.* Hac ipſa vero ratione (*h*) *Ariſtoteles* Pythagoraeorum expreſſit ſententiam: *τὴν γῆν ἓν τῶν ἄστρων εἶναι, κύκλῳ φερομένην περὶ τὸ μέσον, νύκτα τε καὶ ἡμέραν ποιεῖν*, *terram unam eſſe ſtellarum, ferrique circa medium*, (id eſt, ignem ſive ſolem) *atque hoc pacto noctem ac diem efficere.* (*i*) Ex quibus omnibus non temere aut imprudenter colligas, ut *Democriti* philoſophia Pythagoraeae prorſus affinis fuit, ita etiam *Pythagorae* ſapientiam a *Democriti* opinionibus ac philoſophia illa, quae atomis utitur, minime disjunctam fuiſſe.

§. XII. Atqui fortior etiam in promtu nobis eſt ratio. *Ecphantus*, nobile inter Pythagoraeos nomen, *Monades Pythagorae*, quarum tam frequens occurrit memoria,

qui & eumdem affirmare addit, Glaucum Rheginum, Pythagoraeum, ab eo eſſe auditum.

(*g*) *Democritus non modo ſenſit*] Hoc ipſum *Laërtius* tribuit *Democrito Lib.* IX. *Segm.* 44. *p.* 573. At quod ſequitur de terrae motu, id *Leucippi* praeceptum fuiſſe quidem ait *Lib.* IX. *Segm.* 30. *p.* 567. nusquam vero idem placuiſſe *Democrito* perhibet. Minime vero exploratum putem, omnia, quae *Leucippus* probavit, *Democrito* etiam vera fuiſſe viſa.

(*h*) *Ariſtoteles*] Locus eſt *Lib.* II. *de coelo Cap.* 13. *p.* 658. *T.* I. *Opp.*

(*i*) *Ex quibus omnibus*] Ego vero neutram harum rationum tantae putem gravitatis eſſe, ut *Pythagoram* faviſſe atomis demonſtret. Quod enim (I.) magni fecit *Pythagoram Democritus*, id nondum argumento eſt, placuiſſe ei omnia, quae placuerunt *Pythagorae.* Multi certe *Carteſii* dotes & ingenium admirantur, nec tamen omnibus ejus ſententiis aſſentiuntur. Quod (II.) uterque & *Democritus* & *Pythagoras*, terram cenſuit circum ſolis orbem moveri, id quemadmodum probet, idem utriusque etiam fuiſſe erga atomos ſtudium, me quidem praeterit. Neque enim, qui de re una conſentiunt, eos de omnibus conſentire neceſſe eſt. Taceo, quod modo indicavi, incertum eſſe, an haec *Leucippi* de terrae motu opinio *Democriti* quoque fuerit.

(*k*) *Apud Stobaeum*] In *Eclogis phyſicis Lib.* I. *Cap.* 13. *p.* 27. *ed. Plantin.* 1575. *fol.*

(*l*) *Qui ceteroquin ipſemet*] *Ecphantum* atomorum fuiſſe patronum, ex eodem conſtat *Stobaeo Eclog. phyſ. Lib.* I. *C.* 25. *p.* 48. *Ἐκφαντος μὲν οὖν ἐκ μὲν ἀτόμων συνεστάναι τὸν κόσμον, πρόνοιᾳ δὲ ὑπὸ τοῦ θεοῦ διοικεῖσθαι.* *Ecphantus mundum ex atomis quidem compoſitum, providentia autem regi dicebat.* Sed non addit, quales ille putaverit has eſſe atomos, ex quibus mundum eſſe cenſuit conflatum, qualitatibus praeditas, an vero vacuas. Intelligitur hoc autem ex *Theodoreto*: nec enim dubito, quin *Diaphantus* ille, quem *Theodoretus* narrat *Democriti* & *Epicuri* de atomis praecepta tenuiſſe, *de curandis Graecor. affection. Serm.* IV. *p.* 509. *T.* II. *Opp.* idem hic *Ecphantus* ſit, cujus *Stobaeus* meminit. Uterque Syracuſius, uterque Pythagoraeus, uterque atomorum defenſor. Igitur veri eſt ſimillimum, qualitatibus eum, quod *Democritus* fecit, corpuſcula ſua nudaſſe.

(*m*) *Ariſtoteles quoque confirmat*] Locus exſtat *Metaphyſicor. Lib.* XI. *Cap.* 6. *Tom.* IV. *Opp. p.* 424. Obſervandum vero, hunc *Metaphyſicorum Ariſtotelis Librum* in omnibus editionibus pro *decimo tertio* haberi, ſi a ſola *Du Vallii* editione diſceſſeris, in qua *undecimus* eſt. Hoc eos meminiſſe juvabit, qui, quae *Gaſſendus* & alii ex *Ariſtotele* laudant dicta, evolvere cupiunt.

(*n*) *Alio vero loco*] *De anima Lib.* II. *Cap.* 6. *p.* 13. *Tom.* II. *Opp.*

(*o*) *Gaſſendus*] *Phyſices Sect.* I. *Lib.* III. *Cap.* 4. *p.* 256. *Tom.* I. *Opp.* & *Notis ad Librum decimum Diogenis Laërtii p.* 70. *T.* V. *Opp.* Ipſum Epigramma, cujus hic ultimi verſus exhibentur, legitur in *Anthologia Graecor. Epigrammat. Lib.* I. *Cap.* 15. *p.* 32. *ed. Francof.* 1600. *fol.* & *Automedontis* eſt. Latinam ego interpretationem ſubjiciam:

Haec monitus ſapito, ac permittito fruſtra Epicurum
Quaerere, Inane ubi ſit, quae Monaderve fient.

Ipſam vero rem quod attinet, ducem & magiſtrum ſententiae, quam hic ſequitur de *Pythagora*, *Gaſſendum* habuit *Cudworthus*: is enim utroque loco, quem indicavimus, nulli parcit operae, ut *Pythagoram* phyſices initia ab atomis repetiſſe doceat. Nec tamen omnia *Cudworthus*, quae *Gaſſendus*, in hanc rem argumenta abhibuit, ſed nonnulla tantum ſelegit, quae ceteris fortaſſis graviora eſſe putavit. Verum, niſi multum me opinio fallit, nec

Digitized by Google

ria, ipſa eſſe corpuscula, quae *atomos* vocamus, auctor eſt. Sic nempe (*k*) apud *Stobaeum* de hoc exſtat ſcriptum: Τὰς Πυθαγορικὰς μονάδας ἔτ@· πρῶτ@· ἀπεφήνατο σωμάτας. *Primus Ecphantus*, (*l*) qui ceteroquin ipſemet hoc genus philoſophiae conſectatus eſt, *monades Pythagorae corporeas*, id eſt, atomos, *eſſe dixit*. Id ipſum (*m*) *Ariſtoteles* quoque confirmat, qui de Pythagoraeis, eorumque monadibus haec habet alicubi: Τὰς μονάδας ἐκτεταμένην ἔχειν μέγεθ@·. *Monades ſuas magnitudinem habere dicunt*. (*n*) Alio vero loco nil differre teſtatur, utrum Monades dicas, an corpuscula: Οὐδὲν διαφέρει μονάδας λέγειν, ἢ σωμάτια σμικρά. *Perinde eſt, utrum dicas monades, an vero minuta corpuscula*. Denique (*o*) *Gaſſendus* ex Graecis epigrammatibus obſervavit, Atomos *Epicuri* interdum quoque Monadas appellari:

—— —— Μάτην Ἐπίκουρον ἔασιν
Πᾶν τὸ κενὸν, ζητῶν, καὶ τίνες αἱ μονάδες.

§. XIII.

in iſtis, quas hic adduxit, nec in illis, quas omiſit, rationibus tantum ponderis & momenti ſitum eſt, ut homo conſideratis illis ſeſe ad ſententiam hanc, quam *Gaſſendus* ipſe *paradoxam* pronuntiavit, amplectendam adduci ſentiat. Idque nos, ne quis magnorum virorum auctoritate abripiatur, breviter demonſtrabimus. Principio, quantum memini, nullius veterum exſtare teſtimonium moneo, ex quo *Pythagoram* de multis loquutum eſſe *monadibus* conſtet, verum omnes unam tantum *monada* in ore ipſi fuiſſe affirmant. At quum ex *Ariſtotele*, *Libro Metaph.* XI. *C.* 6. *p.* 423. *ſ. T.* IV. *Opp.* aliisque nonnullis, diſcipulos *Pythagorae* multas in ſapientiam ſuam *monades* ſeu *unitates* induxiſſe, ac ſubtiliter de illis philoſophatos eſſe, perſpicuum ſit; hoc ego quidem argumento ad Monadis & atomi differentiam oſtendendam uti nolim. Explorabo tantum, an ex illis, quae *Cudworthus* & *Gaſſendus* laudarunt, veterum dictis hoc conſequatur, quod illi volunt, *monades Pythagorae* & *atomos* reapſe non diſcrepare. (I.) Ex *Stobaeo* afferunt, *Ecphantum*, *Pythagorae* ſectatorem, principem *monades feciſſe corporeas*. Hic locus tantum abeſt, ut *Pythagoram* probaſſe atomos doceat, ut contrarium potius declaret. Nam ſi primus *Ecphantus* corporeas eſſe voluit monades, nec ipſum *Pythagoram*, nec aliquem ante *Ecphantum* Pythagoraeorum, in ea ſententia fuiſſe, certum eſt. Ergo nullus atomis in veteri *Pythagorae* diſciplina locus fuit, ſed in ea tantum, quam ad mentem ſuam *Ecphantus* refinxit, diſciplina. Omitto, vehementer dubium eſſe, an monades corporeae *Ecphanti*, atomi aut individua fuerint corpuſcula. *Stobaei* verba integra haec ſunt: Ἔκφαντ@· Συρακούσι@· ἔφη Πυθαγορείων πάντα τὰ τέτταρα σώματα καὶ τὸ κενόν. τὰς δὲ Πυθαγορικὰς μονάδας ἔτ@· πρῶτ@· ἀπεφήνατο σωματικάς. *Ecphantus Syracuſanus quatuor corpora & inane eſſe voluit: nam Pythagoricas monades primus hic corporeas fecit.* Judicent omnes, in quibus recta ineſt ratio, anne haec verba id videantur ſignificare, *corporeas Ecphanti monades* quatuor illa fuiſſe elementa, quae vacuo adjunxit. Si haec ipſa elementa atomos fuiſſe ejus dicas, nihil inde profeceris. Id enim multum hunc hominem a germana *Leucippi* & *Democriti* diſciplina abfuiſſe, nec in veris atomorum patronis numerari poſſe, doceret. Verum (II.) *Ariſtoteles* auctor eſt, *Pythagoraeos monadibus ſuis magnitudinem tribuiſſe*. Ita eſt omnino, ſed quemadmodum hinc conficiatur, *monades* eorum fuiſſe *atomos*, me praeterit. Num enim obſecro, ſic fas eſt concludere: Illud, quod magnitudinem habet, atomus eſt? De obſcuritate loci hujus *Ariſtotelis* nil dico: graviſſimum vero Latini interpretis *Beſſarionis* errorem, quem in hoc ipſo commiſit loco, non poſſum, quin praeteriens corrigam. Verba, quae hic a *Cudworthо* afferuntur, haec praecedunt: Τὸν ὅλον οὐρανὸν καλοκαγαθίζειν ἐξ ἀριθμῶν, πλὴν ἐκ μονάδων. Haec ita vertit *Beſſarion*: *Totum coelum ex numeris conſtruunt, praeter id, quod non ex monadicis.* Male prorſus & ſine omni ſenſu. Mens philoſophi haec eſt: *Pythagoraei coelum ex numeris conſtruunt, verum non ex numeris ſimplicibus aut monadibus, ſed ex numeris compoſitis.* (III.) Quod *Ariſtoteles* parum differre judicavit, *utrum monades dicas, an corpora minima*, id non multo majorem in hac cauſſa vim habet. Ut enim taceam, *Ariſtotelem* non haec ſimpliciter affirmare, ſed dicere tantum, videri poſſe, rem ita eſſe, (δόξειε) neque moneam, non omnia parva corpuſcula aut σωμάτια σμικρὰ ſtatim eſſe atomos, ſi modo argumentum diſputationis Ariſtotelicae, quae iſto loco inſtituitur, retulero, confeſtim patebit, nihil ex ea in hoc negotio effici poſſe. Refellit *Ariſtoteles* eos, qui animam ſtatuant numerum eſſe, ſemetipſum moventem, idque abſurde dici, demonſtrare ſtudet. Quod ut obtineat, perinde eſſe aſſumit, num dicatur anima monas eſſe aut

§. XIII. Verum dimittamus ipſum *Pythagoram*, & *Empedoclem*, qui praecepta ejus philoſophando ſequutus eſt, accedamus. Hunc ab atomis univerſae naturalis philoſophiae origines repetiiſſe, extra controverſiam propemodum collocatum foret, ſi vel nullum ejus rei aliud exſtaret argumentum, quam (*p*) hic ex *poëmatis* ejus *philoſophicis* locus:

—— —— Φύσις δ' ἐστὶν ἑκάστῳ,
Ἀλλὰ μόνον μίξις τε διάλλαξίς τε μιγέντων.

Natura nihil eſt, praeterquam compoſitio & ſecretio rerum mixtarum. Seu, quod idem eſt: *Nihil usquam procreatur novi, ſed res inter ſe mixtae tantum vel componuntur, vel ſeparantur.* Neque eſt, cur id aliquis de ſolis dictum eſſe putet beſtiis, accommodate ad *Pythagorae* doctrinam de animorum in nova corpora migrationibus. Satis enim diſerte de omnibus omnino corporibus ſeſe loqui *Empedocles* indicat, quorum ge-

aut numerus ſimplex, an vero minutum corpuſculum. Etenim ſine magnitudine monadem ne cogitari quidem poſſe. Ubicunque vero magnitudo adſit, ibi eſſe aliquem oportere, qui moveat, nec idcirco, ſi monas ſit animus, eum ſemetipſum movere poſſe. Ex his qui peripicuum eſſe putat, atomos fuiſſe Pythagoraeorum monades, eum ante omnia, ne plura moneam, oſtendere oportet, Pythagoraeos animam pro atomo habuiſſe. Id vero qui fecerit, nae is mirifico ſit oportet ingenio. His accedit, id quod rem prorſus conficit, hoc ipſo in loco & continuo poſt illa verba, quorum hic res agitur, Stagiritam *Democriti* σφαιρία ſeu *particulas ſphaerae forma praeditas*, ex quibus *Democritum* cenſuiſſe conſtare animam, notum eſt, commemorare, easque a monadibus, de quibus loquitur, diſtinguere. Si *Democriti* atomi, quas σφαιρία vocabat, a monadibus diſtant, quomodo monades atomi eſſe poſſunt? (IV.) *Automedontis* Epigramma, quum monades & inane *Epicuri* conjungat, id quidem docere videtur, fuiſſe, qui *atomos* vocarent *monades*. Nec ego prorſus ineptum putem hoc vocabulum ad illud deſignandum, quod alioquin nomine *atomus* declaratur. Sed non video, cogi hoc aliquem, ut, quas *Pythagoras* vocavit *monades*, *atomos* fuiſſe credat. Nili ſorte tam amens ſit aliquis, ut hanc probet argumentationem: Atomi nonnunquam appellantur Monades. Ergo *Pythagorae* monades ſunt atomi. Dixi de *Cudworthi* argumentis: nunc ad ea, quae his *Gaſſendus* addidit, venio. Is igitur (V.) *Phyſices l. c. p.* 256. *T.* I. *Opp. Apud Ariſtotelem*, inquit, *Pythagorei introducere dicuntur τὸ κενὸν, ὃ ἀφῆναι τὰς φύσεις, inane, quod dirimit naturas: non autem aliud, quam inane interſperſum hoc commode intelligas, quo atomi diſcriminantur.* Locus *Ariſtotelis* eſt *Lib.* IV. *Phyſicor. Cap.* 8. *p.* 507. *T.* I. *Opp.* Ego vero, quid ille faciat ad oſtendendum, Pythagoraeos atomos adiciviſſe in phyſicis, non intelligo. Multi enim philoſophorum vacuum & inane quoddam eſſe ſtatuunt, nec tamen ideo naturam rerum corpuſculis conſtare tuentur, omni qualitate vacuis. (VI.) *Vitruvii* teſtimonium urget, qui *Lib.* II. *Cap.* 2. poſtquam Pythagoraeos dixiſſet quatuor elementis naturam rerum concluſiſſe, addiderit, *Democritum* eadem induxiſſe elementa, *ſed reſolubilia tamen in individua corpora, quae diſtincta ſolidilatem retineant.* Non inſpexit ſine dubio *Vitruvium*, quum haec ſcriberet, *Gaſſendus*. Locus enim aliter ſeſe habet *Lib.* I. *Cap.* 2. *p. m.* 25. *ed. Flor.* 1513. 8. Dabo ipſa verba: *Pythagoraeorum diſciplina adjecit ad aquam & ignem aëra & terrenum. Ergo Democritus etſi res proprie non nominavit, ſed tantum individua corpora propoſuit, ideo ea ipſa dixiſſe videtur, quod ea, cum ſint disjuncta, nec leguntur, — nec ſectionibus dividuntur, ſed ſempiterno aevo perpetuo infinitam retinent ſoliditatem.* Obſcurum eſſe locum, quilibet videt: circumſpicienti tamen omnia hoc planum videtur eſſe, exiſtimaſſe *Vitruvium*, tametſi *Democritus* generatim atomos pro rerum habuerit principiis, tamen, non ſecus atque Pythagoraeos, plura elementa ſtatuiſſe. Hoc ſi verum eſſet, qualitates ſuis attribuiſſet atomis *Democritus*, nec idcirco ipſe in numero eorum haberi poſſet, quos vere atomorum patronos licet dicere. Multum igitur abeſt, ut hinc effici queat, *Pythagorae* monades fuiſſe atomos. Si vero id *Vitruvius* diceret, quod eum dixiſſe vult *Gaſſendus*, haud tamen ejus unius auctoritate res haec confici poſſet. Nec enim, quae de *Pythagora* aut *Democrito* hic vel ille recentioris aevi ſcriptor ſuſpicatus eſt, ea ſtatim pro oraculis haberi debent. Quod (VII.) poſtremo loco *Gaſſendus* addit, *Democritum*, *Leucippum*, & praecipuos omnes atomorum fautores ad Pythagoraeorum ſectam relatos eſſe, id quidem & alios & ipſum *Gaſſendum* ordinis cauſſa feciſſe novi, *Libro de philoſophia*

Cap.

Digitized by

generationem & corruptionem nil esse praecipit aliud, quam *coagmentationem & disjunctionem* particularum, seu, quod (q) *Aristoteles* ait, *σύκρισιν καὶ διάκρισιν*, *secretionem* earum *& concretionem*, figura tantum & ordine mutatis. Sed intelligo, fore fortassis, qui putaturi sint, sententiam hanc *Empedoclis* doctrinae de elementis repugnare: quatuor quippe docuit ille elementis reliqua omnia constare corpora: praeterea, id (r) quod *Aristoteles* testatur, nullum horum elementorum aliqua ratione in alterum vel transire, vel converti posse, censuit. His igitur ut occurram, principio certum esse non diffiteor, quatuor ab eo constituta esse elementa, ceu totidem corpusculorum primas generalesque concretiones. Verum nihil homo in his discessit ab ipso *Democrito*, quippe qui, (s) quod *Laërtius* refert, atomos in orbem actas docuit *πάντα συκρίματα γίνειν, πῦρ, ὕδωρ, ἀέρα, γῆν· εἶναι γὰρ καὶ ταῦτα ἐξ ἀτόμων τινῶν συγκρίματα*, *concretiones omnes gignere, ignem, aquam, aërem, terram: haec enim quoque ex atomis certi generis constare.* Idem (t) ex *Platone* constat, quem ego quidem *Libro de legibus* dogma hoc *Democriti* summae erga Deum impietatis plenum,

Cap. 8. *p.* 23. *f. T.* I. *Opp.* quod quidem institutum ibi firmat auctoritate scriptoris vitae *Pythagorae*, a *Photio* lecti, quem *Parmenidem* & *Zenonem* ait ad scholam Pythagoricam retulisse. Sed si qua in re, hic certe acuti viri judicium desidero. Nec enim ideo, quod *Gassendus* & alii atomorum statores ad Italicam sectam retulere, quod, quo jure fiat, nondum liquet, sequitur statim, monades *Pythagorae* fuisse atomos. Taceo, auctorem illum vitae *Pythagorae*, quem *Gassendus* ducem adhibuit, hoc tantum asseverare apud *Photium Cod.* CCLIX. *p.* 1318. *Zenonem* & *Parmenidem* prodiisse e schola *Pythagorae*. Sunt mihi alia quaedam in promtu, quibus doceam, ne cogitasse quidem de atomis *Pythagoram*, hominem, meo judicio, nec nimis sapientem, nec nimis liberalem & ingenuum: sed instituti limites, ne plura dicam, prohibent. Discere vero hoc exemplo velim lectores, quantopere summi etiam homines suis officere luminibus soleant, si certis imbuti sententiis ad veterum lectionem accedant. Qui corpusculis delectabantur *Cudworthus* & *Gassendus*, in quavis veterum secta vestigia sibi videbantur eorum deprehendere.

(p) *Hic ex poëmatis ejus locus*] Verum mutilatum, nec bona satis fide, hunc locum sistit *Cudworthus*, quem *Plutarchus de placitis philos. Lib.* I. *C.* 30. *p.* 885. *T.* II. *Opp.* ex libro primo physicorum *Empedoclis* exhibuit. Ergo ut ipsos verius in medio ponam, necessarium erit:

Ἄλλο δέ τοι ἐρέω. φύσις οὐδενὸς ἐστὶ θανόντων
Οὐδέ τις ὀλομένοιο θανάσιμος τέλεσσε,
Ἀλλὰ μόνον μίξις τε διάλλαξίς τε μιγέντων
Ἔστι, φύσις δὲ βροτοῖς ὀνομάζεται ἀνθρώποισι.

Jam quod naturam mortales nomine dicunt,
Hoc nihil est: neque enim mortem natura vel ortum
Humano praebet generi: nam mixtio tantum
Mixtorumque subest quaedam secretio rebus,
Idque homines vulgo naturam dicere fuerunt.

His autem in versibus *φύσις*, quoniam *τελευτῇ* seu *morti* opponitur, non generatim naturam, verum ortum videtur significare.

(q) *Aristoteles ait*] *De generatione & corruptione Lib.* II. *C.* 6. *p.* 739. *T.* I. *Opp.*

(r) *Quod Aristoteles testatur*] *Ὅτι μὲν μεταβάλλειν εἰς ἄλληλα* verba sunt *Aristotelis* de hac *Empedoclis* sententia, quam confutat, *l. c. p.* 734. Adde omnino *de generatione Lib.* I. *C.* 3. *p.* 699.

(s) *Quod Laërtius refert,*] *De placitis philos. Lib.* IX. *Segm.* 44. *p.* 573.

(t) *Ex Platone constat*] Vellem, locum designasset vir eximius: sed lectoribus molestiam creare maluit, quam velocem calamum, dicta veterum indicando, sistere. Nescio vero, quem alium *Platonis* locum intelligere potuerit, quam hunc ex *Libro* X. *de legibus p.* 666. *Opp.* quo contemtorum religionis & Deorum, quos multos aetate sua fuisse perhibet, sententiam de ortu mundi explicat. Certe alius ad ea, quae hic tradit noster, aptior & magis accommodatus toto *de legibus* opere non exstat. *Πῦρ καὶ ὕδωρ καὶ γῆν καὶ ἀέρα φασὶ πάντα εἶναι καὶ τυχῇ φασὶ, τέχνῃ δὲ οὐδὲ τούτων. καὶ τὸ μετὰ τοῦτο αὖ σῶμα, γῆς τε καὶ ἡλίου καὶ σελήνης, ἄστρων τε πρὸς, ἐκ τούτων γεγονέναι, παντελῶς ὄντων ἀψύχων. Ignem, aquam, terram, aërem, omnia haec non esse, sed natura & fortuna esse dicunt. Corpora etiam, quae post haec sunt, rerum terrenarum, solis, lunae, stellarum omnium, ex istis anima prorsus carentibus facta esse*, & quae sequuntur. His autem verbis an *Plato Democriti* & ejus sectatorum, quod *Cudworthus* putat, sententiam explicet, incertum est. Nec enim obstat aliquid, ne aetate ejus alii etiam fuisse credantur tam insigniter impii, ut haec docerent. Legantur, quae infra *ad Cap.* II. §. 22. de hoc loco monuimus. Similiter ne id quidem sing-

num, nomine licet ejus omisso, commemorare arbitror: nimirum ex fortuita brutae materiae commotione quatuor illa primum coivisse elementa; ex his deinceps solem, lunam, sidera & terram exstitisse. Jam (*x*) *Plutarchus* aeque ac *Stobaeus Empedoclem* refert ipsa quatuor elementa ex atomis conflata voluisse. Ἐμπεδοκλῆς ἐκ μικροτέρων ὄγκων τὰ στοιχεῖα συντίθησι, ἅπερ ἐστὶν ἐλάχιστα, καὶ οἱονεὶ στοιχεῖα στοιχείων. *Empedocles ex minoribus corpusculis elementa componebat, quae minima essent, & quasi elementorum elementa.* Idem (*x*) postea *Stobaeus* observat: Ἐμπεδοκλῆς πρὸ τῶν τεττάρων στοιχείων θραύσματα ἐλάχιστα. *Empedocles ante quatuor elementa frusta ponebat minima.* Quod vero *Aristoteles* negasse memorat *Empedoclem*, ullum ex his elementis commutari & in alterum transire posse, id vel in ipsius *Stagiritae* erroribus, vel in vitiis, quibus nostra librarii exempla contaminarunt, numeretur, necesse est. Obstat, quo minus id verum esse credamus, *Lucretii* auctoritas, cui nihil hujus philosophiae ignotum fuit: namque is, quum *Empedoclis* doctrinam accurate, praeter multos veterum alios, persequatur, contrarium omnino perhibet. (*y*) Sed & ipsemet *Empedocles* intercedit, quem in illis, quae ex ejus nobis restant carminibus, hanc elementorum commutationem diserte praecipere, animadvertimus:

Καὶ φλὰὶ εἰς ἄπυλα καὶ αὔξῃ ἐν μιλὶ ἄσης.

§. XIV.

scriptum exstat diserte hoc in loco, genus illud, cujus impietatem reprehendit *Plato*, asseverasse, ex atomis elementa esse conflata & composita.

(*v*) *Plutarchus aeque ac Stobaeus*] Apud *Stobaeum* haec verba legas *Eclog. Lib.* I. *Cap.* 20. *p.* 36. qui & *Xenocratem* idem affirmat sensisse. *Plutarchi* vero locus exstat *de placitis philos. Lib.* I. *C.* 17. *p.* 883. *T.* II. *Opp.* Sed omisit vir doctus alium *Plutarchi* locum, quo *Empedoclis* sententia luculentius explicatur, *loc. cit. Cap.* 13. *p.* 883. Ἐμπεδοκλῆς πρὸ τῶν τεττάρων στοιχείων θραύσματά τινα ἐλάχιστα, οἱονεὶ στοιχεῖα πρὸ στοιχείων, ὁμοιομερῆ, ἅπερ ἐστὶ γεγονότα. *Empedocles ante quatuor elementa ponit quaedam minutissima fragmenta, tanquam elementa elementis priora, partium similarium, & formae rotundae.* Dicam paullo post, quare virum doctissimum locum hunc *Plutarchi* putem afferre noluisse.

(*x*) *Postea Stobaeus*] Decet me *Stobaei* locum totum describere, ut de mente philosophi tanto constet facilius. Sic igitur *Stobaeus Eclog. Lib.* I. *Cap.* 17. *p.* 33. Ἐμπεδοκλῆς περὶ ἐλαχίστων ἔφη πρὸ τῶν τεττάρων θραύσματα ἐλάχιστα, οἱονεὶ στοιχεῖα πρὸ τῶν στοιχείων ὁμοιομερῆ. *Empedocles ante elementa frusta ponebat minima, tanquam elementorum elementa, eaque similium partium.* Ex hoc & *Plutarchi*, quem paullo ante descripsi, loco liquet, qualibus ex corpusculis elementa, quae statuebat, composita esse voluerit *Empedocles*; nempe ex corpusculis, quae *similaria* vocare solent philosophi, formamque rotundam habent. Non igitur in eadem, qua *Democritus*, sententia esse potuit, quem praecepisse, ex *dissimilaribus* cuncta atomis, iisdemque variae figurae ac formae, constare, plerique omnes fatentur. Id vero quum probe *Cudworthus* perspiceret sententiae suae de *Empedocle* adversari, ideo in *Stobaei* loco vocem ὁμοιομερῆ omisisse, *Plutarchi* vero dictum prorsus praeteriisse videtur.

(*y*) *Sed & ipsemet Empedocles*] Hunc vero *Empedoclis* versum unde acceperit *Cudworthus*, viderint alii. Mihi quidem per multos veterum & recentiorum libros magna cura, sed vana, quaesitus est. Nec in *Empedoclis fragmentis*, quae diligentissime *Henr. Stephanus* collegit in *poëst philosophica p.* 17. *f.* exstat. Quum mea nihil effici viderem diligentia, illustrem virum, quo nemo hodie monumenta veterum Graecorum majori studio scrutatus est, *Jo. Albertum Fabricium*, adii, rogavique, ut, quas ab eo dudum congestas esse noveram, carminum *Empedoclis* reliquias mecum communicaret. Facillimum sese praebuit precibus meis vir nulli vel doctrina vel virtute & humanitate secundus, &, quae de *Empedoclis* philosophia multo labore observavit, manu ad me sua exarata misit. Multo plures vidi ab eo *Empedoclis* versus in antiquis libris observatos, quam a *Stephano* factum: sed hunc iterum, de quo hic agitur, desideravi. Igitur destiti quaerere, ne fortassis, quo nihil mihi carius est, otium sine fructu perderem. De re ipsa potius erit nonnihil in medium afferre. *Empedoclem* μετατολὴν, ut veteres loquuntur, seu mutuam elementorum permutationem tradidisse, contra *Aristotelem* tuetur *Cudworthus*. Recte quidem, si rem ipsam spectes. *Lucretius* primum, quem auctorem laudat, illis, qui quatuor rerum esse volunt principia, in quorum numero *Empedoclem* ponit, hanc sententiam diserte tribuit

Lib.

§. XIV. Praeter haec omnia locuples nobis auctor *Plato* eſt, ex *Empedoclis* ſententia tam viſum, quam reliquos ſenſus, ex ἀποῤῥοίαις σχημάτων, *fluxionibus figurarum* ſive atomorum emanationibus oriri. Σχήματα ſcilicet apud *Ariſtotelem* vocantur atomi *Democriti*, quoniam corpora ſunt, ſola praedita figura, ceteris vero qualitatibus deſtituta. Quasdam vero harum particularum ſive figurarum hujus, quasdam alius ſenſus inſtrumentis aptas & accommodatas eſſe cenſuit. (z) Οὐκοῦν λέγεις ἀπόῤῥοιάς τινας τῶν ὄντων ἐκ Ἐμπεδοκλέους, καὶ πόρους, εἰς οὓς καὶ δι' ὧν αἱ ἀπόῤῥοιαι πορεύονται καὶ τῶν ἀπορροῶν τὰς μὲν ἀρμόττειν ἐνίοις τῶν πόρων, τὰς δ' ἐλάττους ἢ μείζους εἶναι; *Nonne igitur defluxus quidam ex Empedoclis ſententia a rebus manare dicis, & meatus certos eſſe, in quos & per quos etiam ejusmodi defluxus manent, ex defluxibus autem quosdam poris quibusdam congruere, quosdam minores aut majores eſſe?* Ex quo apparet, *Empedoclem* neutiquam ſenſuum originem in *ſpeciebus intentionalibus* ſive *qualitatibus* quaeſiviſſe, verum univerſe in cauſſis eorum explicandis illorum rationes probaſſe, qui ex atomis derivant omnia; quamquam & hi, ubi ad ſingula ventum eſt, non prorſus inter ſe concordes ſunt. *Empedocles* vero *Democriti* hac in re viam plane ſequitur. Inter hujus enim εἰδώλων εἰσιόντας, *ſimulacrorum inſinuationes*, ſive imagines ex corporibus procedentes, illiusque ἀπορῥοίας σχημάτων ſive *fluxiones corporum figura tantum praeditorum* nihil intereſt omnino diſcriminis. (a) Addit *Plato*, ex praeſcripto *Empe-*

Lib. I. *de rerum natura vſ.* 783. *ſ. p.* 189.

Et primum faciunt ignem ſe vertere in auras
Aëris: hinc imbrem gigni, terramque creari
Ex imbri, retroque a terra cuncta reverti,
Humorem primum, poſt aëra, deinde calorem:
Nec ceſſare haec inter ſe mutare, meare,
De coelo ad terram, de terra ad ſidera mundi.

Idem deinde ex *Clementis Alexandrini* teſtimonio conſtat, qui *Empedoclem* exiſtimaſſe refert, in ignem omnia aliquando eſſe reditura, *Stromatum Lib.* V. *C.* 14. *p.* 711. In qua quidem nemo eſſe ſententia poteſt, niſi qui rerum principia mutari, & aliam veluti naturam induere poſſe, ſtatuit. Ac, ut de *Stobaei* loco nihil dicam, quem paullo poſt producere ſtatui, nec alios auctores laudem, hoc ipſum teſtantes, *Ariſtoteles* aliis in locis perſpicue *Empedoclem* tradit τὸν περὶ αὐτὸν περιὸν τῶν στοιχείων, *circuitum elementorum inducere.* Vide *de coelo Lib.* III. *C.* 7. *p.* 680. *T.* I. *Opp.* ne de aliis hujus generis locis nunc commemorem. Utrum igitur ſecum ipſo non minus, quam cum reliquis pugnat veterum *Ariſtoteles*, quando aliis in locis μεταβολὴν negaſſe στοιχείων *Empedoclem* refert? An vero, quod *Cudworthus* ſuſpicatur, librarii in deſcribendis exemplis peccarunt? Equidem neutrum affirmem. Nec *Ariſtoteles* erravit, nec librariorum manus lapſae ſunt. Dum *Ariſtoteles Empedoclem* repudiaſſe μεταβολὴν tradit, non ſimpliciter & abſolute, ſed comparate de certo mutationis elementorum genere loquitur. Tametſi enim omnes illi, qui plura olim rerum eſſe ſtatuebant principia, converſiones & mutationes principiorum faterentur; non una tamen lege nec uno modo permutari inter ſeſe elementa credebant, ſed in diverſas abibant hac de re ſententias. Patet id abunde ex *Ariſtotelis Libro de coelo Lib.* III. *C.* 7. *p.* 680. aliisque locis, ex *Stobaeo*, *Eclog. phyſ. Lib.* I. *Cap.* 24. *p.* 43. & multis aliis. Quare, quum *Empedocles* iſtum mutationis elementorum modum, quem probabat *Ariſtoteles*, rejiceret, ideo μεταβολὴν ipſi repudiaſſe dictus eſt. Jam ſi quis quaerat, quemnam igitur mutationis modum *Empedocles* ceteris meliorem exiſtimaverit, hac quidem de re diſcordes eſſe veteres, confitendum eſt, ut plerumque ſolent eſſe in exponendis veterum phyſicorum ſententiis. Si *Lucretium* & *Clementem* ſequimur, ἁρμονίαν, quam vocant, quamdam ipſi placuiſſe, probabile videtur: ſi *Ariſtotelem*, *Stobaeum*, & alios, additione & detractione omnem fieri principiorum mutationem cenſuit. Poſterior tamen ſententia ſine dubio verior eſt, & illis, quae de *Empedoclis* ſcitis narrant veteres, conſentanea. Docent id, qui mox afferuntur a *Cudworthо*, loci, item illa, quae paullo poſt afferemus.

(z) Οὐκοῦν λέγεις] *Platonis* haec verba ſunt in *Menone p.* 14. quae tamen non ita, ut hic exſtant, continuata ſerie leguntur, ſed *Socratis* quaeſtiunculis divelluntur. Idem refert *Plutarchus de placitis philoſ. Lib.* IV. *C.* 9. *p.* 909.

(a) *Addit Plato*] *L. c. p.* 14. Similia *Plutarchus* habet *de placitis philoſ. Lib.* I. *Cap.* 15. *p.* 883. *T.* II. *Opp.* Ἐμπεδοκλῆς (χρῶμα δὲ οὐκ ἀπεδέξατο) τὸ τοῖς πόροις τῆς ὄψεως ἁρμόττειν. *Empedocles colorem id vocat, quod congruit meatibus viſui inſervientibus.* Eadem plane apud *Stobaeum Eclog. phyſ. Lib.* I. *Cap.* 19. *p.* 35. legas, qui tamen addit: Τὰς δὲ αἰσθήσεις

Digitized by Google

pedoclis coloris hanc esse veram definitionem: ἀπορροὴ σχημάτων ἴσῃ συμμέτρῳ καὶ αἰσθητῇ, *defluxus figurarum visui congruens atque sensibilis.* (*b*) *Aristoteles* porro, physicam *Empedoclis* a *Democriti* scitis diversam haud fuisse, auctor est: Οἱ μὲν οὖν περὶ Ἐμπεδοκλέα καὶ Δημόκριτον λανθάνουσι αὑτοὺς ἑαυτούς, ὃ γίνεσθαι ἐξ ἀπλήλων πεφύκασι, ἀπὸ φαινομένων γίνεσθαι. ἐνυπάρχειν γὰρ ἕκαστον ἐκκρίνεσθαί φασιν, ὥστε ἐξ ἀληθείας ἡ γένεσις ἂν εἴη. *Empedoclem igitur & Democritum praeterit, non generationem se mutuam, sed apparentem facere generationem. Inesse enim quaeque ac segregari dicunt, non secus ac si e vase fieret generatio.* Denique in cumulum accedat perspicuum *Plutarchi*, seu quisquis ille sit, qui (*c*) *de placitis philosophorum* libellum composuit, testimonium, dicentis: Ἐμπεδοκλῆς καὶ Ἐπίκουρος καὶ πάντες, ὅσοι τὸν σωματοειδεσμὸν τῶν λεπτομερῶν σωμάτων κοσμοποιοῦσι, συγκρίσεις μὲν καὶ διακρίσεις εἰσάγουσι, γενέσεις δὲ καὶ φθορὰς οὐ νομίζουσι· οὐ γὰρ κατὰ ποιὸν ἐξ ἀπαθείας, οὐδὲ πάσαν ἐκ σωματοειδοῦς ταύτας γίνεσθαι. *Empedocles, Epicurus, & quotquot mundum e minutis construunt corpusculis, ii concretiones quidem & secretiones quasdam introducunt, ortus & interitus proprie esse negant. Neque enim secundum qualitatem alterationis lege, sed secundum quantitatem per coacervationem generationes fieri contendunt.* (*d*) Ex quo etiam addiscere licet auctore, quemadmodum *Empedocles* mundum hunc & ortum & constructum putaverit esse: Ἐμπεδοκλῆς τὸ μὲν αἰθέρα πρῶτον διακριθῆναι, δεύτερον δὲ τὸ πῦρ, ἀφ' οὗ τὸν ἥλιον, ἐξ ἧς ἄγαν περιφερῆς τῇ ῥύμῃ τὸ περιφερὲς ἀναθλίψαι.

φορὰς τῶν τροφῶν ποικιλίας. *Differentias autem coloris e ciborum varietate duxit.* Τὰ εἴδωλα τῶν στοιχείων ἰσάριθμα. *Species quatuor, non secus ac elementorum, posuit.* Ceterum (I.) evidens est, σχήματα in his *Platonis* locis non esse atomos aut individua corpuscula, sed idem, quod *Democritus* εἴδωλα, *Lucretius* autem *simulacra, membranas summo de corpore rerum detractas*, *Lib.* IV. *vs.* 35. 36. *rerum effigies tenuesque figuras* appellat. (II.) Verum est, *Democriti* rationem sensus & colores explicandi ab *Empedoclis* modo non nimis differre videri. Generatim certe utrique eadem adscivere principia. Sed, ut taceam, corpuscula *Empedoclis* alia longe esse, quam *Democriti*, id quod paullo post apertum fiet, *Plutarchus* auctor est, *Empedoclem* non solis simulacris, ut *Democritus* fecit, usum esse in natura sensuum declaranda, *de placitis phil. Lib.* IV. *Cap.* 13. *p.* 901. Ἐμπεδοκλῆς, inquit, postquam de *Democriti* & *Epicuri* sententia dixerat, τοῖς εἰδώλοις τὰς ἀκτῖνας ἐπιφέρει, προσαγορεύσας τὸ γινόμενον ἀκτῖνας εἴδωλα συνθέτου. *Empedocles imaginibus radios adjunxit, id, quod fit, appellans radios imaginis compositae.* Mitto alia, quae *Empedoclis* & *Democriti* disciplinam hac quidem in parte separant. (III.) Quod hac, uti diximus, ratione naturam colorum & sensuum declarare studuit *Empedocles*, id nondum efficit, cum credidisse, mundum constare ex atomis, nulla re alia, quam figura, praeditis. Etenim nil impedit, quo minus illi, qui corpusculis qualitates tribuunt, quod multos fecisse constat, eadem lege de coloribus & sensibus philosophentur. (IV.) Sed afferam ex praeceptis *Empedoclis* unum, quod perspicue docet, de coloribus, eorumque indole, nec non de sentiendi facultate multo aliter *Empedoclem* judicasse, atque *Democritum* & reliquos atomorum amicos. Animam nimirum censuit ex quatuor elementis suis constare, atque inde fieri, ut ea sentiat & percipiat omnia elementa: simile enim simili cognosci, terrenis particulis terram, igneis ignem percipi.

Γαῖαν μὲν γὰρ γαίῃσι ἐπόπτεμεν, ὕδατι δ' ὕδωρ,
Αἰθέρι δ' αἰθέρα δῖον, ἀτὰρ πυρὶ πῦρ ἀίδηλον.

Terram terreno, atque unda conspeximus undam,
Aethere divinum nos aethera: vidimus igne
Claro ignem.

Sextus Empiricus Lib. VII. *contra Mathem. p.* 396. Addatur *Chalcidius in Timaeum Platonis Cap.* 216. *p.* 356. Finge particulas omni qualitate privatas, numquam commode hoc dogma explicabis. Quomodo enim, quaeso, id, quod nihil, praeter figuram, habet, illud, quod sibi simile & cognatum, sentire ac percipere potest? At qualitates relinque corpusculis *Empedoclis*, & viam haud difficulter haec expediendi reperies. Sed longius abeo, quam institutum patitur.

(*b*) *Aristoteles porro*] *De coelo Lib.* III. *Cap.* 7. *p.* 680. *T.* I. *Oper.*

(*c*) *De placitis philos.*] *Lib.* I. *Cap.* 24. *p.* 884. Eadem plane verba, nisi quod *Democriti* & *Anaxagorae* nomina vocabulis *Empedoclis* & *Epicuri* addita sunt, leguntur apud *Stobaeum Eclog. phys. Lib.* I. *Cap.* 24. *p.* 43.

(*d*) *Ex quo etiam*] *Lib.* II. *Cap.* 6. *p.* 887.

(*e*) *Laeviora nempe quaedam*] Concedit vir doctissimus, *Empedoclem* cum *Democrito* nonnullis de re-

ἐλάσσω τὸ ὕδωρ, ἐξ ὧν ξυμπαγῆναι τὴν ἄέρα, καὶ φλογὸς τὸν μὲν ἥλιον ἐκ τοῦ πυρὸς *Empedocles primo fuisse secretum aetherem docet, deinde ignem, post terram: quae nimis in arctum coacta ob impetum circumagitationis, aquam ebullisse: ex hac aërem exhalasse, ac coelum quidem ex aethere natum, solem ex igne.* Hinc, quid caussae fuerit *Lucretio*, cur tantis *Empedoclem* ornaret laudibus, apertum nobis est. (*e*) Leviora nempe quaedam si demas, quae propria fuerunt *Empedocli*; si *vacuum* tollas, 21
quod noluit concedere; si minutissimas, quae dividi nequeant, particulas, quas aversatus est, si pauca quaedam alia rejicias, inter *Democriti* & *Epicuri* physicam atque placita *Empedoclis* magnam deprehendis cognationem & affinitatem.

§. XV. Venio ad *Anaxagoram.* Is haud dubie in principiis rerum explicandis ad minuta corpuscula sive atomos confugit, generatione & corruptione sublata, in quarum locum concretionem & secretionem substituit; neque alio doctrinam suam fundamento contineri voluit, quam illo, quod *Democritus*, *Empedocles*, ceterique tutores atomorum suum fecerunt. Id autem hoc fuisse, copiosius a nobis infra demonstrabitur: *Ex nihilo nihil fieri, nec in nihilum aliquid converti potest.* Ex quo efficitur, neque novi aliquid produci & gigni, nec earum rerum, quae vere existunt, ullam ullo modo existingui posse ac deleri. (*f*) Quodsi tamen accuratius ha-

rebus dissensisse. Fatetur inane seu vacuum, quo in primis *Epicurus* & *Democritus* delectati sunt, ab eo repudiatum esse. Hoc quidem ex *Lucretio de rerum natura Lib.* I. *vs.* 744. 745. *p.* 183. & *Stobaeo Eclog. phys. Lib.* I. *Cap.* 22. *p.* 38. aliisque constat. Largitur, a corporibus eum individuis abhorruisse, aut materiam credidisse infinite secari posse. Contra *Democritus* atomos suas individuas esse voluit. Illud placuisse *Empedocli*, praeter *Lucretium loc. indic. vs.* 747. 748. *p.* 184. & alios, testatur *Aristoteles Lib.* III. *de coelo Cap.* 6. *p.* 679. *T.* I. *Opp.* Quamquam hic videri *Empedoclem* affirmat dividua quidem credidisse corpuscula sua; at putasse tamen, ea numquam reapse dividi. Quod ad caput vero caussae attinet, *Empedoclem* non secus, ac *Democritum*, censet eadem docuisse, id est, utrumque ex corpusculis, omni plane qualitate privatis, hunc mundum praecepisse compositum esse. Video, *Thomam Creech*, Anglum, ab hac pariter abesse non multum opinione. Sic enim in *Notis ad Lucretium p.* 189. *Inter Empedoclem*, inquit, *& Epicurum probe convenit, nisi quod Empedoclis sententia sit operosior, simplicior Epicuri. Empedocles enim ex primis suis principiis elementa componit, & ex iis elementis constituit res omnes. Epicurus autem e primis principiis res cunctas immediate conficit.* Vellem, viris tanto praeditis ingenio mihi omni ex parte assentiri liceret. Verum uti facile credo, *Empedoclem* generatim corpusculis fecisse; ita mihi prope persuadeo, atomos ipsius qualitatibus esse instructas, nec idcirco illum cum germanis *Democriti* & *Epicuri* sectatoribus sociari posse. Mitto jam dicta *Plutarchi* & *Stobaei*, quae paullo ante protuli, ex quibus hoc aperte constat, & hic alia quaedam moneo, idem docentia. Primum, si corpuscula *Empedoclis* omnibus nudemus qualitatibus, equidem nescio, unde concordia & discordia, amicitia & inimicitia, quas efficientes rerum omnium caussas constituit *Empedocles*, in illis exoriri potuerint. Quidquid enim omni qualitate caret, id nec amicitiae nec inimicitiae particeps esse potest. Quum igitur *Empedocles* amicitiam & inimicitiam secrevisse elementa putet, perspicuum esse arbitror, visum ipsi esse, in prima materia mistas inter se fuisse qualitates contrarias, quae certa ratione postea sejunctae fuerint. Deinde *Aristoteles de generatione Lib.* I. *Cap.* 1. *p.* 698. *T.* I. *Opp.* asseverasse *Empedoclem*, ex ipsis ejus carminibus docet, qualitates, album, calidum, frigidum, & reliquas primis elementis, differentiarum instar, inesse. Denique, quod *Lucretius de rerum natura Lib.* II. tot verbis *Empedoclem* refutat, quem *vs.* 739. *in principiis rerum ruinas fecisse*, ait, id quidem abunde declarat, de ipsa rerum summa decertare *Empedoclem* & *Epicurum.*

(*f*) *Quodsi tamen*] Dignus est, qui de hac *Anaxagorae* doctrina prae ceteris legatur, *Petr. Baylius Dictionnaire histor. & critique T.* I. *voce Anaxagoras p.* 206. *s.* quippe qui copiose simul & acute omnes eius dogmatis difficultates persequutus est. Quod vero *Cudworthus* ideo *Anaxagoram* ad *homoeomeriam* delatum esse arbitratur, quod vim omnem & rationem philosophiae illius, quae corpusculis utitur, haud perspiceret, id paucos ipsi puto assenturos, neque tot magnificis veterum de *Anaxagora* dictis consentaneum est. Multo est verisimilius, *Anaxagoram* longe aliis rationibus, ut ita sentiret de ortu rerum, inductum esse.

(*g*) *Ec-*

homoeomeriam ejus, ut ab *Ariſtotele*, *Lucretio*, aliisque auctoribus exponitur, expendamus, non mediocri philoſophiam ejus & doctrinam illius generis, quod atomos unice conſectatur, intervallo diſtare ſentiemus. Oſſa nempe de minutis oſſibus, viſcera de viſceribus exiguis, rubras res de rubris corpusculis, calidas de calidis concreſcere putavit: quod intelligi nequit aliter, quam ex mente ejus in corpusculis his ipſa natura varias proprietates illas diverſasque formas ineſſe. Interim & hoc dogma ex eorum praeceptis, qui atomis concludunt omnia, profectum eſſe, veriſimillimum eſt. Non perſpexit penitus *Anaxagoras* ſcita hujus familiae: ex quo evenit, ut nimis ab ea delectaret, atque novam doctrinae ſpeciem, vehementer ab illa veteri diſcrepantem, excogitaret.

§. XVI. Poſtremo hoc minime praetermittere debeo, eſſe, qui ſcriptum reliquerint, non infimi generis auctores, non paucos veterum philoſophorum, in quos nulla ceteroquin cadit vel negati Dei vel Democriticae ſapientiae ſuſpicio, rerum tamen naturalium origines ab atomis repetiiſſe. Quod non levi quidem nobis argumento eſt, iſtos doctrinam hanc ab aliis accepiſſe philoſophis, *Democrito* 22 vetuſtioribus, nec hujus impietate contaminatis. Juvat exempla quaedam in medium proferre. (*g*) *Ecphantus*, Syracuſanus, *Pythagorae* ſectator, teſte *Stobaeo*, τὰ ἀδιαίρετα σώματα καὶ τὸ κενὸν, *corpora individua & inane*, rerum omnium dixit eſſe principia, praecepitque, ut ex *Theodoreto* quoque conſtat, ἐκ τῶν ἀτόμων συνίστασθαι τὸν κόσμον, *mundum corporeum ex atomis conflatum eſſe*. (*h*) *Xenocrates* μεγέθη ἀδιαίρετα, *magnitudines individuas*, corporum prima praecepit initia eſſe. (*i*) *Heraclides*, quidquid eſt rerum corporearum, ad ψιλὰ καὶ θραύσματά τινα ἐλάχιστα, tenuiſſima quaedam corporum fragmenta, revocavit. (*k*) *Aſclepiades* corpora omnia ἐξ ἀτομείων καὶ ἀνάρμων ὄγκων, non ex ſimilis naturae particulis, quod *Anaxagoras* docuit, verum ex diſſimilibus parumque concinnis *moleculis*, id eſt, atomis variae magnitu-

(*g*) *Ecphantus*] De hoc vero ex inſtituto jam antea vir doctus egerat §. 12. quod hic obliviſci videtur.

(*h*) *Xenocrates*] Veterum nullus, qui *Xenocratis* meminere, hanc ejus opinionem tetigit. At *Georgius Pachymeres*, cuius eſt libellus περὶ ἀτόμων γραμμῶν, qui inter *Opera Ariſtotelis T.* II. exſtat, & a multis perperam ipſi *Ariſtoteli* tribuitur, ſaeculi XIII. ſcriptor, de *Platone* & *Xenocrate* haec C. 1. *p.* 819. perhibet: Τοῖς τοιούτοις δὲ οἱ ἀμφὶ Ξενοκράτην καὶ Πλάτωνα ἀντιτιθέντες ἀδιαίρετα μεγέθη, ὧν κατὰ τὸ ὂν ἑκάτερον ἑκατέρου ἐστὶ καὶ ἐν καὶ ἀδιαίρετον. *Jac. Schegkius* ita vertit liberius: *His Plato & Xenocrates contradicentes, impartibiles quasdam magnitudines confinxerunt, quibus ut eſſentiae ratio proprie tribueretur, ita enim eſſentia impartibilis unitas conjuncta foret, minime vero diviſionem, quum eſſent ἄτομοι, admitterent.* Addit *Pachymeres*, *Ariſtotelem* aliquot in locis hanc ſententiam confutaſſe. Ex his quidem, ſi recte *Pachymeres Xenocratis* & *Platonis* mentem capit, apparet, utrumque philoſophum credidiſſe, materiam haud infinite ſecari poſſe, & corpuſcula eſſe individua. Inde vero nondum efficitur, haec corpuſcula, quae dividi negabant poſſe, vita eſſe illis omnibus qualitatibus eſſe deſtituta, & figura tantum praedita: quod tamen in primis cauſſam, de qua hic agitur, continet. Multos negaſſe certum eſt, materiam ſine fine ſecari poſſe, qui tamen a *Democriti* ſententiis vehementer remoti fuerunt.

(*i*) *Heraclides*] *Heraclitum* intelligit, nobilem illum propter obſcuritatem, cui ſtuduit, philoſophum. De hoc enim ita *Plutarchus de placitis philoſ. Lib.* I. *Cap.* 13. *p.* 883. *T.* II. *Opp.* Ἡράκλειτος ψιγμούς τινα ἐλάχιστα καὶ ἀμοιρῆ ὑπαγεῖ. *Heraclitus ramenta quaedam minima & diviſionem non admittentia introducit.* Hanc philoſophiae *Heraclitii* partem fuſe non minus, quam erudite perſequutus eſt, inſigne olim Germaniae decus, *Godofr. Olearius Diſſ. de principio rerum natural. ex mente Heraclitii* §. 6. *p.* 846. *ſ.* & *de rerum natural. ex mente Heraclitii* §. 3. *p.* 858. in *Stanleii Hiſtoria philoſ.* Probat is opinionem *Cudworthi* noſtri, quam ſibi quoque placere non diſſitetur *Jo. Alb. Fabricius ad Sextum Empiricum p.* 136. Mihi quidem idem hic moneri poſſe videtur, quod paullo ante de *Xenocrate* monui. Ut corpuſcula introduxerit minima *Heraclitus*; id tamen expeditum nondum eſt, an eadem qualitatibus cunctis nudaverit.

Digitized by Google

tudinis & figurae, conflata esse judicavit. (*l*) *Diodorus* ἀμερῆ καὶ ἀπαθῆ, minutissima atque individua corporum, primum illud esse, ex quo tanta concretionum varietas nascatur, censuit. Denique (*m*) *Metrodorus*, non *Lampsacenus* ille de grege *Epicuri*, sed *Chius*, particulas indissolubiles & atomos semina dixisse fertur corporum esse. Quamquam quid opus est, ut copiosius demonstremus, ante *Democriti* & *Leucippi* aetatem fuisse jam, qui rerum naturalium causas, atomis in auxilium vocatis, indagaverint, neque horum, quos modo dixi, philosophorum discipulos solos hoc doctrinae genus probasse? Sufficit (*n*) *Aristotelis* auctoritas, qui locis supra jam laudatis, praeter *Democritum*, omnem paene physicorum veterum turbam hanc philosophandi rationem ingressam fuisse, diserte perhibet. Δημόκριτος καὶ οἱ πλεῖστοι τῶν φυσιολόγων, *Democritus & e naturae interpretibus, qui de sensibus disseruere, plurimi sapores in figuras convertunt.* (*o*) Alio rursus loco, quotquot ante se vixerint, physicos, excepto nemine, hanc tenuisse viam significat. Οἱ πάντες φυσιολόγοι, κ. τ. λ. *Veteres physici* (nullo plane excepto) *hoc non recte dixerunt, existimantes, nihil esse aut album aut nigrum sine adspectu, nec esse saporem sine gustu.* Quamobrem, quid obstet, equidem nihil plane video, cur plerosque omnes antiquorum physicorum, qui superiores fuerunt *Aristotele*, atomorum variae coagmentationi res omnes adscripsisse, neque formis, proprietatibus, speciebus, verum figuris, motu, visionibus, quae contingunt in orbe corporeo, descripsisse, pro certo habeamus. 23

§. XVII. Sed quum *Aristoteles* tot aliis in locis philosophiae hujus primordia ad *Leucippum* & *Democritum* referat, *Laërtius* etiam, praeter multos alios ex antiquis scriptoribus, idem faciat, multo difficillimum videtur, hujus quidem & reliquorum auctoritati hac in re consulere, illum vero inconstantiae absolvere. Certe multis jam abhinc seculis omnis fere haec ex atomis philosophandi ratio uni prope *De-*

rit. Sed de *Heraclito* paullo uberius in *praefatione* disserere apud animum meum statui.

(*k*) *Asclepiades*] *Sextus Empir. Hypotypos. Pyrrhon. Lib.* III. *Cap.* 4. *p.* 136. Ἡρακλείδης τε ὁ Ποντικὸς καὶ Ἀσκληπιάδης ὁ Βιθυνὸς ἀτόμους ὄγκους. *Heraclides Ponticus & Asclepiades Bithynus incompositas moles* introduxerunt. Plures de antiquis auctoribus hujus sententiae *Asclepiadis* mentionem fecerunt, quos in *Annotationibus* ad hunc *Empirici* locum *Fabricius* indicat. Si quis alius, hic certe proxime accedit ad *Democriti* de corpusculis sententiam. Ita enim diserte *Coelius Aurelianus Lib.* I. *de acutis passionibus Cap.* 14. *Primordia corporis prima constituerat atomos, corpuscula intellectu sensu*, sine ulla qualitate solita. Adde *Sextum Lib.* II. *adv. Logicos Sect.* 220. *p.* 499. &c. ubi ὄγκους *Asclepiadis* ποσοὺς appellat. & *Lib.* I. *adv. Physicos Sect.* 363. *p.* 621.

(*l*) *Diodorus*] Non dubito, quin hic *Sexti* locus indicetur de *Diodoro Lib.* I. *adv. Physicos Sect.* 363. *p.* 621. Διόδωρος δὲ, ὁ ἰσμαηλίτης Κρονῶς, ἀτόμους καὶ ἀμερῆ σώματα. *Diodorus*, *cognomine Cronus*, *corpora minima & individua*, scilicet induxit. Idem legas *Lib.* III. *Hypotypos. Cap.* 4. *p.* 136. Adde *Stobaei Eclogas physic. Lib.* I. *C.* 13. *p.* 28. At seiungit his in locis *Sextus* sententiam *Diodori* a sententia *Asclepiadis*. Quare non inutile erit, ea hic repetere, quae paullo ante de *Xenocrate* & *Heraclito* observavi.

(*m*) *Metrodorus*] *Stobaei* locum, opinor, in animo habuit *Eclog. phys. Lib.* I. *Cap.* 13. *p.* 27. qui: Μητρόδωρος, inquit, Θεοφράστου μὲν τὰ ἀδιαίρετα καὶ τὸ κενόν. *Metrodorus Theocriti Chius individua & inane* pro rerum principiis habuit. Si hi omnes & plures alii atomorum amore, quod minime dubitat vir doctus, inde tamen haud confici posset, eos non a *Democrito*, sed a philosophis *Democrito* antiquioribus disciplinam accepisse. Fuerint hi pii & Dei cultores, *Democritus* vero impius & religionis omnis adversarius; potest tamen aliquis praecepta quaedam Athei de philosophia sequi, impietatem vero ejus odio habere. Quamquam de his alias.

(*n*) *Aristotelis auctoritas*] *Libro de sensu & sensibili Cap.* 4. *p.* 70. *T.* II. *Opp.* Vide, quae supra *ad* §. 6. de hoc loco dixi.

(*o*) *Alio rursus loco*] *De anima Lib.* II. *C.* 1. *p.* 43. *T.* II. *Opp.*

(*p*) *Non*

Democrito, tamquam primo parenti & auctori ejus, vulgo adſcripta eſt. Ut haec ita ſint, ego tamen viam, niſi fallor, reperi univerſam hancce cauſſam expediendi, veterumque ſcriptorum, qui ſecum ipſis certare videntur, teſtimonia non modo inter ſe conciliandi, ſed etiam omnem ab auctoribus eorum diſcordiae & diſſenſionis maculam abſtergendi. Principio pro certo haberi velim, diu ante, quam *Leucippus* & *Democritus* viverent, philoſophiam hanc in univerſum in orbe verſatam eſſe, neque hos ideo primos eam excogitaſſe, ſed dudum excogitatam & inventam adoptaſſe. Hoc vero deinde nemo unus negaverit, homines iſtos cum ſociis religionum irriſoribus, in quorum numero *Protagoras* quoque videtur fuiſſe, principes hoc phyſices genus ad perfectae & per ſe ipſam conſtantis philoſophiae formam & habitum traduxiſſe, nec ante eos quemquam rerum omnium origines ab atomis ſenſus expertibus, nullaque re alia, niſi figura & motu, praeditis, adjuncto tamen illis vacuo, omnino derivaſſe, multo minus exſtitiſſe aliquem, qui his principiis nixus, nullum omnino eſſe Deum, ne corporeum quidem, affirmaret. His ſcilicet nondum natis philoſophis, bina haec, Deum tollere, & atomorum ope naturam rerum ſcrutari, diſſociata prorſus erant. Exſtitiſſe omni aevo quosdam, qui perverſe de Deo ſenſerint, eique bellum inferre non ſint veriti, controverſiam prope nullam habet. Nec ego negaverim, antiquiores hos ſupremi Numinis hoſtes alia quadam forte ratione, ut commentis ſuis in Deum injurioſis auctoritatem colligerent, pro virili philoſophatos eſſe. Similiter phyſica haec, cujus atomi fundamenta ſunt, olim ſola, nulla impietatis erga Deum labe contaminata, viguit. Nil binis hiſce rebus ante *Democritum* commune fuit. Igitur huic homini ſodalique ejus *Leucippo* hanc gloriam relinquamus, primos omnium eos philoſophiae hujus praecepta cum impietatis profeſſione conjunxiſſe, purosque & incorruptos fontes perverſiſſimis & impiis confectariis depravaſſe.

§. XVIII. Ante *Leucippum* & *Democritum* corpusculorum individuorum doctrina totum philoſophiae corpus minime conſtituebat. Locum ei dabant ſapientes aliquem in philoſophiae univerſae partibus ſive membris, verum minime praecipuum & honeſtiſſimum, eo quod ad rerum, quas in orbe cernimus, corporearum naturam explicandam ea ſibi tantum opus eſſe ducerent. Praeter corpora vero, excellentius eſſe aliquid praecipiebant, ab omni concretione phyſicaque neceſſitate liberum, vitaque & ſemet ipſum movendi facultate praeditum, id eſt, naturas ab omni corpore & materia ſecretas, quarum fontem, caput & principium Deum eſſe, a mundo prorſus ſejunctum, decernebant. Quare familiam eorum, qui ex atomis naturam rerum explicant, duplicem eſſe tenendum eſt, alteram Deo inimi-

(*p*) *Hoc proprie*] Ingenioſam eſſe hanc viri docti rationem veterum de *Democrito* & *Leucippo* dicta cum ſua de antiquitate philoſophiae corpuſculis utentis ſententia componendi, nemo diffitebitur. At metuo, ne plerisque antiquorum auctorum teſtimoniis, quae ſimpliciter & abſolute atomorum inventionem ad *Democritum* & *Leucippum* referunt, parum reſpondere videatur. Interim fuiſſe ante *Leucippum*, qui de atomis loquuti ſunt, philoſophos, controverſia paene caret. Quid igitur? Num tot veteres, qui primordia hujus philoſophiae a *Democrito* & *Leucippo* repetunt, turpiter erraſſe contendemus? Vix multos id paſſuros eſſe arbitror. Dicam, quid mihi in mentem venerit, haec omnia expendenti. In eam prope ingredior ſententiam, ut, qui de atomis inter Graecos ante hos, quos dixi, philoſophos verba fecerunt, corpuſculis ſuis credam attribuiſſe qualitates, vitam & alia: at *Democritum* cum *Leucippo* primum fuiſſe, qui cunctas atomis qualitates detraheret, nihilque, praeter figuram, relinqueret. Inde factum, ut his deinceps omnis laus inventae hujus philoſophiae adſcri-

micam, alteram religione & pietate in Deum imbutam. Antiquiſſimi ex hoc genere philoſophi, quoniam res fatebantur eſſe corporis neſcias, hanc diſciplinam ab omni cum Theologia & Metaphyſica conſuetudine removebant. At qui poſtea exorti ſunt, nil eſſe in rerum natura, praeter corpora, decreverunt, figurasque & atomos, omni ſenſu atque intelligentia deſtitutas, neque Dei propterea indigentes, rerum omnium principia conſtituerunt. (p) Hoc proprie dogma illud eſt, quod philoſophiam veteres vulgo *atomicam* appellant, & *Democriti Leucippique* ingeniis attribuunt.

§. XIX. (q) Non ſum neſcius, fuiſſe haud ita pridem, qui tantum ſibi arroga- 24
runt, ut veterum philoſophorum neminem vel ſomniando de naturis materiae expertibus cogitaſſe, audacter aſſeveraverint. Quod ideo quidem eos feciſſe puto, ut perſuaderent aliis, quae de hujus generis narrantur rebus, fabulas eſſe & commenta, heri demum vel nudius tertius a nonnullis ſuperſtitioſe piis ementita. Sed qui ſic ſentiunt, magnopere falluntur: quod ſi breviter demonſtravero, nil certe alienum hujus loci fecerim. Certum eſt, non nego, nullam fuiſſe aetatem, quae hominibus caruerit, qui, praeter res, quae in ſenſus cadunt, nihil omnino exiſtere crediderint. (r) *Plato* hujus generis ſententiam his verbis deſcribit: Οἱ μὲν τοίνυν ἄν, πᾶν, ὃ μὴ δυνατοὶ ταῖς χερσὶ συμπίζειν εἰσὶν, οὐκ ὄντα τὸ παράπαν ἐστί. *Qui, quod pugno premi nequit, nihil omnino eſſe contendunt.* Verum praeſtantiſſimi veterum ſapientum huic ſemper aperte reſtiterunt opinioni, quosque ei favere viderunt, ſtultitiae & inſcitiae condemnarunt. Quamobrem idem *Plato* perpetuam & olim fuiſſe in orbe, & ſuo etiam tempore exſtitiſſe pugnam memorat, ſeu, ut ipſe loquitur, *gigantomachiam* inter eos, qui totam rerum univerſitatem corporibus abſolvi contenderent, atque illos, qui, praeter corpora, res eſſe ſtatuerunt, nihil prorſus concreti & ſolidi habentes. Ac ſuperiores quidem his verbis depingit *Plato*: Οἱ μὲν εἰς γῆν ἐξ οὐρανοῦ καὶ ἀοράτου παίζοντες ἅπαντα ταῖς χερσὶν ἀπρεῖς πέτρας καὶ δρῦς περιλαμβάνοντες· ταύτῃ γὰρ πιέζουσι παίοντες, διϊσχυρίζονται τοῦτο εἶναι μόνον, ὃ παρέχει στερεόν τε καὶ ἁπτόν τινα, πάντα σώματα καὶ οὐσίαν ξυνείροντες. Τοὺς δ' ἄλλους εἴ τις φησὶ μὴ σῶμα ἔχον εἶναι, καταφρονήσαντες τὸ παράπαν, οὐδὲν ἐθέλουσιν ἄλλο ἀκούειν. *Hi de coelo & inviſibili regione omnia ipſis certe manibus in terram trahunt, ſaxa & quercus apprehendentes. Nam quum talia haec omnia tangant, ſolum id exiſtere & eſſe affirmant, quod quoque modo percipitur atque tangitur, idemque corpus eſſe ac eſſentiam unice tradunt. Si quis autem dicat illis, eſſe aliquid, quod non ſit corpus,* (id eſt, naturam corpore carentem,) *hunc ſtatim deſpiciunt, nec audire aliud aliquid volunt, quam corpus.* His *Plato* ſubjicit, haud paucos generis hujus ſibi notos fuiſſe tum factos. Alteram, quam diximus, fa-

ſcriberetur, quam ex parte tantum promeriti erant. Niſi alia obſtiterint, efficiam in *praefatione*, ut haec opinio non nimis a vero aliena eſſe videatur.

(q) *Non ſum neſcius*] Quem haec verba in primis pungant, non ignorare poterunt, qui *Thom. Hobbeſii Leviathanem* & reliqua ſcripta legerunt. Ipſe quum corporibus omnia concluderet *Hobbeſius*, nec quidquam eſſe vellet a corpore ſejunctum, optimos quosvis & acutiſſimos veterum philoſophos in ſuam adducere ſtudebat ſententiam. Lege *Leviathanis Cap.* 12. *p.* 56. *&c.* Quamquam, praeter *Hobbeſium*, & alii exſtiterunt, quibus viſi ſunt antiquiores philoſophi expertes prorſus fuiſſe notionis illius, quam poſtea *Scholaſtici* voci *ſpiritus* ſubjecerunt.

(r) *Plato*] Haec, & quae ſequuntur, *Platonis* dicta in *Sophiſta* ejus *p.* 160. exſtant. Sed quod *Ficinus* interdum perobſcure verba philoſophi reddiderat, ideo verſionem non una ratione corrigere debui.

(s) *Igi-*

Digitized by Google

familiam hoc modo adumbrat: Οἱ μὲν αὖτε ἀμφισβητῆσις, μάλα τηλεθεν ἄνωθεν ἐξ ἀοράτου τόπου ἀμυόντες ταῖς ἄτεχ ἢ ἀσώμασ εἴδη, βιαζόμενοι τὴν ἀληθινὴν ἰσίαν εἶναι. ἐν μέσῳ δ' ἀεὶ τοῦτο ἄπλειθ- ἀμφοτέρων μάχη τις ἀεὶ ξυνίσηκεν. *Horum autem adverſarii caute admodum atque pie ſuperne ex inviſibili ſede pugnant, atque intelligibiles quasdam & incorporeas ſpecies inducunt, easque veram eſſe eſſentiam contendunt. Unde ingens & inextricabilis pugna inter utrosque de his ſemper exſtitit.* At paullo tamen modeſtiorem ac verecundiorem in conſequentibus adjicit, factam fuiſſe aetate ſua eorum familiam, qui nihil ſibi obtrudi paterentur, praeter corpora, atque magna quondam hujus generis fulcra, *Democritus* exempli cauſſa & *Protagoras*, fuiſſent. Licet enim in ea permanerent ſententia, animam noſtram corpoream eſſe; tantum ſibi tamen non videntur ſumſiſſe, id quod multi cum antea, tum deinceps fecerunt, ut ſapientiam & virtutem in rerum pariter corporearum numerum referrent. (*s*) Igitur apertum eſt, *Platonem* res eſſe credidiſſe, a corporibus plane ſejunctas, quas interdum ἰσίαν ἀσώματον, *ſubſtantiam incorpoream* appellat, nonnumquam vero ἰσίαν νοητὴν, *ſubſtantiam intelligentem*, ut diſcrimen earum ab altero illo rerum ordine indicaret, quas ἰσίας αἰσθητὰς, *ſubſtantiae ſentientis* nomine ſignificat. Certe ſumma eſt, id quod neminem praeterire poteſt, vel mediocriter praeceptorum ejus peritum, dogmatis hujus cum univerſa *Platonis* ſapientia neceſſitudo, quae huc tendit unice, ut a ſenſibus mortalium animi ad res corpore carentes, quarum longe maximam eſſe dignitatem tradit, avocentur. (*t*) Τὰ δὲ ἀσώματα καλλιστα ὄντα ἢ μέγιστα λόγῳ μόνον, ἄλλῳ δ' οὐδενὶ, σαφῶς δεικνυται. *Incorporea namque, quam maxima & pulcherrima ſint, ratione ſola, nulla re vero alia, perſpicue declarantur.* (*v*) Neque ego notiſſimam ejus de ſpelunca quadam ſubterranea fabulam, quam mira refert verborum venuſtate, alio ſpectare crediderim. Homines nimirum philoſophus introducit, manus & crura ſic devinctos, ut terga lumini cuidam obvertant intervallo non mediocri remoto, neque ullo modo ad reſpiciendum cervices queant inflectere, eaque de cauſſa nil, niſi quasdam umbras, conſpiciant certarum rerum a tergo poſitarum lucis ejus beneficio creatas. Has illi umbras res ipſas eſſe perſuadent ſibi, nec aliquid eſſe credunt praeterea. Ubi vero ſonos auribus recipiunt, quos

(*s*) *Igitur apertum eſt*] *Platonem* praeter τὰ αἰσθητὰ, quae perpetuo dicebat fluere, alias res, quas τὰ νοητὰ & τὰ ὄντα vocabat, vehementer laudaſſe, omni caret dubio, nec ex his modo locis, ſed multis aliis apertum eſt. Vid. quae *Jac. Thomaſius* collegit *Schediasmatis philoſ. p.* 10. Adde *Diogenem Laërtium* in *Platone Lib.* III. *Segm.* 65. p. 202. Verum haec ἀσώματα *Platonis* nihil ſunt, quam, aeterna quae putabat eſſe, rerum omnium exempla & ſpecies ſeu ἰδέαι, quae, quod omnes intelligunt, multum diſtant a naturis, quas noſ *ſpiritus* vocamus, & corpore ſecretas eſſe ducimus, ſive *Platonem* eas extra Deum, vel in animo poſuiſſe Dei cenſeamus. Qui hic proferuntur loci, perſpicue de illo agunt certamine, quod inter eos vigebat tum, qui vel negabant vel aſſeverabant, eſſe νοητὰ & ἀσώματα εἴδη, *ſpecies aut ideas rerum aeternas, ſolo ingenio patentes, & ab omni corpore remotas.* Utrum tales eſſe *Plato* crediderit naturas corporis expertes, quales nos, nec ne, id vehementer video eſſe dubium. Nec enim illis rationes deeſſe videntur, qui & Deum & animas ſubtilioribus conflare particulis, *Platonem* credidiſſe praecipiunt. Interim certum eſt, *Platonem* Deum ἀσώματον dixiſſe. Vid. *Cicero de natura Deor. Lib.* I. *C. ſ.* 12. *p.* 2897. *T.* IX. *Opp. Maximus Tyrius Diſſ.* I. *quid ſit Deus ſecundum Platonem p.* 15. *ſ.*

(*t*) Τὰ δὲ ἀσώματα] Haec verba ſumta ſunt ex *Platonis Politico p.* 182. *Opp.* Plura ejus generis hinc & inde apud eum reperias. Id vero relinquitur expediendum, an ἀσώματα *Platonis* ejusdem ſint generis, atque illa, quae recentiores ſic nominarunt philoſophi.

(*v*) *Neque ego*] Legitur haec fabella *Lib.* VII. *de Republica ſub initium p.* 483. Vis certe ejus eſt, monere homines, dies noſtros multa ſub nocte latere, ideoque adſcendendum eſſe animo ad res praeſtantiores illis, quae hic cernuntur, ad forma-

Digitized by Google

quos corpora fundunt inter ſe lucemque iſtam collocata, aut reſiliens audiunt eorum ſonorum echo, tum ab umbris, quas cernunt, haec omnia nil dubitant proficiſci. Hoc ego totum, uti dixi, commentum eorum eſſe arbitror ſimulacrum, qui, ſi a corporibus diſceſſeris, re vera negant exſiſtere aliquid in orbe terrarum, corporibusque, quae fiunt & eveniunt, univerſa tribuunt. Ex quo fit, ut ſenſum, rationem & intelligentiam nil eſſe ſaepenumero pugnent, quam ſanguinis cerebrique noſtri commotiones.

§. XX. Si vellem, *Platoni* ſtatim *Ariſtotelem* ſocium adjungere, atque demonſtrare poſſem, hac quidem in re nihil eſſe inter illos controverſiae. (x) Certe *Ariſtoteles* diſerte fatetur, eſſe ἄλλην οὐσίαν παρὰ τὰ αἰσθητὰ, *aliam eſſentiam, praeter ea, quae ſenſus feriunt*, οὐσίαν χωριστὴν καὶ κεχωρισμένην τῶν αἰσθητῶν, *ſubſtantiam, quae a rebus in ſenſus incurrentibus & ſeparari queat, & reapſe ſeparata ſit*, ἀκίνητον οὐσίαν, *naturam ſeu eſſentiam immobilem*, (nec generationi nec corruptioni obnoxiam:) addit, ejus cauſſa Deum quaeri: quin etiam talem affirmat eſſe naturam, ἣν μηδενὸς πάντῃ διάστημα ἔχειν, ἀλλὰ ἀμερῆ καὶ ἀδιαίρετον εἶναι, *quae nullam omnino magnitudinem habeat, ſed individua ſit & impartibilis.* (y) *Zenonem* praeterea reprehendit, non Stoicum illum, qui recentior eſt *Ariſtotele*, ſed antiquiorem hujus nominis philoſophum, 26
quod Deum eſſe putaverit corporeum. En ipſa ejus verba: λύπει γὰρ σῶμα λέγειν εἶναι τὸν Θεὸν, εἴτε ἦν τόδε τὸ πᾶν, εἴτε ὅ, τι δήποτε αὐτὸς λέγων. ἀσώματος γὰρ ὢν πῶς ἂν σφαιροειδὴς εἴη; ὅπως ἔτως ἔτ' ἂν κινοῖτο, ἔτ' ἂν ἡρεμοῖ, μηδαμῶς τε ὤν. ἐπεὶ ἦν σῶμά ἐστι, τί ἂν αὐτὸ κωλύοι κινεῖσθαι; *Zeno enim corpus Deum eſſe ſtatuit, ſive univerſum hoc, ſive aliud quoddam ita appellet. Nam ſi eſſet incorporeus Deus, quomodo globoſus eſſe poſſet? Ita quidem ſane, quum nullo in loco eſſet, neque moveretur, neque quieſceret. At ſi corpus eſt, quin moveatur, ſicut dictum eſt, nihil prohibet.* Quae quidem aliaque principis Peripateticorum effata ſatis ſuperque docent, res corporis expertes & omnis concretionis neſcias viſas ipſi fuiſſe nil eminentis & ſolidi habere, atque, iſta ratione ſpectatas, ad ſpatium aliquod nullo referri modo poſſe. Verum haec res infra copioſius explicabitur. Certe viros non ignoro eruditos eſſe, qui *Ariſtotelem Zenoni* ſe-

marum nimirum aeternarum ipſiusque Dei contemplationem.

(x) *Certe Ariſtoteles*] Varii ſunt in *Libris Metaphyſicorum Ariſtotelis*, in primis *Lib.* XIV. loci, ex quibus has voces, quippe quibus ſaepe philoſophus utitur, haurire *Cudworthus* potuit. In hoc enim *Libro* XIV. ad id magna cura incumbit *Ariſtoteles*, ut, praeter ea, quae in ſenſus incurrunt, τὰ αἰσθητὰ, aliam eſſe immobilem & ſupra omnia, quae videntur, poſitam naturam eſſe doceat: cujus quidem naturae ſcientiam *Metaphyſicam* eſſe vult, ſeu *primam philoſophiam.* Perſpicuum tamen eſſe arbitror, hunc in primis locum ob oculos habuiſſe *Cudworthum* ex *Libro Metaphyſ.* XIV. *Cap.* 7. p. 480. *T.* IV. *Opp.* Ὅτι μὲν οὖν ἔστιν οὐσία τις ἀϊδιὸς καὶ ἀκίνητος καὶ κεχωρισμένη τῶν αἰσθητῶν, φανερὸν ἐκ τῶν εἰρημένων. ἀδύνατον δὲ, καὶ ὅτι μεγέθους οὐδενὸς οἷόν τε εἶναι τοιαύτην οὐσίαν, ἀλλὰ ἀμερὴς καὶ ἀδιαίρετός ἐστι. *Quod itaque eſt quaedam aeterna immobilisque ſubſtantia, & a ſenſibilibus ſeparata, conſtat ex dictis. Oſtenſum autem eſt, quod nec ullam magnitudinem poſſibile eſt hanc ſubſtantiam habere, verum impartibilis indiviſibilisque eſt.* Conferre quoque juvabit eumdem philoſophum *Phyſicor. Lib.* VIII. *Cap.* 15. *p.* 660. *T.* I. *Opp.* quo primum motorem partibus & magnitudine carere dedita opera diſputat. Quae ceterum de conſenſione *Ariſtotelis & Platonis* hac in re perhibet *Cudworthus*, ea in univerſum tantum ita eſſe accipienda, ut utrique credatur ἀσώματόν τι aliquid conceſſiſſe, ex iis liquet, quae de *Platone* diximus. Alioquin enim, id quod in vulgus notum eſt, a formis *Platonis* & rebus, quas τὰ εἴδη vocavit, vehementer abhorruit *Ariſtoteles.*

(y) *Zenonem praeterea*] Hic *Zeno* ille eſt, cui cognomen *Eleates*, de quo *Diogenes Laertius Lib.* IX. & alii. Locus hic *Ariſtotelis* legitur *Libro* ejus *de Zenone, Xenophane & Gorgia Cap.* 4. *p.* 811. *T.* II. *Opp.* Verſionem aliquot locis clariorem reddidi.

feciſſe injuriam ſuſpicantur, quippe quem non alio ſenſu Deum *ſphaeram* aut globum appellaſſe volunt, quam eo, quo *Parmenides* id fecit (*z*) notiſſimo verſu hoc:

Πάντοθεν εὐκύκλου σφαίρης ἐναλίγκιον ὄγκῳ.

Hoc vero verſu *Parmenidem* divinam aeternitatem deſcripſiſſe cenſent. Quidquid id eſt, hoc tamen ex illis, quae modo attulimus, apparet, ex *Ariſtotelis* ſenſu Deum eſſe ἀσώματον, naturam corpore deſtitutam & ab univerſitate hac diſtinctam.

§. XXI. *Epicurus* quum hanc inter homines verſari doctrinam intelligeret, eſſe νόησιν quamdam ἀσώματον, *naturam corpore carentem*, ex eoque rerum ordine cum animos hominum, tum maxime Deum eſſe, dogmatisque hujus praecipuum ſtatorem non ignoraret *Platonem* eſſe, omnes intendit ingenii nervos, ut eam funditus everteret. Sic autem accepimus hominem aliquando ratiocinatum eſſe: (*a*) *Quod vero ſine corpore ullo Deum vult eſſe (Plato,) ut Graeci dicunt, ἀσώματον, id quale eſſe poſſit, intelligi non poteſt: careat enim ſenſu, neceſſe eſt, careat etiam prudentia, careat voluptate: quae omnia una cum Deorum notione comprehendimus.* Contra animorum item ſimplicitatem hac ratione diſputaſſe fertur: (*b*) Οἱ λέγοντες ἀσώματον τὴν ψυχὴν ματαιάζουσι, κ. τ. λ. *Qui incorpoream dicunt eſſe animam, deſipiunt. Nihil enim aut facere poſſet, aut pati, ſi eſſet hujusmodi. Non poſſet in ullam rem aliam agere, quoniam nihil tangere poſſet: neque viciſſim apta eſſet ad perferendum aliquid, eo quod a nulla re alia poſſet attingi. Contra ſimilis ea eſſet vacui ſeu inanis ſpatii, quod nec facere aliquid nec pati poteſt, ſed motum tantum per ſe corporibus praebet.* Vel ex hac elucet diſputatione, vixiſſe, antequam *Epicurus* eſſet, philoſophos quosdam, qui doctrinae de rebus corpore abſtractis ſtabiliendae multum operae dederint.

§. XXII. Verum a *Platone* & *Ariſtotele* primum eſſe dogma hoc profectum, neminem ſibi temere perſuadere velim. Nihil enim, quam hoc, certius eſt, univer-

(*z*) *Notiſſimo verſu hoc*] Exſtat hic verſus apud *Ariſtotelem* in *Libro laud. Cap.* 4. *p.* 843. *T.* II. *Opp. Platonem* in *Sophiſta*, & veterum alios. Dignus vero eſt, qui legatur in eum, *Renat. Vallimus Notis in Boëthium de conſolat. philoſ. p.* 69.

(*a*) *Quod vero*] Haec *Velleji*, Epicurei, aut potius *Ciceronis* verba ſunt ex *Lib.* I. *de natura Deor. Cap.* 12. *p.* 2897. *T.* IX. *Opp. Cudworthus* non ipſum hunc locum affert, ſed liberiori oratione Anglica argumentum, quod in his latet verbis, enarrat. Ego vero, quum intelligerem, ex *Cicerone*, quae diceret, hauſta eſſe, ipſis *Ciceronis* verbis utendum eſſe duxi.

(*b*) Οἱ λέγοντες] Haec, quod ad ſententiam ipſam, ex *Diogene Laërtio* depromta ſunt. *Lib.* X. *Segm.* 67. 68. *p.* 630. Verba vero *Diogenis* aliter ſeſe habent, quae *Cudworthо* placuit longiori oratione, quam Latine reddidi, explicare & interpretari. En, quomodo *Laërtius* loquatur: Τὸ Ν ἀρὲ ὅτι κοιτόν, ὅτι παθεῖν δύναται, ἀλλα κίνησιν μὲν δ' ἴδιον τοῦ σώματος παρέχεται. ἀΦ' οὗ λέγοντες ἀσώματον εἶναι τὴν ψυχὴν, μωραίνουσιν. εἶδεν γὰρ ἂν ἰδίον ἔργον ποιεῖν, εἴτε πάσχειν, εἰ ἦν τοιαύτη.

(*c*) *Deo vero qui corpus*] Haec in *Hobbeſium* eſſe dicta, qui negavit, ſcire ſe, quid ſit Deus corporis expers, apertum eſt. Vid. *Hobbeſii Leviathan Cap.* 12. *p.* 56. *Cap.* 34. *p.* 184. & in *Appendice p.* 345. 360. Ad eundem *Hobbeſium* extrema hujus membri verba pertinent.

(*d*) *At illum*] *Pherecyden Syrium Pythagorae* magiſtrum fuiſſe, *Diogenes Laërtius*, *Cicero*, *Jamblichus*, *Porphyrius*, & alii veterum memoriae prodiderunt. At qui ſcriptum reliquerit, quod hic *Cudworthus* refert, *Pherecydis* diſputationibus de animorum perennitate *Pythagoram* adductum fuiſſe, ut vitae genus mutaret, neminem ego unum novi, praeter *Auguſtinum Cap.* 137. *p.* 308. *T.* II. *Opp.* cui num credendum ſit valde dubium eſt.

(*e*) *Inquit Cicero*] *Tuſculanar. Quaeſtion. Lib.* I. *Cap.* 16. *p.* 2586. *T.* VIII. *Opp.*

(*f*) *Thales in epiſtola*] Hanc *Diogenes Laërtius* ſer-

verſum eorum agmen, qui perennes eſſe animos hominum cenſuerunt, Deumque cum a ſpectabili hac univerſitate diſtinctum eſſe, tum totam naturam, omnesque ejus partes condidiſſe profeſſi ſunt, naturas etiam corporis omnis expertes credidiſſe. Promtum ſcilicet cuivis intelligenti ac propoſitum eſt, fieri non poſſe, ut anima, corporea natura praedita, perennis & immortalis ſit, quoniam partes ejus, quod corpore conſtat, divelli poſſunt & ſeparari. (*c*) Deo vero qui corpus attribuit, is, ſi modo Deum omnino eſſe credit, aut totam eum hanc eſſe univerſitatem corpoream, aut vero partem ejus quamdam, conſtituat, neceſſe eſt. Quorum quidem neutrum ſi pro Deo poteſt haberi, relinquitur, ut natura putetur ab omni corporea concretione libera. Jam haec duo, quae paullo ante diximus, non 27
a *Platone* primum excogitata eſſe, ſed diu ante a quam plurimis philoſophis tradita, extra controverſiam poſitum eſt. *Pherecydes Syrus* & *Thales* ex vetuſtiſſimis ſunt Graecorum ſapientibus. (*d*) At illum diſputationibus, quas inſtituit, de perennitate animorum *Pythagoram* a ſuſcepto vitae curſu ad philoſophiae traxiſſe ſtudia, vetus ſermo eſt. *Pherecydes Syrus*, (*e*) inquit *Cicero*, *primus dixit*, *animos hominum eſſe ſempiternos.* (*f*) *Thales* etiam in *epiſtola*, quam ad eum ſcripſit, hoc quidem ſumma ejus in laude ponit, quod princeps ſcriptis Graecos rerum divinarum cognitione imbuere tentaverit. Hic ipſe vero *Thales*, quem ſectae Ionicae inter philoſophos caput eſſe, quemadmodum *Pythagoras* Italicae, conſtat, a ſcriptore *Libelli* (*g*) *de placitis philoſophorum* cum *Platone* & *Pythagora* his verbis ſociatur: Οὗτοι πάντες οἱ παρεισαχθέντες ἀσώματον ἢ ψυχὴν ἀγνοοῦσιν, φύσει λέγοντες αὐτοκίνητον καὶ οὐσίαν νοητήν. *Omnes hi, quos nominavi, corporis expertem animam ſtatuunt, natura ſemet ipſam moventem, & ſubſtantiam intelligibilem.* Quodſi animam putavit *Thales* corpore carere, multo magis oportuit eum ſupremo Numini eamdem attribuere dignitatem. *Aquam*, (*h*) inquit *Cicero*, *dixit Thales eſſe initium rerum*, *Deum autem eam mentem*, *quae ex aqua cuncta fingeret.* Genere ſcilicet quum Phoenix *Thales* fuerit, probabile eſt, eum ▪ civibus ſuis haec duo rerum principia, *aquam divinamque mentem*, aquas commoventem, tradita accepiſſe. Meminit utriusque hujus principii (*i*) *Sanchoniathonis*

ſervavit *Lib.* I. *Segm.* 43. *p.* 25. Exordium ejus, quod in animo ſine dubio vir doctus habuit, hoc eſt: Πυθόμενος δὲ πρῶτον Ἴωνα μᾶλλον λόγους ἀνοῖξαι περὶ θείων χρημάτων εἰς τοὺς Ἕλληνας ἐκφῆναι. *Audio vero, primum Ionum de divinis rebus apud Graecos quaedam editurum.* Non deſunt autem viri docti, qui cum *Huetio demonſtrat. euangel. Prop.* IV. §. 5. *p.* 87. hanc epiſtolam ſuſpicantur notham eſſe.

(*f*) *De placitis*] *Lib.* IV. *Cap.* 3. *p.* 908. *Xylander* poſtrema loci verba non nimis apte & commode reddidit: *Naturam ei tribuentes, quae moveatur a ſe ipſa, & mente ſit inſtructa.*

(*h*) *Inquit Cicero*] *De natura Deor. Lib.* I. *Cap.* 10. *p.* 2894. *T.* IX. *Opp.* Vid. infra de *Thaletis* ſententia de Deo *Cap.* 3. §. 20.

(*i*) *Sanchoniathon*] Apud *Euſebium de praepar. euangelica Lib.* II. *C.* 10. *p.* 33. Si modo hic *Sanchoniathon* ſcriptor antiquus eſt & alicujus auctoritatis, quod, praeter *Henr. Dodwellum*, multos eruditione & ingenio praeſtantes viros hodie negare, conſtat. Neque tamen, ſi *Sanchoniathon* is eſſet, quem eum eſſe cupit vir eximius, facile doctrina ejus cum *Thaletis* ſententia componi poſſet. Etenim *Sanchoniathon* non aquam, quemadmodum *Thales*, ſed ἀέρα ζοφώδη καὶ πνευματώδη, *aërem tenebricoſum ac ſpiritu foetum*, rerum omnium eſſe vult ex Phoenicum ſententia principium. Πνεῦμα vero ejus haud dubie nihil eſt, quam vis neſcio quae effectrix, at cognitione deſtituta, & per totam rudis materiae molem fuſa. Sed apertum eſt ex ipſis *Cudworthi* verbis, legi hic ab eo veſtigia, & ſententias proponi *Hugonis Grotii* in *Notis ad Librum de veritate religionis Chriſt. Lib.* I. §. 16. *p.* 29. qui totus in eo eſt, ut *Sanchoniathonem*, *Pherecyden*, *Thaletem*, & alios veteres de ortu mundi & rerum principiis eadem, quae divinus ſcriptor, *Moſes*, ſentiſſe doceat, eademque de voce רוּחַ, quae hic noſter, obſervat. Mihi vero perſuaſum eſt, *Moſis*, *Thaletis* & *Sanchoniathonis* diſciplinas tanto intervallo diſtare, ut fruſtra conſumant operam, qui concordiam earum tentant.

Digitized by Google

niathon, Phoenicum explicans de rebus divinis placita: illius quidem his vocibus: Χάος ζοφερὸν, ἐρεβῶδες, *chaos turbidum ac tenebricoſum*; hujus vero hac loquutione: Ἠράσθη τὸ πνεῦμα τῶν ἰδίων ἀρχῶν. *Mens amore erga ſua accenſa erat principia.* Forte poteſtatem vocis Hebraeae *Merachephet* hoc pacto expreſſit. Utraque vero haec loquendi formula docet, placuiſſe Phoenicibus, exſiſtere divinam mentem, quae foecunditatem rebus omnibus dederit, operaque, quibus rerum natura conſtat, finxerit ac perfecerit, vel etiam fictricem quamdam naturam, divinae illius mentis imperio ſubjectam. (*k*) *Zeno*, quem pariter Phoenicem fuiſſe, memoriae proditum eſt, *Heſiodi* chaos aquam eſſe docuit: coelum vero ſpectabile, non ſecus ac terram, ex aqua conflatum eſſe, ipſe ſacer codex, ſi qua fides optimis eſſe debet
28 interpretibus, ſtatuit 2 *Petr.* III: 5. Ceterum aquam illam multis certum quoddam atomorum confuſe commotarum chaos viſam eſſe, ſuſpicor. Utcumque eſt, perinde nobis hoc in loco eſt, (*l*) utrum *Thales* corpusculis individuis faverit, nec ne, quum id exploratum habeamus, eum non modo mentium immortalitatem docuiſſe, verum etiam Deum ab orbe corporeo prorſus ſejunctum voluiſſe.

Accedo ad *Pythagoram*. Hunc individuorum corpusculorum cuſtodem fuiſſe, ſuperius a nobis demonſtratum eſt: aeque vero certum eſt, mentes ipſi ab omni materia liberas eſſe viſas. Animos certe eum negaſſe exſtingui poſſe, id vel ex eo intelligitur, quod eos ante corpora exſtitiſſe, ac de corporibus in alia migrare corpora, docuit: pro immortalitate vero qui militat mentium, is eas etiam nil affirmare debet materiae habere. Deum porro *Pythagoram* cenſuiſſe prorſus ſejunctum eſſe ab hac, quam cernimus, mole corporea, (*m*) nemo unus umquam in dubium revocavit. Quodſi tamen ſunt, qui hoc ſibi cupiunt probari, illis melius fortaſſis conſuli non poterit, quum nihil ab eo ſcriptum exſtet, quam ſi cogitare jubeantur, principem fuiſſe *Pythagoram*, qui celeberrimam de tribus in divinitate perſonis doctrinam inter Graecos propagaverit.

(*n*) Neminem praeterit, *Platonem* cum diſcipulis τρεῖς ἀρχικὰς ὑποστάσεις, *tres in Deo hypoſtaſes, quae rerum omnium initia fuerint*, conſtituiſſe: quamquam nihil eſt, cur arbitretur aliquis, inter has & Chriſtianorum tres in Deo perſonas nil intereſſe dif-

(*k*) *Zeno, quem pariter*] Niſi me fallunt omnia, haec *Hugonis Grotii* verba *Notis ad Lib.* I. *de veritate relig. Chriſt.* §. 16. *p.* 30. 31. ante oculos habuit poſita *Cudworthus*, quum haec in litteras referret: *Apollonius Argonauticor.* IV. (*vſ.* 676. *ſ.*) ἐξ ἰλύος ἰάλεντο χθὼν αὐτή, *edita limo terra fuit*: ubi Scholiaſtes: Ζήνων τὸ παρ' Ἡσιόδῳ χάος ὕδωρ εἶναί φησιν. - - - *Zeno chaos illud apud Heſiodum aquam eſſe dicebat.* - - - *Nota autem, Zenonem fuiſſe e Phoenicibus, quorum colonia Citium, unde omnes transmarini* כתים *Hebraeis.* Scripſit ceterum hic *Zeno* librum commentarium in *Heſiodi Theogoniam.* Vid. *Jo. Alb. Fabricii Biblioth. Graecae Lib.* III. C. 15. *p.* 413. De *Petri* loco, quem mox laudat, *Grotius* ſimiliter legi debet in *Commentariis.* Sunt, qui illum multo aliter interpretantur, doctiſſimi viri. Sed haec nunc tangere, inſtitutum vetat. Lege interim, quae *Jo. Alb. Fabricius* ſcripſit *Notis ad Sextum Empiricum p.* 594.

(*l*) *Utrum Thales*] Qui tot veteres atomis faviſſe perſuadere nobis ſtuduit, vir egregius non ſine veritatis ſpecie in hunc numerum *Thaletem* quoque referre potuiſſet, de cujus diſcipulis ita *Plutarchus de placitis philoſ. Lib.* I. *C.* 16. *p.* 883. Οἱ ἀπὸ Θάλεω καὶ Πυθαγόρου παθητὰ σώματα καὶ τρωτὰ τὰς ἄτομους, ἃ τοῖς ἀτόμοις ἢ τὰ ἄτομα ἴσασι, καὶ μὴ τοῖς ἄτομοις εἶναι τὸν τόμον. *Thaletis & Pythagorae ſectatores negant, in infinitum progredi ſectionem eorum corporum, quae paſſibus ſunt obnoxia, ſed ſubſiſtere in iis, quae individua ſunt & atomi vocantur.*

(*m*) *Nemo unus*] Non recordabatur vir doctus *Ciceronis*, qui *de natura Deor. Lib.* I. *C.* 11. *p.* 2895. *Pythagorae* tradidit *Deum* viſum eſſe *animum per naturam rerum omnem intentum & commeantem.* Qui quidem locus recentiores quosdam, & in his *Jacobum Basnagium Hiſtoire des Juifs, Liv.* III. *Cap.* 20. *p.* 537. adduxit, ut *Pythagoram* eorumdem arguerent flagitiorum, quorum recte *Spinoſa* inſimulatur. Nec in mentem ipſi veniebat *Theophili Antioch.* qui *Lib.* III. *ad Autolycum Cap.* 5. *p.* 290.

differentiae. Atqui ipſemet nos *Plato* luculenter docet, a ſe primum hoc dogma inventum eſſe. Clarius *Plotinus* παλαιὰν illud eſſe δόξαν, *vetuſtam opinionem*, *Platone* antiquiorem, & a Pythagoraeis nonnullis traditam, ſignificat. Quamobrem nil dubito, quin ad portenta illa Pythagoraea referri ea debeant, quae *Xenophon* obſcure *Platonem* arripuiſſe arguit, ac cum *Socratis* placitis ita conjunxiſſe, ut diſciplinae Socraticae caſtitatem & ſimplicitatem corruperit penitus & contaminaverit. Haud ego quidem putaverim, fieri non poſſe, ut illi, qui, praeter corpora, nil eſſe cenſent, Deum nihilo tamen minus eſſe fateantur. At quemquam hujus generis, quod cuncta concludit corporibus, Trinitatem in Deo aliquam poſuiſſe, id vero ut credam, numquam a me impetravero, niſi forte talem ſibi Deum aliquis finxerit, qualem ego nunc quidem commemorare nolo.

§. XXIII. *Parmenidem*, qui *Pythagoram* pariter affectatus eſt, Deum ſtatuiſſe ab hac univerſitate corporea plane ſecretum, (*o*) ex *Platone* conſtat. *Plotinus* vero auctor eſt, eumdem tribus divinitatem hypoſtaſibus contineri judicaſſe. (*p*) Acrem praeterea inter antiquiores philoſophos, qui *Platonem* aetate ſuperant, dimicationem viguiſſe accepimus, an res omnes fluant & mutentur perpetuo, an vero quaedam fixae ſint & ſtabiles. Illud *Heraclitus*, praeter alios, & *Cratylus* docebant; 29
iſtud in primis *Parmenides* & *Meliſſus*, qui ἀκίνητόν quamdam φύσιν, *naturam quamdam nullo modo mutabilem*, id eſt, mentem aeternam, veritates item aeternas, nec ulli mutationi ſubjectas eſſe, ſentiebant. Prioris generis aſſectatores negabant eſſe aliquid, praeter ea, quae ſenſu percipimus: atque, hac ipſa quidem ſententia duce, huc erant delati, ut res omnes aeterno quodam motu agitari ducerent: nec tamen, qui ſic docebant, omnes Deum tollebant. Ab altera vero qui ſtabant opinione, horum nemo erat, quin res ſimplices & corpore carentes, ipſumque Deum profiteretur. Is nimirum, qui naturas a corpore omni ſecretas affirmat, Deum quoque, niſi rationi velit repugnare, aſſeveret, neceſſe eſt.

Memini, me, quum ſupra de illis agerem, qui ex atomis philoſophati ſunt, ſigillatim *Parmenidis* nullam mentionem facere. (*q*) Verum vel ex eo apertum opinor

290. *ed. Wolfianae Pythagoram* affirmaſſe perhibet, Deum & φύσιν, ſeu *naturam* non diſſerre. Sed purgare ſtuduit memoriam *Pythagorae Thom. Reineſius variar. lection. Lib.* III. *p.* 441. a cujus opinione non multum abit *Jo. Franc. Buddeus Theſibus de Atheismo Cap.* I. *p.* 57. 58. ut multos praetermittam alios. Multo certe probabilius eſt, *Pythagoram* credidiſſe Deum, quam rejeciſſe. Sed haec alias.

(*n*) *Neminem praeterit*] Cum de Trinitate divina, quam *Cudworthus* & *Pythagoram* & *Platonem* ſuis inculcaſſe arbitratur, infra *Cap.* 4. fuſe & dedita opera nobis agendum ſit, quae hic afferuntur de ea, intacta dimittenda eſſe cenſui. Ipſum vero argumentum, quo *Pythagorae* ſuccurrit *Cudworthus*, ne Deum forte credant aliqui corporeum ab eo cultum eſſe, non nimis mihi videtur eſſe validum: *Pythagoras in Deo tres eſſe perſonas putavit. Igitur divina ipſi natura corporis expers fuit habita.* Etenim inter ipſos Chriſtianos, qui de tribus in Deo perſonis minime dubitarunt, fuiſſe multos, ex hiſtoria ſacra notum eſt, qui nihilo tamen minus trinum illum Deum corporeum eſſe ducerent. Memoria itaque doctiſſimum virum fefellit, quum poſtrema membri hujus verba exararet, quibus neminem ſic umquam conſuiſſe aſſeverat.

(*o*) *Ex Platone conſtat*] Non dubito, quin ea hic teſtetur, quae *Parmenides* a *Platone* diſſeruiſſe fingitur in *Sermone* illo, quem *Parmenides* inſcripſit. Reducetur infra *Cap.* 4. *Parmenides* in ſcenam; itaque hic de ejus opinionibus ſilco.

(*p*) *Acrem praeterea*] De tota hac lite *Plato* nusquam exponit uberius & copioſius, quam in *Theaeteto p.* 130. 131. Neque alium certe indicare *Cudworthus* locum voluit, quam hunc.

(*q*) *Verum vel ex eo*] Si, quod tamen, an ita ſese habeat, neſcio, *Parmenides* praeceptum illud tenuit, quod hic tenuiſſe dicitur, haud tamen inde ſtatim conficias, talia ipſum corpuſcula & atomos, quales *Democritus* & *Epicurus*, induxiſſe.

Digitized by Google

nor eſſe, omnino eum huic adſcribendum eſſe familiae, quod praeceptum iſtud, quo totam contineri philoſophiae hujus rationem & ſalutem inferius demonſtrabimus, acriter tutatus eſt: Οὐδὲν ἔστι γίνεσθαι ἢ φθείρεσθαι τῶν ὄντων. *Nihil eorum, quae vere exſiſtunt, vel generari proprie, vel corrumpi.*

§. XXIV. Ad *Empedoclem* quod attinet, licet ea, quae ſupra diſputavimus, neminem dubitare ſinant, ad eamdem phyſicorum claſſem eum pertinere, ad quam modo *Parmenidem* retulimus; id tamen non aeque certum & exploratum eſſe videtur, Deum ab eo non eſſe ſublatum, nec res corpore vacuas & ſimplices e natura rerum demtas. *Ariſtoteles* enim nonnulla conjicit in memoriam hominis, quae hic nobis difficultates pariunt. Primum docuiſſe eum refert, (*r*) cognitionem & ſcientiam ſenſus quoddam genus eſſe: quod quidem dogma cum eorum conjunctum eſt ſententia, qui, praeter corpora, nihil volunt exſiſtere. (*s*) Deinde animum tradit eum ex quatuor conflatum putaſſe elementis, eumdemque res corporeas cognoſcere particularum, quas intra ſe foveat, auxilio, rebus iſtis corporeis ſimilium, ignem, verbi cauſſa, per ignem, terram per terram ab anima percipi atque ſentiri. (*t*) Poſtremo caſui ab eo nimium tributum eſſe memorat, eo quod membra animalium dixerit temere ac fortuito formam, quam habent, nacta eſſe, atque cer-

Nam & is, qui qualitates ineſſe putat atomis, ita commode de generatione ſentire poteſt.

(*r*) *Cognitionem & ſcientiam*] Si *Empedocles* animum ex quatuor rerum principiis concretum eſſe putavit, nec aliter res extra ſe poſitas percipere, quam particularum, ex quibus conſtitat, beneficio, hoc etiam ipſum judicaſſe oportet, cognitionem & perceptionem animorum nihil eſſe, niti ſenſum. Quoties igitur *Ariſtoteles* illam ipſi ſententiam attribuit, id quod non uno facit in loco, toties hanc etiam ipſi opinionem exprobrat. Sed veri tamen eſt ſimillimum, hunc in primis *Ariſtotelis* locum ſpectatum hic eſſe a *Cudworthio*, qui *de anima Lib.* III. *Cap.* 3. *p.* 45. *T.* II. *Opp.* legitur: Καὶ οἵ γε ἀρχαῖοι τὸ φρονεῖν καὶ τὸ αἰσθάνεσθαι ταυτὸν εἶναί φασιν, ὥσπερ καὶ Ἐμπεδοκλῆς εἴρηκε·

Πρὸς παρέον γὰρ μῆτις ἀέξεται ἀνθρώποισι.

καὶ ἐν ἄλλοις·

——— ——— ——— Ὅθι περφέρει ἀεὶ
Καὶ τὸ φρονεῖν ἀλλοῖον πεφύκασι.

Nempe veteres idem eſſe inquiunt cognoſcere ac ſentire: ſicut & Empedocles ait:

Ad praeſens enim ſapientia augetur hominibus.

Et alibi:

——— ——— ——— *Unde ipſis ſemper*
Etiam prudentis munere fungi varia exhibet.

Empedocli Homerum jungit *Ariſtoteles*, quem eidem deditum eſſe vult opinioni: quo jure, nunc non inquiro. Tum haec ſubjicit: Πάντες γὰρ ἔοικε τὸ νοεῖν σωματικὸν, ὥσπερ καὶ τὸ αἰσθάνεσθαι, ὑπολαμβάνουσι, καὶ αἰσθάνεσθαί τε καὶ φρονεῖν τῷ ὁμοίῳ τὸ ὅμοιον. *Hi omnes enim exiſtimant, intelligere eſſe corporeum, ut & ſentire, ac quemque ſimile ſimili ſentire & percipere.* Patet ex his, non ſoli hoc vitio dare *Empedocli Ariſtotelem*, ſed omnibus univerſe antiquis naturae exploratoribus.

(*s*) *Deinde animum*] Hoc *Ariſtoteles*, productis ipſis *Empedoclis* verſibus, in eo vituperat *de anima Lib.* I. *Cap.* 2. *p.* 5. *T.* II. *Opp.* Nec alii apud eum loci deſunt, quibus ejusdem meminit dogmatis.

(*t*) *Poſtremo caſui*] *Ariſtoteles de partibus animalium Lib.* I. *Cap.* 1. *p.* 470. *T.* II. *Opp.* Ἐμπεδοκλῆς σὺν ἐνίοις εἴρηκε, λέγων, ὑπάρχειν πολλὰ τοῖς ζῴοις διὰ τὸ συμπεσεῖν ὅτως ἐν τῇ γενέσει. *Empedocles perperam docuit, pleraque in animalibus ita eſſe conſtituta, quoniam, quum gignerentur, caſus ita id tulerit.* Idem *Phyſicor. Lib.* II. *Cap.* 4. *p.* 470. *Tom.* I. *Opp.* *Empedoclem* multa caſui & fortunae dediſſe, graviter fert, idque hoc ejus verſu probat;

Ὡς ὅτυ συνέκυρσε θέειν τότε, πολλάκι δ' ἄλλως.

Saepe alias aliter, ſed tum ſic forte cucurrit.

Animalium autem monſtris ſimilium, quae *Empedocles* ex terra primum prodiiſſe, at brevi rurſus interiiſſe ſibi perſuaſit, variis in locis mentionem facit. Sufficiet unum adduxiſſe ex *Phyſicor. Lib.* II. *Cap.* 8. *p.* 475. Ὅσα δὲ μὴ ἐτύχησε, ἀπώλετο καὶ ἀπόλλυται, καθάπερ Ἐμπεδοκλῆς λέγει τὰ βουγενῆ καὶ ἀνδρόπρω-

Digitized by

certa quaedam animantia utriusque ſexus primum fortuito fuiſſe producta, quae fuerint βουγενῆ καὶ ἀνδρόπρωρα, *ante viri, retroque bovis forma*, paulloque poſt interierint. Multum certe in his eſſe videtur virtutis ad hanc nobis ſuſpicionem commovendam, nihilo melius & ſapientius *Empedoclem*, quam *Democritus*, de Deo & rebus divinis ſenſiſſe. 30

Verum bene habet: non deſunt, quibus cunctas haſce criminationes diluamus. Primam earum hoc quidem infringit, quod nonnulli alii, quibus etiam *Empedoclis* carmina lecta ſunt, longe ſecus, atque *Ariſtoteles*, ſententiam ejus ceperunt, ſcriptumque reliquerunt, *Empedoclem* non in ſenſu, ſed in ratione veritatis notam poſuiſſe. (v) Sic certe docet *Empiricus*: Ἄλλοι δέ φασιν, οἱ λέγοντες καὶ τὸ Ἐμπεδοκλέα κριτήριον εἶναι τῆς ἀληθείας ἐκ τῆς αἰσθήσεως, ἀπὸ τοῦ ὀρθοῦ λόγου· ἔστι δὲ ὀρθοῦ λόγου τὸ μὲν τι θεῖον ὑπάρχειν, τὸ δὲ ἀνθρώπινον· ὧν τὸ μὲν θεῖον ἀνέξιχνον εἶναι, τὸ δὲ ἀνθρώπινον ἐξιχνεύσιμον. *Alii autem fuere, qui dicerent ex ſententia Empedoclis, non a ſenſibus, ſed a recta ratione judicari veritatem. Rectam autem rationem partim eſſe divinam, partim humanam: ex quibus divinam quidem non poſſe proferri, humanam autem poſſe.* Ad quam confirmandam ſententiam ex ipſis, quae reſtant adhuc, carminum *Empedoclis* fragmentis loci quidam proferri queunt, quorum hic unum tantummodo in medio ponemus:

Tuum

pe. *Quae vero non ita facta ſunt, periere & pereunt, quemadmodum Empedocles periiſſe ait bovigena & androprora.* Adde *l. c. p.* 477.

(v) *Sic certe Empiricus*] Legitur hic locus *Lib.* VII. *contra Mathemat.* §. 122. *p.* 396. Qui paullo poſt affertur, *Empedoclis* verſus apud eumdem *Sextum* una cum aliis ejus generis exſtat *l. c.* §. 125. *p.* 347. Mihi vero, ut, quod res eſt, dicam, in his minus eſſe virtutis ad *Empedoclem* ab *Ariſtotelis* accuſatione liberandum videtur, atque *Cudworthus* cenſet. Mittam, *Chalcidium* idem, quod *Ariſtoteles*, ei attribuiſſe, quippe qui: *Plerique*, inquit, *ſola opinati ſunt eſſe ſenſilia, ut Empedocles*, *Comm. in Timaeum Platonis C.* 348. *p.* 405. Id vero monebo, ea, quae de modo, quo percipit animus, decrevit, extra omnem controverſiam ponere, cognitionem & intelligentiam pro ſenſus genere ab eo eſſe habitam. Ita vero eum de perceptione animi reapſe ſenſiſſe, uti ab *Ariſtotele* ſentiſſe dicitur, paullo poſt patebit. Neque *Sexti* locus tantum valet apud me, ut aliam mentis ejus interpretationem quaeram. Nam (I.) *Sextus* hoc tantum dicit, eſſe quosdam, qui *Empedoclis* ſententiam hanc fuiſſe dicant: alii igitur aliter ſentiebant. (II.) Eſto vero, rem ita ſeſe habere, atque *Empedoclem* ſenſuum teſtimonio parum dediſſe, notam autem veritatis in ratione collocaſſe: neſcio tamen, an hinc conſequatur, cognitionem & intelligentiam viſam ipſi fuiſſe a ſenſu diſcrepare. Si qua enim mihi vis judicandi inest, nil impedit, ne is, qui intelligere & ſentire unum idemque cenſet, in anima tamen vim quamdam eſſe poſitam exiſtimet res perceptas & animo receptas dijudicandi. Exempla quis requirit? Bina dabo: alterum ex veteri memoria, ex recentiori alterum. *Tertullianum* id credidiſſe, quod *Ariſtoteles Empedoclem* affirmat ſtatuiſſe, ex his ejus apparet verbis: *Quid erit ſenſus, niſi ejus rei, quae ſentitur, intellectus? Quid erit intellectus, niſi ejus rei, quae intelligitur, ſenſus? —— Quis mihi exhibebit ſenſum non intelligentem, quod ſentit, aut intellectum non ſentientem, quod intelligit, ut probet, alterum ſine altero poſſe? Libro de anima Cap.* 18. *p.* 171. *Opp. ed. Venetae.* Et is ipſe tamen facultatem veritatem a falſis ſecernendi ſitam eſſe putavit in ratione. Num vero *Hobbeſium* ignorare poterat vir magnus, quem toties refellit? Huic quid ſcientia & cognitio? Certe ſenſus. *Nulla*, inquit, *eſt animi conceptio, quae non fuerat ante genita in aliquo ſenſuum. Leviathanis P.* I. *Cap.* 1. *p.* 3. Quam propter cauſſam & Deo derogat ſcientiam. Vid. omnino *Elementa de cive Cap.* 15. §. 14. *p.* 117. 118. Idem vero ad rectam rationem confugiendum eſſe decernit, ubi de veritate judicium ſit inſtituendum. Vid. *Leviathan Cap.* 5. *p.* 20. 21. Num itaque *Empedoclem* exiſtimandum eſt, quoniam ita de cognitione judicavit animi, res omnes ſuſtuliſſe ſimplices & a corpore remotas? Non opinor. Haec enim ſententia ejus videtur fuiſſe, quam multorum ex antiquis fuiſſe philoſophis, & in his *Platonis*, certum eſt: rerum quidem corporearum cognitionem non diſcrepare a ſenſu; at τῶν νοητῶν ſive rerum, quae ratione tantum intelliguntur, formas & ſpecies in ipſa innatas & reconditas eſſe animo, ideoque ut *Tertulliani* verbis utar *loc. cit.* mentem *per animum ſive ea incorporalia intelligere.* Quamobrem nil cauſſae erat, cur hic pro *Empedocle* ſibi pugnandum ducceret contra *Ariſtotelem Cudworthus.*

(x) Pla-

Τυῶν πίσυν ἔρυκε, νὴ Θ' ἣ ἔλλαν ἔκαζον.

A membrisque fidem arce: sed haec, quae clara, teneto.

Alterum accusationis caput ipsemet multum infirmat *Aristoteles.* Namque ejusdem opinionis, cujus *Empedoclem*, (x) *Platonem* alias etiam insimulat: Πλάτων τ ψυχὴν ἐκ τ στοιχείων πασῶν γινώσκειν φησὶ ὅμοιον ὁμοίῳ ὅμοιον, τὰ δ' πράγματα ἐκ τ ἀρχῶν εἶναι. *Plato animam ex elementis efficit: simile enim simili cognosci ait, atque res ex principiis esse.* Quod quidem, ut suspicemur, adducit nos, nihilo meliori jure *Empedocli* portentum hoc, animam esse corpoream, & ex terra, igne, aqua & aëre concretam, ab *Aristotele* attributum esse, quam quo *Platoni* id adscripsit, qui communi omnium consensione prorsus liber est ab hac opinione, forte etiam liberior, quam ipse *Aristoteles.* Certe *Empedocles* idem, quod ante illum *Pythagoras* docuerat, postea *Plato* docuit, (y) animos in varia migrare corpora decrevit: ex quo consequitur, eum hoc quoque non inficiari potuisse, exstitisse eos ante corpora, & immortales esse.
31 His vero sententiis favere nemo potest, nisi idem corpore vacuas esse mentes concedere velit. Sed adsunt praeterea luculenti testes, qui animos ab ipso perennes esse habitos ajunt. (z) *Plutarchus* primum existimasse eum perhibet: εἶναι καὶ τὰς μηδέπω γεγενήσας καὶ τὰς ἤδη τεθνηκότας, *& illos esse, qui nondum nati sint, & eos, qui diem jam obierint.* Aliis deinde auctoribus constat, censuisse eum, mentes hic commorantes in statu esse calamitatis & miseriae, (a) μετανάστας καὶ ξένας καὶ φυγάδας, *peregrinantes, hospites & a Deo fugatas*, id quod (b) *Plotinus* memoriae prodidit, supremique Numinis lege decretum esse, ut animi peccatis infecti in terrena haecce corpora praecipites agantur, ἁμαρτανούσας τὰς ψυχὰς πρὸς ἐντεῦθεν. Verum nemo, (c) quam *Hierocles*, totam *Empedoclis* de animis philosophiam luculentius enarravit: cujus hic ipsa verba adjicere placet: Κάτεισι γὰρ καὶ ὁπωσοῦν τ ὅλου μυθικῶς ὁ ἄνθρωπος, ὡς Ἐμπεδοκλῆς φησιν ὁ Πυθαγόρειος·

—— —— Φυγὰς θεόθεν, καὶ ἀλήτης,
Νείκεϊ μαινομένῳ πίσυνος.

Ἄνεστι δὴ, καὶ ἡ ἀρχαία ἐξιν ἀπολαμβάνῃ, εἰ φύγοι τὰ σφέτερα γῆν καὶ τὸν — ἀπηνέα χῶρον, ὡς αὐτὸς λέγει·

Ἔνθα φόνος τε κότος τε καὶ ἄλλων ἔθνεα κηρῶν,

ὡς ἂν οἱ ἐμπαίζοιεν, Ἄτης

—— ἀνὰ

(x) *Platonem insimulat*] Locus est *Lib.* I. *de anima C.* 2. *p.* 5. *T.* II. *Opp.* Omisit hic autem voces ἐν Τιμαίῳ *Cudworthius.* In hoc enim libello *Aristoteles* indicat opinionem hanc a *Platone* propositam esse.

(y) *Animos migrare*] Μετεμψυχώσεως patronum fuisse *Empedoclem*, cum ex aliis veterum locis, tum ex notissimis eius versibus perspicuum est, a *Diogene Laërtio Lib.* VIII. *Segm.* 78., *p.* 359. servatis, quibus se & puerum & puellam, plantam, piscem & avem fuisse praedicat: item ex eo, quod animalia necari vetuit. Vid. *Plutarchus de solert. animal. T.* II. *p.* 961.

(z) *Plutarchus*] *Libro adversus Colotem p.* 1113. *T.* II. *Opp.*

(a) Μεταναστάς] His verbis *Plutarchum* uti video *Libro de exsilio p.* 607. postquam *Empedoclis* versus, quos paullo post proferam, descripserat.

(b) *Plotinus*] *De animae descensu in corpora Ennead.* IV. *Libr.* VIII. *C.* 1. *p.* 468.

(c) *Quum Hierocles*] *In aurea Pythagorae carmina p.* 186. Dignus est, qui ad hunc locum inspiciatur, postremus *Hieroclis* editor, *Petr. Needhamus*, in *Notis p.* 418. 419. qui recte inter alia ob-

Digitized by Google

—— ἀνὰ λειμῶνά τε καὶ αὐτὸν ἠλάσκουσιν.

Ἡ μὲν ἔφεσις ἐστὶ φυγὴ τοῦ Ἄτης λειμῶνα καλοῦντος τὸν τῆς ἀληθείας ἐπαίνου λειμῶνα· ἐν ᾧ πολλὰ πρὸς τῇ ἐρημίᾳ τοῦ περιφρύτου τὸν γένεσιν ἔχοντα σῶμα, ἀλᾶται αἰῶνα ἀμεληθείς. *Fertur enim homo deorſum, & felici regione excidit, quum, ut Empedocles Pythagoraeus inquit,*

—— *A Deo exſul, & errans*
Lite furente agitur. —— ——

Sed adſcendit, & primum ſtatum reſumit, terrena ſi fugiat, & — illaetabilem locum, ut idem ait:

Ubi caedes iraque & mille alia mala ſunt:

in quem qui inciderint, Atae

—— *per pratum tenebrasque vagantur.*

Deſiderium autem fugientis Atae pratum ad veritatis pratum propere deducit; eoque relicto, pennis defluentibus in terrenum corpus venit, felici—vita privatus. Ex his cuinam, quaeſo, intellectu grave eſt, ab *Empedocle* & *Pythagora* fluxiſſe, quae *Plato* de περιφρύτου deinceps docuit.

Si, praeter haec, quae jam attulimus, nihil nobis in promtu foret, ſatis jam exploratum eſſet, graviſſima *Empedoclem* injuria afficere, qui vel cum ſupremi Numinis hoſtibus, vel cum eo genere conjungunt hominem, quod corporibus naturam rerum abſolvi judicat, quem, quod *Hierocles* perhibet, ſcitis *Pythagorae* ex toto addictum fuiſſe, conſtat. Verum adſunt, quae his adjiciamus, alia. Primo (*d*) *Clemens Alexandrinus* in praeceptis *Empedoclis* hoc etiam fuiſſe narrat: Ἦν δὲ ἐσθλὸς καὶ δικαίως ἀγεσιόσμου, μαχαίρᾳ μὲν ἐκπώμα, μαχαιρώτερον δὲ μᾶλλον τὴν ἐνθένδε ἀπαλλαγὴν, ἃ χρόνῳ τινὶ τὴν εὐδαιμονίαν ἔχοντες, αἰεὶ ἐν αἰῶνι ἀναπαύσεως δυνάμενοι,

Ἀθανάτοις ἄλλοισιν ὁμίσσιοι, ἐν τε τραπέζαις κ. τ. λ.

Qui ſi caſte integreque vixerimus, beati quidem hic erimus, at poſt diſceſſum ex hac vita longe beatiores, nec ullo tempore circumſcribetur noſtra haec felicitas, ſed quiete fruemur ſempiterna, 32

Cum ſuperis lare conjunctis menſaque per aevum &c.

Dein-

obſervavit, pro ἀπολλύσις, quod extremum eſt loci hujus verbum, legendum eſſe ἀφορίσις. Sed melius, ſi quid judico, fuerat, ipſum *Empedoclis* carmen ſiſtere, quod & *Plotinus* & *Hierocles* his in locis teſtantur, eo quod ſententiam philoſophi multo explicet clarius, atque ab utroque hoc factum eſt. Servavit verſus illos *Plutarchus Libro de exſilio T.* II. *Opp. p.* 607.

Ἐστι δὲ ἀνάγκης χρῆσις Θεῶν ψήφισμα παλαιὸν
Εὐρύ τις ἁμπλακίῃσι φόνῳ φίλα γοῦνα πεσὼν,
Δαίμονος οἵτε μακραίωνος λελόγχασι βίοτον.

Τῶν κῆ ἐγὼ νῦν αἶσι φυγὰς θεόθεν κ᾽ ἀλίτης.

Ἐς μὲν μυρίας ὥρας λὸὶ μακάρων ἀπέλαχε.
Τὼν κῆ ἐγὼ νῦν αἶσι φυγὰς θεόθεν κ᾽ ἀλίτης.

Fata jubent, ſtant haec decreta antiqua Deorum:
Si quid peccando longaevi daemones errant,
Quisque luit poenas, coeloque extorris ab alto,
Triginta horarum per terras millia oberrat:
Sic & ego nunc ipſe vagor, divinitus exſul.

(*d*) *Clemens Alexandrinus*] *Stromatum Lib.* V. *p.* 722. ubi & ex carminibus *Empedoclis* locum aſſert ad probanda, quae hic dixit, *Clemens.*

Deinde & hoc, quod animadvertatur, dignum eſt, eum non modo mentes hominum immortales cenſuiſſe, verum etiam daemones ſive genios profeſſum eſſe, quorum aliqui de coelo delapſi ſint, divinaeque Nemeſi ab eo tempore poenas dederint graviſſimas. Hi vero daemones (*e*) a *Plutarcho* vocantur ἐφημέριοι ἐκπεσόντες ἀπὸ τῶν Ἐμπεδοκλέους δαίμονες, *daemones illi Empedoclis de coelo praecipites & divinae vindictae expoſiti.* (*f*) Et exſtant adhuc verſus *Empedoclis*, quibus exquiſitos cruciatus horum daemonum deſcribit. Tum id etiam huc referri debet, quod eſſe naturalem quamdam, nec ullo modo mutabilem juſtitiam edixit, non locis & regionibus, non temporibus, non humanis denique legibus alligatam, verum omnibus omnino temporibus & locis, nec non in quavis gente aequis viribus praeditam, cui nullo modo vel addi aliquid vel derogari queat, ſeu per infinitum ſpatium & ingentem ſplendorem diffuſam. Sic enim poëtarum more, luminibus quibusdam adſcitis, de hac juſtitia loquitur:

(*g*) Ἀλλὰ τὸ μὲν

Hi verſus ab *Ariſtotele* recitantur *Rhetoricor. Lib.* I. *Cap.* 13. *p.* 737. *T.* III. *Opp.* Latine ſic vertas: *Sed hoc quidem omnibus eſt legitimum, & per latum aethera omnibus in partibus extenſum eſt, perque ingentem ſplendorem.* Ex hoc vero loco vix ac ne vix quidem conficias, niſi aliunde conſtet, *Empedoclem* exiſtimaſſe, univerſum genus humanum communi quodam jure conſtringi, quod nec tempus, nec caſus, nec ulla res alia mutare queat. Quod enim manifeſtum eſt ex *Ariſtotele*, hi verſus non de omni jure generatim, ſed de eo tantum agunt, quod *Empedocles* pro jure habere voluit, occidenda non eſſe animantia. Taceo, illuſtrandi & ornatus tantum cauſſa aſſeri eos a philoſopho. Eſſe tradit *Ariſtoteles* ab ipſa natura perpetuam quamdam legem, nec ulla ratione mutabilem, hominibus ſcriptam; de qua id dici queat, quod de praecepto non necandi animantes ſcriptum reliquerit olim *Empedocles:* Καὶ ὡς Ἐμπεδοκλῆς λέγει περὶ τοῦ μὴ κτείνειν τὸ ἔμψυχον. τοῦτο μὲν γὰρ ἴσως τισὶ μὴ δίκαιον, τισὶ δὲ δίκαιον. *Et ut Empedocles dicit de non interficiendo, quod animatum eſt: id enim non quibusdam quidem juſtum eſt, quibusdam vero non juſtum.* Tum ſequuntur, qui hic a *Cudworthо* laudantur, verſus. Non ego negem, vitium eſſe *Empedocli*, aeternum quoddam eſſe naturae jus, cui omnibus obtemperandum ſit. Scio, *Perizonium* id *Gaſſendum* feciſſe *Comm. ad Librum X. Diogenis Laertii Tom.* V. *Opp. p.* 158. qui: *Praetereo*, inquit, *Empedoclem juſta & injuſta ſéμφ, lege definientem.* Sed nullum is ſententiae hujus auctorem nominavit. Id contendo tantum, ex his verſibus difficulter id probari poſſe.

(*e*) *A Plutarcho vocantur*] *De vitando aere alieno T.* II. *Opp. p.* 830. Ait *Plutarchus*, eos, qui aere oppreſſi ſint alieno, non ſecus diſcurrere & vagari ſolere, quam οἱ διελαθέντες ὑπὸ ἐφεστώτος ἰσχύος τοὺς Ἐμπεδοκλέους δαίμονας, *genii illi Empedoclis, Deorum ira impulſi, ac coelo deturbati.* Qua occaſione data, verſus aliquot recitat *Empedoclis*, quibus daemones hoſce & terra & alto vehementer jactari refert.

(*f*) *Et exſtant adhuc*] Dedi illos verſus paullo ante ex *Plutarcho*, quibus illi poſſunt jungi, quorum modo mentionem feci, apud eumdem *Plutarchum de aere alieno vitando T.* II. *p.* 830. Mentio quoque fit hujus de daemonibus & animis, quam *Empedocles* fovit, opinionis apud *Stobaeum Eclog. phyſ. Lib.* I. *p.* 112.

(*g*) Ἀλλὰ τὸ μὲν

Hi verſus ab *Ariſtotele* recitantur *Rhetoricor. Lib.* I. *Cap.* 13. *p.* 737. *T.* III. *Opp.* Latine ſic vertas: *Sed hoc quidem omnibus eſt legitimum, & per latum aethera omnibus in partibus extenſum eſt, perque ingentem ſplendorem.* Ex hoc vero loco vix ac ne vix quidem conficias, niſi aliunde conſtet, *Empedoclem* exiſtimaſſe, univerſum genus humanum communi quodam jure conſtringi, quod nec tempus, nec caſus, nec ulla res alia mutare queat. Quod enim manifeſtum eſt ex *Ariſtotele*, hi verſus non de omni jure generatim, ſed de eo tantum agunt, quod *Empedocles* pro jure habere voluit, occidenda non eſſe animantia. Taceo, illuſtrandi & ornatus tantum cauſſa aſſeri eos a philoſopho. Eſſe tradit *Ariſtoteles* ab ipſa natura perpetuam quamdam legem, nec ulla ratione mutabilem, hominibus ſcriptam; de qua id dici queat, quod de praecepto non necandi animantes ſcriptum reliquerit olim *Empedocles:* Καὶ ὡς Ἐμπεδοκλῆς λέγει περὶ τοῦ μὴ κτείνειν τὸ ἔμψυχον. τοῦτο μὲν γὰρ ἴσως τισὶ μὴ δίκαιον, τισὶ δὲ δίκαιον. *Et ut Empedocles dicit de non interficiendo, quod animatum eſt: id enim non quibusdam quidem juſtum eſt, quibusdam vero non juſtum.* Tum ſequuntur, qui hic a *Cudworthо* laudantur, verſus. Non ego negem, vitium eſſe *Empedocli*, aeternum quoddam eſſe naturae jus, cui omnibus obtemperandum ſit. Scio, *Perizonium* id *Gaſſendum* feciſſe *Comm. ad Librum X. Diogenis Laertii Tom.* V. *Opp. p.* 158. qui: *Praetereo*, inquit, *Empedoclem juſta & injuſta ſéμφ, lege definientem.* Sed nullum is ſententiae hujus auctorem nominavit. Id contendo tantum, ex his verſibus difficulter id probari poſſe.

(*h*) *Haerere poteſt ſuſpicio*] Relicuum eſt, ut videamus, an haec contra *Ariſtotelem* defenſio *Empedoclis* plus habeat roboris, atque ſuperior. (I.) Negat vir doctus, *Empedoclem* id docuiſſe, quod eum docuiſſe tradit *Ariſtoteles*, animam ex rerum omnium principiis concretam eſſe. Id vero in homine miror, qui veterum quidquid nobis reſtat monumentorum, paene edidicerat. Hunccine praeteriiſſe credam ipſos *Empedoclis*, quibus hanc opinionem profitetur, verſus non apud *Ariſtotelem* tantum *de anima Lib.* I. *Cap.* 2. *p.* 5. *T.* II. *Opp.* & *Metaphyſ. Lib.* II. *Cap.* 4. *p.* 281. *T.* IV. *Opp.* ſed etiam apud *Sextum Empiricum*, *Chalcidium*, & alios veterum legi? Vide, quae paullo ante *ad* §. 14. obſervavi. (II.) Ex hoc patere putat, *Ariſtotelem* temere & ſine cauſſa hanc opinionem attribuiſſe *Empedocli*, quod *Platonem* in eadem haeſiſſe ſcripſit ſententia, quem tamen alieniſſimum ab ea eſſe conſtet. Verum qui *Platonem* tanto ſtudio evolverat, atque *Cudworthus*, ipſe neſcire poterat, cum in *Timaeo* aperte poſt *Timaeum de anima mundi p.* 506. *ed. Galei* praecipere, animam mundi, cujus noſtros eſſe ſimiles vult animos, *ex eodem*, ſeu *ex eſſentia divina*, & *ex diverſo*, ſeu ut recte *Simplicius* expoſuit, ex omnium elementorum principiis conflatam eſſe, §. 19. *p.* 242. nec obſcure §. 20. *p.* 244. docere, inde fieri, ut animus res ſub ſenſus cadentes cognoſcat & intelligat? Non id diffitentur illi, quos nemo facile odii alicu-

Digitized by Google

(g) Ἀλλὰ τὸ μὲν πάντων νόμιμον, ΔΙΑ τ' ἀμφιδόξοιΣ Διθήρων ἀνεπίφθονον πέρας, ΔΙΑ τ' ἀπλέτου αἰῶνος.

In homine vero, qui aeternam eſſe fatetur naturae legem, vix ac ne vix quidem impietatis erga Deum (*b*) haerere poteſt ſuſpicio.

Jam quid de reliquis dicemus, quibus ita memoriam *Empedoclis* contaminavit 33
Ariſtoteles, ut a ſumma propius abfuiſſe videatur impietate? Certe animalia illa, caſu & fortuito ex terra prodeuntia, duplicique forma ſexuque praedita, *Democriti* magis videntur eſſe ſomnium, quam dogma *Empedoclis*. Neque vane fortaſſis conjecerit aliquis, librariorum incuria & negligentia factum eſſe, quod in exemplis noſtris pro *Democrito* hodie nomen legitur *Empedoclis*. (*i*) Nec enim veterum ego philoſophorum quemquam novi, qui ejusmodi quid in hujus deprehenderit carminibus. Ad extremum, ſi recte mentem expreſſit *Empedoclis Ariſtoteles*, neque interdum ſcita ejus adulteravit, id quod eum in *Platonis* ſententiis exponendis nonnumquam

cuius in *Platonem* accuſaverit, *Simplicius*, *Chalcidius*, & alii *Platonis* interpretes. *Plato*, inquit *Chalcidius* in *Timaeum Platon.* §. 51. *p.* 298. *animam ex omnibus initiis conflat, ut & ipſorum initiorum, & quae initia ſequuntur, & prorſus omnium rerum exſiſtentium ſcia eſſet, ac de omnibus judicaret.* Quid, quaeſo, flagites apertius? *Simplicii* locum idem teſtantem deſcribere nolo. Attulit illum *Iſmaël Bullialdus* in *Notis ad Ptolemaeum de principatu animae p.* 115. Ipſum quidem, quod *Ariſtoteles* laudat, ſcitum: ὅμοιον ὁμοίᾳ γινώσκειν, non memini me apud *Platonem* legere. Sed ſi rem ipſam apud eum reperias, quid eſt, quod de vocabulis dimices? Praeterea ſunt &, praeter *Ariſtotelem*, alii, qui *Platoni* idem attribuerunt. In his *Sextus* eſt *Empiricus Lib. I. contra Mathemat. Cap.* 13. §. 303. *p.* 283. qui poſtquam perantiquum hoc phyſicorum eſſe dogma dixerat, *ſimilia ſimilibus cognoſci*, addit, videri illud deſcendiſſe a *Pythagora*, & in *Platonis* quoque *Timaeo* exſtare: Κεῖται μὲν καὶ παρὰ Πλάτωνι ἐν Τιμαίῳ· *Chalcidium*, qui hoc ſcitum *Pythagoricum* pariter appellat *dogma in Timaeum* §. 50. *p.* 298. *Simplicium*, & alios idem ſignificantes praetereo. *Simplicius* quidem aliter, atque ab *Empedocle*, hoc effatum a *Platone* intellectum eſſe, diſputat: a cuius ſententia non averſus eſt *Bullialdus ad Ptolemaeum p.* 115. Verum facile foret, ſi locus id pateretur, oſtendere, *Pythagoram* & *Platonem*, & quotquot veterum horum praecepta ſequuti ſunt, non potuiſſe de animi facultatibus ſecus ſentire, atque ſenſiſſe olim *Empedoclem* accepimus. (III.) Credidiſſe obſervat *Empedoclem*, animos in nova ſemper migrare corpora, propter peccata in corpora haec detruſos eſſe, qui juſte atque pie vixerint, ad Deorum epulas poſt fata delatum iri, daemones item eſſe, eosdemque poenas delictorum, quae admiſerint olim, juſtitiae divinae dare, jus denique quoddam commune omnibus datum eſſe hominibus. Nihil ego horum in

dubium revocem. Tot enim veterum teſtimoniis ſi repugnare fas ſit, quid demum certum erit? At quod ex his effici putat vir doctiſſimus, *Ariſtotelem* mentitum eſſe, quum ſcriberet, cenſuiſſe *Empedoclem*, animum ex rerum initiis compoſitum eſſe, id vero inficior. Non ejus generis, id quod paullo poſt docebo, iſtud eſt dogma, ut is illa probare nequeat, cui hoc placuerit.

(*i*) *Nec enim veterum*] Etiam hic in purgando *Empedocle* modum excedit vir egregius. Si, praeter *Ariſtotelem*, nemo veterum dixiſſet, de ortu animalium tam abſurde ſenſiſſe *Empedoclem*, probabilitatis forte aliquid haberet ſuſpicio ejus, corrupta eſſe *Ariſtotelis* exemplaria divinantis. Verum alii idem, quod *Ariſtoteles*, memoriae prodiderunt: e quibus *Plutarchum adv. Colotem T.* II. *Opp. p.* 1123. tanto libentius nomino, quoniam is alioquin eo ipſo libro non ſegniter *Empedoclis* cauſſam agit: &, quod omnem dubitandi cauſſam plane tollit, ipſi verſus *Empedoclis* nondum interiere, quibus ſententiam iſtam expoſuit. *Aelianus de natura animalium Lib.* XVI. *Cap.* 29. ſervavit; unde huc eos juvabit referre.

Πολλὰ μὲν ἀμφιπρόσωπα τῷ ἀμφίσαρκα φύλῳ, Βουγενῆ, ἀνδρόπρωρα, τὰ δ' ἵππεια ἐξανατέλλων Ἀνδροφυῆ, βύκρανα· μεμιγμένα τῷ μὲν ὑπ' ἀνδρῶν, Τῷ δὲ γυναικορυῆ σταγόνι ἀπαμείβοντα γόνους.

Multa genus duplex referunt animalia membris
Pectore vel capite aut alio, ſic ut videantur
Ante viri retroque bovis forma aut vice verſa.
In pecore humanae quondam veſtigia formae:
Inſunt & pecoris humano in corpore contra.

Ceterum hunc locum virum celeberrimum, *Jo. Alb. Fabricium*, mihi indicaſſe, gratus profiteor.

quam feciſſe notum eſt, fateamur id quidem, neceſſe eſt, philoſophum hunc, qui legibus mechanicis in rebus tam naturalibus quam divinis interpretandis uſus eſt, paullo plus, quam ſatis erat, fortunae atque caſui dediſſe. Cui quidem vitio ſemper illi, quamquam dispari gradu, nonnihil videntur fuiſſe dediti, qui leges motus individuaque corpuscula in explicandis naturae rationibus adhibuerunt. Interim ne ipſe quidem *Ariſtoteles Empedoclem* perhibet rerum omnium initia & origines ad caſum & fortunam ponderaque & momenta naturalia tuliſſe: in quam ſententiam haud ita pridem philoſophi quidam ingreſſi ſunt, qui nec Deum tamen, nec mentes corporis expertes videri volunt tollere, ſed hoc tantum refert, eum nonnulla hoc modo explicare conatum eſſe. Quin etiam diſertis verbis, *Empedoclem* atque *Democriti*, qui Deum eſſe negant, aſſectatores multum inter ſe diſtare, teſtatur: (*k*) Εἰσὶ δέ τινες κ. τ. λ. Quorum quidem verborum haec eſt vis ac ſententia: *Empedocles, dum explicat naturam & rationem corporum animalium, quaedam ad caſum & fortunam legesque naturae refert. At ſunt alii quidam philoſophi, Leucippus nominatim & Democritus, qui & coeli hujus & omnium mundi partium cauſſam caſui & fortuitae atomorum commotioni, Deo prorſus omiſſo, adſcribunt.* (*l*) *Empedoclis* quidem Φιλία & νεῖκος, *amicitia* & *diſcordia*, quas ἀρχὼ eſſe vult ἀρχτικὸν, *cauſſam agentem*, principiumque omnis motus, qui orbem terrarum agitat, certa quaedam vis genitrix videtur eſſe, fortuita legum mechanicarum actione nobilior & praeſtantior; nec id ipſemet alicubi *Ariſtoteles* diſſitetur. (*m*) *Plutarchus* praeterea auctor eſt, ex *Empedoclis* ſententia diſpoſitionem, quam videmus, & conſtitutionem naturae rerum non ex cauſſis proveniſſe corporeis virtuteque ponderum naturalium, quibus nulla ratio, ſed fortuna tantum vice ducis fuerit, verum divinae ſapientiae eam opus eſſe, quae quidem unicuique rei locum aſſignaverit, οὐχ ἣν ἡ φύσις δίδωσι χώραν, ἀλλ' ἣν ἡ περὶς τὸ κοινὸν ἔχειν πᾶσι σύνταξις, *non talem, qualem illi natura dederit, ſed qualem conſtitutio rerum commune propter bonum exigebat.* (*n*) *Simplicius*, cui lectus eſt *Empedocles*, duplicem ab eo mundum, alterum ſenſibus & oculis, alterum ra-

34

tioni

(*k*) Εἰσὶ δέ τινες] *Ariſtoteles Lib.* II. *Phyſicor.* C. 4. *p.* 470. *T.* I. *Opp. Empedoclem* primum ſignificat interdum caſui & fortunae nonnihil tribuere in rerum naturalium expediendis rationibus; deinde ſic pergit: Εἰσὶ δέ τινες, οἳ καὶ τὸν οὐρανὸν καὶ τὰς τῶν ζῴων φύσεις πάντας αἰτιῶνται τὸ αὐτόματον· λέγουσι γοῦν τὴν μὲν γῆν εἶναι φασὶ τοιαύτην διὰ τὸν δίνην, καὶ τὸν οὐρανὸν. Haec verba Graeca ita interpretatus eſt *Cudworthus*, ac ſi memoria in illis exſtaret atomorum, *Leucippi* item ac *Democriti*. Nihil vero horum apud *Ariſtotelem* hoc quidem in loco legitur.

(*l*) *Empedoclis quidem*] De his rebus vide, quae infra diſſeruimus *ad Cap.* 4. §. 6.

(*m*) *Plutarchus praeterea*] Quae paullo poſt laudantur, verba ejus leguntur *Sympoſiacon Lib.* I. *Quaeſt.* 2. *p.* 618. & a *Plutarcho* quidem verſibus nonnullis *Empedoclis* ſubjiciuntur; ſed difficulter inde conficias, hunc *Empedoclis* fuiſſe, quae his verbis proponitur, ſententiam.

(*n*) *Simplicius*] *Comm. ad Ariſtotelis Libros Phyſicor. p.* 74. b. *ed. Graecae Alainae.* Sed ſapientis eſt, tardius ea credere, quae recentiores hi Platonici de antiquis ſapientiae profeſſoribus eorumque inſtitutis memoriae prodiderunt. Solent enim, id quod alias forte latius docebo, invita ſaepe veritate totam veterum philoſophorum turbam in ſuas partes pertrahere.

(*o*) *Auctor Libri de placitis*] *Libro* II. *Cap.* 20. *p.* 900. *T.* II. *Opp.* Dici hic nonnulla poſſent de hac *Empedoclis* opinione, quae vehementer diſtat a *Platonis* de ſole ποιῷ ſententia, cui tamen *Cudworthus* eam cognatam eſſe arbitratur. Sed vereor, ne longior jam multis eſſe videar. Itaque haec omitto.

(*p*) Ὅλως δ'] Hos verſus *Clemens* habet *Alexandr. Stromat. Lib.* V. *Cap.* 14. *p.* 733. Recte eos hic eſſe redditos, neminem, qui vel mediocriter Graecas callet litteras, fugiet. At *Cudworthus* hic eos Anglice interpretatur: *Beatus ille, qui divinae cognitionis theſauris mentem ſuam abunde replevit: at ille miſer & infelix, cujus mens ita eſt excoecata & obfuſcata, ut Deum eſſe neget.* Voluit vir eximius hac verſione lectoribus perſuadere, ac ſi verſibus his *Empedocles* pietatem adverſus Deum laudaret, & coecitatem eorum, qui Deum eſſe negant, exſecraretur. Sed evidens eſt, *Empedoclem* eo-

Digitized by Google

tioni soli patentem, quorum hic illius exemplar primum atque unicum fuerit, inductum esse, perhibet. A quo non alienus est auctor, quisquis demum ille sit; (o) *libri de placitis philosophorum*, utpote qui *Empedoclem* commemorat δύο ἡλίους, *duos soles* finxisse, ἕτερον μὲν ἐγκύπτοντα, ἕτερον δὲ φαινόμενον, *alterum archetypon & in oculos non incurrentem, alterum sensibus & oculis expositum.*

Verum quid opus est multis verbis docere, in *Empedocle* nullam illarum maculam, quas ipsi *Aristoteles* affricuit, residere, nec vel Deum vel naturas corpore vacantes ab eo sublatas esse? Ipse enim in reliquiis, quae adhuc exstant, carminum suorum disertissime omnium pro se verba fecit. Principio versibus, quos subjicio, pietatis & religionis praestantiam, eorum vero, qui Deum esse nolunt, stultitiam & temeritatem nervose ac egregie exponit:

(β) Ὄλβιος, ὃς θείων πραπίδων ἐκτήσατο πλοῦτον·
Δειλὸς δέ, ᾧ σκοτόεσσα θεῶν περὶ δόξα μέμηλεν.

Felix, divinae possedit qui bona mentis:
Sed miser est, tenebrosa Deum cui opinio curae.

Deinde Deum humana forma membrisque praeditum esse negat:

(q) Οὐ μὲν γὰρ βροτέῃ κεφαλῇ κὺ γυῖα κεκάσται.

Negat item, eum alia ratione corporatum esse:

(r) Οὐκ ἔστι πλάσασθ' ὑπ' ὀφθαλμοῖσιν ἐφικτὸν
Ἡμετέροις, ἢ χερσὶ λαβεῖν.

De-

corum, qui purgata uterentur ratione, felicitatem praedicare, & miserias illorum, qui superstitione laborarent, deplorare: quod quidem multum ab ista expositione remotum est. Nec aliter *Clemens* intellexit *Empedoclem.*

(q) Οὐ μὲν γὰρ κ.] Hic versus producitur a *Jo. Tzetze Chiliad.* XIII. *Hist.* 464. *vs.* 80. & *Ammonio Comm. in Aristotelem περὶ ἑρμηνείας fol.* 107. *ed. Aldinae.* Apud eosdem versus illos invenias, qui, nonnullis interjectis, sequuntur: Ἀλλὰ φέρε ἴδω κ. τ. λ.

(r) Οὐκ ἔστι πλάσασθαι] *Nam neque ad hoc oculi valent accedere nostri. Non illum prensare manus.* Vetuit hos versus interire *Clemens Alex. Stromat. Lib.* V. *p.* 694. Frustra igitur perspicuum est laborasse *Cudworthum*, ut ab *Empedocle* depelleret, quas *Aristoteles* eum fovisse perhibet, sententias. Reliquum est, ut videamus, an ejus generis sint scita haec, ut propterea in eorum numero, qui Deum esse fatentur, & animos interire negant, *Empedocles* haberi nequeat. Non sum nescius, dudum *Theophilum Antiochenum Lib.* III. *ad Autolycum Cap.* II. *p.* 272. summam erga Deum impietatem exprobrasse *Empedocli*, cujus vestigia, sunt, qui premunt, viri longe doctissimi. Verum, expensis rebus omnibus, nec sine cura lustratis, quae nobis restant, philosophi carminibus, ab hoc discedendum esse judicio decrevi. Aut omnia nobis repudianda sunt, quae ad nos pervenerunt, fragmenta *Empedoclis*, aut vero affirmandum, censuisse hominem, esse aeternam quamdam & excellentem naturam, a corporea hac mole, quam habitamus, sejunctam, unde animi nostri hausti essent ac delibati. Non negaverim, esse in decretis ejus aliqua, e quibus consectaria vehementer in Deum injuriosa queant elici. Verum dudum est, quod arbitror, vix nobis per aequitatem licere in antiquos illos sapientes omnia illa conferre, quae nos hodie cum sententiis eorum putamus sociata esse. Hac enim si lege fas erit agere, nec veterum nec recentiorum aliquis innocens erit, qui paullo liberius, ac multitudo solet, philosophati sunt. Quemadmodum autem ista omnia, quae tam sollicite ab eo removet *Cudworthus*, ita *Empedocles* tenere potuerit, ut nihilo tamen minus nec Deum nec animorum perennitatem tolleret, omnium patebit lucu-

Digitized by Google

Denique, qualem eſſe Deum putet, aperte declarat:

Ἀλλὰ φρὴν ἱερὴ ἦ, ἀβιοφθόγγῳ ἰωλεῖο μῦθος
Φρονεῖν νόσμον ἅπαντα κατὰ θεῖον θοῇσιν.

Sed ſancta tantum, nec verbis explicanda mens, quae cogitationibus celerrimis totam rerum naturam agitat.

35 §. XXV. Jam de *Anaxagora* nonnulla proferemus in medium, quem ſupra docuimus philoſophiam individuis utentem corpusculis depravaſſe. Is, quod reliqui fecerunt atomorum defenſores, pariter decrevit, omnem motum in hac rerum univerſitate a natura quadam corporis inani & inteſtina virtute agendi praedita proficiſci, Deumque ſigillatim praecepit eſſe, omni corporea concretione vacuum, & ab hoc orbe ſejunctum. Nam, praeter atomos, (s) ut *Plato* ſententiam ejus expreſſit, viſum ipſi eſt, eſſe *mentem componentem & diſponentem omnia*, νοῦν τὸ διακοσμοῦντά τε καὶ πάντων αἴτιον. Hanc porro mentem, id quod (t) *Ariſtoteles* ſignificat, dixit *unum eſſe illud in toto terrarum orbe, quod ſimplex ſit, purum, omnisque concretionis neſcium*, μόνον τῶν ὄντων ἁπλοῦν καὶ ἀμιγῆ καὶ καθαρόν. Ejusdem denique mentis beneficio & virtute confuſum illud & immenſum omnis generis atomorum chaos digeſtum, eoque modo diſpoſitum eſſe docuit, ut iſta, quam nunc cernimus, mundi forma & ratio efficeretur.

§. XXVI.

---

lentiſſime, ſi certa ratione praecepta ejus de rebus divinis digeram, & ordine breviter exponam. (I.) Duo cenſuit eſſe *Empedocles* aeterna rerum principia, Deum ſeu naturam ſapientiſſimam & potentiſſimam, & materiam. Deum an ab omni concretione liberaverit, nunc quidem inquirere nolo. (II) Materiam in minutiſſima diviſit corpuſcula, at qualitatibus contrariis, ſeu amicitia & inimicitia, praedita. (III.) Amicitia & inimicitia effecerunt, ut quatuor primum elementa coirent, ex quibus reliqua deinceps omnia ſunt condita. (IV.) Nec tanta tamen erat naturae latentisque in ea virtutis poteſtas, ut animalia gigneret omni ex parte abſoluta & perfecta. Ergo monſtra primum naſcebantur informia & turpiſſima. (V.) At debiles naturae conatus adjuvit Deus: cujus potentia juſto ordine cuncta collocavit, quae antea confuſa jacebant, hominibusque, plantis & animalibus formam, quam nunc habent, tribuit. (VI.) Eſt in unoquoque animali duplex anima, ſentiens altera, altera intelligens & rationis particeps. (VII.) Anima ſentiens ſeu ψυχὴ ex quatuor rerum omnium principiis concreta eſt, adjuncta amicitia & diſcordia. Quare fit, ut ea res extra hominem poſitas percipiat. (VIII.) At anima rationis particeps ab ipſo Deo in corpus hominum ablegata eſt peccatorum expiandorum, quae admiſit, cauſſa. (IX.) Eſt vero notionibus rerum divinarum, quoniam ex ipſo Deo prodiit, inſtructa. Quapropter res rationi patentes per ſe intelligit & contemplatur. (X.) Sentiens anima in elementa, unde profecta eſt, redit, diſſoluto corpore. (XI.) Rationis vero quae compos eſt, ea in varia migrat corpora, donec ab omni labe purgetur. Certus ego ſum, hanc ſi quis normam in legendis *Empedoclis* verſibus, & veterum de eo dictis conſiderandis adhibeat, eum minus in utrisque obſcuritatis reperturum, ac plerique reperiunt, nec veterum ſemper inconſtantiam in tradendis ejus ſententiis vituperaturum eſſe. Illud in primis dogma de duplici hominis animo *Empedoclem* ſibimet ipſi optime conciliat, omnesque plane difficultates interimit, quas *Cudworthus* hic alia ratione tam laborioſe diſſipare ſtuduit. Certe ſecum ipſo dimicare *Empedocles* videtur, ſi, quae de animis praecepit, cogitemus. Animos perſpicue docuit a Deo in haec corpora eſſe miſſos, in nova ſemper proficiſci corpora, denique ad coeleſtes hinc ſedes & beatorum domicilia migrare. Haec nullius eſſe poſſunt, niſi hominis, qui extingui poſt fata negat animos. At idem animum arbitratus eſt ex quatuor rerum initiis concretum eſſe, cognitionem voluit ſenſus eſſe genus, mentem denique in ſanguine poſuit: quod quidem ex *Stobaeo Eclog. phyſ. p.* 131. *Chalcidio in Timaeum Platonis C.* 226. *p.* 356. *Cicerone*, & aliis apertum eſt. Haec quem, quaeſo, arguunt, niſi hominem mortales eſſe animos decernentem? Hinc veteres etiam auctores, qui *Empedocli* de animis ſententiam attige-

Digitized by Google

§. XXVI. Hactenus igitur planum fecimus, omnes, qui ante *Democritum* & *Leucippum* individuis corpusculis hunc orbem contineri putarunt, res etiam esse credidisse secretas corpore, scientiamque rerum naturalium cum doctrina de Deo mentibusque materiae expertibus conjunxisse. De *Ecphanto*, Pythagoraeo, diserte 36
hoc (*v*) apud *Stobaeum* memoriae proditum legitur: Ἔκφαντος ἐκ μὲν τῶν ἀτόμων συνιστάναι τὸν κόσμον, δυναμεῖσθαι δὲ ὑπὸ προνοίας. *Ecphantus mundum quidem ex atomis esse compositum, regi autem providentia dicebat:* seu, quod idem est, physicam atomis innixam cum dogmate de Deo sociabat. Idem de *Arcesilao*, nisi forte malis *Archelaus* legere, (*x*) *Sidonius Apollinaris* testatur:

Post hos Arcesilaus divina mente paratam
Conjicit hanc molem, confectam partibus illis,
Quas atomos vocat ipse leves.

Quemadmodum *Ecphantus* & *Archelaus* corpora quidem ex atomis constata docuerunt esse, at una tamen diserte Deum omnis concretionis corporeae nescium professi sunt, a quo motus omnis & actio primum profecta esset: ita omnes arbitror illos, qui ante *Democritum* rerum naturalium caussas ab atomis arcessiverunt, nec supremo Numini reverentiam & honorem detraxisse, neque simplices animos & a materia liberos sustuliisse. Corpuscula nimirum illa communia habuerunt cum *Democrito*, non item impietatem adversus Deum & religionis despicientiam. Principes vero ad Deum de medio tollendum *Democritus* & *Leucippus* atomis istis (*y*) abusi sunt.

§. XXVII.

gerunt, mirifice dissentiunt: his mortales ipsi visos esse animos, illis immortales, pronuntiantibus. Omnis vero haec sublata est discordia, si *Empedoclem* duplicem in homine & animalibus quaesivisse animam existimemus. In qua quidem sententia nihil est a veterum sapientum institutis & praeceptis alienum: quorum plurimos notissimum est νοῦν & ψυχὴν in homine distinxisse, pluresque uno nobis dedisse animos. Ipsum verisimile est *Platonem* non tres unius animi partes, quod multi pugnant, sed tres animos, natura plane diversos, attribuisse homini. Vid. *Galenus Lib.* VI. *de decretis Platon. & Hippocr. C.* 2. *T.* I. *Opp. f.* 523. *Empedoclem* igitur quis admiretur in eadem fuisse sententia, cujus sapientia finitima certe est illi, quam *Plato* suis inculcavit?

(*s*) *Ut Plato*] Lege *Phaedonem Platonis p.* 393. *Opp.*

(*t*) *Aristoteles*] *Libro* I. *de anima Cap.* 2. *p.* 6. *T.* II. *Opp.* Plures veterum locos idem de *Anaxagora* perhibentes collegit, & simul illustravit *Baylius Dictionaire histor. & crit. Tom.* I. *v. Anaxagoras Not. D. p.* 208.

(*v*) *Apud Stobaeum*] *Eclog. phys. Lib.* I. *Cap.* 25. *p.* 48.

(*x*) *Sidonius Apollinaris*] *Carm.* XV. *in Epithalamio Polemi & Araneolae vs.* 94. *p.* 152. *ed. Sirmondi.* Pro *Arcesilaus* hoc in loco legendum esse *Archelaus*, *Gassendus* jam monuerat *Physic. Sect.* I. *Lib.* III. *Cap.* 5. *p.* 257. *T.* I. *Opp.* Neque aliam locum hic habere lectionem posse, satis ea, quae sequuntur, declarant:

—— —— *Socratica post hunc*
Secta micat.

Arcesilaus enim diu vixit post *Socratem:* at *Archelaus Socratis* fuisse praeceptor dicitur. Haec si reputasset *Petr. Baylius*, non accusasset *Sidonium* manifesti erroris in temporum rationes hic admissi, *Dictionaire Tom.* I. *voce Archelaus Not. O. p.* 286. Solent interdum in Latinis versionibus auctorum Graecorum haec duo nomina *Archelaus* & *Arcesilaus* permutari.

(*y*) *Abusi sunt*] Quae hic copiose & erudite a doctissimo viro disputata sunt, ut fuisse in antiquis sapientibus doceret, qui naturas esse crediderunt simplices & a corpore prorsus remotas, multis modis & augeri & in disquisitionem vocari possent. Sed paucis contentus ero observationibus, quae viam aliis aperient haec diligentius commentandi. (1.) Omni caret dubio, non paucos veterum vocabulis νοῦ & ἀσωμάτου usos esse, Deoque non minus, quam animis hominum simplicitatem aliquam attribuisse. Habeo, quos *Cudworthi* auctoritatibus addam, insignes veterum locos in promtu. *Ocellus Lucanus*, antiquissimus auctor, περὶ τῆς τοῦ παντὸς φύσεως *Cap.* II. *p.* 519. *ed. Gatei:* Αἱ δὲ ἀναφαὶς, ἃς-

Digitized by Google

37 §. XXVII. (z) Verum video, tam alte intra multorum animos hanc ſeſe opinionem abdidiſſe, fieri nullo modo poſſe, ut Deum credant, qui ex atomis philoſophantur, ut vix inde queat evelli. Igitur, ne quis ſibi amplius perſuadeat, atomorum qui cuſtodiam ſibi arrogant, nec Dei amicos, nec mentium a corpore ſecretarum tutores eſſe poſſe, paullo plus in hoc negotio expediendo laboris collocabo, nec id tantum probabo, nullam eſſe inter religionem & id phyſicae genus, quod corpuscula adſciſcit, pugnam, verum etiam e contrario demonſtratum dabo, magnam ac paene naturalem utriusque diſciplinae cognationem & neceſſitudinem eſſe.

Principio itaque totum hoc philoſophandi genus ex conſiderata rerum contemplatione & ratiocinatione natum eſſe arbitror. Ratio nimirum interiori virtute ſua

inquit, **ὔτε φθίνονται, ὔτε γίνονται· λόγοι γὰρ ἈΣΩ-ΜΑΤΟΙ τυγχάνουσι τοῦτοι.** *Facultates vero nec oriuntur, neque occidunt: ſiquidem ipſarum rationes corporis ſunt expertes.* *Lucianus*, controverſias irridens philoſophorum, alios ait corpore Deum donare, alios omni eumdem corpore & forma exuere: **Ἔτι δὲ οἱ μὲν ἈΣΩΜΑΤΟΝ καὶ ἀμορφον τοῦτο εἶναι τὸ θεῖον, οἱ δὲ ὡς περὶ σώματος αὐτῷ διανοοῦτο,** in *Icaro-Menippo* *T.* II. *Opp. p.* 152. De anima *Cato* apud *Ciceronem de ſenectute: Sic mihi*, inquit, *perſuaſi, cum ſimplex animi ſit natura, neque in ſe habeat quidquam admiſtum diſpar ſui atque diſſimile, non poſſe eum diuidi, Cap. 21. p. 2754. T. X. Opp.* (II.) Sed ut omittam, multos, qui de rebus ſoli rationi & ingenio apertis loquuntur, notiones ſeu ſpecies rerum, quas *ideas Plato* vocat, intelligere, non autem certas naturas per ſe conſtantes, vehementer videtur eſſe dubium, an illud, quod veteres **ἀσώματον** & corporis expers dixerunt, tale eſſe voluerint, quale id eſt, quod nos *ſpirituale* & *ſpiritum* appellamus. Multa certe ſuadere videntur, illud ipſum, quod materiae putarunt expers eſſe, viſum ipſis eſſe particulis, licet ſubtiliſſimis, conſtare: nec ignotum illis eſſe poteſt, qui veterum ſententias cum cura quadam ſcrutati ſunt, duplex illis materiae genus fuiſſe, alterum diſſipabile, alterum mutationis neſcium: quorum tamen illud tantum **ὕλην** proprie & materiam nominarunt. Doctiſſimus quidem *Cudworthus* eos cenſet, qui negarunt, animos interire, concretionem quoque omnem ab illis removere prorſus debuiſſe. Verum etiamſi nos hodie ſic ratiocinemur: Quodcumque partes habet, id etiam diſſolvatur ac intereat, neceſſe eſt; aliter tamen antiquos eſſe argumentatos, nec, quae partes habent, omnia, dividi etiam & interire poſſe judicaſſe, multis eorum dictis exploratum eſt. Eſt id non paucis in more poſitum, ut vocabulis veterum easdem notiones ſubjectas fuiſſe credant, quas nos iisdem hodie nominibus ſubjicimus, neque dubitent, antiquos ſapientiae profeſſores iisdem uſos eſſe in ratiocinando legibus & principiis, quibus nos utimur: qua re fit, ut veteres nobis plane refingant philoſophos, neque tales nobis eos ſiſtant, quales fuerunt re vera, ſed quales fuiſſent, ſi in noſtris educati fuiſſent ſcholis. (III.) Verum haec ne quis temere ac ſine ratione dici queratur, afferam *Ciceronis* locum, quo *Platonis* & *Ariſtotelis* de natura ſententiam aperte exponit: *De natura autem ita dicebant, ut eam dividerent in res duas: ut altera eſſet efficiens, altera autem, quaſi huic ſe praebens, ea, quae efficeretur aliquid. In eo, quod efficeret, vim eſſe cenſebant; in eo autem, quod efficeretur, materiam quamdam;* IN UTROQUE TAMEN UTRUMQUE: *neque enim materiam ipſam cohaerere potuiſſe, ſi nulla vi contineretur,* NEQUE VIM SINE ALIQUA MATERIA. NIHIL EST ENIM, QUOD NON ALICUBI ESSE COGATUR, *Academ. Quaeſt. Lib.* I. *Cap.* 6. *p.* 2231. *T.* VIII. *Opp.* Vides, veteres philoſophos cauſſis rerum omnium efficientibus materiam attribuiſſe, nullamque vim centuiſſe ſine corpore eſſe poſſe. Rationem ſententiae huius hanc ſuppeditat *Cicero*: Quodcumque eſt & exſiſtit, id in loco quodam ſit, oportet. At nihil in loco eſſe poteſt, niſi corporeum. Igitur, ſi ſunt cauſſae efficientes, corporeae ſint, neceſſe eſt: Haec vis eſt verborum *Ciceronis: Nihil eſt enim, quod non alicubi eſſe cogatur.* Hoccine eſt perſpicue negare, non eſſe tales naturas, quae certis concludi locis nequeant? Addo alium ejusdem locum, ex quo patet, id, quod *ſimplex* veteres nominant, multum differre ab eo, quod nos ita dicimus, aut quod partibus carens & *ſpirituale* nuncupamus: *Tenemusne, quid animus ſit? tresne partes habeat, ut Platoni placuit,* —— *an* SIMPLEX *unusque ſit? ſi* SIMPLEX, *utrum ſit ignis, an anima, an ſanguis? Academ. Quaeſt. Lib.* IV. *Cap.* 39. *p.* 2321. *Tom.* VIII. *Opp.* Animusne igitur SIMPLEX eſſe poteſt, & nihilo tamen minus *aut ignis aut ſanguis*, quae particulis nemo negat conſtare? Ita certe hoc in loco *Cicero*; qui SIMPLEX id vocat, quod ex unius generis & naturae partibus compoſitum eſt. Juvat tertium adjungere dictum, quod rem plane conficit. Sumtum id eſt ex eo loco, quo ex inſtituto vituperat illos

Cy-

Digitized by Google

ſua nixa, opiniones illas, quae a ſenſuum proficiſcuntur teſtimonio, primum in dubium revocaſſe, ad extremum prorſus eas ſuperaſſe ac ſpreviſſe videtur. Rem ita geſtam eſſe ſuſpicor. Veteres, dum animorum ſuorum altius ſcrutantur notiones, ſentiunt, duas ſeſe res, tanquam generalia rerum omnium totiusque univerſitatis principia, diſtincte & aperte comprehendere poſſe, materiam nimirum, motu & agendi facultate deſtitutam, & virtutem quamdam agentem & efficientem. Ad hanc porro virtutem duo vident eſſe referenda, cogitationem potentiamque materiam concitandi: intelligunt etiam, potentiae hujus conſciam eſſe poſſe virtutem iſtam effectricem; ſed nec tamen obſtare aliquid, quo minus ejusdem neſcia ſit. Potentiam hanc & cogitationem uno vocabulo *vitam* licet appellare. His cognitis, ad duo initia omnes omnino res ſibi eſſe revocandas concludunt, ad materiam

Cicero, qui negarent, intelligere ſeſe poſſe, quid ſi locus ferret. Interim non haec ita velim interpretetur aliquis, ac ſi neminem veterum exiſtimem in iſtam notionem incidiſſe, quae nobis hodie verſatur ob oculos, vocabula *mens*, *ſpiritus*, *ſimplex*, & ſimilia adhibentibus. Facile mihi perſuadeo, non ita omnes veteres ſanae rationi fuiſſe inimicos, ut mentes immortales ſibi fingerent, nec tamen forma & magnitudine carentes. Sed hoc mihi tantum volo, cavendum eſſe illis, qui veterum ſcripta legunt, & in illis vocabula νοῦς, ἀσώματον, ſimplex, corpore vacans, ἀτελὲς, καθαρὸν offendunt, ne ſtatim ſub his nominibus eamdem latere poteſtatem cenſeant, quam nos illis nominibus ſubjicimus, quando ea ad Deum, animos, resque divinas referimus.

(z) *Verum video*] Ita nimirum, qua *Cudworthus* vivebat, aetate inter eruditos magnae Brittanniae viros multi verebantur, ne, qui tum ad corpuſcula & atomos referre ſtudebant omnia, ipſa religionis fundamenta convellerent. In qua eos ſententia *Hobbeſii* exemplum non leviter confirmabat, qui atomis ad ſtabiliendam abuti videbatur impietatem. Teſtes de multis binos dabimus ex aevo illo, in quorum neutrum ceteroquin ſuperſtitionis aut aegrotationis animi ulla cadit ſuſpicio. Alter eſt *Guil. Harvejus*, qui *Libro de generatione animal. Exerc.* X. *p.* 56. eos, *qui ex atomis omnia componant, divinum illud efficiens & Naturae Numen non agnoſcere, ſed divino architecto honorem derogare*, ſcriptum reliquit: alter *Merietus Caſaubonus*, qui in *Notis ad Diogenem Laërtium T.* I. *p.* 512. inter alia, quae in atomos non ſine ſtomacho diſputat: *Stent*, inquit, *per me licet, aut cadant atomi.* —— *At Epicureorum tum veterum tum recentiorum (qui nimis multi) ſententiam ridiculam, inſanam, impiam* —— *quis ferat, cui pietatis aliquis ſenſus aut ſaniori vel mica judicii?* Quare, quid commoverit *Cudworthum*, perſpicuum eſt, ut hic in purgandis & defendendis illis, qui atomis naturam rerum complectebantur, tam ſedulus & ſollicitus eſſet.

(a) Ari-

teriam nimirum ſive corpus & ad vitam ſive virtutem efficiendi. Illam quidem vulgo veteres vocant τὸ πάσχον, *id, quod ſuſtinet & recipit*, hoc vero τὸ ποιῦν, *principium agens*, ſive τὸ ὅθεν ἡ κίνησις, *illud, unde motus oritur.* (*a*) Audiamus *Ciceronem*, veterum ſapientiam verbis ſuis ediſſerentem. *In rerum*, inquit, *natura duo quaerenda ſunt: unum, quae materia ſit, ex qua quaeque res efficiatur; alterum, quae res ſit, quae quidque efficiat.* Nec aliter (*b*) *Seneca*: *Eſſe debet*, inquit, *aliquid, unde fiat, deinde, a quo fiat: hoc eſt cauſſa, illud materia.* De rebus dicta haec corporeis earumque differentiis debent accipi, quippe quae produci nullo modo queant, niſi praeſto ſint vis efficiens & materia. Idem (*c*) *Ariſtoteles* perhibet: Οἱονεὶ αἰτίας μιᾶς μὲν, ὅθεν ἡ ἀρχὴ κινήσεως, μιᾶς δὲ τῆς ὕλης. *Altera cauſſa eſt illa, unde initium motus profectum eſſe dicimus; altera vero eſt materia.* Quamquam in his verbis philoſophus materiam quoque cauſſam vocat; quod nomen ceteri virtuti efficienti & agenti unice proprium eſſe volunt. Poſtremo (*d*) auctor *Libri de placitis philoſophorum* ita de hac loquitur ſententia, ac ſi omnes omnino veteres ei fuiſſent dediti: Ἀδύνατον ἀρχὴν μίαν ἢ ὕλην τῶν ὄντων, ἐξ ἧς τὰ πάντα γεγονέναι, εἶναι δὲ τὸ ποιῦν αἴτιον καὶ γεννητικόν. εἰ γὰρ ἀργυρῷ μόνῃ εἴη τὸ ἔκπωμα γίνεσθαι, ἂν μὴ ᾖ τὸ ποιῦν ἕν, τεκτὼν ὁ ἀργυροκόπος, ὁμοίως δὲ καὶ ἐκ χαλκοῦ, καὶ ἐκ ξύλου, καὶ τῆς ἄλλης ὕλης. *Fieri nullo modo poteſt, ut ſola materia principium ſit omnium rerum, ex eaque omnia, quae fiunt, naſcantur. Decet enim efficientem quoque cauſſam conſtituere. Non ſufficit nimirum argentum, ut poculum fiat, niſi faber etiam accedat argentarius, qui conficiat illud. Idem de aere, ligno, & alia quavis intellige materia.*

Huc quum meditando veteres pervenissent, ut intelligerent, fieri non poſſe aliter, quin bina haec, quae modo diximus, rerum eſſent principia, altius etiam adſcendebant animo, & duo haec toto eſſe disjuncta genere, nec ulla ratione con-
39 fundi poſſe inter ſe, ſtatuebant. Etenim naturales utriusque proprietates, ipſamque rationem prorſus eſſe diſtinctam & diverſam, non ignorare poterant. Soli olim

(*a*) *Audiamus Ciceronem*] *De finibus bonor. & malorum Lib.* I. *Cap.* 6. *p.* 2346. *T.* VIII. *Opp.* ubi tamen non legitur: *quae res ſit*, ſed: *quae eis ſit.* Eadem plane aliis in locis, & luculentius etiam, quam hoc in loco, inculcat *Cicero.* Vid. *Quaeſt. Academ. Lib.* I. *Cap.* 2. *p.* 2221. ubi: *Noſtra*, inquit, *tu phyſica noſti, quae continentur ex effectione & ex materia ea: quam fingit & formet effectio.* Adde *Cap.* 6. *p.* 2231. qui locus ceteros perſpicuitate fere vincit. Non tam ſuam vero *Cicero* ſententiam his in locis exponit, quam veterum ſapientum: quod quidem non parum dictis ejus auctoritatis conciliat.

(*b*) *Seneca*] Dignus eſt, qui totus hic legatur, *Senecae* locus, cujus partem tantum *Cudworthus* affert. *Dicunt*, inquit, *Stoici noſtri, duo eſſe in rerum natura, ex quibus omnia fiant, cauſſam & materiam. Materia jacet iners, res ad omnia parata, ceſſatura, ſi nemo moveat. Cauſſa autem, id eſt, ratio, materiam format &, quocumque vult, verſat, ex illa varia opera producit. Eſſe debet ergo*, & quae hic ſequuntur, *Epiſtola* LXV. *T.* II. *Opp. p.* 160.

(*c*) *Ariſtoteles perhibet*] Lege *Phyſicor. Lib.* II. *C.* 3. *p.* 463. *T.* I. *Opp.* Quamquam ſaepius, nec uno in loco id ipſum *Ariſtoteles* praecipit, veteres etiam obiurgat philoſophos, qui de materia tantum, neglecta efficiente cauſſa, diſſeruerint. Vid. *Lib.* I. *Metaphyſ. C.* 3. *p.* 264. *T.* IV. *Opp.*

(*d*) *Auctor libri*] *Lib.* I. *Cap.* 3. *p.* 876. *T.* I. *Opp.* Sed non video, hanc ſententiam ita ab auctore hujus libri proponi, ac ſi omnes antiqui ſcriptores eam approbaſſent. E contrario *Anaximenem* aliter ſenſiſſe hoc in loco obſervat, eumdemque verbis illis refellit, quae hic deſcripta ſunt. Quod reliquum eſt, omnibus his, quos laudat, auctoribus multo antiquiorem excitare potuiſſet *Cudworthus* ſententiae hujus patronum, *Ocellum Lucanum*, inſignem Pythagoraeum, qui *Cap.* 2. *Libri* περὶ παντὸς φύσεως *p.* 515. his verbis exorditur: Ἔστι δὲ ἐν τῷ παντὶ τὸ μὲν τοῦ γίνεσθαι, τὸ δὲ αἴτιον γενέσεως· ἡ γένεσις μέν, ὅταν μεταβολὴ καὶ ἄλλωσις ᾖ ὑποκειμένου, αἴτιον δὲ γενέσεως, ὅταν ταυτότης τὸ ὑποκείμενον· φανερὸν, ὅτι περὶ μὲν τὸν αἴτιον τῆς γενέσεως τὸ ποιοῦν ἐστι, περὶ δὲ τὸ δεχόμενον τὴν γένεσιν τὸ τε πάσχον καὶ τὸ κινοῦν. *Verum quum in univerſo duae exiſtant res, quarum altera generatio, altera ge-*

Digitized by Google

olim Stoici id a ſe potuerunt impetrare, ut, quas in animis conſignatas habebant, notionibus vim afferrent, atque duo iſta contraria principia parum ſcite ac ingenioſe in unum cogere corpus conniterentur. Quocirca, quemadmodum unum horum initiorum, materia nimirum extenſa & agendi virtute carens, ab omnibus pro re per ſe ſubſiſtente habita, vulgoque *corpus* appellata eſt; ita facile huc delabebantur, ut alterum, quod ſine controverſia praeſtantius eſt & nobilius, quoniam materiae imperat, eamque fingit & ordinat, eodem loco & numero collocarent, remque ducerent eſſe, ſuis viribus conſtantem atque ab omni corporea concretione omnino liberam. Quidquid ceterum eniterentur ingenio, haud tamen alias animo naturas conſequi poterant, praeter haec duo, materiam extenſam & facultate agendi vacuam, ſive res corporeas, & interiorem agendi virtutem ſive vitam, quae rerum corpore carentium naturam in primis continet, nec modo cogitationem, verum etiam corpora concitandi virtutem adjunctam habet.

Materiam deinceps ſive alterum illud rerum principium, quod corpore conſtat, accurate conſiderantibus, praeter magnitudinem, figuram, ſitum, motum & quietem, quae varii extenſae materiae modi ſunt, haud ſeſe in eo offerebat aliquid. 27
Quapropter ſic apud animum conſtituebant, his unice proprietatibus omnia abſolvi corpora, atque variam ſimplicium iſtorum elementorum compoſitionem & conjunctionem unicam eſſe omnium, quae illis accidunt, cauſſam, aut naturalibus omnia corpora momentis ac ponderibus adminiſtrari. Quo quum ventum eſſet ingenio, hoc quidem oportebat conſequi, ut, quae alioquin ineſſe videntur corporibus, non vere extra nos exſiſtere, ſed viſa eſſe tantum, decernerent, quae diverſa particularum conſtructio in ſenſibus noſtris crearet. Equidem hac nihil concluſione facilius arbitror: idque vel ex eo intelligitur, quod ipſi illi philoſophi, in quibus mediocris tantum phyſicae atomis fretae cognitio fuit, ad eam cogitando delati ſunt. (*e*) *Plotinus* exempli cauſſa, quum de nota veritatis virtuteque rationis

generationis habetur cauſſa: ac generatio quidem ea eſſe videatur, in qua res ipſae mutantur, & id, quod ſunt, eſſe deſinunt; generationis vero cauſſa, ubi ſubjecta res eadem ſervatur & permanet: hanc ſane efficiendi & movendi, illam vero accipiendi & patiendi vim habere, perſpicuum eſt. Quamquam quid neceſſe eſt, teſtimoniis & auctoritatibus opinionis antiquitatem declarare, qua in veterum ſcriptis, qui *Democriti* & *Epicuri* rationes improbarunt, nihil magis tritum ac vulgare eſt? Hoc multo crediderim ſcitu eſſe utilius, non omnes, qui de virtute efficiente loquuti ſunt, veteres naturam quamdam ſibi relictam, aut vim ratione & intelligentia praeditam indicare voluiſſe, multo minus Deum aut fictricem quandam naturam, Dei obedientem imperio, illis vocabulis deſignaſſe. *Cudworthus* id ſibi perſuaſiſſe videtur. Sed vel *Ciceronis* ille locus, quem ad §. *praecedentem ex Academicis Quaeſt. Lib.* I. *Cap.* 6. *p.* 2231. laudavimus, multo aliter de cauſſa ſua efficiente declarat ſenſiſſe veteres, atque nos de Deo naturisque via & ratione progredientibus cogitare ſolemus. Certum eſt, vim neſcio quam, intra viſcera materiae abditam, & vinculo cum ea neceſſario coniunctam, neque libere aliquid ſuſcipientem, ſed fati alligatam arbitrio, multos ſibi finxiſſe priſcorum, ad eamque rerum omnium ortus & cauſas retuliſſe. Quod quantopere diſtet ab illis, quae nos de cauſſis rerum efficientibus diſſerimus, per ſe liquet. Vis illa gignendi, quam toties magnificis verbis *Ariſtoteles* praedicat, quam ab antiquioribus ſapientiae profeſſoribus parcius laudatam eſſe, tam graviter & moleſte fert, obſcuriſſima eſt, ſi cuncta circumſpicias, facultas, quam ſideram exiſtimaſſe videtur virtutem in materia excitaſſe. Quid multis? Si ex noſtris notionibus antiquos auctores, *Ariſtotelem* in primis, interpreteris, nihil illis interdum gravius, nihil ſapientius, nihil conſtantius. At ſi vocabulorum poteſtates ex ipſo explanes *Ariſtotele*, ſi, quid ille *corpore ſecretum*, quid *partibus carens*, quid *efficientem cauſſam*, quid *naturam* nominaverit, exquiras, ſi univerſam denique diſciplinae compoſitionem attentius conſideres, habebis, cur ſententiam mutes, & multum infra veros ſapientes hominem colloces.

(*e*) *Plotinus*] *Libro, quod intelligibilia non ſint*

Digitized by Google

nis humanae exponit, ſic loquitur: Καὶ τὰ δὴ τῶ αἰσθήτων, ἃ δὴ δοκεῖ πίστιν ἔχειν ἐναργεστάτην, ἀπιστεῖται, μή πῃ οὐκ ἐν τοῖς ὑποκειμένοις, ἀλλὰ ἐν τοῖς πάθεσιν ἡμῖν ἡ δοκοῦσαν ὑπάρχειν, καὶ νῦν δεῖ ἡ διαιρέσεως τῶ κενεόνων. *Quamvis illa, quae in ſenſus incurrunt, fidem minime dubiam habere videantur; tamen dubitari ſolet de illis, ne forte* (qualitates eorum) *non tam in ipſis rebus ſint, quam in perpeſſionibus noſtris apparentem naturam habeant. Hic certe mentis aut cogitationis judicium requiritur,* (quoniam ſenſuum teſtimonium ad hanc dirimendam litem non ſufficit.) Sed antiquiores phyſici confidentiſſime hac de re praecipiebant: (*f*) ἢ τὸ αὐτὸ εἶναι τὸ μέλι τῶ γλυκάζεσθαί με, καὶ τὸ ἀψίνθιον τῶ πικρᾶζεσθαι, *ipſam mellis naturam non eſſe illud, quod guſtamus, nec abſinthium idem eſſe, atque illud, quod amarum mihi videtur;* διαφέρειν δὲ τὸ πάθος ἃ ἐκτὸς ὑποκειμένω καὶ τὴς αἰσθήσεως· τὰ μὲν ἐκτὸς ὑποκείμενα ἃ καταλαμβάνειν, μόνα δὲ εἰ ἄρα τὰ ἑαυτῶν πάθη, *ſed ſenſationem differre ab rei illius, quae extra nos poſita eſt, abſoluta natura: ſenſus enim non ipſas res extra nos comprehendere, ſed ſuas tantum affectiones ab illis ortas.*

Itaque hanc ego veterum ſententiam fuiſſe arbitror: in corporibus, ſi demas magnitudinem, figuram, ſitum atque motum, nihil eſſe praeterea: horum autem elementorum diverſam conſtructionem ac temperationem efficere, ut guſtus noſter ſenſu ejus, quod dulce vocamus & amarum, viſus variorum colorum aſpectu, reliqui ſenſus aliis afficiantur imaginibus: quicquid propterea corporum in hac univerſitate eſt, ejus naturam ex binis explicari poſſe rebus: quorum alterum quidem extra nos in ſolis ſit corporibus, varia nempe particularum ad leges motus coagmentatio: alterum vero in nobis unice reſideat, multifaria nempe ſimulacra & affectiones, quae pro diverſa corpuſculorum ſtructura & diſpoſitione in noſtris exoriuntur ſenſibus. Atqui haec ſimulacra ſenſuumque affectiones non ipſorum corporum ſunt modi extra nos poſitorum, verum naturae illius, quae in nobis cogitat, agit, corporeque vacat, variae concitationes. Difficulter ſcilicet explicet aliquis, quemadmodum fieri poſſit, ut perceptiones calidi, frigidi, rubri, candidi, aliaeque hujus generis, modi ſint corporum. Verum fac tibi perſuadeas, cogitationis & interioris cujusdam ſenſus, qui externis rerum formis reſpondeat, haec omnia modos eſſe, nec habebis, quod aegre poſſis animo comprehendere.

Sic ergo rationem concludimus: Quidquid vel in nobis vel in univerſo eſt terrarum orbe, id vel ad alterum eorum, quae diximus, initiorum revocari debet, materiam nimirum brutam & ſolidam, & virtutem efficientem, ad res corporeas & corpore vacuas, ad leges motus naturales, & ad vim vitalem, vel etiam ex utroque conflatum & compoſitum exiſtimari.

§. XXVIII. Haec, quae de ortu phyſicae illius generatim diximus, quae corpusculis utitur, abunde, ut opinor, jam declarant, doctrinam de mentibus corpore ſecretis una cum ea natam eſſe. Sed quae jam diſputabimus, rem extra om-

ſint extra intellectum, *Ennead.* V. *Lib.* V. *Cap.* 1. *p.* 520.

(*f*) Οὐ τὸ αὐτὸ] Haec cujusnam auctoris Graeci verba ſint, nulli licet pepercerim diligentiae, inveſtigare mihi haud licuit. Apud *Plotinum* certe non exſtant; nec apud *Ariſtotelem Libris de anima & de ſenſu ac ſenſili*, quibus hoc argumentum dedita opera perſequitur; nec apud *Platonem* illis locis, quibus in primis de ſenſibus agit, ut in *Theaeteto* & *Timaeo*.

(*g*) *De Nihilo*] Hic Perſii verſus eſt *Satyr.* III. *vſ.* 84.

(*h*) *Nullam rem*] *Lucretio* debetur hic verſus *Lib.* I. *de rerum natura vſ.* 151. *p.* 54.

(*i*) *Ve-*

Digitized by Google

omnem plane collocabunt controverſiam. Id nimirum planum facere conabimur, ad hujus philoſophiae compoſitionem plus ceteris omnibus celebre illud rationis praeceptum, quod toties totiesque inculcant veteres, contuliſſe:

(*g*) *De Nihilo Nihil, in Nihilum nil poſſe reverti.*

Fateor, *Democritum*, *Epicurum*, & *Lucretium* hanc rationis normam, praeter conſilium eorum, qui principes ex atomis philoſophati ſunt, adhibuiſſe, eoque ſic abuſos eſſe, ut plane ex nihilo nihil fingi ac conſtrui poſſe ſuis perſuaderent.

(*h*) *Nullam rem e Nihilo gigni divinitus unquam.*

In qua quum eſſent ſententia, conſentaneum erat, ut Deum quoque tollerent. Attamen ſi quis eo ſenſu decretum hoc intelligat, quo a vetuſtiſſimis acceptum eſt ſapientiae profeſſoribus, non modo rationi omnino conveniens eſt, verum etiam totius diſciplinae illius fundamentum, cujus res hic agitur, quae repudiatis formis rerum ac qualitatibus, ad motus leges omnia, quae corporibus eveniunt, revocat. (*i*) Veteres nimirum hanc ſcito huic poteſtatem ſubjiciebant: Nihil ſua virtute ex nihilo prodire ac in nihilum reverti poſſe, ſeu, quod idem eſt, ordinariis naturae legibus, niſi Deus extra ordinem accedat, fieri nullo modo poſſe, ut ex nihilo aliquid oriatur, aut ad nihilum revertatur.

Quae quum ita ſint, non eſt, cur temere ac ſine ratione (*k*) *Laërtium* egiſſe ſuſpicemur, quum in *vita Democriti* hoc nominatim inter ejus referret dogmata: *μηδὲν ἐκ τοῦ μὴ ὄντος γίνεσθαι, μηδὲ εἰς τὸ μὴ ὂν φθείρεσθαι, nihil ex eo, quod nusquam eſt, naſci, nihilque ita perire, ut nihilum fiat.* Namque hoc principio cum tota ejus de Deo, quem impius homo ſuſtulit, ſententia, tum ipſum illud phyſices genus, quod unice amabat, continetur. (*l*) *Epicurus* in *Epiſtola ad Herodotum* ab hoc initio univerſam philoſophiam ſuam aperte repetit: *Πρῶτον μὲν οὖν τόδε γίνεσθαι ἐκ τοῦ μὴ ὄντος, καὶ τόδε φθείρεσθαι εἰς τὸ μὴ ὄν· εἰ μὲν γὰρ ἐγίνετο τὸ ἐκφαινόμενον ἐκ τοῦ μὴ ὄντος, πᾶν ἂν ἐκ παντὸς ἐγίνετ' ἂν, σπερμάτων γε τόδε προσδεόμενον· καὶ εἰ ἐφθείρετο ἂν τὸ ἀφανιζόμενον εἰς τὸ μὴ ὄν, πάντα ἂν ἀπολώλει τὰ μεγίσματα, τοῦ ὄντα ἂν εἰς ἃ διελύετο. Primum quidem tenendum eſt, nihil fieri ex eo, quod non eſt, nihilque interire in id, quod non eſt. Nam ſi id, quod naſcitur, ex eo fieret, quod non eſt, omne ex omni fieri poſſet, nec opus eſſet ſeminibus. Et ſi, quod occidit, interiret in id, quod non eſt, omnia jam dudum interiiſſent, quum ea non eſſent, in quae diſſolvebantur.* Nec aliunde *Lucretius* primordia ducit ſapientiae ſuae: qui quidem haec rationis praecepta, quae *Epicurus* breviter indicat, multo perſequutus eſt enucleatius ac copioſius. Principio, *nihil poſſe fieri ex nihilo*, id hac ratione probat:

(*m*) *Nam*

(*i*) *Veteres nimirum*] Ita ſi veteres celebre hoc rationis decretum inteſlexerunt, ſenſus eius idem foret, qui notiſſimi hujus praecepti: *Nihil fit ſine cauſſa.* Vellem vero, quosdam nobis laudaſſet veterum vir eximius, qui hoc ſcitum ita eſſent interpretati. Quid enim diffitear? Mihi, qui hoc modo illud intelligeret unice, nec latius patere vellet, nemo unus inter antiquos occurrit.

(*k*) *Laërtium in Vita Democriti*] *Lib.* IX. *Segm.* 44. *p.* 572.

(*l*) *In Epiſtola ad Herodotum*] Apud *Diogenem Laërt. Libro* X. *Segm.* 38. 39. *p.* 619. In his autem verbis de ſuo nonnulla ſub initium addidit *Cudworthus* eam, credo, ob cauſſam, quo-

Digitized by Google

(m) *Nam ſi de nihilo fierent, ex omnibus rebus*
Omne genus naſci poſſet; nil ſemine egeret:
E mare primum homines, & terra poſſet oriri
Squamigerum genus &c.
Nec fructus iidem arboribus conſtare ſolerent,
41 *Sed mutarentur: ferre omnes omnia poſſent.*
Praeterea cur vere roſam, frumenta calore,
Vites autumno fundi ſuadente videmus?
Quodſi de Nihilo fierent, ſubito exorerentur
Incerto ſpatio atque alienis partibus anni.

(n) Poſtea nihil ſic poſſe exſtingui, ut in nihilum revertatur, non diſſimili ratione demonſtrare pergit:

Huc accedit, uti quidque in ſua corpora rurſum
Diſſolvat natura, neque ad Nihilum interimat res.
Nam ſi quid mortale a cunctis partibus eſſet,
Ex oculis res quaeque erepta repente periret.
Praeterea quaecumque vetuſtate amovet aetas,
Si penitus perimit, conſumens materiam omnem,
Unde animale genus generatim in lumina vitae
Reducit Venus? aut reductum Daedala tellus
Unde alit atque auget, generatim pabula praebens?
(o) *Haud igitur penitus pereunt, quaecumque videntur,*
Quando aliud ex alio reficit natura, nec ullam
Rem gigni patitur, niſi morte adjutam aliena.

Haec hominis effata qui legerit, is ſine negotio ſentiet, non id in illis *Lucretium* agere, ut Deos eſſe nullos doceat, verum de certo quodam philoſophiae genere, quod ad atomos univerſa refert, ſtabiliendo tantum laborare: quamquam ex hac ipſa diſciplina deinceps hi Democriticae ſapientiae conſulti impietatis elicere ſtudebant ſemina. Sed ut omnem male ſuſpicandi occaſionem amoveam, juvabit paullo clarius oſtendere, omnes illos etiam ex antiquioribus phyſicis, qui Deum coluerunt, nominatim *Parmenidem*, *Meliſſum*, *Zenonem*, *Xenophanem*, *Anaxagoram*, &

vis ſententiae pateret luculentius. Nec enim haec verba: Καὶ οὐδὲν φθειρεται εἰς τὸ μὴ ὂν, item illa: Εἰ μὲν γὰρ ἐγίνετο τὸ ἐκφαινόμενον ἐκ τοῦ μὴ ὄντος, apud *Laërtium* exſtant, qui praeciſe & breviter hic loquitur, ſed interjecta ſunt a *Cudworthio* perſpicuitatis, uti dixi, cauſſa.

(m) *Nam ſi de nihilo*] *Lucretius Lib.* I. *p.* 160. *ſ. p.* 55. *Verſu tertio* pro *& terra* legi omnino debet *e terra*, ut in codicibus probatiſſimis ſcriptum exſtat. *Verſu octavo* vox *ſuadente* dura videtur. Alii legunt *ſudante*: neſcio, an rectius. Ceterum hi verſus non continuata ſerie leguntur apud *Lucretium*, ſed multos hinc & inde interjectos habent.

(n) *Poſtea*] *Lucretius Lib.* I. *vſ.* 216. *p.* 67.

(o) *Haud igitur*] Idem *Lib.* I. *vſ.* 263. *p.* 78.

(p) *Ariſtotelem*] *De coelo Lib.* III. *Cap.* 1. *p.* 668. *T.* I. *Opp.*

(q) *Ex Simplicio*] *Comm. in Libros phyſicos Ariſtotel. f.* 22. b. *ed. Graecae.*

(r) *Idem Ariſtoteles*] *Libro de Xenophane, Gorgia, & Zenone Cap.* 1. *p.* 834. *T.* II. *Opp.* Soli vero *Xenophani* hoc in loco *Ariſtoteles* hanc ſententiam tribuit, non ſimul *Parmenidi.*

(s) *Sextus philoſophus*] Hic vir doctus ab *Henr. Stephano* in errorem ſeſe paſſus eſt induci. Is enim in *Poëſi philoſophica p.* 36. ubi hanc *Xenophanis* de Deo ſententiam & verſus affert, e *Sexto* philoſopho deprompta haec a ſe eſſe ſignificat. *Sextum*

& *Empedoclem*, in cauſſis rerum naturalium explicandis hanc fundamenti loco normam adſciviſſe: *Nihil poſſe proficiſci ex nihilo, nihil a contrario revenire ad nihilum.* De *Parmenide* & *Meliſſo* teſtem habemus (*p*) *Ariſtotelem*, qui docuiſſe refert eos: οὐδὲν ἐκ γίγνεσθαί φασιν, οὐδὲ φθείρεσθαι τῶν ὄντων, *nihil eorum, quae ſunt, naſci, nihil eorum, quae ſunt, interire*, id eſt, nihil ex nihilo naſci aut in nihilum commutari poſſe. (*q*) Ex *Simplicio* praeterea diſcimus, *Parmenidem* ſententiam, quam diximus, nihil poſſe effici ex nihilo, non inepta quadam ratione communiviſſe: Ἀτόπως δὲ ἔφη πάντες ἐξ ὄντων γίνεσθαι τὰ γινόμενα, θαυμαστὸς ὁ Παρμενίδης φαίνεται. ἄλως γάρ, φησιν, εἰ ἐκ τοῦ μὴ ὄντος, τίς ἡ ἀναγκαιότης τοῦτο γίνεσθαι, ὅτι ἐγίνετο, ἀλλὰ μὴ πρότερον, ἢ ὕστερον. *Admirabilis Parmenides, probaturus, omnia, quae fiunt, non poſſe non ex eo, quod eſt, fieri, hanc rationem affert: Si, inquit, res quaedam ex nihilo fieret, nulla cauſſa dari poſſet, quare res illa exſtitiſſet, nec etiam oſtendi, cur nec citius nec ſerius orta eſſet.* (*r*) Idem auctor nobis eſt *Ariſtoteles*, *Xenophanem* & *Zenonem* in principiis ſapientiae hoc maxime numeraſſe ſcitum: μὴ ἐνδέχεσθαι γίνεσθαι μηδὲν ἐκ μηδενός. *Fieri non poteſt, ut ex nihilo quidpiam exſiſtat.* Et hunc tamen *Xenophanem* (*s*) *Sextus* philoſophus praecepiſſe refert, ὅτι ἕν τε καὶ ἀσώματόν φησι Θεὸν, *unum eſſe Deum, eundemque corpore vacantem.* Et exſtat hoc ejus de illo Deo, quem profeſſus eſt, carmen:

Εἷς Θεὸς ἔν τε θεοῖσι καὶ ἀνθρώποισι μέγιστος,
Οὔτι δέμας θνητοῖσιν ὁμοῖος, οὔτι νόημα.

Empedoclis parem fuiſſe ſententiam, (*t*) haec *Ariſtotelis* verba teſtatum faciunt: 42
Ἅπαντες ταῦτα καθ' ὁμολογεῖ, ὅτι οὐκ ἔστι μὴ ὄντος ἅπτεσθαι, οὐδ' ἐξ ὄντος ἀναίρεσιν καὶ ἀφάνισιν. *Ille quoque haec omnia fatetur, & fieri nullo modo poſſe ait, ut ex nihilo fiat aliquid, quod vero interiturum eſt, id diſrumpi ac conſumi.* Denique, quod ad *Anaxagoram* attinet, doctrinam ejus de corpusculis ſimilis naturae, ſive *homoeomeriam*, ut vulgo vocant, quae philoſophiae atomis utentis corruptum genus eſt, hac lege potiſſimum contineri, neminem harum rerum peritum praeterit. Quibus omnibus id accedit, quod univerſam antiquorum phyſicorum familiam, excepto nemine, ſumma hoc ipſum conſenſione praecepiſſe, (*u*) confirmat *Ariſtoteles*: Περὶ ταύτης διομολογοῦσι τῆς δόξης οἱ πρὸ Φύσεως, ὅτι τὸ γιγνόμενον οὐκ ἐξ μὴ ὄντος γίγνεσθαι ἀδύνατον. *In hanc ſententiam conſentiunt, quicumque de natura diſſerunt, ex eo, quod non eſt, fieri nihil poſſe.* Eodem in loco κοινὴν δόξαν τῶν Φυσικῶν, communem phyſicorum doctrinam ſcitum hoc nominat. (*x*) Ex quo efficitur, his omnibus perſuaſum fuiſſe, nullum vero intelligit, cui cognomen impoſitum eſt *Empiricus*. At licet *Sextus* copioſe ſatis, quid de Deo ſenſerit *Xenophanes*, exponat *Pyrrhon. Hypotyp. Lib.* I. *Cap.* 33. *p.* 59. nusquam tamen apud eum, quae hic exſtant, reperias. *Clementem Alexandr.* nominare debuiſſet *Stephanus*, qui *Stromat. Lib.* V. *Cap.* 14. *p.* 714. utrumque hoc habet. Verſus Graecos *Potterus* ita verti debere judicavit:

Maximus idem hominum ac ſuperûm Deus unicus ille eſt,
Quem mortalis homo non mente aut corpore reddat?

(*t*) *Haec Ariſtotelis verba*] Quae in *Libro* legis *de Xenophane, Gorgia, & Zenone*, qui *Tomo* II. *Opp.* ejus legitur *Cap.* 2. *p.* 836. At poſtrema verba non ſunt *Ariſtotelis*, ſed ipſius *Empedoclis*, cuius binos ibi verſus philoſophus recitat.

(*u*) *Confirmat Ariſtoteles*] *Phyſicorum Lib.* I. *Cap.* 5. *p.* 451. *T.* I. *Opp.*

(*x*) *Ex quo efficitur*] Non hi modo, quos nominat *Cudworthus*, ſed plerique omnes veterum, qui naturam rerum ſpeculati ſunt, nihil verius hoc eſſe dogmate judicarunt: *Ex nihilo nihil fieri.* Adeant *Petrum Gaſſendum Phyſices Sect.* I. *Lib.* III. *Cap.* 1. *p.* 232. *T.* I. *Opp. Thom. Gatackerum ad Marci Antonini Lib.* IV. §. 4. *p.* 98. & doctiſſimum virum, *Jac. Bruckerum* in *Jo. Georg. Scheihornii*, viri de litteris praeclare merentis, *Amoenitat. litte-*

Digitized by Google

nullam graviorem in phyſicum quemquam ignominiam cadere poſſe, quam ſi talia praeceptis ſuis fundamenta ſubjiciat, ex quibus hoc conſequatur, fieri poſſe, ut res ulla in rerum natura ex nihilo prodeat, aut ad nihilum revertatur.

Jam quis umquam ſibi ſapiens perſuadeat, omnes illos antiquioris aevi phyſicos, quorum plerique Deum religioſe venerati ſunt, nil gravioris habuiſſe cauſſae, cur tanto ſtudio pro hoc propugnarent decreto? Itaque noſtrum jam erit, ut, quid homines illos adduxerit, explicemus, ut ad illud ſcitum roborandum omnes animi nervos intenderint. Id vero pro certo ponimus, qui hoc ſibi datum crediderunt, univerſos id unum ſpectaſſe, ut philoſophiae illius, quae corpusculis nititur, genus quoddam introducerent. Plerosque vero illi conſulere voluiſſe rationi arbitror, quae in corporibus negat aliquas proprietates & formas, ab ipſa materia diſtinctas, exſiſtere, &, quae apparent in illis, ſenſuum noſtrorum affectiones eſſe, ſitusque, figurae ac motus effectus, diſputat. Fingamus enim, certas quasdam formas ac proprietates, quae nec cum ipſa corporum materia, nec cum variis ejus modis, ex figura, ſitu & motu natis, commune habent aliquid, corporibus ineſſe. Addamus, formas iſtas & proprietates nusquam exſiſtere, antequam cum corporibus conjungantur. His poſitis, quid relinquitur, niſi ut cenſeamus, nullam fieri naturae converſionem & commutationem, nullum corpus oriri, nullum perire, quin aliquid ex nihilo mirabiliter ſimul producatur? Quumque hoc ipſum, quod oritur, nusquam exſiſtat extra corpora, ad nihilum, neceſſe eſt, viciſſim redeat, corpore diſſipato & interemto, cui antea adjunctum fuit. Exempla aliquot in medio ponemus. Si candela accendatur, lucemque concipiat, qui hanc probant ſententiam, eos ſtatuere oportet, novam tum ignis formam, novasque lucis & caloris proprietates, ab ipſa luminis materia re vera diverſas, de nihilo naſci; neque minus eosdem affirmare decet, exſtincta flamma, easdem qualitates, ad nihilum rurſus reduci. Neque aliter ſentire licebit huic generi, ſi aquam videant congelare, ac in nivis, grandinis, vel glaciei formam transire, poſtea vero diffundi iterum; aut ſi ceram, calore liquefactam, mollem fieri ac pellucentem, valdeque mutatam ſenſibus noſtris apparere, ſentiant; ſi cibum eumdem ab animalibus ſumtum in lac, ſanguinem, oſſa, nervos, carnem, ceterasque partes ejusdem generis abire animadvertant; ſi ſplendentis flammae in locum atrum ſuccedere fumum, vaporesque qui fuerant, aquam vel pluviam evadere, aut hujusmodi alia conſpiciant evenire. Nulla ſcilicet accidere poteſt corporibus mutatio, quin, ſi huic aſſentiamur opinioni, tenendum nobis ſit, de nihilo fieri & procreari aliquid. Atqui veteres portenti ſimile crediderunt, ſi quis in tot tamque variis, quae perpetuo
43 contingunt, naturae converſionibus ſemper aliquid ex nihilo gigni, & ad nihilum deinde redire praeciperet; nec ideirco ulla ratione a ſe impetrarunt, ut hanc opinionem adſciſcerent. Primo enim, id quod jam indicavimus, fieri aliquid per ſe ex nihilo poſſe, id vero prorſus ab omni ratione abhorrere, decernebant. Aeque deinde abſurdum & ineptum judicabant, ad Deum ſemper ejusque immenſam potentiam confugere, ſicubi vel minima res expedienda eſſet. Poſtremo, ſi res om-

variis *Tom.* VIII. *p.* 304. qui plura ſibi monſtrari cupiunt antiquorum philoſophorum hac de re effata. Hic vero *Cudworthus* id agit in primis, ut impietatis maculam ab illis depellat, quibus hoc ſcitum univerſae phyſices fundamentum vitium fuit. Itaque eos tantum producit philoſophos, quorum religionem & pietatem in primis certam & exploratam eſſe judicavit. Video quidem, cur id faciat. Totus eſt in eo, ut atomorum amicos religioni non adverſari doceat. Horum autem omnem diſci-

omnes de nihilo exsistant; id inde prospiciebant consequi, quamlibet rem ex qualibet nasci posse, nec ullam in orbe terrarum versari caussam, quare haec res citius & potius, quam illa, & hoc magis, quam alio, producatur tempore. Quae omnia quum attentius perpenderent, eo primum delabebantur cogitando, ut diversam prorsus esse rationem suspicarentur mutationum naturae, atque eam, quam plerique omnes sibi vulgo persuadebant. Postea, rebus omnibus circumspectis, in hanc descendebant sententiam: Falli eos magnopere, qui censeant, certas quasdam formas & proprietates a materia variaque partium dispositione, quam figura, situs atque motus efficiunt, diversas oriri & interire, quando corpus quoddam mutatur & convertitur. E contrario cunctas rerum species vel ex concretione & secretione partium, vel etiam ex varietate affectionum unius ejusdemque materiae antea exsistentis, aut individuarum ejus particularum oriri. Varias porro has concitationes individuorum, quae vix sensibus percipiuntur, corpusculorum certas in nobis, easque consusas parere imagines, visiones, affectiones, lucis verbi caussa & colorum, frigidi atque calidi. Has ipsas autem affectiones vulgo perperam haberi pro corporum, quae in illis re vera insint, proprietatibus. Quamobrem nihil omnino habere corpora ipsa, quod imaginibus & simulacris, quae ad conspectum eorum in sensus nostros incurrunt, respondeat: tametsi totius naturae parens, ut mundum nobis corporeum quam elegantissimum & ornatissimum exhiberet, omnia illa corpora sapientissime fabricatus sit.

Quodlibet ergo corpus duplici spectari debere modo, concludebant: primum ita, ut sese habeat in se & simpliciter consideratum; deinde, quale sit ad homines eorumque sensus relatum. Corpus absolute consideratum nihil omnino habet a materia distinctum, quod ex nihilo procreetur, & ad nihilum redeat, sed varie tantum temperatur, variasque formas nanciscitur. Neque tamen hae formae & affectiones ab ipsa ejus natura differunt. Quemadmodum enim unus idemque homo stare, sedere, ambulare, genuque niti potest, nec tamen ideo semper novis augetur rebus, a corpore ipsius sejunctis; ita etiam nil impedit, ne unum idemque corpus sine ulla nova accessione varios induat habitus & figuras. Ex quo efficitur, nil esse, quare existimemus, quando corpora inanimata gignuntur, intereunt & mutantur, tum re vera aut nasci aliquid, aut obire, ab ipsa eorum materia discrepans: namque nova tantum forma novusque eorum modus producitur. Quodsi vero corpora ad homines referantur & eorum sensus, praeter varias, quas ex motus legibus recipiunt, mutationes & affectiones, hanc quoque virtutem illis tribuere decet, posse ea multiformes in nobis excitare visiones: quas quidem visiones minuti & tardis ingeniis philosophi formas esse censent & qualitates in ipsis residentes corporibus. Quamlibet ergo corporis vita vacui conversionem & commutationem duobus absolvi existimabant veteres; quorum unum in ipsis vere esset corporibus, multiplex nimirum partium pro situs, motus & figurae varietate ad leges mechanicas conformatio, alterum extra corpora in ejus, a quo percipiuntur, sensu & animo versaretur.

Ve-

disciplinam ab hoc initio profectam esse statuit: *Ex nihilo nihil fit.* Quocirca necessarium ipsi visum fuit, hujus etiam sciti caussam tueri, exemplisque docere, placuisse illud praeceptum viris, a quibus omnis animi male erga Deum affecti suspicio abest. Ego vero, parum abest, quin hanc totam defensionem minus esse iudicem necessariam. Nec enim quemquam tam fuisse amentem reor, ut neminem huic decreto favere posse diceret, nisi qui Deum & religiones omnes recusaret.

Verum, ne quis a nobis hic ſomnia temere fingi arbitretur, (y) *Ariſtotelem* teſtem appellabimus, qui hoc ipſo modo, quo diximus, doctrinam eorum, quos atomi delectant, natam, id eſt, ex celebri illo rationis decreto, quod ex nihilo aliquid fieri, ac in nihilum reverti, vetat credere, profectam eſſe, ſcriptum reliquit: Ἐκ δ' γίνεσθαι ἐξ ἀλλήλων τἀναντία· ἐνυπῆρχεν ἄρα. εἰ γὰρ πᾶν τὸ γιγνόμενον ἀναγκη γίνεσθαι, ἢ ἐξ ὄντων, ἢ ἐκ μὴ ὄντων, τούτων δὲ τὸ μὲν ἐκ μὴ ὄντων γίνεσθαι ἀδύνατον· καὶ γὰρ παύτης ἐφαπτόμεθα τῆς δόξης ἅπαντες οἱ περὶ Φύσεως· τὸ λοιπὸν ἤδη συμβαίνειν ἐξ ἀναίσχης ἐνόμισαν· ἐξ ὄντων μὲν γὰρ ἐνυπαρχόντων γίνεσθαι, διὰ δὲ σμικρότητα τῶν ὄγκων ἐξ ἀναισθήτων ἡμῖν. *Contraria praeterea ex ſe fiunt mutuo. Inſunt igitur* (una vel altera ratione in materia.) *Nam ſi neceſſe eſt, ut, quodcunque fit, id vel ex illis fiat, quae ſunt, vel ex illis, quae non ſunt; illud autem fieri proſus nequeat, ut fiat aliquid ex illis, quae non ſunt;* (*de qua quidem re omnes illi, qui res*
44 *naturales ſcrutati ſunt, conſentiunt;*) *quod reliquum eſt, neceſſario evenire cenſent, ut fiat ex illis, quae ſunt & inſunt: ſed haec propter ſummam molis parvitatem a nobis ſenſibus non percipiuntur.* Quis, quaeſo, *Ariſtotelem* id ſibi velle non intelligit, omnes, qui ex antiquioribus philoſophis hoc dogma probaverint: *ex nihilo nil effici, nec in nihilum reverti poſſe*, atomis, non una quamvis ratione, tribuiſſe omnia, totumque mundum corporeum ad *corpuſcula individua, quae ob exiguitatem ſenſibus haud percipiantur*, δίκης πρὸς ἀλλ' ἢ σμικρότητα ἀναφέρειν ἡμῖν, ſeu, quod idem eſt, ad atomos revocaſſe? Verum concors minime fuit omnium, quibus haec philoſophandi via placuit, ſententia. *Anaxagoras* certe, licet ſtaterit ab atomis, eſſe tamen opinatus eſt praeterea formas & qualitates in corporibus, quae omnino diſcrepent a naturali partium diſpoſitione. Minori fuiſſe homo ingenio videtur, quam ut totam veterum philoſophorum rationem, qui cuncta, quae in corporibus apparent, ex legibus mechanicis interpretati ſunt, comprehendere poſſet. Interea id, quod totam eorum cauſſam continet, rationis decretum in dubium nullo modo vocari poſſe intelligebat: *ex nihilo nimirum fieri nihil, nihilque in nihilum abire poſſe*. Quamobrem novam prorſus ex atomis philoſophandi rationem comminiſcebatur, totamque hanc molem corpoream, quae mundum conſtituit, ex corpuſculis genere & natura inter ſe ſimilibus conſiſtere, docebat. Atomos nimirum variis illis qualitatibus & formis, quae vulgo corporibus ineſſe creduntur, re vera praeditas eſſe ſtatuebat, has oſſeas, illas carneas, rurſus alias igneas, alias humidas, quasdam candidas, aliquas nigras, has dulces, illas amaras eſſe. Hinc & omnia corpora, cu-

(y) *Ariſtotelem teſtem*] Sumta ſunt haec verba ex *Phyſicorum Libro* I. *Cap.* 5. *p.* 451. Unum vero hic peccat vir eximius. Ita hunc *Ariſtotelis* interpretatur locum, ac ſi eo philoſophus oſtendiſſet, quanam via omnes antiqui phyſici ad iſtam philoſophandi formam, quae ad atomos omnia revocat, perveniſſent. At ſecus ſese rem habere intelligent, qui *Ariſtotelem* evolvent. Namque is de uno loquitur *Anaxagora*, quidve hunc aut commoverit, aut commovere potuerit, ut *homoeomeriam*, quam vocant, introduceret.

(z) Πᾶν ἢ κατὰ] Et haec *Ariſtotelis* verba ſunt *Phyſicorum Lib.* I. *Cap.* 5. *p.* 451. Nec aliunde haſtum eſt, quod paullo poſt ſequitur, de *Anaxagora* dictum. De *Anaxagorae* ſententia nihil dicam. At duo monebo alia, quae huc ſpectant, genti inciderunt. (I.) Paucis perſuadebit vir egregius, *Anaxagoram*, quod tam pusillo eſſet ingenio, ut iſtam philoſophandi formam, quae atomis utitur, non omni ex parte comprehenderet, diſciplinam ſuam confinxiſſe. Non tam hebetem fuiſſe *Anaxagoram*, omnia, quae de eo accepimus, declarant. Veri omnino ſimillimum eſt, acutiſſimum iſtum virum, quoniam ex atomis non omnium, quae eveniunt in natura rerum, rationem reddi poſſe perſpiciebat, novam quaeſiviſſe viam, quae difficultates, quas atomi non tollunt, removeret. (II.) Quod neminem phyſicorum, qui vel ante vel poſt *Anaxagoram* vixerint, qualitates attribuiſſe affirmat atomis, id confidentius, quam neceſſe erat, dictum eſt. Neſcio, an multi veterum phyſicorum totam *Anaxagorae* doctrinam proba-

Digitized by Google

cujuscumque demum essent generis, ex omnibus affirmabat atomorum ordinibus, quarum infinitum necesse est numerum esse, quasdam continere, quae universa re & genere in illis corporibus differrent. (z) Πᾶν ἐν παντὶ μεμίχθαι, διότι πᾶν ἐκ παντὸς γίνεσθαι, φαίνεσθαι δὲ διαφέροντα, καὶ προσαγορεύεσθαι ἕτερα ἀλλήλων ἐκ ᾧ μάλιστα ὑπερέχουσι τὸ πλῆθος ἐν τῇ μίξει τῶν ἀπείρων. *Quodlibet cuilibet admixtum esse, quoniam quodlibet ex quolibet fieri cernunt. Videri autem res differentes, & appellari diversas inter se ab eo, quod in mixtione exsuperat propter multitudinem infinitorum.* Ex quibus hoc postremo conficiebat, quum corpora aut gignuntur, aut corrumpuntur, aut convertuntur, tum novam minime aliquam formam aut qualitatem de nihilo produci, aut ad nihilum redire, verum atomorum antea exsitientium, variisque formis & qualitatibus instructarum, vel concretionem vel secretionem totius mutationis causam esse. Ita nobis luculenter *Aristoteles Anaxagorae* doctrinam enarrat: Ἔοικε Ἀναξαγόρας οὕτως ἄπειρα εἰσθέναι τὰ στοιχεῖα, διὰ τὸ ὑπολαμβάνειν, ἅ κοινὸν δόξαν τῶν φυσικῶν ἐστιν ἀληθῆ, οὐκ ἐ γίνεσθαι οὐδὲν ἐκ τοῦ μὴ ὄντος. *Videtur autem sensisse Anaxagoras sic esse infinita, quia existimavit, communem physicorum opinionem esse veram, ex nihilo nihil fieri.* At huic sententiae nemo ex veteribus physicis vel ante vel post *Anaxagoram*, qui praeceptum hoc, quod saepe diximus: Ex nihilo nihil fit, suum fecerunt, ut *Empedocles*, *Democritus*, *Protagoras*, deditus fuit. Nam hi omnes non potuerunt, quin corporum primordia ab ἕτεραις ἀτομοίαις, *dissimilis naturae moleculis*, & ἀτόμοις ἀτόμοις, *corpusculis nulla alia qualitate vel forma, quam figura, situ & magnitudine, praeditis* arcesserent, formas esse & qualitates, ab ipsa rerum materia distinctas, negarent, corporibus denique, quaecumque contingunt & accidunt, ad leges motus nostrosque sensus referrent. Quodsi enim hoc aliquis ratum habeat, nihil posse oriri ex nihilo, nec ad nihilum reverti, aut id fateatur, necesse est, quod *Anaxagoram* feciisse accepimus, formas & qualitates corporum, ab ipsa diversas eorum materia, antequam nascatur aliquid, vel intereat, certis inesse minutissimis corpusculis, aut vero hoc oportet tueatur, qualitates illas nihil esse, nisi ipsam corporum materiam, varia ratione, ut leges exigunt mechanicae, temperatam, nec uno modo sensus nostros ferientem. Igitur consequuti jam sumus, quod propositum nobis erat, idque demonstratum dedimus, omnem eorum philosophiam, qui corpusculis utuntur, unius hujus sciti progeniem esse: Fieri nullo modo potest, ut ex nihilo producatur aliquid, aut in nihilum (a) occidat & abeat.

§. XXIX.

haverint: an vero quisquam eorum, quos ante *Democritum* & *Leucippum* naturae rerum operam dedisse novimus, omnes corpusculis individuis qualitates detraxerit, id vehementer mihi videtur esse dubium. Adiungent sese mihi fortasis, qui ea legerint, quae supra de *Empedocle* & aliis diseruimus.

(a) *Occidat & abeat*] Perspicacitatem & ingenii vim in hac tota originum philosophiae atomis fretae explicatione, neminem arbitror desideraturum esse. At (I.) non deerunt, ut opinor, qui rem aptius, brevius & ad intelligentiam lectorum accommodatius proponi potuisse, censebunt. Erunt forte etiam, quibus molestum videbitur, quae semel dicta sunt, repeti aliquoties. His utinam in versione mihi licuisset consulere! Feci, quod potui, ut mentem auctoris perspicue aptisque verbis redderem, orationemque valde impeditam, & si dicere licet, nonnumquam asperam & spinosam temperarem. At ordinem rerum, sententias totumque habitum mutare nefas duxi. Haec velim ubique in memoriam sibi revocent lectores. (II.) Forte alii inconstantiae virum doctum arguent. Propositum ipsi est ostendere, pervulgatum illud rationis praeceptum: *Ex nihilo nihil fit*, eo demum adduxisse veteres, ut in atomos qualitatis omnis nescias totam rerum naturam dissolverent. At interdum sic loqui videtur, ac si censuisset, ideo tanum hoc scitum adoptasse, & tam acriter inculcasse veteres, ut atomorum doctrinam tanto facilius tueri possent. Quod si verum esset, non ab hoc decreto atomi, sed ab atomis decretum hoc manasset. Verum qui expendent & ponderabunt

Digitized by Google

45 §. XXIX. Reliquum eſt, ut doceamus, illud ipſum praeceptum, quod adduxit veteres, ut formis atque qualitatibus litem moverent, corpuſculaque in earum locum ſufficerent, in hanc eos impuliſſe ſententiam, ut mentes corpore vacuas eſſe faterentur, animosque tam hominum, quam animantium ex illarum eſſe ordine, nec ideirco vel gigni vel interire poſſe, praeciperent. Formas & qualitates, id quod jam vidimus, hac argumentatione adorti erant: Nemo unus inficiatur, corporum proprietates & formas, quemadmodum oriuntur, ſic etiam occidere. Jam ex nihilo ne cenſeamus aliquid exiſtere, aut ad nihilum reverti poſſe, ſana repugnat ratio. Igitur ſic decet exiſtimare: qualitates iſtas unice ex multiformi materiae ſtatu, quem multiplex figurae, ſitus & motus efficit ratio, & diverſa ſenſuum noſtrorum affectione proficiſci. Nam quod ad *Anaxagorae* opinionem attinet, qui atomos exiſtere opinatus eſt, omnibus illis, quae corporibus inſunt, proprietatibus naturaliter inſtructas, perennesque & perpetuas, ſatis apparet, nihil eam eſſe, niſi depravationem caſtae & integrae de atomis doctrinae, philoſophique non differentis, verum ſomniantis, commentum, quod perpaucos amatores reperit. Iſthuc igitur poſtquam ratiocinando pervenerant, de hominum & animalium mentibus ita philoſophabantur: Evidens eſt, homines & bruta animantia non eſſe meras machinas, mentemque diſtinctum aliquid eſſe a materia variaque ejus compoſitione. Figuram enim, magnitudinem, ſitum atque motum, vitam, cogitationem, ſenſum, conſcientiam, rationem & intelligentiam, deſiderium & voluntatem producere poſſe, quisnam ſibi ſanus perſuadeat? Ergo mentes nullo modo ſic gigni poſſunt & corrumpi, quemadmodum corporum qualitates naſcuntur & intereunt. Ἀδύνατον γίνεσθαί τι ἐκ μηδενὸς προϋπαρχοντος. *Fieri nullo modo poteſt, ut fiat aliquid, niſi ex eo, quod ante exſtitit.* Quomodocunque corpora & materia componatur & coagmentetur, nihil tamen rationis & intelligentiae, nihil ſenſus, cogitationis & vitae in illa exorietur. Proinde, ſi quis animas ex corporibus prodire, quum generantur homines, opinatur, is, quod prorſus ineptum & a ratione averſum eſt, rem magnam ex nihilo fieri praecipit. Quoniam, ſic veteres ſubducebant rationes, quoniam ex ordinaria naturae lege corporum qualitates & formae exſiſtunt & pereunt, ideo ab ipſa corporis materia variaque ejus compoſitione differre nequeunt. At quoniam animus univerſa re & natura diſcrepat a corporum materia, ejusque multiplici affectione & colligatione, ideo ex illis rebus non eſt, quae cum corporibus oriuntur & occidant, generantur & corrumpuntur, ſed per ſe ipſum conſtat, propriumque ſibi, unde proficiſcitur, initium habet. Modi nempe rerum gignuntur & deſtruuntur, non ipſae res, quae re vera exſiſtunt. Magno ergo intervallo quum priſci philoſophi mentes hominum & animalium, formasque & qualitates rerum inanimatarum diſtare animadverterent, utrarumque ortus etiam valde inter ſe differre docuerunt. Corpus enim quando vitae expers gignitur, nihil novi accidit materiae, ex qua conſtat, quod antea non habuerit, verum nova tantum forma novusque modus exſiſtit materiae. Quemadmodum forma domus, ſellae, menſae ab ipſa minime differt materia; ita nec ſpecies iſta, quam lapides, ligna, ſanguis, oſſa, caro, ceteraque corpora naturalia, dum generantur, induunt, aliquid eſt ab ipſa horum corporum materia ſe-

pa-

omnia, nec aequitati locum dare recuſabunt, hanc inconſtantiam intelligent non tam in re ipſa, quam in orationis forma & loquendi modis quaerendam eſſe. Conſtat ſibi vir eximius, ſi ſumma ſpectetur rei, etſi in tradendi modo a ſe ipſo diſſentire interdum videatur.

(c) *Anaxa-*

paratum. Nihil hac in re diſcriminis intereſt inter opera, quae hominum arte, & quae naturae fiunt & comparantur induſtria. Neutra, quando conſtruuntur, aliquid, quod ab ipſa diſcrepet materia, nanciſcuntur. Aqua in vaporem abit, lumen flammam recipit, ignis in fumum tranſit, herba carnis, lactis, ollium naturam adipiſcitur. Quae omnia & multa alia quum contingunt, idem evenire putandum eſt, atque tum, quando ex lana veſtimentum, ex lino linteum conficitur, ex rudi & impolito ſaxo ſignum pulcherrimum fingitur, lateres, ligna, calx, 46
quae confuſe antea & perturbate jacebant, ſic arte committuntur, ut plena dignitatis domus exſtruatur. Sicut in his nihil mirabiliter ex nihilo producitur, ſed materia tantum nova ratione diſponitur & exornatur; ita nec in illis ejusmodi quid evenit. Eadem ſemper eſt, ſi naturam ipſam intuearis, materia, quae rerum univerſitatem continet, nec augetur etiam vel diminuitur, verum, Protei inſtar, in mille formas innumerabilesque ſpecies convertitur. Itaque, quod nos generationem appellamus inanimatarum rerum, id nihil eſſe conſtat, quam formae, modi, rerumque externarum commutationem, ipſa eadem, quae antea fuerat, permanente materia.

Verum longe ſecus de hominum & animalium generatione cogitandum eſt. Ea minime tota nova particularum coagmentatione & diſpoſitione abſolvitur. Namque res in ea ſingularis & eximia cum ipſamet conjungitur materia, quae, quum prorſus ab hac ſit diſtincta, neque fieri ex ea ullo modo queat, aliunde perferatur ad eam, neceſſe eſt. Aedes quidem magnificae re ipſa & natura non differunt a materia ſua, quae diſſipata & in varias partes diſtributa fuerat antea, ſed modo tantum exiſtendi externisque rebus. Verum homo vivus mortuumque cadaver non ſpecie modo formaque corporis externa differunt, ſed ipſa etiam natura. Nam quum ille mentem habeat in ſe corpore vacantem & ſimplicem, quae multiplices actus edit, hoc omni ſpiritu & motu deſtitutum jacet. Atque hoc non ignoraſſe mihi videtur (*b*) *Anaxagoras*: qui quum atomos fingeret oſſeas, carneas, igneas, frigidas, virides, rubras, & innumerabiles alias, ne fateri cogeretur, ex nihilo fieri aliquid, aut in nihilum redire, eaque corpuſcula immutabilia eſſe, nec modo ante generatum corpus, ſed etiam corrupto illo, per ſe conſiſtere aſſeveraret, nusquam tamen atomos animales ſenſuque & ratione praeditas ſtatuiſſe legitur. Stolidus ſit, qui ſibi perſuadeat, ideo ab ejusmodi corpuſculis abhorruiſſe hominem, quod rubrum quidem & nigrum, frigidum & calidum, non item ſenſum & intelligentiam, res eſſe vere exiſtentes, crediderit. Quamobrem haud dubie cenſuit, quum ſic inſtitueret, conſilium & rationem ad formas & qualitates corporeas referri minime poſſe, ſed proprietates mentis cujusdam eſſe corpore prorſus carentis. Ex quo conſequitur, vitas eum omnes atque animos haud aliter per ſe ſine corporibus conſtare judicaſſe, atque corporeas illas qualitates & formas, quas parilis naturae atomis ineſſe praedicabat.

§. XXX. Nihil ergo controverſiae habet id, quod diximus, illam ipſam rationis legem, quam ſaepe memoravimus: *ex nihilo nil fieri, aut in nihilum abire*, veteres philoſophos in eam conjeciſſe ſententiam, ut perennes eſſe hominum animos do-

(*b*) *Anaxagoras*] Locuples nobis auctor eſt *Ariſtoteles Libro* I. *de anima Cap.* 2. *p.* 5. *T.* II. & *Metaphyſ. Lib. I. C.* 3. *T.* IV. *p.* 266. *Anaxagoran* ſingulis animalibus peculiarem animum ab atomis, quibus ea conſtare putabat, diſtinctum dediſſe.

Digitized by Google

docerent, & ab omni concretione corporea liberos. Nulla res vere exſiſtens ad nihilum ſuis viribus redire poteſt: quod ſi poſſet fieri, cuncta, longo & diuturno elapſo tempore, ad nihilum reciderent. Mens autem natura eſt, quae vere per ſe conſiſtit, nec certus corporis, quo cincta eſt, modus, verum diverſi prorſus a corpore generis. Quam propter cauſſam, ſi homo moriatur, animus ejus manere, & in quodam hujus univerſitatis loco commorari debet. Omnes naturales converſiones aut rerum externarum commutationes ſunt, ejusdemque materiae multiplices conformationes & temperationes, aut vero concretiones & ſecretiones, rerumque hujus orbis, non ſecus ac litterarum in anagrammatis, trajectiones. Ipſa rerum univerſitatis ſubſtantia ſemper eadem & inviolata permanet. Generationem & corruptionem corporum inanimatorum is demum rite comprehendet, qui eam cum domus, ſellae vel menſae fabricatione ac diſſolutione contulerit. Aut enim una eademque materia vario modo diſponitur, aut vero plures res miſcentur aut ſeparantur, concreſcunt aut diſſipantur. Pariter animalium generatio & corruptio nihil eſt, quam

—— μίξις τε διάλλαξίς τε μιγέντων.

Conjunguntur animae cum ſingulis corporibus, ac viciſſim deinceps ab illis ſejunguntur, non ſecus ac ſi quaedam earum in hoc orbe trajectio eſſet, ut litterarum in anagrammatis. Mente ac vita ex corpore fugiente, illa quidem moles corporea, quam antea animaverat, jacturam facit, motuque & ſpiritu privatur; at ipſa nihil amittit rerum univerſitas, eo quod animus ſedem tantummodo mutet, & in aliam regionem (*c*) transferatur.

47 §. XXXI. Etiam hoc addo, illud ipſum, quod veteres commovit, praeceptum rationis, ut immortales eſſe crederent animos, & ſimiliter duxiſſe eos neceſſario, ut una προύπαρξιν, praeexſiſtentiam animorum defenderent: ex quo dogma de tranſitionibus eorum & migrationibus, quod μετενσωματωσιν vocant, profluit. Quidquid enim ante ullius animalis generationem exſtitit, certoque loco olim verſatum fuit, id quis neget in corpus animalis illius, in quo nunc eſt, commigraſſe? Quod ad eo-

(*c*) *Transferatur*] (I.) Si hoc ſolum affirmaſſet *Cudworthus*, fieri potuiſſe, ut veteres quidam philoſophi, quos delectarunt atomi, hoc modo ratiocinarentur, ut nos hodie: *In materia nihil eſt, niſi forma, motus, ſitus. A ſenſus, conſcientia, ratio, conſilium a forma, ſitu & motu proficiſci nequit. Igitur ſit aliquid, neceſſe eſt, in homine a materia prorſus ſeparatum*; non eſſet, cur id reprehenderit aliquis. Eadem enim veteres uſi ſunt, qua nos utimur, rationis facultate. At quod antiquos ita reapſe ratiocinatos eſſe confidenter affirmat, id ſine teſtibus pauci recipient. (II.) Aſſumit vir doctus, quod in controverſiam venit, nullum fuiſſe veterum phyſicorum, quin naturam rerum conſeret ex atomis, iisque omni forma & qualitate nudis, concretam eſſe. (III.) Omnes, qui animos quondam poſt fata permanere putarunt, ad hanc delatos eſſe ſententiam pugnat, quod atomis hanc orbem concluderent. At quem, quaeſo, fugit, multos, qui animorum perennitatem crediderunt, ab atomis alienos fuiſſe? *Platonem* ipſum non audet referre inter atomorum tutores vir doctus: & is tamen animos non exſtingui cenſuit. Quapropter alio modo in hanc impulſus fuerit ſententiam, neceſſe eſt. (IV.) Si tam facilis eſt & expedita ab atomis ad animorum immortalitatem via, quonam fato factum eſt, ut nulli magis abhorrerent olim ab hoc dogmate, quam illi, qui ex atomis omnium ſibi maximam exiſtimationem acquiſiverunt? *Epicurum*, *Leucippum*, *Democritum*, & reliquos atomorum ſtatores, quis ignorat, animis interitum minatos eſſe? Hoccine contigiſſet, ſi, quod vir egregius putat, nemo ſobrius atomis favere, & animis exitium decernere poſſet? (V.) De-

Digitized by Google

eorum vero ſententiam attinet, qui animos in brutorum etiam animantium corpora transire judicarunt, multis quidem veterum ſatis ea viſa fuit probabilis & veritati conſentanea: at (*d*) *Timaeus* tamen *Locrus*, nec pauci ex illis alii, qui diſciplinam acceperunt a *Pythagora*, ab ea abhorruerunt, neque hoc dogma aliter ſpectari voluerunt, quam ut ſignificationem quamdam miſerrimi ac turpiſſimi ſtatus, quem animi ſortiantur, qui vitiorum ſeſe committerent imperio. (*e*) *Ariſtoteles* ceterum accommodate prorſus ad ea, quae ſupra retulimus, nil magis veteres metuiſſe philoſophos, memoriae prodidit, quam hoc, ne ex eo, quod non eſt, prodiiſſe aliquid dicerent: ἐπὶ μάλιστα φοβέμενοι διετέλουν οἱ παλαιοὶ τὸ ἐκ μηδενὸς γίνεσθαί τι προϋπάρχοντος. Quodſi verum eſt, non potuerunt, quin omnium animalium mentes ante corporum exſtitiſſe generationem ducerent. Certe philoſophos antiquos, quos perennitatem animorum probaſſe accepimus, non ignotum eſt, hoc dogma ſic intellexiſſe, ut, quas perennes credebant, mentes & ante corpora exſtitiſſe, & permanere, diſſipatis & diſſolutis corporibus, dicerent. Neque aliquem ex eorum familia, qui ante natum Servatorem pro immortalitate pugnarunt mentium, nominari poſſe putem, qui a dogmate iſto de animis ante corpora exſiſtentibus abhorruerit. Vehementer nimirum omnes verebantur, ne, ſi docerent, generatas eſſe animas, diſſolutionem & corruptionem earum pariter fateri cogerentur. Qua quidem de cauſſa, qui mori poſſe animos negabant, id ſibi in primis putabant dari, ut animas jam fuiſſe, nondum ortis corporibus, demonſtrarent: quo concluſo, proclive illis probatu erat, corpora licet intereant, animis tamen nihil inde creari periculi. Hac diſputandi forma (*f*) *Platonem* uti videmus: Ἦν τε ἡμῶν ἡ ψυχὴ, πρὶν ἐν τῷδε τῷ ἀνθρωπίνῳ εἴδει ἥρισθαι, ὥσπ ἢ ταύτη ἀθάνατόν τι ἔσεσθαι ἡ ψυχή. *Si anima noſtra fuit alicubi, antequam in humana ſpecie appareret, fluere inde omnino videtur, eſſe eam immortale aliquid.* Ante vero *Platonem* qui perſuaſum eſſe cupiebant aliis, fuiſſe mentes, antequam gignerentur corpora, ſic potiſſimum ſolebant concludere rationem: Anima natura eſt per ſe conſiſtens, nec cum corpore variisque corporum affectionibus commune habet aliquid. Nulla vero ejus generis natura ex nihilo poteſt oriri, aut ex alia diſſimillimi generis procreari. Obſtat enim, quo minus id fieri queat, decretum hoc rationis: Nihil poteſt naſci ex nihilo, ἐκ μηδενὸς ἐνυπάρχοντος ἢ προϋπάρχοντος. In illis, quae ex lege ſiunt naturae, generationibus materia tan-

(V.) Denique id quidem praeclare intelligo, eum, qui materiae nihil, praeter motum, figuram & ſitum relinquit, huc cogitando facile adſcendere poſſe, ut eſſe aliquid in nobis a materia & corpore ſeparatum conſtituat; at vae aliquid, niſi fallor, reſtat, antequam idem ad animorum immortalitatem perveniat. Nec enim videtur indiſſolubile hujus connexi vinculum eſſe: Eſt aliquid in nobis a corpore ſecretum. Ergo eſt aliquid immortale in nobis. Quae nos rationis vel naturae lex credere jubet, omnia, quae a craſſiori remota ſunt materia, aut a corpore ſecerni queunt, immortalia quoque eſſe & perennia?

(*d*) *Timaeus Locrus*] Legatur *Libellus* eius *de anima mundi & natura* inter *Thom. Galei Scriptores mythologic.* p. 566. Nec aliter *Platonis* mentem interpretatur *Chalcidius in Timaeum Platonis C.* 196. *p.* 349. 350. Plures omitto alios, quos in vulgus notum eſt ea, quae *Plato & Pythagoras* de migrationibus animorum in feras beſtias tradiderunt, ad res morales & imitationem vitiorum, quae brutis inſunt animantibus, traxiſſe.

(*e*) *Ariſtoteles*] *De generatione & corruptione Lib.* I. *Cap.* 3. *p.* 704. *T.* I. *Opp.*

(*f*) *Platonem*] *Socratis* haec argumentatio eſt apud *Platonem* in *Phaedone p.* 382. Sic *Socrates* ratiocinatur: Quum tam celeriter, quae illis explicantur, arripiant animi & memoria teneant, neceſſe eſt, eſſe in illis inſitas & innatas rerum notiones. His igitur notionibus haud dubie in alia quadam vita fuerunt imbuti, antequam in haec corpora deſcenderent. Fuerunt ergo animi, antequam jungerentur corporibus. Hoc ſi verum, illud etiam probabile eſt, eſſe eos natura immortales.

(*g*) Qui

tantum, quae antea in orbe terrarum exstiterat, nova ratione temperatur & dispo-
48 nitur. At vim quamdam animalem & sentientem in corpore fuisse antea, nemo dixerit sapiens. Magnitudo, figura, situs & motus nihil habent vitae & cogitationis. Quare animam non ex illis esse rebus, quae gignuntur, quales sunt corporum formae & qualitates, sed naturam peculiarem, nec generationi nec corruptioni obnoxiam, existimare decet. Humanum corpus genitum atque factum esse, recte dicitur, eo quod materia ejus, quae ante jam fuerat, novam prorsus in generatione formam accepit, licet nihil ab ipsa ejus substantia diversum ei sit additum. Nec is male loquitur, qui totum hominem aut animal corrumpi ait & generari, si id tantum de animae & corporis, quibus homo constat, conjunctione ac disjunctione velit intelligi. At ipsa mens in se spectata, si his standum sit principiis, nec gigni potest, nec dissolvi, verum sicut ante corporis exstitit ortum, ita etiam post fata & obitum hominis superstes manet, non secus ac illa, qua corpus constat, materia, quam ab ipso mundi jam exstitisse contendunt exordio, qui hac ratione philosophantur, neque ulla sui parte perire, animali exstincto, aut ad nihilum redire disputant, etiamsi particulae corporis disturbentur, ac per re-

(*g*) *Qui aeternum*] Haec ut capienda sint, vix assequor. (I.) Duplicem constituit philosophorum classem vir doctus, qui ante natum Servatorem vixerint: alteram eorum, qui mundum esse aeternum affirmaverint, alteram eorum, qui negaverint. Verum, si a Judaeis discedas, nescio, an ullus antiquorum philosophorum mundum negaverit aeternum esse. Omnes mihi aeternum professi videntur esse mundum: hoc uno vero distinguuntur, quod nonnulli, ut *Aristoteles*, formam & materiam simul huius orbis, alii vero, quorum princeps facile *Plato*, materiam tantum aeternam, formam vero a Deo comparatam, dixerunt. (II.) Fingamus vero, sic esse viri docti distinctionem inter eos, qui mundum aeternum esse vel affirmaverint vel negaverint, intelligendam, ne sic quidem omnia erunt aperta. Qui formam non minus, quam materiam mundi, existimarunt aeternam esse, ut *Aristoteles*, quid de animis eorumque natura judicaverint, vehementer incertum & obscurum est. Neque carent argumentis, qui putant, Peripateticis non esse visum, animos naturas esse per se constantes, & separatas ab omni corpore. Materiam vero qui tantum duxerunt aeternam esse, non item mundi formam, eos notum est animos ex ipso eduxisse Deo, ac pro divinae naturae particulis habuisse, quas Deus in haec corpora terrena detruserit, ut culpam olim admissam luerent. Igitur animos non censebant tum primum esse natos, quum Deus in rudem & indigestam materiam formam induceret, sed ex infinito tempore, non secus ac ipsum Deum, fuisse.

(*h*) Ἀναίδεια] Ita *Synesius* loquitur *Epistola* 105. p. 219. *Opp.* Liberum fuisse cuivis videtur inter Christianos, antequam certamina moverentur de *Origene*, de ortu animi, quemadmodum vellet, sentire. Verum, motis his de *Origene* controversiis, quem docuisse constat, animos fuisse, antequam corpora nascerentur, libertas haec sublata, et macula quaedam inusta fuit iis, qui similia docerent. Interim & ante & post *Origenem* maximi nominis doctores huic dogmati favisse, nullum dubium est. Testimonia *Henr. Morus* in *Praefat. ad Opera philosophica* §. 18. *f. p.* 20. & *Leo Allatius Notis ad Methodii Symposion p.* 96. *f.* bene multa collegerunt.

(*i*) *Fovebat*] Non hic ea repetam, quae paullo ante animadverti; nec monebo, vehementer incertum esse, an ita veterum quisquam rationem subduxerit, ut hic arbitratur vir doctus: sed de universa re nonnulla breviter dicam. Putat vir doctissimus, atomorum doctrinam in eam veteres sententiam adduxisse, ut animos, natis nondum corporibus, exstitisse, & per multa errare corpora, crederent. Ego vero certissimum arbitror, multos eorum origines animorum corpore antiquiores fecisse, & de variis eorundum itineribus praecepisse, qui *Democriti* disciplinam aut plane ignorarunt, aut sibi, ut *Plato*, fugiendam esse duxerunt. Praeterea nullo modo consequi me posse profiteor, cur illi, qui ad atomos refert omnia, necessario etiam credendum sit, natis nondum corporibus, fuisse animos, & in nova semper proficisci corpora. Dabo, eum, qui atomos in deliciis habet, meditando huc eniti posse, ut constituat, illud, quod cogitat in nobis, naturam esse, cui nihil commune sit cum materia & corpore, quod incolit. At huic homini quam necessitatem afferent atomi, ut illam naturam, quam videt a corpore segregatam esse, non modo immortalem esse fateatur, sed etiam corpore priorem? Nec enim, quid impediat, video, quo minus, totus licet

rerum universitatem mirifice disjiciantur. Hac via omnes, qui ex atomis inter veteres philosophati sunt, non modo animas naturas esse a corpore separatas, verum etiam aetate toto hoc orbe singulisque, vel minimis etiam, quibus ille continetur, partibus & atomis non inferiores, concludebant. (*g*) Qui aeternum ducebant esse mundum, his *aeternitas* etiam *animorum*, ut a *Cicerone* vocatur, placebat. Qui vero certo tempore coepisse orbem, & a Deo conditum esse contendebant, hi mentes una cum ipso natas esse asseverabant mundo, nec se ulla patiebantur adduci ratione, ut aliquam brutae materiae pulverisque vita carentis particulam hominum & animalium mentes aetate crederent antecedere. *Synesium*, licet Christi nomen profiteretur, ne spes quidem episcopatus impetrandi commovere poterat, ut hoc philosophiae, quam a teneris hauserat, scitum vel repudiaret vel occultaret. (*h*) Ἀμὴ ἢ ψυχὴν τὸν ἀξιόωσι πρὸ σώματος ὑστεροφυῆ νομίζειν. *Numquam ego adducar, ut credam, animam meam corpore juniorem esse.* Sed mirabilis videtur fuisse aetatis, qua *Synesius* vixit, moderatio. Nec enim hanc tantum homini sententiam reliquit, verum etiam multo deteriorem aliam in eo patienter tulit de corporum in vitam reditu, quam non dissimulanter (*i*) fovebat.

§. XXXII.

cet ex atomis compositus sit, animum tamen existimet tum condi a Deo, quum corpus gignitur? Quid eumdem, quaeso, impellet, ut hunc animum nova semper ingredi corpora decernat? Quae vis est connexi hujus: Atomi sunt: Ergo credamus, animos, non secus ac Vlyssem, errare perpetuo, & uno corpore relicto, ad alterum proficisci? *Plato* certe non ab atomis argumentum duxit, ut probaret, animos fuisse, priusquam nascerentur corpora, sed ab innatis & insitis notionibus. Sic enim *Socrates* in *Phaedone p.* 382. *Opp.* differit: Sunt in animis insitae rerum omnium formae ac species. Igitur aliam quamdam vitam vixerint, necesse est, antequam corporibus jungerentur, idque nihil est, quam reminisci ac recordari, quod nos discere vocamus. Alii alia via ad eandem opinionem profecti sunt. Mihi, veterum sententias & scita diligenter expendenti, praeter alia, quae nunc omitto, haec videtur origo esse sententiae de animis ante corpora exsistentibus. Chaldaei veteres, Aegyptii, & omnes fere populi, qui solem orientem spectabant, rerum humanarum administrationem, curam & gubernationem a Deo certis esse geniis commissam, judicabant, Deo ipso a molesta illa procuratione cessante. Placuit haec sententia quoque *Platoni*. Vid. *de legibus Libro* IV. *p.* 597. *Opp.* & alias. Et quid dicam? Iliis etiam inter Christianos placuit, quorum magna fuit in primis auctoritas. Legi velim *Athenagoram Apologiae pro Christianis Cap.* 22. *p.* 97. 98. & *Justinum M. Apologiae* I. *Cap.* 5. *p.* 44. Animam vero qui existimabant immortalem esse, & a corpore segregatam, his merito geniorum viribus longe videbatur superius, tam nobilem tamque praestantem fingere naturam. Ipsi ergo Deo tantae molis opus tribuendum esse, intelligebant. At Deus, ut putabant, cessaverat post orbem constructum a rerum humanarum procuratione. Id igitur unum relinquebatur, ut ipsum Deum ante orbem conditum omnes ex se genuisse animos asseverarent. Supererat, ut explicarent, quemadmodum Deus tantae dignitatis & praestantiae naturas, incolumi & salva benignitate & bonitate sua, in tam miseram & aerumnosam corpora demittere potuisset. Huic ut satisfacerent difficultati, animorum culpa, non Dei, id evenisse, docendum ipsis omnino erat. Peccasse igitur animos, & carceri corporis, alis resecatis, a Deo commissos esse tradebant, ut poenas sustinerent facinorum, quibus Deum laesissent. Hinc plana erat & expedita via ad migrationes & itinera mentium. Primum incredibile erat, tot genios sceleribus sese in Deum contaminasse, quot homines vixissent a nato orbe, quot viverent, quotque victuri semper essent. Tanto illis, de quibus loquimur, hoc a ratione remotius videri debebat, quod immensam fere mundo aetatem tribuerent. Vid. *Jac. Perizonius* in *Antiquitatibus Aegyptiacis C.* 2. *p.* 14. *f.* Itaque definitum & certum quemdam numerum geniorum, qui in Dei majestatem peccassent, constituere, & orbem veluti animorum ultro citroque commeantium comministi, ratio ipsa flagitabat. Deinde non poterant a se impetrare, ut benignitati divinae consentaneum ducerent, ad infinitum tempus tantis miseriis naturae suae particulas addicere. Quare rite purgatis mentibus reditum ad Deum patere, non poterant non praecipere. Interim plerosque animos de nulla re minus cogitare videbant, quam de purgatione sua, contra vitiis immersos novas semper sordes contrahere. Longum igitur illis exsilium decernebant, mentesque corpore uno solutas ad alterum confestim abire, praecipiebant, dum

49 §. XXXII. Ceterum, quae adhuc diſputavimus, ea hoc etiam extra controverſiam ponunt: qui ex antiquis atomorum patronis animos ante corpora exſiſtere, nec perennes eſſe tantum, ſed & omnis materiae expertes, docuerunt, eos non de ſolis hominum animis id intellectum voluiſſe, verum omnes univerſe mentes, cujuscumque demum eſſent generis, hac ſententia comprehendiſſe. (*k*) Ante nimirum, quam ludum aperiret *Carteſius*, nullus exſtitit propemodum, qui hoc ſciſcitaretur, aut in controverſiam vocaret: An in animis bratorum animantium ſentiendi atque cogitandi aliqua virtus eſſet. Veteres nimirum, quoniam haec duo toto agnoſcebant genere disjuncta eſſe, vivere & ad certas naturae leges neceſſario aptari, omnem ſenſum, vitam & cogitationem eſſe aliquid omnino diverſum a materia corporis, nec inter concitationes variasque affectiones materiae ullo referri pacto poſſe, decernebant. Ex quo conficiebant, univerſam, quae nunc in orbe verſatur, animorum familiam ab ipſis ejus jam exſtitiſſe primordiis, & perpetuo in poſterum futuram eſſe: fieri non poſſe, ut mens quaedam procreetur, quae nec ſit, nec ab omni aevo jam exſtiterit: denique, ſicut nullius rei materia vel producitur vel ad nihilum revocatur, ita ne unam quidem ex illis, quae nunc ſunt, mentibus deſtructum & diſſipatum iri. Totam igitur hanc, quam conditam videmus rerum univerſitatem ex corporibus naturisque ſimplicibus & corpore vacantibus conſtare, praecipiebant. Quaecumque vero in ea vel generationes vel corruptiones aut mortes hominum & animantium accidunt, has nihil eſſe judicabant aliud, quam unius ejusdemque rei innumerabiles perpetuasque trajectiones & converſiones. Quemadmodum ex iisdem litteris, quae ſemper eaedem manent, infinita vocum atque ſyllabarum ſeries ſenſim ac paullatim coagmentatur & conſtruitur; ita, quidquid fit & interit in orbe terrarum, ex eorum mente varie tantum temperatur, diſponitur & afficitur, rebus ipſis ſalvis & integris permanentibus.

50 §. XXXIII. Ergo, quod propoſitum erat, perfecimus, atque idem, quod antiquioribus perſuaſit phyſicis, praeceptum rationis, ut rerum naturalium primordia ab atomis repeterent, eo quoque impulliſſe homines oſtendimus, ut naturas eſſe ſimplices, nullo corpore adjuncto, fatentur. Quum id ſibi viderent a ratione imperari, ut formas corporum ab ipſa eorum materia non ſegregari poſſe, ſed varias tantum unius rei affectiones & temperationes eſſe, crederent, non potuere, quin hoc ſimul pro certo haberent, nullam cogitantem naturam, nullam vitam & animam, cujuscumque etiam foret indolis, vel gigni vel corrumpi; contra omnes & ante corpora exſtitiſſe, & poſt corporum obitum ſalvas & inviolatas permanere. Ne quis vero ſuſpicetur, conjecturis unice hanc cauſſam contineri, ipſas nunc audire juvabit philoſophorum voces, ſignificantium, hoc unum rationis decretum: *Ex*

deformitatem exuiſſent, & maculas eluiſſent, Deo exoſas. Sed quacumque demum ratione ad haec dogmata delati ſint veteres, id quidem certum eſſe arbitror, atomos in ſe ſpectatas aut nulli, aut profecto paucis auctores eorum fuiſſe. Ceterum conferri hic debet §. 34. quo ſententiam ſuam explicatius enarravit.

(*k*) *Ante-Carteſius*] Haec non univerſe debent accipi. Nam quae *Carteſius* de brutis docuit animantibus, ea magnam partem aliis jam ante eum in mentem veniſſe, inter viros hodie doctos conſtat. Vid. *Petr. Bayle Diction. hiſtor. & critique Tom.* III. *voce Pereira p.* 2231. *ſ.*

(*l*) Ἄλλο δέ] Hi verſus *Empedoclis* leguntur apud *Plutarchum Libro adverſus Coloten P.* 4. *T.* II. *Opp.* & ex parte apud *Ariſtotelem de generat. & corrupt. Lib.* I. *Cap.* 1. *p.* 698. *T.* I. *Opp.* Cujus eſt Latina verſio, quae hic legitur,

Digitized by Google

Ex nihilo nihil fieri, nec in nihilum recidere poteſt, cum ad formas qualitatesque corporum expugnandas, atomosque in earum locum ſufficiendas viam ſibi muniviſſe, tum ad Dei cognitionem, mentiumque ab omni corpore ſecretarum, nec minus ante, quam poſt corpora exſiſtentium, notitiam ſeſe deduxiſſe. Loquatur unus loco omnium *Empedocles*, cujus locum primo producemus, quem antea jam ex parte exhibuimus:

(*l*) Ἄλλο δέ σοι ἐρέω· φύσις οὐδενός ἐστιν ἁπάντων
Θνητῶν, οὐδέ τις ὀλομένῃ θανάτοιο γυάλῃ [*],
Ἀλλὰ μόνον μίξις τε διάλλαξις τε μιγέντων
Ἔστι, φύσις δ' ἐπὶ τοῖς ὀνομάζεται ἀνθρώποισι.

[*] Alii legunt πλατύ.

Quos verſus ſic Latine verſos reperio:

Aſt aliud dico: nihil eſt mortalibus ortus,
Eſt nihil interitus, qui rebus morte paratur;
Miſtio ſed ſolum eſt & conciliatio rerum
Miſtilium: haec dici ſolita eſt mortalibus ortus.

Totam dicti hujus ſententiam manifeſtum eſt hanc eſſe: Nullam omnino naturam eſſe, nullamque rem creari, quae non antea exſtiterit: nullam novam produci ſubſtantiam, quae re ipſa non prius fuerit: haud igitur, quando corpora inanimata vel generantur vel diſſolvuntur, formam aut qualitatem quamdam, ab ipſa diverſam materia, vel produci vel deſtrui, ſed materiam tantum novo modo affici, temperari & exornari. Secus ſeſe rem habere, quum animalia vel homines gignuntur & occidunt: mentes nimirum naturas eſſe diverſi a materia generis: exſtitiſſe eas per ſe, antequam ullo cum corpore jungerentur, nec interituras eſſe: nullum de novo creari animum, qui non diu ante exſtiterit, nec ullum ita poſſe diſturbari & disjici, ut in nihilum recidat. Homines igitur & animantia, quando vel naſcuntur vel obeunt, tum mentem ejusmodi aut corpori ſociari, aut a corpore diſcedere. Id ipſum perſequitur *Empedocles* his verſibus:

(*m*) Νήπιοι, οἱ μάλα σφιν δολιχόφρονές εἰσι μέλεμναι,
Οἱ δὴ γίνεσθ' πάρος οὐκ ἐὸν ἠὲ θανόντε,
Ἢ τι καταθνήσκειν τε καὶ ἐξόλλυσθαι ἀπάντη.

Stulta

Is vocabulum φύσις *ortus* vertit: qua in re *Plutarchum* ſequutus eſt, qui *loc. indic.* nomen φύσις hic poni pro γένεσις obſervavit. *Cudworthus*, qui longiorem paullo poſt carminis hujus interpretationem affert, multa in eo ſibi viſus eſt videre, quae omnibus obſcura, niſi fallor, erunt. De generatione rerumque ſecretione & concretione hic diſſerere *Empedoclem* intelligo: verum de perennitate animorum, deque eorundem ante corpora & materiam ortu nihil prorſus lego. Nec tamen difficile fuit doctiſſimo viro, qui ſententiarum, quas receperat, amore inflammatus erat, horum dogmatum in his verſibus expreſſa veſtigia cernere. Ita ſaepe ſtudia magnos etiam homines abripiunt, ut multo, quam neceſſe erat, perſpicaciores ſint in veterum dictis exponendis.

(*m*) Νήπιοι.] Et hos verſus ab interitu ſervavit *Plutarchus Libro adverſus Coloten p.* 1113.

Digitized by Google

Stulta & prolixas non admittentia curas
Pectora, qui sperant, exsistere posse, quod ante
Non fuit, aut ullam rem pessum protinus ire.

Ad quos versus sic *Plutarchus*: Οὐκ ἀναιρεῖ γένεσιν, ἀλλὰ τὸ ὂν μὴ ὄν, οὐδὲ φθορὰν, ἀλλὰ τὸ πάντη, τινὸς, τὸ εἰς τὸ μὴ ὂν διπλάσιον. *Non tollit omnino ortum, sed oriri aliquid ex nihilo negat: nec interitum inficiatur, sed eum tantum interitum, quo res in nihilum rediguntur.* Diximus jam, id aliter esse accipiendum, quando de rebus inanimatis, aliter, quum de animatis quaeritur. Res inanimatae quando vel fiunt vel intereunt, tum nihil omnino perit aut nascitur, quoniam formae & qualitates, quibus sunt praeditae, non differunt a materia, sed ipsam tantum exhibent materiam, certa lege atque ratione dispositam, temperatam & ornatam. At quum res vita instructae oriuntur, etiamsi animi naturae sunt, quae a corpore prorsus distant, tamen alio modo nec novi aliquid fit, nec rursus aliquid interit, eo quod animi nec esse primum incipiunt, quando corpora nascuntur, quae animant, nec esse desinunt, quando ista dissipantur & destruuntur. Posterius hoc paullo plenius aliis verbis ab *Empedocle* explicatum est:

51

(*n*) Οὐκ ἂν ἀνὴρ πᾶσιν σοφὸς φρεσὶ μαντεύσαιτο,
Ὡς ὄφρα μέν τι βιῶσι, τὸ δὴ βίοτον καλέουσι,
Τόφρα μὲν ἔστ εἰσι, καὶ σφι πάρεστι δηλὰ τὰ ἐσθλά·
Πρὶν δ' ἀπαλόν τι βροτοὶ καὶ λυσίλεος θάνε κἀπέβαν.

Non temere quisquam sapiens animum, ut credat hoc, inducat,
Quod, donec vivunt homines, atque illud, quod vita vocatur, durat,
Tunc modo sint, & bonis malisque perfruantur,
Ante ortum vero & post dissolutionem corporis nihil omnino sint.

Itaque, si *Empedoclem* audiamus, cum vulgo desipiunt, qui homines tum demum esse, bonorumque & malorum participes fieri existimant, quando in hanc vitam ingrediuntur, ante vero, quam nascerentur, nusquam exstitisse, nec, postquam excesserunt corpore, usquam esse sentiunt.

Neque vero solus ita censuit *Empedocles*, verum omnes antiquiores philosophi, si

T. II. *Opp.* Versio, quam addidi, *Xylandri* est.

(*n*) Οὐκ ἂν.] Et his versibus locum dedit *Plutarchus Libro adversus Colotem p.* 1113. Versio *Xylandri* prorsus a sensu recedit *Empedoclis*. Quid enim haec sibi volunt aut significant?

Non animo prudens homo quod praesentiat ullus,
Dum vivunt, (namque hoc vitāi nomine signant)
Sunt, & fortuna tum conflictantur utraque.
Ante ortum nihil est homo, nec post funera quidquam.

Contrarium certe docet *Empedocles*. Quare aliter verti debuit hoc carmen. Postremum versum, cui vitium tempus attulisse videtur, ita corrigit *Joannes Clericus Biblioth. choisie Tom.* I. *p.* 106.

Πρὶν δ' παχύνει βροτοὺς, λυσίλεος θ' ἥδε κἀπέβαν.

(*o*) *Poëtae tragico*] *Euripides* ille est, ex cujus *Chrysippo Clemens Alexandr. Stromat. Lib.* VI. *p.* 750. hos versus descripsit. *Hugo Grotius* in *Excerptis veter. Tragicor. p.* 417. ita eos disposuit & vertit:

—— —— Θνῄσκει δ' οὐδὲν
Τῶν γιγνομένων ἀθανατίζοντα·
Δ' ἄλλο πρὸς ἄλλο
Μορφὴ ἰδίαν ἀπολείπει.

Quae

Digitized by Google

si qua fides celebri (o) poëtae Graecorum tragico adjungi debet, cujus haec verba sunt:

Ουκοσῃ δ' ὑδὲν ϖ γιγνόμενων,
Διακρινόμενον δ' ἄλλο πρὸς ἄλλο
Μερφην ἑτέραν ἀποδεῖξαι.

Nihil moritur eorum, quae sunt, sed formam tantum variat & novam monstrat.

Nec alio, (p) quod *Plato* scriptum reliquit, pertinet, παλαιὸν esse λόγον, *veterem doctrinam*, suisque temporibus antiquiorem, τὺς ζῶντας ἐκ ϖ τεθνεώτων γεγενῆσθαι, ὑδὲν ἧττον ἢ τὺς τεθνεῶτας ἐκ ϖ ζώντων, *viventes fieri ex mortuis, nec minus mortuos ex viventibus:* atque hunc esse perpetuum constantemque naturae ordinem, ut in orbem hac ratione omnia redeant. Taceo, quod idem nobis philosophus narrat, veterum nonnullos in ea fuisse sententia, id, quod nos mortem appellare solemus, vitae potius homini exordium esse, quodque vitae designamus vocabulo, id mortem multo aptius & occasum vitae nominari debere. Etenim mortem adscensum esse animae ex terreno crassoque corpore ad corpus multo subtilius ac coelestius, vitae vero primordium descensum proprie a corpore leviori ad terrenum concretumque. (q) Τὶς οἶδεν, εἰ τὸ ζῆν μὲν ἐστι κατθανεῖν, τὸ κατθανεῖν ϑ ζῆν; *Quis novit, an vivere quidem sit mori, mori autem vivere?*

Et quid multis? Ipse *Pythagoras* ita censuit. Testem habemus locupletem (r) 52
Latinum illum vatem, qui philosophum hunc aperte praecepisse perhibet, nihil proprie vel generari vel corrumpi, sed formam tantum variari & externam materiae dispositionem. Quid de rebus senserit inanimatis, hi versus testantur:

Nec perit in tanto quidquam (mihi credite) mundo,
Sed variat, faciemque novat; nascique vocatur
Incipere esse aliud, quam quod fuit ante, morique
Desinere illud idem. Cum sint huc forsitan illa,
Haec translata illuc: summa tamen omnia constant.

Sententiam autem ejus de animis, quos, eadem ductus ratione, immortales esse, nec modo ante corpora exsiltere, sed & in nova semper commigrare corpora pronunciavit, sic explicat:

Om-
Quae sunt, lorum
Nihil emoritur, sed secretum
Illud ab illo
Propria sub imagine paret.

Quod in ultimo versu *illuc* posuit, id exemplo *Philonis* fecit, qui sic legit *de mundo incorruptibili p.* 548.

bus etiam *Empedoclis* apparet effatum, *Clemens Alexandrinus Stromatum Lib.* III. *p.* 516. collegit.

(o) Τὶς οἶδεν] *Euripidis*, Tragici, hoc dictum est, quod multi laudant veterum, *Plato*, *Clemens Alex. Cicero*, *Sextus Empiricus*, quamquam non eadem omnes ratione. Lege, quae *Joannes Posterus* observavit ad *Clementis Alexandr. Stromat. Lib.* III. *C.* 3. *p.* 517. & *Joann. Alb. Fabricius* ad *Sexti Empirici Hypotyp. Pyrrh. Lib.* III. *C.* 24. *p.* 185.

(p) *Quod Plato*] Fuse hac de sententia *Socrates* disputat in *Platonis Phaedone p.* 381. Multos certe veterum ita sensisse, controversia caret. *Heraclitum* hujus fuisse opinionis, *Porphyrius* auctor est *de antro Nympharum p.* 256. *ed. Cantabr.* Aliorum philosophorum non dissimilia dicta, in quibus

(r) *Latinum illum vatem*] *Ovidium Metamorphos. Lib.* XV. *vs.* 254. *s.* & *v.* 165. *s.*

Digitized by Google

Omnia mutantur: nihil interit: errat, & illinc
Huc venit, hinc illuc, & quoslibet occupat artus
Spiritus, eque feris humana in corpora transit,
Inque feras noster, nec tempore deperit ullo:
Utque novis facilis signatur cera figuris,
Nec manet, ut fuerat, nec formas servat easdem;
Sed tamen ipsa eadem est: animam sic semper eandem
Esse, sed in varias doceo migrare figuras.

(*s*) Quamobrem nihil esse magis exploratum arbitror, quam hoc, tametsi vulgo id ignotum esse videam: totam illam antiquiorum philosophorum familiam, quae, hoc nixa principio, ad veritatis indagationem incubuit, ἀδὲν ἀδὲ γινεσθ ἀδὲ φθειρεσθ ἀλλ' ὄντων, *rerum, quae vere existunt, neque nasci, nec perire aliquid*, haec duo simul arcte complexam esse: Primum: Mentes, quippe quae naturae sint nihil mixti aut concreti habentes, nec gigni idcirco ullo modo queant, vel destrui, perennes esse, nec modo corpora aetate superare, sed etiam disjectis haud interire corporibus. Alterum: Corporum formas & qualitates, quoniam & nascuntur & pereunt, nihil esse ab ipsa materia variaque ejus dispositione diversum, nec ideo vel ante corpora exsistere, vel exstinctis corporibus permanere. Solus *Anaxagoras* a communi omnium discessit opinione: quippe quem docuisse accepimus, corporum formas & qualitates res esse per se exsistentes & ab ipsa corporum distinctas materia, proptereaque, non secus ac animas, perpetuo tam ante quam post corpora exsistere, & in ejusdem naturae atomis, quas *similares* vocant, versari.

Igitur, quod proposueramus, consequuti sumus. Idoneis nimirum demonstratum dedimus auctoritatibus, illud primum physices genus, quod atomorum ope rerum naturalium causas & rationes explicat, scita deinde eorum, qui mentes olim negarunt perire posse, & corpore praeditas esse, denique doctrinam de animis ante corpus exsistentibus, & in nova semper transeuntibus corpora, ab uno eodemque manasse principio. Quod quum ita sese habeat, haud erit, cur demiretur aliquis, Pythagoraeos, & qui physicam, quam diximus, consectati sunt, utrumque dogma illud de animis, id quod jam ante observatum est, in sapientiae suae fundamentis habuisse, veteresque atomorum tutores & Deum professos esse, & naturas statuisse a corpore secretas in rerum natura versari.

53 §. XXXIV. Reliquum est, ut sententiam meam de hoc veterum philosophandi ge-

(*s*) *Quamobrem nihil esse*] Ex his equidem veterum dictis, quibus multa ejusdem generis alia liceret addere, id quidem patere non invitus concesserim, generationes & obitus rerum & animalium pro secretione & concretione quadam a multis olim esse habitos. Notum est, *Aristotelem* in *Libris de generatione & corruptione* & alias contra hanc disputare sententiam, quam omnes fere ante se physicos foviisse perhibet. Nec id ego negaverim, scitum illud rationis: *Ex nihilo nihil fit*, in hanc viam duxisse philosophos antiquos. Denique & hoc fatebor, eos, quorum hic afferuntur dicta, credidisse, animos fuisse, nondum natis corporibus, nec, exstinctis illis, interire. Sed id nescio, (I.) an his testimoniis etiam constet, eos, qui ita de generatione docuerunt, atomis delectatos esse, & formas qualitatesque sustulisse. Nec enim intelligo, cur is, qui nihil interire, sed in novam tantum formam transire judicat, non possit materiae formas & qualitates relinquere. *Empedoclem* ita fecisse, supra docuimus, & in *Praefatione* demonstrabimus. (II.) Liberalius id dicitur, quam fas erat, omnes, qui hoc usi sint rationis decreto: *Ex nihilo nihil fit*, animorum professos esse immortalitatem. Quis plura huic scito tribuit *Democrito*, *Epicuro*, *Lucretio*? At hi omnes mortem mi-

Digitized by Google

genere, quod multis vehementer portentoſum propterea videtur, quoniam id flagitat, ut & mentes ante corpora exſtitiſſe, & variis erroribus agitari credamus, libere & ingenue aperiam. Principio igitur recte atque ordine ratiocinatos eſſe veteres arbitror, qui hac lege rationis: *Ex nihilo nihil fit, nec in nihilum aliquid abit*, freti, non modo negarunt, eſſe aliquas in corporibus formas & qualitates, ab ipſa diſtinctas materia, verum etiam naturas exſiſtere affirmarunt ab omni corporea concretione liberas, quae gigni nequeant ex materia, hominum praeterea animos mori nullo modo poſſe, ſed deletis permanere corporibus, docuerunt. Quodſi enim hoc omni careat dubio, animos nihil in ſe continere corporei, nec in corporis concitationibus & modis ullo modo numerari poſſe, illud aeque certum debet eſſe, in nihilum eos redire non poſſe, atque hoc eſt, molem hanc corpoream aut aliquam ejus partem prorſus interire non poſſe. Qui ſibi quondam perſuaſerunt, exſtingui & perire omnino aliquid, quando corpora vel igne, vel ſenectute, vel aliis rebus exeduntur & conſumuntur, illi hodie deridentur, nec inter acutiora locum aliquem tueri poſſunt ingenia. Verum nihilo ſapientiores ſunt, qui hoc ratum habent, mentes ratione praeditas, dum diſſipantur corpora, ſimul prorſus interire & deleri.

Illud etiam adjungo: (*t*) niſi animos ab ipſo fingi Deo, ac in corpora, quando generantur, immitti ſtatuamus, id quod nobis quidem placet, nihil nobis in promtu fore, quo veterum labefactare queamus doctrinam de animis ante corpora exſiſtentibus, variaque per varia corpora obeuntibus itinera. Eſſe nimirum animum naturam prorſus a corpore ſegregatam, extra omnem poſitum eſt controverſiam. Atqui nulla, quae per ſe conſtat, res conſuetis & ordinariis naturae legibus ex nihilo procreari poteſt. Igitur in hac univerſitate, antequam ſocietur cum corpore, exſiſtat animus, & in novum ſemper corpus deinde commigret, neceſſe eſt, aut vero ab ipſomet ſupremo Numine, tamquam omnium animarum fonte, qui primum rebus omnibus, quibus natura rerum abſolvitur, ſemet ipſo excepto, vitam & ortum dedit, deſcendat & proficiſcatur. Sed quod horum eſt poſterius, id nulla prorſus ratione, ut ſuſciperent, antiquiores adduci poterant philoſophi. (*v*) Nimis enim abſurdum & ineptum judicabant, ad Deum ſemper, ut poëtae tragici, confugere, nec ullam fieri vel hominis vel animantis generationem putare, quin ipſe Deus ad eam concurrat, animamque ex nihilo producat. Quodſi tamen accurate cuncta circumſpiciamus, non levis nobis momenti argumenta occurrent, quibus, ut eorum accedamus ſententiae, qui Deum ipſum ſenſim ac paullatim animas efficere cenſent, commoveamur. Nullo certe modo credibile eſt, Deum

minati ſunt animis noſtris. (III.) Omnium minime haec docent dicta, ab atomis hos philoſophos ad cognitionem naturarum corpore carentium, hinc ad dogma de animis ante corpora exiſtentibus, inde denique ad migrationes animorum perveniſſe. Fateor, obſcuram mihi videri vim hujus ratiocinationis: Sunt atomi: Ergo ſunt etiam animi corpore vacantes: Ergo hi ſunt immortales: Ergo ante corpora exſiterunt: Ergo de corporibus in corpora proficiſcuntur.

(*t*) *Niſi animos*] Omiſit hic vir doctus eorum ſententiam, qui totum hominem generari a parentibus ajunt, etſi modum, quo id fiat, ſefe ignorare fateantur. *Propagationem per traducem* appellant vulgo: quam quidem multis placuiſſe olim magnis inter Chriſtianos viris, *Henr. Noriſius* oſtendit in *Vindiciis Auguſtinianis*, *Hiſtoriae Pelagianae* additis, *Cap.* 4. §. 3. *p.* 101. Cauſſam, cur hanc attingere noluerit ſententiam, quae ſatis id aetatis nota erat, ignoro: at forte putavit, levi eam diſcrimine ſeiunctam eſſe ab eorum ſententia, qui ante corpora mentes exſtitiſſe volunt.

(*v*) *Nimis enim abſurdum*] Deum nimirum, id quod jam ante ſignificavi, plerique eorum, qui ſupereſſe cenſebant animos, a procuratione & adminiſtratione rerum humanarum prorſus excludebant, toto certis geniis orbe relicto.

(*x*) *Par-*

Digitized by Google

Deum omnia, quae vel facere potuerit vel voluerit, in principio feciſſe rerum, atque univerſam vim genitricem ſuam uno veluti momento profudiſſe, poſtea vero nullum ſibi munus aliud retinuiſſe, quam ea, quae eventura eſſent, otioſe ſpectandi, nec ullo tempore, non ſecus ac ſi nullus in orbe Deus foret, naturae viribus & actionibus intercedere. Viderint, qui ſic ſentiunt, ne, quod multis jam contigiſſe novimus, in hanc demum incidant ſententiam, nullum verſari in orbe Deum, praeter coecam rationisque expertem naturam. Fieri poteſt praterea, ut magnae gravesque Deo cauſſae fuerint, quare ſemper virtutem ſuam in novis mentibus progignendis exercere veluti voluerit, licet noſtram illae fugiant intelligentiam. Neque eſt, cur vereamur, ne fortaſſis animi nuper demum conditi in nihilum revertantur. Bruta enim ſenſusque omnis indiga materia quum poſt tot ſaecula eadem & inviolata perſiſtat, cur animos, ab eodem auctore factos & conditos, permanere poſſe, naturamque ſervare ſuam, negemus?

Ex quibus omnibus elicitur, communem de nova mentium creatione ſententiam non modo nihil a ratione remotum continere, ſed etiam firmiter animorum ſimplicitatem & immortalitatem, exſtinctis corporibus, communire. Quare non opus eſt, ut ſtolidis eorum & abſurdis, qui mentes ex infinito tempore exſtitiſſe, & perpetuo peregrinari credunt, ſententiis loci aliquid relinquamus.

§. XXXV. Sed fortaſſis erunt, quibus longe videbitur ſatius, animis brutorum animantium, nec non animae ſentienti, quae in hominibus eſt, ſimplicitatem & immortalitatem derogare, ſolique menti ratione praeditae virtutes has relinquere, 54
quam omnium omnino animorum & in his eorum, qui in beſtiis reſident, perennitatem profiteri, quoniam, ſi hoc fiat, illud etiam confitendum ſit, animos iſtos in nova ſemper proficiſci corpora. Hos ego id unum cogitare jubeo: Fieri nullo modo poſſe, ut, qui vitam, ſenſum, cogitationem, conſilium, gaudium, quae omnia non obſcura nonnumquam rationis veſtigia comitantur, cerebri, ſanguinis corporisque, certo modo temperati, effectus in beſtiis eſſe concedunt, mentium humanarum ſimplicitatem & immortalitatem validis armis tueantur. Aut enim omnes naturae cogitantes & ratione praeditae corpore vacant, aut vero nihil eſt in hac univerſitate, quod corporis expers ſit. Quod poſterius ſi verum eſt, id conſequatur, neceſſe eſt, Deum ab hoc orbe diſtinctum nullum eſſe. Nec ego aliquid cujusdam ponderis & momenti video, quod impediat, quo minus de beſtiarum animis idem exiſtimare liceat, quod de minima quavis atomo materiaeque corporeae particula exiſtimamus, eam nulla vi interire, ſed perdurare perpetuo. Sed tentabo tamen, an in medium proferre poſſim aliquid, quod eorum liberet animum,

(x) *Porphyrius*] Credo, hoc alicubi ſcripſiſſe *Porphyrium*; quamquam ego, libris ejus fere omnibus curioſe luſtratis, nihil in illis ejusmodi offenderim. At vehementer dubito, an de animis brutorum animantium hoc accipi voluerit. Tantum enim abeſt, ut inter ἀλόγους ψυχὰς beſtiarum animos *Porphyrius* numeret, ut potius toto *Libro* III. *de non necandis animantibus* vehementer laboret, quo animos beſtiarum, non ſecus atque hominum, rationis eſſe participes, beſtias peculiari quodam ſermonis genere uti, quod nonnulli calleant, easdem argumentari, futura proſpicere, & quae his ſunt gemina, demonſtret. Ex quo etiam intelligitur, fieri nullo modo potuiſſe, ut *Porphyrius* ita de animis beſtiarum doceret, quemadmodum hic docuiſſe fertur, eosque pro radiis animae mundi haberet, qui exſtincto animali, ad fontem ſuum reverterentur. Pares nempe *Porphyrius* cenſet animis humanis brutorum animantium animos. Vid. περὶ ἀποχῆς *Lib.* III. §. 16. *p.* 119. Igitur, ſicut noſtris animis perennitatem & varia itinera attribuit, niſi vellet ſecum ipſo dimicare, de brutorum animalium

mum, qui hac ſeſe difficultate expedire nequeunt. Dicant nimirum, ſi placet, quos hic vexat ſcrupulus, mentes animalium nihil eſſe, niſi radios quosdam, ut ita loquar, & emanationes ſupremae, ex qua vita omnis proficiſcitur, cauſſae, quae materiam tum ingrediantur, quum apte ſatis temperata eſt ac diſpoſita, ut recipere eas, & viciſſim ab illis commoveri poſſit. Addant, radios iſtos tam diu materiae adjunctos eſſe, quam diu ea ſtatum, quem diximus, retineat. Concludant denique, recedere haec veluti coeleſtis luminis jacula, & ad caput fontemque ſuum reverti, corporibus ita corruptis & depravatis, ut in illis operari nequeant amplius. Namque eum, qui rem quamdam ex nihilo efficit, ſponteque ac libere profluere & emanare jubet, eamdem poſſe vel ad principium ſuum revocare, vel etiam pro lubitu in nihilum convertere, nemo ſapiens negaverit.

Inter ipſos ego antiquiores philoſophos non defuiſſe video, quibus haec in mentem venerit ſententia: in quibus (*x*) *Porphyrius* eſt, cujus hoc exſtat dictum: *Λύεῖ) ἰκάστη δύναμις ἄλογος εἰς ἓν ὅλων ἓ παντός. Quaelibet potentia rationis inops diſſolvitur in vitam hujus univerſitatis.*

§. XXXVI. Si quis putet, iſto modo mentium quoque humanarum immortalitatem incertam reddi, is vero vehementer fallitur. Quodſi enim eſſe Deum ex animo credimus, nec aliter, quam fas eſt, de natura ejus ſentimus, id certe fateamur quoque, neceſſe eſt, nullam rerum conditarum neceſſitate quadam naturae, ſine Deo ejusque auxilio, perſiſtere, ſed omnes voluntati divinae, quod ſint & maneant, acceptum ferre debere. Quamobrem, tametſi ratio & philoſophia validiſſimis confirment rationibus, mentes noſtras ſimplices eſſe naturas, & ab omni corpore ſegregatas, haud eſſe tamen nobis liceret de perennitate earum certiſſimis, niſi naturam & voluntatem Dei immutabilem & perfectam eſſe, nec eum, praeter id, quod optimum eſt, facere poſſe aliquid, perſpectum haberemus. Bonitas enim & ſapientia Dei, quae virtutes ab ejus divelli natura nequeunt, unica eſt ratio, quare, quidquid eſt, perpetuum maneat & ſtabile. Quantum nos intelligendo conſequimur, graves Deo poſſunt eſſe cauſſae, quapropter vilioribus brutorum animantium vitis & animis, quibus nec libertas nec juſti ineſt injuſtique notio, perennitatem dare noluerit, eamdem vero mentibus humanis, quibus natura ineſt ratio, nec modo virtutis & vitii cognitio, ſed etiam libertas, conceſſerit. Noſtrae certe mentes, quoniam, quid agant, ſciunt, facultatemque ſecus agendi habent, laudem ac vituperationem, praemia & poenas commereri, ideoque poſt hanc vitam a juſtitia divina vel male factorum ſupplicia vel recte facto- 55
rum remunerationem accipere poſſunt, non item (*y*) beſtiarum animae.

§. XXXVII.

lium mentibus idem exiſtimare debuit. Stoicos autem arbitror omnium proxime ad doctiſſimi viri ſententiam acceſſiſſe, quorum parentem *Zenonem Diogenes Laërtius* cenſuiſſe perhibet *Lib.* VII. *Segm.* 157. *p.* 464. *animae mundi partes in animantibus eſſe, τὰς ἀπ' ὅλων ψυχῆς μοίρας εἶναι τὰς ἐν τοῖς ζῴοις.* Quamquam, quod hi de brutorum animantium, id etiam de hominum ſciſcebant animis; utrosque ſcilicet mortales eſſe, & in mundi redire animam, judicabant.

(*y*) *Beſtiarum animae*] Si, quod res eſt, dici debet, nova haec de beſtiarum animis opinio paucis, qui ſuis omnia momentis ponderant, placere poterit. Etenim (I.) cum multo majoribus laborat difficultatibus, atque illorum opinio, qui permanere putant beſtiarum animos, & naturas eſſe per ſe conſtantes, tum lucis parum habet & evidentiae. Animi brutorum animantium ex mente viri docti radii ſunt & emanationes principis illius cauſſae, unde vita omnis naſcitur. Quaenam haec vero princeps cauſſa? Num Deus? Radii itaque ipſius Dei beſtiarum erunt animi, non item

Digitized by Google

§. XXXVII. Jam si quis nihilominus acriter pro *Pythagorae & Empedoclis* disciplina propugnare, multoque contendere velit probabilius esse, omnes vitas atque animas in ipso rerum initio conditas, ac perpetuo permansuras esse, quam novas semper a Deo mentes effici, bestiarum autem animos perpetuo dissipari, & in nihilum redire, paullo aliter cum hoc homine disceptandum erit. Scio, quid offendat eos, qui sic sentiunt. Mentes ajunt ita juniores fieri bruta hujus orbis materia, ipsoque etiam corpore suo, (z) ipsam autem Dei vim effectricem ludum jocumque mortalium, quorum quippe improbis cupiditatibus sceleratisque saepenumero & impudicis libidinibus obtequi & servire, si haec vera sit sententia, cogatur. Hic primum libere & aperte profitemur, si altera sit eligenda sententiarum, quarum res hic agitur, haud dubie hanc praestabiliorem & rationi magis convenientem fore, quam eorum portentosum commentum, qui vel omnes hominum & bestiarum mentes, vel saltim animam eorum sentientem gigni, corporeumque aliquid esse & solidum, perhibent. Ut de eorum tantum doctrina loquar, qui vim sentiendi sibi persuadent procreari, ecquis non primo statim videt, duas ab his animas seu percipientes naturas in singulis hominibus
56 constitui? quod quidem non absurdum modo est, verum etiam ab interiori cujusvis hominis sensu refellitur. Iidem deinde (a) omnem nobis potestatem eripiunt animi ratione valentis immortalitatem ulla ratione probandi: in quem locum ubi

hominum? Hoc sibi quis persuadeat? Num mundi quaedam anima, a Deo distincta & per rerum naturam fusa? At qualis haec? Quales radii, quos emittitit in corpora bestiarum? Et quid hoc est, quod certa ratione temperata debeant esse corpora, quo hos radios recipiant? Desino plura quaerere. Sed multo plura quaesituros esse novi, qui nihil in animum admittunt, praeter id, quod explorate habent cognitum. (II.) Haec sententia eo nos ducit, ut de animis hominum idem suspicemur. Quodsi enim bestiarum animi radii sunt animi mundi, qui, dissipato corpore, ad fontem, unde manaverant, revertuntur, quidni idem nobis de nostris etiam animis judicare liceat? Stoici certe, quibus haec placuit opinio, omnes animos eodem collocabant numero, id est, omnes ad caput, unde venerant, redire post fata judicabant. Non id praeterire *Cudworthum* potuit: itaque, ut difficultati huic medeatur, elaborat. Animae, inquit, humanae immortalitatem nobis unice ex divinis perfectionibus & ex eo notam esse, quod Deus eas permanere velit. Quidquid igitur sentiatur de bestiarum animis, hoc tamen argumento salvam semper fore mentium humanarum aeternitatem: Deus vult animoshominum non interire: Ergo non intereunt. Reliqua argumenta pondere & virtute vacua esse. Verum (1.) si ad voluntatem Dei confugiendum hic unice est, cur de natura animorum, quibus bestiae utuntur, multum disputamus? Quidni breviter sic rationem concludimus? Animae bestiarum pereunt: nam placet Deo, eas interire. Animi hominum manent: nam Deus ita fieri vult. Cur radios animae mundi, cur emanationes Dei, cur tot alia fingimus, ut habeamus, quod illis respondeamus, quos immortalitas animorum offendit, quibus bestiae sunt praeditae? (2) Parum sibi constat in hac tota disputatione vir egregius, idque tollit iterum, quod antea expugnari posse negaverat. Paullo ante hoc scito: *Quidquid sentit, intelligit & ratiocinatur, id immortale est*, nihil pugnat esse solidius: hoc uno certum esse contendit, hominum animis interitum non imminere: hoc eos reprimit, qui credunt, bestiarum animos corporeos esse ac mortales. At hic nullum esse concedit argumentum, quo immortalitas probari queat animorum humanorum, si ab hac una discedamus ratione: Manent animi: nam Deus ita vult, qui semper id, quod optimum est, decernit. Utrum horum verum putabimus? Si posterius recipiamus, vicerunt illi, quos paullo ante repellit vir doctus, qui ex eo, quod bestiae sentiunt, & certo modo ratiocinantur, non statim consequi censent, esse in illis animos mori nescios. Et quid fiet de omnibus illis, quae supra *Cudworthus* de dignitate illius philosophiae, quae atomos recipit, & de rectis eorum praeceptis, quibus ea vera quondam visa fuit, differuit? Si nullum rationis decretum per se tam validum est, ut animorum perennitatem extra dubitationem constituere queat, qui, quaeso, dici potest, eos, qui atomis favent, non posse non credere, mentes post fata superstites manere? Sin superius eligamus, quomodo haec nova stare poterit sententia? Si hoc dubio caret: Quidquid sentit & ratiocinatur, id immortale est, nec illud minus

sit

ubi compulſi ſumus, quid, quaeſo, ſupereſt, quo vel eos, qui negant, eſſe ſimplices & apertas naturas, vel qui Deum ab hoc orbe corporeo non differre diſputant, coërceamus?

Solent quidem nonnulli ad ſimilitudinem quamdam hoc loco confugere. Materiam ajunt ſenſu deſtitutam aeque facile ſentientem fieri, vitamque & cogitationem adipiſci poſſe, atque corpus igne & calore natura deſtitutum flammam & lucem poteſt concipere. (*b*) Ego vero viros ceteroquin ingenioſos & eruditos ita ſummam rerum phyſicarum ignorantiam aperte profiteri, miror. Dudum eſt, quod a praeſtantiſſimis naturae ſpeculatoribus edocti ſumus, ignem & flammam nihil eſſe, niſi minimarum corporis alicujus particularum concitationem: quae particulae dum violenter agitantur, diripiuntur & diſſipantur, lucis ac caloris ſenſum in hominibus & animantibus excitant. Individuas corporis cujusdam particulas, quum antea quieſcerent, concitari & commoveri, quid, quaeſo, habet comprehenſu difficile? Haud igitur diſtinctum aliquid eſt ignis ab ipſa corporis materia, ſicut vita eſt, ſenſus & cogitatio, ſed nova tantum unius materiae affectio. Nec ignis aut ſuccenſum corpus alia ratione a ceteris corporibus differt, quam forma & motu, atque ſenſus noſtri, quae inde naſcitur, concitatione. Tota igitur haec ſententia prorſus eſt a veritate averſa: quam tamen illi ex antiquioribus philoſophis, qui naturam divinam mentesque ſimplices ſuſtulerunt, dudum aſſu-

ſit verum: Beſtiae ſentiunt, percipiunt, intelligunt; neceſſe eſt, hoc etiam conſequatur, animis eorum nihil a morte periculi metuendum eſſe. Nil itaque relinquitur, quam ut vir egregius aut huic de animis beſtiarum ſententiae nuntium mittat, aut parum fateatur auctoritatis & virtutis habere, quae antea diſputaverat, omnia. Hoc ſi certum eſt: Animi beſtiarum radii ſunt divinitatis, qui, ſublato corpore, pereunt, illud falſum oportet eſſe: Quidquid ſentit, cogitat, percipit, id perire nequit. Hoc confecto, id conſequatur neceſſe eſt: Ergo fieri poteſt, ut animi moriantur humani, etiamſi percipiant & ſentiant. At ſi animi humani ideo non moriuntur, quoniam ſentiunt, ratiocinantur & intelligunt, quod vir doctus diſputat, conſentaneum eſt, ut beſtiarum mentes negemus radios eſſe Dei aut animae mundi, qui ad fontem ſuum revertantur, deſtructo, quod animaverant, corpore, & ita pereant.

(*z*) *Ipſam Dei vim ludum*] Sed haec non tollitur prorſus difficultas, etiamſi animos ante omnia corpora totamque rerum naturam eſſe conditos, & nunc ab ipſo Deo in corpora, quae gignuntur, immitti decernamus. Etenim ſtuprum aut inceſtum ſi quis faciat, nonne Deus nefarii hujus hominis libidini aeque ſervit, ſi animam jam conditam migrare ſtatim jubeat in corpus ex iſto ſcelere genitum, quam ſi animum condat eo tempore, quo facinus committitur? Si Deum & infinitam ejus potentiam cogitemus, alterum horum altero ipſi gravius non eſt aut difficilius. Ego quidem ut de meo ſenſu ingenue fatear, omnem de ortu animorum & de natura mentium, quibus bruta gaudent animantia, quaeſtionem tantis eſſe circumſeptam tenebris arbitror, ut ſapientius ſit, eam tacitam dimittere, quam variis diſceptationibus implicare. *Jeſus Chriſtus*, Servator noſter, animos eſſe immortales, iis nos docuit argumentis, quibus nihil fieri vel cogitari poteſt aut firmius, aut ſimplicius & apertius. De eo vero, utrum ex ſua natura animi ſint immortales, an ex Dei voluntate, de ortu animorum, de diſcrimine, quod eos ſejungit a beſtiarum animis, prorſus tacuit. Hocine argumento nobis eſt, fore, ut aeternis haec omnia controverſiis eruditorum expoſita ſint, dum ultima dies hujus orbis cunctis finem faciat certaminibus?

(*a*) *Omnem nobis*] Hic vero & alias vir doctus eorum obliviſcitur, quae paullo ante dederat, ſi a Dei voluntate ejusque perfectionibus recedas, rationem nihil tam ſtabile ac firmum ſuppeditare poſſe, quod animorum immortalitatem extra dubitationem ponat.

(*b*) *Ego vero*] In hac mihi reſponſione vir doctus id videtur pro conceſſo ſumere, quod in controverſia verſatur. Sic enim concludit rationem: Senſus diſtinctum aliquid eſt a materia. Ignis non differt a materia, in qua ineſt. Igitur ſenſus & ignis diverſa plane ratio eſt. Sed negabunt forte adverſarii ejus, ſenſum differre ab ipſa materia, concedentque, ſicut ignis concitatio tantum ſit particularum, ita & ſenſum nihil eſſe, quam commotionem quamdam atomorum, quibus illa pars corporis conſtat, quae ſentit.

aſſumſerunt, (c) quum animas igneis conſtare docerent corpuſculis. Id quidem certum eſt; ſi vim ſuam vita & anima debeant edere in corporibus animalium, calor ab his abeſſe nequit: ex eo vero conſequitur minime, vitam & animam nihil eſſe, quam calorem. Ferrum totum licet igne candeat, haud tamen idcirco magis vivit, quam antea: neque flamma luminis plus habet ſenſus & cogitationis, quam pinguis, quae flammam alit, materia. Quod inter utrumque intereſt, id nihil eſt, quam corpuſculorum motus & agitatio. Huc accedit, incredibile eſſe, ſi hanc ſequamur ſententiam, mentes in corporibus animalium easdem per totum vitae curſum manere. Namque ignis, qui ſemper alimenti, quod conſumat, indiget, perpetuo mutatur, nec unum idemque corpus permanere poteſt. Uti flamma luminis, quod primum accenditur, prorſus ab illa differt, quae extremam candelae partem abſumit, nec vivus idem nunc eſt, qui ante annum fuerat;
57 ita nec infantis non ita pridem nati anima, ſi cum hoc ſentiamus genere, eadem poſt aliquot annos eſſe poteſt. Ceterum vel ex hac ratiocinatione animos patet nihil ſolidi & concreti habere, eo quod corpora animalium fluant atque manent perpetuo.

§. XXXVIII. Niſi fallor, altera jam officii, quod mihimet ipſe impoſui, parte ſatis belle defunctus ſum. Etenim oſtendi ex natalibus phyſices, quae corpusculis utitur, fieri ſecus non potuiſſe, quin ejus conſectatores in hanc una inciderent ſententiam, eſſe mentes ſimplices, nihilque ſolidi & concreti habentes. Idem nunc ex ipſa hujus philoſophiae natura & interiori conſtitutione planum faciam, neque quemquam eorum, qui univerſam ejus rationem perſpiciunt, eamque ex animo approbant, aliter ſentire poſſe, explicabo. Primo igitur certum eſt, corpuſculorum individuorum vindices nihil in corpore agnoſcere, praeter ea, quae manifeſto ad rem extenſam & ſolidam noſtra ratio pertinere intelligit, nihil, niſi quod ad varios materiae modos referri poteſt. Corpus ajunt gaudere certa & definita magnitudine, quae dividi queat, figura, ſitu, motu, denique quiete; ex quorum diverſa concretione & temperatione varii naſcantur effectus: praeterea vero eſſe aliquid in corpore negant. Qua qui ſunt ſententia imbuti, illi nullo modo vitam & cogitationem in corporis numerare poſſunt qualitatibus, eo quod nec inſint in illis, quae modo enumeravimus, nec ex variis eorum συζυγίαις ſive conjunctionibus exſiſtere queant. Ex quo conſequitur unice, vitam & cogitationem in alia quadam natura, quae a corpora ſejuncta eſt, nec materiae aliquid adjunctum habet, quaeri debere.

Deinde hoc etiam in praeceptis eſt philoſophiae hujus, nullam eſſe aliam in corporibus facultatem, praeter hanc, quod moveri & de loco in locum transferri queant. Atqui principium hujus motus non eſt in ipſo corpore, quod movetur; nec ullum procedere poteſt corpus, niſi ab alio extrinſecus impellatur. Quod quum ita

(c) *Quum animas igneis*] Cave vero, ſic ſentias, omnes veterum ſapientes, qui animum ignem aut ignem eſſe voluerunt, exitium etiam & interitum animis decreviſſe. Quis neſcit, credidiſſe plurimos, ipſum Deum ignem eſſe, ac in igne habitare? quem tamen nemo negavit immortalem eſſe. Hinc & animos, quos ipſius Dei eſſe partes ducebant veteres, igneos eſſe aſſeverabant: nec id quisquam immortalitati eorum obſtare putavit. Scilicet longe alias, id quod jam ante me ſignificare memini, de eo, quod vel diſſolvi poteſt, notiones conſignatas habebant in animis antiquae ſapientiae profeſſores, atque nos habemus: nec omne illud exiſtimabant interire poſſe, quod partibus & materia conſtaret. *Boëthius*, quem nemo neſcit acerrimum fuiſſe immortalitatis animorum tutorem & Chri-

ita ſit, alia quaedam in orbe terrarum, praeter corpora, natura verſetur, neceſſe eſt, a qua motus omnis proficiſcatur: quae niſi exiſteret, id quod infra copioſius explicabimus, nullum corpus pelli & concitari poſſet.

Tum, quae apparent & conſpiciuntur in corporibus, ex decretis philoſophiae, de qua loquimur, nulla ratione poſſunt explicari, niſi legibus mechanicis viſiones & ſimulacra in nobis adjungamus. At viſa mentisque noſtrae ſpecies & informationes corporis minime modi ſunt. Ex quo conficitur, ad peculiarem eas in nobis naturam referri debere, quae intelligat & corpore vacet, multisque modis affici queat.

Poſt ipſae ſenſuum perceptiones, ſi hoc genus audiamus philoſophorum, minime ſunt affectiones, ex ſolis, quae videmus, corporibus derivandae. Negant enim, eſſe in corporibus ſimile aliquid perceptionibus, quas res ſenſibus expoſitae in nobis excitant, calidi exempli cauſſa & frigidi, rubri & viridis, dulcis & amari. Quapropter, quin ad vires animae, quae reſidet in nobis, unice referendae ſint, nullum dubium eſt: quo quidem ad ſimpliceem & individuam ejus naturam demonſtrandam nihil aptius eſt.

Poſtremo, quum corporum, quae ſenſus noſtros feriunt, in illisque putantur inhaerere, qualitates nihil niſi viſa eſſe, hi ſapientes confidenter praecipiant, id ſimul ſciſcant, neceſſe eſt, falli & errare magnopere, qui ſenſus pro veri falſique norma habeant. Quare hoc etiam oportet eos profiteri: eſſe aliquid in nobis omni ſenſu ſuperius, quod de ſenſuum decretis judicet, fallacias eorum refellat & diſſipet, quidque corpora extra nos poſita vel vere habeant, vel non habeant, pronuntiet. Atqui hoc ipſum quidnam eſſe poteſt aliud, quam vis quaedam ſuperior animi, ſemet ipſam gubernans & concitans? Talem quis, quaeſo, ſanus ſibi virtutem in corpore abditam & reconditam eſſe perſuadeat?

§. XXXIX. Quod reliquum eſt, duplici prae reliquis philoſophandi viis praerogativa veterum haec gaudet phyſica. Namque primo efficit, ut mundi hujus, quatenus ille corporibus continetur, naturam & rationes perſpicue intelligamus. Scilicet mechanicarum legum vim & ordinem clare animo comprehendimus: ab his vero ſi diſcedamus legibus, quod diſtincte cognoſcamus in corporibus, nihil omnino eſt. Quicumque hoc vel illud formae cujusdam vel qualitatis effici beneficio dicit, is hoc unum docet nos, ignorare ſe, quemadmodum id fiat, aut, quod multo eſt ineptius, & a ratione remotius, ipſam ignorantiam, in qua verſatur, cauſſae, formae vel qualitatis vocabulo veſtitam & exornatam, pro vera effectus cauſſa obtrudere nobis audet.

Jam ſi calidum & frigidum, rubrum nigrumque colorem, dulce ac amarum in variis corporis noſtri affectionibus poni ab aliquo audiamus, quas rerum extra nos poſitarum in nervos noſtros impulſio producat, tota ejus hominis oratio plana pror-

Chriſtianae doctrinae alumnum, *de conſolat. philoſ. Lib.* III. *p.* 69. ſic Deum compellat:

Tu cauſſis animas paribus vitasque minores
Provehis, & levibus ſublimeis curribus aptans
Is coelum terramque ſeris: quas lege benigna
Ad te converſas REDUCI *facis* IGNE *reverti.*

Quid hic *Redux Ignis*, niſi ipſe animus humanus, ad Deum, unde deſcenderat, revertens? Lege, quae *Renatus Vallinus ad h. l. p.* 64. obſervavit. Haec illis iunge, quae ſupra ſcripſimus, ut ex eo, quod veteres Deum & animam corpore vacare docuerunt, non ſequi decceremus, aut illum aut hanc ab omni illis materia ſejunctam fuiſſe viſam.

Digitized by Google

prorſus nobis eſt & perſpicua. Si quis vero alius abſolutas corporum qualitates
58 praedicet, easque a naturali eorumdem & mechanica diſpoſitione toto genere differre doceat, animus noſter tenebras ſibi offundi queritur, nec quidquam ejus rei accurate & aperte percipit. Aeque certe ſapienter & pulchre differunt, qui de formis neſcio quibus verba faciunt, atque is, qui dolorem, quem homo ſentit, ferro vel acu fauciatus, abſolutam eſſe qualitatem diſputaret, in ferro vel acu reſidentem & inhaerentem. Aeternum nempe nobis aenigma ſenſuum noſtrorum perceptiones erunt, quamdiu corpora certis quibusdam formis & qualitatibus natura eſſe inſtructa ſomniabimus, quae cum ipſa eorum materia nihil commune habeant. Atque hanc cauſſam fuiſſe opinor (*d*) *Timaeo Locro*, qui hoc more philoſophatus eſſe videtur, ut res corporeas haud aliter a nobis comprehendi poſſe ſcriberet, quam αἰσθήσει καὶ νόθῳ λογισμῷ, *ſenſu & adulterina quadam ratiocinatione:* quod idem eſt, ac ſi dixiſſet, diſtinctam & accuratam earum notionem animis noſtris nulla ratione informari poſſe. Neque aliud (*e*) ipſe *Plato* ſpectavit, quum res omnes diſtribueret in eas, *quae ratione & intelligentia comprehenduntur*, νοήσει μετὰ λόγου ἀξύλητα, & in eas, *quae opinione tantum & certo quodam ſenſus ratione carentis beneficio percipiuntur*, δόξῃ μετ' αἰσθήσεως ἀλόγου. Quarum quidem hae, id quod manifeſtum eſt, res ſunt corporeae, ſenſuumque facultati ſubjectae. Hinc etiam evenit, quod Platonici ſaepenumero ſummam rerum corporearum contemtionem prae ſe ferunt, eo quod intelligentiam noſtram propemodum fugiant, (*f*) nec, uti ſcite ajunt, vel ὄντως vel γίνεσθαι, nec *eſſentiam* nec *generationem* habeant. Cum his itaque philoſophis aut affirmare nos decet, omnia, quae in ſenſus cadunt, ἀκατάληπτα eſſe & ἀπερίληπτα, *incomprehenſa*, *nec ulli hominum ingenio aperta*, licet multa ſint, excelſioris etiam naturae, atque materia eſt, quae mens noſtra diſtincte tamen & ſine caligine comprehendit; aut vero benigne & praeclare de genere hoc phyſices omnium vetuſtiſſimo ſentire nos oportet & judicare, quod, corpuſculis fretum individuis, ſolum aptum eſt ad res in ſenſus incurrentes explicandas & declarandas.

§. XL.

(*d*) *Timaeo Locro*] En ipſum locum ex *Libro de anima mundi* in *Thom. Gale Scriptor. mythолog.* p. 545. Τρία ὄντα τρισὶ γνωρίζεται, τὰν μὲν ἰδέαν, νόῳ καὶ κατ' ἐπιστάμαν, τὰν δὲ ὕλαν, λογισμῷ νόθῳ. *Tria quum ſint haec, tribus ea quoque modis cognoſci, formam quidem mente & ſcientia, materiam adulterina quadam ratiocinatione.* Hujus ſententiae hanc ſtatim ſubjicit rationem: Τῷ μὲν κατ' αἴσθησιν καὶ πίστιν, ἀνεὶ καὶ κατ' ἀναλογίαν, *quod videlicet non recta quadam & aequa rei animadverſione, ſed ex proportione quadam & collatione intelligatur.* Tum ita pergit: Τὰ δ' ἀπογεννήματα αἰσθήσει καὶ δόξᾳ. *Foetus vero, qui ex illis noſcuntur, ſenſu & opinione.* Hinc liquet, *Timaeum* non ſcripſiſſe, materiam αἰσθήσει & λογισμῷ νόθῳ comprehendi, ſed αἰσθήσεως ad ἀπογεννήματα, non item ad ὕλαν relatam voluiſſe.

(*e*) *Ipſe Plato*] Quonam operum *Platonis* loco eodem ordine verba ita exſtent, quae hic leguntur, me quidem praeterit. At res his verbis expreſſa & diſtinctio inter ea, quae vel γιγνόμενα vel δόξῃ percipiuntur, ſaepius apud eum occurrit, & fuſe explicatur. Vide in primis *Theaetetum* p. 139. *ſ.* *Opp. Sophiſtam* p. 166. 167. *Lib.* VII. *de Republica* p. 484. &c. Diſtinguebat nimirum *Plato* ſpecies rerum, quas ἰδέας nominabat, aeternasque notiones a rebus corporeis, & in ſenſus incurrentibus: illas ſolas ſtabiles & perennes ducebat eſſe, has vero fluere perpetuo & manare. Itaque illas ὄντως, has vero γιγνομένας, illas αἰδίους, haec γενητὰς vocabat. Iliis ἐπιστήμην, γνῶσιν, σοφίαν, νόησιν his vero nil niſi δόξαν dabat. Nihil notius hac re in ſcriptis *Platonis* & eorum, qui *Platonis* more philoſophati ſunt. *Alcinoüs Introd. in philoſ. Platonis Cap.* 7. p. 472. ad calcem *Maximi Tyrii*, ab *Heinſio* editi: Δόξαν μὲν τῶν σωμάτων εἶναι, ἐπιστήμην δὲ τῶν νοητῶν. *Opinionem* (Plato) *ait ad corpora pertinere, ſcientiam vero ad priora illa ſive* τὰ νοητά. Nec aliter, qui paullo ante allatus eſt, *Timaei* locus intelligi debet. In re ipſa igitur, quae hic tribuitur *Platoni*, nihil requiro. Verum hoc minus recte fieri arbitror, quod hanc *Platonis* diſtinctionem vir doctus tam late patere putat, ut omnis ea corporum tollatur cognitio. Nam ut doceat, eos, qui ab atomis abhorrent, naturam

pror-

Digitized by Google

§. XL. Succedit jam altera, quae huic physices generi adjuncta est, opportunitas. Haec in eo posita est, quod, quoniam corporis distinctam informat rationem, manu veluti ducit homines ad naturarum corpore vacuarum notitiam. Si quis esse aliquid in hoc orbe, praeter corpora, persuasum esse cupit aliis, eum de- 59
monstrationis totius initium a descriptione corporis oportet ducere. Quod si negligat, hoc unum tantum probat, esse aliquid nescio quid in orbe, quod corpus vocetur, & praeterea aliud aliquid, cujus natura pariter sit ignota. Jam qui suam esse nolunt antiquiorem illam physicam, cujus hic rationes pandimus, illi quodlibet asseverant corpus binis constare principiis: quorum alterum ajunt esse materiam, omnis formae, ad quam qualitas etiam & quantitas pertinent, expertem, propterea que, quod ipsimet hi philosophi non negant, (*) corporis nescium: alterum vero formam nominant, quae pariter, quoniam omni caret materia, corporei & concreti aliquid continere nequit. (*g*) *Stobaeus* hac ratione tam *Platonis*, quam *Aristotelis* doctrinam exponit: Ὃν τρόπον τὸ εἶδος τῆς ὕλης ἀφυσικὸν ἀσώματον, ὅτως καὶ ἡ ὕλη τοῦ εἴδους χωριστὴ ἀσώματον τὸ παν· δεῖν γὰρ ἄμφω τὴν συνόδου πρὸς τὸ σωματικὸν ὑπάρχειν. *Quemadmodum forma expers materiae dicitur incorporea; sic & materia carens forma corpus esse negatur: siquidem utrumque ad corporis constitutionem requiritur.* Formae iidem philosophi qualitates adjiciunt, de quibus non possunt, quin pariter *Platonis* amici pronuncient, eas soliditatem nullam habere, & corpore vacare, ἐπεὶ καὶ ποιότητες ἀσώματοι. (†) Quod idem fere est, ac si qualitates totidem esse mentes dicerent, quae corpus incolant. At quis tam hebes est, quin hac philosophandi via notiones corporis & mentis, simplicis & corporeae naturae, mirifice inter se confundi perspiciat, sic ut omnis nobis aditus ad rationes earum intelligendas occludatur? Ipsa corpora, si cum his sentiamus, corpore privabuntur: nec ulla ideo res erit, quae corpus habeat. Quod enim totum ex rebus simplicibus & corpore vacantibus concretum est, id quis, quaeso, negaverit similiter simplex esse & a corpore (*h*) relictum?

Jam quid evidentius est, quam totam hanc de forma, materia & qualitatibus philosophiam nil impedire, quo minus vita & intelligentia in corporeis qualitatibus

(*) Ἀσώματον δὲ καὶ ἡ ὕλη. *Plotin.* p. 164. *Materia corpore vacat.*
(†) *Alcinoüs* Cap. II. (Introd. in philos. *Platonis* p. 479.)

prorsus ignorare corporum, ad *Timaei* & *Platonis* exempla provocat, quos propterea, quod atomis favere nollent, eo delatos esse censet, ut corpora sibi prorsus ignota esse affirmarent. Verum *Plato* hoc sibi tantum voluit, rerum aeternarum & perennium scientiam certiorem & praestantiorem esse corporum caducorum & fragilium scientia, non vero omnem corporum cognitionem sustulit, aut corpus ad ea retulit, quae Graeci philosophi ἀσωμάτους nominant. Praeterea de singulis corporibus, lubricam & incertam quibus constantiam adjunctam esse ducebat, quod dixit, intellectum voluit, non vero generatim & in universum de corporum natura & affectionibus, quas & explicari posse censuit, & ipse passim exposuit *Plato*. Novimus, eadem, qua *Plato*, distinctione usum esse *Aristotelem*, atque γένεσιν ad res tantum retulisse aeternas & mutationis expertes, etsi de rerum, quas aeternas nominat, natura cum magistro dissenserit. Quid vero notius, quam hanc opinionem non impediviſse *Aristotelem*, quo minus corporum declarari posse naturam & rationes judicaret?

(*f*) *Nec vel ἰσότητα*] Non memini, vel *Platonem*, vel e familia ejus aliquem hoc scriptum reliquisse, corpora nec ἰσότητα habere, nec γένεσιν. Οὐσίαν scio eos corporibus derogasse, non item γένεσιν. Lege ipsum *Platonem Lib.* VII. *de Republ.* p. 484. *Opp.* ubi: Δίξαν μὲν, inquit, εἶδος, γένεσιν, πίστιν δὲ περὶ ἰσότητα.

(*g*) *Stobaeus*] Locus exstat *Eclogarum physicar. Lib.* I. *Cap.* 14. *p.* 29. *Plotini*, quod in exteriori libri ora adscriptum est, dictum legitur *Libro* περὶ ὕλης *Ennead.* II. *Lib.* IV. *C.* 10. *p.* 164.

(*h*) *Relictum*] Non ego meum esse arbitror, eorum desperatam fere causam tueri, qui formas & qualitates inesse corporibus sibi persuadent. Hoc autem, veritate non invita, me affirmare posse judico, injuriam hic illis a viro docto inferri, sen-

sen-

bus & formis ponantur? Quod ſi ita eſt, nihil habebimus omnino, quod illis opponamus, qui animos hominum nihil eſſe volunt, quam ſanguinem & cerebrum, ſenſus & intelligentiae qualitate praeditum, vel etiam ſubtiliorem quamdam mate-
60 riam, in qua vis ſentiendi tamen inſit & ratio. Quid autem de ipſomet tum Deo fiet? Quem ſi quis forte dicat nihil eſſe, niſi corpus quoddam ſubtile & igneum, ſimulque rationale & intelligens, & per naturam rerum omnem intentum & commeans, aut etiam corporei hujus orbis formam, quae cum ipſa materia unam conſtituat naturam, quomodo huic homini occurrere poterimus? Non hic umbras captamus, aut opiniones, quae nullae ſunt. Veterum enim philoſophorum nobiliſſimos, quibus tantae fuerunt animi anguſtiae, ut, praeter corpora nihil eſſe concluderent, in his quondam fuiſſe ſententiis, exploratum & compertum eſt.

Verum his multo ſapientius, quicumque antiquiorum ex atomis res omnes conflatas duxerunt. Qui quum corporis apertam informent notionem, idque ἀφὴν ἀντίτυπον, *rem extenſam, quae penetrari nequeat*, appellent, cui deinde rei omnem agendi facultatem detrahunt, nec praeter magnitudinem, figuram, ſitum, quietem & motum relinquunt aliquid, nullum locum confuſioni rerum univerſo genere diſcrepantium faciunt. Vident omnes, qui hac uti volunt definitione, quid poſſint corpora, quid non poſſint: vident, ubi mentium virtus incipiat: vident denique, omnino ſic habendum eſſe, eſſe naturas ſimplices & ab omni concretione ſejunctas.

Ex ejusdem philoſophiae praeceptis manifeſto conſequitur, vitam, ſenſum & rationem in corporeis rebus non eſſe poſſe, ſed ad aliam referri naturam debere, corpore prorſus vacantem. Nam qui huic dediti ſunt diſciplinae, illi hoc primum demonſtrant, totum de qualitatibus commentum ab hominum inſcitia & imprudentia profectum eſſe, qui viſa ſua eſſe aliquid, quod in ipſis inhaereat corporibus, temere & ſine cauſſa crediderint. Tum alterum illud dogma, quod corpora ex

tentiasque eorum perverti. Ita certe ſi ſenſiſſent, ut hic ſentiſſe feruntur, nil ego cauſſae dicerem, quin cum amentiſſimis componerentur mortalium. Verum bene ſe res habet. Non tam ſtolidus fuit *Plato*, nec ita demens *Ariſtoteles*. Vir doctiſſimus qualitatum defenſores ita coërceat: Vos omne corpus ex *forma*, *materia* & *qualitatibus* affirmatis eſſe concretum: materiam vero forma carere negatis & omni qualitate. Igitur, quod ipſi non diſſitemini, veſtra materia non eſt corpus, ſed res incorporea. Formam ſimiliter corpore vacare, dicitis: nec aliam de qualitatibus fovetis ſententiam. Quare ſi vos audiamus, id, quod vos corpus vocatis, ex rebus conſtat omni corpore vacuis. Materia non eſt corpus, non forma, non qualitas. Quid vero ineptius? Corpus ſibi fingere, quod rebus conſtet a materia & corpore relictis? Itaque turpiter miſcetis corporis & mentis naturam, resque inculcatis, quas ne Arcades quidem credant, aut Thebani cives. Inducam veteres qualitatum defenſores *Cudworthi* reſpondentes: Falleris, inquiunt, vir doctiſſime, dum nos ita bonae mentis eſſe cenſes expertes, ut ex eo, quod corpore omni vacat, corpus conſtrui poſſe putemus. Quam tu ipſe in animo habes corporis notionem, eam nobis temere ſuppeditas, etiamſi noſtra minime fuerit, neque dubitas, corpus & corporeum unum nobis idemque eſſe: quod ſecus omnino ſeſe habet. Multum ex noſtra ſententia inter id, quod *corpus* dicimus, & inter *rem corpoream* diſtat. Corpus negamus eſſe materiam, non vero corporeum aliquid. Diſtinguimus nimirum inter ὕλην ſeu *materiam*, & inter σῶμα ſeu *corpus*. Materiam rem eſſe dicimus, partibus conſtantem, ſolidam, longam, latam, craſſam, paucis rem corpoream, at qualitatibus & formis vacantem. Corpus autem ſeu σῶμα materia nobis eſt eadem, at qualitatibus & formis aucta, ſeu materia aut animata & vita praedita, aut aliis affectionibus & proprietatibus ornata. Tibi vero corpus & materia unum idemque ſunt. Hinc tibi perſuades, nos, quum aliquid negamus corpus eſſe, concedere quoque, illud ab omni materia remotum eſſe. At res longe ſecus ſeſe habet. Nos, quum materiam σῶμα aut corpus eſſe negamus, id unice aſſeveramus, eam tale corpus non eſſe, qualia ſunt animantium, beſtiarum, plantarum, aut rerum aliarum corpora, quae videmus; corpus autem eſſe eam, ſi haec vox latius ſumatur, & omne illud fig-

ex forma & materia componit, ſimiliter ex alio quodam animi errore profluxiſſe docent. Fuerunt videlicet, qui notiones logicas ſeu modos cogitandi & concipiendi pro modis exſiſtendi rerumque extra nos conſtitutarum proprietatibus ſine ulla ratione haberent. Poſtremo formas corporum & qualitates, ab ipſa earum materia diſtinctas, nullas omnino eſſe demonſtrant, eo quod, ſi quis magnitudinem, figuram, ſitum & motum, diverſasque horum conjunctiones & temperationes tollat, nihil in corporibus ſuperſit, cujus claram & apertam in animo notionem informare nobis liceat. Ex quibus omnibus id, quod diximus, ſine ulla eſficitur controverſia.

§. XLI. Nihil ergo jam obſtare credo, quo minus haec duo luce quavis clariora putemus eſſe. Primum: Quicumque rerum naturam non ante *Platonem* modo & *Ariſtotelem*, verum etiam ante *Democritum* & *Leucippum* ſcrutati ſunt, eos ab atomis auxilia unice petiviſſe in eventis & rationibus naturae rerum explicandis. Alterum: Hanc ipſam philoſophandi rationem pietati & religioni minime inimicam eſſe, ſed cum ea naturali cognatione & affinitate conjunctam: nec antiquos ejus amatores ante *Democritum* vel Deum vel naturas corpore vacantes ſuſtuliſſe, ſed tam Deum profeſſos eſſe, ab hac mole, quam videmus, corporea ſegregatum, quam animis ſimplicitatem, adjuncta immortalitate, adſcripſiſſe. Igitur vetuſtiſſimi ſapientes, qui atomos adſciverunt, haud eas dixerunt rerum omnium principia eſſe (ἀρχὰς τῶν ὅλων), nec unquam eo ſunt temeritatis progreſſi, ut hac doctrina totum philoſophiae corpus abſolvi aſſeverarent. Contra dogma iſtud de corpuſculis individuis pars illis tantum erat ſive membrum totius philoſophiae, quam conſtare ſibi nullo modo poſſe praedicabant, niſi doctrina de Deo mentibusque a corpore ſecretis adderetur. Quod ipſum quidem (*i*) *Ariſtoteles* in *Libris Metaphyſicorum* ſignificat, duabus veterum ſapientiam partibus contineri ſignificans,

ſignificet, quod tangi poteſt, ſentiri & moveri, minime neganus. Hoc ſenſu *Plotini* dictum accipi debet, quo materiam ſeu ὕλην eſſe affirmavit ἀσώματον. Hanc eſſe mentem ac ſententiam noſtram, docebit te *Stobaeus*, cujus verba audi ex *Lib.* I. *Eclog. phyſ. Cap.* 14. περὶ ὕλης *p.* 29. Οἱ σώματα δὲ τὴν ὕλην φασὶν, οὐχ ὅτι ἀ μόνη ἐστὶν ἄδιαι τῶν περὶ σῶμα διαστάσιν, ἀλλ' ὅτι οὐ πολλῶν ἄνευ διαλείπει κατὰ τὸν ἴδιον λόγον, ἃ τοῖς σώμασιν ὑπάρχει, χρωματισμοῦ, χυμοῦ, θερότητος, ψυχρότητος, ὅλως πάσης ποιότητος οὐ ποιότητος· εἰ γὰρ τούτων μετοίχοιτο, τὸ ποιὸν ἂν οὐ πόσον· ἐ μεταλήψεται κατὰ τὸν λόγον, σῶμα μὴν ἂν εἴη, σωματικὴν δὲ λήψεται τὸ πάσης, ὅπερ οὐ ἐκμαγεῖον, ὑποκεῖται τοῖς ποιότησιν. *Negatur autem corpus eſſe materia, non tam quod intervallis corporis careat, quam quod aliis quoque multis ad corpus pertinentibus deſtituatur per ſe, ut figura, colore, gravitate, levitate & omni denique qualitate & quantitate. Nam ſi haec haberet, inter quanta & qualia referretur. Nunc his quum per ſe careat, ut corpus non eſt, ita corporea dicitur, quod omnibus corporibus tamquam ſpeculum ſubjiciatur.* Docebit te idem *Cicero*, quem *Academ. Quaeſt. Lib.* I. *Cap.* 5. *p.* 2231. *T.* VIII. *Opp.* corpus definiem ex mente noſtra attende: *De natura autem ita dicebant* (veteres) *ut eam dividerent in res duas, ut altera eſſet efficiens, altera autem quaſi huic ſe praebens. In eo, quod efficeret, vim eſſe cenſebant, in eo, quod efficeretur, materiam quamdam; in utroque tamen utrumque.* —— SED QUOD EX UTROQUE, ID JAM CORPUS ET QUASI QUALITATEM NOMINABANT. Vide, quam ſollicite materiam a corpore diſtinguamus: vide, longe aliam nos verbo *corpus* vim ſubjeciſſe, atque tu ſubjicis. Exemplum velim hinc omnes capiant, quantam adhibere eos cautionem oporteat, qui veterum inſtituta & ſcita explorant. Quodſi enim aliquis ex noſtris notionibus veterum metiatur vocabula, longe alios nobis exhibebit philoſophos illos, atque reapſe fuerunt.

(*i*) *Ariſtoteles*] Ipſum *Ariſtotelem* non ignoro phyſicam & eam philoſophiam, quam primam appellat, ſollicite diſtinxiſſe. Dignum eſt, quod hac de re legatur *Caput* 1. *Libri* VI. *Metaphyſ. p.* 346. *T.* IV. *Opp.* quo dedita opera de illis agit ſcientiis, quae contemplando perficiuntur. At quo loco veteres dixerit ſic omnem partitos eſſe philoſophiam, me quidem praeterit. Contra vero ſcio, queri philoſophum hunc, veteres ante *Anaxago-*

cans, φυσιολογίαν sive physica, & τὴν πρώτην φιλοσοφίαν, prima philosophia sive *Theologia*. *Democritus*, praeceps homo & consiliis devius, universum hunc mundum ex bruta quadam mole crassaque constituebat materia: nullus erat apud eum αἰτίας
61 ὑφαιρετικὰς aut *principiis efficientibus*, nullus naturis corporis ignaris locus. Verum multo aliter prisci atomorum amici; quippe quos haud fugiebat, haec si vera forent placita, nullum unquam motum, nullamque futuram fuisse generationem, eo, quod omnis, quo corpora concitantur, motus ab alia quadam re nasci debeat, extra corpus posita, sive simplici & concretionis experte natura. Quodsi ne hoc quidem curet aliquis, sed in gravi hac mole sensuque omni destituta materia motum exsistere potuisse concedat, id tamen nemo umquam unus intelligendo consequetur, quomodo ex illa materia casu & fortuito, sine rei cujusdam corpore carentis ope & auxilio, aliquid effici potuerit. Nec ulla idcirco ratione antiqui atomorum patroni induci potuissent, ut corporeum hunc orbem, qualis nunc est, fortuita quadam commotione & corpusculorum concursione, nulla nobiliori & excellentiori natura rem gubernante, confici & constari potuisse, credidissent. Animantia autem si qui meras esse judicassent machinas, ad certas motus leges aptas & compositas, nec vitam, sensum, rationem & intelligentiam aliud, quam concitationis quoddam genus, nae hos omnium impudentissimos & emotae mentis homines duxissent. Duplex igitur constituebant principium: alterum, quod efficeret, alterum, ex quo efficerentur omnia: corporibus naturas adjungebant corporis indigentes, vitae motum, corpusculis individuis simplices naturas. Ex quibus omnibus inter se conjunctis & sociatis philosophiam conficere studebant, quae ipsimet rerum naturae accurate responderet. Ejus igitur duo fulcra erant: doctrina de mentibus a corpore sejunctis, quarum caput & princeps ipse Deus est, & dogma de corpusculis individuis, omnium ceterorum corporum primordiis. Quod quidem sapientiae genus quin unice verum suisque numeris absolutum fuerit, cur dubitemus, nihil omnino (*k*) caussae est.

§. XLII. Sed mature satis de integritate hujus sapientiae detractum, corpusque ejus foede discerptum ac truncatum est. Ille unam, iste alteram philosophiae hujus partem adoptavit. Quidam solam de atomis doctrinam, repudiata Dei mentiumque a corpore abstractarum notitia, adsciverunt. Quibus alii oppositi, missas prorsus fecerunt atomos, eaque tantum arripuerunt, quae de Deo naturisque corpore vacantibus veteres tradiderant. In illis fuerunt *Democritus*, *Leucippus*, & *Protagoras*, qui exuviis tantummodo ac, si ita loqui fas est, cadavere veteris philosophiae Moschicae, physicam intelligo corpusculis fretam individuis, delectati sunt. (*l*) In his vero *Plato* & *Aristoteles* exstiterunt: in quibus id quidem laudandum est, quod meliorem philosophiae istius partem, ac veluti medullam & animam,

ram philosophos in materiam veluti fuisse immersos, nec de caussis efficientibus & a materia remotis multum deliberasse, *Metaphys. Lib.* I. *Cap.* 3. *p.* 266. *f.*

(*k*) *Caussae est*] Si tam expedita & libera essent haec omnia, quam libere & expedite dicuntur, esset certe, cur gauderemus. Jam metuo, ne, qui omnia diligenter expenderint, quae adhuc disputata & a nobis monita sunt, in hanc cogitationem veniant, plus interdum suspicionibus & opinionibus suis loci, quam necesse erat, virum eximium reliquisse.

(*l*) *In his Plato & Aristoteles*] Quaerent forsan aliqui, quonam haec dicantur jure. Sic loquitur vir doctus, ac si *Plato* & *Aristoteles* nihil aliud curassent, quam cognitionem Dei & rerum illarum, quae corpore vacant, & cogitatione tantum percipiuntur. Sprevit, fateor, uterque atomos: sed

Digitized by Google

mam, scientiam de Deo nimirum, mentibusque a corpore liberis, amplexi sunt; id vero aegrius ferendum, quod nudam hanc amare maluerint, quam ornatu suo & vehiculo satis decenti, physica ex corpusculis omnia derivante, munitam & cinctam. Quod quidem consilium cum variis hanc disciplinam commisit difficultatibus.

§. XLIII. Juvabit haec paullo latius exponere. Exordium orationis a *Leucippo* & *Democrito* ducemus. Hi, quum divinam naturam prorsus sublatam vellent, & in animis hominum Dei notionem exstinctam, facile sentiebant, nihil sese effecturos hac in caussa, neque Dei metu sese aliosque liberaturos, nisi tritam & ante se usitatam res naturales indagandi viam & rationem desererent. *Heraclitus*, ceterique philosophi, qui, non secus ac isti, corporibus rerum universitatem concludebant, Deum tamen aliquem corporeum sibi animo essingebant. Deum videlicet formam esse docebant corporei hujus orbis, sive ὕλην πῶς ἔχουσαν, *materiam* 62 *certa quadam ratione affectam & dispositam*, ignem verbi caussa ratione praeditum, qui instar animae totam hanc molem corpoream pervadat; mentes autem hominum & animalium totidem esse partes opinabantur, ex magna illa totius mundi anima decerptas. Totus ergo corporeus orbis ex horum placitis Deus erat, animal videlicet sapientissimum & praestantissimum, quod res omnes in semet ipso, qua fieri possit, intelligentia perficeret, seque ipsum prudenter regeret & gubernaret. *Democritus* autem ejusque sectatores non tam hebeti & obtuso erant ingenio, quin totam impietatis caussam proditum iri prospicerent, si tam lubrico & ancipiti committeretur fundamento. Plurimi ad Deum de medio tollendum sufficere judicaverant, si formae qualitatesque tribuerentur corporibus, adjuncta semet ipsa movendi potestate. Ast hoc genus ipsas illas formas commodum Deo, corporeo licet, perfugium & latibulum praebere posse cernebant, cujus adspectu & metu mentes hominum nihilominus misere exagitarentur & excruciarentur. Quamobrem, postquam aliud physices esse genus didicerant, quae formis omnibus & qualitatibus, nec non facultate sese movendi corpora prorsus exueret, nihilque illis, nisi magnitudinem, figuram, situm & motum relinqueret, magnam rebus suis opportunitatem hanc esse disciplinam sperabant allaturam. Qua de caussa avidissime eam arripiebant, alteraque sui parte, cui tamen arctissimo & paene naturali vinculo conjuncta erat, doctrina videlicet de rebus corpore carentibus, violenter spoliatam, suis adaptare & accommodare studebant consiliis & rationibus. Duas scilicet res, universa re & ratione discrepantes, copulabant, veterum physicam, quae nil esse assumit in corporibus, praeter figuram, magnitudinem, situm & motum, praejudicatamque, qua laborabant ipsimet, opinionem, corpora si demas, nihil in hoc orbe reliquum fore. Ex qua perversa compositione por-

tem-

sed neuter propterea corpora neglexit, eorumque contemplationem praetermisit. *Plato* in speciebus & exemplis rerum, nec non in Deo mentibusque considerandis plus posuit, quam in rebus aliis, diligentiae: nec tamen indigna duxit plane, ad quae animum demitteret, corpora; quorum quippe de affectionibus & natura passim, & in ipso *Timaeo* quaerit. *Aristoteles* vero quomodo dici potest rerum corpore semotarum investigationi totus fuisse deditus? qui multis libris in corporum caussas & rationes, in animalium naturam, in stirpium indolem, & ejus generis alia inquisivit, neque paucis visus est minorem, quam decuerat philosophum, rerum a sensibus remotarum rationem habuisse. Sed conferenda sunt, quae paullo post de *Aristotele* & *Platone* disputat *Cudworthus*, quibus sententiam suam declarat, & ita initrait, ut probabilior & verior videatur.

Digitized by Google

tentoſum illud & nothum philoſophiae genus provenit, quod ad Deum de medio tollendum corpuſculis individuis abutitur.

Ceterum, licet abunde ſit a nobis demonſtratum, origines doctrinae de atomis a *Leucippo* & *Democrito* non eſſe repetendas, quippe qui tantummodo philoſophiam hanc adulteraverint & depravaverint, nou uni tamen fortaſſis erunt, qui praefracte contendent, nullos alios, quam hos ipſos, principes ejus & auctores habendos eſſe. Video quoque, quidnam hi dicturi ſint. Homines diſputabunt, impietate adverſus Deum contaminatos ad corpora formis & qualitatibus privanda neceſſitate quadam videri impulſos eſſe, eo quod intelligerent, formis & qualitatibus ſalvis, numquam fore, ut omnis Dei corporei metus & ſuſpicio ex mortalium evelleretur animis. Addent, periculum eſſe, ne ingenio, quam par eſt, excellentiori fuiſſe putentur ipſi ſupremi Numinis hoſtes, ſi tanto illos artificio veterum tractaſſe ſcita dicamus, ut perfectum inde philoſophiae corpus, omnibus membris ſuis aptum & cohaerens inter ſe, conformarent. Ad hos comprimendos ſufficiet, ſi, quae modo dicam, obſerventur. Principio, ſi, quod illi volunt, primi atomorum inventores iſti fuerunt religionum adverſarii, quos diximus, totum peſſime conſilium & negotium hominibus ceſſit. Nam quum iſto ſeſe modo contra metum Dei corpore praediti communire vellent, imprudentes prorſus & incauti ad Deum corpore vacuum credendum argumenta ſuppeditarunt validiſſima. Tantum deinde abeſt, ut doctrinae genus aptum ab omni parte & cohaerens excogitaverint, ut potius ſua ipſimet principia ſaepius cogantur evertere & oppugnare. Neque magis aliquid ab omni ratione remotum eſt, quam haec ipſa philoſophia, ſi vel fundamenta ejus, vel totam conformationem conſideremus. Vel hinc igitur nobis documentum licet capere, quam invicta vis ſit veritatis, quamque potens ad omnes adverſariorum conatus & impetus proſternendos & explodendos, quam imbecillis e contrario & prorſus deſperata impietatis cauſſa. Etenim id ipſum atomorum concilium, in quo arcem cauſſae ſuae maximumque praeſidium collocatum putarunt eſſe religionum adverſarii, vim illis affert longe maximam, neque eſt aliquid, quod potentius & efficacius inſanas eorum munitiones & moles disjiciat & (*m*) diſſipet.

63 §. XLIV. His multo levius & excuſatius peccavit *Plato*: qui, etiamſi pariter vete-

(*m*) *Diſſipet*] Concedam, id quod ſumit vir doctus, *Democritum* & ſocios contemſiſſe Deum, animoque fuiſſe ab omni religione alieno: etſi non ignoro, quibus haec res incerta prorſus videatur, non deeſſe viros longe doctiſſimos. At unde, quaeſo, probabitur, hominem, antequam diſciplinam, quam profeciſus eſt, conſtitueret, antequam atomos ſibi ſumeret fovendas, jam a Deo & religione abhorruiſſe, nec alia de cauſſa circumſpectis & ponderatis reliquis diſciplinis, ad atomorum doctrinam appuliſſe animum, quam quod verneret, eam in primis aptam & accommodatam eſſe nefariis, quas animo complexus erat, opinionibus de Deo muniendis & exornandis? Primum, ſi hoc ita eſt, malitia & animi perverſitate parem habuit *Democritus* neminem. Namque decrevit, velle ſe Deum oppugnare & tollere; idque prius decrevit, quam ſciret, quanam id commodiſſime ratione poſſet fieri. Deinde, luſtratis philoſophorum ſententiis, ad eam ſe potiſſimum applicuit, quam maligno & ſcelerato inſtituto convenientiorem eſſe ceteris videbat. Monſtrum vides hominis, non hominem. Quis vero receſſus animi ejus introſpexit? Deinde hac via inceſſiſſe *Democritum*, qua ratione, quibus veterum auctoritatibus apertum eſt? Fabulam, vereor, ne multi dicant ſibi narrari, quae nihilo plus probabilitatis habeat, atque id, quod ei contrarium eſt. Quid, ſi convertamus omnia, *Democritum*que primum eo perveniſſe meditando conſtituamus, ut in atomis acquieſceret, tum, ingenio abutentem, progreſſum eſſe ad religiones convellendas, & Deum de medio tollendum? Hoccine veri erit diſſimilius, quam id, quod hic de inſtitutis ejus narrat vir eximius?

(*n*) *Haec*

Digitized by Google

veterem *Moschi* philosophiam corrupit, & aliqua sui parte spoliavit, meliorem tamen ejus partem, universam nempe Theologiam & Metaphysicam, doctrinamque de naturis corpore carentibus, retinuit, dimissis interea veterum de atomis earumque concursione placitis. Rationes si quis hujus scisciteur instituti, probabiliores, quam sequentes, reperiet nullas. Primum hi, quos dixi, impietatis magistri, qui ad omnia flagitia sua abutebantur atomis, *Platonem* commovisse videntur, ut de his corpusculis male suspicari inciperet. Post ipsa hominis natura in theologiae rerumque divinarum studium magis propendebat, quam in physices rerumque corporearum indagationem. Ex qua mentis affectione id nonnulli natum esse arbitrantur, quod non ante, quam quum annis jam & aetate gravis esset, ad *Pythagorae* de rebus corporeis dogmata animum appulerit. Majori ingenium ejus ardore in exemplorum & specierum, quam atomorum, contemplationem ferebatur, nec tam materiae, quam formae atque finis investigatio hominem delectabat. Accedit & hoc, quod eorum philosophandi ratio, qui formas, qualitates & materiam semper in ore habent, ad speciem & pompam magis instituta sit, illisque, qui abundant ingenio, plus voluptatis afferat: contra physica corpusculis innixa magis a vulgi captu est aliena, nec, quoniam sensus falli assumit, ita comprehensu est & intellectu facilis. Atque hoc ipsum multis, iisque doctissimis Graecorum philosophis ex recentiori aetate obstitit, quo minus animo consequerentur, quemadmodum eorum, quae videntur & sentiuntur in corporibus, reddi possint rationes, nisi quis formas & qualitates adsciscat. Et hi tamen *Epicuri* non modo libros, sed & fortassis *Democriti* volumina legerant. Exemplo *Plutarchus* esse potest in libro, quo adversus *Coloten*, Epicureum, disputavit. *Plato* igitur, quum nihil sibi minus ereptum vellet, quam Deum corpore vacuum, & ab hoc orbe segregatum, mentesque immortales, censuit, materiam, formas & qualitates, generationes, corruptiones & commutationes rerum omnium causas & origines sibi constituendas esse. Sed nec tamen semper & ubique adspernatus est atomos. Terram enim alicubi ex corpusculis cubi figuram referentibus, ignem ex atomis pyramidalis formae compositum esse scribit. Quam quidem opinionem ex physica corpusculis freta depromtam esse, nemo dubitabit, qui (*n*) haec ejus verba legerit: Πάντα ἂν δεῖ ταῦτα λεπτεῖσθαι σμικρὰ ὄντα, ὡς καθ' ἓν ἕκαστον εἶδος ἡμῖν ἐφ' ἡμῶν, συναθροισθέντων

(*n*) *Haec ejus verba*] Sumta sunt illa ex *Timaeo Opp. p.* 537. Ac *Petro* quidem *Gassendo* hic locus tam visus est illustris, ut propterea nil vereretur *Platonem* in eorum referre coetum, qui ex atomis orbem olim conflatum putarunt, *Physices Sect. I. Lib.* III. *Cap.* 5. *p.* 257. *T. I. Opp.* Verum quae praecedunt & sequuntur, ea satis declarant, *Platonem* de particulis illis loqui, e quibus elementa quatuor rerum concreverunt, quas certe qualitatibus instructas esse voluit. Nec majoris est momenti, quod ad hanc causam tuendam ex *Pachymere* affert *Gassendus*. Vid. quae jam de hoc loco supra disputavimus *ad* §. 16. Verum alius est in Timaeo locus, qui fortassis adducere posset aliquos, ut *Platonem* ab atomis non nimis fuisse alienum crederent. *Plato*, de fabricatione corporis humani verba faciens, inferiores ait Deos, quibus supremum Numen hoc munus commiserit, corpora ex omnium elementorum particulis, adjuncto spiritu, composuisse & conglutinasse, ἐκ τοῦ ἀλύτους, οἷς αὐτοὶ ξυνέχοιτο, λύσεως, ἀλλὰ λίθοις σμικροῖσιν ἀκράτοις, πυκνοῖς γόμφοις ξυντήκοντες, *non iisdem, quibus ipsi erant colligati, vinculis, sed talibus, quae cerni non possent propter parvitatem, crebris quasi cuneolis injectis. Timaeus p.* 531. *Opp.* Quos hic memorat *Plato* γόμφους eos *Cicero* reddit *cuneolos*, *Ficinus clavos*, *Chalcidius* vero, hunc locum exponens, *in Timaeum Platonis C.* 201. *p.* 351. atomos seu minima corpuscula illis designari sibi persuasit. *Quorum omnium*, inquit, *quemdam nodum concatenationemque dicit esse in minutis solidisque corpusculis, quae* γόμφους *cognominat.* En igitur antiquum satis testem, quo *Platoni* non invisas fuisse atomos probes! Verum nihil certius,

βλήτων ἢ πλάτων, τὰς ὄγκας αὐτῶν λεπτὰς. Haec omnia ita eſſe parva & exilia, cogitandum eſt, ut, ſi ſingula dumtaxat ſingulorum generum capiantur, nullum eorum propter exiguitatem a nobis cerni poſſit; ſin multa inter ſe congregentur, eorum moles magnitudinesque cernantur.

§. XLV. *Ariſtoteles* hac quidem in re *Platonis* legenda ſibi duxit veſtigia. Nam & Deum praecepit eſſe corpore carentem, primumque omnium, quibus natura
64 concitatur, motuum auctorem, eumque ipſum immobilem, &, rejecta veterum ex atomis philoſophandi via, ſumma licet omnium conſenſione firmata, formas & qualitates in rerum naturam induxit. Quam propter cauſſam, licet valde diſcrepantibus alioquin hi duo philoſophi ingeniis fuerint, multisque de rebus *Ariſtoteles* cum *Platone* diſſentiat, quem etiam oppugnat & refellit ſaepenumero, (o) hoc tamen opinor *Porphyrio*, *Simplicio*, ceterisque, qui *Platonis* & *Ariſtotelis* tentarunt concordiam, concedendum eſſe, iisdem utrumque philoſophiae primordiis & fundamentis uſum eſſe.

Ceterum, quod ad ipſam *Ariſtotelis* diſciplinam attinet, equidem confidenter aſſeveraverim, infinitis modis *Democriti* doctrinam ab ea ſuperari. Neque illi ab hac me dimovebunt ſententia, (p) qui non ita pridem inter nos *Ariſtotelem* prorſus adſpernati ſunt, *Democritum* vero laudibus in coelum tulerunt. Qui *Democriti* probant ſcita, illi, non inficior, longe aptius & clarius rationes reddere poſſunt eorum, quae corporibus eveniunt & accidunt. Verum, praeter hoc unum, nihil habent, quod magnopere commendes: in reliquis maximi momenti quaeſtionibus explicandis inſipientium verius perſonam ſuſtinent, quam philoſophorum. Contra *Ariſtoteles*, quum naturas eſſe ſimplices & corpore ſecretas affirmet, quum Deum ab hoc orbe diſtinctum profiteatur, quum eſſe jus quoddam naturae diſputet, voluntati denique hominum quum ineſſe libertatem doceat, veritatibus longe maximis & graviſſimis nullam plane vim affert & injuriam. Quare, quidquid etiam (q) nuperus inter nos de republica ſcriptor connitatur, ut doctrina ejus morali nihil fingi poſſe contaminatius & ineptius, oſtendat, ego hic publice contrarium in me tuendum recipio, negoque, praecepta ejus de moribus continere aliquid, quod minus apte inſtituto & nomini huic reſpondeat, aut aditum aperiat calumniae. Verum novum illud ethices genus, quod aliqui tam ſuperbe & arroganter hominibus

quam hoc, *Chalcidium* non aſſequutum eſſe *Platonis* ſententiam: qui profecto non de atomis, ſed de commiſſuris ſive vinculis particularum, e quibus corpora noſtra conſtant, loquitur. Si γνωφοι hic eſſent corpuſcula minima, hoc dixiſſet *Plato*: Inferiores Deos atomis pro vinculis & commiſſuris fuiſſe uſos, ut varii generis particulas, e quibus corpora humana conflaverant, colligarent inter ſe. Hoc vero quis intelligat? Atomusne vinculum eſſe poteſt, quod particulas igneas & terrenas, ne diſſabantur, conſtringat? Neſcio, quales hi *cuneoli* ſint; atomos vero non eſſe, ſcio.

(o) *Hoc tamen*] Concedat hic plura, quam neceſſe erat, *Cudworthus*. Mira eſt *Platonis* & *Ariſtotelis* de ipſis ſcientiae naturalis initiis diſcordia. At recentiores, quorum aliquos hic nominat, Platonici ideo, ut *Platonem* conciliarent *Ariſtoteli*, vehementer ſtudebant, quo Chriſtianos reprimerent, qui philoſophorum certamina & rixas irridere ſolebant. Vid. *Diſſ.* noſtra *de recentioribus Platonicis* §. 7. p. 12.

(p) *Qui non ita*] *Petrus Gaſſendus*, editis *adverſus Ariſtoteleos Exercitationibus Peripateticis*, quae *Tomo* III. *Opp.* ejus exſtant, multos tum temporis in Gallia & Britannia adverſus *Ariſtotelem* concitaverat. In primis *Hobbeſius* nomen ſuum inter contemtores *Ariſtotelis* profitebatur.

(q) *Nuperus inter nos ſcriptor*] Is *Thom.* eſt *Hobbeſius*, qui cum alias ſaepius in *Ariſtotelem*, omnemque ejus philoſophiam invehitur, tum in *Leviathane Cap.* 46. p. 322. ethicam ejus omnium in republica malorum fontem non dubitat appella-

re.

Digitized by Google

bus obtrudere ſtuduerunt, nihil eſt re vera aliud, quam vetus *Democriti* diſciplina ab inferis revocata, nihilque minus, quam doctrinae moralis appellationem meretur. Ludimur a magiſtris his novitiis, qui hoc agunt unice, ut omnem recte vivendi inſtitutionem radicitus deleant, ac in locum ejus ſimulacrum neſcio quod & umbram ſapientiae ſufficiant. Quod quidem ecquis alio dubitet conſilio fieri, quam ut homines plane corrumpantur, & ad quaevis ſcelera & flagitia impellantur?

Illud etiam adjungo, *Ariſtotelis* philoſophiae magis cum pietate & religione erga Deum convenire, quam *Carteſii* placitis, licet hic naturas corporis expertes eſſe, ſimiliter ac ille, profiteatur. *Carteſium* ſi quis interrogat, quasnam Dei fuiſſe partes putet in hoc orbe condendo: Deus, inquit, effecit, ut materia in orbem circa vorticem quemdam volveretur. Ex hac temeraria commotione res omnes, quas videmus, nec membrorum tantum in animalibus deſcriptio, qua nihil fieri poteſt ingenioſius, verum etiam vis & facultas, quam habent, gignendi, ſine ulla ſapientis cujusdam naturae gubernatione, ad legum tantummodo quarumdam generaliorum normam exſtiterunt. At natura, quam proponit, *Ariſtotelis* non temere & caſu operatur, verum ſapienter, nec aliquid frultra, ſed certo omnia conſilio molitur, ſemper etiam id, quod optimum eſt, eligit. Ex quo efficit, divinae eam ſapientiae nutu regi, idque tantum perficere, quod illa optimum ducit & ſaluberrimum, proptereaque fieri (*r*) juſſit & voluit.

Non ſum ego neſcius, multis veterum, tam Chriſtianis, quam aliis, non nimis bene (*s*) *Ariſtotelem* audire, quoniam tam immortalitatis animorum, quam providentiae divinae obſcurius, quam fas fuerat, atque *Plato* magiſter ejus fecerat, 65
meminit. Quorum ut aliqua ratione ſuſpicionibus occurram, locum jam (*t*) ex ejus *ad Nicomachum Libris* proferam, quo de providentia ſatis benigne ſentire videtur: Εἰ γάρ τις ἐπιμέλεια ἔστι ἀνθρωπίνων ὑπὸ θεῶν γίνοιτ', ἔοικε δοκεῖ, καὶ εὔλογον χαίρειν αὐτοὺς τῷ ἀρίστῳ καὶ συγγενεστάτῳ, (τοῦτο δ' ἂν εἴη ὁ νοῦς) καὶ τοὺς ἀγαπῶντας μάλιστα καὶ τοὺς τιμῶντας ἀντεπιτιν, ὡς τῶν φίλων αὐτοῖς ἐπιμελουμένους, ὀρθῶς τε καὶ καλῶς πράττοντας. *Nam ſi Dii immortales curam habent aliquam rerum humanarum, quemadmodum videtur, illud quoque probabile fuerit, eos re omnium optima ſibique maxime cognata delectari, (haec autem mens fuerit) iisque, qui hanc maxime diligunt & plurimi faciunt, praemia perſolvere, gratiamque referre, ut eorum, quae ipſis cara ſunt, curam habentibus, rectasque atque honeſtas*

re. *Unde nata ſunt*, inquit, *de religione in Germania, Gallia & Anglia bella civilia, niſi a philoſophia, ethica & politica Ariſtotelis & eorum, qui Ariſtotelem ſequuti ſunt, Romanorum? Menſura boni & mali in omni civitate eſt lex. Ariſtoteles autem virtutem & vitium non legibus definivit, ſed laude & vituperio apud cives. Regum omnium imperium tyrannidem vocat, in democratia ſola libertatem eſſe dicit*, & quae ſequuntur.

(*r*) *Juſſit & voluit*] De natura, quam ita vocat, *Ariſtotelis* & de *Carteſii* opinionibus de ortu mundi infra diximus *ad Diſſ. de naturis genitricibus.*

(*s*) *Ariſtotelem*] Vulgaris eſt ſententia, *Ariſtotelem* divinae providentiae metam in orbe lunari conſtituiſſe, eique idcirco reliquas mundi partes ſubduxiſſe. Lege *Atici* diſputationem adverſus eum apud *Euſebium Praeparat. euangel. Lib.* XV. *Cap.* 5. *f. p.* 798. & quae ex *Clemente* ac *Theodoreto* vir doctiſſimus, *Wilhelmus Worth*, obſervavit *ad Tatiani Orat. contra Graecos. p.* 9.

(*t*) *Ex Libris ad Nicomachum*] *Lib.* X. *Cap.* 9. *p.* 185. *T.* III. *Opp.* Hic vero locus parum habet virtutis ad iſtam accuſationem diluendam. Nam ut id taceam, quod *Cudworthus* jam annotavit, nihil certi hic ab eo conſtitui, curam rerum humanarum non refert ad ſummum illud Numen, quod *primum* appellare ſolet *motorem*, ſed ad Θεούς, ad *Deos* tantum, inferiores nimirum, ſeu mentes illas, quas ſideribus & aſtris praeſſe putabat. Has ſi rerum humanarum cura quadam tangi judicavit *Ariſtoteles*, id quod non prorſus negaverim.

Deum

neſtas actiones obeuntibus atque exercentibus. Inſignis & praeclara foret haec ſententia, niſi dubitanter nimis eſſet prolata. Quod ad animorum vero immortalitatem attinet, certum eſt, *Ariſtotelem* in hac doctrina ab eorum receſſiſſe ſemita, qui ante eum philoſophati ſunt. Etenim hi animam omnem, neque rationis tantum compotem, ſed etiam ſentientem, quam in homine unam cum anima rationali naturam conſtituere ducebant, ante corpora exſtitiſſe, corpore omni vacare, mori denique & deleri non poſſe affirmabant. Nec enim a ſe poterant impetrare, ut vitam & cogitationem concreti eſſe aliquid & ſolidi crederent. Hinc illud eſt *Platonis* effatum: Πᾶσα ψυχὴ ἀθάνατος. *Omnis anima immortalis eſt.* At e contrario *Ariſtoteles* omnem animorum, qui vim tantum ſentiendi habent, turbam, ſive in brutis animantibus, ſive aliis in corporibus verſentur, ante corpora fuiſſe, inficiatur: quare etiam naſci eos & perire cum corporibus, neque ab illis ſeparatim exſiſtere, tuetur. (v) Dabo verba ejus, quibus ſententiae hujus rationem explicat: Ὅτι μὲν οὖν οὐκ εἶδός τι πάσας προϋπάρχειν, φανερόν ἐστιν ἐκ τῶν τοιούτων. ἔστιν γάρ ἐστιν ἀρχῶν ἡ ἐνέργεια σωματική, δῆλον, ὅτι τοῦτας ἄνευ σωμάτων ἀδύνατον ὑπάρχειν, οἷον βαδίζειν ἄνευ ποδῶν· ὥστε καὶ φύεσθαι τισὶναι ἀδύνατον. ἔτι δὲ αὐτὰς καθ' ἑαυτὰς εἶναι, οἷον τι ἀχωρίστως ὄσας, οὐτ' ἐν σώματί τισίναι. *Omnes animas ante exſtitiſſe, non eſſe veriſimile, his rationibus oſtenditur. Quorum principiorum actio eſt corporea, haec ſine corpore ineſſe non poſſe, certum eſt, verbi gratia, ambulare ſine pedibus. Itaque fieri prorſus nequit, ut iſtae animae extrinſecus in corpora veniant. Nec enim ipſae per ſe accedere poſſunt, quum inſeparabiles ſint a corpore, nec cum corpore* (ſeu ſemine) *introire.* Sic ratiocinatur igitur *Ariſtoteles:* Nemo ſine pedibus ambulat, ſine oculis nemo videt. Omnis ergo ſentiens anima corporea ſit & ſolida, neceſſe eſt. Una vero mentem ſive intelligentiam ante corpus exſiſtere, ac in corpus immitti, ideoque diſtinctum aliquid eſſe, quod corpore careat, & perenne ſit, profitetur. Cujus opinionis hanc ſimiliter rationem in medium affert: Λείπεται δὴ τὸν νῦν μόνον θύραθεν ἐπεισιέναι, καὶ θεῖον εἶναι μόνον. οὐδὲ γὰρ αὐτοῦ τῇ ἐνεργείᾳ κοινωνεῖ σωματικὴ ἐνέργεια. *Reſtat igitur, ut mentem ſolam extrinſecus in corpora ingredi concludamus, eamque ſolam divinam eſſe. Nihil enim cum ejus actione commune*

Deum tamen illum, quo nihil majus eſſe ducebat, aliquid infra lunam curare negavit.

(v) *Dabo verba ejus*] Et hic locus, & qui ſtatim ſequitur, legitur in *Libro* II. *de generat. animalium Cap.* 3. *p.* 618. *T.* II. *Opp.*

(x) *Alio loco*] *Lib.* III. *de anima Cap.* 6. *p.* 50. *T.* II. *Opp.* Hic vero locus illi ſuperiori minime repugnat, niſi me meus fallit animus. Nam quod *Ariſtoteles* intelligentiam patientem vocat, id nihil eſt, quam ſentiens anima, quae, dum res externas percipit, afficitur ab illis & patitur quodammodo.

(y) *Alium igitur*] Veteres & Chriſtianos & philoſophos plerosque nil dubitaſſe, quin *Ariſtoteles* animum mori & exſtingui poſſe putaverit, ex eorum adverſus eum diſputationibus apparet, quas *Euſebius Praeparat. euangel. Lib. XV. Cap.* 9. *ſ. p.* 808. attulit. Quorum quidem ſententiam, ut nunc ipſas mittam *Ariſtotelis* opiniones, id non leviter confirmat, quod *Dicaearchus*, quo familiariter uſus eſt *Ariſtoteles*, ex inſtituto animorum immortalitatem oppugnavit. Vid. *Cicero Tuſculan. Quaeſt. Lib.* I. *Cap.* 31. Taceo *Alexandrum Aphrodiſienſem*, quo nemo ſagacius fertur ſcita exploratile *Ariſtotelis*, *Comm. ad Lib.* II. *Topicor. Ariſtot. p.* 72. 77. 81. & alias, ſine circuitu exitium dictare animis, atque hanc eſſe *Ariſtotelis* ſententiam contendere. Nec tamen omnes, ut id crederent, a ſe impetrare potuerunt. Ita vetus auctor *vitae Pythagorae*, quam *Photius* legit *Biblioth. Cod.* CCLIX. *p.* 1317. *Ariſtotelem* & *Platonem* ait aequis viribus pro animorum perennitate propugnaſſe, eosque ſublimes *Ariſtotelis* ſenſus negat capere, qui de *Ariſtotele* aliter ſentiant, & mortalem ipſi viſum fuiſſe animum pronuntient. Eo vero in primis tempore, quo philoſophia Peripatetica Chriſtianis unice placere coepit, ad eam non pauci curam incubuerunt, ut de animo melius ſenſiſſe ſapientiae omnis principem, quem putabant, docerent. Hinc gravis nata, quae nondum deſiit plane, dimicatio: utrum mortalem, an immortalem animum eſſe putaverit *Ariſtoteles*. *Acer-*

Digitized by Google

mune habet actio corporea. Nihilo tamen minus (x) alio loco eumdem videas *Ariſtotelem* mentem veluti dividere, ac in duas partes diſtribuere; quarum altera agat, & perpetuo permaneat, altera vero mutetur, & corrumpi queat: Τὸ μόνον ἀθανατον καὶ ἀΐδιον, ὁ δὲ παθητικὸς νοῦς φθαρτός. *Intelligentia agens ſola eſt immortalis & aeterna, at patiens corrumpi poteſt.* Hic vero interpretum nonnulli, quibus curae eſt exiſtimatio *Ariſtotelis*, *intelligentiam paſſivam*, non eſſe intelligentiam patientem, ſed tantum vim imaginandi ſive phantaſiam contendunt. Sic enim niſi mens ejus explicetur, *Ariſtotelem* ſibi ipſi fore ajunt contrarium, eo quod paullo antea intelligentiam docuerit naturam eſſe per ſe exſiſtentem, cui nihil admixtum ſit corporei: quod de patienti acceptum eſſe intelligentia, hi quidem nil dubitant. Ego vero, quoniam mentem agentem & patientem opponi inter ſe ab *Ariſtotele* video, ne haec fruſtra ſit inventa excuſatio, vereor. Ceterum, quidnam illud ſit, quod agentem vocat intelligentiam, resne ejusmodi inſit in nobis, animaeque noſtrae facultas ſit, nec ne, id vero difficillimos explicatus habet, neque levibus olim interpretum dimicationibus occaſionem praebuit. Quorum quidem aliqui putarunt 66
ipſam mentem divinam ſic ab eo vocari; plurimi vero rem ſingularem & externam ab eo indicari, opinati ſunt. Ex quo conſequitur, non eſſe ſatis explorate cognitum, an omnino eſſe aliquam in nobis naturam ſimplicem & immortalem, *Ariſtoteles* exiſtimaverit. Auget id ſuſpicionem eorum, qui non nimis favent homini, quod cum hoc ſcitum inculcat: Nihil eſſe corpore vacuum, praeter id, quod per ſe corpora pellit & movet, tum alicubi nihil intelligi, niſi per ſenſus corporeasque viſiones, concludit. Credo ego, doctrinam de formis & qualitatibus, quae naturas corporeas & corpore carentes ſic inter ſe confundit, ut nihil reliqui faciat, cujus ope utrarumque diſcerni poſſint facultates & limites, huc hominem in primis impuliſſe, ut & animis ſentientibus ſimplicitatem derogaret, & de mentis rationalis perennitate quod decerneret, vix ac ne vix quidem reperiret. (y)
Alium igitur, ſi ex hac ſpectetur parte, *Ariſtoteles* laudatorem ſibi quaerat: mihi 67
haec tota ratio diſplicet. Quae vero in eo commendatione digna eſſe arbitror, haec

---

voës, quo nemo fertur *Ariſtotelis* ſententias ſagacius ſcrutatus eſſe, non dubitabat animos capitis damnare. Vid. *Bayle Dictionaire voce Averroës Tom.* I. *p.* 384. Nec, qui ſaeculo XV. & XVI. in Italia caput extulerunt, ſcholae Peripateticae alumni, *Pomponatius*, *Caeſalpinus*, *Cremoninus*, aſſeverare veriti ſunt, actum fore de perpetua animorum vita, ſi *Ariſtotelis* decretis ſtandum eſſet. Vid. *God. Guil. Leibnitius Diſcours de la conformité de la foi & de la raiſon* §. 11. *p.* 16. & alii. Idem jam antea defenderant Platonici illi, quos ſaeculo XV. tam acriter cum Peripateticis in Italia decertaſſe conſtat de philoſophiae, quam ſequebantur, praeſtantia, *Beſſarion*, *Georgius Trapezuntius*, & alii: quamquam in his *Pletho* ceteris moderatior exſtitit, falſusque eſt, videri ſibi *Ariſtotelem* immortalitatem decreviſſe animis. Verum alii fortiter pro *Ariſtotele* depugnarunt, gravemque ab illis injuriam inferri philoſopho conqueſti ſunt, qui judicarent, mortales ab ipſo animos fuiſſe habitos. Argumenta hujus generis praecipua, praeter alios, *Bened. Pererius* ſtudioſe congeſſit *de communibus rerum natural. principiis & affection. L.* VI. *Cap.* 19. *p.* 388. *&c. Auguſtinus* vero *Oregius*, non ignobilis philoſophus, peculiarem *de immortalitate animae librum* purgandi *Ariſtotelis* cauſſa compoſuit. Vid. *Lib. Fromondus in Philoſ. Chriſtiana de anima p.* 761. & *Bayle Dictionaire Tom.* III. *p.* 2100. Inter hos medii quidam quaeſtionem hanc ex illis eſſe cenſuerunt, de quibus nihil certi conſtituere liceat: ita *Franc. Patricius Diſcuſſ. Peripatet. Lib.* XII. *p.* 152. quibus *Cudworthus* etiam accedere videtur. Ego quidem, etſi perobſcure de hac universa ratione, conſulto fortaſſis, loquatur *Ariſtoteles*, certum tamen prope arbitror, interitum ab eo animis indictum eſſe. Ita ut ſentiam, ea me in primis commovent, quae de origine animae ſatis clare diſſeruit *de generatione animal. Lib.* II. *C.* 3. *p.* 617. *ſ.* Hoc in loco primum arduum eſſe explicatu fatetur, unde mens veniat, & quo tempore homines eam accipiant: ſed addit, tentaturum ſeſe, an negotium tam retruſum illuſtrare queat.

Digitized by Google

haec quatuor fere ſunt: primo, quod mentem quamdam ſupremam & ab omni concretione corporea remotam rerum omnium cauſſam & principium conſtituit: deinde, quod naturam excellentis hujus mentis inſtrumentum veluti eſſe dictitat, eamque ideo non neceſſitate quadam ferri & abripi, ſed certo ubique propoſito & conſilio, quamvis ipſa rationum, ob quas agit, ignara ſit, procedere docet: tertio, quod juſtum & injuſtum ab ipſa natura ſeeerni perhibet: poſtremo, quod libertatem ſive facultatem eligendi, quam Graeci τὸ ἐφ' ἡμῖν nominant, hominibus aſſerit.

Tum de anima, quam *vegetativam* nominant, & de anima *ſentiente* loquitur. Inde ad νοῦν ſive animam *rationis compotem* accedit, quam ſolam extrinſecus advenire homini & divinam eſſe ait. Eſſe vero ſignificat in natura rerum corpus quoddam elementis omnibus divinius, quod nec ignis ſit, nec tamen ignis diſſimile, & ad regionis illius naturam, in qua ſidera verſantur, propius accedens. *Τοῦτο δὲ ὁ πῦρ, οὐδὲ τοιαύτην δύναμιν ἔχει, ἀλλὰ τὸ ἰσοδυναμοῦν μᾶλλον τῷ σπέρματι καὶ τῷ ἀφρῷδει πνεύματι, καὶ ἐν τῷ σπέρματι φύσις, ἀνάλογος οὖσα τῷ τῶν ἄστρων σωματι.* *Itaque non ignis, non talis facultas aliqua eſt, ſed ſpiritus, qui in ſemine ſpumoſoque corpore continetur, & natura, quae in eo ſpiritu eſt, proportione reſpondens elemento ſtellarum.* Ex hac igitur natura gigni vult animos. Idem clarius etiam *de generatione animal. Lib.* III. *Cap.* II. *p.* 664. docet: *Ἐν ὅλῳ τῷ παντὶ θερμότης ψυχικὴ, ἐκ τούτου τινὰ πάντα ψυχὴν εἶναι φαμὲν· διὸ συνίστασθαι ταχέως, ὁπόταν ἐμπεριλάβῃ.* *In univerſa rerum natura calor quidam eſt animalis, ita ut quodammodo plena animae ſint omnia. Quamobrem conſiſtunt celeriter, quum calor ille eſt exceptus.* Atque hunc calorem animalem reor *quintum* illud eſſe *genus, vacans nomine*, ex quo *Cicero* ait *Ariſtotelem* eduxiſſe animas, *Tuſcul. Quaeſt. Lib.* I. *Cap.* 10. *p.* 2573. *T.* VIII. *Opp.* Haec igitur *Ariſtotelis* eſt de ortu animae ſententia: Calorem neſcio quem animalem, ex ſideribus forte ſuccenſum, per univerſam rerum naturam fuſum eſſe, ſubtiliſſimam aliquam, & in primis igneam, velocemque naturam. Hujus naturae partem aliquam excipi a ſemine; quod ubi factum ſit, animum in corpore exſiſtere, & munera ſua obire. Quidnam, quaeſo, ſpei ſupereſt miſeris animis, victuros ſeſe poſt fata, ſi haec vera ſunt? Sunt hi animi particulae calidi animalis, per totam rerum univerſitatem meantis & intenti. Taceo, hoc ipſum calidum corporeum eſſe aliquid, non tale quidem corpus, qualia ſunt elementa quatuor, ſed longe exilius & tenuius; qualia ſunt illa corpora, quae *ſpiritus* vocare ſolent Chymici; at corpus tamen. Id vero quaero: quidnam fiet ejusmodi animis, exſtinctis corporibus? Nonne ad fontem illum, unde venerant, ad quintum illud igneum genus, quod ubique eſt, revertentur? Nonne particula illa, intra corpus quae fuerat concluſa, huic iterum naturae conjungetur, unde delibata eſt? Nihilo igitur melius Stoicis de anima ſenſit *Ariſtoteles*, nec illi errant, qui Peripateticorum principem mentibus male ominatum eſſe judicant.

CAPUT

Digitized by Google

CAPUT SECUNDUM.

QUO CUNCTA, QUAE EX PHILOSOPHIA PETERE SOLENT ATHEI AD CONFIRMANDAM ET STABILIENDAM IMPIETATEM SUAM, PRAESIDIA ET ARGUMENTA EXPLICANTUR.

ARGUMENTUM.

§. I. *Philosophia Democriti, quae atomis favet, & simul, praeter corpora, nihil esse in hac rerum universitate assumit, ipsa natura sua ad Atheismum ducit.* §. II. *Epicurus, qui & atomos esse credidit, & nil admisit, nisi corpora, tametsi multitudinem quamdam Deorum introduxerit in orbem, pro irrisore tamen Dei debet haberi. Id enim Atheis in more positum est, ut ambiguis utantur vocabulis, animique sensa callide tegant.* §. III. *Philosophia Democriti nihil est, quam disciplina Deum tollens, quae sub involucris philosophicis venenum suum recondit. Est quidem & aliud Atheismi genus, quod Stratonicum appellari potest: verum Democriticum unice, quod examinetur & consideretur, dignum est; cujus idcirco mysteria e suis hoc in loco tenebris & latebris protrabuntur.* §. IV. *Quum de Deo nobis jam agendum sit, ac, quae Athei impio consilio excogitarunt ad eum de medio tollendum, proferenda, quo vanitas eorum appareat, nihil aequius est, quam divinam opem & auxilium in exordio disputationis implorare.* §. V. *Duo nobis sunt perficienda. Primo Atheorum, quibus demonstraturos sese putant, nullum esse Deum, rationes & argumenta explicanda. Deinde, quemadmodum eorum refellant rationes, qui Deum esse tuentur videndum. Primum Atheorum argumentum: Non licet ulli Dei notionem in animo informare. Igitur Deus incomprehensum est nescio quid, aut nihil potius.* §. VI. *Secundum Atheorum argumentum: Neque ex nihilo aliquid condi, neque ulla esse natura potest infinite potens. Ex nihilo enim nihil fit. Igitur quodcumque vere exstitit, id ab aeterno fuit, nec a Numine quodam factum & productum est.* §. VII. *Tertium impii generis adversus Deum argumentum. Qui accuratam Dei notitiam informare volunt animis, hos tueri oportet, eum ab omni concretione corporea solutum esse ac liberum. At nullae sunt in rerum universitate naturae, praeter corpora. Igitur nec Deus est ejusmodi, corporis omnis expers.* §. VIII. *Putant Athei, doctrinam de naturis corpore secretis ex eo esse natam, quod aliqui vocabula abstracta & notiones animi pro naturis habuerint vere exsistentibus. Deum autem impudenter principium spectrorum atque omnis metus & terroris ducem esse volunt. Quartum igitur hoc eorum est contra Deum argumentum: Qui rerum omnium auctorem mentem esse putant corpore sejunctam, illi notionem quamdam animi aut abstractum vocabulum pro parente hujus universitatis habent.* §. IX. *Quintum Atheorum argumentum. Corporeum nullum esse Deum posse, ex ipsa de corporibus doctrina efficere student. Materiam dicunt unam esse, quae exsistat, substantiam; ceteras rerum omnium differentias nil esse, nisi accidentia, quae generari ac corrumpi queant. Nec ergo rem ullam vitae & intelligentiae compotem natura sua incorruptibilem esse posse. Stoicorum Deus ex accidenti tantum est a corruptionis periculo immunis.* §. X. *Sextum impii generis argumen-*

mentum. Prima rerum omnium, quae exſiſtunt, initia corpuſcula ſunt omnibus qualitatibus vacua, ſive atomi. Igitur & haec corpuſcula ſenſu carent ac intelligentia. Utrumque vero deinceps ex certa compoſitione eorumdem naſcitur. Igitur mens aut divina ratio non princeps eſt rerum omnium initium. §. XI. *Septimo Athei mundum eſſe negant animatum, aut a natura eum animali, vitae ac rationis participe, gubernari & adminiſtrari inficiantur. Senſum enim & intelligentiam non niſi in carne, ſanguine ac cerebro ineſſe, nec rationem usquam, praeterquam in humana forma, reperiri affirmant.* §. XII. *Octavum athei generis argumentum. Deum omnes cenſent eſſe beatiſſimum, immortale ac aeternum animal, ſeu naturam viventem. Atqui omnes naturae viventes concretiones ſunt atomorum certo tempore natae; quae ſi diſſolvantur, mors & interitus ipſarum naturarum ſequatur, neceſſe eſt. Vita non eſt res ſimplex & per ſe conſtans, ſed certa quaedam corporum compoſitorum temperatio, caſu & fortuito nata, quae, diſſolutis partibus, in nihilum occidit. Igitur aeternum & immortale animal ejusmodi eſſe nequit.* §. XIII. *Nona profani generis ratio. Deum qui dicunt; illi primam rerum omnium cauſſam aut motorem ea voce indicant principem, qui a nulla re alia externa motum acceperit. At nihil ſemet ipſum movere poteſt. Ergo nec primus eſſe motor poteſt, quem nihil aliud movet, aut prima quaedam rerum cauſſa, ſive Deus.* §. XIV. *Hoc ſcitum: Nihil ſemet ipſum movere poteſt, uberius firmant Athei, atque inſtar corollarii, hoc inde derivant, fieri haud poſſe, ut cogitans quaedam natura rerum omnium cauſſa ſit, eo quod cogitatio nulla, niſi certa ex cauſſa, exoriri queat: quae quidem ratiocinatio pro decimo ejus generis argumento poteſt haberi.* §. XV. *Undecimum Atheorum argumentum. Omnis ſcientia & cognitio nihil eſt, quam rerum extra nos poſitarum in animis noſtris informatio, nec niſi paſſio a rebus externis profecta. Quare mundum oportet exſtitiſſe, antequam ejus notio & cognitio exſiſteret, non vero cognitio & intelligentia mundum, tamquam ejus cauſſa, potuit antecedere.* §. XVI. *Duodecimum impiae turbae argumentum. Incredibile eſt, hunc mundum a Deo quodam eſſe conditum. Tot enim ille vitiis & deformitatibus laborat, ut emolumenti & commodi noſtri cauſſa factus haud eſſe potuerit. Contra malorum illa copia, quibus abundant omnia, ſatis declarat, ad naturam rerum fingendam Deum nullum accеſſiſſe.* §. XVII. *Decimum tertium Atheorum in Deum telum ab eo ſumitur, quod nulla res humanas providentia regi, ſed omnia nullo ordine ferri, appareat.* §. XVIII. *Decimum quartum generis athei argumentum. Fieri nullo modo poteſt, ut una natura tot res tamque varias, quae in toto terrarum orbe, locis ita diſjunctis, geruntur, ſimul curet, ordinet ac animadvertat. Quodſi autem hoc fieri poſſet, innumerabilis tamen haec negotiorum multitudo omni naturam illam felicitate privaret.* §. XIX. *Temerariae nonnullae, at ſubtiles, Atheorum quaeſtiones: Quare mundus non citius conditus? Quid Deus egerit, antequam fabricaretur hunc orbem? Quare omnino mundum fecerit, quum tam diu manum ab hoc opere cohibuiſſet? Quibusnam ferramentis & machinis tantae molis opus perfecerit?* §. XX. *Cenſent Athei, e re eſſe hominum, ut credant, nullum eſſe Deum. Quare Democriticorum ſapientiam & bene merendi voluntatem vehementer praedicant, qui auſi fuerint terribilem iſtam ſummi Numinis larvam aggredi, hominesque a perpetuo illo Dei poenarumque aeternarum metu, qui omnem vitae dulcedinem ſuſtulerit, liberare.* §. XXI. *Similiter noxiam eſſe contendunt religionem rebusp. & civitatibus: imperare enim illam metum illo Leviathanis metu majorem, novamque obligationem ſeu conſcientiam, praeter jus civile, introducere. Omnem autem ejusmodi conſcientiam, quum privatum ſit judicium, ipſo facto ſocietatem civilem dirimere, hominesque ad ſtatum naturae reducere.* §. XXII. *Concluſio, quam Athei ex argumentis hisce ducunt, ut a Platone ac Lucretio exponitur, haec eſt: Res omnes caſu & natura, ſine ulla ratione aut Numine, ortas eſſe, aut ex neceſſariis materiae*

Digitized by Google

riae motibus, nullo conſilio determinatis, profectas eſſe: infinita corpuſcula, vita ſenſuque vacua, ex omni aeternitate in ſpatio infinito commeta, temere coiviſſe ac cohaeſiſſe: atque ex hac fortuita concurſione univerſam rerum naturam, resque omnes & animatas & inanimatas exſtitiſſe.

§. I. Ergo capite ſuperiori antiquiſſimum illud phyſices genus, quod 69
initia rerum omnium ab individuis corpuſculis arceſſit, quodque *Moſchicum* haud male aliquis vocaverit, veris ſuis coloribus adumbratum exhibuimus. Nunc age, *Democriticam* conſideremus diſciplinam, quae depravatrix eſt antiquae de atomis doctrinae, & ad Deum de medio tollendum comparata. Ea inde haud dubie nata eſt, quod cum veteri philoſophia ſtolidum illud ſcitum: *Nullas eſſe naturas, niſi corporeas*, a quo tota ceteroquin priſcae diſciplinae abhorret ratio, temere conjunctum & connexum fuerit. Illa vero philoſophia, quae & corpuſculis favet individuis, & nihil tamen, praeter corpora, obtrudi ſibi patitur, recta via, ſi quid ego judico, ad ſummam ducit impietatem, tametſi neutra partium, ex quibus conſtat, hoc, ſeparatim ſpectata, vitio laboret. Phyſicen enim, quae atomis innixa eſt unice, ipſa natura ſua a Dei religionumque deſpicientia ſummopere diverſam eſſe, ſatis jam a nobis ſuperius demonſtratum eſt. Similiter quid obſtet, non intelligo, quo minus is, qui nihil eſſe, praeter corpora, contendit, Deum tamen corporeum intelligentemque naturam, in ipſa inhaerentem materia, profiteri poſſit, quae hoc univerſum initio condiderit, perpetuoque gubernet atque moderetur. Certe conſtat, eorum nonnullos, qui ſimplices & apertas negarunt eſſe mentes, totam hanc univerſitatem Deum eſſe, ſibi perſuaſiſſe, ſeu, quod idem eſt, animal rationis compos & ſapientiſſimum, quod in ſuo veluti ſinu res omnes, quam fieri poſſit optime, conficiat, prudenterque dirigat & adminiſtret. Haud equidem negaverim, graviter eos aegrotare animo & ratione, quibus tantae ſunt anguſtiae, ut nullam comprehendere queant naturam, praeter corpus, id eſt, rem extenſam, quae penetrari nequeat, ſeu, ut cum *Platone* loquar, quae πεφυλὼ habeat & ἁπτὼ, *vim reſiſtendi & impulſum aliorum corporum juſtinendi*, vel etiam, ut alii definiunt, τὸπ πληρωτικὸν, *quae ſic ſpatium compleat*, ut omne aliud corpus omnemque aliam naturam excludat. Illud etiam adjungo, fieri ſecus non poſſe, quin imperfectam prorſus & abſurdam Dei notionem in animis gerant, qui iſta, qua dixi, ratione Deum ſibi quemdam fingunt corporeum. (*a*) Nego vero, neceſſarium eſſe, ut divinam prorſus naturam tollere putenten-

(*a*) *Nego vero*] Equidem non invitus conceſſerim, eos, qui Deum corpore quodam eſſe praeditum exiſtimant, inter illos haud eſſe continuo referendos, qui prorſus divinam rationem & naturam tollunt. Nam qui cauſſam quandam rerum omnium aeternam eſſe ducit, eamque ſapientia non modo & potentia ſumma valentem, verum etiam liberrimam & omni neceſſitatis lege ſolutam, is, tametſi de nonnullis naturae hujus proprietatibus & virtutibus ſecus, ac hominem decet intelligentem, ſentiat, non tamen pro *Atheo* & ſupremi Numinis hoſte haberi debet. Tanta eſt nimirum humani ingenii imbecillitas, ut non minimam interdum veri partem complectatur, nec omnia tamen, quae cum illo conjuncta ſunt, perſpiciat. Exemplo nobis hic ſunt ex antiquis Chriſtianorum coetuum doctoribus non pauci, iidemque magni nominis, *Tertullianus*, *Melito*, & alii: ne quid de veteribus doctrinae coeleſtis corruptoribus dicam, qui, quum de Deo alioquin magnifice ſentirent & egregie, ita tamen animum a conſuetudine oculorum non potuerunt abſtrahere, ut Deum ab omni corpore ſecretum eſſe crederent. Legi poſſunt, quae de his *Dion. Petavius Dogm. Theol. Tom.* I. *Lib.* II. *Cap.* 1. *p.* 86. *ſ. ed. recent.* & *Jo. Bapt. Cotelerius ad Clementinor. Homil.* XVII. *Tom.* I. *Patr. Apoſtol. p.*

Digitized by Google

70tentur, qui his monſtris & flagitiis infecti ſunt. Verum alia longe ratio eſt eorum, qui utrumque illud, quod modo diximus, principium philoſophantes adhibent, nec modo eſſe & exſiſtere aliquid inficiantur, praeter corpora, verum etiam omnes a corporibus qualitates removent, nihilque his, niſi magnitudinem, figuram, ſitum & motum relinquunt. Etenim hi priſcae ſapientiae adulteratores, ſi vel maxime clamitent, injuriam ſibi fieri, illis ſine controverſia debent aggregari, qui divinam naturam negant, religionemque omnem repudiant. Qui ſe Deum affirmat agnoſcere, eum confiteri, certum eſt, rerum omnium primordia ab intelligenti quadam & ſapientiſſima natura repetenda eſſe. Verum hi, quos diximus, ad materiam ſenſus expertem unice confugiunt, ex eaque omnia, quae videmus, profecta eſſe, praecipiunt.

§. II. Nihilominus tamen *Epicurus*, quem ex eorum fuiſſe conſtat familia, qui portentoſum hoc philoſophiae genus, ex rebus conflatum contrariis, conſectati ſunt, confuſam quamdam Deorum turbam & multitudinem comminiſcitur. (*b*) Hos Deos ἀνθρωπομόρφους quidem ſive humana ſpecie praeditos eſſe docet, corpore autem tam tenui tamque ſubtili veſtitos, ut, ſi quis id cum terrenis noſtris contendat corporibus, certo modo corporis eos expertes dicere poſſit. Nec enim *carnem* habere eos, ſed *quaſi-carnem*, nec *ſanguinem*, ſed *quaſi-ſanguinem*, id eſt, certum quoddam carnis & ſanguinis aetherei genus. De ſede & domicilio Deorum quaeſitus, negat, eos usquam in hoc orbe verſari, eo quod nullus in eo locus ſit, huic generi divino recipiendo idoneus.

(*c*) *Illud*

738. obſervarunt. Verum, quod vir magnus hic quoque perſuaſum nobis eſſe cupit, ne illos quidem cum *Atheis* ſociandos eſſe, qui totam rerum naturam Deum eſſe putant, aut hanc univerſitatem animal eſſe volunt ſapientiſſimum; id plus forte, ac cenſuit, difficultatis & dubitationis habet. Primum materiam, ex qua conſtat hic orbis, certis eſſe legibus immutabilibus adligatam, omnium confeſſione & ipſo ſenſu conſtat. Haec igitur ſi Dei corpus eſt, quid inde, niſi hoc, conſequetur, neceſſitati divinam obtemperare naturam? Quod ſi ſemel concedas, cur cultum Dei ab aliquo poſcas officii nomine, nihil eſt. Deinde tota haecce rerum univerſitas ſi Deus eſt, nos certe & omnia animalia partes ejus erimus, quas illa natura ex ſinu ſuo protruſit. A partibus vero cultum totius aut pietatem erga totum requirere, id non nimis ab amentia diſtare videtur. Nolo nunc reliqua tangere, quae hanc opinionem comitantur. Quapropter, ſi ſuo haec ſententia pondere aeſtimetur, ad cuncta eam ſcelera & negationem ſupremi Numinis ducere, evidens erit. Interea faccor, fuiſſe nonnullos a veri perſpicientia tam remotos, ut, quem his opinionibus ſuis tollebant Deum, eum tamen revererentur, & ſanctiſſime colerent, quin etiam omnibus colendum proponerent. Ita nimirum naturae noſtrae debilitate comparatum eſt, ut Athei multi ſint ſententiis & opinionibus, amici vero Dei vita & moribus; multi e contrario vitae rationibus Deum negent, opinione vero & praeceptis affirment. Vellem, hoc ſemper animadverterent viri docti, qui de aliorum, veterum in primis philoſophorum, religione ac pietate diſputant. Faciles plerique ſumus in accuſandis & excuſandis antiquis philoſophis: neque vero ita faciles eſſemus hac in re, ſi humani generis indolem, corruptionem, & miſerias, ſi receſſus ingenii noſtri, ſi denique verborum ambiguitatem ob oculos ſemper poſitam haberemus.

(*b*) *Hos Deos*) *Ex Cicerone* haec fere depromta ſunt, quem juvabit legiſſe *de Natura Deor. Lib.* I. *Cap.* 18. *p.* 2907. *T.* IX. *Opp.*

(*c*) *Illud item*] *Lucretii* verſus ſunt *Lib.* V. *de rerum natura vſ.* 147. *T.* II. *ed. Havercamp. p.* 245.

(*d*) *Quas neque*] *Lucretius Lib.* III. *vſ.* 19. *f. T.* I. *p.* 476. De reliquis, quae de Diis *Epicuri* hic memorantur, idem *Lucretius* & *Cicero* locis indicatis videri poterunt.

(*e*) *Excors vero ſit*] Accedo ego illis, qui Atheum fuiſſe putant *Epicurum*, qui Deos ideo tantum induxerit, ne moleſtias ſibi concitaret, proboque ea omnia, quae ven. *Buddeus* contra *Rondelium*, defenſorem *Epicuri*, & alios hac de re diſputavit *Theſibus de Atheiſmo & ſuperſtit. Cap.* 1. *p.* 66. *f.* Nec me commovent, ut ab hac diſcedam ſententia, quae *Petr. Baylius Dictionaire hiſtor.*

(*c*) *Illud item non eſt, ut poſſis credere ſedes*
Eſſe Deûm ſanctas in mundi partibus ullis.

Igitur collocat eos in certis quibusdam ſpatiis, quae *intermundia* vocat, aut in orbe neſcio quo extra hunc mundum ſito, cujus delicias his verſibus venuſte *Lucretius* explicat:

(*d*) *Quas neque concutiunt venti, neque nubila nimbis*
Adſpergunt, neque nix acri concreta pruina
Cana cadens violat, ſemperque innubilus aether
Integit, & large diffuſo lumine ridet.

Addit, ſupremam horum Deorum felicitatem conſiſtere *in omnium vacatione munerum*, nec aliquid eos habere negotii, quo vitam ducere queant ab omni prorſus moleſtia liberam & voluptatis omnis pleniſſimam. Poſtremo, licet nullum ſit inter nos illosque Deos commercium vel conſuetudo, excellentem tamen eorum naturam ſtatumque beatiſſimum a nobis requirere contendit, ut cultu eos & honore quodam afficiamus.

(*e*) Excors vero ſit & prorſus hebes, qui non ſtatim hanc totam *Epicuri* de Diis doctrinam nugatoriam eſſe & commentitiam, perſpiciat. Namque pugnat ea prorſus cum illis, quibus philoſophiae ſuae univerſam molem commiſit, funda- 71
mentis, nullam eſſe rem, niſi ex atomis concretam & compoſitam, nec eſſe ideo aliquid, quod deſtrui & corrumpi nequeat. Verſutus homo atque callidus, quoniam rem odii & periculi pleniſſimam eſſe ſentiebat, apertis verbis divinam naturam

T. I. *voce Epicurus Not. G. p.* 1077. *Petr. Gaſſendus de vita & moribus Epicuri Lib.* IV. *C.* 3. *p.* 281. *T.* V. *Opp.* & alii, quos nominat *Jo. Alb. Fabricius* in *Delectu argum. pro veritate relig. Chriſtianae Cap.* 14. *p.* 373. hominis excuſandi gratia monuerunt. Praecipuum, quod *Gaſſendus* & alii afferunt, ut eum excuſent, hoc eſt, diligentem & ſedulum in Diis fuiſſe colendis *Epicurum*, atque de religione erga Deos luculentos compoſuiſſe commentarios. Verum non recordantur doctiſſimi viri, ita facere debuiſſe hominem, cui hoc unum erat propoſitum, ut vitam commode ac tranquille duceret: quod ei minime licuiſſet, ſi religiones publice conſtitutas ſpreviſſet. Nihilo tamen minus, quae *Cudworthus* hoc in loco cumulat, quo *Epicurum* in Deum fuiſſe doceat injurium, atque ſecum ipſo, quum Deos eſſe ſtatueret, pugnaſſe, haec ego non eſſe nimis certa & firma judicem. Sic nimirum argumentatur vir eximius: *Epicurus* ex atomis omnia conſtare putavit: igitur Deos credere immortales & aeternos nullo modo potuit. Quod enim ex corpuſculis eſt compoſitum, id interitum effugere ac diſſolutionem nequit. Verum ſcire poterat, *Gaſſendum* jam negaſſe *Syntagm. de philoſ. Epicuri P.* 2. *Cap.* 3. *p.* 14. *T.* III. *Opp.* & *in Libr.* X. *Laërtii*, Deos *Epicuri* ex atomis conflatos eſſe, naturamque divinam in ipſis rerum principiis ab eo eſſe poſitam, & pro aeterna & immutabili habitam, contendiſſe. Fulciunt hanc ſententiam dicta veterum, quae *Baylius* congeſſit *l. c. v. Epicure Not. G. p.* 1078. Quibus omnino *Lucretius* addi debet *de natura rer. Lib.* V. *vſ.* 149. *ſ. p.* 245. *ſ.* Quare quod ex atomis conſtare dixit omnia, id, etiamſi Chriſtianorum aliqui veterum aliter ſentiant, ad ſpectabilem hanc rerum univerſitatem unice pertinere videtur. Non de mente & animo hic quaeritur *Epicuri*. Etenim, quod jam profeſſus ſum, jocatus mihi videtur eſſe, quum de Diis diſſereret, verbisque reliquiſſe numina, quae re ipſa ſuſtulerat. Id vero unum hic exploramus, quid prae ſe publice tulerit, & verbis expreſſerit: quorum ſi haberi debet ratio, non ſibimet ipſi videtur fuiſſe contrarius, quum & atomis conſtare omnia diceret, & ſimul eſſe Deos tueretur. Quamquam, ne quid diſſimulem, nullus vel *Epicuri*, vel aliorum ex antiquis afferri poteſt locus, in quo diſerte ſcriptum exſtet, Deos *Epicurum* noluiſſe ex atomis coagmentatos eſſe; ſed qui laudantur de hoc argumento loci, ex iis conſequutionis lege hoc tantum elicitur. Quare non deerunt fortaſſis, quibus homo conſulto mentem ſuam hac de re diſertis verbis non expreſſiſſe videbitur, ſed in ambiguitate ſecuritatem ſibi conſtituiſſe a malevolorum telis. Confer. quae infra *Cap.* 4. §. 20. de re eadem obſervat vir doctus, ubi paullo aliter de Diis *Epicuri* videtur ſentire.

(*f*) Poſt

ram tollere, hac ratione communis odii gravitatem infinitasque ſtudebat effugere moleſtias. Recte igitur, meo judicio, (*f*) *Poſidonius* pronuntiavit: *Nullos eſſe Deos Epicuro videri, quaeque is de Diis immortalibus dixerit, invidiae deteſtandae gratia dixiſſe.* Quamquam jocatus etiam videtur eſſe magnam partem, neque in eo mediocrem voluptatem quaeſiviſſe, quod ita multitudinem juſto leviorem & nimis ad credendum pronam fallere ac deludere poſſet. (*g*) *Deos jocandi cauſſa induxit Epicurus perlucidos & perflabiles, & habitantes, tamquam inter duos lucos, ſic inter duos mundos propter metum ruinarum.* Fac vero, nil finxiſſe *Epicurum*, ſed haec omnia pro veris habuiſſe commenta, haud tamen idcirco, quod cum bona dixerim *Gaſſendi* gratia, minori laborabit impietatis infamia. Eumne Deum credidiſſe putabimus, qui totum orbem effectum eſſe docuit, (*b*) μηδενὸς ἀθανάτου ἢ ἀθανάτου, ἢ πάσαν μακαριότητα ἐχοντος μὴ ἀφθαρσίας, *ſine naturae ullius immortalitate & ſumma felicitate praeditae diſpoſitione aut directione*, qui res omnes, quibus haec continetur univerſitas, ipſas etiam mentes & animos ἀπὸ τῶν ἀτόμων σωμάτων, ἀπρονοήτου καὶ τυχαίας ἐχούσων κίνησιν, *ex individuis corpusculis, ſenſu carentibus, temereque commotis*, derivavit, qui, non ſecus ac *Democritus*, peſſimo ſenſu mundum ὠὸν ἐκ νυκτὸς, *ovum eſſe noctis*, aſſeveravit, id eſt, ex coeca brutaque materia, confuſaque quadam chao repente proſiluiſſe, neque naturae intelligentis opus eſſe, qui denique, quidquid eſt in orbe perfectionum, ex re omnium viliſſima & infima prognatum eſſe, cenſuit? Ego quidem, an impium magis eſſe poſſit aliquid, vehementer dubito. Iſti vero joculares & monogrammi, quos inducit, Dii quid aliud, obſecro, erunt, quam certum quoddam ſpectrorum aut aethereorum homulorum genus, quod ſibi ſoli, neſcio quo in loco, extra orbem vivit. (*i*) Ἐπίκουρος μὲν γὰρ τοὺς μὲν πολλοὺς ἀπολείπει θεοὺς, εἰς δὲ τὴν τῶν ὅλων φύσιν παρεισφρήσας ἀδαμῶς. *Epicurus ad vulgus quidem relinquit Deum, ad rerum naturam autem nequaquam.*

72 Quod *Epicurus*, id reliqui etiam fecerunt impietatis profeſſores. Latebras plerumque quaeſiverunt, in quibus tuti laterent, perverſasque ſententias non ſine larvis & involucris in publicum prodire paſſi ſunt. Atque his quidem fallaciis aliqui juſto leviores adducti ſunt, ut temere concluderent, qui Deum eſſe neget, nullum inter homines eſſe. Qui vero ſagacius odorantur, hi facile, quidnam ſub iſtis abditum ſit argutiis, perſpiciunt, hoſtesque iſtos ſupremi Numinis tum maxime interdum impietatem inſtillare mentibus, intelligunt, quum omnium ab ea remotiſſimi videri volunt. Id certe fit, quum fieri nullo modo poſſe dicunt, ut Dei aliquis notionem informet animo, quum Deum, uti finitus haud eſt, ita nec infinitum eſſe poſſe, docent, quum intelligentiam & ſcientiam non eſſe Deo attribuendam, contendunt. Etenim horum aliquid tueri, id nihil eſt, quam aliquanto obſcurius, nullum eſſe Deum, fateri. (*k*) Qui *Democriti* delectatur ſcitis, nec modo formas & qualitates corporum repudiat, ſed etiam corporibus totum hoc univerſum concludit, is, tametſi per omnia ſacra juret, corporeum ſeſe credere Deum,

(*f*) *Poſidonius pronuntiavit*] Apud *Ciceronem de natura Deor. Lib.* I. *Cap.* 44. *p.* 2949. *T.* IX. *Opp.*

(*g*) *Deos jocandi cauſſa*] *Ciceronis* haec verba ſunt *de divinatione Libr.* II. *C.* 17. *p.* 3202. *T.* IX. *Opp.*

(*h*) Μηδενὸς ἀθανάτου] Haec & quae ſtatim ſequuntur, verba Graeca ex veteri quodam ſcriptore eſſe hauſta, non dubito. Quis vero ille ſit, ut inquirerem curatius, non eſſe duxi neceſſarium. De re ipſa nullum cuiquam eſſe poteſt dubium: quippe quae apud *Laërtium*, *Plutarchum*, *Lucretium* & alios non diſſimilibus expreſſa verbis legitur.

(*i*) Ἐπίκουρος μὲν] Malum eſſe morem, auctore non nominato, veterum dicta deſcribere, vel hoc in loco ſenſi. Diu multumque quaeſivi, antequam *Sextum Empiricum adv. Mathemat. Lib.* IX. p. 565.

Digitized by Google

Deum, haud tamen audiendus eſt. Nihil enim eſt, quod magis reliquis ejus ſententiis adverſetur.

§. III. Conſtat igitur ex his, cujus indolis ſit anceps illa & ex pugnantibus rebus compoſita philoſophia, cujus auctores atque principes *Leucippus*, *Democritus*, & *Protagoras* exſtiterunt, magnus vero deinceps patronus *Epicurus* evaſit, quem quidem (*l*) *Laërtius* teſtatur ἀρχὰς τῶν ὅλων ἀτόμους, *principia rerum omnium atomos*, ſenſus expertes cenſuiſſe, nec modo corporum, quae *Empedoclis*, ceterorumque ex antiquis, qui Deum adjunxerunt atomis, ſententia fuit, ſed etiam omnium omnino, quae in hac verſantur univerſitate, rerum, ideoque animorum etiam & mentium. Hânc nempe diſciplinam profiteri nihil eſt, quam ſummam & exquiſitam adverſus Deum impietatem coloribus philoſophicis exornare: neque ſectatores ejus meliori, quam gigantum, denominatione digni ſunt, quos Deum ipſum petere ac de coelo deturbare quondam voluiſſe, accepimus. Etenim non id modo ſtudent, ut rerum omnium, quae in hoc orbe contingunt, rationes ſine Dei ullius interventu explicent & expediant, verum etiam iſtiusmodi praecepta adhibent, ex quibus ſine controverſia conſequitur, nullum eſſe omnino Deum, ſive corporeum, ſive corpore vacuum. Hoc vero quidnam eſt, quam Atheiſmum, magnifica ſapientiae & philoſophiae ſpecie tectum, aperte & audacter profiteri?

Sed eſt tamen aliud impietatis erga Deum genus, quod vulgari de formis & qualitatibus doctrina nititur. Nos diſcriminis cauſſa *Stratonicum* appellabimus. Hoc qui ſequuntur, paullo plus habent verecundiae & modeſtiae, quam ut res omnes fortuita ex atomorum concurſione profectas eſſe clament. Igitur ſingulis materiae partibus natura perceptionem quamdam ſive ſenſum & vitam ineſſe tradunt, easque, ſcientia licet & ratiocinandi facultate careant, fingendi tamen ereandique poteſtate inſtructas eſſe, judicant, cujus ope ſemet ipſas artificioſe fingere, tantumque ſibi perfectionis dare queant, quantum uniuscujusque indoles atque ratio patitur. Non diſſimilis haec potentia eſt naturae *Ariſtotelis*, ſi hoc unum demas, quod arbitrio & imperio ſupremae cujusdam & excellentis naturae nulla ratione ſubjicitur, quemadmodum illa. Quamobrem, qui ad hanc familiam pertinent Athei, commode vocari poſſunt *Hylozoitae*, quoniam vitam, cujus, uti cenſent, materia particeps eſt, omnium omnino rerum, quae fiunt in hoc univerſo, mirabilis ſigillatim illius fabricae, quam in membris animalium conſpicias, animorumque omnium, tam eorum, qui ſentiunt tantum, quam illorum, qui ratiocinantur, principium & cauſſam eſſe tuentur. Verum tota haec philoſophandi ratio informis videtur eſſe & rudis ingeniorum quorumdam obtuſiorum & lumine carentium foetus, qui nec umquam in juſtae diſciplinae figuram & habitum formatus eſt, neque ſic ulla arte atque ratione limari potuit, ut apertum ſeſe ab omni parte in conſpectum offerre ſaniorum auderet. Majus aliquid minantur illi, qui

p. 565. *ed. Fabricii* haec de *Epicuro* ſcripſiſſe cognoſcerem. Non integer tamen hic *Sexti* locus exhibetur, ſed verba: κατ' ἰσηγ., omittuntur, quibus indicatur, ita de *Epicuro* non omnes, ſed quosdam tantum ſentire.

(*k*) *Qui Democriti delectatur*] Quibus vel mediocriter notus eſt *Hobbeſius*, hos praeterire nequit, cum hiſce verbis accuſari. Nam favebat ille *Democriti* ſcitis, & Deum ſimul eſſe contendebat corporeum. Vid. *Leviathan Cap.* 12. *p.* 56. *Cap.* 34. *p.* 183. & *Append. ad hunc Libr. Cap.* 3. *p.* 360.

(*l*) *Laërtius teſtatur*] *Lib. X. Segm.* 41. *p.* 620. & alias. Addi debet *Lucretius*, quem notum in primis eſt perſpicue hanc magiſtri doctrinam enarraſſe.

minem fuiſſe tam impium, quin Deorum imploraret auxilium, ubi arduum aliquod aggrederetur negotium: Γάιλις, ὅσοι κατὰ βραχὺ σωφροσύνης μετέχουσιν, ἐπὶ πάσῃ ἐρημῇ καὶ σμικρῇ καὶ μεγάλῃ πράξει, εὐχὴν ἀεί τιν' ἐποιοῦντο. *Omnibus mos eſt & quaſi quaedam religio, qui vel de maximis vel de minimis rebus acturi aliquid ſunt, precari ad auxilium divinitatem.* Idem facinus addit non leve a ſe commiſſum iri, niſi de maximi ponderis quaeſtione commentaturus in *Timaeo: Factusne ſit hic mundus, an aeternus?* ἢ γέγονεν, ἢ καὶ ἀγένητός ἐστι; diſputationis exordium ab invocatione ſupremae divinitatis duceret. Multo igitur magis homo Chriſtianus peccaret, ipſamque offenderet pietatem, ſi officium hoc negligeret, neque Deum ſibi precibus tum eſſe putaret placandum, quum de re omnium maxima, de ipſo Deo, agere, profanasque eorum, qui Deum eſſe negant, captiones & argutias e latebris ſuis non modo protrahere, verum etiam vanitatis convincere, ſupremique Numinis cauſſam ab injuriis vindicare vellet. Itaque *Platonem* imitemur, ejusque verbis, id quod facere licebit, Deum precemur, ut nobis faveat, quo *primum ea dicamus, quae Deo placeant, deinde nihil, quod nos ipſos haud deceat, proferamus,* κατὰ τὸν ἐκείνῳ μὲν μάλιστα, ἡμῖν δ' ἥκιστα τίμιον.

§. V. Duo ſunt omnino, quae negotium, quod ſuſcepimus, conſtituunt. Primo praecipuae in medium afferendae ſunt rationes, quibus illi nituntur, qui divinam ſublatam eſſe cupiunt naturam, atque ſingularum infirmitas & amentia breviter demonſtranda eſt. Deinde, quibus machinis argumenta ſoleant oppugnare, quae plerumque ab illis adhibentur, qui tam Deum eſſe, quam naturas ab omni corpore ſecrètas & liberas, tuentur, videndum, ſimulque magno conatu nugas non minores ab illis agi, oſtendendum.

Rationes, quibus rebus ſuis conſuli poſſe putant impietatis amici, hae fere ſunt: Primo nullam informari a nobis animo Dei notionem poſſe, diſputant; ex quo intelligendum eſſe dicunt, obſcurum eſſe, an exſiſtat ejusmodi natura. Hanc argumentationem, ne nimis incomta & deformis appareat, hoc modo ſolent exornare: Dei, inquiunt, notio, quae vulgo obverſatur animis hominum, complexio quaedam eſt rerum, quae nec ingenio comprehendi poſſunt, nec vel ullo modo fieri. Mentes hominum metu & formidine conſtrictae, quidquid putant honore, cultu & reverentia dignum eſſe, id ſine conſilio & ratione colligunt, & in Deum, quem ſibi fingunt, conferunt. Nullus hic rationi, nullus accuratae veritatis inveſtigationi locus eſt. (*n*) Videtur nuperus quidam auctor ſententiam iſtam his verbis edi[ſſe]-

tollere voluiſſe *Hobbeſium*, non immerito forſan dubites. Non ego, quae prave atque impie dixit homo, vel excuſare, vel ſecus, quam ipſe voluit, interpretari, meum duco: contra peſſimum fuiſſe eum arbitror, atque occultas veritati coeleſti ſtruxiſſe inſidias, non inficior. Hanc ipſam quoque ſententiam ferri poſſe nego. Id vero me dubitare fateor, an, ea qui imbutus eſt, Deum revereri nullum queat. (I.) *Hobbeſius* iis ipſis locis, quibus id, quod diximus, tuetur, & Deum eſſe ſtatuit, & illum Deum *omnipotentem* eſſe decernit, *unum*, *infinitum*, *aeternum*, & omnis mutationis neſcium. (II.) Qui aut mundum eſſe aeternum dicitent, aut Deum res humanas curare negent, eos injuriam Deo facere, diſerte praecipit. At (III.) quae Deo attribuuntur, reliqua, bonitatem, juſtitiam, ſanctitatem, miſericordiam, ejus eſſe generis putat, ut non declarent, *quid ſit Deus, ſed quantum ipſum admiremur & veneremur.* Ergo (IV.) non omni Dei notione nos eſſe deſtitutos exiſtimat, ſed *poſitivam*, ut philoſophi loquuntur, & *affirmativam* divinarum virtutum & perfectionum notionem informari a nobis poſſe inficiatur. (V.) Is vero, qui ſic ſentit, ſi in Atheorum referri debet numerum, neſcio, quare non eos, qui *Supraiapſarii* dicuntur, eodem abire jubeamus. Nam & horum multos conſtituere, notum eſt, divinas virtutes, *juſtitiam*, *miſericordiam*, *bonitatem*, non iis reſpondere vir-

74 ediſſeruiſſe: *Perfectiones, quae Deo tribuuntur, neque verum aliquid vel falſum, neque ullam animi noſtri opinionem ſignificant, ſed reverentiae tantum & obſervantiae, in mente noſtra reſidentis, ſigna ſunt. Fallantur itaque, qui ex illis vel veritatem vel falſitatem rei cujusdam demonſtrari poſſe judicant.* Id ipſum paullo latius deinde perſequitur, non ſine magna ſapientiae & rationis oſtentatione: *Qui de natura Dei ex his attributis bonoris philoſophice diſputare aut ratiocinari audent, hi in ipſo ſtatim diſputationis exordio omnem amittunt perſpicientiam, nec ſibi cavere poſſunt, quo minus ex uno errore ad alterum ſine omni fine & modo delabantur. Idem illis evenit, quod homini caerimoniarum aulicarum ignaro, qui, dum viros adit in magna dignitate poſitos, in ipſo ſtatim cubiculi limine cespitat, lapſum autem quum impedire ſtudet, pallium imprudens dimittit, dum pallium recuperare vult, pileum manu ſibi patitur excidere, iſtoque modo vitia ſemper vitiis emendat, ut, qui praeſentes ſunt, conturbationem animi ejus, moresque parum elegantes facillime perſpiciant.* Niſi fallor, id ſibi vult auctor ille tam his locis, quam aliis ejusdem plane generis: Proprietates illas, quibus naturam exprimi divinam putamus, nec usquam re vera exſiſtere, nec veritatis aliquid habere, ſi a philoſopho conſiderentur: natas eſſe eas unice ex infirmo & agreſti quodam ſtupore animi, quem immodicus excitaverit terror: iſtum ſtuporem ſimulacrum ſibi quoddam Dei ſupremaeque cujusdam mentis temere effinxiſſe: hoc vero homines ſic obduci & conturbari, ut in multa incurrant abſurda, vocesque de iſta mente & formulas prorſus ineptas, quae nec ſignificent aliquid, neque ulli animi notioni reſpondeant, uſurpent. Habemus primam hujus generis ratiocinationem, qua ſigillatim utuntur illi, qui recentiori aetate *Democriti* veſtigia premunt: Fugit rationem noſtram perfecta ſupremi Numinis notio: nemo unus eſt, cui liceat accurate animo comprehendere omnia, quae ad naturam referri ſolent divinam. Igitur, quod Deum vocant mortales, id incomprehenſum neſcio quid & nihil eſt.

§. VI. Alterum, quod jam explicabimus, turbae hujus argumentum antiquioribus *Democriti* ſectatoribus mirifice placuit, ſupremamque Dei potentiam, facultatemque ejus ex nihilo creandi directe ferit. Sic nempe calculos argutum pone-
75 bat genus: Deum qui in ore habent, illi voce iſta naturam intelligunt, quae ex nihilo poſſit efficere aliquid. Novimus, variis diſtrahi contentionibus, qui Deum humanis imponunt cervicibus. Sunt inter eos, qui totum illud ſpatium, quod mundus hodie occupat, olim unius Dei fuiſſe domicilium, praeter hunc vero nihil omnino tum exſtitiſſe, opinantur: ex quo elicitur, totum hoc univerſum corporeum certo tempore initium habuiſſe, neque definito quodam ſaeculorum numero antiquius eſſe. Ab his alii diſcedentes, materiam quidem orbis corporei, ſi minus formam quoque, ab aeterno fuiſſe fatentur; verum addunt, utramque, & formam

&

virtutibus, quae his inter homines vocabulis deſignantur: quod idem eſſe judico, ac ſi dicerent, carere nos vera divinarum perfectionum notione, nominaque, quibus hac in re utimur, non definitam habere potestatem. His duo addo. (I.) *Hobbeſius* ſecum ipſo pugnat. Negat hic, ex divinis perfectionibus vel veritatem vel falſitatem rei alicujus demonſtrari poſſe, quoniam nullam earum veram notionem habeamus. Et alio tamen loco, *Leviathanis Cap.* 44. *p.* 300. ex divinae miſericordiae notione apertum eſſe, diſputat, cruciatus improborum poſt fata deſituros eſſe aliquando. Ita ſaepe numero illi a ſe ipſis diſſident, qui totius humani generis magiſtri videri volunt. (II.) Extremis vitae annis *Hobbeſius Apologiam* exaravit, eaque omnia, quae in *Leviathane* quondam ſcripſerat, ſapientum judicio ſubjecit, teſtatus, ſe, quum librum illum componeret, ingenii potius intemperantiae, quam rationi obſequutum eſſe, nec opiniones eo compreheuſas poſtea defendiſſe. *Anton.*

Hob-

& materiam, emanatione quadam ex Deo proficiſci, neque ſine Deo exiſtere poſſe: quod quidem ſimilitudine declarant, a luce ſumta, quae, ſoli licet aequalis ſit, nihilominus tamen ex ſole naſcatur, a ſole ſeparari nequeat, & a ſole continuo producatur. Quae ſi recte ſeſe habeat ſententia, nullum quidem tempus exſtitit, quo non fuerint, quae ſunt, omnia: attamen, quum neque ex ſe, neque virtute propria ſint, ſed ex Deo unice habeant, quod habent, qui nimirum perpetuo eas ex nihilo procreat, ſic commode poſſunt ſpectari, ac ſi nullae aliquando re vera fuiſſent. Tertia eſt eorum familia, qui materiam hujus univerſi non modo aeternam eſſe diſputant, verum etiam per ſemet ipſam exiſtere, nec a Deo quodam ulla ratione conditam vel factam eſſe. At hi tamen formas & qualitates corporum vita vacuorum, nec non mentes omnium animantium, naturas eſſe volunt a materia diſtinctas. Eas igitur a Deo ex nihilo procreari, quando res quaedam generatur, exiſtiment, neceſſe eſt. Tantis dimicationibus ipſos illos, qui Deum eſſe profitentur, continuo agitari, non ignoramus. Verum iſtas nunc mittimus: ſufficit, omnes tamen conſentire, Deum certo quodam ſenſu ex nihilo efficere poſſe aliquid, cauſſamque eſſe rerum, quae per ſe nullo alioquin pacto exoriri potuiſſent. Quamobrem, ſi fieri nequeat, ut ex nihilo procreetur aliquid, (formulam hanc ſenſu latiori capimus) nullus etiam ſit Deus, neceſſe eſt. Poſſe vero ex nihilo aliquid effici, is unus affirmabit, qui mentis ſanitatem amiſit, nec praecepta curat rationis, in quibus illud eſt, quod omni caret controverſia: *De Nihilo Nihil.* Hoc argumentum (*o*) *Lucretius* ex *Democriti* & *Epicuri* ſenſu ſic urget:

Principium hinc cujus nobis exordia ſumet:
NULLAM REM E NIHILO GIGNI DIVINITUS USQUAM.
Quippe ita formido mortales continet omnes,
Quod multa in terris fieri coeloque tuentur,
Quorum operum cauſſas nulla ratione videre
Poſſunt, ac fieri divino Numine rentur:
Quas ob res ubi viderimus, nil poſſe creari
De nihilo, tum, quod ſequimur, jam tutius inde
Perſpiciemus, & unde queat res quaeque creari,
Et quo quaeque modo fiant opera ſine Divum.

Certum quidem eſt, eos in primis hoc argumento petere *Lucretium*, quos in tertia eorum, qui Deum eſſe credunt, claſſe paullo ante poſuimus, qui totius univerſitatis materiam ab aeterno quidem exſtitiſſe aſſeverant, at formas tamen rerum corporearum naturas eſſe tuentur, a materia ſecretas, quas, dum illae gignuntur, Deum

Woodius in *Athenis Oxon.* memoriae haec prodidit. Credibile eſt, nil contra animi ſententiam feciſſe hominem. Nam & natura proclivis erat ad ea mordicus retinenda, quae ſemel complexus erat, &, quod idem *Woodius* animadvertit, ita infectus arrogantia, ut vix ſine conviciis diſputare poſſet: nec tum erat aliquid, quod metueret, quum aulae in primis carus eſſet, magnaque *Caroli* II. Regis benevolentia frueretur. Latius haec ideo perſequi placuit, partim quod ſaepius a *Cudworthe* reprehenditur & refellitur *Hobbeſius*, cujus ſcita nemo probus impia & religioni inimica neget, partim quod noſtra aetate a doctiſſimis viris *Hobbeſii* pietas & religio in controverſiam vocata fuit.

(*o*) *Lucretius*] *De natura rerum Lib.* I. *vſ.* 150. *ſ. p.* 53. *ſ.* Sed *vſ.* 156. in publicis editionibus loco *ineius*, quod *Cudworthus* habet, legitur *reſtius*, quod melius putem. *Verſu* item 157. noſter *& unde* legit, quum *Giſanius* & alii malint *ut unde*, quod pariter praefero.

Digitized by Google

Deum ex nihilo procreare, & in materiam immittere cenſent: in qua ſententia *Heraclitum*, & Stoicos, quorum hi aetate vixerunt *Epicuri*, fuiſſe, conſtat. At nihil videt, qui difficulter intelligit, multo etiam fortius hanc rationem eos ferire, qui non modo formam, ſed etiam hujus univerſi materiam ex nihilo divina virtute prodiiſſe, defendunt. Etenim, ſi ex nihilo nihil proficiſcitur, ſic habeamus, oportet, ne formas quidem & qualitates corporum, ſiquidem illae res ſunt a materia diſtinctae, multo minus vitas mentesque animalium a Numine quodam procreatas & factas eſſe, minime vero omnium materiam, ex qua rerum natura conſtat. Quidquid igitur per ſe re vera exiſtit in hoc orbe, id ab omni fuerit aeternitate, nec ab ullo ductum ſit principio, neceſſe eſt. Quando vero creatur & producitur aliquid, tum, quae ab aeterno exſtitit, materia nova tantum ratione temperatur & diſponitur. Nihil novi ex nihilo gignitur, verum individua corpuscula ſolum commoventur, miſcentur, ſeparantur, componuntur, ſecernuntur. Quae quidem omnia ſine Deo poſſunt effici, (*p*) quemadmodum *Epicurus* ait: Ἡ θεία φύσις πρὸς
76 ταῦτα μηδαμῶς ἀναγέσθω. *Divina natura ut ad has res advocetur, nil opus eſt.* Summa totius igitur argumenti haec eſt: Quum nulla fieri poſſit, quae non ante fuerit, natura, omnia autem, quae ſunt, futura ſunt, & eſſe poſſunt, ex omni aeternitate per ſe exſtiterint, virtus iſta ex nihilo creandi, eaque Dei perfectio, quam *omnipotentiam* vocamus, res commentitiae ſunt & mera nomina. Ita vero qui ſentiunt, illi omnem prorſus divinam naturam & rationem tollunt.

§. VII. Eos, qui primum & ſupremum inter Dei vindices locum obtinent, Deumque totum hoc univerſum corporeum omnesque ejus partes ex nihilo finxiſſe putant, hoc argumento ſolent ſigillatim religionis inimici aggredi. Qui totam materiae molem omniaque corpora ex nihilo fabricatus eſt, is ipſemet corpori alligatus eſſe nequit. Deum igitur qui rerum omnium conditorem eſſe ſtatuit, is non poteſt etiam, quin affirmet, eumdem nihil ſolidi & corporei habere. At Deus corpore carens commentum & ſomnium eſt. Corpore nimirum carere aut ſignificat, nihil omnino magnitudinis vel extenſionis habere, aut vero multo aliter quam corpora, extenſum eſſe. Illam ſi quis velit notionem tueri, is fumum & umbram amplectetur. Fieri enim omnino non poteſt, aliquid ſic a corpore ſecretum exſiſtere, ut omni plane mole & ambitu careat. Ad rerum, quae exſiſtunt, omnium naturam extenſio ita pertinet, ut res nullo modo extenſa nihil prorſus ſit. Nec niſi nugas idcirco agunt, qui vel *ſubſtantiam*, vel *modum* quemdam *ſubſtantiae*, vel naturam aliquam mente concipiunt ab omni granditate ſecretam & liberam. Si quis autem poſteriorem eligat ſignificationem, naturamque corpore vacuam rem eſſe di-

(*p*) *Quemadmodum Epicurus ait*] Fatcor, neſcire me, ubi dictum hoc *Epicuri* exſtet. *Laërtium*, & alios veterum, ex recentioribus *Gaſſendum* fruſtra conſului. Quum res ipſa apud *Lucretium de natura rer. Lib.* I. *vſ.* 1020. *ſ.* & alios legatur, vix operae pretium fuerit, haec verba, ex memoria haud dubie recitata, inveſtigare.

(*q*) *Nam facere*] Verſus eſt *Lucretii de natura rer. Lib.* I. *vſ.* 444. *p.* 123. ſed paullo aliter memoriae vitio hic recitatus, atque apud poëtam exſtat, quem ſic ſcripſiſſe omnes codices teſtantur:

Nam facere & fungi ſine corpore nulla poteſt res.

(*r*) *Ipſum audiamus poëtam*] *Lib.* I. *vſ.* 434. *ſ. p.* 121.

(*s*) *Praeter inane*] *Lucretius Lib.* I. *vſ.* 446. *p.* 123.

(*t*) *Recentiores Democriti diſcipuli*] *Hobbeſium*, quem ubivis pangit vir egregius, hic intelligi, ex illis perſpicuum eſt, quae de ſpatio is ſcripta reliquit in *Elementis philoſophiae P.* II. *Cap.* 7. §. 2. *p.* 50. Inter alia: *Spatii*, inquit, *definitionem inane eſſe*

Digitized by Google

dicat extenſam quidem, verum alio modo, atque corpora, ita ut corpori conjuncta eſſe, & idem permeare ſimul & penetrare queat, is vero viderit, ne fabulam narrare videatur ſapientibus. Res enim ejusmodi propius abeſt a nihilo, quoniam nec agere poteſt aliquid, nec perpeti, nec movere rem aliam, nec ab alia moveri.

(q) *Nam facere & fungi, niſi corpus, nulla poteſt res.*

Nihil erit itaque, ſi proprie ac plane loquendum ſit, quam inane illud ſpatium, quod per omnes quidem res tranſit, ſed nec usquam certam ſedem habet, nec ab ulla re afficitur. Nihil eſt in hoc orbe corporis expers, praeter ſpatium iſtud ſive vacuum. Quamobrem, qui ſimplicem nobis Deum narrant, hi, quo nihil eſt ineptius, inane ſpatium res omnes condidiſſe ſtatuunt.

Sed (r) ipſum audiamus poëtam Epicureum hoc argumentum explicantem:

—— Quodcumque erit, eſſe aliquid debebit id ipſum
Augmine vel grandi vel parvo. —— ——
Cui ſi tactus erit, quamvis levis exiguusque,
Corporum adaugebit numerum, ſummamque ſequetur:
Sin intactile erit, nulla de parte quod ullam
Rem probibere queat per ſe transire meantem,
Scilicet hoc id erit vacuum, quod inane vocamus.

Extra haec duo tertium nullum datur. Quod corpus non eſt, id aut inane ſpatium aut nihil omnino eſt.

(s) *—— Praeter inane & corpora, tertia per ſe*
Nulla poteſt rerum in numero natura relinqui.

Ergo, quemadmodum veteres *Democriti* & *Epicuri* aſſectatores rationes ſubduxerint, liquet: Si a ſpatio diſcedas, nihil eſt in natura, quod corpore vacet. Deum igitur corpore liberum credere, amentia eſt.

Verum haec ipſa ratiocinatio plus religionum defenſoribus firmamenti relinquere videtur, atque hoſtes eorum vellent. Aſſumit enim, ſpatium eſſe aliquid, quod re vera extra mentem noſtram exiſtat, propriamque ideo naturam habeat. Ex quo conſequitur, aut *ſubſtantiam* illud eſſe, aut etiam *modum* naturae cujusdam corpore deſtitutae. Itaque (t) recentiores *Democriti* diſcipuli, ne in has incauti de-

eſſe dico: Spatium eſt phantaſma rei exiſtentis, quatenus exiſtentis, *id eſt, nullo alio eius rei accidente conſiderato, praterquam quod ejusmodi extra imaginantem.* Anglica verba *Cudworthi* his fere Latinis reſpondent. Sed & *Renat. Carteſius* ita ſpatii naturam, aliis licet verbis, explicat *Principior. philos. P.* II. §. 10. 11. 12. p. 27. 28. quem ex recentioribus philoſophis, Angli licet aliter ſentiant, permultos ſequi, notum ſatis eſt. Legantur, quae *de ſpatii natura* non ita pridem acutiſſime inter viros maximos, *Godofr. Guil. Leibnitium* & *Sam. Clarckium*, diſceptata ſunt: quorum quidem ille *Hobbeſio* & *Carteſio* aſſentitur; hic vero ſpatium *proprietatem* eſſe tuetur. Vid. *Recueil de diverſes pièces ſur la philoſophie par Mr. Clarck, Newton, Leibnitz, Tom.* I. *p.* 31. *ſ. & p.* 41. *ſ.* Forte minor eſt haec, atque multis videtur, diſſenſio, ac in verbi potiſſimum controverſia poſita: quamquam viderint hoc alii, qui harum rerum curam ad ſe pertinere credunt.

(t) *Om-*

77 delabantur insidias, spatium negant esse naturam extra nos exsistentem, illudque nihil esse dicunt, nisi visum corporis, ac ejus veluti umbram, quae nusquam, praeterquam in animo nostro, resideat. Non ergo placet his, duas esse distinctasque naturas, *spatium* & *corpus*, quoniam non ignorant, hoc si verum esset, alteram earum corporis expertem fore. Unam ergo tantum contendunt esse naturam, nempe corpus. (*u*) Omnis, quam instituunt, disputatio huc demum redit: Nihilo sapientius ille loquitur, qui naturam esse quamdam ait a corpore secretam, ac is, qui corpus affirmat exsistere corpore vacuum. Utrique nugantur, ac de nihilo verba faciunt.

§. VIII. Convenit inter eos, qui sapiunt, nullum errorem funditus everti posse, nisi etiam τὸ αἴτιον & ἀφορμὴ, *origo & causa erroris*, demonstretur. Hujus praecepti memores impietatis vindices, hoc sibi quoque datum esse arbitrantur, ut natales dogmatis de naturis simplicibus pandant, atque ex quanam animi aberratione illud natum sit, planum faciant. Quam deinde disputationem ad divinam naturam validius oppugnandam referunt.

Totum itaque hoc dogma de naturis ab omni corpore secretis ex eo contendunt ortum esse, quod vocabulis, quae abstracta nominantur, temere ac imprudenter usi sint homines. Duplex est horum vocabulorum genus. Quaedam ipsarum *substantiarum* nomina sunt, quibus naturae corporum, ut hominis vel equi, ab ipsis veluti abstrahuntur corporibus suis, atque universe considerantur. Quaedam *modos* tantum exprimunt corporum, eosque separatim extra res illas, quibus inhaerent alioquin, contemplandos exhibent. Posteriori generi ipsamet ortum dedit necessitas. Namque homines, quum proprietates dinumerare vellent corporum, atque eas inter sese conferre, modo addere illis aliquid, modo detrahere, nunc amplificare numerum, nunc distribuere, mature intellexerunt, fieri hoc non posse, nisi cogitando eas ab ipsis abstraherent corporibus. Sed, ut magna sit istiusmodi vocabulorum opportunitas, haud tamen minora usum eorum consequuta sunt incom-

(*u*) *Omnis, quam instituunt, disputatio*] Habeo, quae hic moneam, nonnulla. (I.) Nescio, an quis unquam vel veterum vel recentiorum hoc argumento Deum oppugnaverit: *Nullus est Deus: nam si Deus esset, esset aliquid corporis expers. At corporis expers nihil omnino est. Ergo nec Deus est. Epicurum* quidem & *Lucretium* hac ratione dimicasse, vir doctus hic significat. Sed, quod pace ejus dixerim, id secus sese habet. Quamvis enim *Epicurus* & *Lucretius* in rerum natura nil esse statuant, praeter *corpus* & *vacuum*; haud tamen inde hanc eliciunt conclusionem: *Ergo Deus est nullus*, sed hoc tantum praeceptum ad naturae rationes explicandas adhibent. Taceo, multis non sine omni ratione *Epicurum* videri Deos a corpore & spatio secrevisse, atque aliquid inter corpora & spatium interjectum & veluti medium putasse. Neque huic id obstitit sententiae, quod *Lucretius* tertiam esse rem negat, praeter corpus & inane. Nam id de spectabili hac universitate rerumque natura tantum intelligendum esse, res ipsa docet. Ergo non tam alicubi reperisse, quam confinxisse ipsum hoc argumentum virum summum, prope suspicor. (II.) Necesse non est, ut eos statim in *Atheorum* referamus numerum, qui corporibus omnia censent contineri, hisque spatium adjungunt. Quod enim ipse *Cudworthus* non diffitetur, multi sunt tanta ingenii tarditate, ut Deum corpore vacuum non assequantur. Quis rerum inter Christianos gestarum gnarus Aegyptios ignorat monachos, qui *Origenem* idcirco capitalis flagitii saeculo quarto postulabant, quod is Deum scripsisset ab omni corpore remotum esse? (III.) Quod hic noster Atheos ita ratiocinantes inducit: Dei qui notionem cupit informare animo, is eum non potest non cogitare corpore vacuum; id hujus generis moribus & rationibus parum convenire videtur. Tantum enim abest, ut haec turba de vera Dei notione praecepta ferat, ut potius nullam Dei notionem fingere sibi quemquam posse putet: id quod ipse antea illis exprobraverat. (IV.) Quod recentiores *Democriti* sectatores ideo spatium dicere rem commentitiam arguit,

commoda. Manifeſtum eſt, nihil ea proprie ſignificare: etenim hujus vel illius hominis natura minime ab ipſo differt homine, nec proprietas corporis diſtinctum aliquid eſt ab ipſo corpore. At nihilo tamen minus crebro illorum uſu tam turpiter ſeſe homines paſſi ſunt abduci, ut rerum ſeparatim exſiſtentium notas eſſe cre- 73
diderint illa vocabula. Nulli magis ad hujus erroris inficeti incrementum contulerunt, quam Scholaſtici, quos tam intemperanter has voces adhibuiſſe conſtat, ut ne minimam quidem rem diſſerendo potuerint explicare, quin orationem *quidditatibus*, *entitatibus*, *eſſentiis*, *haecceitatibus*, ſimilibusque portentis condirent. Hi igitur, poſtquam ipſimet principes deluſi erant, bonam humani generis partem in errorem induxerunt, inque animos ejus hanc intruſerunt opinionem, *eſſentias* rerum ab ipſis rebus diſtinctas atque ſempiternas eſſe: quocirca, quando res quaedam fiat vel generetur, tum novam haud produci naturam, ſed ex aeternis aliquam eſſentiis novo habitu vel exſiſtendi modo donari. Similiter corporum proprietates extra corpora, quibus inſunt, ſolas poſſe docuerunt exſiſtere. Ex quo evenit, ut exempli gratia vitam, ſenſum, & conſilium, quae ineſſe cernimus animalibus, & mentis deſignamus vocabulo, exſtinctis animantibus, corporibusque diſſipatis, permanere tamen poſſe, & ſuperſtites eſſe cenſuerint, tamquam eſſentias, quae ab ipſo homine ſeparari poſſent & abſtrahi. Quod ſi ita eſſet, non poſſent etiam non naturae eſſe a corpore liberae. Praeclare id (*v*) nuperus quidam obſervavit auctor, cujus haec verba ſunt: *Eſt nominum abſtractorum tum in omni vita, tum in philoſophia magnus & uſus & abuſus. Abuſus in eo conſiſtit, quod, cum videant aliqui, conſiderari poſſe, id eſt, inferri in rationes accidentium incrementa & decrementa ſine conſideratione corporum ſive ſubjectorum ſuorum (id quod appellatur abſtrahere) loquuntur de accidentibus, tamquam poſſent ab omni corpore ſeparari. Hinc enim originem trahunt quorumdam Metaphyſicorum craſſi errores. Nam ex eo, quod conſiderari poteſt cogitatio, ſine conſideratione corporis, inferre ſolent non eſſe opus corporis cogitantis.* (*x*) Idem ſcriptor alio animadvertit loco: *Inde factum, ut, homine quodam exſtincto atque humato, animam ejus, id eſt, vitam, dicant a corpore ſecretam vagari, at-*

guit, quo ſecurius cum Dei amicis decertare queant, id, niſi me fallit animus, aliquanto durius dictum eſt. Multos enim hanc de ſpatio doctrinam ſuſcepiſſe, ſcio, quod, ne vulgaris ſententia cum injuria Dei conjuncta eſſet, vererentur. *Hobbeſius* loco, quem indicavi, propterea ſibi hanc placuiſſe opinionem memorat, quod multos *ex falſa ſpatii definitione* viderit in hunc errorem incidiſſe, ut mundum crederent infinitum eſſe. *Leibnitius l. c. p.* 31. plurimos, quibus ſpatium aliquid viſum ſit, illud cum Deo ipſo confuditſe, tradit. Certe fuerunt hujus generis aliqui in antiquis Chriſtianorum doctoribus, quos *Jo. Alb. Fabricius* nominat *ad Sextum Empiricum p.* 639. Non ego verba pro illis facio, qui hoc dogmate fortaſſis ad ſcelera & portenta ſua defendenda ſunt abuſi: id vero nego, fas eſſe, generatim in Dei contemtoribus habere philoſophos illos, qui ſic, uti dixi, de ſpatio ſentiunt.

(*v*) *Nuperus quidam auctor*] *Hobbeſii* haec verba ſunt in *Elementis philoſophiae P. I. C. 3. §. 4. p.* 19. in quibus nonnulla tamen omiſſa ſunt, ſine quibus ſententia ejus commode intelligi poterat.

(*x*) *Idem ſcriptor*] Haec ipſa verba, quae ex Anglico Latina feci, non reperi in *Operibus* vel *Anglicis* vel *Latinis*. Rem vero ipſam ab eo eſſe traditam, certiſſimum eſt: nec id ſimillimo ejus loco declarare, alienum fore puto: *Ariſtoteles, qui non tam ad res reſpexit, quam ad voces, —— non dubitavit, quin nomen illud* Eſſe *alicujus* Rei *nomen fuerit: quaſi eſſet in natura rerum aliquid, cujus nomen eſſet* Eſſe *vel* Eſſentia. *Ab hoc abſurdo in aliud lapſus eſt adhuc pejus, nempe eſſentias quasdam eſſe ab entibus ſuis ſeparatas, quas, coeli orbibus aſſiſtentes, circumagere illos affirmabat. Etiam animam humanam, ab homine ſeparatam & diſſitam, per ſe ſubſiſtere.* Et paullo poſt: *Ab hac doctrina de eſſentiis & formis ſubſtantialibus ſeparatis Daemonologia Graecorum in eccleſia relicta eſt, & ſuperſtitio illa, quam δεισιδαιμονίαν vocant Graeci, ſive metum phantaſmatum. Leviathanis Cap.* 46. *p.* m. 329. *ſ. Conf. Cap.* 2. *p.* 7. *Cap.* 44. *p.* 295.

atque noctu inter ſepulchra viſam eſſe. His tamquam nervis anilis ſuperſtitio de ſpectris, daemonibus, lemuribus, manibus ſpiritibusque, variis nominibus appellatis, qua imbecilles multitudinis animi conflictantur, continetur: cui tamen illi etiam ſuppeditare ſolent alimenta, quorum alioquin munus foret depellere ſuperſtitiones, hominesque formidinis liberare vinculis. Quamquam haec vulgi opinio ex alio fonte, licet non prorſus diſſimili, fluxiſſe primum videtur, hominum nimirum ex levitate, qui imagines animis ſuis obverſantes res eſſe temere credunt re vera extra ſeſe exiſtentes. Sicut enim oculi ſaepenumero fallunt homines, ut ſpeciem a ſpeculo vel vitro repraeſentatam rem eſſe credant extra ſe poſitam, quam nusquam tamen eſſe conſtat, quam in animo eorum; ita etiam, quando mentes formidine oppreſſae, maxime quum in tenebris verſantur, lemurum ſpectrorumque formidoloſas ſibi fingunt ſpecies & imagines, non raro ſibi perſuadent homines, cerni illas a ſe imagines, & re vera exiſtere extra ſe. Ita fit, ut ſpiritus & lemures appellent, quae perculſae tantummodo mentis ſimulacra ſunt. Neque alia factum eſt via, ut Dei ſimulacrum, quod terror & metus creaverat, quodque caput omnium ſpectrorum & larvarum eſt, pro natura vere exiſtente tandem habitum ſit. Appoſite ad hanc rem (y) nuperus quidam ſcriptor: *Etiam, qui de rerum naturalium cauſſis parum aut nihil ſolliciti ſunt, illis tamen metus quidam ineſt, ortus ab eo ipſo, quod an ſit potentia aliqua, nec ne, qua juvari aut laedi poſſint, ignorant: atque ab eo metu proclives ſunt ad ſuppoſitionem & fictionem variarum potentiarum inviſibilium, metuuntque ſua ipſorum phantaſmata, invocantque in rebus adverſis, laudantque in rebus proſperis, & faciunt denique Deos. Atque inde factum eſt, ut homines a phantasmatibus ſuis innumerabilibus innumerabiles creaverint ſibi Deos.* Prudenter quidem hic plures induxit Deos, ut ad gentium inanes Deos totum pertinere dictum,
79 parum perſpicaces exiſtimarent. Verum hebes ſit, qui eadem ratione unum illum Deum, quem nunc vulgo colunt mortales, oppugnari, difficulter animadvertat. Nec is igitur aliud eſt aliquid, quam rex commentitius, quem hominum metus & amentia ſibimet effinxit, omniumque larvarum ſpectrorumque, quae mentes parum ſanae crearunt, caput & principium. Sic, inquam, vulgi natae ſunt de mentibus ſub adſpectum non cadentibus, Diis atque manibus, opiniones. Stolidi mortales, quas animo & cogitatione formaverant naturas, eas re vera opinati ſunt in orbe terrarum verſari. Poſtea, quum corpus quaſi aut materia his aſſignanda eſſet intelligentiis, vix fieri potuit aliter, quam ut eas tales conciperent animo, quales ſunt, quae vel ſomniantibus apparent, vel in ſpeculo a vigilantibus cernuntur, ſpecies. Corpora illis igitur aetherea & ſubtiliſſima circumdederunt, quae jam oculis objicere pro lubitu, jam vero conſpectui poſſent ſubducere. Quod autem alii naturas iſtas ab omni corpore & materia abſtraxerunt, id non tam naturae factum eſt errore, quam animi vana eruditione decepti morbo. Amens illa lit-

(y) *Nuperus quidam ſcriptor*] *Hobbeſium* denuo intelligo, in cujus *Leviathane Cap.* 11. *p.* 54. verba, quae deſcripſi, exſtant, diu ſatis a nemine quaeſita, quod *Cudworthus*, a quo Anglice relata ſunt, omiſerat quaedam, mentemque potius quam voces, expreſſerat. Idem profitetur *Hobbeſius Libro of humane nature Cap.* 11. *p.* 72. Ceterum ad hoc membrum generatim notari velim, ſi accurate loquendum ſit, ea, quae hic proferuntur, nec pro argumento in hac cauſſa haberi poſſe, nec ab *Hobbeſio* propterea, ut Deum oppugnaret, diſputata, nec denique fortaſſis ab ullo religionum inimico ita rationibus, quibus contra Deum dimicatur, numerata eſſe. Is ſcilicet, qui homines cenſet ita deſipuiſſe, ut ex rationum abſtractarum nominibus Deum facerent ac daemones, cauſſam tantum ſibi videtur indicare, unde nata ſit opinio, Deum eſſe; non vero putat, argumentum ſe proferre, quo coër-

Digitized by Google

litteratorum hominum turba, Scholaſticorum, Philoſophorum, & Theologorum otioſa cohors, vitium obtulit humanis mentibus, eſſecitque, ut ſibi temere perſuaderent, abſtractas proprietatum & eſſentiarum notiones naturas eſſe diſtinctas & ab omni concretione liberas, quae ſine corporibus per ſe exſiſterent.

Concludamus, ſi placet, rationem: Qui naturam quamdam corpore vacuam rerum omnium volunt eſſe cauſſam, illi viſionem quamdam mentis atque commentitiam mundi animam re vera putant exſiſtere, tamque turpiter delirant, ut notionem proprietatis cujusdam vel *eſſentiae*, in animo inhaerentem, non modo rem eſſe per ſe conſtantem, naturamque corpore liberam, ſuſpicentur, verum etiam totius univerſitatis omniumque rerum principium & fontem eſſe, praedicent. Atque hoc quartum veluti argumentum eſt, quod religionum hoſtes adhibent.

§. IX. (z) Quinta nunc ſuccedat improbi generis argumentatio. Haec in eo ſita eſt, quod oſtendere primum conantur, praeter corpora, nihil eſſe in hoc univerſo: illud vero dogma deinceps ſic dilatare ſtudent, ut ne corporeum quidem eſſe Deum poſſe, appareat. Videamus, quemadmodum argumententur. Nemo tam ſolers eſt ingenio, ut aliam ſubſtantiae definitionem excogitare queat, praeter hanc: *Subſtantia res eſt extenſa, quae extra animum poſita eſt hominis, veraque, non ficta praedita eſt magnitudine.* Quidquid extenſione vacat, id nihil eſt. Rem itaque extenſam deme, nec habebis aliquid praeterea, in quo animus inſiſtere queat. Inter corpus vero & rem extenſam nihil omnino intereſt diſcriminis. Namque virtus reſiſtendi, quam Graeci ἀντιτυπίαν vocant, neceſſario ex amplitudine ſive extenſione conſequitur. Et qui ſecus ſentiunt, illi rationem afferre nullam poſſunt, cur, quod nonnulli eorum perhibent, qui corporibus hanc univerſitatem definiunt, corpora per alia corpora transire nequeant & permeare. Ex quo conſequitur, omnium rerum ſubſtantiam corpus eſſe ſive materiam. Quae praeterea ſunt in hoc orbe, id eſt, corporum omnium differentiae, ea nihil ſunt, atque multiformes unius extenſae rei, ſeu corporis & materiae, affectiones & temperationes. Atque hae affectiones & diſpoſitiones corporum nonnunquam quidem qualitatum & formarum re vera exiſtentium nominibus inſigniuntur: nec etiam philoſophorum concors & eadem de illis eſt ſententia. At in univerſum tamen omnes fatentur, qui naturam rerum ſpeculati ſunt, haec duo in eas cadere: Primum, nullam earum per ſe conſtare, atque extra extenſam ſubſtantiam, ſive corpus & materiam, qua ſuſtentetur, permanere poſſe. Alterum, omnes deleri & deſtrui poſſe, ſic ut nulla inde ſubſtantia detrimenti aliquid capiat. Jam, quod ad vitam, ſenſum ac intelligentiam attinet, hae res aeque in his corporum ſunt affectionibus & qualitatibus, atque album & nigrum, frigidum & calidum. Ex quo apparet, propriam eas minime naturam habere, ſed ſubſtantia ipſa ſeu materia permanente, in-

coërceri queant illi, qui Deum eſſe credunt. At vocabulo *argumenti* latius videtur hoc capite uſus eſſe *Cudworthus*, eoque deſignaſſe omnia, quae garrire ſolent contemtores Dei ad perverſitatem ſuam exornandam. Qui homines, ſi ita rationem ſubducerent: *Homines ex abſtractarum rerum nominibus occaſionem ſumſerunt Deum ſibi fingendi: ergo nullus eſt Deus*, digni eſſent, quos ſani omnes irriderent, non quos ſerio confutarent.

(z) *Quinta nunc ſuccedat*] Neque hoc ego argumentum ita ab ullo Atheo adhibitum eſſe puto ad divinam naturam oppugnandam, ut hic a *Cudworthio* proponitur. Exiſtimo vero, occulte hic eum *Hobbeſium* ferire voluiſſe, atque oſtendere, quonam philoſophi hujus ſcita ducant, quem Deum ſtatuiſſe corporeum eſſe non ignotum eſt.

Digitized by Google

80 interire poſſe & occidere. Itaque, quando membra corporis animati cohaerentia inter ſe particulatim diſtrahuntur, aut artificioſa totius materiae diſpoſitio conturbatur, formae quidem illae & qualitates, quas *ſenſum* vocamus & intelligentiam, pereunt, & in nihilum abeunt, at ipſius materiae nihil omnino interit, ſed haec tota alicubi in rerum univerſitate permanet. Quodſi ergo a materia diſceſſeris corporum, nude ac ſine ullis qualitatibus ſpectata, nusquam aliquid in hoc orbe reperies, quod corruptionem & exitium evitare poſſit. Atque hac de materia id quoque debet accipi, quod vulgo dicitur: *Ex nihilo nihil fit, aut in nihilum abit.* Cujus dicti haec eſt ſententia: Nulla res effici poteſt & gigni, niſi praeſto ſit materia, ex qua efficiatur. Atqui haec materia ab omni per ſe exſiſtit aeternitate, parenteque caret & conditore. Ex quo efficitur, eam nec interitum metuere, aut in nihilum abire poſſe. Qui de qualitatibus vel affectionibus hoc vellet effatum intelligere, nae is vehementer erraret, quoniam illae omnes & ortum habent & finem, ac uti generantur, ita etiam corrumpuntur & deſinunt. Summa veluti totius univerſi ὕλη eſt πως ἔχουσα, *materia ſic vel aliter affecta & conſtituta.* Illi autem modi, temperationes, diſpoſitiones & affectiones materiae nihil habent in ſe, quod ab interitu eas ſervare queat: ſola, in qua inſunt, materia, quae variis qualitatibus recipiendis apta, neque certis quibusdam alligata eſt, perpetua eſt, unumque illud ἀγένητον καὶ ἀνώλεθρον, quod per ſe & neceſſario exſiſtit. Quamobrem hoc ratum atque judicatum eſſe debet, fieri nullo modo poſſe, ut ullum animal & corpus conſilii & ſenſus compos a corruptione & interitu liberum maneat. Sola namque materia hoc utitur jure, quod ipſa cum nulla alia natura communicare poteſt. Quod ſi ita ſeſe habet, quid evidentius eſt, quam ineptire eos, qui Deum ſibi fingunt corporeum, rerum omnium ſatorem & ſeminatorem, a cujus natura omne prorſus abſit corruptelae & exitii periculum?

Stoicos quidem ſtatuiſſe, certum eſt, totum hoc univerſum corporeum animal eſſe quoddam aut Deum. Verum is ipſe Deus corporeus non tam natura credebatur perennis & immortalis, quam caſu. Eſſe enim negabant Stoici ullam aliam extra mundum hunc materiam, quae vi quadam in eum ferri, totiusque corporis compagem labefactare aut disjicere queat. (*q*) Qualis ſi foret extra orbem hunc materia magni hujus animalis aut ſolidi Stoicorum Dei ſenſus & ratio, non ſecus ac reliquorum animantium, ad nihilum redigeretur. Patet igitur, ipſa eorum, qui nil, praeter corpora, credunt eſſe, principia neceſſario flagitare, ut nullum eſſe putetur corporeum Numen. Etenim Deum qui nominat, is naturam intelligit, quae nec facta eſt umquam, nec ullo modo interire poteſt, ἀγένητον καὶ ἀνώλεθρον. Atqui duo haec de nulla re alia, quam de materia ſenſu vacua praedicari poſſunt.

§. X.

(*a*) *Qualis ſi foret extra orbem*] Hoc vero quaeri poſſet. Non ego pugnem cum illis, qui Stoicos corporeum profeſſos eſſe Deum, eumque igneum, cenſent. Sed aegre mihi perſuadeo, tam abſurdam hanc fuiſſe familiam, ut iſtum Deum incurſione alius materiae, ſi quidem exſtitiſſet, diſſipari poſſe ſibi perſuaſerit. Quin etiam habere mihi videor, quo doceam contrarium. Deus Stoicorum habitabat in materia, totamque molem virtute ſua agitabat, & ad ſententiam ſuam regebat. Igitur in eum nihil potuit materia, quum ipſe omnia poſſet in materiam. Quare, ſi vel alia etiam, praeter eam, quam incolebat, exſtitiſſet materia, veriſimile tamen eſt, hanc quoque ipſum ſibi ſubjecturum, & certis legibus alligaturum fuiſſe. Taceo, in hac cauſſa vocem *temere* aut *per accidens*, ut in Anglico eſt, parum commode adhiberi. Nihil enim temeritati, caſui & fortunae dabant Stoici, verum omnia

§. X. Sed (*b*) quo penitus conficiatur corporeus ille, quem Stoici & alii quidam comminiſcuntur, Deus, multo ſibi efficacius ex atomorum diſciplina cenſent argumentum petendum eſſe religionis hoſtes. Sic nempe diſputant: Quicumque corporeum eſſe Deum arbitrantur, naturamque aliquam intelligentem materiam hujus univerſi incolere, quae totum, quem videmus, orbem vi & ratione fabricata ſit, contendunt, illi magnam produnt rerum philoſophicarum ignorationem, corporumque naturam non perſpiciunt. Nam primo generatim aſſumunt, eſſe in corporibus, praeter magnitudinem, figuram, ſitum, & motum, certas, easque ſimplices & ipſi materiae aequales, proprietates: deinde ſigillatim qualitatem quamdam ſive facultatem intelligendi in hujus orbis inhaerere materia concludunt, quae neque compoſita ſit, neque ex aliis rebus derivata, eamdemque habeat, quam ipſa materia, aeternitatem. Atqui manifeſtum eſt, neminem unum qualitates hujusmodi vel facultates, ab ipſa materiae extenſae ſubſtantia, ejusque 81
variis affectionibus, figura, ſitu, motu, quiete, diverſas, animo ſibi fingere poſſe, quin idem totidem diſtinctas eſſe naturas, confirmet, quibus nil ſolidi adhaereat & corporei. Sic philoſophi illi incauti & imprudentes ad id ipſum delabuntur, quod omni ſibi ſtudio fugiendum eſſe ducunt. Nec enim intelligo, quidnam qualitas iſta ſive intelligentia ex nulla re alia orta, quam materiam hujus univerſitatis volunt animare, aliud eſſe queat, quam natura corpore vacua & libera. Dudum vero eſt, quod *Epicurus* hominum animos adverſus vulgarem hunc de qualitatibus errorem communire ſtuduit: (*c*) *Non ſic*, inquit, *cogitandae ſunt qualitates, quaſi ſint quaedam per ſe exiſtentes naturae ſeu ſubſtantiae, ſiquidem id mente aſſequi non licet; ſed ſolummodo ut varii modi ſeſe habendi corporis conſiderandae ſunt.*

Corpus in ſe ſpectatum nullis praeditum eſt qualitatibus, quam illis, quae notionem naturae extenſae conſtituunt, id eſt, figuram ſitumque habet, motus, quietis, & diviſionis capax eſt: quarum quidem ex rerum multiformi compoſitione aliae naſcuntur qualitates, quae ſenſus noſtros varie afficiunt. Sicut igitur plebeji philoſophi *primam*, quam ſibi fingunt, nec definire tamen perſpicue poſſunt, *materiam* omnibus privatam eſſe qualitatibus dicunt, at recipiendis tamen omnibus idoneam: ita nos atomos, quae omnium omnino rerum primordia ſunt, cunctis illis ſpoliamus qualitatibus, quibus corpora gaudent compoſita. Nullum individuum corpuſculum natura nigrum vel candidum, calidum aut frigidum, ſiccum aut humidum, dulce vel amarum eſt. Haec omnia deinceps ex varia eorum textura & conjunctione, diverſaque commotione naſcuntur & proveniunt. Atque id ipſum *Lucretius* argumento confirmat, ex doctrina de atomis depromto: Si primis, inquit, rerum principiis ejus generis ineſſent qualitates, quas diximus, fieri nullo modo poſſet, quin in variis, quas evenire videmus in natura rerum, corruptionibus res ipſae funditus interirent:

(*d*) *Im-*

omnia neceſſario & aeterna quadam lege ſic eſſe conſtituta, uti ſunt, praecipiebant. Quocirca ipſa natura ſua, non caſu, aeternaque neceſſitate quadam Stoicorum Deus immortalis, perennis & corruptionis omnis expers erat. Sunt ceterum, praeter Stoicos, multi alii tam veterum, quam recentiorum, de quibus nunc ſileo, qui duplicis eſſe generis materiam putarunt, aliam mutationi obnoxiam, aliam nulla vi aut arte mutabilem.

(*b*) *Quo penitus conficiatur*] Sed hoc argumentum, ſi modo dignum eſt hoc nomine, latius patet, nec modo Deum Stoicorum corporeum, ſed omnem prorſus divinam naturam aggreditur. Quodſi enim ratio, conſilium, & ſapientia ex fortuita concurſione profecta ſunt atomorum, id relinquitur, ut omnem de praeſtanti quadam & divina ratione cogitationem abjiciamus.

(*c*) *Non ſic, inquit*] Haec cujusnam auctoris verba

Digitized by Google

(*d*) *Immutabile enim quiddam ſuperare neceſſ' eſt.*
Ne res ad nihilum redigantur funditus omnes:
Proinde colore cave contingas ſemina rerum,
Ne res ad nihilum redeant tibi funditus omnes.

Ex quo ſtolidum fore concludit, ſi quis albas res ex albis, nigras ex nigris confectas eſſe ſeminibus, cogitet:

(*e*) —— *Ne ex albis alba rearis*
Principiis eſſe, — ——— —
Aut ea, quae nigrant, nigro de ſemine nata:
Neve alium quemvis quae ſunt induta colorem,
Propterea gerere hunc credas, quod materiai
Corpora conſimili ſint ejus tincta colore:
Nullus enim color eſt omnino materiai.
Corporibus, neque par rebus, neque denique diſpar.

Nec aliter addit de ceteris, quae ſenſus cient, qualitatibus ſentiendum eſſe, quam de coloribus:

(*f*) *Sed ne forte putes: ſolo ſpoliata colore,*
Corpora prima manere: etiam ſecreta teporis
Sunt, ac frigoris omnino calidique vaporis,
Et ſonitu ſterila, & ſucco jejuna feruntur,
Nec jaciunt ullum proprio de corpore odorem.

Poſtremo rationem hanc ad ſenſun, vitam, & conſilium ſimiliter pertinere, declarat: negat, ejusmodi qualitates in ſeminibus latere, ex quibus conflata ſunt animalia, principiaque corporum ſenſu, vita, & mente penitus eſſe deſtituta, tradit:

82 (*g*) *Nunc ea, quae ſentire videmus cunque, neceſſe eſt,*
Ex inſenſilibus tamen omnia conſiteare
Principiis conſtare: neque id manifeſte refutant:
Sed magis ipſa manu ducunt & credere cogunt,
Ex inſenſilibus, quod dico, animalia gigni.
Quippe videre licet, vivos exſiſtere vermes
Stercore de tetro, putrorem cum ſibi nacta eſt
Intempeſtivis ex imbribus humida tellus.

Sunt

verba ſint, quum de ipſa *Epicuri* ſententia nullum cuiquam eſſe dubium queat, qui vel *Laërtium* aut *Gaſſendum* inſpexerit, non mihi curioſe inquirendum duxi. Credo tamen, *Gaſſendum* alicubi haec *Epicuro* verba ſuppeditaſſe.

(*d*) *Immutabile enim*] *Lucretii* verſus ſunt *de natura rerum Lib.* II. *vſ.* 750. 751. & 754. 755. *p.* 395. 396.

(*e*) *Ne ex albis*] *Lucretius Lib.* II. *vſ.* 730. *ſ. p.* 392. Praepoſtero hi verſus *Lucretii* ordine hic ſunt poſiti; neque forte totum argumentum hoc ſapiens negaverit aliquanto aptius & concinnius disponi potuiſſe.

(*f*) *Sed ne forte*] *Lucretius Lib.* II. *vſ.* 841. *p.* 408.

(*g*) *Nunc ea*] *Lucretius Lib.* II. *vſ.* 864. *p.* 412. 413. Unus tamen *Lucretii* verſus, nempe *vſ.*

Digitized by Google

Sunt nonnulli quidem inter eos, qui ceteroquin pari nobiscum ardore religiones oppugnant, quibus placet, ſenſum & intelligentiam in hominibus & animantibus vitae cujusdam & rationis, in ipſa latentis materia, propaginem eſſe. Sed his nemo temere fidem adjunget ſapiens. Namque ſi materia per ſe vita & ratione eſſet praedita, quaelibet ejus particula natura foret neceſſario per ſe conſtans, viva, ſentiens & intelligens. Quod quidem ſi ſic ſe haberet, quanam, quaeſumus, ratione tales inde fingi potuiſſent homines & animantes, quales nunc cernimus? Quilibet enim homo, ex ejusmodi materia conflatus, non animal eſſet, ſed *variorum animalculorum acervus.*

Quamobrem ſic habendum omnino eſt, vitam, ſenſum, & conſilium, non ſecus ac reliquas, quae corporibus inſunt, qualitates ex diverſa corpuſculorum individuorum, quae his omnibus carent qualitatibus, textura, aut ex varia ſimplicium elementorum, magnitudinis, figurae, ſitus & motus, compoſitione proficiſci. Sic paucis ex litteris multiplicique earum conjunctione immenſam vocum atque ſyllabarum multitudinem exſiſtere, cernimus.

(*b*) *Quin etiam refert noſtris in verſibus ipſis,*
Cum quibus, & quali poſitura contineantur:
Namque eadem coelum, mare, terras, flumina, ſolem
Significant, eadem fruges, arbuſta, animantes.
Sic ipſis in rebus item jam materiai
Intervalla, viae, connexus, pondera, plagae,
Concurſus, motus, ordo, poſitura, figurae
Cum permutantur, mutari res quoque debent.

Fortuita atomorum ſenſus & rationis expertium concurſio in certis mundi partibus, quae animantes vocantur, animum & mentem, ſenſum & intelligentiam, conſilium & ſapientiam genuit. A qua ſententia qui ſibi putant abeundum, & vel animalem quamdam naturam ante ipſa animalia exſtitiſſe ſibi perſuadent, aut excellentem quamdam mentem & intelligentiam ab aeterno fuiſſe diſputant, quae cuncta animantia una cum ipſo mundo fabricata ſit, illi rectam plane rationem deſerunt. Nam aut in abſurdum illud incidunt vitium, quod orbem ſive circulum philoſophi vocant, atque ſine fine modoque jam animalia natura illa, quam fingunt, animali, jam viciſſim naturam hanc animalibus aetate ſuperiorem eſſe ſtatuunt; aut vero, quod fieri nullo modo poteſt, intelligentem quamdam qualitatem ſine ulla cauſſa in materia eſſe ortam, opinantur. Nulla ſapientia, nulla ratio, nullum conſilium adfuit atomis, quum primum coirent, mundumque hunc efficerent: iſta enim omnia nulla erant tum temporis, nec niſi ex atomorum concretione deinceps nata ſunt.

(*i*) *Nam*

cf. 867. hic omiſſus eſt, quoniam non valde juvabat auctoris inſtitutum.

(*h*) *Quin etiam refert*] *Lucretius Lib.* II. *vſ.* 1012. *p.* 836. Sed verſum ſecundum ex memoria, non ex codice deſcripſiſſe videtur. Omnia enim exempla ſic legunt:

Cum quibus, & quali ſint ordine quaeque locata.

Qui vero hic expreſſus eſt verſus:

Cum quibus, & quali poſitura contineantur.

is *Lib.* I. *de rer. natura vſ.* 818. in ſimili argumento legitur. Addo, inter quartum & quintum verſum eorum, qui hic exhibentur, duos eſſe omiſſos verſus *Lucretii*, ſine quibus ſententia plana eſt ac evidens.

(*i*) *Nam*

Digitized by Google

(*i*) *Nam certe neque conſilio primordia rerum*
Ordine ſe quaeque atque ſagaci mente locarunt,
Nec, quos quaeque darent motus, pepigere profecto.

Deſipiunt, qui ſapientiam, rationem & ſagacitatem fundamenta hujus univerſi jeciſſe putant. Etenim nihil in his eſt affectionibus, propter quod ἀρχὰς ſive principiorum nomen imponi eis poſſit. Nullum locum in rebus ſimplicibus, quae per ſe exſiſtunt, nec aliquam ſui cauſſam habent, tueri poſſunt, ſed, quemad-
89 modum reliquae qualitates corporum, compoſitae ſunt, & ex aliis rebus prognatae ac derivatae. Ab ejusmodi vero proprietatibus, quis, quaeſo, ſibi perſuadeat, mundum eſſe conditum? Ratio & ſapientia non ſunt Deus, verum motus & materiae effectus.

Juvat totam hanc argumentationem brevius comprehendere: Materia ſeu corpuscula nullis qualitatibus inſtructa ſemina ſunt & primordia totius univerſi. Ab iisdem igitur atomis vita, ſenſus, & intelligentia trahunt originem. Nimis ergo delirant, qui ab intelligenti quadam natura, ſive Deo, mundum hunc vita & conſilio conſtructum eſſe, ſtatuunt.

§. XI. Septimum nunc afferam argumentum, quod ab iis adhibetur, qui, *Democriti* ſcitis freti, religionem aggrediuntur. Sic itaque ratiocinantur: Totum mundum hunc animatum eſſe (ἔμψυχον εἶναι τὸ πᾶν) credant neceſſe eſt, qui Deum eſſe non dubitant, ſeu, quod idem eſt, exiſtiment, oportet, viventem quamdam, intelligentem & ſapientem naturam toti mundo praeſidere. Jam ex nonnullis argumentorum, quae adhuc expoſuimus, ſatis intelligitur, fieri nullo modo poſſe, ut mundus eo ſenſu ſit animatus, quo volunt Platonici. Nam quum antea demonſtratum ſit, commenta eſſe cuncta, quae de naturis corpore deſtitutis feruntur, id una probatum eſt, vehementer falli eos, qui cum Platonicis mentem in hoc univerſo ineſſe ſimplicem & quovis corpore priorem arbitrantur. Iisdem rationibus certum eſt, neque Stoicorum de mundo animato ſententiam valere poſſe, quippe qui mundi animam & intelligentiam certam eſſe perhibent qualitatem, in ipſa inhaerentem & reſidentem materia, quae nullis ex aliis oriatur proprietatibus. Sed ſunt nihilominus fortaſſis, quibus tertia placet ſententia. Eſt in nobis ceterisque animalibus, licet ex atomis ſenſu deſtitutis conflata ſint, mens & animus quidam; qui, etiamſi ex atomorum textura natus ſit, tamen, ex quo ſemel ortus eſt, toti imperat corpori, motusque ejus pro lubitu gubernat. Quid ſi ergo aliqui ſuſpicentur, ejus generis vitam & animam pariter cum in ſtellis verſari, quas minores aliqui Deos eſſe quondam crediderunt, tum in ſole, quem principem olim Deum putarunt? Quid ſi pergant etiam, ac in tota hacce univerſita-

(*i*) *Nam certe*] *Lucretius Lib.* I. *vſ.* 1020. *ag.* 239.

(*k*) *Septimum nunc*] Sed neque hoc argumentum alicuius eſt momenti, aut vel ultimum locum in rationibus, quibus Deum veſani homines oppugnant, tueri poteſt. *Senſus, ratio & intelligentia naſcuntur ex certarum atomorum concurſione. Ergo in mundo ſenſus, ratio & intelligentia eſſe nequit. Igitur nec Deus eſt.* Hoc qui probat connexum, is viderit, ne jure ſummam ſapientum indignationem incurrat. Etenim perſpicuum primo eſt, hic illud aſſumi, quod in controverſia vertatur, ex atomorum nempe compoſitione quadam rationem & ſapientiam naſci. Deinde, ſi vel hoc certum eſſet, atomorum texturae cuidam id nos debere, quod ſapimus, ratiocinamur, & intelligimus, haud tamen inde ſequeretur, nullum Deum eſſe. Denique, quidnam ſibi vult haec ratiocinatio?

ſitate, ex terra, aethere, aqua, aëre, ſole, luna & ſtellis conſtante, praecipuam quamdam mentem reſidere dicant, ex fortuito quidem materiae concurſu natam, attamen, poſtquam ſemel eſſe coepit, totum mundum ratione verſantem & dirigentem, cunctaque multo ſapientius, ac mentes hominum corpora ſua, gubernantem, eamdemque mentem ab hocce principatu & dominatione, dum mundus permaneat, deſtituram eſſe negent? Haec ſententia, licet multum ab eorum opinione diſcrepet, qui verum quemdam & proprie ſic dictum profitentur Deum, ſimilis illi tamen non una ex parte videtur, verendumque igitur, ne, ſi ſemel obtineat, cuncta, quae doctrinam de Deo comitantur, incommoda in vitam ſecum adducat hominum. Quocirca, ut ex hominum animis omnis Dei metus radicitus extrahatur, huic etiam commento bellum inferemus, neque talem animam, ex conjunctione atomorum prognatam, quae corporeae huic univerſitati leges ferat, exiſtere, demonſtrabimus.

Vidimus, vitam, ſenſum, rationem, & intelligentiam, non ſecus ac frigus & calorem, corporum concretorum qualitates eſſe, quae ex certa quadam atomorum textura unice proficiſcantur. Sicut autem prima corporum ſemina, ſingulaeque, quibus illa conſtant, atomi nullam hujusmodi qualitatem in ſe natura habent; ita nec tota natura ulla inſtructa eſt hujus notae qualitate, unde poſſit appellationem ducere, ſed partes tantum ejus continet. Totus mundus nec niger eſt, nec albus, nec calidus, nec frigidus, nec opacus, nec pellucidus; at has omnes qualitates, certis partibus ſuis concluſas, continet. Similiter vita, ſenſus, & intelligentia univerſe non inſunt in mundo, ſed in illis tantum ejus membris, quae animalia vocantur, reſident. Vita & ſenſus qualitates ſunt, quas talis efficit animo- 84
rum concretio, qualis mollem carnem, ſanguinem, cerebrum una cum capite, corde, viſceribus, nervis, muſculis, venis, & arteriis in corporibus animatis producere ſolet.

(*l*) —— —— *Senſus jungitur omnis*
Viſceribus, nervis, venis, quaecumque videmus
Mollia mortali conſiſtere corpore creta.

Ratio vero quae nominatur & intelligentia, qualitas eſt, quam ſibi ſoli humana forma habet adjunctam. (*m*) *Ratio nusquam eſſe poteſt, niſi in hominis figura.* Ex quo conficitur, in mundo, quoniam ſanguine & cerebro caret, nec formam vel humanam vel animalem habet, nullam ineſſe mentem poſſe, vel vitam & animam, quae totum hoc univerſum moderetur & gubernet. (*n*) *Qui mundum ipſum animantem ſapientemque eſſe dixerunt, nullo modo viderunt animi naturam, in quam figuram cadere poſſit.* Hac fretus ratione (*o*) *Lucretius* negat, eſſe in hoc mundo divinum quemdam ſenſum:

Diſpo-

tio: Mundi anima nulla eſt: ergo Deus quoque nullus eſt? Sed, quod jam antea dixi, nihil hic negligere voluit *Cudworthus* eorum, quae ab hominibus, quibus odio Deus eſt, proferri poſſent. Igitur & ea hoc capite in argumentis numeravit, quae inter corruptae mentis deliriones, quotquot rationi morem gerunt, collocabunt.

(*l*) *Senſus jungitur*] *Lucretius Lib. II. vſ.* 903. *p.* 418.

(*m*) *Ratio*] Ita *Vellejus* apud *Ciceronem de natura Deor. L.* I. *Cap.* 18. *p.* 2907.

(*n*) *Qui mundum ipſum*] Haec *Velleji*, Epicurei, verba ſunt apud *Ciceronem de natura Deor. Lib.* I. *Cap.* 10. *p.* 2893. *T.* IX. *Opp.*

(*o*) *Lucretius*] *Lib.* V. *de rer. natura vſ.* 143. *ſ. p.* 243. 244. *T.* II. *Opp.*

Digitized by Google

Diſpoſitum videtur, ubi eſſe & creſcere poſſit
Seorſim anima atque animus: tanto magis inficiandum,
Totum poſſe extra corpus formamque animalem
Patribus in glebis terrarum, aut ſolis in igni,
Aut in aqua durare, aut altis aetheris oris.
Haud igitur conſtant DIVINO *praedita* SENSU,
Quandoquidem nequeunt vitaliter eſſe animata.

Quodſi nullus extra nos, ejusdemque, cujus nos, naturae participes, menti atque rationi locus eſt, neque aliquid in tota rerum natura nobis eſt excellentius, cetera vero omnia, ſive ſupra nos ſint poſita, ſive circum nos appareant, ſenſu atque vita carent: quodſi nec totum hoc corporeum univerſum, nec inſigniora ejus membra, ſol, luna & ſtellae, ſpiritu & mente gaudent, quid, quaeſo, eſt, cur Deum imminere nobis aliquem exiſtimemus?

§. XII. Pergunt contra Deum diſputare Democriticae familiae alumni, & ſequenti etiam utuntur argumento, (*p*) cui octavum in eorum rationibus locum aſſignavimus: Deum omnes animal eſſe dicunt beatiſſimum, immortale, & corruptionis omnis expers, *ζῶον μακάριον καὶ ἄφθαρτον.* Atqui nulla eſt inter res animatas natura, cui neque mors neque corruptio metuenda ſit. Nec igitur eſſe poteſt aliqua, quae abſoluta fruatur felicitate. Rerum omnium primordia *Democritus* docuit corpuscula eſſe & vacuum. Quod ſi recte praecepit, tria tantum ſunt in rerum natura, a quibus corruptelae periculum abeſt. Primo vacuum ſeu inane ſpatium: quod quoniam *expers plagarum* eſt, nec ab alia quadam re injuria poteſt aſſici, conturbari etiam non poteſt & corrumpi.

(*q*) *Et manet intactum, nec ab ictu fugitur hilum.*

Deinde corpuſcula minuta ſive atomi: namque haec, cum ſolida ſint & tenuiſſima, individua ſimul oportet eſſe. Poſtremo ſumma rerum omnium ſive omnium atomorum per immenſum ſpatium longe lateque fuſarum ambitus & comprehenſio.

(*r*) — — *Quia nulla loci ſtat copia certum,*
Quo quaſi res poſſint diſcedere diſſoluique.

Sin vero recentiores atomorum vindices audiendi ſint, quibus ex antiquis *Empedocles* aſſentitur, qui nihil eſſe vacuum, plena omnia, volunt, praeter ipſam materiae ſubſtantiam, nihil omnino eſſe, quod corrumpi nequeat, affirmandum erit.

(*p*) *Octavum*] In iisdem hoc argumentum haeret vitiis, in quibus praecedens. Id enim eius ſibi ſumunt auctores, quod in controverſiam cadit, vitam eſſe nullam, niſi ex certarum atomorum textura ſingulari.

(*q*) *Et manet*] *Lucretius Lib.* V. *vſ.* 358. *p.* 272. Add. *Lib.* III. *vſ.* 814. *p.* 600.

(*r*) *Quia nulla loci*] *Lucretius Lib.* III. *vſ.* 815. *p.* 600. In editis tamen non *ſtat*, ut hic, legitur, verum *ſit.*

(*s*) *Quae eſt*] Ita *Cicero* exclamat *de natura Deor. Lib.* I. *Cap.* 8. *p.* 2891. *T.* IX. *Opp.*

(*t*) *Non ſic interimit*] *Lucretius Lib.* II. *vſ.* 1001. *p.* 434.

(*u*) *Cyrenaici*] *Laërtius* memoriae prodidit, *Hegeſiacis*, quos in Cyrenaicorum ſectis numerat, hanc fuiſſe ſententiam: τὸν εὐδαιμονίαν ὅλως ἀδύνατον εἶναι, *eſſe impoſſibile, cumulate beatam vitam conſequi,*

Digitized by Google

erit. Reliquae materiae compages omnes & commiſſurae, *συσκέμματα* omnia & *ἀθροίσματα*, cunctae concretiones & coagmentationes, quae motu disjunguntur, una cum qualitatibus inde natis deſtrui & diſſipari poſſunt. (*s*) *Quae eſt coagmentatio rerum non diſſolubilis?* Mors ipſam minime conficit & exſtinguit materiam; quae quo- 85
niam non fit ex nihilo, ſed ab aeterno exſtitit, ideo in nihilum etiam ullo modo redire nequit. Quae vero aggregata ſunt ex materia, ea vis mortis disjicit & ſejungit.

(*s*) *Non ſic interimit mors res, ut materiai*
Corpora conficiat, ſed coetum diſſupat oliis.

Non eſt vita animalium res quaedam per ſe conſtans, aut natura ſimplex & primigenia, ſed qualitas tantummodo, ex ſingulari compoſitione & textura certorum corpuſculorum prognata. Quorum quidem corpuſculorum vinculis & commiſſuris ſublatis, ipſa quidem materia permanet, ac in varias partes diſpergitur & diſtribuitur, vita vero & anima perit & ad nihilum redigitur. Nulla vita perennis eſt, nulla anima immortalis, nullum animal, nullusque Deus ſempiternus. Tota licet mundi moles animata ſit, attamen, quum ex materiae partibus colligata ſit, nec a corruptione ſeſe nec ab interitu integram tueri poteſt. Nulla itaque vivens natura quum ſibi polliceri queat aeternitatem, evidens eſt, in nullam etiam earum perfectam cadere felicitatem poſſe. Quare (*v*) Cyrenaici philoſophi, qui nobiscum religiones omnes cupiunt exſtinctas, praeclare prorſus praecipiunt, perfectam felicitatem rem eſſe commentitiam & otioſe confictam, quae nec umquam fuerit, nec futura ſit (*τὸ εὐδαιμονικὸν ἀνύπαρκτον.*) Huic argumento ſcriptum legimus *Democritum* inſignem in primis vim tribuiſſe ad tollendam divinam naturam. Nihil eſt immortale: ergo nihil etiam ab omni parte beatum eſt: ergo nullus quoque Deus. (*x*) *Quum Democritus, quia nihil ſemper ſuo ſtatu maneat, neget, eſſe quicquam ſempiternum, nonne Deum ita tollit omnino, ut nullam opinionem ejus reliquam faciat?*

§. XIII. Proximum locum inter temere ſic appellatas ſectatorum *Democriti* demonſtrationes, quibus Deo vim afferri poſſe credunt, ſequens occupet ratio: Deus intelligitur prima cauſſa omnisque motus eſſe principium; natura, quam nulla alia movet cauſſa, quum ipſa contra motibus cieat omnia, eoque modo res omnes efficiat. Jam quis neſcit, communi omnium philoſophorum conſenſione hoc ſcitum eſſe firmatum: *Nihil ſemet ipſum movere poteſt. Quidquid autem movetur, ab alio movetur.* Unaquaeque actio talis eſt tantaque, qualis & quanta eſt externa impulſio, quae producit actionem. In hanc rationis normam ſine controverſia peccant, qui principium quoddam motus, cauſſam primam, aut, quod idem eſt, Deum comminiſcuntur. Eſt (*y*) nonnemo inter recentiores philoſophos, qui hoc argumen-

tum,

qui, & ἀνύπαρκτον τὸ εὐδαιμονικὸν εἶναι, beatam vitam obtineri non poſſe, Lib. II. *de rebus geſtis philoſ. Segm.* 94. *p.* 135.

(*x*) *Quum Democritus*] Haec *Ciceronis* verba ſunt *de natura Deor. Lib.* I. *Cap.* 12. *p.* 2897. Verum ex his minime ſequitur, hoc argumento *Democritum* divinam naturam oppugnaſſe, aut eo nihil putaſſe validius ad Deum de medio tollendum. *Cicero* enim hoc tantum perhibet, ex *Democriti* ſententia, negantis, quicquam eſſe ſempiternum, id conſequutionis lege fluere, nullum eſſe Deum.

(*y*) *Nonnemo inter recentiores*] Hic *Thomas* eſt *Hobbeſius*, in cujus *Elementis philoſoph. P.* IV. ſive *Phyſica Cap.* 26. §. 1. *p.* 204. verba, quae hic afferuntur, exſtant. Sed metuo, ne putent aliqui, nonnihil injuriae illatum eſſe *Hobbeſio*, ſi integra ejus verba legant, quae ſubjicio: *Eſſi*, inquit, *ex eo, quod nihil poteſt movere ſe ipſum, ſa-*

Digitized by Google

tum, prorſus ex veterum *Democriti* amicorum ſententia, ſic urget: *Ex eo*, inquit, *quod nihil poteſt movere ſe ipſum, non inferetur id, quod inferri ſolet, nempe aeternum immobile* (id eſt, Deus), *ſed contra aeternum motum; ſiquidem, ut verum eſt, nihil moveri a ſe ipſo, ita etiam verum eſt, nihil moveri, niſi a moto.* A motu igitur ad motum infinite, ſine ullo principio & cauſſa movente, adſcendendum ſemper & progrediendum eſt. Quorſum ſpectet haec argumentatio, perſpicuum eſt. Id, a quibus exorta eſt, conficere ſtudent, non modo rationem, quae ad probandum Deum ab exordio motus ducitur, futilem & inanem eſſe, verum etiam, qui veram motus naturam intelligit, cum minime dubitare poſſe, quin nullum ejus ſit exordium, nulla prima cauſſa, quae res omnes agitet & cieat, nullus verbo Deus aut parens rerum omnium.

86 §. XIV. At qui Dei cauſſam agunt, non diffitentur, corpora motum ſibimet ipſis impertiri haud poſſe; verum a natura quadam intelligenti & perfectiſſima res omnes & ortum habere & motum, contendunt. Igitur, ut hanc eorum ſententiam perimant religionum adverſarii, ſic fere diſputant: Quemadmodum fieri poſſit, ut cogitatio quaedam exoriatur in homine, quae non exſtitit antea, niſi cauſſa quaedam ſit extra cogitantem, a qua illa producatur, id vero nemo unus comprehendere poteſt mortalium. Finge, nullam eſſe cauſſam ejusmodi, & nihil omnino habebis, quo doceas, cur haec, non vero alia in nobis cogitatio, hocque potius tempore, quam alio, naſcatur. Quare, quod Stoici quondam pronuntiarunt, nullam eſſe κίνησιν ἀναίτιον, ſive nullam vel commotionem fieri, vel actionem edi poſſe, quam certa cauſſa non praecedat, id extra omnem poſitum eſt controverſiam. Quam ſententiam (z) recens quidam auctor his verbis expoſuit: *Nihil oritur a ſe ipſo, ſed ab actione alius agentis, extra ſe poſiti.* Quocirca, qui res omnes a natura quadam cogitante derivant, aeque ſapienter faciunt, ac ſi dicerent, machinam quamdam omnia, quae ſunt, protuliſſe. Adde his, duas illas notiones, alteram naturae cogitantis rationisque compotis, alteram naturae ab omni parte beatae, tam eſſe abſurdas, ut ſemet ipſas evertant. Quidquid enim ſcientiae eſt, id a cauſſa quadam alia procedat, neceſſe eſt. (a) *Scientia & intellectus ſignum eſt potentiae ab alio dependentis, id quod non eſt beatiſſimum.* Concludimus itaque, omnem actionem & cogitationem nihil eſſe, niſi motum: ex quo efficitur, eam per ſe nullo modo exiſtere poſſe, verum ab externa quadam cauſſa provenire.

§. XV. Videamus undecimam Democriticae ſapientiae ſectatorum argumentationem: Si, inquiunt, mundum mens quaedam ſapiensque natura, aut vero Deus qui-

tis recte infertur, primum aliquod eſſe movens, quod fuerit aeternum; non tamen inferetur id, quod inferre ſolent, nempe aeternum immobile, ſed contra aeternum motum: ſiquidem ut verum eſt, nihil moveri a ſe ipſo, ita verum eſt, nihil moveri, niſi a moto. Vident, qui haec verba diligenter conſiderant, continuo, atrocitatem ſententiae, quam auctori eorum *Cudworthus* attribuit, illis nonnihil diminui. Nec enim (I.) negavit *Hobbeſius*, ex motu demonſtrari poſſe, eſſe primum aliquod movens, idque aeternum, ſive Deum. Neque (II.) dixit, illud primum movens ab alia externa cauſſa moveri. Etenim diſerte affirmat, aeternum illud eſſe. Sed hoc (III.) tantum profeſſus eſt, primum illud movens non eſſe immobile, verum movere ſeſe, atque, dum ſeſe movet, reliqua corpora propellere. Scilicet, Deum eſſe corporeum ſtatuebat *Hobbeſius*. Concedebat, ex motu cognoſci poſſe, Deum eſſe: at corporeum, quem ſibi fingebat, Deum, ſi corporibus aliis motum dare velit, ſemet ipſum antea movere debere, judicabat. Cauſſam autem motus, quo Deus ipſe agitatur, non ex-

Digitized by Google

quidam fabricatus eſt, quis, antequam ille conderetur, exemplum ejus quoddam ſive ſimulacrum exſtitiſſe, negaverit? Igitur re vera notitia & ſcientia exſtitit, antequam res ipſae eſſent. Verum omnis notitia rerum jam exſiſtentium eſt informatio: mens noſtra quando apprehendit aliquid & percipit, tum a rebus, quas percipit, impellitur & afficitur. Quod quidem declarat, notitiam rebus ipſis recentiorem eſſe. Quamobrem ſic opinemur, mundum hunc resque omnes fuiſſe, antequam notitia eſſet aliqua aut animi comprehenſio, non vero mentem putemus, intelligentiam, & ſcientiam ſive Deum mundum aetate ſuperare, ejusque cauſſam eſſe. Apponam (*b*) *Lucretii* verſus, quibus hoc argumentum expoſuit:

Exemplum porro gignundis rebus & ipſa
Notities hominum Divis unde inſita primum,
Quid vellent facere, ut ſcirent, animoque viderent?
Quove modo eſt unquam vis cognita principiorum,
Quidnam inter ſeſe, permutato ordine, poſſent,
Si non ipſa dedit ſpecimen natura creandi?

§. XVI. Sequitur duodecima religionis hoſtium de turba *Democriti & Epicuri* ratiocinatio: Deum, ſi eſſet, naturam fore perfectiſſimam, nemo unus dubitat. A tali vero natura quis mundum hunc confectum eſſe credat, qui tot maculis, naevis, & morbis laborat? (*c*) *Lucretius* breviter totam rationem his verſibus complectitur:

Quodſi jam rerum ignorem primordia quae ſint; 87
Hoc tamen ex ipſis coeli rationibus auſim
Confirmare, aliisque ex rebus reddere multis,
Nequaquam nobis divinitus eſſe paratam
Naturam rerum: tanta ſtat praedita culpa.

Quod hic ait *ex coeli rationibus* duci poſſe argumentum, id ita ſeſe habet: (*d*) Figura terrae ſphaerica ſic ratione aequatoris & eclipticae conſtituta & comparata eſt, ut maximam orbis partem nec homines queant incolere, nec omnia genera animantium. Torridum enim terrae cingulum, quod cuncta complectitur inter tropicos interjecta, ardore ſolis exuritur vehementiſſimo. Contra cingulum utrumque frigidum verſus utrumque coeli verticem intolerabile frigus affligit. Stoici divinae naturae aſſertores, qui eodem, quo *Epicurus*, florebant tempore, totum mundum hominum cauſſa unice a Deo conditum eſſe, diſputabant.

(*e*) — *Ho-*

extra Deum, ſed in ipſo eſſe Deo cenſuit. Deformem & in Deum iniuriam hanc eſſe credo ſententiam. Sed nunc id non quaeritur, quam turpiter erraverit *Hobbeſius*, ſed num id ſenſerit, quod ſenſiſſe fertur.

(*z*) *Recens quidam auctor*] *Hobbeſius* variis in librorum ſuorum locis hanc profitetur ſententiam. Vid. *Elementa philoſ. P.* II. *Cap.* 9. *p.* 65. *Cap.* 10. *p.* 68. & alias. Itaque, quo ex loco verba, quae hic exhibet *Cudworthus*, ego vero Latine verſi, ſumta ſint, ignoro.

(*a*) *Scientia & intellectus*] Ita praecipit *Hobbeſius Elementis de cive Cap.* 15. §. 14. *p.* 118. Atque haec ipſa verba cauſſae affert loco, quare dici nequeat proprie, Deum ſcire ac intelligere. Eamdem, impiam profecto & flagitioſam, ſententiam inculcat in *Leviathane Cap.* 31. *p.* 170.

(*b*) *Lucretii verſus*] *Lib.* V. *vſ.* 182. *ſ. pag.* 249. *ſ.*

(*c*) *Lucretius breviter*] *Lib.* II. *vſ.* 177. *ſ. p.* 296. qui verſus etiam exſtant *Lib.* V. *vſ.* 196. *pag.* 251.

(*d*) *Figura terrae*] Rem breviter his verſibus ex-

(*e*) — — *Horum omnia cauſſa*
Conſtituiſſe Deum fingunt. — —

Sed his in mentem non veniſſe videtur, quanta pars mundi habitabilis paludibus, aquis, ſcopulis, vaſtisque ſolitudinibus repleta ſit, unde nulla manat ad humanum genus utilitas. Quae magis culta ſunt loca, illa ſine perpetuo & aſſiduo labore fructuoſa eſſe nequeunt: cujus tamen laboris fructibus non raro turbinibus, procellis, ac tempeſtatibus privari ſeſe ſentiunt homines. Jam quid hoc eſt, quod natura non modo tot noxias & venenatas herbas, verum etiam tot immanes & ſaevas produxit belluas, quae robore multum vincunt homines? Quamquam univerſa hominum conditio tanto eſt deterior brutorum animalium ſorte, quantum ſufficit ad intelligendum, his matris indulgentiſſimae loco, nobis vero novercae inſtar naturam fuiſſe. Atque hoc (*f*) adduxit *Lucretium*, ut miſerias, cum quibus ortus hominum conjunctus eſſe ſolet, ſcite his verſibus depinxerit:

Tum porro puer, ut ſaevis projectus ab undis
Navita, nudus humi jacet, infans, indigus omni
Vitai auxilio, cum primum in luminis auras
Nixibus ex alvo matris natura profudit,
Vagituque locum lugubri complet, ut aequum eſt,
Quoi tantum in vita reſtet transire malorum.

Idem vates beſtiarum, quibus antecellunt hominibus, praerogativas & commoditates hac ratione perſequitur:

At variae creſcunt pecudes, armenta feraeque:
Nec crepitacula eis opus ſunt, nec cuiquam adhibenda 'ſt
Almai nutricis blanda atque infracta loquela,
Nec varias quaerunt veſtes pro tempore coeli.
Denique non armis opus eſt, non moenibus altis,
Queis ſua tutentur, quando omnibus omnia large
Tellus ipſa parit naturaque daedala rerum.

Poſtremo de malis multa generatim differunt, qui hanc urgent ex Dei hoſtibus rationem. Illa quidem mala, quae *mala* vocantur *culpae*, non attingunt, quippe quae nulla eſſe, acriter contendunt ſcholae Democriticae alumni. Tanto vero liberius & acutius de *malis poenae* diſputant. (*g*) Deus, inquiunt, quem orbem hunc plerique volunt machinatum eſſe, aut voluit omnia ex illo mala tollere, nec potuit tamen, aut potuit, ſed noluit, aut nec potuit, nec voluit, aut denique & voluit &

expreſſit *Lucretius Lib.* V. *vſ.* 205. 206. *p.* 252.

Inde duas porro prope partes fervidus ardor,
Aſſiduusque geli cajus mortalibus aufert.

Rem omnem, quae hic enarratur, quamvis eo minime conſilio, ut Deum tolleret, *Cicero* eleganter expoſuit in *Somnio Scipionis Cap.* 6. *p.* 3981. *ſ. T.* XI. *Opp.*

(*e*) *Horum omnia*] *Lucretii* verba ſunt *Lib.* II. *vſ.* 174. 175. *p.* 296.

(*f*) *Adduxit Lucretium*] Ex hoc, quae hic diſputantur, fere omnia ſunt hauſta. Verſus, quos hic

Digitized by Google

& potuit. Quod in his poſtremum eſt, id quidem omnium optime reſpondet ra- 88
tioni divinae naturae: at commentitium huncce naturae rerum parentem malis omnibus & potuiſſe & voluiſſe mederi, id vero nemo ſapiens confirmabit. Nusquam enim terrarum forent mala, ſi hoc ita ſe haberet. Jam vero immenſa eorum multitudo miſerrime hunc orbem & incolas ejus vexat. Reſtat igitur, ut vel voluiſſe eum dicamus propulſare mala, ſatis vero ad eam rem virium non habuiſſe, aut valuiſſe quidem ſatis ad tollenda, quibus affluit orbis, mala, noluiſſe vero ea delere. Quorum illud ſi verum eſt, debilis & infirmus, ſin hoc, invidus & malignus ſit, neceſſe eſt, Deus. Utrumque vero ſi affirmemus, atque tam potentiam, quam voluntatem defuiſſe Deo ad exſtinguenda mala, ſuſpicemur, ancipiti quidem laborabit malo: nam & impotens erit ſimul & iniquus.

§. XVII. Decimum tertium, quod in Deum torquet telum genus impium, hoc eſt: Si a Deo mundus eſt factus, oportet eum providentia quadam adminiſtrari. Atque haec providentia nusquam conſpici magis debet, quam in illis rebus, quae pertinent ad homines. Humanis vero rebus apertum eſt nil confuſum magis & perturbatum cogitari poſſe. Pari omnes mortales conditione utuntur, neque probi, ſapientes, & pii viri proſperiori gaudent fortuna, atque inſipientes, inhoneſti, & impii. Mirabuntur fortaſſis aliqui, quidnam haec vocabula ſibi velint in ore hominis, qui virtutem & pietatem pro ludo habet & joco, dumque naturales juſti & injuſti notiones tollit, virtutem ipſam & pietatem ſimul aufert. Verum illi facile ſentient, ſi modo velint attendere, in hac diſputatione his vocabulis carere non poſſe religionis adverſarios. Sic autem pergunt arguere: Quum itaque nullus ordini & juſtitiae locus ſit inter homines, quis aegre, quaeſo, capit, cuncta incertis ferri caſibus, nec ſapientia, ſed vaga quadam volubilique fortuna regi? (*h*) Quanta fuerit olim *Dionyſii* erga Deos impietas, quantisve homo hic injuriis & contumeliis ſacra omnia & divina, quae tum habebantur, affecerit, paucos praeterit. Quorum tamen ſcelerum nullas omnino Diis poenas dedit. *Hunc nec Olympius Jupiter fulmine percuſſit, nec Aeſculapius miſero diuturnoque morbo tabescentem interemit, verum in ſuo lectulo mortuus, in Tympanidis regum illatus eſt, eamque poteſtatem, quam ipſe per ſcelus nactus erat, quaſi juſtam & legitimam, hereditatis loco tradidit.* *Diogenes* autem Cynicus, etiamſi Deum profitebatur, *Harpalum* tamen, praedonem aetatis illius nobiliſſimum, qui quam plurima ſceleſta & neſaria committebat facinora, non inficiabatur ſecunda uti fortuna, & propterea hunc teſtimonium contra Deos dicere affirmabat. Magnum quidem ſibi praeſidium Deorum amici conſtitutum putarunt in pictis illis tabulis, quas in templis ſuſpendit pietas hominum, qui votis factis, vim tempeſtatis effugerant, & in portum ſalvi pervenerant. Sed ſcite dudum *Diagoras: Nusquam*, inquit, *picti ſunt, qui naufragium fecerunt.* Scilicet non animadvertunt, quos formido Dei continet, multos, qui Deorum rite imploraverant auxilium, aquis nihilominus ſubmerſos periiſſe, & vi-

hic deſcribit, leguntur *Lib.* V. *cſ.* 223. *p.* 254. Qui ſequuntur, hos continuo excipiunt.

(*g*) *Deus, inquiunt*] Hoc argumentum ita, uti hic, a *Lactantio* ex ore *Epicuri* expoſitum eſt *Libro de ira Dei Cap.* 13. *p.* 942. *ed. ven. Walchii.* Addit *Lactantius, plerosque philoſophorum, qui providentiam defendunt, hoc argumento perturbari ſolere.* Noſtra quidem aetate *Petrus Bayle* in eo exornando & contra vim *Lactantii* muniendo omnem ingenii vim conſumſit, *Diction. Hiſtor. Critique voce Pauliciens Not. E. T.* III. *p.* 2204.

(*h*) *Quanta fuerit olim*] Haec *Villejus* Epicureus,

viciſſim longe plurimos, qui Deos numquam deprecati ſunt, ſalvos & incolumes ex difficillimis tempeſtatibus evaſiſſe.

Jam ſi eſſe putes Deum, nil creditu proclive magis eſt, quam fulgura & tonitrua, quae coelum terramque concutiunt, nuntios & interpretes eſſe irati & exacerbati Numinis. At quid notius, quam haec fulmina temere & caſu ferri, atque ſaepenumero juſtos & innocentes ferire ac percutere, impuros vero homines & ſceleratos ne attingere quidem. Viderint Deorum patroni, quemadmodum his ſeſe laqueis expediant.

(*i*) *Cur, quibus incautum ſcelus averſabile cunque eſt,*
Non faciunt, ictti flammas ut fulguris halent,
Pectore perfixo, documen mortalibus acre?
Et potius nullae ſibi turpis conſcius rei
Volvitur in flammis innoxius, inque peditur
Turbine coeleſti ſubito correptus & igni?

Atque hujus argumenti quanta virtus ſit & efficacitas, ex eo debet intelligi, quod omni aetate non modo mirifice conturbaverit eos, qui religionis ſalute ſuam contineri arbitrantur, ſed etiam ex illis adduxerit aliquos, ut eorum ſeſe partibus ad-
89 jungerent, qui ſine Deorum metu vivunt. (*k*) Ipſe *Melius Diagoras* magna primum erat conſtrictus ſuperſtitione: quumque Dithyrambici carminis facultate polleret, ſic poëma quoddam inchoaverat: *Θεὸς ἅπαντα καὶ τύχη πάντα τελεῖ. Deus & fortuna perficiunt omnia.* Verum ſententiam commutabat, Deumque negabat eſſe, poſtquam de perjuro homine, a quo non levem acceperat injuriam, nullum ſumi ſupplicium viderat. Et quis omnes illos enumeret, apud quos haec ratio tantum valuit, ut, ſi minus ipſum omnino repudiarent Deum, hanc tamen ejicerent animis opinionem, providentia ejus mundum gubernari, certasque naturas, ſub adſpectum haud cadentes, humanorum negotiorum procuratione defungi? Fuit in his (*l*) poëta ille, qui ſic mentis ſenſa effatus eſt:

Sed cum res hominum tanta caligine volvi
Adſpicerem, laetosque diu florere nocentes,
Vexarique pios, rurſus labefacta cadebat
Relligio, cauſſaeque viam non ſponte ſequebar
Alterius, vacuo quae currere ſemina motu
Affirmat, magnumque novas per inane figuras
Fortuna, non arte regi, quae Numina ſenſu
Ambiguo, vel nulla putat, vel neſcia noſtri.

§. XVIII.

reus, differit apud *Ciceronem de natura Deor. Lib.* III. *Cap.* 35. *p.* 3101. Ejusdem eſt, quod ſequitur, *Harpali* exemplum *Cap.* 34. *p.* 3099. Ea item, quae de tabulis eorum mox afferuntur, qui votis vim tempeſtatis effugere *Cap.* 38. *p.* 3104. ex *Diagorae* ore narrantur. Addatur *Diogenes Laertius de placitis philoſ. Lib.* VI. *Segm.* 59. *p.* 343.

(*i*) *Cur, quibus incautum*] *Lucretium* hi verſus auctorem habent *Lib.* VI. *vſ.* 389. *ſ. p.* 480.

(*k*) *Ipſe Melius Diagoras*] Haec iisdem prope verbis *Sextus Empiricus* narrat *Lib.* IX. *adverſus Mathematicos* §. 53. *p.* 561. Qualis vero fuerit injuria iſta, quae *Diagoram*, ut a Deo deficeret, adduxit, id *Heſychius Mileſius* memoriae prodi-

Digitized by Google

§. XVIII. Accedimus ad decimam quartam eorum argumentationem, qui ex *Epicuri* & *Democriti* praescripto Deum oppugnant; cujus quidem haec summa est: Naturam divinam talem esse, omnibus persuasum est hominibus, ut, quaecumque in toto terrarum orbe universisque ejus partibus, magnis licet spatiis sejunctis, gerantur, sibi animadvertat & intelligat, cunctisque negotiis ipsamet modum rationemque constituat. Verum primo, num satis sani sint, nescimus, qui fieri posse putant, ut natura quaedam uno omnia obtutu luitret simul & administret.

(*m*) *Quis regere immensi summam, quis habere profundi*
Indu manu validas potis est moderanter habenas?
Quis pariter coelos omnes convertere? & omnes
Ignibus aethereis terras suffire feracis?
Omnibus inque locis esse omni tempore praesto?
Nubibus ut tenebras faciat, coelique serena
Concutiat sonitu?

Fac vero, rem ipsam nec incredibilem nec absurdam esse, quid de felicitate fiet naturae, tam immensa negotiorum multitudine oppressae? Deumne putabimus, perpetuis turbis & sempiterno tumultu agitatum & vexatum, ulla animi serenitate aut tranquillitate perfrui posse? (*n*) Οὐ γὰρ συμφωνοῦσι πράγματα, καὶ φροντίδες, καὶ ὀργαὶ, καὶ χάριτες μακαριότητι, ἀλλ' ἀσθενείᾳ, καὶ φόβῳ, καὶ προσδεήσει τὰ πλησίον ταῦτα γίνεται. *Neque enim beatitati conveniunt negotia, & curae, & irae, & gratiae, sed ob infirmitatem, ac timorem, & indigentiam proximorum ita fiunt.* (*o*) Τὸ μακάριον καὶ ἄφθαρτον ἔτε αὐτὸ πράγματα ἔχει, ἔτε ἄλλῳ παρέχει· ὥστε ἔτε ὀργαῖς ἔτε χάρεσι συνέχεται· ἐν ἀσθενεῖ γὰρ πᾶν τὸ τοιοῦτον. *Quod beatum atque immortale est, neque ipsum negotia habet, neque alii praebet: quo fit, ut neque ira neque gratia tangatur: nam hujusmodi omnia infirmitatis sunt.* Id est, sicut favor & benevolentia, ita iracundia & molestia imbecillitatis documenta sunt. Quae perfecte felix est, nec ullius rei indiget natura, ὅλον ὂν περὶ τὴν συνεχῆ τῆς ἰδίας εὐδαιμονίας, *tota est occupata in percipienda felicitate, qua gaudet:* itaque parum, quid agant alii, curat, verum suam unice felicitatem intuens, nec prodesse cupit aliis, nec nocere. Abeat itaque (*p*) *curiosus ille & plenus negotii Deus*, sine cujus interventu & auxilio nihil in orbe potest fieri & contingere. Nam qui tale nobis ostendunt Numen, illi res copulant inter se contrarias, nec vident, quam miserum & calamitosum sit, tot tantisque negotiis urgeri ac disturbari.

§. XIX. Solent etiam impietatis patroni quaestiones quasdam in medio ponere, protervas certe & audaces, quas dirimi posse negant ab illis, qui ad Deum cuncta referunt. Quaerunt: Si mundus a Deo conditus est, quare non citius manum huic operi admovit? Aut, quidnam tandem illud est, quod Deum impulit, ut, tot saecu-

didit *de his, qui erudit. fama claruere p.* 17. *ed. Hadr. Junii.*

(*l*) *Poëta ille*] Is *Claudianus* est, cujus hi versus exstant *Lib.* I. *in Rufinum vs.* 12. *f.*

(*m*) *Quis regere*] *Lucretii* versus legis ex *Lib.* II. *vs.* 1094. *p.* 451.

(*n*) Οὐ γὰρ] Haec *Epicuri* verba sunt ex epistola ad *Herodotum* apud *Diogenem Laërtium Lib.* X. *Segm.* 77. *p.* 634.

(*o*) Τὸ μακάριον] Hanc primam esse de κυρίαις *Epicuri*, quae vocantur, δόξαις, notum est. Exstat vero apud *Diogenem Laërtium Lib.* X. *Segm.* 139. *p.* 661.

(*p*) *Curiosus ille*] *Velleji* haec verba sunt apud *Ciceronem de natura Deor. Lib.* I. *C.* 20. *p.* 2911.

Digitized by Google

culis otioſe conſumtis, ſubito tantum opus aggrederetur? (q) *Cur mundi aedificator repente exſtitit, innumerabilia ante ſaecula dormivit?* Quodſi enim immenſo illo, quod mundi anteceſſit ortum, ſpatio vigilaſſet, aut maturius tantae molis machinationem ſuſcepiſſet, aut vero prorſus ab ea abſtinuiſſet. Nimirum felicitati ejus ante conditum hunc orbem vel defuit aliquid, vel nihil defuit. Si qua parte laboravit felicitas ejus, antequam mundus eſſet, ecquis eum credat tam diu intermiſſurum fuiſſe fabricationem hujus orbis? Sin ex toto beatus fuit, nec deſideravit aliquid, quid, quaeſo, erat, cur in rebus ſupervacaneis conſtruendis elaboraret? Μηδὲν ἐλλείπων, κενοῖς ἐμαυτὸν ἐπιχειρῶν πράξεσι· *Nullius rei quum indigeret, vano ſeſe ac inutili labore fatigavit.* Quisquis rerum novarum cupidus eſt, nec ſorte ſua contentus, is mentem prodit faſtidio & ſatietate expletam: quod vitium plerumque ſolet ex inopia quadam proficiſci.

(r) *Quidve novi potuit tanto poſt, ante quietos*
Illicere, ut cuperent vitam mutare priorem?
Nam gaudere novis rebus debere videtur,
Quoi veteres obſunt: ſed quoi nil accidit aegri
Tempore in ante acto, cum pulchre degeret aevum,
Quid potuit novitatis amorem accendere tali?

Deusne ideo tot ſtellis, tamquam luminibus, vaſtiſſimam immenſae caliginis abyſſum illuminavit, ut ornatiori uteretur ac ſplendidiori domicilio? Hoc ſi ita eſt, qui potuit igitur ab aeterno beatus eſſe, quum tantis cinctus eſſet, tamque horridis tenebris, nec ſecus ac in tetro ſqualidoque carcere viveret?

(s) *An, credo, in tenebris vita & moerore jacebat,*
Donec diluxit rerum genitalis origo?

Sed fortaſſis ſocietatem appetiit, iſtamque rerum varietatem, quae coelum terramque diſtinguunt & ornant, videre deſideravit? Credibile ſcilicet eſt, voluiſſe eum tot ſaecula hujus ſpectaculi amoenitate carere, atque ſolitariam interea vitam ducere. Numne ea de cauſſa orbem, ejusque incolas condidit, ut eſſent, qui ſe cultu & veneratione proſequerentur, precibusque ac ſacrificiis honorarent? Verum quidnam, obſecro, fructus aut voluptatis ex religione potuit ad eum pervenire, qui jam antea ſuprema fruebatur felicitate, nec ullius rei indigebat? Sed hominibus, credo, placere ſtuduit, quos ut beneficiis ſibi devinciret, haec omnia, quae videmus, machinatus eſt.

(t) —— *At quid immortalibus atque beatis*
Gratia noſtra queat largirier emolumenti,
Ut noſtra quicquam cauſſa gerere aggrediantur?

Fingamus vero, hominum cauſſa hunc orbem eſſe paratum & conditum. Quorum-

(q) *Cur mundi*] *Velleius* ita diſputat, *Epicuri* ſectator, apud *Ciceronem de natura Deor. Lib.* I. *Cap.* 8. *p.* 2891. Et hujus etiam *Velleji* pleraque ſunt omnia, quae hoc membro a *Cudworthio* afferuntur.

(r) *Quidve novi*] *Lucretius de natura rer. Lib.* V. *vſ.* 169. *ſ. p.* 248.

(s) *An*

Digitized by

rumnam igitur? Num ſapientum, an vero ſtolidorum & amentium? Sapientum, arbitror: at quid erat, obſecro, cur tanto ſeſe labori alligaret, quo illis gratificaretur, quorum perexiguum eſſe conſtat inter mortales numerum? Stolidorum igitur: ſed ut de hoc genere tam praeclare promereri vellet, quid tandem Deum inducere potuit? Praeterea, quotquot hic degimus, ſive ratione valeamus, ſive careamus, ſi numquam fuiſſemus nati, quidnam inde cepiſſemus detrimenti?

(v) *Quidve mali fuerat nobis non eſſe creatis?* 91
Natus enim debet, quicumque eſt, velle manere
In vita, donec retinebit blanda voluptas:
Qui numquam vero vitae gaſtavit amorem,
Nec fuit in numero, quid obeſt non eſſe creatum?

(x) Poſtremo, ſi neceſſe omnino Deo fuit, ut non ſecus, ac architectus & opifex (ἐργάτης δίκλων καὶ τέκτονος) ad mundum conſtruendum & condendum accederet, quibusnam ferramentis & vectibus tantum opus perfecit? Quibusnam miniſtris & opificibus uſus eſt? Quaenam illi machinae fuerunt & inſtrumenta tantis molitionibus apta & idonea? Quemadmodum ut materia voluntati ejus pareret & obediret, effecit? Qua ratione commovere eam, extollere, ac viciſſim deprimere potuit? Nam ſi corpore caret Deus, nec ipſe poteſt attingere aliquid, nec attingi ab ulla re, permeabit quidem omnia, complecti vero, adornare & diſponere nihil poterit. Sin vero corporis eſt particeps is, qui architectus eſt, idem operis erit materia, neque lignum a fabro aliquo modo differet. Credendum, ſi hoc verum eſt, ipſos ſeſe lapides in altiorem locum ſuſtuliſſe, viaque & ratione coiviſſe, ut aedificium exſiſteret tandem, quale videmus, ornatiſſimum.

§. XX. Poſtremo genus hoc, cujus explicamus diſciplinam, Deum argumento ſolet aggredi ab utilitate ducto: quo quidem loco nihil interdum ſolet efficacius eſſe ad flectendos & incitandos hominum animos. Primo enim univerſe omnibus hoc ſaluti fore hominibus diſputant, ſi metu liberentur Dei, religioque univerſa & pietas animis mortalium funditus extrahatur. Deinde ſigillatim oſtendere laborant, multo majores fore regum & civitatum opportunitates, ubi ſemel formido reſtincta ſit naturae cujusdam divinae, quae rebus praeſit omnibus, cunctaque pro lubitu moderetur. Horum ſuperius ut planum faciant, atque impietatem univerſo humano generi ſingulisque ejus membris fructuoſam fore doceant, ſic fere rationem inſtituunt: Dum perſuaſum eſt hominibus, eſſe ſapientiſſimam quamdam naturam, eamdemque infinita potentia praeditam, quae, quoniam nulli ſubjecta eſt alii, ſuo cuncta arbitratu & voluntate regat, resque hominum pro lubitu moderetur ac diſponat, neque ſemet ipſis, neque ullis externis bonis ſecure frui poſſunt, verum continuo metu & ſollicitudine, quibus rebus miſere conturbantur animi, vexari debent. Poëtae impendere apud inferos Tantalo ſaxum fingunt, quod momento quolibet ruinam homini comminetur. Qua quidem fabula etſi calamitoſam

(s) *An credo*] *Lucretius*, ubi ſupra, *vſ.* 175. *vſ.* 166. *ſ. p.* 248.
176. *p.* 249.
(t) *At quid immortalibus*] *Lucretius Lib. V. vſ.* 177. *p.* 249.
(v) *Quidve mali fuerat*] *Lucretius Lib. V.*

ſam eorum conditionem exprimere voluerunt, quos Deorum ſemper urget metus, rei tamen non ita pinxerunt atrocitatem, uti fas fuerat.

(y) *Nec miſer impendens magnum timet aëre ſaxum*
Tantalus, (ut fama eſt) caſſa formidine torpens:
Sed magis in vita Divum metus urget inanis
Mortales, caſumque timent, quemcumque ferat ſors.

Nam ut illis, qui Deum confitentur, mala quaevis in hac vita continuo formidanda eſſe, mittam, non ego video, quemadmodum iidem animorum perennitatem inficiari queant, quippe quae connexa eſt doctrinae de Deo. Mentibus autem ſi tribuatur aeternitas, fieri non poteſt, quin ſempiterna malis ſupplicia poſt hanc vitam eſſe decreta, ſtatuatur. Quae opinio ubi viget, ibi cunctis vitae delectationibus intercedit, vetatque homines ullum verae voluptatis guſtum ſentire.

(z) —— *Si certum finem eſſe viderent*
Aerumnarum homines, aliqua ratione valerent
Religionibus atque minis obſiſtere vatum.
Nunc ratio nulla eſt reſtandi, nulla facultas,
Aeternas quoniam poenas in morte timendum.
92 *Ignoratur enim, quae ſit natura animai,*
Nata ſit, an contra naſcentibus inſinuetur,
Et ſimul intercat nobiscum morte diremta,
An tenebras orci viſat vaſtasque lacunas.

Quamobrem, qui principes religione Deorumque metu imbuerunt homines, quocumque demum id fecerint conſilio, eos de univerſo genere humano peſſime promeritos eſſe, certum eſt. Nam perterrendo animos intolerabili eos ſervitute conſtrinxerunt, inſitoque vigore ſuo privarunt.

(a) *Efficiunt animos humiles formidine Divum,*
Depreſſosque premunt ad terram.

Deinde maximis calamitatibus ac querimoniis, quibus jam vita hominum affligitur, locum fecerunt.

(b) *Quantos tum gemitus ipſi ſibi, quantaque nobis*
Volnera, quas lacrymas peperere minoribu' noſtris.

Si qui beate vivere cupiunt & feliciter, his ante omnia providendum eſt, ne quod

(x) *Poſtremo*] Lege hic *Ciceronem* contra *Platonem* diſputantem *de natura Deorum Lib.* I. C. 8. *p.* 2890. De ipſis hiſce quaeſtionibus nunc non eſt aliquid dicendi locus. Videt autem unusquisque, non hominum eas eſſe ratione & ordine diſputantium, ſed omnia, ut rerum rudes decipiant, conturbantium. Si hoc ſemel idoneis rationibus effectum eſt, eſſe Deum, eiusque cura hunc mundum gubernari, ſponte concidunt omnia, quaecumque generis hujus quaeri poſſunt: nec enim probant illa, Deum non eſſe, ſed noſtram miſeriam, ignorantiam, & imbecillitatem declarant. Verum haec alias.

(y) *Nec miſer*] *Lucretius de rerum natura Lib.*

Digitized by Google

quod in animo veſtigium relinquant duplicis commenti hujus, eſſe Deum, & permanere poſt fata animos.

(c) *Et metus ille foras praeceps Acheruntis agendus*
Funditus, humanam qui vitam turbat ab imo,
Omnia ſuffundens mortis nigrore, neque ullam
Eſſe voluptatem liquidam puramque relinquit.

Hinc immortales debentur gratiae *Democrito & Epicuro*, magnis & optime erga omnes affectis hominibus: qui, quum genus humanum graviſſimo religionis jugo Deique poenarumque perennium formidine oppreſſum cernerent, graviter & acerbe miſerias illas hominum tulerunt, magnoque & imperterrito animo terribile illud divinae providentiae ſpectrum adorti ſunt. Qui conatus tam proſpere illis ceſſit, ut non modo validiſſimis, quas philoſophia ſuppeditabat, rationibus monſtrum iſtud profligaverint, & ex orbe ejecerint, verum etiam ejusmodi excogitaverint praecepta, quorum ope & auxilio omnium naturae converſionum, ſine Dei ullius interventu, planam & facilem rationem reddere queas.

(d) *Quae bene cognita ſi teneas, Natura videtur*
Libera continuo, Dominis privata ſuperbis,
Ipſa ſua per ſe ſponte omnia Dis agere expers.

Quae ſi cogitemus, haud temere *Lucretium* feciſſe, patebit, quod victoriam hanc de Deo & religione gratulatus ſit *Epicuro*, aeternumque virtuti ejus tropaeum his verſibus poſuerit:

(e) *Humana ante oculos foede quum vita jaceret*
In terris, oppreſſa gravi ſub relligione,
Quae caput a coeli regionibus oſtendebat
Horribili ſuper adſpectu, mortalibus inſtans:
Primum Grajus homo mortales tendere contra
Eſt ocul s auſus, primusque obſiſtere contra:
Quem nec fama Deùm, nec fulmina, nec minitanti
Murmure compreſſit coelum.

§. XXI. Sed nunc videamus etiam, quibusnam rationibus *Democriti* aſſectatores impetrare a nobis ſtudeant, ut magiſtratuum ſummorum & civitatum itidem magnopere intereſſe credamus, ut omnis Dei cultus & reverentia funditus exſtirpetur: (f) Corpus, inquiunt, civile aut res publica membris conſtat ſui ipſorum 93
amantiſſimis, & propterea naturali quadam diſcordia ſejunctis inter ſe & ſegregatis.

Lib. III. *vſ.* 993. *p.* 634.
(z) *Si certum*] *Lucretius Lib.* I. *vſ.* 108. *p.* 41.
(a) *Efficiunt*] *Lucretius Lib.* VI. *vſ.* 51. *p.* 435.
(b) *Quantos tum*] *Lucretius Lib.* V. *vſ.* 1195. *p.* 385.
(c) *Et metus ille*] *Lucretius Lib.* III. *vſ.* 37. *p.* 480.
(d) *Quae bene cognita*] *Lucretius Lib.* II. *vſ.* 1089. *p.* 450.
(e) *Humana ante oculos*] *Lucretius Lib.* I. *vſ.* 63. *p.* 26.

Digitized by Google

tis. Metu igitur opus eſt, ut in concilium quoddam cogantur: Jam ſi major quaedam formido teneat homines, quam illa, quae *Leviathanem* ſive ſupremum magiſtratum ſpectat, tota magnae illius machinae moles prorſus corruat & disjiciatur, neceſſe eſt. Metu firmantur unice imperia: qui metus niſi magnitudine ceteros omnes terrores ſuperet, tota dominatio labefactata concidet. Quemadmodum vero quondam Moſis baculus ceteros magorum devorabat baculos; ita etiam formido Numinis infinite potentis, quod poſt fata perpetuis homines tormentis excruciare poſſit, multo imbecilliorem ac teneriorem magiſtratuum ſupremorum metum abſumit prorſus & interimit. Qua quidem ex re quid naſci poteſt aliud, quam civitatum ipſarum interitus, quippe quae, natura duce, minime coaluerunt, ſed conſilio & incantationibus veluti callidorum hominum conditae & conſtabilitae ſunt? Quocirca praeclare (*g*) novellus quidam auctor monuit, *cavendum eſſe hominibus, ne doctrina de ſeparatis eſſentiis ſubſtantiisque incorporeis* (quales Deus & anima), *cui vana Ariſtotelis philoſophia locum unice fecerit, decipi ſeſe patiantur: etenim hanc doctrinam inanibus vocabulis, qualia ſint inferi, damnatio, ignis, ſulphur, mentes hominum perterrefacere, ne patriae ſuae legibus obediant, quemadmodum, larvatis & commentitiis hominibus appoſitis, aves terreri ſolent, ne fruges invadant.* (*b*) Idem alio loco: *Si metus ſpirituum* (quorum princeps Deus eſt) *ceſſaret, homines multo eſſent propenſiores, atque ſunt, ad obedientiam legibus praeſtandam.* His adde, poteſtatem eorum, qui ſupremum tenent in populos imperium, dirimi diſtrahique non debere. Aut nihil tribuendum eſt regibus, aut omnia danda ſunt illis; nec imperium ullum, niſi abſolutum & infinitum ſit, permanere diu ſalvum & incolume poteſt. Igitur de auctoritate magiſtratuum omnino actum erit, ſi aliena quaedam poteſtas diviſum cum illa habeat imperium, id quod multo magis verendum erit, ſi vis multo ſuperior & excellentior, qualis divina ſine dubio eſt, cum ea committatur & conjungatur. Neceſſarium eſt propterea, ut Deus & religio de medio recedant, quo locus Leviathani fiat vires ſuas exſerendi, & membra explicandi.

Denique quis non animadvertit, indoli & naturae civitatis prorſus repugnare, ſi privatum in ea judicium aliquod conſtituatur, quod de boni malique, honeſti & inhoneſti, juſti & injuſti finibus decernat? Quidnam vero eſt conſcientia, quam tantopere commendant Dei religionumque vindices, quam ejusmodi judicium, quod bona malaque dijudicat? Ergo huic locum in civitate relinquere, id vero eſt naturam reipublicae funditus evertere. Una tantum eſſe poteſt in regno vel civitate conſcientia, lex nimirum civilis. Privatam igitur qui conſcientiam introdu-

(*f*) *Corpus, inquiunt, civile*] Omnia, quae hoc membro aſſeruntur, *Thomae* ſunt *Hobbeſii*, cujus has fuiſſe ſententias, non ignorare poſſunt, qui vel libros ejus attigerunt. Quamquam non haec eo conſilio diſputaſſe videri vult *Hobbeſius*, ut Deum tollat, aut religionem animis eximat, verum ut paci & tranquillitati civitatis conſulat. Noster vero ita ejus exponit opiniones, ac ſi plane negaſſet, Dei cognitionem aut pietatem in civitate bene conſtituta tolerari poſſe: quod etſi ſecus ſeſe habet, vix audeo tamen cauſſam hominis ornare, quam, ſi quo loco, hoc certe peſſimam eſſe, fateor. Dabo aliquot ejus dicta, ut de ſententia ejus facilius, qui haec legunt, exiſtimare queant: *In corpore*, inquit, *civitatis, quando membra movet poteſtas ſpiritualis per terrorem poenarum aeternarum & ſpem praemiorum, aliter quam a poteſtate civili (quae anima civitatis eſt,) moveri debent, verbisque novis & peregrinis intellectum ſuffocat, ſequuntur, quaſi convulſiones, diſſidia civium. Leviathanis Cap. 29. p. 155.* Alio loco periculoſius etiam: *Doctrinarum*, inquit, *quae ad ſeditionem diſponunt, una & prima haec eſt: cognitionem de bono & malo pertinere ad ſingulos. In ſtatu quidem naturali —— veram eam eſſe, concedimus: ſed in ſtatu civili falſa eſt. Oſtenſum enim eſt, regulas boni & mali, juſti & injuſti, honeſti & inhoneſti eſſe leges civiles, ideoque, quod legislator praece-*

Digitized by Google

ducit, is nervos, quibus continetur respublica, continuo incidit, efficitque, ut ad ſtatum naturalem revertatur populus. Ex quibus omnibus apparet, grandem illos philoſophos utilitatem & opportunitatem imperiis & civitatibus afferre, qui Deum & religiones pro viribus exturbatum eunt.

§. XXII. Atque ſic praecipua ſunt a nobis argumenta expoſita, quibus Democriticae 94
familiae ſodales Deum ipſum audacter oppugnare ſolent. His freti, univerſitatem rerum negant eſſe ab intelligenti quadam natura comparatam, animumque ipſum & intelligendi vim, haud aliter ac reliquas hujus orbis partes, ex coeca ſenſuque deſtituta materia, aut ex fortuita materiae hujus commotione prognatam eſſe, diſputant. Hanc ideo commotionem *naturam* vocant. Quidquid enim movetur, id, ex eorum ſententia, neceſſitate & natura movetur. Omnes primorum ſeminum motus, mutuae eorum concurſationes & conflictus, plagae, percuſſiones, reverſiones, cohaerentiae & continuationes, implicationes & confuſiones, diſſipationes & divortia; hi omnes, inquam, motus fato quodam & natura contingunt. Solent etiam non raro caſus & fortunae vocabulum huic rei accommodare, quoniam nulla providentia & conſilio, ſed temere, haec omnia fieri & adminiſtrari, ſciſcunt.

Omnium ergo rerum primordia corpuſcula ponunt eſſe tenuiſſima, ſive infinitam atomorum multitudinem, quas, licet figura & mole mirifice diſcrepent, vita tamen omnes & ſenſu carere & deſtitui, ajunt. Has multiformes atomos ex infinito tempore in immenſo ſpatio, ſine ulla cauſſa, volitaſſe perhibent, variisque modis paullatim concurſaſſe: ex quo factum ſit, ut multiplici ratione cohaeſerint inter ſe & connexae fuerint: at quum eadem deinceps corpuſcula varios feciſſent impetus, iſtaque ratione ſemet ipſa & attriviſſent & impediviſſent, tandem caſu eveniſſe, ut, facta quaſi conſpiratione, in concilium quoddam, unumque vel plures coirent vortices. Poſtremo poſt infinitas implicationes & explicationes, molitiones & periclitationes, quum mille formas & figuras nunc induiſſent, nunc exuiſſent atomi, illam rerum figuram & complexum ſubito exſtitiſſe, quam hodie adſpicimus, terram, aquam, ignem, aërem, ſolem, lunam, ſidera, plantas, animalia, homines. Atomi itaque ſenſus expertes temereque commotae, ſeu confuſum chaos materiae, ſemina illa ſunt, ſi hos audias, e quibus tota rerum univerſitas profecta primum & concreta eſt.

Iſtam mundi concretionem & coagmentationem (*i*) *Lucretius*, ex *Epicuri* praecep-

ceperit, id pro bono, quod vetuerit, id pro malo habendum eſſe. —— Privati autem homines, dum cognitionem boni & mali ad ſe trahunt, cupiunt eſſe ſicut reges, quod ſalva civitate fieri non poteſt. Elementis de cive Cap. 12. §. 1. p. 82. Addam tertium locum, qui in primis illuſtrat ea, quae hic dicuntur: *Doctrina alia, quae obedientiae civili repugnat, eſt, quidquid faciat civis quicumque contra conſcientiam ſuam, peccatum eſſe: quae doctrina ab eo naſcitur, quod judices ſe faciunt homines boni & mali. Conſcientia enim & judicium hominis eadem res eſt & erroribus obnoxia. Etſi ergo is, qui nulla lege civili obligatur, contra conſcientiam agens peccet, propterea quod actionum ſuarum regulam aliam non habet, praeter ſuam ipſius rationem; aliter tamen ſe res habet in iis, qui legibus civilibus ſeſe ſubmiſerunt, ubi non privata, ſed publica lex unicuique civi pro conſcientia habenda eſt. Alioqui in tanta conſcientiarum, id eſt, opinionum privatarum varietate neceſſario civitas dividetur, nec ſummae poteſtati obedict quiſquam, niſi quatenus ſibimet ipſi viſum erit. Leviathan. Cap. 29. p. 152.*

(g) *Novellus quidam auctor*] *Hobbeſii* non quidem ipſa verba, at ſententiam hic expreſſit, quam non uno in loco profeſſus eſt. Lege *Leviathanis Cap. 45. p. 305. C. 46. p. 318. ſ. &c.*

(*h*) *Idem alio loco*] Hic ego vertere debui verba Anglica, quae *Cudworthus Hobbeſio* ſuppeditat, ut

Digitized by Google

cepto, his verſibus explicuit: quamquam in illis nulla vorticum, quos dixi, mentio exſtat, quos tamen non poſtremam partem fuiſſe accepimus antiquae, quam *Democritus* conſtituit, diſciplinae.

Sed quibus ille modis conjectus materiai
Fundarit coelum ac terram, pontique profunda,
Solis, lunai curſus, ex ordine ponam.
Nam certe neque conſilio primordia rerum
Ordine ſe quaeque atque ſagaci mente locarunt,
Nec quos quaeque darent motus, pepigere profecto:
Sed quia multa modis multis primordia rerum
Ex infinito jam tempore percita plagis,
Ponderibusque ſuis conſueruntconcita ferri,
Omni-modisque coire, atque omnia pertentare,
Quaecunque inter ſe poſſent congreſſa creare:
Propterea fit, uti magnum volgata per aevum,
Omnigenos coctus & motus experiundo,
Tandem ea conveniant, quae, ut convenere, repente
Magnarum rerum fiant exordia ſaepe,
Terrai, maris, & coeli, generisque animantum.

94 Sed ne quis forte credat, quod videntur nonnulli facere, ab *Epicuro* profectam eſſe

ut de ſenſu, quem in hoc dicto eſſe vult, melius conſtaret lectoribus. Ipſa vero *Hobbeſii* Latina verba, quae ſine ullo dubio hic referre voluit, paullo aliter ſeſe habent, nec *de metu ſpirituum*, ſed *de metu ſpectrorum*, quod quidem facilius excuſatur, loquuntur. *Si metus hic ſpectrorum*, inquit *Hobbeſius*, *ſublatus eſſet, ſimulque prognoſtica a ſomniis, aliaque multa, quae inde dependent, & quibus homines ambitioſi aſtutique populo ſimplici abutuntur, cives in omni civitate ad obedientiam multo magis eruditi eſſent, quam nunc ſunt. Leviathan. Cap.* 2. *p.* 8. *ed. Amſtelod.*

(*i*) *Lucretius*] *De natura rerum Lib.* 5. *vſ.* 417. *p.* 279. *ſ.* At codices editi horum verſuum aliquos paullo aliter exhibent. Ita quintus verſus in multis exemplis ita legitur:

Ordine ſe ſuo quaeque ſagaci mente locarunt.

Verſus ſeptimus in omnibus libris ita ſeſe habet:

Sed quia multimodis multis primordia rerum.

Ex ingenio itaque hunc verſum emendaſſe ſuſpicor: quod non male ipſi cellit. Similiter verſus decimus quartus aliter hic, atque in omnibus codicibus, expreſſus exſtat. Noviſſima editio legit:

Tandem conveniant ea, quae conventa repente.

(*k*) *Sed ipſum loquentem audiamus*] Verba haec *Platonis* exſtant *Libro* X. *de legibus p.* 666. *opp.* Verſionem *Ficini*, quoniam male mentem referebat philoſophi, paſſim emendare debui. Quod autem *Cudworthus* eamdem his verbis ſententiam de ortu naturae rerum arbitratur contineri, quam *Lucretius* profeſſus eſt, id nec mihi, nec aliis fortaſſis perſuadebit. Perſpicuum quidem eſt, quorum ſcita hic exponit *Plato*, eos mundum hunc putaſſe temere ac fortuito, non ratione quadam divina aut conſilio comparatum eſſe, atque adeo Deum ſuſtuliſſe: neque aliud in univerſum *Lucretio* & magiſtro ejus, *Epicuro*, placuit. Inde vero nondum conſtat, utrosque de primis rerum ſeminibus idem ſenſiſſe, atque naturae rerum origines ab atomis omni qualitate privatis repetiiſſe. Aut me omnia fallunt, aut contrarium ex *Platone* patet: qui, poſtquam dixerat, homines illos, quos pungit, affirmare, caſu omnia corpora eſſe facta, haec poſt verba, αἰσθάνῃ πως, addit: Θερμὰ ψυχροῖς, ἢ ξηρὰ πρὸς ὑγρά, ἢ μαλακὰ πρὸς σκληρά, καὶ πάντα, ὅσοις τῇ τῶν ἐναντίων κράσει καὶ τύχην ἐξ ἀνάγκης συνεκεράσθη. *Singula ſingulis, frigida calidis, ſicca humidis, mollia duris, & omnino contraria contrariis adhaeſiſſe, fortuna duce conveniſſe, ac neceſſitate contemperata eſſe.* Haec vero vehementer diſcrepant ab *Epicuri* & reliquorum, qui atomos eſſe pugnant, ſententiis. Nam cum hi nullam atomum natura ipſa frigidam, calidam, ſiccam, aut humidam eſſe velint, illi, quos *Plato* inducit, philoſophi quasdam particulas humidas, alias ſiccas, has frigidas, illas calidas, id eſt, qualitatibus donatas es-

Digitized by Google

eſſe primum hanc doctrinam, juvabit hic indicare, *Platonem* diu ante, quam hanc lucem *Epicurus* adſpiceret, totum hoc impietatis commentum commemoraſſe. Sine dubio *Leucippi*, *Democriti*, & *Protagorae* ſcita ſunt, quae explicat; ipſe vero nomina hominum, ut contemni a ſe illos quodammodo doceret, prorſus ſibi eſſe reticenda duxit. (*k*) Sed ipſum loquentem audiamus: Πῦρ καὶ ὕδωρ καὶ γῆν καὶ ἀέρα φύσει πάντα εἶναι καὶ τύχῃ φασι· τέχνῃ δ' ὑδὲν τούτων· καὶ τὰ μὲν τοῦτα αὖ σώματα, γῆς τε καὶ ἡλίου καὶ σελήνης, ἄστρων τε πέρι, ἀφ' τούτων γεγονέναι, παντελῶς ἄψυχων· τύχῃ δ' φερόμενα τῇ τοῦ δινήματος ἕκαστα ἕκαστον, ἢ ξυμπίπτοντα. ἁρμόττοντα οἰκείως πως κ. τ. λ. Ταύτην καὶ τὴν τοῦτο ὅλον γεγονυῖαν τὸν τε οὐρανὸν ὅλον καὶ πάντα ἐντὸς κατ' ἐρυθρὸν, καὶ ζῶα αὖ καὶ φυτὰ ξύμπαντα, ὁρῶν πολλῶν ἐκ τούτων γιγνομένων, ἀ ἀφ' νῦν, (φασὶν) οὐδὲ ἀφ' τινα θεὸν, οὐδὲ ἀφ' τέχνην, ἀπλῶς, ὃ λέγομεν, φύσει καὶ τύχῃ, τέχνην δ' ὕστερον ἐκ τούτων ὑπέρων γεγενῆσθαι. *Ignem*, *aquam*, *terram*, *aërem*, (id eſt, quatuor elementa) *omnia haec non arte*, *ſed natura & fortuna eſſe* (Atheï) *dicunt.* (Id eſt, haec omnia fortuita quadam atomorum concurſatione, non autem a Deo eſſe comparata.) *Corpora etiam*, *quae poſt haec ſunt*, *rerum terrenarum*, *ſolis*, *lunae*, *ſtellarum omnium* (quae tum omnes, Atheis his exceptis, anima eſſe praedita putabant, ac pro inferioribus habebant Diis) *ex iſtis eſſe facta*, *animaque prorſus carere*, *affirmant. Fortuna enim*, *quae unumquodque vis ſua impulit*, *latum eſſe* &c. *Hoc pacto coelum totum & quae in eo ſunt*, *omnia*, *animalia quoque*, *& plantas*, *& anni tempora producta eſſe*, *non per mentem quamdam*, *aut per Deum aliquem*, *neque per artem*, *ſed natura*, *ut ajunt*, *& fortuna. Ipſam vero artem & mentem deinceps ex iisdem principiis exortam eſſe.*

ſe volunt. Iidem contraria contrariis adhaeſiſſe affirmant: quod iterum multum abeſt ab *Epicuri* diſciplina, qui non ipſam naturam corpuſculorum, ſed figuram tantum & motum conjunctiones illas, quas videmus, peperiſſe ſtatuebat. Quomodocunque igitur hi *Platonis* philoſophi de rerum natura ſenſerint, id tamen planum eſt, non ita eos, ut *Epicurum*, ſenſiſſe. Hinc infra *C.* 3. §. 23. multo judicat rectius & probabilius, quum *Platonis* locum hunc ait deſcriptionem diſciplinae *Anaximandri* continere, quam *Hylopathicam* appellare ſolet. Sed *Cudworthus*, quum totus amore philoſophiae illius arderet, quae nomen ex corpuſculis invenit, ubicumque veteres videbat differere de fortuita naturae rerum creatione, ibi atomos ſibi cernere videbatur. Quare etiam, ut ſuſpicor, illa *Platonis* verba hic omiſit, quae ſuae obſtare non ignorabat ſententiae.

Digitized by Google

CAPUT TERTIUM.

INTRODUCTIO AD CONFUTATIONEM ARGUMENTORUM, QUIBUS PUGNARE SOLENT, QUI DEUM ESSE NEGANT: IN QUA VARIAE ATHEISMI FORMAE AC SPECIES SIGILLATIM ENARRANTUR, ATQUE ISTA OCCASIONE DE NATURA GENITRICE NECESSARIA DISPUTATIO INSTITUITUR.

ARGUMENTUM.

§. I. *Superiori capite eorum argumenta, qui, ut Deum tollant, vitam in materia ineſſe praecipiunt, non potuerunt una cum ejus familiae rationibus explicari, quae ad Deum tollendum atomis abutitur, eo quod hae ſectae toto genere differant & disjunctae ſint. Natura & indoles doctrinae ejus, quae, dum vitam tribuit materiae, Deum tollit, clarius exponitur.* §. II. *Decet vero, ne haec diſputatio perperam intelligatur, hanc in animo ſemper infixam habere regulam: Non omnes, qui vitam ineſſe volunt in materia, ſtatim pro Atheis eſſe habendos, aut pro ſimulatoribus religionis & pietatis.* §. III. *At illi tamen, qui ſic vitalem eſſe credunt materiam, ut ſimul, praeter corpora, nihil eſſe cenſeant in rerum natura, hi binas propter cauſſas ab Atheismi crimine abſolvi nequeunt.* §. IV. *Strato Lampſacenus, qui Phyſicus vulgo dicitur, primus videtur illud Atheismi genus, quod vitam tribuit materiae, introduxiſſe: nullum enim alium eſſe Deum credidit, quam vitam naturalem, quae reſidet in materia.* §. V. *Probatur amplius Stratonem fuiſſe Atheum, ſed non ejus generis, cujus Democritum; quoniam omni materiae naturam quamdam effectricem, verum ſenſu & ratione deſtitutam, ineſſe judicavit.* §. VI. *Strato rerum omnium origines non repetebat a fortuna & caſu, quemadmodum Democritus, nec tamen genitricem quamdam naturam toti univerſitati praeſidere putabat, verum omnia eſſe nata cenſebat ex temperatione quadam caſus & virtutis efficacis: ex quo demum intelligitur, hominem in illis numerari debere Atheis, qui vitam materiae tribuunt.* §. VII. *Celeberrimus Hippocrates neque ex Hylozoitarum ordine, neque ex Democriticorum familia fuit Atheus, ſed Deum credidit eſſe corporeum, ut Heraclitus fecit.* §. VIII. *Plato neque impietatis hujus hylozoiticae meminit, neque aliud commemorat Atheorum genus, quam eos, qui rerum omnium origines a fortuita quadam natura repetunt. Quare aut Democriti ſocios ab eo reprehendi certum eſt, aut Anaximandri, de cujus impietate paullo poſt agetur.* §. IX. *Incredibile eſt, ante Democritum & Leucippum nullos fuiſſe, qui contra Deum diſputarent, philoſophos. Plato omni aetate fuiſſe obſervat aliquos, hoc morbo contaminatos. Ariſtoteles vero primorum philoſophorum aliquos aſſirmat cauſſam tantum materialem, non autem efficientem aut intelligentem, naturae rerum aſſignaſſe. Materiam nimirum unam eſſe putabant rem illam, quae ſubſiſtat, reliqua vero omnia qualitates tantum materiae, quae gignantur, & viciſſim corrumpantur.* §. X. *Sententia horum philoſophorum melius cognoſcitur ex Ariſtotelis, quibus eos oppugnat, argumentis. Is autem hoc primum illis objicit, quod nul-*

Digitized by

nullam motus cauſſam redderent, ſed, neſcio unde, in orbem eum introducerent. §. XI. *Deinde Ariſtoteles queritur, philoſophos iſtos cauſſam δι' ὃ καὶ καλῶς nullam afferre, nec, quid ſit illud, explicare, unde tanta naturae conſtantia tantaque rerum concinnitas nata ſit. Anaxagoras primus ex philoſophis ſectae Ionicae mentem & bonum principia eſſe rerum dixit.* §. XII. *Ariſtoteles igitur quos inducit, philoſophi reapſe fuerunt Athei: non quidem propterea, quod nihil eſſe crediderunt, praeter corpora: idem enim Heraclitus & Zeno docuerunt, qui non idcirco inter Atheos numerantur, quoniam ignem ſuum putabant eſſe praeditum intelligentia, totumque mundum animantem cenſebant: ſed idcirco primum, quod materiam diſſitabant omni vita & ſenſu vacuam unum eſſe rerum omnium principium.* §. XIII. *Deinde ideo, quod ſi ab ipſa recedas materiae ſubſtantia, res omnes, ipſamque vitam & intelligentiam, generari & corrumpi poſſe docebant: ex quo conſequitur, nullum eſſe alium Deum, quam qui naſcatur, & rurſus obeat. Veteres illi Theologi, qui Theogonias conſcripſere, Deosque omnes ex chao & nocte eduxerunt, verbis Deum reliquerunt, reapſe vero ſuſtulerunt. Materiam enim ſenſu carentem pro ſummo habebant Numine.* §. XIV. *Magnum tamen intereſt discrimen inter hos Ariſtotelis philoſophos, qui ad materiam retulerunt omnia, & inter veteres philoſophos Italicos. Illi enim, ſi ab una diſceſſeris materia, res omnes generari dicebant, & rurſus corrumpi: hi vero nullam rem vere exiſtentem generari & corrumpi dicebant, ideoque, hoc nixi principio, formas & qualitates corporum tollebant, animum vero corpore vacare, nec generari, aſſeverabant.* §. XV. *Quibus modis veteres illi phyſici, quos Ariſtoteles inducit, illud rationis ſcitum, quod philoſophi Italici urgere ſolebant:* Ex nihilo nihil fit, aut in nihilum abit, *propulſare ac depellere ſtuduerint. Anaxagoras inter ſectae Ionicae philoſophos primus eo usque huic praecepto rationis obſequutus eſt, ut inde hoc duceret conſectarium, eſſe naturam corpore vacantem, qualitatesque & formas ante ſtatueret exſtiſſe in atomis ſimilaribus: formas enim & qualitates res eſſe putabat a materiae ſubſtantia diſtinctas.* §. XVI. *Errant recentiores quidam, qui ex eo, quod Ariſtoteles affirmat, pleroſque omnes veterum philoſophorum cenſuiſſe, mundum eſſe factum, concludunt, eos omnes Deum profeſſos eſſe, Ariſtotelemque idcirco in eo, quod aliquos fuiſſe affirmat Atheos, a ſemet ipſo diſſidere. Omnes Athei mundum docuerunt eſſe factum, aut initium habuiſſe: quemadmodum nonnulli etiam ſupremi Numinis profeſſores aeternum eſſe mundum docuerunt, verum ita, ut eum Deo tamen ſubjicerent. Quamobrem diſtingui debet inter mundi ſyſtema & materiam. Illud coepiſſe concedebant*97 *Athei: hanc vero per ſe ex omni aeternitate exſtitiſſe judicabant.* §. XVII. *Plato & alii hoc impietatis genus ad minimum aequale Homero eſſe contendunt, quippe qui ex Oceano ſeu fluida materia omnes Deos eſſe natos perhibet. Antiquiſſima certe iſta eſt Atheismi forma, quae verbis quidem Deos relinquit, at omnes deinde ex chao & nocte educit. Ariſtophanes hanc doctrinam expoſuit verſibus, qui noctem & chaos ovum primum peperiſſe canit, ex quo poſtea prodierit amor: qui cum chao commiſtus coelum & terram, animalia, univerſamque Deorum turbam genuerit.* §. XVIII. *Ariſtotelis tamen judicio Parmenides, Heſiodus, & alii, qui amorem ſimiliter pro antiquiſſimo habuerunt Deo, ex turba Atheorum eximi debent. Crediderunt enim, amorem hunc principium eſſe agendi facultate praeditum, aut cauſſam motus in rerum natura. Quod ſi ita eſt, non potuit ex ovo noctis aut ex chao naſci, ſed natura ſine dubio eſt omni materia prior. Simmiae Rhodii carmen, quod honori amoris coeleſtis conſecravit,* Alae *inſcriptum. Hic amor non eſt ille, quem Plato ait ex Penia & Poro prognatum eſſe. Quo ſenſu recte dici queat amor ſupremum eſſe Numen & fons omnium rerum.* §. XIX. *Quamvis Ariſtoteles aliis in locis Democritum & Leucippum eo nomine caſtiget, quod ex materia rerum omnium origines repeterent: hi tamen non ſunt illi, quos in locis paulo ante allatis reprehendit ideo, ſed antiquiores quidam philoſo-*

phi: qui propterea non atomis fuerunt dediti, sed Hylopathici potius dici debent. §. XX. *Omnes Ionicae familiae philosophi, qui ante Anaxagoram vixerunt, quorum caput Thales est, ab Aristotele Atheismi accusantur. At multi sunt graves & idonei auctores, qui Thaletem ab hoc crimine liberant. Qui factum sit, quod Thales hujus culpae postulatus sit. Proximus vero Thaletis successor, Anaximander, multo rectius pro eorum philosophorum, qui Deum esse negarunt, duce habetur.* §. XXI. *Locus Aristotelis expenditur, qui ab Anaximandro videtur Atheismi crimen depellere, veteresque non secus, ac recentiores, in hunc induxit errorem, ut Anaximandrum ab hac labe purgarent. Ostenditur vero hic locus, si recte consideretur, contrarium probare, atque Anaximandrum principem illorum philosophorum facere, qui Deum sustulerunt.* §. XXII. *Quod vero Anaximander materiam sensu vacuam Deum appellavit, id mirum videri non debet. Omnes enim, qui nullum putant esse Deum, oportet materiam pro summo habere Numine. Potest etiam certo sensu materia immortalis & omnium rerum moderatrix dici. Graeci interpretes in hunc Aristotelis locum idem sentiunt.* §. XXIII. *Testimoniis docetur pluribus, philosophiam Anaximandri ad alendam summam impietatem fuisse comparatam.* §. XXIV. *Vulgus male semper de his rebus judicavit; neque inter viros ceteroquin eruditos desunt, qui pauciores, quam reapse fuerunt, Atheos numerarunt. Anaximander & Democritus idem, quod ad summam rei, sentiunt; at non unam & eamdem philosophandi viam sequuntur. Apud Platonem loci quidam exstant, quibus illa Atheismi forma potius tangitur, quae Anaximandro placuit, quam ea, quae Democrito sese probavit.* §. XXV. *Causae, quibus Democritus & Leucippus adducti sunt, ut novum Atheismi genus ementirentur.* §. XXVI. *Praeter has tres impietatis formas; quarta etiam passim deprehenditur: cui qui dediti sunt, mundum non esse quidem animal, at plantae tamen genus arbitrantur, in qua natura lateat genitrix, rerumque omnium effectrix & moderatrix, at ratione & sensu plane vacua.* §. XXVII. *Haec Atheismi forma, quae vitam quamdam genitricem toti praesidere naturae scisit, hac re ab Hylozoitarum opinione differt, quod casui & fortunae nihil relinquit, omnia vero fato & necessitati naturae unius genitricis & ordine procedentis subjicit.* §. XXVIII. *Tametsi fieri potuit, ut omni aetate homines essent hac lue infecti, ut omnia crederent a natura quadam fictrice, at sensus & rationis inani, administrari & gubernari; in primis tamen ex Heracliti & Stoicorum disciplina nonnulli ea imbuti fuisse videntur. Quocirca haec impietatis forma, quae unam esse putat in hac universitate naturam genitricem, Pseudo-Zenoniana appellari poterit.* §. XXIX. *Praeter illos Atheos, qui philosophati sunt, omni semper aevo exstiterunt alii Athei Enthusiastae ac Fanatici. Quamquam certo sensu omnes Athei Enthusiastae & Fanatici dici possunt, quoniam ab impetu rationis nescio impelli sese patiuntur.* §. XXX. *Fingi vix, ac ne vix quidem animo potest alia forma Atheismi, praeter istas quatuor, quas enumeravimus. Omnes enim Athei corporibus totam rerum naturam absolvi judicant: quamquam non omnes, qui nihil esse volunt, praeter corpora, propterea statim inter Atheos referendi sunt, verum illi tantum, qui primam rerum omnium causam ratione volunt esse destitutam.* §. XXXI. *Distributio Atheismi proponitur: ex qua & patet unde quatuor illae formae nascantur impietatis adversus Deum, & simul discrimen, quo illae disjunguntur, apparet.* §. XXXII. *Qui de materia sentiente & ratione praedita garriunt, illi parum intelligunt, quidnam Atheismi causam contineat. Illi vero, qui ex astris praesidia ad firmandum Atheismum petunt, quum, quid sibi velint, ipsimet ignorent, commiserationem potius, quam refutationem merentur.* §. XXXIII. *Alia generum Atheismi distributio proponitur. Omnes, qui Deum esse negant, vel a principio quodam mere fortuito & temerario, a motu nimirum materiae nulla lege definito, rerum omnium origines repetunt, aut a natu-*

Digitized by Google

natura, via quidem & arte progrediente, verum ſenſus inani. Quinam Atbei aeternitatem mundi negaverint, & quo ſenſu id fecerint. §. XXXIV. *Ex bis quatuor Atbeismi formis binae illae, quas Democriticam aut atomicam, & Stratonicam ſive bylozoicam nominavimus, ceteris praeſtant. Quare, bis recte & ordine confutatis, omnes eorum rationes, qui Deum eſſe negant, proſtratae prorſus & convictae erunt.* §. XXXV. *At haec duo Atbeismi genera quum pugnent inter ſe, illud in primis genus ſpectare nos oportet, quod ex atomis diſputat. Deinceps tamen ejus quoque copias diſpellemus, quod vitam ineſſe praedicat in materia, & perſpicue contra omnes, qui nil eſſe volunt, niſi corpora, demonſtrabimus, nec cogitationem nec vitam ullo modo in materiam cadere poſſe.* §. XXXVI. *Interim nullam earum ſectarum, quae contra Deum pugnant, intactam dimittemus, ſed omnes, quoniam de eo, quod principium eſt, conſentiunt, confutabimus. Oſtendemus etiam veteres Atbeos atomicos aetate multum eorum ſuperare ortum, qui vitam materiae tribuunt.*

§. 1. Ergo patent jam magna illa impietatis myſteria, quae non male 98
regni tenebrarum myſteria dixeris. In quorum nonnullis explicandis, quod non nimis longus fuerim, id prudens feci: nam inferius, ubi demonſtrabitur, quanam verſutia & calliditate utantur religionum irriſores, ut vim ratiocinandi & cogitandi, qua valent homines, ſine Deo natam eſſe, probent, copioſius ea enarrandi locus ſuppeditabitur. Vidimus adhuc univerſe, quot quibusque fulcris tota impietatis cauſſa nitatur: ſigillatim, quidnam habeant, qui ad Deum oppugnandum atomos in aciem educunt, quo genere nihil in hac turba nobilius eſt, ſpectavimus. Praeter hos vero aliam verſari etiam inter homines commemoravimus *Atheorum* familiam, quibus *Hylozoitarum* a nobis inditum eſt vocabulum. Ejus familiae argumentationibus in ſuperiori diſputatione, tametſi nihil eorum praetermittere voluerimus, quae cauſſam impietatis exornare & juvare poterant, locum tamen aliquem concedere non licuit. Namque prorſus ſunt eorum rationibus contrariae, qui atomos in Deum immittunt, ſic ut una ſtare nequeant utriusque factionis argumenta, mutuoque ſeſe tollant & interimant. Scilicet, qui atomis abutuntur ad religionem labefactandam, illi negant, corpus eſſe aliud aliquid, quam materiam extenſam & renitentem, ideoque vitam omnem & cogitandi facultatem penitus abeo removent. At contra, quos *Hylozoitas* nominavimus, cum ipſa corpora, tum minimam quamvis eorum particulam, etſi ratiocinandi virtute careant ac intelligentia, vitam tamen, perceptionem, & appetitionem quamdam ipſa naturae lege complecti, confirmant. Ex quo apparet, vitam eos & materiam extenſam non ſecus, ac duas res imperfectas, quae unam conſtituant naturam, cui nomen *corpus* ſit, ſpectare. Iſta vero vita, non animalis quidem, ſed genitrix, quam ineſſe praedicant materiae, cunctisque ejus partibus, hanc habet virtutem, ut quaelibet materiae portio ſe ipſam via & arte formare & fingere, iisque virtutibus, quae in ſe cadere poſſunt, donare queat, tametſi rationem & conſilium numquam vel adhibeat ad eam rem, vel etiam adhibere poſſit. Atque haec materiae machinatio eo usque procedit, ſi quidem hoc genus audiamus, ut in brutis animalibus ſenſus & delectatio, in hominibus vero conſilium, ratio, & intelligentia inde naſcatur. Haec ſi ita ſeſe haberent omnia, neque anima nobis opus eſſet corporis experte, qua apti redderemur ad intelligendum & cogitandum, neque rerum univerſitas Deo quodam gubernatore & moderatore, ne qua ratione praeceps ferretur, indigeret. Quod itaque utrumque hoc impiorum genus ſecernit, hoc unum in primis eſt: Qui ad ato-

mos referunt omnia, vitam esse judicant rem per se non constantem, sed quae generari queat & corrumpi; *Hylozoitae* vero vitam quandam naturalem & fictricem esse dictitant, quae per se subsistat, neque gigni queat aut exstingui, quamvis extra materiam, qua totam rerum universitatem concludunt, exsistere nullo modo queat.

§. II. Jam ne quis erroribus ad hanc disputationem aditus pateat, equidem hoc, normae instar, adscisci debere arbitror: Quemadmodum, qui atomorum suscipiunt patrocinium, non ideo statim cum religionis hostibus sociandi sunt; ita nec illi, qui se *Hylozoitis* adjungunt, necessario statim impietatis nota inuri debent. Si quis enim vitam quidem attribuat materiae, at simul tamen alias, praeter materiam, naturas, nihil solidi & corporei habentes, exsistere doceat, is nullo modo tanti criminis insimulari debet. Interim haud reticeri debet, hac etiam ex parte atomorum tutores & illos, qui vitam quaerunt in materia, vehementer diffidere. Nam, quod supra planum fecimus, atomorum disciplina naturali quadam necessitudine conjuncta est cum hac sententia, esse naturas simplices & corpore vacantes, licet, qui *Democritum* sequuntur, religionis hostes violenter hanc ab illa abstraxerint. Nil simile vero philosophia eorum habet, qui vitalem volunt esse materiam, quippe quae prorsus cognata videtur illorum sententiae, qui corporibus hoc universum concludunt. Quodsi enim, id quod paullo ante significavimus, omnis materia tantum vitae, perceptionis, & facultatis natura possidet, quantum satis est ad se ipsam figurandam & perficiendam, sic ut modo solem, modo terram, modo stellam vagam producere, corporaque animalium incredibili artificio fabricari queat; quodsi eadem materia eo usque machinando potest progredi, ut sibimet ipsi sensum, vitam, & delectationem comparet: equidem, quid obstet, nihil video, quo minus his excellentiora quoque perficere, vimque ratiocinandi & cogitandi, qualis in hominibus exsistit, postremo sibi queat acquirere. Valeat vero anima corpo-
99 ris expers & immortalis, ipse quoque Deus valeat, si haec fieri posse certum sit. Praeterea difficillimum est intellectu, quemadmodum adduci queat aliquis, ut portentum hoc, quo nihil est ineptius, verum esse arbitretur: Quaelibet atomus aut brutae materiae particula plus habet sapientiae, quam praestantissimi quique rerum publicarum administri aut acutissimi philosophi, quoniam nihil omnino nescit eorum, quae in naturam ejus cadere possunt, nec ulla ejusmodi in re fallitur, nisi idem corrupto jam utatur animo, Deumque & immortales naturas antea judicaverit sibi proscribendas esse. Scilicet, qui semel ista lue infecti sunt, ut, quae de Deo feruntur,

(a) *Quamobrem mitiorem*] Aequissime & sapienter haec decreta sunt. Fieri enim omnino potest, ut credant aliqui, Deum esse & naturas omni concretione liberas, & simul tamen Deum vitae quoddam genitricis genus in materiae particulas abdidisse, existiment. Id quo firmem, non eos huc advocabo, qui & Deum esse volunt, & mundum simul animo uno, vel etiam pluribus opinantur esse praeditum, neque alios veterum aut recentiorum philosophos, quibus simile quid vitium fuit, appellabo, sed illam tantum philosophorum Arabum sectam, quam *Loquentium Maimonides* nominat, commemorabo. Haec enim & Deum esse docuit, & rerum naturam in atomos divisit, & unicuique nihilominus atomo vitam aliquam attribuit. Quorum quidem sententia nihil fingi potest accommodatius ad ea, quae *Cudworthus* monet, illustranda. Recitabo, ne temere quid dixisse videar, ipsa *Maimonidis* verba, ut a *Buxtorfio* Latine versa sunt: *Existimant, totum hunc mundum, hoc est, omnia illius corpora confecta esse ex perexiguis quibusdam particulis, quae ob summam exiguitatem nullam neque divisionem admittant, (atomos vocant) neque quantitatem habeant: sed quum illarum multae in unum coëunt, & invicem congregantur, tum illud compositum fieri quantum, & ipsum (ἀτομον scilicet)* sor-

tur, vulgi fabulas & commenta esse putent, hi monstrosissima quaevis & absurdissima citius amplectuntur, quam ut Deum esse credant, quo nihil esse portentosius, aut horribilius vel cogitari posse, opinantur. Ut haec ita sint, haud tamen est, cur fieri posse negemus, eorum aliquem, quibus Deum esse & animas immortales ceteroquin persuasum est, simul tamen credere posse, animam illam, quae sensu gaudet, tam in animalibus, quam in hominibus, corpoream esse, in stirpibus autem, e quibus plantae gignuntur, & animalibus vitae quoddam genus latere reconditum, cujus ope semet ipsa fabricentur & fingant. In qua qui haerent sententia, illi facile huc etiam descendunt, ut in omni materia vitam quamdam, non animalem quidem, at machinandi facultate praeditam habitare, suspicentur. (*a*) Quamobrem mitiorem fas est in eos sententiam pronuntiare, qui vitalem quidem statuunt esse materiam, at esse tamen Deum profitentur, nec animas rationis compotes perennes fore negant; neque semper existimandum, quibus ejusmodi quid placet, eos pietatem tantummodo erga Deum simulare, re ipsa vero Deum una cum religione sublatum velle.

§. III. Hoc ergo primo ratum sit, non statim Atheis aggregandos esse, qui vitae genus quoddam materiae insitum esse, opinantur. At si qui huic sententiae eorum adjungunt flagitia, qui extra corpora esse aliquid inficiantur, nec modo vivere materiam ea, qua diximus, ratione credunt, sed etiam hac una totam rerum universitatem absolvi contendunt, hos ego summo jure in judicium negatae divinae naturae vocari posse arbitror. Ejus autem opinionis binas habeo causas. Primo non sum nescius, qui sic sentiunt, rerum omnium initia non a bruta, mortua, sensuque vacua re quadam, quod atomorum faciunt amici, repetere, sed a natura, quae cum vita sensuque quodam praedita est, tum nihil omnino eorum ignorat, quibus vel agendis vel perferendis idonea & apta sit, nec usquam hac in re fallitur: quod quidem propius ab eorum videtur abesse sententia, qui Deum esse putant. Veruntamen, qui secum expenderit, non talem hanc esse, qualis est in animalibus, materiae perceptionem, sed naturalem quamdam & necessariam commotionem, is vitam illam materiae, qua semet ipsam conformare dicitur, omni voluptatis & intelligentiae sensu privatam esse, nec tam vitam, quam somnium & umbram vitae esse, continuo perspiciet. *Hylozoitarum* natura res est prorsus singularis, cujus vim nemo unus assequitur, sapientissima quidem & sagacissima, sed nihil tamen intelligens, nihil sentiens, neque suae sibi virtutis conscia: Deus autem, si quidem recte de eo sentimus, mens est nullius rei ignara, simul vero ipsamet testis sapientiae suae, per-

corpus; ita ut, si duo tantum ejusmodi atomi conjungantur, unumquodque illorum (post conjunctionem) fiat corpus, ac per consequens duo sint corpora, juxta quosdam ipsorum. Praeterea omnes istas atomos statuunt esse similes & aequales, nullamque inter illas esse differentiam. Dicunt itaque, omnia in universum corpora ex istis particulis individuis esse composita compositione conjunctionis; (non per mutationem vel mixtionem, sed conjunctionem & copulationem, ut formas suas retineant:) & proinde generatio illis nihil aliud est, quam congregatio, & corruptio idem, quod separatio: unde etiam non utuntur vocibus generationis & corruptionis, sed pro iis dicunt congregationem & separationem, motum & quietem. Tandem non statuunt particulas istas ab aeterno exsistere, quemadmodum Epicurus voluit, & alii, qui sententiam de atomis sunt amplexi, sed Deum illas semper de novo creare, quando ipsi iubet; ac proinde iterum quoque posse easdem sua privari, & in nihilum redigi. More Nevochim Part. I. Cap. 83. p. 149. Vides Deum & atomos: restat, ut de vita atomorum doceam. Ita vero paullo post *Maimonides p. 152. Vita ex ipsorum sententia, exsistit in unaquaque particula corporis viventis. Ita dicunt, quamvis particulam animantis sensu praeditam sensilem quoque esse. Nam vita, sensus*

perfectionibus ſuis gaudens, denique beatiſſima & feliciſſima. Deinde, quum
100 genus hoc, cujus res hic agitur, omni materiae vitam ineſſe natura praedicet, connexum huic eſt ſententiae, ut quamlibet materiae particulam propriam & ſingularem habere vitam, praecipiat. Ita vero infinitam vitarum vim, inter ſe quidem conjunctarum, at nullius poteſtati ſubjectarum comminiſcuntur, totque prima fingunt rerum ſemina, quorum nullum lege certa regitur, quot atomis haec univerſitas conſtat; communem vero vitam quandam ſive animum, qui ceteris omnibus praeſideat, nullum eſſe, non poſſunt non opinari. Atqui Deum affirmare, id quidem eſt, res omnes ἀφ' ἑνὸς τινος, *ab uno quodam principio*, derivare, naturaeque uni, perfectiſſimo modo viventi & ſapienti, rerum omnium creationem mundique fabricationem adſcribere.

(*b*) Nihil igitur dubitandum eſt, quin illi, qui materiam vitalem eſſe putant, & ſimul nihil, praeter eam, in hoc univerſo eſſe cenſent, Deum ipſum ex orbe tollant; etſi propterea, quod vitae quoddam genus in materia ponunt, multo ſimiliores Dei profeſſoribus videantur, atque reliqua impiorum turba. Quisquis nimirum Deum cupit eſſe amotum, is neceſſario quasdam ex divinis virtutibus, quae in nullam aliam naturam cadunt, in rem quamdam aliam, divinitate carentem, nominatim in materiam, transferre debet. Quicumque haud a ſe impetrant, ut vitam materiae largiantur, illi non poſſunt tamen, quin eam per ſe neceſſario exſiſtere, primumque rerum omnium principium eſſe, dictitent: quae quidem duae res nullius ſunt, niſi Dei. Numen ergo, cui ſacra faciunt illi ex *Hylozoitis*, qui corporibus hoc univerſum contineri credunt, cocca quaedam Diva eſt, quam naturam appellant ſive vitam materiae. Atque ea nihil eſt abſtruſum magis, aut rationi minus apertum & pervium. Cedit nemini ſapientia, callet omnia, numquam decipitur; at ſimul intelligere ſeſe ac ſcire aliquid, ignorat penitus. Non diſſimilis idcirco videtur aenigmati, ſub quo Eunuchus latet, veſpertilionem percutiens, quod *Platonis* aetate puerorum in ore erat: (*c*) (*) *Vir, nec tamen vir, videns, nec tamen videns, percutiebat, nec percutiebat, lapide, nec tamen lapide, avem non avem.* Quamquam hoc inter utrumque intereſt, quod aenigma iſtud rem in ſe intellectu minime gravem admirabiliter tantum exprimit, illa vero Dea informe videtur monſtrum, cujus rationes nemo ſanus capit, quodque inde prognatum eſt unice, quemadmodum deinceps patebit, quod virtutis genitricis naturam parum animo comprehenderent minuti quidam philoſophi.

§. IV.

(*) De Republ. Lib. V.

ſus, intellectus, & ſapientia ipſis ſunt accidentia, non minus quam nigredo & albedo. Totus vero in hoc eſt *Maimonides*, ut hanc ibi ſententiam refellat.

(*b*) *Nihil igitur dubitandum*] Verum hoc in univerſum eſſe, fateor. Quid ſi vero aliquis & vitam tribuat materiae, & corporibus univerſam rerum materiam concludat, at Deum tamen credat eſſe corporeum? Isne etiam ſummae erga Deum impietatis jure accuſabitur? Non putem. Quare hanc *Cudworthi* regulam ſic eſſe arbitror conſtituendam: Quicumque vitam ineſſe putat in materia, nec aliquid eſſe cenſet, praeter corpora, is merito audit Atheus, *niſi forte corporeum ſibi Numen fingat.* Num vero quisquam mortalium umquam tam abſurde ſenſit? Certe fuit, qui ſic ſentiret, vir non indoctus, isque Chriſtianus, ſaeculi tertii ſcriptor, qui *Clementina* exaravit. Hunc in ea fuiſſe ſententia, cuilibet parti materiae vitae quoddam aut animi genus adjunctum eſſe, nemo dubitabit, qui librum, quem dixi, evolverit. Mihi ſatis erit, unum ejus locum attuliſſe, quo res omnes metu ſeu timore regi praecipit: *Nonne terra ipſa ſub praecepti metu permanet? quod etiam motu ſui & tremore teſtatur. Mare ſtatutum terminum ſervat: ſtellae ordinem tenent & fluvii meatus. Recognit. Clementis Lib.* IX. §. 15.

§. IV. Princeps autem praecipuusque philoſophiae hujus, religioni Deoque inimicae, auctor, ut ego quidem arbitror, (*d*) *Strato* eſt *Lampſacenus*, quem vulgo etiam appellant *Phyſicum*. *Theophraſtum* is audiverat antea, neque mediocrem laudem ex philoſophiae Peripateticae ſtudio aſſequutus erat; ſed deinceps, deſerta *Ariſtotelis* diſciplina, tam turpiter a vera defecit ratione, ut novam contra Deum diſputandi viam aperiret. *Vellejus* enim, *Epicuri* ſectator, idemque Dei & religionis contemtor, dum apud *Ciceronem* varia, quae priscis floruerint temporibus, impiorum enumerat genera, in his ita *Stratonis* meminit, ut nec Atheus prorſus fuiſſe videatur, nec omnino divinae naturae profeſſor, verum ex utroque, ſi quidem res contrarias plane ac pugnantes ſociare fas eſt, conflatus & compoſitus. (*e*) *Nec audiendus*, inquit, *Strato, qui Phyſicus appellatur, qui omnem vim divinam in natura ſitam eſſe cenſet, quae cauſſas gignendi, augendi minuendive habeat, ſed careat omni ſenſu.* Ex his *Stratonis* Deum naturam fuiſſe quamdam apparet, viventem quidem & actuoſam, at ſenſu deſtitutam. Quoniam ex atomorum fortuito concurſu res omnes negat eſſe natas, quod *Epicuri* aſſirmant & *Democriti* diſcipuli, propterea non omnem hominis religioſi formam atque ſpeciem amittit. At perſpicaciores turpitudo ejus fugere nequit, qui ſine labore ſentiunt, Deum *Stratonis* nil, niſi vitam ſeu rem quamdam eſſe in materia latitantem, quae nec ſenſum habet nec intelligentiam, totaque in ſingulis ineſt materiae particulis. Neque *Seneca*, cujus apud (†) *Auguſtinum* verba exſtant, alium fuiſſe putat eum, quam hominem portentoſum, qui medium veluti locum inter eos, qui Deum negant & profitentur, tenuit: *Ego feram aut Platonem aut Peripateticum Stratonem, quorum alter Deum ſine corpore fecit; alter ſine animo?* Moleſtum ſibi ait eſſe *Seneca*, binos hosce philoſophos in duas extremitates aeque vitioſas diſceſſiſſe. *Platonem* reprehendit, quod Deum apertam & ſimplicem eſſe mentem dixerit, cui nihil prorſus admiſtum ſit corporei: *Stratonem* vituperat, quod corpus Deo reliquerit, mentem autem abſtulerit, nec alium exiſtimaverit eſſe Deum, quam vitae quoddam genus rationis inops, fingendique poteſtate praeditum, quod in omnibus inhaereat materiae particulis, at nihil ſentiat. Quapropter, quod *Strato* inter Dei profeſſores interdum numeratur, tametſi reapſe Deum ſuſtulerit, haec una videtur eſſe ratio, quod, vitam naturae ſeu materiae attribuendo, ab illo impietatis genere deſciverit, quod *Democritus* & *Epicurus* probarunt, quodque tum unice notum erat.

§. V. Sed nec ipſe diſſitetur *Cicero*, divinam naturam a *Stratone*, ſecus licet ac a *De-*

(†) De civit. Dei Lib. V. Cap. 10. (§. I. p. 122. T. VII. Opp. ed. Benedict.)

§. 15. *p.* 581. *T.* I. *P. P. Apoſtol.* Si metu res omnes continentur, ne mandata violent Domini, quis neget, in rebus omnibus vitam ineſſe & animam? Plures locos facile conquiret, qui voluerit. Vid. *Lib.* VI. §. 8. *p.* 556. *Lib.* VIII. *p.* 573. *Lib.* XI. §. 24. *p.* 704. &c. Idem tamen homo, nullam eſſe ſine corpore naturam, cenſet, neſcitque omnino, quid ſit animus corpore vacans. At in his corporibus ipſi Deo locum concedit, quem corporeum eſſe, multis non veretur tradere. Vid. *Clementina Homil.* XVII. *p.* 738. Non dubito, plures, praeter hunc, & in Judaeis & in Chriſtianis ita cenſuiſſe.

(*c*) *Vir, nec tamen vir*] Ipſum hoc aenigma non habet *Plato*, ſed is meminit tantum generatim *Lib.* V. *de republica p.* 468. Το τελευταῖον τὸ πᾶσι τούτοις ἕπεσθαι ἐθέλειν ἢ βούλεσθαι ἢ δύνασθαι.

(*d*) *Strato eſt Lampſacenus*] De *Stratone* hoc, praeter eos, quos infra nominabimus, lege *Diogenem Laërtium de vebus philoſophor. Segm.* 58. *p.* 298. *ſ. Jo. Alb. Fabricium Biblioth. Graec. Lib.* III. *C.* 11. *p.* 311. *ſ.* & peculiarem *de* hoc *Stratone & ejus philoſophia Diſſertationem* doctiſſimi viri, *Frid. Philippi Schloſſeri*, *Witteb.* 1728. editam.

(*e*) *Nec audiendus*] *Cicero de natura Deor. Lib.* I. *C.* 13. *p.* 2902.

Democrito id factum, sublatam esse. (*f*) *Strato Lampsacenus*, inquit, *negat, opera Deorum se uti ad fabricandum mundum: quaecumque sint, docet, omnia effecta esse natura, nec ut ille, qui asperis & laceibus & hamatis uncinatisque corporibus concreta haec esse dicat, interjecto inani: somnia censet haec esse Democriti, non docentis, sed optantis.* Constat ex his verbis, *Stratonem* similiter, ac *Democritum*, negasse, mundum divina providentia factum, aut a natura quadam sapientissima & perfectissima creatum esse. Verum non omnia probavit, quae *Democritus* praecepit, sed ad longe aliam naturam rerum omnium originem retulit, atque hic atomorum patronus, qui neque causam efficientem aut motus quoddam principium obtrudi sibi patitur, nec, unde tam admirabilis naturae coagmentatio, tamque certi constantesque rerum cursus exstiterint, explicat. Quod *Democritus* naturam vocat, id nihil est, quam fortuita corpusculorum concursatio. At *Stratonis* natura est vis quaedam & interior vita, singulis materiae particulis concluſa, cujus ope semet ipsam quaelibet arte ac consilio fingere, in easque formas, quibus apta est natura & idonea, vertere potest, etiamsi, quid faciat, ipsamet ignoret, nec, quid velit facere, secum constituat. (*g*) *Quidquid aut fit aut fiat*, idem inquit *Cicero*, *naturalibus fieri aut factum esse docet ponderibus & motibus.*

§. VI.

(*f*) *Strato Lampsacenus*] *Cicero Quaestion. academic. Lib.* IV. *Cap.* 38. *p.* 2318. *T.* VIII. *Opp.*

(*g*) *Quidquid aut fit*] *Cicero*, ubi supra.

(*h*) *Plutarchus*] *Libro adversus Colotem. p.* 1115. *T.* II. *Opp.* Verba sic a me Latine versa sunt, quemadmodum *Cudworthus* ea verti debere censuit, & res ipsa postulare videtur. Alii vero aliter, ut quisque affectus est erga *Stratonem* animo, hunc locum censet reddendum esse, *Lefcalopierius Comm. ad libros Ciceronis de Nat. Deor. p.* 58. ita eum Latine expressit: *Denique mundum ipsum animal esse negat Strato, cuique, naturam sequi temerarios fortunae impetus: initium enim rebus dare spontaneam quandam naturae vim, & sic deinceps ab eadem natura physicis motibus imponi finem.* Hanc versionem probat *Petr. Baylius Dictionaire T.* III. *voce Spinoſa Not. A. p.* 2631. & vener. *Buddeus Diss. de Spinozismo ante Spinozam* §. 6. in *Analect. Histor. philos. p.* 318. *Baylium* tamen id offendit, quod in ea *Strato* docuisse perhibetur, *naturam sequi temerarios fortunae impetus.* Id putat a reliqua ejus doctrina abhorrere: veterum enim si qua fides sit testimoniis, cum nihil fortunae & casui, sed omnia necessitati tribuisse, nec cum Epicureis, apud quos casus unice regnaverit, commune aliquid habuisse. Et fateor ego, *Lefcalopierium* melius fuisse facturum, si vocem τύχην simpliciter reddidisset *fortunam*, neque *temerarios fortunae impetus* in *Plutarchi* verba introduxisset. Quod vero *Baylius* arbitratur, *Stratonem* ideo, quod omnia necessitate quadam ferri crediderit, nihil loci fortuito potuisse casui dare, id vero nullum esse, mox, nisi fallor, apparebit. *Xylander Plutarchi* verba prorsus obscure convertit: *Negat, mundum esse animal, & naturalia comitari fortunae casu, initium motus naturae praebente, itaque hos porro absolvi.* Ex qua versione qui sensum expresserit, nae is plura videat, quam reliqui homines, oportet. Vir doctissimus *Schlosserus Diss. de Stratone Lampsaceno* §. 24. *p.* 24. aliam suppeditat versionem: *Tandem mundum ipsum non esse animal, dicit, naturalia vero sequi fortuita. Initium enim indere automaton seu spontaneam quandam naturae vim, tum vero ita continuare affectiones rerum naturalium singulas.* Quomodocumque vertatur locus, omnis tamen ab eo non depelletur obscuritas: quae quidem ex eo nascitur in primis, quod vim & notionem vocum, φύσις, τύχη, αὐτόματον, *Plutarchus* haud declaraverit. Ego quidem, quaecumque certa sunt & perspicua, sejungenda hic esse judico ab illis, quae ambiguitatis aliquid habent. Itaque (I.) evidens est, *Stratonem* negasse, mundum esse animal, aut per universam rerum naturam communem quamdam vitam esse fusam. (II.) Censuisse, ad rerum generationem & ortum res binas esse necessarias, φύσιν & τύχην, *fortunam* & *naturam*. Ita *Plato Lib.* X. *de legibus p.* 665. 666. & alias, Atheos aetatis suae φύσιν & τύχην semper conjunxisse in explicandis naturae rerum rationibus, tradit: ne quid nunc de aliis dicam veterum testimoniis. (III.) Τύχην seu fortunam ciere insitam materiae gignendi vim. At (IV.) hanc ipsam vim postea perficere sua virtute omnia, &, ut *Cicero* ait, *ponderibus & motibus* tantum, quantum natura potest, efficere. Si, quid φύσις, quid τύχη *Stratoni* fuisset, *Plutarchus* addidisset, magna liberasset nos molestia. Interim, si haec quatuor accurate consideremus, hanc inde nasci sententiam, constabit, quae reliquis

Digitized by Google

§. VI. His addendum eſt, *Stratonem*, licet vitalem quamdam vim per omnem pertingere materiam docuerit, negaſſe tamen, communem quamdam eſſe vitam, ſive ſentiendi & ratiocinandi, ſive omnino fingendi & gignendi facultate praeditam, quae toti leges ferat materiae, atque corporeum hocce univerſum una moderetur. Id (*b*) *Plutarchus* partim diſerte teſtatur, partim obſcurius indicat. En ipſa ejus verba: Τὸν κόσμον αὐτὸν ἀ ζῷον εἶναί φησι, τὸ ἢ κῇ φύσιν ἔπαθε τοῦ κῇ τύχῃ· ἀρχὴν μὲν ἐκδίδοναι τὸ αὐτόματον, εἶτα ἕπεσθαι τοῦ φυσικῶν παθῶν ἕκαστον. *Strato putat, mundum non eſſe animal* (ſeu Deum,) *verum id, quod in qualibet re naturale eſt, ſequi fortuitum aliquid antecedens; caſum quidem motum incipere, naturam vero deinceps reliqua peragere.* Horum ego verborum plenam ſententiam hanc eſſe ſuſpicor: *Stratonem* quidem, quod ante eum *Democritus* auſus erat, rerum omnium exordia & origines in fortuito atomorum concurſu non quaeſiviſſe, materiae potius certam quamdam vim & vitalem perceptionem, cujus ea gubernetur arbitrio, adſcripſiſſe: at eumdem communem quamdam vitam, vel genitricem vel animalem, quae toti naturae imperet & dominetur, ferre noluiſſe, ſed ſingulis tantummodo materiae particulis vitas dediſſe ſingulas, a quibus regantur. Ex quo quidem appareat, multum loci ab eo caſui & fortunae relictum eſſe, caſumque, a fictrici quadam natura certa ratione temperatum, rerum omnium cauſſam ex ejus eſſe ſententia: verbo, (*i*) *Hylo-*

quis veterum de *Stratone* dictis conſentanea eſt: Falluntur, qui cenſent, animam quamdam, vim aut rationem in tota rerum natura latere, quae omnes ejus motus gubernet ac moderetur; cuncta potius, quae fiunt, lege quadam naturae fiunt & generantur. Quaelibet ſcilicet materiae pars inſitam habet quamdam vim certos producendi effectus: haec vero vis quieſcit, dum alia quaedam cauſſa exterior eam veluti excitet atque cieat. Quodſi itaque fortuito res quaedam accedat, quae quidem apta ſit & idonea latentem illam vim efficientem commovendi, tum ea, quod poteſt, perficit, & nulla ope aliena exſequitur, quae natura ipſa valet exſequi. Vides, ut arbitror, perſpicue, quid *Strato* ſenſerit: vides, quid τύχη, quid φύσις ſit: haec vis illa eſt efficiendi & gignendi, quam materia abditam in ſe habet & reconditam: illa vero externus eſt caſus, cujus auxilium veluti requiritur, ut iſta vis cieatur: vides denique, τύχην optime cum φύσει in *Stratonis* diſciplina conjungi, nec, quod *Baylius* judicavit, haec duo inter ſe pugnare. Ipſa ilia τύχη *Stratonis* neceſſitatis erat filia. Stolidus enim fuiſſet, ſi ſine ulla cauſſa rem quamdam ad motus naturales excitandos acceſſiſſe, docuiſſet. Conferri velim ea, quae *ad* §. 8. ex *Cicerone* attulimus, hanc *Stratonis* ſententiam declarantia. Haec doctrinae *Stratonis* declaratio quam cognata ſit illi, quam hic *Cudworthus* dedit, viros eruditos exiſtimare volo.

(*i*) *Hylozoitarum ex ordine fuiſſe*] Ita pleriſque omnibus viris doctiſſimis perſuaſum eſt, *Baylio*, *Buddeo*, *Lescalopierio*, *Leibnitio*, *Clerico*, *Thomaſio*, quos *Schlofferus* *loc. laud.* & vir longe doctiſſimus, *Jac. Frid. Reimmannus*, in *Hiſtoria Atheiſmi Sect.* II. *Cap.* 27. §. 3. *p.* 186. nominarunt, non ultimo *Stratonem* inter eos numero eſſe, qui Deo & religioni bellum indixerunt. Is ipſe vero celeberrimus *Reimmannus l. c.* §. 4. *p.* 188. obſcuriora & pauciora eſſe, quae de *Stratone* ſervata ſunt, veterum dicta judicavit, quam ut ex illis, quid *Strato* docuerit, conſtitui queat. Itaque aſſenſionem ſuſtinuit. Longius progreſſus eſt, cujus jam aliquoties mentionem feci, eruditiſſimus *Schlofferus*, neque pro *Stratone* verba facere veritus eſt. Locum *Plutarchi* putat §. 32. *p.* 30. quemiam magna laboret caligine, nihil certi nos docere. *Ciceronis* autem dicta & *Senecae* arbitratur ita commode intelligi poſſe, ut *Strato* putetur non prorſus Deum a mundi creatione arcuiſſe, ſed hoc tantum indicare voluiſſe, non ab ipſo Deo repetendas eſſe ſtatim omnes rerum, quae naturae accidunt, rationes, verum phyſico *cauſſas ſecundas* haud eſſe negligendas, aut, ut vir doctus loquitur, Deum non *in totum*, ſed *in tantum ab orbis creatione excludendum eſſe*. Affert alia quoque ad locorum iſtorum vim diminuendam, quae ut deſeribam, quum conjecturae tantum ſint, haud duco eſſe neceſſarium. Ego vero, tametſi eos de genere humano praeclare mereri ſtatuam, qui inultam viris innocentibus impietatis maculam eluere tentant, nec ingenioſum *Stratoni* patronum invideam, ſi lis tamen ex veterum dictis aeſtimanda ſit, quemadmodum purgari *Strato* queat, me plane neſcire fateor. Quod ad locum attinet *Plutarchi*, credo, eius tenebras magnam partem a me diſſipatas eſſe, ſatisque perſpicuum ex iis, quae dixi, eſſe puto, nullas Deo partes in condenda natura *Stratonem* reliquiſſe. Reliqua vero *Ciceronis* & *Senecae* dicta ſuſpi-

Digitized by Google

103 *lozoitarum* ex ordine fuiſſe hominem. (*k*) Ergo bina impietatis habemus genera, quae magnopere disjuncta ſunt inter ſe. Alterum fortuito materiae motu, nullo duce vel moderatore adjuncto, cuncta eſſe concreta opinatur, naturamque viventem & omnia dirigentem penitus repudiat. Alterum, caſum & fortunam vitae, in ipſa latenti materia, neſcio qua lege, adjunctam, res omnes effeciſſe, affirmat, nec tamen per totam naturam unam quamdam vim vitalem eſſe fuſam concedit, ſed cuilibet materiae particulae propriam & peculiarem vitam attribuit. Illa impietas *Democritica* vel *corpuscularis*, ut ita loquar, haec *Stratonica* vel *Hylozoistica* apte ſatis, ut opinor, vocabitur.

§. VII. Hic vero *Hippocratis* recordor, viri longe celeberrimi, qui diu ante *Stra-*

ſuſpicionibus quidem argutis illuſtrari, at nulla interpretatione ita leniri & mitigari poſſe, cenſeo, ut pius & religioſus fuiſſe *Strato* videatur. Confirmat, quae *Cicero* & *Seneca* perhibent, *Lactantius Libro de ira Dei Cap.* 10. *p.* 918. ubi: *Naturam*, inquit, *ait Straton habere in ſe vim gignendi & minuendi: ſed eam nec ſenſum habere ullum, nec figurom; ut intelligamus, omnia quaſi ſua ſponte eſſe generata, nullo artifice, nec auctore.* Idem poſtea repetit, & ſimul refellit *Lactantius l. c. p.* 926. Qui ſe *negat opera Deorum uti ad mundum fabricandum*, qui *Deum ſine me ipſe* fingit, qui *omnem divinam vim in natura ſitam* putat, qui *naturam ſenſu & figura carentem, nullo artifice, nec auctore*, comparaſſe, quae videmus, omnia iudicat, is qualem Deum colere poſſit, equidem nulla cogitatione conſequor. Jam ſi quis quaerat ex me, an, quae *Cudworthus Stratoni* tribuit, omnia eum docuiſſe putem: an hominem cenſuiſſe credam, in ſingulis materiae particulis totum & integram latere vitam: an praecepiſſe eum ducam, ſcire quamlibet materiae portionem, quibusnam rebus apta ſit & idonea; nihil me habere his de rebus, quod liqueat, reſpondebo. Conjectaria haec ſunt, quae vir eximius ex illis elicit, quae de *Stratonis* philoſophia ſcripta reliquere veteres. Multa vero ſunt, quae obſiſtunt, quo minus omnia liceat alicui tribuere, quae ex eius fluere ſcitis videntur. Conſtat, ſi qua fides adjungi debet veterum auctoritatibus, *Stratonem* vim gignendi in materia putaſſe reconditam eſſe, quae externae cujusdam cauſſae indigeat, ut excitetur. Quemadmodum vero hanc ſententiam ad omnia, quae fiunt, accommodaverit, & expoſuerit, id, ſi libri ejus ſupereſſent, non ignoraremus. Iis amiſſis, praeſtat, ut opinor, ignorantiam fateri, quam incertis ſuſpicionibus indulgere; praeſertim, quum non una ratione hanc opinionem explicari poſſe, ſatis videant, qui ſapiunt. Nec tamen, quae doctiſſimus *Schoſſerus* monuit, *l. c.* §. 31. *p.* 29. 30. ut *Cudworthum* refellat, multum habere firmitatis arbitror. Ideo enim exiſtimat *Stratonem* non potuiſſe cuilibet materiae parti vitam ſuam tribuere, quod a *Democrito*, teſte *Cicerone*, diſſenſerit, nec cum hoc naturam in minuta corpuſcula ſeu atomos diviſerit. Facile ego largior, riſiſſe *Stratonem* atomos *Democriti*, aſperas & laeves, hamatas & uncinatas, quoniam *Cicero* eius rei auctor eſt. Veram hoc qui facit, isne ſtatim negare putandus eſt, materiam in particulas diſtribui poſſe & debere? Non arbitror. Quotquot ſunt naturae ſcrutatores, non poſſunt, quin materiam partiantur ingenio, & in minuta corpuſcula diſtribuant: nec tamen omnes *Epicuri* & *Democriti* probant atomos. Scilicet *Strato* inficiabatur, ex corpuſculis, omni qualitate deſtitutis, & temere inter ſe coëuntibus, fieri potuiſſe, quae videmus, omnia. Id vero non impediebat, quo minus in harum atomorum locum ſufficeret corpuſcula, qualitatibus aut vita ſenſuque praedita. Quis *Anaxagoram* ignorat, qui atomos ſprevit, & rerum tamen naturam in corpuſcula, quae *ſimilaria* vocant, divilit? Quid? quod doctiſſimus *Baylius* oſtendere conatus eſt, tolerabiliores fore atomorum tutores, ſi cuilibet atomo vitam & ſenſum tribuerent. *Dictionaire T.* II. *v. Leucippe Not.* 2. *p.* 1701. Nec deſunt viri docti, quibus tamen haud aſſentior, qui omnes *Democriti* atomos animatas fuiſſe ſuſpicantur. Haec quod latius diſputavi, non feci propterea, ut aliorum convellerem ſententias, ſed ut, quantam cautionem adhibere deceat in veterum philoſophorum ſententiis inveſtigandis, exemplo docerem.

(*k*) *Ergo bina impietatis*] Ita jam *Lactantius* eos diſtribuit, qui a gubernatione & creatione mundi Deum removent. *Qui nolunt*, inquit, *divina providentia factum eſſe mundum, aut principiis inter ſe temere coëuntibus dicunt eſſe concretum, aut repente natura exſtitiſſe. De ira Dei Cap.* 10. *p.* 918. Utrumque genus deinceps inſectatur & refellit.

(*l*) *Ἀναπνοὰς*] Uterque locus hic exſtat in *Hippocratis Lib.* VI. *Iudicium Sect.* V. *T.* II. *Opp. p.* 1184. Verum nulli alii niſi eſſent apud *Hippocratem* loci, e quibus ſummae erga Deum impietatis argui poſſet, non eſſet certe, cur pietatem ejus multis verbis demonſtrarent medicorum filii. Etenim his dictis hoc tantum declarat, quod omnes quotidie inculcant medici, praecipuam eſſe naturae vim in morbis propulſandis & curandis, aut quod *Cicero Tusculan. Quaeſt. Lib.* III. *Cap.* 3. *p.* 2696.

Stratonem fuit; quem, vereor, ne fortaſſis in illius impietatis, qua *Strato* laboravit, ſuſpicionem adducant aliqui. Certe ſunt apud eum nonnulla, quibus ſimile quid affir- 104
mare videtur. (*l*) Ἀπειδέλῳ ἡ φύσις οὐσα, καὶ οὐ μαθοῦσα τὰ δέοντα ποιεῖν· *A nullo quidem edocta natura, citraque inſtitutionem ea, quae conveniunt, efficit.* Et alio loco, Διδάσκει, inquit, ἡ φύσις αὐτὴ ἑαυτῇ τὰς ἐφόδους, οὐκ ἐκ βουλῆς· *Natura ipſa ſibi per ſe, non ex conſilio vias invenit.* Verum nihil hic de natura praecipit *Hippocrates*, quod non aeque commode de *Platonis* & *Ariſtotelis* natura pronuntiari queat, quam philoſophi hi ad certos fines ferri praedicant, tametſi nec ratiocinetur, nec deliberet ſecum. Atque ut, quod ſentio, libere expromam, non mihi videtur id ab homine religioſo alienum eſſe, ſi talem eſſe ſtatuat in hac univerſitate vim & naturam, quae via atque ratione ad certum finem tendat, idque ſemper ſpectet, quod optimum eſt, li-

T. VIII. *Opp.* ſcriptum reliquit: *Ad corporum ſanationem multum ipſa corpora & NATURA valent.* Quod quidem ſi impium eſt, nil cauſſae video, cur non aeque impium & in Deum injurioſum putetur, quod idem *Hippocrates* ἐν ἰητρῷ *T.* I. *Opp. p.* 2. pronuntiavit: Δεῖται δὲ μοι πάλαι δι φύσεως· φύσις δὲ ἀντιτεχνᾶται, κενὰ πάντα· *Natura illi opus eſt in primis, qui facultatem artis ſalutaris ſibi vult comparare: qua quidem repugnante, irrita ſunt omnia.* Verum alia leguntur apud *Hippocratem*, quibus viri docti ſeſe adduci paſſi ſunt, ut inter atheos referrent medicorum principem: atque ipſe locus, quo *Cudworthus* eum ab hac labe purgari cenſet, ex *Libro de carnibus* ab illis in ſententiam hanc pertractus eſt. In primis vir illuſtris *Nic. Hieron. Gundlingius*, non ita pridem omnem in hoc ingenii vim effudit, ut Deum ſuſtuliſſe doceret *Hippocratem*, in *Otiis T.* II. *Cap.* 3. & in *Gundlingianis Part.* 23. & 24. His oppoſiti alii, acriter pro ejus religione pugnarunt, olim *Jo. Stephanus*, Venetus medicus, *in Hippocratis Coi Theologia*, *Venetiis* 1638. 4. quam *Jo. Alb. Fabricius* formis deſcribi denuo curavit, eruditiſſimis animadverſionibus auctam, quibus *Stephani* roboratur ſententia, *Biblioth. Graecae Volum.* XIII. *p.* 192. *ſ.* nuper *Andr. Ottem. Goelicke Oratione Duisburgi* 1713. *edita*, & qui prae ceteris diligentiſſime in hoc negotio verſatus eſt, vir longe doctiſſimus, *Dan. Wilh. Trillerus*, in *Hippocrate falſo Atheismi accuſato*, *Rudolſtadii* 1719. *in* 8. Conferri quoque meretur de hoc argumento *Jo. Clericus Bibl. anc. & moderne T.* XV. *p.* 428. *ſ.* cui *Cudworthi* placere videtur ſententia. Vid. *p.* 436. *Trilleri* opinionem amplexus eſt *Jo. Alb. Fabricius Bibl. Graec. Vol.* XIII. *p.* 191. a qua nec ſeſe alienum oſtendit *Jo. Franc. Buddeus Theſibus de Atheismo & ſuperſtitione Cap.* 1. *p.* 83. 84. Mitto alios. Tantis viris certantibus, vix ego meum, quod exiguum eſſe ſcio, judicium interponere auſim: at dicam tamen breviter, quae circumſpicienti in mentem venerunt. Quum nusquam vocabuli Θεοῦ, & reliquorum, quibus utitur, de rebus ſublimioribus ſcribens, *Hippocrates*, definitiones tradiderit, in utramque partem de ejus pietate & religione diſputari poteſt. Conſequutionis lege ſi quis agere velit cum ſene Coo, vereor ne cauſſa cadat, eo quod paſſim apud eum occurrant, e quibus deterrima quaevis poſſunt erui. Ita vero mihi dudum perſuaſum eſt, nullum veterum ſapientiae antiſtitum, ne quid de recentioribus dicam, innocentem & pium fore, ſi illa omnia ſenſiſſe eos, pronuntiare liceret, ad quae nos praecepta eorum videmus ducere. Quare haec via non placet. Dictorum autem ejus, quae de natura rerum & ejus originibus reliquit, ita ſeſe habent nonnulla, ut in eam facile aliquis ſententiam induci queat, nil, praeter θερμὸν quoddam ſeu *calidum*, aut inſitam quamdam materiae gignendi vim generationi rerum ab eo praepoſitam eſſe. Atque fateor ego, libro *de carnibus* lecto, hoc mihi primo viſum eſſe veriſimillimum. Nam, qui hic affertur a *Cudworthо*, locus longioris de natura hujus calidi orationis tantum eſt initium, quod alia conſequuntur, quae hunc ignem, quem *Hippocrates* immortalem & ſapientem eſſe pronuntiat, naturam eſſe docent cum materia neceſſario conjunctam. Viciſſim aliqui ejus exſtant loci, quibus τὸ θεῖον ἀνάγκην, & τὸ θεῖον meminit. *Lib.* I. *de diaeta T.* I. *p.* 182. *de mulierbri natura T.* II. *p.* 358. *ed. Lindenii.* Eſt etiam, ubi Deos omnia ſapienter & bene conſtituiſſe memorat. *Lib.* I. *de diaeta T.* I. *p.* 190. *ed. Lindenii.* Quibus quidem ex dictis videtur conſici, praeſtantiorem & excellentiorem naturam *Hippocratem* coluiſſe, quae motus τῷ θερμῷ ſeu ejus, quod calidum vocat, moderetur, & moderata ſit olim, quum mundus naſceretur. Sed quid θεῖον ἀνάγκην & θεῖον ipſi ſit, nusquam ab eo proditum reperio: Deos vero quando introducit, tum populariter cum loquutum eſſe ex more ſapientum, nonnulli ſuſpicabuntur. Quae quum ita ſint, neſcio, an fortaſſis conſultiſſimum ſit, fateri, vix hodie intelligi poſſe, quidnam de Deo ſenſerit *Hippocrates*, nec liquere omnino, piusne fuerit, an a Deo averſus. Interim hoc ſi quis judicium ſpreverit, equidem meliora docenti libenter obtemperabo.

licet ipſamet rationem, quare ſic agat, nec alia ratione, haud intelligat. Niſi enim, quibus hoc placet, penitus deſipere velint, fatendum ipſis eſt, eſſe excellentiorem quamdam & ſapientiſſimam, a qua haec inferior natura omnem vim ſuam primum acceperit, & ad cujus nutum & arbitrium ſemper ſeſe totam fingat & accommodet. Qui vero creantem & fingentem ejusmodi naturam eſſe putant, quae nulli alii multo ſuperiori & praeſtantiori ſubjecta ſit, ipſaque omnium, quae fiunt, principium & cauſſa haberi debeat, illi quin in claſſe reponantur corum, qui *Stratonis* veſtigiis Deum oppugnant, aut ad aliam impiae cohortis familiam, de qua deinceps diſſeram, referantur, haud equidem repugnaverim. Ad *Hippocratem* ceterum quod attinet, quamvis corporibus totam rerum naturam deſcripſerit, attamen non ſine injuria iſtis eum generibus impiorum aggregari poſſe putem. Diſerte enim, eſſe quoddam in orbe principium, genitrice illa natura ſuperius & majus, quod ſapiat & intelligat, profitetur, atque talem ſibi Deum fingit corporeum, qualem credidit *Heraclitus*, id eſt, ignem quemdam intel-
105 ligentem & immortalem, qui totam rerum univerſitatem permeet. (*m*) Adſcribam ipſa verba ejus: Δοκεῖ δέ μοι, ὃ καλέομεν θερμὸν, ἀθάνατόν τι εἶναι, καὶ τοῦτ' πάντα, καὶ ὁρᾶν, καὶ ἀκούειν, καὶ εἰδέναι πάντα τὰ ἐόντα καὶ τὰ μέλλοντα ἔσεσθαι. *Quod calidum vocamus, id mihi immortale eſſe videtur, cunctaque intelligere, videre & audire, ſentireque omnia tum praeſentia, tum futura.* Quid ergo clarius, quam *Hippocratem* nec Democriticae nec Stratonicae impietati fuiſſe deditum, ſed corporeum, (*n*) quemadmodum *Heraclitus*, Deum credidiſſe?

§. VIII. In *Platonis* etiam dialogo, quem *Sophiſta* inſcripſit, verba quaedam exſtant, quibus *Hylozoitarum*, quos vocavimus, perſtringere videtur flagitia. Quosdam enim (*o*) ait exiſtimare, Τὴν φύσιν πάντα γεννᾶν ἀπό τινος αὐτομάτης, καὶ ἄνευ διανοίας φύσεως, *Ipſam naturam gignere omnia ex cauſſa quadam ſpontanea, ſine ulla ratione & intelligentia.* At vox αὐτομάτης, cui haec ſuſpicio innititur, aeque apte *fortuitus*, atque *voluntarius*, reddi poteſt; quamquam nihil eſt, quod cogat nos, ut hunc locum de natura quadam, artificioſe quidem & via agente, verumtamen intelligentia carente, interpretemur. Alioquin certum eſt, (†) *Platonem* ipſum naturam quamdam, ordine & conſilio fingentem omnia, huic univerſitati praepoſuiſſe, quae Dei

(*) De carnibus Sect. I. (p. 249. T. I. Opp.) (†) In Sophiſta.

(*m*) *Adſcribam ipſa verba*] Sed exordium tantum orationis deſcribit. Si, quae conſequuntur, adjunxiſſet, paruiſſet, ut arbitror, ea huic igni ſive calido ab *Hippocrate* tribui, ut, ſi hoc praeſtantiorem & excellentiorem non credidiſſet eſſe naturam, non immerito inter eos, qui Deum negant, referretur. Atque id in controverſiam in primis vocatur inter eos, qui de *Hippocratis* religione dimicant, utrum is, praeter hocce θερμὸν, aliam eſſe naturam divinam cenſuerit, nec ne.

(*n*) *Quemadmodum Heraclitus*] *Heraclitii* ſcita probaſſe *Hippocratem*, *Daniel* etiam *Clericus Hiſtoire de la Medicine* p. 109. *ed. prior. Gundlingius locis indicatis*, & alii cenſent. Sed *Trillerus* in *Hippocrate Atheiſmi falſo accuſato* nulli parcit operae, ut, hoc temere affirmari, oſtendat: qua in re non diſſentientem habet *Jo. Clericum Bibl. ancienne & mod. Tom.* XV. *p.* 438. Difficile dictu eſt, utri rectius ſentiant: neque hujus loci angustiae permittunt, ut ad hanc diſputationem aggrediar.

(*o*) *Ait exiſtimare*] In *Sophiſta p. 168. Opp.* Verſio mea eſt. *Ficinus*, ut ſaepe, ita hic *Platonis* mentem non aſſequitur.

(*p*) *Haec ejus verba*] Haec vero ubi exſtent verba, tametſi *Platonem* haud ſegniter evolverim, neſcire me profiteor. Legi & relegi *Sophiſtam Platonis*, quem in ora laudat *Cudworthus*: at hic certe libellus nihil habet ejusmodi. Igitur ſuſpicor, nusquam a *Platone* hanc ſententiam ita eſſe prolatam, ut hic recitatur, ſed *Cudworthum* ex diſperſis aliquot philoſophi locis eam compoſuiſſe. Id ut facilius credam, binis inducor in primis rationibus. Primum in-

ſra,

Digitized by Google

Dei tamen revereatur voluntatem, cujus quippe ex arbitrio gerantur omnia; quod quidem (*p*) haec ejus verba videntur ſignificare: Τὸν φύσιν μὲ λόγῳ καὶ οὺν λόγῳ καὶ νῷ τὰ πάντα διακοσμεῖν· *Naturam una cum ratione & mente ad normam rationis res omnes adornare & gubernare.* Evidens eſt, hic ab eo naturam quamdam induci, certis regulis alligatam, quae res omnes quidem faciat, at ipſae tamen ſupremae cauſſae divinaeque intelligentiae ſubjecta ſit. Quamobrem nil fere dubito, quin *Ariſtoteles* omnia, quae de natura praecipit, quam via & ordine agere, & ad certam omnia metam dirigere putat, ex *Platonis* ore ac praeceptis hauſerit. At illius impietatis, cujus hic res agitur, quae naturam, ad certum exemplum & normam omnia comparantem, & vel in univerſa materia, vel in ſingulis ejus particulis reſidentem, primum & ſupremum eſſe rerum principium dictitat, nusquam ego mentionem a *Platone* factam eſſe crediderim. In *Libro* enim (*) *de legibus*, ubi data opera in eos, qui Deum eſſe negant, invehitur, ſic perditi hujus generis ſententiam exponit: Τὰ μὲν μέγιστα καὶ κάλλιστα ἀπεργάζεσθαι φύσιν καὶ τύχην, τὰ δ' σμικρότερα τέχνην· *Maxima dicunt atque pulcherrima natura fortunaque fieri, arte vero & conſilio minora.* Quae quidem hoc ſibi aperte volunt verba, *fortuitam* quamdam *naturam* ſive commotionem materiae, nullo ingenio vel mente gubernatam, effeciſſe unice, ut haec univerſitas resque omnes, quibus illa continetur, exſiſterent. Atque id ipſum uberius poſtea his verbis explanat: Πῦρ καὶ ὕδωρ καὶ γῆν καὶ ἀέρα φύσει πάντα εἶναι καὶ τύχῃ φασὶ· τέχνῃ δ' ὑπὸ τούτων· *Ignem, aquam, terram, aërem, omnia haec affirmant non arte aut conſilio, ſed natura & fortuna eſſe conſtituta.* Ad extremum totam mundi molem hanc, ſtatas & aequa- 106
biliter diſtributas temporum converſiones, plantas, animalia, ipſos denique homines eodem modo, nimirum ex bruta ſenſusque indigente materia, eademque temere ac fortuito mota, ortos & prognatos eſſe. Neque alia ratione *Plato* controverſiam, quae Dei profeſſoribus cum impia turba tum temporis erat, in *Philebo* conſtituit: Πότερον, ὦ Πρώταρχε, τὸ ξύμπαντα καὶ πάντα τὸ καλούμενον ἄλογον ἐπιτρέπειν φῶμεν ἢ ἐκ ἀλόγου καὶ εἰκῇ δύναμιν καὶ τὸ ὅπη ἔτυχεν; ἢ τοὐναντίον, καθάπερ οἱ πρόσθεν ἡμῶν ἔλεγον, νοῦν καὶ φρόνησίν τινα θαυμαστὴν συντάττεσθαι διακοσμοῦντα; *Utrum, o Protarche, dicendum eſt, univerſum hoc agi ab irrationali quadam temerariaque & fortuita poteſtate? an contra, quemadmodum majores noſtri ſenſerunt, ordine quodam mentis & ſapientiae admirabilis gubernari?* (*q*) Quamobrem neſciviſſe *Platonem* pro certo ducimus, aliud aetate ſua impie-

(*) Lib. X. (p. 665. 666.)

ſra, ubi *de genitrice natura* diſſerit, §. 6. hunc ipſum affert locum, ſed aliter, atque hic. Deinde in *Platonis* dictis producendis virum doctum minus eſſe fidelem interdum, video: neque omnia, quae *Platoni* ab eo tribuuntur, a philoſopho hoc probata ſunt. Cujus quidem rei exemplum inſigne praebent, quae *ad §. 6. Diſſ. de natura genitrice* obſervavimus. Ita nimirum virum egregium *Platonis* ceperat ſtudium, ut numquam fere ab ejus ſententiis videri velit recedere, tametſi reapſe ab illis recederet. Quapropter ſaepenumero dicta ejus longe alio ſenſu, atque ſcripta ſunt ab auctore, laudat. Adde his, paſſim apud *Platonem* legi non diſſimilia ſententiae hujus. Ita in *Philebo p. 79.* νοῦν ait κόσμου διακοσμεῖν, *mentem omnia exornare:* ut alia taceam.

(*q*) *Quamobrem neſciviſſe*] Quaenam *Cudworthо* cauſſa fuerit, ut negaret, *Platoni* notum fuiſſe illud impietatis genus, quod vitae quoddam genus in ipſa putat materia latere, equidem ignoro. Quae vero affert, ut id probet, illis ſcio non ita eſſe comparatum, ut labefactari nequeant. (1.) Locum *Platonis* ex *Sophiſta* putat intelligi poſſe de *natura* tali *genitrice*, qualem ipſe ſibi vir doctus animo effinxerat. Hoc vero haud facile perſuadebit illis, qui *Platonem* ipſum inſpexerunt. Illi enim, quos *Plato* narrat praecipere, *omnia natura ipſa gigni a cauſſa quadam ſpontanea*, opponuntur ab eo illis, qui *cum ratione & ſcientia divina* haec omnia, quae videmus, comparata eſſe, ſeu a Deo eſſe profecta, opinantur. Ex quo intelligi debet, homines prorſus fuiſſe impios & Dei contemtores, qui ſuperio-

rem

τ μὲν οὐσίας ὑπομένουσι, τοῖς δ' πάθεσι μεταβαλλόυσης. τοῦτο στοιχεῖον, καὶ ταύτην τ ὄντων ἁπάντων ἀρχὴν φασιν εἶναι. *Plurimi eorum, qui primo philoſophati ſunt, ea tantum rerum omnium principia putarunt eſſe, quae ad materiam pertinent. Illud enim, ex quo exſtiterunt omnia, & ex quo primum fiunt, & in quod poſtremo corrumpuntur, ut ſubſtantia quidem ipſa maneat eadem, at qualitates mutentur, id rerum omnium elementum & principium eſſe dixerunt.* (†)

§. X. Quidnam vere priſci hi philoſophi, qui ad materiam omnia retulerunt, docuerint, id multo fiet apertius, ſi, quemadmodum adverſus eos diſputet *Ariſtoteles*, audiamus. Is autem duplex in eos argumentum immittit. (*t*) Primo fieri non poſſe monet, ut illi, qui negent, eſſe ullam in hac univerſitate naturam, ſi materiam inde demas, quae vim habet & poteſtatem agendi, explicent, quonam ex fonte motus atque virtus effectrix primum nata ſit. *Εἰ γὰρ ὅτι μάλιστα πᾶσα φθορὰ καὶ γένεσις ἐκ τινός, εἰς ἓνὸς ἢ καὶ πλειόνων, ἐστὶ, ἀλλὰ τί τοῦτο συμβαίνει, καὶ τί τὸ αἴτιον;* *Οὐ γὰρ δὴ τό γε ὑποκείμενον αὐτὸ ποιεῖ μεταβάλλειν ἑαυτό. Λέγω δ' οἷον, ὅτι τὸ ξύλον, ὅτι ὁ χαλκὸς αἴτιον τ μεταβάλλειν ἑκάτερον αὐτῶν· οὐδὲ ποιεῖ τὸ μὲν ξύλον κλίνην, ὁ δὲ χαλκὸς ἀνδριάντα, ἀλλ' ἕτερόν τι τ μεταβολῆς αἴτιον· τὸ δὲ τοῦτο ζητεῖν ἐστι τὸ ἢ ἕτερον ἀρχὴν ζητεῖν, ὡς ἂν ἡμεῖς φαίημεν, ὅθεν ἡ ἀρχὴ τ κινήσεως.* *Etſi vel maxime omnis corruptio & generatio ex re quadam, ſive una ſit illa, ſive plures, proficiſcitur, quomodo tamen hoc contingit? & quaenam ejus cauſſa eſt? Ipſum enim ſubjectum in ſemet ipſo nullam mutationem producit. Verbi cauſſa: Neque lignum ipſum neque aes cauſſa eſt, ut hoc vel illud mutetur. Lignum non ex ſe ipſo lectum facit, nec aes ex ſe ipſo ſtatuam, ſed aliud quiddam cauſſa eſt mutationis illius. Hoc vero quaerere nil eſt, quam aliud quaerere principium, quemadmodum diximus, unde motus proficiſcatur initium.* Quibus verbis id huic generi ab *Ariſtotele* vitio dari, planum eſt, quod motum & virtutem agendi in orbem introducant, nec cauſſam tamen ejus indicent, eo quod nullum aliud agnoſcere velint rerum principium, quam materiam patibilem, quae tamen nec commovere ſemet ipſam, nec mutare queat.

§. XI. Poſtea in cauſſis pulcritudinis rerum, quas videmus, indagandis, quod miſerandum ſit, hujus diſciplinae auctores haerere, nec vel divinando conjicere poſſe, quidnam ſit, quod tantam elegantiam tamque conſtantem ordinem in mundo produxerit, obſervat: nec enim in bruta ſtupidaque materia, cui rerum om-

(†) Lib. I. C. 3. (T. IV. Opp. p. 264.)

in ſuo quidque genere. Conf. quae ſupra diximus *ad* §. 5. Accedit, quod *Plato* homines iſtos ad *φύσιν* & *τύχην* rerum initia retuliſſe, libro *de legibus* illis, quos vir doctus attulit, locis ſignificat. Igitur non ad ſolam *τύχην* ſeu fortunam referebant omnia, ſed ad *φύσιν* quoque confugiebant: quod argumento videtur eſſe, eos a *Stratonis* ſententia non multum fuiſſe alienos. Ut verum fatear, quae cum his, tum aliis in locis de religionum aetatis ſuae irriſoribus *Plato* perhibet, ea & breviora ſunt & obſcuriora, quam ut inde nobis omnia liceat intelligere, quae de rerum natura iſti homines praeceperunt.

(*r*) *Plato*] *Lib.* X. *de legibus p.* 665.

(*s*) *Ipſa philoſophi verba*] Monendum hic eſſe duco, verſionem eorum Latinam meam eſſe. Obſcurius enim verterat *Beſſarion*. Non omitti debet, quod paullo poſt *Ariſtoteles* addit *p.* 265. eſſe, qui antiquiſſimos mortalium ita de natura rerum philoſophatos eſſe, exiſtiment. Ipſe vero incertum eſſe judicat, an hoc ita ſeſe habeat.

(*t*) *Primo fieri*] *Ariſtoteles Methaphyſicor. Lib.* I. *Cap.* 3. *p.* 265. Verba *Ariſtotelis* & haec & quae ſequuntur, ipſe Latine reddere volui. Addi his debent ea, quae idem philoſophus *C.* 7. *p.* 274. diſputat, ubi inter alia diſerte ait, eos *τὸ ἐξ ἀνάγκης αἴτιον ἀναιροῦν, motus cauſſam tollere*, qui ſic ſentiant.

omnium ſolerent adſcribere origines, conſilium, rationem, & intelligentiam ineſſe poſſe. (v) Τὰ μὲν οὖν καὶ καλῶς τὰ μὲν ἔχειν, τὰ δ' γίνεσθαι τῶν ἄλλων· ἴσως ὅτε μὲν, ὅτ' ἄλλο τῶν πιθάνων ἦθεν, εἰκὸς αἴτιον εἶναι· οὐδ' αὐτῷ αὐτόματῳ, καὶ τύχῃ ποσεῖν ἐπιτρέψαι πᾶσιμα καλῶς ἔχει. *Res hujus orbis aliae bene jam pulcreque ſeſe habent, aliae nunc quoque ita naſcuntur. Non autem veriſimile, hujus rei cauſſam aut terram eſſe, aut aliud quiddam ejusdem generis & indolis. Neque is melius ſentiret, qui aut inſitae cuidam virtuti, aut*
108 *caſui & fortunae rem tantam attribueret.* Sententia philoſophi haec eſt: Quemadmodum *materiati* hi philoſophi, ut ita dicam, motum in orbem inferant, nulla ejus cauſſa nominata, ſic etiam neceſſe illis eſſe, ut hunc motum prorſus eſſe fortuitum, nec ulla lege regi, pronuntient: ita vero fortunam, quae nihil ſit aliud, quam abſentia cauſſae conſilio & ratione agentis, in locum *cauſſae & efficientis & finalis* quodammodo ſubſtitui. Atque hac occaſione Ionicae ſcholae principem, *Anaxagoram*, collaudat *Ariſtoteles*, quod a mente aut intelligentia factum hunc eſſe orbem dixerit; quem, ſi cum illis comparetur, qui aetate anteceſſerint, tamque ſtolide & impie ſenſerint, ſolum fere ſanum ait atque ſobrium videri. Tale enim, inquit, conſtitutum eſſe ab *Anaxagora* principium, quod ἅμα δὲ καλῶς εἶπεν, καὶ πεπάντι, εἶναι ἡ κίνησις ἐπάρχει, *ſimul rationem reddat, unde motus exſiterit, & cauſſam declaret pulcri & boni*, id eſt, omnis ordinis, pulcritudinis, virtutis, & conſtantiae, quibus univerſitatem hanc ornatam eſſe videmus. Atque ſic ipſe *Anaxagoras* ſententiam ſuam explicaſſe videtur. (*) Ἀναξαγόρας τὸ αἴτιον ἃ καλῶς καὶ ὡς ἔχει τὸν λέγει. *Anaxagoras cauſſam ejus, quod rectum, pulcrum, & bonum, mentem eſſe dicit.* Mentis enim & intelligentiae eſt, ad certum cuncta finem referre, nec modo id, quod optimum eſt, ſpectare perpetuo, ſed etiam res omnes ita comparare & diſponere, ut apte inter ſe conveniant. Quae conſideratio impulit *Anaxagoram*, ut *bonum* non mi-

(*) Ariſtoteles de anima L. I. C. 2. (p. 5. T. II. Opp.)

(v) Τὰ μὲν οὖν καὶ καλῶς] *L. c. p.* 266. Erunt forte, qui hunc locum fide non nimis bona deſcriptum eſſe, dicent. Omittuntur enim poſt verba, αἴτιον εἶναι, haec: ὅτ' ἄλλο τῶν πιθάνων αἴτιον εἶναι· *Ariſtoteles* nec veriſimile eſſe ait, pulcritudinis, qua natura rerum fulget, cauſſam vel terram, vel aliud ejus generis aliquid eſſe, nec etiam probabile, *ita viſum fuiſſe philoſophis illis*, quos oppugnat. Sic ipſe veteres illos purgat, dum incredibile ait eſſe, tam abſurde eos ſenſiſſe, ut a materia rerum omnium origines repeterent. Haec ſibi non ignorabat obſtare *Cudworthus*, qui veteres philoſophos illos Atheis aggregatos volebat eſſe; ideoque haec verba conſilio praetermiſiſſe videtur.

(x) *Poſtquam ipſum*] Haec verba & quae ſequuntur, ſic a *Cudworthо* proferuntur, ac ſi apud *Ariſtotelem* exſtarent, & praecedentia continuo excíperent. Verum nihil eorum apud *Ariſtotelem* legitur. *Cudworthus* haec, ut conſectarium quoddam, ex verbis elicit philoſophi.

(y) *Igitur ex his credo*] Praeter *Cudworthum*, ſunt & alii, qui *Ariſtotelem* putant hoc in loco Ionicae ſectae philoſophis crimen Atheismi objeciſſe. In his *Samuel* cit *Parckerus*, qui *Diſſ.* I. *de Deo S.* 5. *p.* 11. *ſ. Ariſtotelem* propterea caſtigat, Ionicos defendens. Mihi vero maxime videtur eſſe dubium, an *Ariſtoteles* de his philoſophis tam prave, ut in primis *Cudworthus* putat, ſenſerit. Argumenta huius ſententiae ſequentia habeo. (I.) *Ariſtoteles* in philoſophorum, quorum res hic agitur, numero & *Anaxagoram* & *Thaletem* ponit. Utrumque vero ipſe *Cudworthus* ex ordine Atheorum eximit, neque id, quod mox patebit, ſine cauſſa. (II.) *Ariſtoteles* bis diſerte affirmat, hos philoſophos, quum intelligerent, ex materiae legibus & conſtitutione haud poſſe rerum omnium rationes reddi, ipſa neceſſitate fuiſſe coactos, ut aliud, praeter materiam, principium quaererent. Πρῶτον μὲν ὅτως αὐτὸ τὸ πρᾶγμα ἀδοκήσεν αὐτοῖς, καὶ συνεπάγκασε ζητεῖν· *Hoc autem modo quum praecederent, ipſa res eos duxit, & coëgit ulterius quaerere. Lib.* I. *Metaphyſ. C.* 3. *p.* 265. Idem paullo poſt clarius etiam repetit: Ἐκ αὐτῆς τ' ἀληθείας, ὥσπερ εἴπομεν, ἀναγκαζομένοι, τὴν ἱστορίαν ἰζητεῖν ἀρχήν· *Ab ipſa veritate, uti diximus, coacti, illud, quod ſequitur, quaeſiverunt principium.* Tantum igitur abeſt, ut *Ariſtoteles* dicat, eos ad materiam retuliſſe omnia, ut contrarium potius affirmet.

minus, quam *mentem*, univerſitatis hujus faceret principia. (†) Ἀναξαγόρας ὡς κινῆν τὸ ἀγαθὸν ἄρχειν· ὁ γὰρ νοῦς κινεῖ, ἀλλὰ κινεῖ ἕνεκά τινος, ὥστε ἕτερον. *Anaxagoras bonum illud eſſe vult principium, quod movet. Mens enim movet, verum alicujus gratia movet,* (x) *poſtquam ipſum a bono primum commotum eſt. Quare bonum quoque eſt in principiis.* Hoc vero tanto libentius obſervo, quanto hinc evidentius colligitur, tres iſtos philoſophos, *Anaxagoram*, *Platonem*, & *Ariſtotelem*, in nobiliſſima hac veritate tuenda: *A natura bonitatis & rationis participe res omnes eſſe conditas*, prorſus fuiſſe concordes.

§. XII. (y) Igitur ex his credo ſatis manifeſtum eſſe, antiquiores illos, quos *Ariſtoteles* nominat, philoſophos, qualescumque demum illi ſint, ab omni religione & pietate averſos fuiſſe. Non hanc ideo criminationem in eos conjicio, quod corporibus totam rerum naturam unice conſtare putaverint. Idem enim primum 103
Heraclito, poſtea *Zenoni* placuiſſe, non ignoro, qui ex igne res omnes eſſe natas docuerunt; ſicut *Anaximenes* ex aëre, *Thales* autem, (z) quod refert *Ariſtoteles*, ex aqua omnia eduxit. In *Zenonis* tamen & *Heracliti* ſententia paullo plus probabilitatis ineſſe videtur. Namque veterum aliqui, quum ignem ceteris corporibus multo celeriorem & ſubtiliorem eſſe cernerent, inde eum eſſe ἀσωματώτατον, id eſt, naturam, cui minimum corporei admiſtum ſit, concluſerunt. (a) Nec quisquam propterea inter illos philoſophos, qui corporibus deſcripſerunt omnia, exſtitit, qui terram pro rerum omnium habuerit principio. Craſſiores nimirum hujus elementi particulae obſtiterunt, quo minus hanc ipſi laudem tribuerent. Licet vero ſic *Zeno* & *Heraclitus* ſenſerint, propterea tamen in Atheorum numero jure non reponuntur. Igneam enim, quam praedicabant, materiam non modo vita donabant, ſed etiam intelligentem & ſapientiſſimam praecipiebant eſſe naturam, quin to-

(†) Lib. XIV. Metaph. c. 10. (p. 485. T. IV. Opp.)

met. (III.) Quae hic ex *Ariſtotele* adducuntur argumenta, ea non diſputandi cauſſa a philoſopho afferuntur, ſed ideo tantum, ut oſtendat, neceſſitatem ipſam impuliſſe hos philoſophos, ut aliud a materia rerum principium inveſtigarent. Quare etiam, quod ad praecedentem §. monuimus, ipſemet incredibile eſſe ait, philoſophos iſtos tam abſurde ſenſiſſe. (IV.) *Anaxagoram* quidem reliquis huius generis ſapientiorem fuiſſe virum ſignificat *Ariſtoteles:* id vero non hac de cauſſa perhibet eſſe factum, quod iſte mentem adjunxerit materiae, non item ceteri. Contra *Anaxagoram* propterea pro magis ſobrio fuiſſe habitum affirmat, quod is ſtatim ſine ullo circuitu profectus ſit, eſſe naturam rationis & conſilii participem, unde haec, quae cernimus, omnia profecta ſint, reliqui vero poſt longos errores & varias meditationes eo demum, ipſa neceſſitate magiſtra, pervenerint, ut fatereutur, praeter materiam, aliam rerum cauſſam exploradam eſſe. (V.) Non video, ab *Ariſtotele* indicatum eſſe hoc in loco, philoſophos hos praecepiſſe, nihil eſſe in univerſa rerum natura, quod non gignatur, & viciſſim corrumpatur. Neque tamen, ſi vel hoc docuiſſent, quod ego non plane negaverim, propterea ſtatim Atheis eſſent aggregandi, quum idem non paucis veterum placuerit, quorum erga Deum pietatem nemo facile in dubium revocaverit. Haec omnia quum ita ſint, quid cauſſae fuerit doctiſſimo viro, ut *Ariſtotelem* hos philoſophos inter Dei contemtores retuliſſe; contenderet, ipſeque hanc ſententiam probaret, non equidem intelligo. Non hic quaero, utrum hi Ionicae ſcholae philoſophi Athei fuerint, nec ne: ſunt, qui genus hoc accuſant, ſunt, qui excuſant, viri longe doctiſſimi: ſed nunc id tantum, quid de illis judicaverit *Ariſtoteles*, exploratur.

(z) *Quod refert Ariſtoteles*] *Metaphyſicor. Lib.* I. *C.* 3. *p.* 265. *T.* IV. *Opp.*

(a) *Nec quisquam*] Hoc jam obſervaſſe video *Ariſtotelem Metaphyſicor. Lib.* I. *Cap.* 7. *p.* 275. item *de anima Lib.* I. *Cap.* 2. *p.* 6. *T.* II. *Opp.* Nec tamen haec generatim de omnibus dicuntur philoſophis ab *Ariſtotele*, ſed *de recentioribus tantum, qui unum eſſe elementum dixerunt.* Contra *phyſic. auſcult. Lib.* II. *Cap.* 1. *p.* 463. non obſcure fuiſſe etiam in antiquis philoſophis, qui terram pro rerum omnium haberent principio, teſtatur. Vid. *Gaſſendus T.* I. *Opp. p.* 235. 236. qui exempla protulit philoſophorum ita ſentientium.

Digitized by Google

totum hoc univerſum animantem eſſe putabant. Multo ſecus illi, quos *Ariſtoteles* reprehendit; quippe qui ex ſtupida nihilque ſentiente materia, quam vita omni & intelligentia privabant, res omnes extrahere audebant. Vitam ſcilicet familia haec & conſilium, non ſecus ac ceteras rerum differentias, nil eſſe ſtatuebat, quam affectionem quamdam & diſpoſitionem materiae: ex hac naſci intelligentiam & mentem, in eamdem abire iterum ac reverti: quidquid igitur vel ſapiamus vel vivamus, id ex fortuita primarum qualitatum, quae elementis inſunt, frigidi & calidi, ſicci & humidi, tenuis & crafſi, coagmentatione & temperatione provenire. Quidnam vero hoc eſt, quam aperte profiteri, ipſam materiam prorſus nec vivere nec intelligere? Jam ſi illis ob negatum Deum dica non eſt ſcribenda, qui fortuitam brutae & ſenſu carentis materiae commotionem res omnes, ipſamque vitam & animam, produxiſſe arbitrantur, neſcio, an ulli ſint, in quos crimen iſtud jure cadat.

§. XIII. Praeterea hi, quos *Ariſtoteles* refellit, philoſophi, praeter ipſam materiae ſubſtantiam, quam ad res omnes aptam dicebant, nullam eſſe rem aſſeverabant in tota rerum natura, quae non generari, & viciſſim corrumpi queat. Atqui hoc ipſum dogma (*b*), (*) *Plato* inter eorum numerat praecepta, qui religioni & Diis adverſantur, hisque verbis exponit: Ἔστι μὲν γὰρ οὐδέποτε ὄδιον, ἀεὶ δὲ γίγνεται, *Nihil enim eſt umquam, ſemper autem fit.* Neque hoc injuria; quoniam, qui iſta ſunt opinione imbuti, non poſſunt, quin hoc ſimul tueantur, non modo animos tam brutorum animantium, quam hominum, ſed & ipſos Deos, ſi modo ulli ſint, natos eſſe, & quum nati ſint, exſtinctum & corruptum iri aliquando. Nemo Deos hic additos eſſe animis miretur. Sunt enim in hoc genere nonnulli, qui verbis minimum profitentur Deos, licet per eos tantummodo certas quasdam intelligentes naturas & homine praeſtantiores intelligant. Neſcio vero, quanam re meliores illi ſint, qui Deum eſſe negant aliquem, niſi factum & creatum, cui mortis, corruptionis, & diſſipationis propterea periculum immineat, aut qui dictitant, fuiſſe olim tempus, quo nullus eſſet Deus, donec ex materia procrearetur, neque certum eſſe, an ſemper futurus ſit ille, atque hi ſunt, qui prorſus repudiant Deum, nihilque ſibi cum eo rei eſſe volunt. Natum enim & mortalem Deum dicere, id vero eſt delirare, resque ſociare ſempiterno intervallo ſejunctas. Quapropter non meliori loco collocandos eſſe putem Theologos illos, quos (*c*) *Ariſtoteles* perhibet res omnes (atque ipſos etiam Deos) *ex nocte & chao* elicuiſſe, οἱ ἐκ νυκτὸς πάντα γιγνῆσθαι, atque hos, quos diximus, qui omnium Deorum, nemine excepto, parentem inertem ſenſusque expertem materiam eſſe, praecipiunt. Utrique non melius vocabulum, quam *Atheorum Theologorum*, commerentur. Quod certas quasdam naturas obtrudunt nobis, quibus Deorum imponunt nomen, id jocus & ludus eſt. Veram enim qui ſecum expenderit Dei notionem, is facile, nullum illis eſſe Deum, id eſt, nullam ab illis intelligentem naturam fabricationi hujus orbis praeponi, intelliget, ſupremumque Numen hujus familiae nihil eſſe, quam *chaos*

(*) In Theaetet. (p. 118.)

(*b*) *Plato exponit*] Hoc ſcitum ita legitur apud *Platonem*, uti hic deſcriptum exſtat. Sed perperam additum eſt, illud a *Platone* inter prima praecepta eorum referri, qui Deum eſſe negant. E contrario docet ille, omnes veterum ſapientes, uno *Parmenide* excepto, in hac fuiſſe ſententia, in quibus

chaos & *noctem*, ſeu ſtupidam & ſenſu vacuam materiam, quae temere impulſa fuerit. Atheorum igitur ex rivulis hortos ſuos hi irrigarunt Theologi; nihiloque melius iſtis ſapiunt, qui aperte Deum eſſe negant.

§. XIV. Ceterum loci hujus non alienum opinor eſſe, ſi, quantum inter priſcos hos philoſophos, quos *Ariſtoteles* omnia tribuiſſe materiae memorat, & inter eos interſit, oſtendamus, quos primo capite aſſeveraſſe probavimus, οὐδὲν ἐξ οὐκ γίνεσθαι, οὐδὲ φθείρεσθαι τῶν ὄντων, *nihil eorum, quae vere ſunt, vel gigni, vel corrumpi*, eo quod ex nihilo fieri poſſit nihil. Haec eorum in primis doctrina fuit, quos ſchola Italica vel Pythagorica inſtituit. Hi vero minime, id quod *Ariſtotelem* alicubi tradere memini, κινήσεως πᾶσαν καὶ γένεσιν, *omnem naturalem generationem & mutationem tollere*, voluerunt: quod ſi tentaſſent, ſenſui communi & experientiae quotidianae repugnaſſent: ſed naturae vias atque rationes in his rebus rectius explanare, illosque impietatis conſultos, quos modo nominavimus, refellere ſtuduerunt. Summa doctrinae eorum haec erat: Quando lege naturae res mutantur, generantur, & corrumpuntur, tum nihil novi, quod antea non exſtiterit, producitur, nec ulla natura naſcitur, re ipſa diverſa ab illis, quae fuerunt prius, ſed quae diu ante exſtitit materia, ea nova ratione temperatur & diſponitur. Igitur, quod nos ortum & interitum vocamus rerum, id nihil eſt, quam nova materiae antiquiſſimae informatio, aut particularum ejus vel coagmentatio nova, vel ſecretio.

Quorſum vero haec doctrina ſpectaverit, non ita difficile eſt conjectu. Primo, qui favebant ei, evellere cupiebant ex animis opinionem eorum, qui corporibus certas ineſſe formas & qualitates arbitrabantur, ab ipſa non modo extenſae materiae ſubſtantia, ſed etiam omnibus affectionibus ejus, quas diverſa ejus magnitudo, figura, ſitus, quies, & motus parere ſolent, ſejunctas. Quodſi enim tales formae vel qualitates, quando lege naturae vel generantur vel deſtruuntur, & mutantur corpora, re vera in illis producerentur, fatendum eſſe, proſpiciebant animo, res vere exiſtentes ἐκ μηδενὸς ἐνυπάρχοντος ἢ οὐκ ἐνυπάρχοντος, *ex nihilo, vel ex re, quae nec ſit nec exiſtiterit antea*, creari poſſe. Quod quum intelligerent, formas iſtas & qualitates corporum, quas ſibi fingebant homines, eſſe aliquid negabant, quam diverſas materiae, quae dudum antea exſtiterit, affectiones, ex magnitudinis, figurae, ſitus, motus, & quietis varietate natas, aut concretionum & ſecretionum ſpecies, quae ab ipſa minime differant materia, ſed varia tantum in nobis viſa & ſimulacra excitent.

Deinde etiam, qui hac ratione philoſophabantur, ſimplicitati & immortalitati animorum proviſum & conſultum eſſe volebant. Nec enim vel ſuſpicione poteſt attingi, quemadmodum vita, ſenſus, cogitatio, conſilium ex multiformibus his materiae affectionibus, quae a magnitudine, figura, ſitu, & motu proficiſcuntur, naſci, aut ponderibus & motibus effici queant. Quod ſi ita eſt, eſſe naturas, a corpore extenſo aut bruta mortuaque materia ſegregatas, omnino neceſſarium eſt. Itaque ex materia nullo modo mentes generari poſſe, concludebant hi philoſophi, quo-

bus *Protagoram*, *Empedoclem*, *Heraclitum*, *Epicharmum*, & *Homerum* nominatim indicat. Jam quis *Platonem* omnes veterum ſapientes pro Atheis habuiſſe, dicat? Equidem, quod ad rem ipſam attinet, non inficior, neminem Deum poſſe tollere, niſi idem hoc teneat, omnia generari & viciſſim corrumpi. At nego, illis omnibus, quibus praeceptum hoc probatur, hoc nomine continuo impietatis notam eſſe inurendam.

(c) *Ariſtoteles perhibet*] *Lib.* XIV. *Metaph. C.* 6. *p.* 477.

(d) *Ex*

Digitized by Google

quoniam, ſi hoc fieret, res vere exſiſtentes ex nihilo prodirent. Mentes ergo ſtatuebant eſſe peculiare quoddam genus naturarum a corpore abſtractarum, quae, non ſecus ac ipſa materia, nec generari queant, nec perire, ſed vel ante corporis generationem in rerum natura verſentur, vel etiam divinitus creentur, & in corpora deinceps immittantur.

Declaratum jam eſt ſuperius capite primo, praeceptum iſtud ſcholae Pythagoraeae: *Ex nihilo nihil fit*, ad duo haecce dogmata, de quibus modo diximus, neceſſario ducere. Primo, ut animi credantur a corpore ſecreti, nec ullo ortu generati: deinde, ut commentitiae illae formae atque qualitates corporum rejiciantur, quidquid autem conſpicitur in corporibus, id ex figuris ſive atomis variisque imaginibus, quas in noſtris illae cient ſenſibus, derivetur. Horum autem poſte-
111 rius (*d*) (*) ex *Ariſtotelis* loco quodam plenius confirmatur: quo poſtquam *Democritum* & *Leucippum* dixerat perhibere, ignem & animam ex rotundis conſtare particulis non diſſimilibus *ramentis illis, quae cernuntur in ſolis radiis, per anguſtiores rimas immiſſis*, (ἐν τῷ αἰέρι ξύσμασι) ſic pergit: Ἔοικε δὴ καὶ τὸ φερόμενον ὑπὸ τῶν Πυθαγορείων λεγόμενον περὶ αὐτῶν ἔχειν ὑπόληψιν· ἔφασαν γάρ τινες αὐτῶν, ψυχὴν εἶναι τὰ ἐν τῷ αἰέρι ξύσματα· οἱ δὲ, τὸ τοῦτα κινοῦν· *Videtur autem illud, quod a Pythagoraeis dicitur, eandem habere ſententiam. Quidam enim eorum dicebant, animam eſſe ramenta illa, quae ſunt in aëre; alii vero id, quod haec movet.* Quos poſteriori loco nominat, illi rectius haud dubie *Pythagorae* diſciplinam calluerunt, atque priores. Sed utcumque eſt, id nos ignorare non ſinunt haec verba, antiquiores Pythagoraeos, ſimiliter ut *Democritus*, ξύσματα, id eſt, figuras & atomos, non autem formas & qualitates, in perveſtigandis rerum naturalium cauſſis adhibuiſſe.

Lon-

(*) Natural. auſcult. Lib. I. C. 2.

(*d*) *Ex Ariſtotelis loco*] Is vero non legitur, ut memoriae vitio in ora libri *Cudworthus* perhibet, *natural. auſcult. Lib.* I. *C.* 2. ſed *Libro* I. *de anima Cap.* 2. *p.* 4. *T.* II. *Opp.* Putat autem vir doctus, ex hoc loco eſſe perſpicuum, *Pythagorae* ſectatores a corpuſculis & atomis rerum omnium repetiiſſe origines. Sed, ut taceam, vehementer incertum eſſe, an *Ariſtoteles* recte hujus generis ſententiam expoſuerit, vix conſtituere nobis aliquid hac de re licebit, quam diu ignotum nobis erit, quemadmodum & ψυχὴ & illa ξυσματα, ex quibus eam conflare dicebant, definiverint. Mitto alia, quae ſcire nos oportet, antequam hac de re judicium ferre liceat.

(*e*) *Sic enim in Libro de coelo*] Hunc ego locum ita verti Latine, ut a *Cudworthio* Anglice verſus erat. At plus ſibi, quam vellem, in eo vertendo & deſcribendo vir doctus ſumſit. Primum enim binas ſententias, quas *Ariſtoteles* diſerte ſegregat, conjunxit, ut id, quod cupiebat, facilius aſſequeretur: deinde verba quaedam omiſit, quae inſtituto ſuo parum conducere animadvertit. *Ariſtoteles* duplex memorat hoc in loco phyſicorum genus: primum eorum, quod nihil eſſe dicat, quod non generetur, & quaecumque ſunt, omnia fieri praecipiat: *rerum autem generatarum quaedam ſtabiles permanere, alias vero corrumpi*, γινόμενα δὲ τὰ μὲν ἀφίεσθαι διαμένοντα, τὰ δὲ πάλιν φθείρεσθαι· Haec vero poſtrema verba, quae aliam longe fuiſſe docent veterum phyſicorum ſeu Ionicae ſectae philoſophorum ſententiam, atque vult *Cudworthus*, praetermittenda ſibi eſſe ratus eſt. In hac ſententia *Heſiodum* eſſe ait *Ariſtoteles* & veteres phyſicos. Alterum genus exiſtimare tradit, omnia fluere, & perpetuo curſu ferri, at unam tantum eſſe rem perennem, ex qua generentur reliqua. Huic opinioni cum multos alios, tum in primis *Heraclitum*, Epheſium, fuiſſe deditum, addit. At *Cudworthus*, quae de poſteriori hoc genere dicuntur, ea copulat cum illis, quae de priori perhibentur, eoque modo locum profert *Ariſtotelis*, ac ſi illi, qui putaverint, omnia generari, & hi, qui omnia fluere, una tantum re excepta, cenſuerint, unum idemque ſenſiſſent: quod prorſus a ſententia *Ariſtotelis* alienum eſt. At vir eximius non favebat memoriae philoſophorum, quos Ionicos vulgo dicunt, eosque judicio *Ariſtotelis* condemnatos cupiebat: itaque binas ſententias, re ipſa ſejunctas, ſociavit, ut tanto fuiſſe deteriores viderentur. Ceterum, ſi quis ſciſciteur ex nobis, quibus rebus proprie diſſenſerint binae illae, quas *Ariſtoteles* inducit, phyſicorum ſectae, fateor, id nobis non omni ex parte per-

Longe alia ratio est eorum, quos *Aristotelem* confutare, paullo ante diximus. Sumunt sibi primum hi philosophi, nullam esse in hoc orbe, quae vere sit & exsistat, naturam, praeter corpus extensum seu materiam. Addunt deinde, qualitates & formas corporum res esse ab illis materiae affectionibus, quas magnitudo, figura, situs, quies, atque motus machinantur, re vera distinctas. Tum, quoniam usu edocentur, formas illas perpetuo & generari & corrumpi, neque minus vitam, sensum, & intelligentiam in corporibus animalium, in quibus antea non fuerint, exsistere, corruptisque & exstinctis animalibus, dissluere, mentes ideo concludunt animalium una cum ceteris formis & qualitatibus corporum ex materia nasci, & in eam deinceps redire. Ad extremum ex his omnibus conficiunt, si ab ipsa discesseris materiae substantia, nullam esse in hac universitate naturam, quae non creetur & generetur, nec rursus destrui & exstingui queat.

Aristoteles aliis etiam locis impiae hujus doctrinae meminit. (*e*) Sic enim in *Libro de coelo:* (†) Εἰσὶ γάρ τινες, inquit, οἳ φασιν, εἶναι ἀγένητον οὐδὲν τῶν πραγμάτων. ἀλλὰ πάντα γίνεσθαι· μάλιστα μὲν οἱ περὶ τὸν Ἡσίοδον, εἶτα δὴ καὶ τῶν ἄλλων οἱ πρῶτα φυσιολογήσαντες· οἱ δὲ, τὰ μὲν ἄλλα πάντα γίνεσθαί τε φασὶ καὶ ῥεῖν, εἶναι δὲ παγίως οὐθέν· ἓν δέ τι μόνον ὑπομένειν, ἐξ οὗ ταῦτα πάντα μεταρρυθμίζεσθαι πέφυκεν. *Sunt, qui affirmant, nonnulli, nihil omnino esse ingenitum, sed res omnes fieri. In hac autem sententia in primis est Hesiodus, deinde illi, qui primi rerum naturam scrutati sunt: quorum quidem haec erat sententia, reliqua omnia facta esse* (seu generata) *& fluere, nihil vero eorum stabile esse: unum autem quid* (nimirum materiam) *permanere tantum, ex quo reliqua, quae cernimus omnia transformentur.* Quamquam, quod ad *Hesiodum* attinet, de eo dein- 112
ceps aliter loquitur. Similiter (*f*) in *Physicorum Libris*, (*) quum veterum alios a-

(†) Lib. III. C. 1. (p. 668. T. I. Opp.) (*) Lib. II. C. 1. (p. 463. T. Opp.)

perspicuum esse. In enumerandis enim & exponendis veterum philosophorum sententiis *Aristoteles* brevitatem obscuritati solet adjungere: ex quo evenit, ut ex verbis ejus nemo totum alicujus philosophi disciplinam informare queat animo, nisi idem incertis divinationibus multum tribuere velit. Atque saepius ego, quum *Aristotelem* legi, in hanc veni cogitationem, hominem studiose nonnumquam pervertisse, & brevius, quam res flagitabat, retulisse veterum sapientum sententias, quo citius eos refellere, sibique ex profligatis eorum scitis gloriam & laudem facilius comparare posset. Idque vel ex eo constare arbitror, quod non raro a semet ipso dissentit, nec eodem semper modo veterum praecepta refert. Utcumque est, vel hic locus declarat, nimium festinare viros doctos, qui de veterum Ionicae sectae philosophorum sententiis ita decernunt, ac si totam eorum doctrinam perspectam haberent, nimisque multa nos hodie fugere, quam ut constituere liceat, quemadmodum erga Deum affecti fuerint, qui in hoc ordine censentur. Credidisse eos, hic testatur *Aristoteles*, omnia quidem generari, at rerum generatarum quasdam permanere, quasdam vicissim corrumpi. Quid haec sibi, quaeso, volunt? aut quibusnam ex initiis haec nasci potuit sententia? Si ex materia confecta voluerunt esse omnia, quidnam eos adducere potuit, ut rerum ex materia conditarum nonnullis stabilitatem & aeternitatem tribuerint? Hujusne rei caussam in ipsa quaesiverunt materia, an vero in alia quadam natura, sejuncta a materia? Exerceant hic sese, qui prae ceteris ingenio sese valere putant; aut vero ingenue fateantur, in tanta rerum & opinionum antiquarum caligine sapientis esse, cavere, ne temere decernat & judicet.

(*f*) *In physicorum Libris*] Neque hic locus cautam viri docti juvat. Putat is, eo contineri & exponi veterum quorumdam physicorum sententiam, qui Deum prorsus a creatione & gubernatione hujus mundi extruserint, & ex materia omnia, quae cernimus, derivaverint. Id vero nemo, ut opinor, existimabit, cui ipse lectus est *Aristoteles*. Etenim philosophus hoc in loco non aliquot, sed omnes omnino philosophos unum vel plura rerum principia posuisse, ex illisque deinde reliqua omnia exuxisse, memorat. Igitur, si, quod *Cudworthus* vult, verum esset, *Aristoteles* omnes hic philosophos in Atheis habendos esse, pronuntiasset: quod ab omni probabilitate abhorret. Unum vel plura rerum principia ponere, ea principia pro aeternis & immutabilibus habere, denique ex illis cetera omnia esse facta, praecipere, id hominem quidem arguit,

Digitized by Google

aquam, alios aërem, alios aliud elementum naturae principium facere dixisset, haec subjicit: Τοῦτο καὶ πανταχοῦ φασιν εἶναι ἢ ἄπειρον εἶναι· τὰ δὲ ἄλλα πάντα πάθη τούτων, καὶ ἕξεις, καὶ διαθέσεις· καὶ τούτων μὲν ὅπερ εἶναί φασιν ἀΐδιον, τὰ δὲ ἄλλα γίνεσθαι καὶ φθείρεσθαι ἀπειράκις. *Hoc illi & tot inquiunt esse universam essentiam; reliqua autem omnia esse horum affectiones, habitus & dispositiones: & horum quidem quodvis esse aeternum; reliqua vero fieri & interire infinities.*

§. XV. Verum huic generi ceteri scholae Italicae philosophi litem saepenumero commovebant, argumentatione, quod jam diximus, in primis hac utentes: *Ex nihilo nihil fit, nec ad nihilum redigi potest aliquid. Ergo nulla res vere existens, & ab ipsius substantiae affectionibus vere sejuncta, vel generari, vel corrumpi potest.* Huic ut occurrerent loco, ipsum quidem, quo haec ratio nititur, fundamentum labefactare non audebant, sic autem illud interpretari studebant, ut a suis non abhorrere videretur, quibus imbuti erant, placitis. Igitur de ipsa materiae substantia capiendum esse hoc scitum, dicebant, non autem de rebus aliis: sic esse omnino, ipsius materiae nihil vel generari vel corrumpi posse: ceteras vero res omnes, cujuscumque demum generis & naturae sint, non formas tantum & qualitates corporum, sed etiam animos, vitam, rationem, & sensum, tametsi re vera differant a magnitudine, situ, motu, & figura, tamen ad πάθη, seu res, quae accidunt & obtingunt materiae, referendas esse, ideoque sine ullius novae rei aut creatione aut corruptione & generari ex ea, & in eandem redire. Materiam enim ipsam unicam illam esse naturam, quae vere exsistat, cuique nec deteri aliquid per corruptionem, nec per generationem accedere possit. (*g*) Haec omnia his verbis *Aristoteles* memoriae prodidit: Καὶ διὰ τοῦτο ὅτι γίνεσθαι οὐδὲν οἴονται, ὅτι φθείρεται, οὐδὲ τὴν ταύτης φύσιν ἀεὶ σωζομένην· ὅσπερ γὰρ τὸν Σωκράτη φαμὲν ὅτε γίνεται ἁπλῶς, ὅταν γίνηται καλὸς ἢ μουσικὸς, ὅτι γίνεται, ὅταν διαφθαρῇ τούτας τὰς ἕξεις, διὰ τὸ ὑπομένειν τὸ ὑποκείμενον, τὸν Σωκράτη αὐτόν· οὕτως οὐδὲ τῶν ἄλλων οὐδέν· δεῖ γὰρ εἶναί τινα φύσιν, ἢ μίαν, ἢ πλείους μιᾶς, ἐξ ὧν γίνεται τὰ ἄλλα, σωζομένης ἐκείνης· *Propterea nihil fieri neque corrumpi opinantur, ista* (unde omnia fiunt) *natura integra & incolumi semper manente: quemadmodum neque Socratem, quando formosus aut musicus efficitur, simpliciter fieri dicimus,* 113 *neque quum istos habitus amittit, corrumpi: eo quod subjectum ipsum, Socrates nimirum ille, permanet. Eadem reliquorum omnium ratio est. Oportet enim aliquam naturam esse, aut unam, aut plures, e quibus cetera fiunt; illa salva manente.*

At-

parum recte de materia & hujus orbis ortu sentientem, non vero statim omnis religionis & ipsius Dei hostem & adversarium. Certe multi haec omnia crediderunt, neque Deum tamen esse inficiati sunt. Quod reliquum est, quae hoc membro *Cudworthus* disputat, belle sese omnia haberent, si & veteres Italicae sectae philosophos, & illos *Aristotelis* physicos cuncta, quae hic afferuntur, docuisse, explorate cognitum esset. At cogitare ita potuisse antiquos Pythagoraeos, ut eos cogitasse vult vir egregius, praeclare intelligo: an vero ita reapse cogitaverint, hoc, dum testimoniis veterum res explanetur, ignorare me fateor. Similiter fuisse forsan in antiquis physicis, qui spreto supremo Numine, ad materiam referrent omnia, & ea praeterea sentirent, quae hic enarrantur, equidem haud prorsus negaverim. Istos autem physicos, quorum meminit *Aristoteles*, sic censuisse omnino, quibusnam certum sit argumentis, nescio.

(*g*) *Haec omnia Aristoteles*] Locus hic *Aristotelis* legitur *Metaphysic. Lib.* I. *C.* 3. *p.* 264. *T.* IV. *Opp.* Ille vero clarioribus utatur luminibus, necesse est, cui integrum est, omnia, quae hoc loco *Aristotelis* contineri putat *Cudworthus*, perspicere. (I.) Nullam in eo mentionem video disputationis inter philosophos Pythagoraeos & Ionicos institutae: nec *Aristotelem* asseverare intelligo, illos vulgare istud scitum: *Ex nihilo nihil fit*, ad hos confutandos adhibuisse, hos vero eo modo respondisse. Plenus erat doctissimus homo Pythagoraeorum & Platonico-

Digitized by Google

Atque hunc *Ariſtotelis* locum eo adſcripſi libentius, quoniam, qui noſtris temporibus Deum & religiones conculcant, eodem prorſus modo rationem ineunt, quo illi. Unam ajunt tantum eſſe naturam, quae reapſe exſiſtat, materiam nimirum ſeu extenſum corpus. Hanc unam ex omni aeternitate neceſſario exſtitiſſe, nec idcirco creatam factamque eſſe: in hanc nec generationem poſſe aliquid, nec corruptionem. Sed quae, praeter hanc naturam, in orbe ſint, univerſa, vitam, ſenſum, conſilium, rationem, non per ſe re ipſa exſiſtere, ſed ad affectiones temperationesque materiae pertinere; poſſe quoque generari ex nihilo, ac in nihilum viciſſim redigi, eadem ſemper manente, cui inſunt, materia. Perſpicuum eſt, quorſum haec evadant omnia, ut nimirum nullum eſſe vel Deum vel Deos conſtituant, praeter eos, qui ex coeca ſenſuque vacua materia primum orti ſunt & facti, in eamdemque aliquando reverti poſſunt. Haec arx illa eſt, in qua impietatis patroni maximum defenſionis ſuae praeſidium collocant: Fiunt & naſcuntur, intereunt viciſſim & corrumpuntur omnia: una res eſt, quae hanc legem neſcit, ipſa in ſe ſpectata materia.

Ut haec ita ſint, *Anaxagoras* tamen, Ionicae licet ſectae philoſophus, & propterea, quod mox planum fiet, philoſophorum, quibuscum pugnat *Ariſtoteles*, ſucceſſor, tam inſignem vim ſenſit eſſe ſciti hujus Pythagorici: *Ex nihilo fit nihil*, ut ab eorum hac in re veſtigiis diſcederet, quos ceteroquin ſibi duces adſciverat. Itaque mentem & animum, ſeu naturas omnes, quae cogitant, res prorſus a materia ſegregatas fatebatur, negabatque, ex materia eas vel creari, vel in eam converti rurſus poſſe. Idem longius etiam procedebat; quumque formas corporum & qualitates ex diverſis materiae temperationibus naſci, quas magnitudo, figura, ſitus, & motus efficiunt, animo comprehendere non poſſet, exſiſtere eas ſtatuebat ante generationem corporis in certis ſimilis naturae atomis, poſtea vero cum corpore conjungi, hocque diſſipato, ſeparari tantum ab eo, non autem interire. Ita novum genus homo phyſicae *corpuſculis* utentis concinnavit, ab antiquiori diſciplina valde disjunctum. Veteres nimirum atomorum tutores corporum prima ſemina ὕλας ἀνομοίους, *atomos diſſimilis naturae*, formis omnibus & qualitatibus orbas, eſſe dixerunt. Quorum quidem corpuſculorum in locum *Anaxagoras* ὁμοιομερείας, quam vocabant, ſubſtituit, atomos paris naturae & indolis, & ex infinito tempore omni formarum atque qualitatum genere, quarum nulla perire queat, inſtructas.

§. XVI.

corum amore, & ſimul odio Hobbeſii, qui tum temporis in Britannia ex materia conſtare omnia docebat, multosque ſectatores nactus erat, totus ardebat. Igitur illos omnia iſta, quae ipſemet probabat, dudum probaſſe, atque eodem pacto, quo ipſe *Hobbeſium* oppugnabat, Ionicos olim oppugnaſſe, facile in animum inducebat. Ita animo affectus, quum ad ſcriptores antiquos legendos accederet, non pauca ſibi videbatur animadvertere, quae nos aegre in illis animadvertimus. (II.) Id quidem *Ariſtotelem* hic affirmare ſentio, ſic antiquis illis phyſicis fuiſſe perſuaſum, unum vel plura eſſe naturae principia, ex quibus reliqua omnia facta ſint & procreata: quod ſi de rebus intelligi voluerunt corporeis, ferri omnino poteſt. At eosdem inter res ex materia genitas vitam quoque, ſenſum, animam, immo ipſos Deos retuliſſe, id apud *Ariſtotelem* ſcriptum exſtare, non reperio. Quare ne hoc quidem ejus dictum tantum apud aequos valebit rerum judices, ut Ionicos ſtatim philoſophos condemnent, & ad Dei contemtores amandent. Adde his, *Ariſtotelem* inter hos, qui ita de rerum principiis ſenſerunt, *Thaletem* numerare in ſequentibus & *Anaxagoram*: atqui hos *Lib.* I. *de anima Cap.* 3. *p.* 6. 7. *T.* II. *Opp.* de animae natura ſic perhibet docuiſſe, ut facile appareat, meliorem fuiſſe eorum ſententiam, atque illam, quam *Cudworthus* hic Ionicis philoſophis attribuit. De *Anaxagora* paullo poſt dicam.

§. XVI. Igitur nil est, cur dubitemus, illos materiae machinatores, quos *Aristoteles* inducit, rationem & naturam divinam prorsus sustuliſſe. Non autem hac tantum de causſa eos criminis hujus insimulo, quod, praeter corpora, nihil esse in hac universitate asseveraverint, naturasque corporei & concreti nihil habentes contemserint: quamquam (*b*) ab ipso *Aristotele* merito propter hoc dogma graviter
114 objurgati sunt his verbis: Ὅσοι μὲν ἓν ἢ πλῆθος τὸ πᾶν καὶ μίαν εἶναί τινα φύσιν ὡς ὕλην τιθέασι, καὶ ταύτην σωματικὴν καὶ μέγεθος ἔχουσαν, δῆλον, ὅτι πλανῶνται· τῶν γὰρ σωμάτων τὰ στοιχεῖα τιθέασι μόνον, τῶν δ' ἀσωμάτων οὐδέν, ὄντων καὶ ἀσωμάτων· *Quicumque igitur universum unum & unam quamdam esse naturam ponunt, ut materiam, & hanc corpoream & magnitudinem habentem, patet, quod multipliciter errant. Corporum enim elementa solum ponunt, incorporeorum vero minime, quum tamen & sint incorporea.* Sed quod me potissimum commovet, ut cum Dei hostibus genus hoc componam, id est, quod ex insipiente brutaque materia omnia expressa & effecta esse statuit, nihilque esse in hoc orbe praecepit, quod gigni & interire nequeat, si ipsam demas materiam, cunctis qualitatibus vacantem.

His expositis, quae (*i*) nuperi quidam scriptores attulerunt, ut hanc *Aristotelis* accusationem diluerent, priscisque philosophis illis existimationem & famam pietatis restituerent, considerare juvat. Ipsum vero *Aristotelem* testimonium contra se dicere jubent, qui in *Libro de coelo*, (*) quando de mundo vel coelo differit, aperte perhibet, γενόμενον μὲν οὖν οὐρανὸν εἶναι φασιν, *factum quidem esse coelum, aut initium certo tempore habuisse, omnes ante se philosophos censuisse.* Ex quo loco auctores, quos diximus, patere contendunt, omnes ante *Aristotelem* philosophos & Deum esse credidisse, & mundum ab eo conditum censuisse. Repugnare itaque sibimet ipsi hominem ajunt, dum multis eorum impietatis inurat notam, eosque statuisse affirmet, omnia ex materia esse orta, sine ulla, quae materiam machinata sit & ornaverit, sapiente & intelligente causſa. Ego vero non possum, quin viros hosce doctos in magno versari errore pronuntiem, quod omnes sibi persuadent, Deum olim credidisse, qui mundum hunc coepisse aliquando & factum esse, putarunt. Certum enim est, primos eorum & vetustissimos, qui Deum esse negarunt, mundum hunc *fecisse vel genera*sse, seu, ut verbis utar *Aristotelis*, προσαπτοῦσι τὴν γένεσιν τῷ κόσμῳ, id est, aeternitatem illi haud attribuisse, sed certo tempore natum & ortum, suo etiam tempore, quoniam corrumpi queat, interiturum esse, censuisse. Hanc profani generis sententiam his versibus complexus est (*k*) *Lucretius:*

Et quoniam docui, mundi mortalia templa
Esse, & nativo consistere corpore coelum,
Et quaecumque in eo fiunt fientque, necesse
Esse, ea dissolvi.

Et

(*) Lib. I. C. 10. (p. 632. T. I. Opp.)

(*b*) *Ab ipso Aristotele*] Exstant haec verba *Metaphys. Libro* I. *Cap.* 7. *p.* 274. *T.* IV. *Opp.* Hoc ipso vero ex loco constare videtur, non negasse omnino hos philosophos, esse naturas a corpore secretas. Nec enim id illis vitio *Aristoteles* vertit, quod naturas sustulerint corpore vacantes, sed hoc reprehendit, quod ortum & causſas harum naturarum non designaverint. Si nullas hi philosophi credidissent esse naturas simplices, parum sapienter contra eos hic disputasset *Aristoteles*. Quomodo enim, quaeso, hoc exprobrari potest homini, qui negat, esse mentes, quod in mentium naturam & originem non inquisivit? Sapiens certe de rebus, quas nusquam esse ducit, sollicitus non esse solet.

(*i*) *Re-*

Digitized by Google

Et videtur certe illis, qui a fortuito quodam principio res omnes arcessunt, cunctaque credunt esse genita, si ipsam materiam eximas, necessitas haec esse imposita, ut mundum hunc & ortum esse & dissolvi posse iterum, constituant. Quocirca in erroribus popularibus haec poni debet opinio, nullum umquam Deo bellum indixisse, nisi idem mundum esse sempiternum crediderit. Ceterum subjicit statim *Aristoteles*, etsi omnes prisci philosophi mundum habuisse initium opinati sint, aliquam tamen inter eos hac in re fuisse discordiam: quosdam enim mundum putasse aeternum fore & immutabilem; alios vero impendere ei exitium censuisse: *οἱ μὲν γενόμενον οἱ μὲν ἀίδιον, οἱ δ' φθαρτόν.* Horum illi, qui mundum quidem factum esse ducunt, at simul aeternum suspicantur fore, *γενόμενον*, sed *ἀίδιον*, non in classe collocandi sunt impiorum, sed ad Dei professores pertinent. Talis *Plato* fuit, quem sigillatim *Aristoteles* videtur notare. Is enim (*l*) in *Timaeo* supremum Numen inferiores Deos, solem, lunam & stellas, quos animatos *Plato* judicavit esse, sic fingit alloqui: *Ἃ δὲ ἐμοῦ γενόμενα, ἄλυτα, ἐμοῦγε θέλοντος· τὰ μὲν οὖν δεθέντα πᾶν λυτόν· τόγε μὴν καλῶς ἁρμοσθὲν καὶ ἔχον εὖ λύειν ἐθέλειν, κακοῦ· διὸ καὶ ἐπεὶπερ γεγένησθε, ἀθάνατοι μὲν οὐκ ἐστε, οὐδ' ἄλυτοι τὸ πάμπαν· οὔτι μὴν δὴ λυθήσεσθέ γε, οὐδὲ πεύξεσθε θανάτου μοίρας, τὸ ἐμῆς βουλήσεως μεῖζον δεσμὸν ἔτι καὶ κυριώτερον λαχόντες.* *Quorum operum ego parens effectorque sum,* 115
quae per me facta, non sunt dissoluta, me invito; quamquam omne colligatum solvi potest. Sed haudquaquam boni est, ratione vinctum velle dissolvere. Sed quoniam estis orti, immortales vos quidem esse & indissolubiles non potestis: neutiquam tamen dissolvemini, neque vos ulla mortis fata periment. Nec fraus valentior, quam consilium meum, quod majus est vinculum ad perpetuitatem vestram. Nec ab hac *Platonis* sententia *Philo*, aliique, quorum de religione dubitare nefas foret, diversi fuerunt; quos ortum quidem mundi fassos esse, at ejusdem negasse interitum, non obscurum est. Contra ea, quicumque inter veteres Deum sustulerunt, illi nominatim, qui rerum omnium primordia ad naturam & casum retulerunt, utramque aeternitatem, tam praeteriti temporis, quam futuri, ab hac rerum universitate abjudicarunt. Nolim tamen, existimet aliquis, solos ita sensisse Dei contemtores. *Empedocles* enim & *Heraclitus*, quos Stoici postea sequuti sunt, non modo mundum creatum esse, & destructum iri aliquando, docuerunt, verum etiam saepenumero id ipsum jam olim contigisse, atque in posterum infinita vicissitudine denuo eventurum esse, praeceperunt.

His addendum, quemadmodum tota quondam impiorum cohors aeternitatem eripuit mundo, ita fuisse inter eos, qui Deum professi sunt, quibus mundus sempiternus esse visus est. (*m*) In hunc ordinem *Aristoteles* aggregandus est: ante quem, si minus alii, saltim *Ocellus Lucanus* eamdem tenuit sententiam, licet *Aristoteli* non placuerit, ullam ejus mentionem facere. Recentiores deinceps Platonici universe hanc rationem consectati sunt; quamquam hi sic ex omni aeternitate Deo mundum fuisse subjectum arbitrabantur, ac si ex nihilo ab eo certo tempore effectus fuisset. Igi-

(*i*) *Nuperi quidam scriptores*] Quinam hi sint, non esse mihi duxi multis investigandum. Ea, qua *Cudworthus* vivebat, aetate multi Anglorum in eos publice scribebant, qui Deum esse negant, eaque occasione veterum philosophorum de Deo sententias explorabant: quos inter aliqui haud dubie, uti *Parckerus*, Ionicae sectae philosophos non male de Deo sensisse, contra *Aristotelem* conati sunt ostendere.

(*k*) *Lucretius*] *De rerum natura Lib.* VI. *vs.* 43. *f. p.* 434. Adde *Lib.* V. *vs.* 236. *f. p.* 256.

(*l*) *In Timaeo*] *C.* 27. *p.* 250. *ed. Fabricii.* Versio Latina *Ciceronis* est. Pluribus hoc *Platonis* dogma persequutus est *Jac. Thomasius de eruptione mundi Stoica Diss.* III. *p.* 37. Adde *Chalcidium in Timaeum Platonis Cap.* 23. *f. p.* 284. *f.*

(*m*) *In hunc ordinem*] De *Aristotelis* sententia *Liber* VIII. *Physicar. auscult.* legi debet. *Ocelli*

Igitur, ut hunc tandem concludamus locum, ſic ſentiamus, oportet: Qui mundum genitum eſſe putarunt, & initium habuiſſe, illi non idcirco ſtatim ſupremi Numinis amicis adjungi debent; nec viciſſim, qui perennitatem huic rerum naturae attribuerunt, propterea cum hoſtibus Dei ſociandi ſunt. Ante *Ariſtotelem* quidem non omnes modo Athei, ſed etiam haud pauci eorum, qui Deum dixerunt eſſe, nil dubitarunt, quin mundus hic creatus & factus eſſet. Hoc vero intererat inter utrosque, ut hi quidem Deo fabricationem tribuerent mundi, quum illi materiam, temere & caſu commotam, res omnes effeciſſe, ſtatuerent.

Quodſi alio etiam, quod ad hanc quidem rem attinet, diſcrimine profeſſores & contemtores Dei ſecernendi ſint, diſtinguendum erit inter ipſam hancce rerum naturam, quam cernimus, & ſubſtantiam materiae. Etſi nimirum, quotquot priſcis temporibus Deum tollebant, aeternitatem una mundi rejiciebant; attamen iidem ſubſtantiam materiae, ex qua res omnes dicebant eſſe natas, non modo ſempiternam faciebant, verum etiam per ſe neceſſario exſiſtere, nec ullius arbitrio aut imperio ſubjectam eſſe, praedicabant. Haec igitur unicum illud, quod fatebantur, Numen erat. Nihil ſimile in illis, qui ſic de Deo ſentiebant, uti par eſt ſentire: Quorum quamvis plurimi perennitatem mundo tribuerent; nemo tamen negare auſus eſt, & formam & materiam ejus, haud aliter atque lumen ad ſolem, ad Deum ſemper pertinuiſſe. Stoicos tamen & quosdam alios excipio.

§. XVII. (*n*) Narrat *Ariſtoteles*, credidiſſe aliquos, impiam iſtam diſciplinam, quae res omnes a bruta ſenſuque vacua materia profluxiſſe, nec niſi formas ejus & qua-

Lucani liber περὶ πάλλων φύσεως exſtat in *Opuſculis mythol.* veterum, a *Thoma Gale editis p.* 501. *ſ.* Recentiores Platonici quidnam ſenſerint, omnium, ut opinor, inculentiſſime expoſuit *Zacharias Mitylenaeus Dialogo de opificio mundi p.* 207. 213. *ſ.* Omnes vero Platonici recentiores an ſic docuerint, id paullo mihi videtur incertius eſſe, quam vir doctus putat. Sed quum hunc locum praetereundo tantum attingat, ideo nec nobis licitum arbitramur, multum in eo explicando temporis conſumere.

(*n*) *Narrat Ariſtoteles*] *Metaphyſic. Lib.* I. *Cap.* 3. *T.* IV. *Opp. p.* 265. Locum ipſe, quam fieri potuit, *Ariſtotele* propitio, perſpicue reddidi. Poſtrema verba prorſus obſcura ſunt. Sententia vero eorum haec eſt: Per id jurare fas eſſe, quod omnium praeſtantiſſimum & optimum. Praeſtantiſſimum autem & in primis venerabile illud eſſe, quod eſt antiquiſſimum. Dii igitur quum per Stygem juraverint, id inde videri perſpicuum eſſe, aqua nihil eſſe antiquius vel vetuſtius.

(*o*) *Platonem in Theaeteto*] Ita eſt. *Plato* in *Theaeteto p.* 118. omnes veterum ſapientes, ſi ab uno diſcederis *Parmenide*, cenſuiſſe refert, ex aqua reliqua profecta eſſe omnia, & generationem fluxionis & motus eſſe gerus. Dabo ipſa ejus verba: Καὶ περὶ τούτου πάντες ἰξῆς οἱ σοφοὶ, πλὴν Παρμενίδου, ξυμφήσετον, Πρωταγόρας τε καὶ Ἡράκλειτος καὶ Ἐμπεδοκλῆς καὶ τῶν ποιητῶν οἱ ἄκροι ἑκάτεροι ποιήσεως ἑκατέρας, κωμῳδίας μὲν Ἐπίχαρμος, τραγῳδίας δὲ Ὅμηρος, λέγων· Ὠκεανόν τε θεῶν γένεσιν ἐξ ῥοάων Τηθύν, πάλιν· Ὠκεανοῦ τε θεῶν γένεσιν ἔτευξε ῥοήν τε ἐξ ἀλλήλων· *Et in hoc omnes per ordinem ſapientes, excepto Parmenide, conſenſerunt; Protagoras, Heraclitus, Empedocles, & poetarum in utroque poëmate ſummi, in comoedia Epicharmus, Homerus in tragoedia: nam quum Oceanum diceret Deorum generationem, & matrem Tethyn, omnia ex fluxu motuque eſſe genita praedicaret.* At falſum eſt, a *Platone* hanc ſententiam pro impia haberi: alioquin, quod incredibile, omnes veterum ſapientes, & in his *Empedoclem* & *Homerum*, in Atheis *Plato* numeraſſet. *Plato* vetuſtiſſimis uti poſſe auctoribus indicat, qui rerum omnium generationem ad fluxum & motum referrent: hoc vero facere aliquis ita poteſt, ut Deum tamen eſſe non diffiteatur. Duas ſcilicet miſcet hic ſententias *Cudworthus*, quae ſejungi debent: alteram eorum, qui ex chao & nocte, hinc Deo, generata eſſe omnia, ipſos etiam Deos, cenſent; alteram eorum, qui ab aqua repetunt ortum omnium, & ideo generationem fluxionem & motum eſſe definiunt. Quamquam tanto excuſatius peccat, quanto certius eſt, ipſum hic *Platonem* res inter ſe confundere diverſas. De Homeri ut dicam aliquid ſententia, vix a me impetro. Scio, veterum & recentiorum plurimos nil dubitare, quin idem, quod *Thales* Mileſius, de rerum principiis ſenſerit. Vid. *Heraclides de allegoriis Homeri p.* 438. 439. inter ſcriptores, quos *Thomas Gale* edidit,

qualitates eſſe, diſputat, vetuſtiſſimam eſſe, & jam usque ab ultimis Graecorum temporibus ductam, eique ipſos antiquiores Theologos fuiſſe deditos. Εἰσὶ δέ τινες, οἱ καὶ τοὺς παμπαλαίους, καὶ πολὺ πρὸ τῶν γενέσεως, καὶ πρώτους θεολογήσαντας, ἔτως οἴονται περὶ τῆς 116
φύσεως θεῶν· Ὠκεανόν τε γὰρ καὶ Τηθὺν ἐπῆσαν τῆς γενέσεως πατέρας, καὶ τὸ ὅρκον τῶν θεῶν ὕδωρ, τὸν καλούμενον ὑπ' αὐτῶν Στύγα τῶν ποιητῶν· τιμιώτατον μὲν γὰρ τὸ πρεσβύτατον· ὅρκος δὲ τὸ τιμιώτατόν ἐστιν· *Sunt autem quidam, qui etiam antiquiſſimos illos, & nimis a praeſenti generatione remotos, qui primo naturam Deorum inveſtigarunt, ſic arbitrantur de natura rerum ſenſiſſe. Oceanum enim & Tetbyn generationis parentes eſſe cecinerunt, Deosque per aquam juraſſe, quae Styx ab ipſis poëtis appelletur. Honore enim id in primis dignum, quod antiquiſſimum eſt: jusjurandum vero omnium maxime honorem & reverentiam meretur.* Credibile eſt, *Platonem* his verbis ab *Ariſtotele* deſignari. Utcumque eſt, hoc certum eſt, (o) *Platonem* in *Theaeteto* affirmare, nefarium eorum dogma, qui *ex fluxione & motu genita eſſe* tradant omnia, (ἐπὶ πάντα ἐκφέρουσι ῥοῆς τε καὶ κινήσεως) ſeu, quod idem eſt, ex materia res omnes confectas eſſe credant, vetuſtiſſimae originis eſſe. Sed & *Homerum* ejus accuſat ſententiae, quod is ipſos Deos ex Oceano (ſive fluitanti materia) procreatos eſſe hoc verſu tradit:

Ὠκεανὸν θεῶν γένεσιν καὶ μητέρα Τηθύν·
Oceanus Deorum pater, Tethys vero mater eſt.

(p) Omnium igitur eorum, qui Deum ſuſtulerunt, primi hi videntur eſſe & antiquiſſimi, qui, etiamſi certas eſſe naturas faterentur, praeſtantiores hominibus, quos

dit, *Plutarchus libro de Homero.* Sed & ſcio, aliis eumdem in locis duorum meminiſſe principiorum, *aquae* & *terrae*, ut *Iliad. H. vſ.* 99. ubi Menelaum inducit optantem, ut Graeci ad aquam & terram ſeu prima, unde nati eſſent, elementa redeant, id eſt, moriantur.

Ἀλλ' ἐμοῖς μὲν πᾶσιν ὕδωρ καὶ γαῖα γένηται·

Quare in eam me fere ſententiam induci ſentio, difficile eſſe componere omnia, quae de Diis eorumque ortu & rerum generatione paſſim tradidit *Homerus.* Si quis ex ipſo quaeſiviſſet *Homero*, quidnam de his rebus ſentiret, fortaſſe vix habuiſſet, quod reſponderet, bonus homo: qui quidem nihil certi mihi ſenſiſſe, ſed quae ferebantur inter Graecos ſcita, nullo judicio adhibito, carminibus ſuis temere intexuiſſe videtur. Quamobrem nil miror, veteres, *Heraclidem*, *Plutarchum*, & multos alios, quaecumque volucrunt, omnesque ſapientum & inſipientum opiniones & placita in *Homero* reperire potuiſſe. Ceterum, quem hic adducit *Plato* verſum, is exſtat *Iliad. Ξ. vſ.* 258. cum quo conferri poteſt ejusdem libri *vſ.* 303. 304. 343. ut nunc alios ejus generis omittam.

(p) *Omnium igitur*] Statui, niſi magna obſtiterint impedimenta, in *praefat.* de illis, qui *Theogonias* inter veteres ſcripſerunt, eorumque religione & de rebus divinis ſenſu copioſius commentari. Hic pauca tantum animadverto, quae loci hujus angustiae capiunt. (I.) Si, qui Deorum generationes enarrarunt, *Athei* fuerunt, ad eorum fine dubio claſſem referri debent, qui vim aliquam gignendi & efficiendi in ipſa eſſe materia reconditam opinantur. Iſte enim amor, quem primum eſſe dicunt Deorum genitum, neſcio, quid ſit, niſi vis quaedam genitrix, quae certo tempore ex materia prodierit. (II.) Neque id a vero abhorret, fuiſſe quosdam tam veſanos olim, ut ex ipſo chao ſeu rudis & indigeſtae materiae ſinu crederent vim quamdam erupiſſe effectricem, cujus ope, quae antea confuſa erant, ordinata & apte diſpoſita, omnia denique generata fuerint. Ut haec propius ab ipſa videantur dementia abeſſe, tanta tamen hominum eſt miſeria & coecitas, ut fuiſſe non incredibile ſit, quorum ingeniis haec portenta placerent. Inter orientalium populorum philoſophos ſunt adhuc, qui ſimilia pro abſtruſis & reconditis veritatibus habent. Ita *Engelbertus Kaempferus Hiſtory of Japan Lib.* III. *Cap.* 1. *p.* 207. *Tom.* I. *Lond.* 1727. *fol.* in libro quodam *Odaiki* dicto, quem *Sintos*, qui vocantur inter Japones, ſecta regionis ejus antiquiſſima, permagni aeſtiment, haec de rerum originibus perſcripta exſtare, memorat: *In principio rerum omnium Chaos quoddam non ſecus movebatur, atque piſces in aquis, quando voluptate feruntur, natare ſolent. Ex hoc res quaedam prodiit, ſpiritum referens, eaque mobilis, formisque variis recipiendis apta. Haec res animus fiebat*

quos Deos appellabant, reapſe tamen Deum eſſe negabant, voce hac ſenſu proprio & accurato adhibita. Namque totam rerum univerſitatem praedicabant ex
117 Oceano vel liquida materia prodiiſſe, ſeu, quod verbis tantum differt, ex chao & nocte procreatam eſſe; ipſos etiam, quos ita nominabant, Deos genitos & factos eſſe, ſtatuebant: ex quo conſequebatur, perire eosdem & corrumpi poſſe. (q) *Ariſtophanes* impium hoc Theologiae genus in *Avibus* hac nobis ratione enarrat & exhibet: Principio nihil exſtitiſſe, niſi noctem & chaos: ex his ovum eſſe natum: ex ovo hoc procreatum eſſe amorem: amorem, chao admiſtum, coelum, terram, animalia, ipſos denique Deos generaſſe.

Χάος ἦν, καὶ νὺξ, ἐρεβός τε μέλαν πρῶτον, καὶ πλατὺ τάρταρος εὐρύς,
Γῆ δ' οὐδ' ἀὴρ, οὐδ' οὐρανὸς ἦν· ἐρέβους δ' ἐν ἀπείρονι κόλπῳ
Τίκτει πρώτιστον ἐπωμάδιον νὺξ ἠ μελανόπτερος ᾠόν,
Ἐξ οὗ περιπλομένοις ὥραις ἔβλαστεν ἔρως ὁ ποθεινὸς,
Στίλβων νώτοις πτερύγων χρυσοῖν, εἰκὼς ἀνεμώκεσι δίναις·
Οὗτος δ', καὶ πτερόεντα μιγεὶς νυχίοις. ἐν ταρτάροις εὐρυ-
Ἐνεττεύσατο γένος ἡμέτερον, καὶ πρῶτον ἀνήγαγε εἰς φάος·
Πρότερον δ' οὐκ ἦν γένος ἀθανάτων, πρὶν ἔρως συνέμιξεν ἅπαντα·

Chaos erat, & nox, erebusque niger in principio, & tartarus amplus,
Terra vero non erat, neque aër, nec coelum: erebi autem in infinito gremio

Om-

ſive ſpiritus: atque hic ſpiritus dicitur KUNITO KODATSNO MIKOTTO. Vides Deum, rerum omnium parentem, aut id, quod *Heſiodus* & alii amorem vocarunt, ex ipſa informi & rudi materia natum. Hoc autem dogmate ſecta iſta negat ſe majus aliquid, ſecretius & admirabilius habere. Quis hominum non miretur inſcitiam, qui Dei lumine non utuntur? Huius non diſſimile eſt, quod de aliis gentis hujus philoſophis, quos *Sinto* vocant, *Boock.* III. *Cap.* 7. *p.* 250. idem refert *Kaempferus*, cujus ipſa verba Latine converſa exhibebo: *Quidam horum ſapientum naturam eſſe fatentur intelligentem, ſeu a corpore abſtractam: verum hanc naturam non condidiſſe rerum univerſitatem volunt, ſed eam gubernare & adminiſtrare tantum omnia, dicunt. Quin etiam ipſam naturam hanc mentem produxiſſe, aſſeverant:* In *enim & Jo, id eſt, coelum & terram, quorum illi facultatem agendi, huic patiendi, illi vim generandi, huic corrumpendi tribuunt, naturam illam credunt procreaſſe. Simili ratione alias etiam naturas, agendi virtute praeditas, natas eſſe dicunt.* Proxime haec accedunt ad ea, quae de Deorum generatione veteres nugati ſunt, idque certe docent, fieri poſſe, ut ita inſaniant corrupti homines, quemadmodum *Cudworthus* inſaniiſſe putat genus illud, quod *Theogonias* olim compoſuit. (III.) At non deſunt tamen inter viros doctos, qui veteres *Theogoniarum* ſcriptores exiſtimant de Deo ſanius & melius ſenſiſſe, putantque, tametſi *Chaos* primo collocetur ab illis in rerum natura ordine, tamen Deum eos non excluſiſſe, ſed ipſum illud chaos ab efficienti quadam conditum & generatum eſſe cauſſa, ſive a Deo factum, cenſuiſſe. *Philo*, Judaeus, *Libro de mundo incorruptibili p.* 941. aliquos, quibus ipſemet aſſentitur, credere obſervat, *Heſiodi chaos* ſive mundum a Deo comparatum eſſe & conditum. Nec aliter ſententiam ejus explicat is, qui *Clementina* ſcripſit, *Homil.* VI. §. 3. *p.* 671. *Tom.* I. *Patr. Apoſtol.* Idem viſum fuit celebri in recentioribus Platonicis philoſopho, *Simplicio*, *Comm. in Libr.* IV. *Phyſicor. Ariſtotelis:* cujus in primis auctoritate nixus, vir longe doctiſſimus, *Petrus Petitus Obſervation. miſcellan. Cap.* 12. *p.* 52. pro pietate *Heſiodi* & reliquorum veterum Theologorum verba facit. Eamdem non ita pridem ingenioſe exornavit ſententiam vir illuſtris, *Nic. Hieron. Gundlingius*, in *Gundlingianis P.* XXXII. *Obſerv.* 5. *p.* 193. qui tamen *Heſiodum* putat cenſuiſſe, *Chaos* emanaſſe ex Deo, non vero a Deo factum eſſe.

(q) *Ariſtophanes*] In *Avibus vſ.* 694. *p.* 404. *ed. Kuſteri.* Huc pertinet, quod alio ejusdem comoediae loco idem auctor perhibet, aves ipſo Jove antiquiores eſſe, & ante Saturnum exſtitiſſe Titanasque, *vſ.* 463. Κοπὶδα item ſeu galeritam omnium avium primam eſſe editam, ac terra priorem, *vſ.* 471. 472. *p.* 397. In priorem locum non indigna lectu ſunt, quae *Thomas Burnetus* in *Theoria telluris ſacra Lib.* II. *C.* 7. *p.* 130. 131. & *Hugo Grotius ad Lib.* I. *de verit. relig. Chriſtia-*

Digitized by Google

Omnium primum parit ventoſum furva nox ovum;
Ex quo, temporibus exactis, propullulavit amor deſiderabilis,
Radians tergo aureis alis, celeberrimae ventorum vertigini ſimilis.
Ille vero, alato miſtus chao & caliginoſo, in tartaro ingente
Edidit noſtrum genus, & primum eduxit in lucem:
Neque enim Deorum genus ante erat, quam omnia commiſcuiſſet amor.

Quod poëta hicce comicus aves fingit ante omnes Deos ex chao & amore generatas eſſe, id aliqui fortaſſis joculare commentum ejus eſſe, ſuſpicabuntur, quod idcirco excogitaverit, ut ſcenae inſerviret. (r) Verum *Salmaſius*, nec id ſine ratione, fuiſſe id ipſum cenſet in ſcitis antiquiſſimorum, quorum res hic agitur, 118
Atheorum. Hic nempe diſciplinae eorum fuiſſe videtur habitus: Chaos ſeu materia, confuſe, ſine ulla lege, commota, rerum omnium principium eſt. Ex hac, quaecumque ſunt, omnia gradatim prodierunt. Primum naturae natae ſunt, quae maxime diſtant a perfectione. Has exceperunt illae, quibus major ineſt perfectio. Principio res inanimatae, ut elementa, coelum, terra, aquae, apparuerunt: deinde bruta exſtiterunt animantia: tum homines nati ſunt: ad extremum Dii emerſerunt. Haud itaque, ſi hanc adſciſcamus rationem, ſolam materiae ſubſtantiam corporaque elementorum, quae ſenſu vacant, ignis, aquae, aëris & terrae, (s) quod *Ariſtoteles* alicubi perhibet, (*) antiquiores hi Theologi, natura priora eſſe Deo, ipſosque Deos eſſe putarunt, (Φύσει πρότερα τὰ Θεῖα, Θεοὶ γὰρ οὐκ ἦσαν) ve-

(*) De generat. & corrupt. Lib. II. Cap. 6. (p. 735. T. I. Opp.)

nae p. 39. ed. cl. Koecheri monuerunt: quorum tamen neuter putat, Atheorum hoc in loco ſententiam exponi.

(r) *Verum Salmaſius*] *Salmaſius* quid ſenſerit, optime omnium ex ipſis eius verbis cognoſcetur *Exerc. Plinian. in Solinum T. I. p.* 309. poſtquam dixerat, Aegyptios ſtatuiſſe, coelum & aſtra ante terram eſſe condita, ſic pergit: *Eadem antiquiſſimorum Graecorum ſententia fuit, ab Aegyptiis ſumta. Nam avium genus prius editum, quam terra eſſet condita, crediderunt, ut ex his Ariſtophanis verſibus patet.* Hic deſcribit verſus *Ariſtophanis* vſ. 471. 472. de galerita: quo facto, ita pergit: *Haec fabuloſa quidem, ſed eam opinionem adſtruunt. Nam ſi galerita fuit in rerum natura, quum terra nondum eſſet, coelum & aërem jam tum fuiſſe oportuit.* Eamdem de avibus ante terram & reliqua omnia conditis ſententiam idem *Salmaſius* in *Simmiae Rhodii Alis* proponi cenſet in *Notis ad Simmiam p.* 270. *ed. Crenii.* Sed hoc mihi aliquanto videtur eſſe, quam vellem, obſcurius, etiamſi repugnare nolim illis, qui *Salmaſium* deſerere nefas ducunt. Ceterum, ut verum fatear, ex *Ariſtophanis* jocis vix putem veterum de ortu mundi ſententiam accurate addiſci poſſe. Quamvis enim lubens largiar, poëtam pleraque ex mente antiquorum phyſicorum loqui: quaecumque tamen affert, ea perſpicuum eſt valde eſſe perturbata & mutila. (I.) De ortu humani generis & beſtiarum plane ſilet. Coelum primum, deinde aquam, tum terram, poſtremo Deos ab amore generatos eſſe narrat. Nulla hic ignis, nulla hominum, nulla beſtiarum mentio. (II.) Aves non beſtiis connumerat, ſed inter ipſos Deos refert: quod ludicrum eſt & joculare, ut omnes vident. (III.) Aves, quam de ortu ſuo expoſuerunt, ſententiam argumentis valde lepidis & ad riſum ciendum accommodatis tuentur. Ex eo enim probant, ſeſe procreatas eſſe ab amore, quod, non ſecus atque amor, alis inſtructae ſint, & quod amantibus adſint: ut reliqua practeream aeque inepta. Quocirca parum abeſt, quin exiſtimem, *Ariſtophanem*, quae de avibus narrat, ante omnes Deos editis, non ex cujusdam phyſici aut philoſophi ſententia ſcripſiſſe, ſed ludi jocique cauſſa confinxiſſe.

(s) *Quod Ariſtoteles perhibet*] (I.) Vehementer obſcurus eſt hic *Ariſtotelis* locus, quem cauſſae ſuae favere opinatur *Cudworthus*. Diſputat *Ariſtoteles* contra *Empedoclem*, quem notum eſt quatuor elementis ſuis adjunxiſſe amicitiam & inimicitiam. Inter alia id ferri poſſe negat in eo, quod ad horum elementorum *miſtionem* generationem rerum omnium retulerit. Ὁ δὲ τὴν μῖξιν ποιεῖ γένεσιν. *Porro ſolam illa miſtionem collaudat.* Quibus poſitis, ita pergit: εἰ γοῦν τὰ τοιαῦτα διακρίνοι τις τῶν [illegible] ἀπὸ φιλίας, τὰ φύσει πρότερα τῶν Θεῶν. *Atqui diſcordia haud

Digitized by Google

verum etiam, ſi minus hominum generi, certe brutis animantibus eamdem dignitatem attribuerunt. Hoc ergo modo genus iſtud mundum eſſe creatum aſſeverabat: Quod unum habebat Numen, id caliginoſum erat chaos, ſive materia ſtupida & ſenſus omnis expers: hanc Deos, hanc omnia dicebat peperiſſe. Jam quis non ſentit, ita homines illos totum hujus univerſitatis ordinem prorſus pervertiſſe?

§. XVIII. Itaque perſpicuum eſt, ut opinor, eos, qui amorem, quem praecipuum eſſe Deum perhibent, ex noctis quodam ovo proſiliiſſe primum, omnemque poſtea Deorum familiam ex materia & chao, ſeu ex natura lucis experte temere procreatam eſſe, praecipiunt, impietatis erga Deum nullo modo poſſe abſolvi. Nihilo tamen minus *Ariſtoteles* alicubi tam *Parmenidem*, quam *Heſiodum*, & quosdam alios, qui pariter amorem ſummum & principem eſſe Deorum cenſent, ex amore vero & chao res ceteras machinantur, in eorum claſſem detrudi debere negat, qui ſic ad materiam cuncta retulerunt, ut vim omnem atque rationem divinam tollerent. Videri enim hos ait nomine *Amoris* naturam quamdam, conſilio & arte fabricantem, motusque omnes in rerum natura cientem, ſignificare: qualis quidem natura neque ex ovo quodam noctis, nec ullo modo ex materia gigni & naſci poteſt, ſed haud dubie ab omni materiae contagione ſecreta naturaque prior illa & antiquior eſſe debet. (t) Audiamus ipſum philoſophum: Ὑποπτεύσει δ' ἄν τις, Ἡσίοδον πρῶτον ζητῆσαι τὸ τοιοῦτον, καὶ ἄλλον τινὰ Ἔρωτα ἢ Ἐπιθυμίαν ἐν τοῖς οὖσιν ἔθηκεν ὡς ἀρχήν, εἶναι καὶ Παρμενίδης· καὶ γὰρ οὗτος κατασκευάζων ἐκ τοῦ παντὸς γίνεσθαι·

Πρώτιστον μὲν (φησὶν) Ἔρωτα θεῶν μητίσατο πάντων·

Ἡσίοδος δέ·

Πάντων μὲν πρώτιστα χάος γένετ'· αὐτὰρ ἔπειτα
Γαῖ' εὐρύστερνος, —— —— ——
Ἠδ' Ἔρος, ὃς πάντεσσι μεταπρέπει ἀθανάτοισιν·

ὡς δέον ἐν τοῖς οὖσιν ὑπάρχειν τινὰ αἰτίαν, ἥτις κινήσει καὶ συνέξει τὰ πράγματα· τάττει μὲν οὖν πῶς

haudquaquam ſecernit elementa iſta, quae natura Deo priora ſunt, ſed concordia. Dii autem & haec quoque ſunt. Haec quidnam ſibi velint, ut explorem, nec locus patitur, nec inſtitutum: multos autem fore non dubito, qui aenigmata hic loqui Stagiritam judicabunt. Id vero apertum eſt, non antiquorum phyſicorum, ut putat *Cudworthus*, ſententiam hic edifſerere philoſophum, verum *Empedoclis* potius, quem ex Atheorum ordine ipſe vir doctus eximit. (II.) Neque de re ipſa conſentire mihi cum *Cudworthо* licet. Putat is, ex *Ariſtophanis* loco conſtare, veteres illos phyſicos, quos inter Dei contemtores refert, beſtias ante ipſos Deos credidiſſe ex rudis materiae ſinu prodiiſſe, eo quod aves ante omnes Deos ſeſe natas praediceret. Sed, ut, quae paullo ante monui, omittam, non animadvertit vir egregius, aves apud *Ariſtophanem* ſe ex animalium numero eximere, atque pro Diis, & Deorum quidem vetuſtiſſimis, haberi velle. Quare hic locus id docere potius videtur, philoſophos illos, quorum placita ſequitur *Ariſtophanes*, beſtias poſt Deos natas eſſe, cenſuiſſe.

(t) *Audiamus ipſum philoſophum*] *Metaphyſic. Lib.* I. *Cap.* 4. *p.* 267. *ſ.* Locum ipſe Latine converti, quoniam magna cum intelligebam obſcuritate in *Beſſarionis* verſione laborare. Quae vero interjecta ſunt interpretationis cauſſa, *Cudworthо* debentur. Ceterum nec excuſat hic *Heſiodum*, nec accuſat plane *Ariſtoteles*, verum rem omnem in medio relinquit: nec ego, omnes licet intenderim ingenii nervos, latere illa in poſtremis loci hujus verbis, perſpicere potui, quae *Cudworthus* in illis eſſe recondita ſibi perſuadet. Inferius ſe diſquiſiturum ait philoſophus, utrum chaos amore, an amor chao prior & antiquior exiſtimari debeat. Haec ſi ſignificare poſſunt, *amorem Heſiodi ipſum eſſe Deum, chaoque omni antiquiorem*, neſcio certe, quid ſit interpretari, nec habeo amplius,

Digitized by Google

πᾶς τις ἀξιοῖ καὶ Ἀφροδίτην εἶναι ἢ τῶν πάντων, ἐξίσου χρεῖον ὄντων· *Suſpicaretur aliquis, Heſiodum primum hoc quaeſiviſſe*, (id eſt, naturam quamdam efficientem, praeter materiam) *& ſi qui ſunt alii, qui amorem aut cupiditatem principium eſſe putarunt rerum, quae exiſtunt: quemadmodum Parmenides, qui, de univerſi generatione agens: Primum quidem, inquit, inter omnes Deos amorem produxit. Heſiodus vero ante omnia fuiſſe chaos ait, deinde terram ſpatioſam, atque amorem, qui inter omnes immortales elucet. Tamquam deceat & oportent in illis, quae ſunt* (praeter materiam) *cauſſam eſſe aliquam, quae res omnes moveat & conjungat. Haec autem quomodo ſint ordinanda, & quodnam horum primum,* (amor, an chaos) *poſterius licebit judicare.* Extremis loci hujus verbis id puto indicare *Ariſtotelem*, amorem, ſi ut natura ſpectetur, commovens omnia & efficiens, non credi poſſe ex chao conditum, aetateque idcirco ſuperiorem eſſe debere materia: ex quo conficitur, *Heſiodi* amorem non poſſe non ipſum Deum eſſe. Certe (*v*) *Simmias Rhodius*, qui carmen in hunc cecinit amorem, quod *Alas* inſcripſit, principem Deorum omnium eum eſſe affirmat, totiusque univerſi principium, nec ei commune eſſe aliquid cum cupidine, molli & effeminato Veneris puero, ſed ab hoc prorſus differre vult.

Οὐκ εἰμὶ Κύπριδος παῖς,
Ὠκυπέτας δ' αὐτὸς ἔρως καλοῦμαι·
Οὐδὲ γὰρ ἔκλεινα βιάζειν, ἀλλ' ἄγαν ἢ πιθοῖ·
Γαῖαν, θαλάσσας τε μυχοὺς, οὐρανὸν πᾶς τε θεὸς μοι ἔικει·
Τῶν δ' ἐγὼ ἐπιστροφιάμην ἀγώνων σκᾆπτρον, ἐπεφημέ τι σφιν θέμιστας·

Non ego ſum Veneris ille puer,
Verum amor coeleſtis & aërius nuncupor.
Neque enim per vim facere aliquid conſuevi, ſed
blanditiis omnia pellicio.
Terra, maria, lacus, coelum, & ipſe Deorum chorus mihi obtemperat.
Sceptrum ego in res omnes teneo, totaque rerum natura ad meam ſeſe fingit legem.

(x) Neque eſt praeterea, cur viris quibusdam doctis aſſentiamur, qui amorem iſtum

plius, cur illis ſuccenſeam, qui, quae ipſimet heſterna nocte ſomniarunt, apud *Ariſtotelem* & *Platonem* ſine labore inveniunt. Ita magni ſaepe homines eodem vexantur morbo, quo mediocri quidam ingenio praediti, qui ad ſuum arbitrium ſcriptores antiquos refingere ſolent, ne cum illis diſſentire videantur. Ceterum *Jo. Clericus*, vir doctiſſimus, non dubitavit, rem ita ſeſe habere, uti *Cudworthius* dicit, *Heſiodumque* purgari ab *Ariſtotele*. Quapropter ad hunc quum veniſſet locum, diſputandum ſibi eſſe ratus eſt contra *Ariſtotelem*, *Heſiodumque* vix ac ne vix quidem ex Atheorum numero tolli poſſe, docuit, *Bibliotheque choiſie Tom.* II. *p.* 46. *ſ.* Exponetur de tota hac re, ſi Deus voluerit, inferius.

(*v*) *Simmias Rhodius*] Hoc carmen *Simmiae* notis criticis illuſtravit *Claud. Salmaſius*, atque ita ex ingenio emendavit, ut ejus, quod hic legitur, longe videatur diſſimile. Curavit hanc *Salmaſii* commentationem formis iterum deſcribi *Thomas Crenius* in *Muſeo philologico & hiſtorico Tom.* II. *p.* 259. At quum ſententia in utroque exemplo eadem fere ſit, non eſſe meum duxi, conjecturas viri docti & correctiones huc transferre. Vix dignum eſt mediocris poëtae carmen, in quo exornando multum laboris collocetur. Ceterum ego ita, ut *Cudworthus* voluit, illud reddidi.

(*x*) *Neque eſt praeterea*] Haec quidem recte judicat vir doctus, etſi veterum & recentiorum plurimis ſecus videatur. Et ipſe *Plato* confirmat hanc ſententiam; quippe qui in ſuum ea non convenire amorem, quae *Parmenidas* & *Heſiodus* de amore cecinerunt, in *Sympoſio p.* 324. fatetur. Τὰ δὲ, inquit, παλαιὰ πράγματα περὶ θεοὺς, ἃ Ἡσίοδός τε καὶ Παρμενίδης λέγουσι, ἀνάγκῃ, οἶμαι ἔμοιγε γιγνόμενα, οὐ ἑκόντα ἀλλὰ ἄκοντα λέγουσι· *Priſca vero Deorum geſta, quae Heſiodus Parmenidesque deſcribunt, neceſſitati potius, quam amori attribuenda, ſi modo il-*

120 iſtum eumdem eſſe cenſent, quem *Plato* in *Sympoſio* memorat, & ex *Penia* & *Poro* natum eſſe tradit. Ipſe enim *Plato* amorem hunc ſignificat non ex genere Deorum, ſed daemonum eſſe, mediaeque cujusdam naturae. Scilicet nihil hic amor eſt, quam φιλοκαλία, *amor pulcritudinis* in ſe ſpectatae. Qui amor uti hominum inflammare animos & attollere poteſt, ſi quidem recte adhibeatur, ut nil niſi magnum & generoſum ſpirent, resque humiles, abjectas, & vitioſas contemnant penitus & deſpiciant; ita etiam, ſi parum caute ac prudenter homo legibus ejus obtemperet, in coecas effrenatasque libidines praecipitem agit. Quod ſi etiam optime ſeſe habeat, in nullas tamen cadit, niſi parum perfectas parturientesque naturas: ex quo manifeſtum eſt, eum rerum omnium nullo modo cauſſam & principium eſſe poſſe. Quae omnia quando mecum reputo, nil equidem, quod impediat magnopere, video, cur (y) eorum opinio, qui amorem ſupremum Deum rerumque omnium auctorem & parentem eſſe dictitant, ſi nimirum recte explicetur, & ab omni ſuco liberetur, injurioſa in Deum videri debeat. Liceat ſic illis loqui, qui nomine amoris illum intelligunt ſempiternum, per ſe exiſtentem, & ſapientem amorem, aut ſupremam & per ſe exiſtentem divinitatem, quae, quum ipſamet infinita bonorum omnium multitudine abundet, ſemet ipſam ſine ulla invidia, ſapientiſſimo tamen modo, impertit, res omnes, ſine ulla vi atque violentia, ſuaviter gubernat & moderatur, quoniam omnia naturaliter auctoritatem ejus reverentur, & voluntati ejus libenter obtemperant, totum denique mundum quam aptiſſime colligat & temperat. Ipſe ſacer codex *Deum eſſe amorem* pronuntiat. Quidnam igitur is committit mali, qui amorem viciſſim, ſenſu tamen recto, nec vitio quodam inquinato, Deum eſſe ſtatuit?

121 §. XIX. Sed mittamus ſaeculum *mythicum*, & ad eam revertamur aetatem, quae philoſophos protulit. Quinam tandem ex illis, qui philoſophorum cenſeri voluerunt

li verâ narrarunt. An vero recte naturam amoris illius, quem in *Sympoſio* commendat *Plato*, expoſuerit, illis dijudicandum relinquo, qui ex inſtituto *Platonis* exquirunt placita. Narrabo potius ea, quae veterum de duplici amore ſcita meditanti veriſſima viſa ſunt. (I.) Nullum principio dubium eſt, quin antiquiſſimis Graeciae populis certa praecepta quaedam fuerint de natura & rerum omnium ortu: atque haec, ut ſuſpicor, ex ſolis orientis regionibus ad eos delata ſunt. Certe qui ea tantum conſideraverit, quae *Hugo Grotius ad Lib.* I. *de verit. relig. Chriſt.* & *Thom. Burnetus* in *Theoria telluris ſacra* de Phoenicum, Aegyptiorum, Syrorum, & aliorum de natura rerum ſententiis monuerunt, is, tametſi non omnia probet, quae viris hisce doctiſſimis placuerunt, facile tamen a ſe impetrabit, ut fateatur, permagnam eſſe harum opinionum cum illis dogmatibus cognationem, quae veteres Graeci de iisdem rebus in *Theogoniis* ſuis tradiderunt. (II.) Qui Theogonias ſeu carmina de Deorum generatione inter Graecos conſcripſerunt, illis unice hoc fuit propoſitum, ut fabulas Graecorum de Diis cum his praeceptis phyſicis componerent, Deorumque res geſtas & hiſtoriam ad ea accommodarent. Hac ego de re neminem arbitror incertum eſſe poſſe, qui vel attente *Heſiodum* perlegit; etiamſi non is ſit *Heſiodus*, cui negotium hoc omnium optime & feliciſſime ceſſit. (III.) Hoc illi quum ſibi datum crediderint, conſentaneum erat, ut Graecorum Deorum nomina rerum principiis, naturaeque legibus, quas ſibi finxerant, affectiones imponerent, eoque modo res in perſonas veluti converterent. Nec id factum eſſe negabit, cui veteres cum cura inſpecti ſunt. (IV.) In antiquiſſimorum autem phyſicorum praeceptis hoc fuiſſe videtur, virtutem neſcio quam genitricem & effectricem in rudi & informi materia reconditam fuiſſe, eamque virtutem, quum ortus immineret rerum omnium, e materiae ſinu prorupiſſe, ſenſimque omnia, quae ſunt, generaſſe. Igitur haec etiam virtus genitrix, ex inſtituto horum poëtarum, Numinis cujusdam, quod Graeci colebant, nomine & perſona exornanda erat. (V.) At in Graecorum Diis nullus erat huic rei aptus & idoneus, quam *Amor*, ſive *Deus amori praepoſitus*, quem generationem rerum omnium moderari volebant Graeci. Itaque *vim* illam naturae *genitricem amoris* vocabulo nuncupabant, *Amo-*

Digitized by Google

runt nomine, isto, quem ante diximus, modo naturam tollere divinam ausi sunt? Id quidem certum est, *Aristotelem* aliis in locis *Democritum* & *Leucippum* ejusdem insimulare criminis, idque in illis castigare, quod materiam unum naturae rerum parentem facerent, nec motus caussam & originem demonstrarent. Sed quum eos, de quibus hoc in loco verba facit, ipsemet testetur esse τινὰς τῶν πρώτων φιλοσοφούντων, *aliquos ex iis, qui primi omnium philosophati sint*, nullum omnino dubium est, quin ab his illi, quos pungit, diversi sint. His accedit, quod ea, quae de hoc genere narrat, doceant, non probasse eos rationem ab atomis rerum derivandi primordia, sed ad ὕλαν & πάθη τῆς ὕλης, *materiam, affectionesque, conjunctiones, formas, & qualitates materiae*, quibus universitas haec continetur, omnia retulisse. Quod quidem argumento est, *Hylopathicos* fuisse eos, non autem ex eo genere, quod corpusculis delectatur. Nulla erat inter hanc familiam sectamque *Democriti* de ipso, unde omnia manaverint, principio dissensio; utraque materiam inertem & stupidam, quum fortuito & temere quondam commota esset, res omnes genuisse, sibi persuadebat. Utramque vero quod disjungebat, hoc unum erat: *Democriti* schola materiam in atomos infinite secabat, & deinde rursus coagmentabat; altera vero formas & qualitates materiae natura inesse docebat; quae usitata magis & recepta erat sententia. Unum ergo idemque erat utriusque disciplinae fundamentum, dissimilis autem forma & habitus. Quapropter, uti illa *corpuscularis* vocari potest impietas, ita hanc (z) *hylopathicam*, ne res inter se distinctae temere confundantur, nominare licebit.

§. XX. Atque hujus, quam *hylopathicam* vocavi, impietatis omnes Ionicae scholae philosophos, qui aetate *Anaxagoram* antecesserunt, fuisse reos, sine circuitu *Aristoteles* significat. Ejus autem familiae princeps & veluti caput *Thales* est. Quamobrem & *Aristoteli* ἀρχηγὸς τῆς παιᾶτης φιλοσοφίας, *dux & auctor profanae hujus phi-*

Amoremque ideo Deorum esse antiquissimum dicebant. Id vel ex eo patet, quod fabulas Graecorum de Amore aut Cupidine multos videmus veteri illi amori seu rerum omnium efficienti caussae temere accommodare. Ita *Aristophanem* paullo ante audivimus isti, a quo omnia generata sunt, amori alas aureas attribuere, quas Graeci Veneris filio solebant dare. (VI.) At recentiores de hoc Veneris filio multas circumferri sentiebant ineptias, quae in talem naturam, ex qua cuncta essent procreata, nullo modo caderent. Igitur duplicem postea finxerunt amorem: alterum Veneris filium, seu terrestrem, alterum, de quo *Hesiodus*, *Parmenides*, & alii cecinissent, rerum omnium parentem, seu coelestem. Tempus nimirum consilium eorum, qui principes de generatione Deorum exposuerant, ex animis & memoriis hominum abstulerat. Quamobrem excogitandum erat aliquid, ne illi prorsus inficete & inepte sensisse viderentur. Credo ego, qui in veterum monumentis nonnihil diligentiae consumserunt, nec mores ignorant hominum & Graecorum instituta, eos, proxime haec ad veritatem accedere videri, facile confessuros esse. Sed suo tamen quilibet utatur judicio.

(y) *Eorum opinio*] Anglorum nonnullis, qui *Platonem* in deliciis habebant, id erat tum temporis in more positum, ut *amorem* esse Deum dicerent, & Spiritum S. in primis *amorem divinum*. Vid. *Henr. Mori Defence of the Cabbale Cap.* 1. *p.* 75. &c. Id vero alii reprehendebant, illius, quod Tragicus cecinit, memores, cujus & *Augustinus* verba laudat:

Deum esse amorem, turpis & vitio favens
Finxit libido.

Libro XX. *contra Faustum Cap.* 9. *p.* 240. *Tom.* VIII. *Opp.* Pro his igitur verba sibi facienda *Cudworthus* ducit.

(z) *Hylopathicam*] Neque tamen, si secta haec Ionica omnia, quae vult *Cudworthus*, docuisset, multum ea differret ab illo genere, quod *hylozoïticum* appellavit antea. Vitalem enim vim quamdam & genitricem non potuerunt non inter affectiones referre materiae, ut docerent, qua ratione omnia inde reliqua essent nata. Sed, si dicendum, quod res est, tot nobis non reliquerunt veteres de his familiis, ut, quid in praeceptis eo-

philoſophiae audit, eo quod, non ſecus ac antea *Homerum* feciſſe accepimus, aquam rerum omnium conſtituit principium, atque ex liquida & fluitante materia omnes omnino res comparatas eſſe docuit.

Verum, quidquid criminetur *Ariſtoteles*, non deſunt, qui de *Thalete* multo melius ſenſerunt, idonei auctores. (*a*) *Cicero* docuiſſe eum perhibet, aquam eſſe omnium rerum initium, at mentem adjunxiſſe aquae, quae ex ea omnia fingeret. (*b*) *Plutarchus* & *Laërtius* principem eum inter philoſophos animorum immortalitatem aſſeruiſſe, referunt. (*c*) Praeterea Deum ab illo dictum eſſe ferunt πρεσ-
122 βύτατον πάντων, *antiquiſſimum omnium*, mundum autem τὸ ποίημα τοῦ Θεοῦ, *opus Dei*, memoriae prodiderunt. (*d*) *Clemens* item quaeſitum eum: Εἰ λανθάνει τὸ θεῖον πράττων τι ἄνθρωπος; *Lateatne Deum homo agens aliquid?* reſpondiſſe memorat: Καὶ πῶς, ὅς γε οὐδὲ διανοούμενος; *Et quomodo, qui ne cogitans quidem Deum latet?* Mitto quod (*e*) apud *Laërtium* ſcriptum exſtat, cenſuiſſe eum, τὸν κόσμον ἔμψυχον καὶ δαιμόνων πλήρη, *mundum eſſe animatum & daemonibus plenum.* Poſtremo ipſemet *Ariſtoteles* ita ejus loco quodam (*) meminit, ut ſi Deum credidiſſet: Καὶ ἐν τῷ ὅλῳ δέ τινες ψυχὴν μεμίχθαι φασίν· ὅθεν ἴσως καὶ Θαλῆς ᾠήθη, πάντα πλήρη θεῶν εἶναι; *Quidam animam in univerſo rebus omnibus permiſtam eſſe perhibent: unde fortaſſis etiam Thales putavit, omnia eſſe Deorum plena.* Quibus ego quidem auctoritatibus commoveor, ut *Thaletem*, qui ad impiorum turbam

(*) De anima Lib. I. C. 5. (p. 17. T. II. Opp.)

rum ſuerit, vel non fuerit, firme conſtituere ſemper nobis liceat.

(*a*) *Cicero*] *De natura Deor. Lib.* I. *C.* 10. *p.* 2894. *T.* IX. *Opp.*

(*b*) *Plutarchus & Laërtius*] Ille quidem *Lib.* I. *Segm.* 24. *p.* 16. eſſe ſcriptum reliquit, qui hoc tradant, & in his *Choerilum* poëtam. Ad quem locum *Aegid. Menagius*, in *Comm. p.* 14. obſervavit, *Nemeſium de natura hominis Cap.* 2. idem tradere. Ille vero, *Plutarchus*, idem non diſerte prodidit, ſed obſcurius: ex quo factum puto, quod locum ejus viri docti praeterniſerunt, qui hoc argumentum attigerunt. Θαλῆς, inquit, ἀπεφήνατο πρῶτος τὴν ψυχὴν φύσιν εἶναι κινητικὴν ἑαυτῆς· *Primus Thales dixit, animam naturam eſſe, quae cum ex ſe ipſa moveatur, tum ſemper moveatur. De placitis philoſ. Lib.* IV. *Cap.* 2. *p.* 908. *T.* II. *Opp.* Hoc quidem eſt, idem, quod *Laërtius*, verum aliis verbis, narrare.

(*c*) *Praeterea*] Hoc *Diogenes Laërtius* literis prodidit *Lib.* I. *Segm.* 35. *p.* 21. apud quem tamen non legitur, ut hic, τὸν κόσμον, ſed τὸν ὅλον. Idem apud *Plutarchum* legas in *Convivio ſeptem ſapientum p.* 153. *T.* II. *Opp.*

(*d*) *Clemens*] *Clemens Alexandrin. Stromat. Lib.* V. *p.* 702. *ed. Potteri.* Idem *Diogenes Laërtius Lib.* I. *Segm.* 36. *p.* 22. & *Valerius Maximus Lib.* VII. *Cap.* 2. §. 8. *p.* 602. referunt.

(*e*) *Apud Laërtium*] *Lib.* I. *Segm.* 27. *p.* 18. Sed neque hic, nec, qui ſequitur, *Ariſtotelis* locus *Thaletis* purgarent memoriam, ſi aliunde conſtaret, eum Atheum fuiſſe. Nec enim ex eo, quod aliquis mentem ineſſe putat materiae, Deorumque omnia plena cenſet, cogi poteſt & effici, eum de Deo ſic, uti fas eſt, ſentire. Ipſe non repudiaret, ſi viveret, opinionem hanc, quo nemo tamen Deum callidius oppugnavit, *Bened.* de *Spinoſa.*

(*f*) *Laërtius & Themiſtius*] Ille *Lib.* I. *Segm.* 23. *p.* 15. eſſe narrat, qui putent, nihil a *Thalete* in litteras eſſe relatum, quibus tamen ipſe non omnino aſſentitur: hic vero *Orat.* XXVI. *p.* 317. *ed. Harduin.* de *Thalete* & *Anaximandro* ita diſerte ſcribit, quod hic *Cudworthus* perhibet. Conf. *Jo. Alb. Fabricii Biblioth. Graec. Lib.* I. *Cap.* 35. §. 3. *p.* 238. 239.

(*g*) *Jam quis demiretur*] *Jo. Clericus Bibl. choiſie Tom.* II. *p.* 50. aliam huic adjungit rationem, quare *Ariſtoteles* parum benigne de *Thaletis* religione ac pietate ſenſerit. *Ariſtotelem* ſuſpicatur ex diſcipulorum ejus ſententiis de magiſtri judicaſſe diſciplina, quumque illos vidiſſet male erga Deum affectos eſſe, hunc ejusdem criminis reum exiſtimaſſe, a quo tamen prorſus adhorruerit. Verum non opus eſt ejusmodi conjecturis. Supra enim docuimus, nec de ipſo *Thalete*, nec de reliquis ſcholae Ionicae philoſophis *Ariſtotelem* tam iniquam foviſſe opinionem, ut *Cudworthus* & alii arbitrantur.

(*h*) *Demus itaque*] Ita quidem plurimi fecerunt, iique doctiſſimi viri, quos inter *Thom. Stanlejum Hiſtor. philoſ.* P. I. *C.* 6. *p.* 9. 10. *Jo. Potterum ad Clementis Alexandr. Protreptic. p.* 56. *Jo. Franc. Buddeum Theſibus de Atheiſmo & ſuperſtit. C.* 1. §. 10. *pag.* 21. *Samuel. Parkerum*

de

Digitized by Google

bam amandant, eos injuriam homini facere cenſeam. Cauſſam vero, propter quam tam ancipiti & dubia exiſtimatione laborat, hanc equidem eſſe ſuſpicor: (*f*) *Laërtius* & *Themiſtius* nulla eum ingenii monumenta poſteritati reliquiſſe, teſtantur. Primus ſcilicet, qui ex philoſophis litteris, quae meditatus erat, conſignavit, *Anaximander* eſt. (*g*) Jam quis magnopere demiretur, hominis diſciplinam, cujus liber exſtabat nullus, varie poſtea a variis intellectam & expoſitam eſſe, auctoremque ejus ab his quidem amicis Dei, ab illis infenſiſſimis ejus hoſtibus adſcriptum eſſe?

(*b*) Demus itaque hoc his tantis teſtibus, quos produximus, ut *Thaletem* impietatis carere nota pronuntiemus. Sed, qui proxime hunc conſequutus eſt, *Anaximander*, quonam modo hanc eluere poſſit maculam, equidem nullo modo video. Neque dubitem idcirco, quin potiori longe jure nomen iſtud, quod *Thaleti Ariſtoteles* impoſuit, in hunc conveniat, isque ἀρχηγὸς τ῀ πειώτης φιλοσοφίας, *dux & auctor ſceleratae hujus diſciplinae*, ſalutari debeat, quae res omnes ex materia, certis formis & qualitatibus praedita, genitas eſſe ſtatuit. Finxit ſibi homo animo materiam quamdam primam, eamque infinitam, non ignem, non aquam, non aërem, verum ad haec & reliqua omnia aptam, aut ex omnibus temperatam atque mixtam, ex eaque facta eſſe dixit & nata omnia: cujus veſtigia multi deinceps alii 123
religionum irriſores, ut (*i*) *Hippo*, cui *Simplicius* & alii cognomen ἄθεος dedere, *A-*

de Deo & provid. Diſſ. I. *Sect.* 6. *p.* 14. *Jac. Frid. Reinmanni Hiſtoria Atheismi Cap.* 19. §. 2. *p.* 142. *Jo. Chriſt. Wolfium Diſſ. de Atheismi falſo ſuſpectis p.* 31. nomino. Verum alii tot adduci non potuerunt auctoritatibus, ut *Thaletem* abſolverent: in quibus is, qui *Obſervationem* XXI. *Tom.* II. *Obſervat. Halenſ. p.* 447. ſcripſit, & *Petrus Bayle Diction. hiſtor. & critique Tom.* I. *voce Anaxagoras Not. D. p.* 209. & *Tom.* IV. *voce Thales Not. C. p.* 2714. Quae adhibentur ab his argumenta ad tot infringenda veterum de pietate *Thaletis* teſtimonia, haec fere ſunt. (I.) Omnes fere veteres, & in primis *Ariſtotelem*, affirmare, primum *Anaxagoram* mentem ſeu cauſſam efficientem addidiſſe materiae. Quare, qui *Anaxagoram* aetate ſuperat, *Thaletem* in hac non fuiſſe ſententia, judicant, verum a ſola materia rerum omnium origines repetiiſſe. Verum hic ipſe, qui accuſationis auctor adducitur, *Ariſtoteles* facile *Thaletem* purgabit. Is enim minime ſimpliciter aſſirmat, ante *Anaxagoram* neminem philoſophorum mentem adjunxiſſe materiae, ſed hoc tantum perhibet, *Anaxagoram* φανῆναι, *aperte & palam*, illud primum feciſſe, *Metaphyſic. Lib.* I. *Cap.* 3. *p.* 264. *T.* IV. *Opp.* Ex quo intelligi debet, ceteros hanc quidem rem non prorſus intermiſiſſe, ſed obſcurius tractaſſe. Haec ſi conſiderentur, unde vulgaris illa fama manaverit, quam ipſe *Cicero* alicubi ſequitur, *Anaxagoram primum omnium mentis infinitae vi rerum omnium deſcriptionem & modum confici voluiſſe*, facili negotio perſpiceretur. Quoniam nimirum nemo apertius de mente diſſeruerat, quam *Anaxagoras*, ideo princeps eorum a plerisque habitus eſt, qui inter rerum principia mentem collocarunt. Conferri velim hic ea, quae paullo ante *ad* §. 12. obſervavimus. (II.) *Auguſtinum* diſerte *Thaletem* inter homines Dei neſcios retuliſſe, monent, *Lib. de civitate Dei* VIII. *C.* 2. *p.* 146. 147. *T.* VII. *Opp.* Certe negat *Auguſtinus*, *Thaletem naturae rerum aliquid ex* DIVINA MENTE *praepoſuiſſe*. Miror, *Clementem Alex.* omiſſum eſſe a viris doctis, qui diſerte omnes, qui ante *Anaxagoram* vixere, phyſicos inter Dei contemtores conſidere jubet *Stromat. Lib.* I. *C.* 11. *p.* 347. & *Lib.* II. *Cap.* 4. *p.* 435. item *Euſebium*, idem facientem *Praepar. Evang. L.* I. *C.* 7. *p.* 21. 22. Verum, ſi antiquiora in promtu ſint de *Thaletis* pietate teſtimonia, tanti non putari debet horum auctoritas, ut una tot aliis opponatur ſententiis, quibus tanti ſceleris purus *Thales* pronuntiatur: praeſertim quum *Auguſtinum* credibile ſit ea, quae vulgo tum temporis ferebantur, ſequutum eſſe. Interim in tanta veterum auctorum inconſtantia & teſtimoniorum paucitate neminem facile conſerim aliquid certi de religione antiquiſſimorum philoſophorum conſtituere poſſe. Ea tamen prae meliori debet haberi ſententia, quae contrariam probabilitate vincit. Nuper admodum *Jac. Bruckerus*, vir doctiſſimus, *Thaletem* iis faviſſe, non ſine ingenio docere ſtuduit, qui Deum credunt mentem eſſe per univerſam rerum naturam intentam, in *Otio Vindelico Exerc.* II. §. 2. *p.* 129. Sed neque haec ſententia omni dubitatione vacat.

(*i*) *Hippo*] De *Hippone* vid. *Fabricius Biblioth. Graec. Lib.* II. *Cap.* 23. §. 20. *p.* 777. *Anaximenes* hoſtibus Dei connumeratur quoque ab *Auguſtino de civit. Dei Lib.* VIII. *Cap.* 2. *p.* 147. *T.* VII. *Opp.* & inter recentiores a *Nic. Hier.*

Anaximenes, *Diogenes Apolloniates*, pluresque alii ſequuti ſunt. Licet enim hi de minutis quibusdam rebus diſſenſerint inter ſe, una tamen omnium & concors fuit haec ſententia, materiam ſenſu atque ratione deſtitutam totius rerum naturae eſſe parentem. Longo poſt intervallo *Anaxagoras* exſtitit, qui non paſſus eſt latius impiam hanc inter Ionicae ſcholae philoſophos diſciplinam ſerpere, verum menti machinationem hujus mundi attribuit.

§. XXI. Non ſum ego neſcius, eſſe (*k*) apud *Ariſtotelem* in *Phyſicorum* libris locum, qui huic videatur refragari ſententiae, & *Anaximandrum*, ex ordine Atheorum exemtum, inter eos collocare philoſophos, qui Deum profeſſi ſunt. Poſtquam ſcilicet eſſe in antiquioribus phyſicis, philoſophus monuerat, qui ἄπειρον ſive infinitum rerum omnium traderent eſſe exordium, ſic pergit: Διὸ, καθάπερ λέγομεν, ἐ τῶντες ἀρχὴ, ἀπ' αὐτῆ τ ἄλλων εἶναι δοκεῖ, καὶ περιέχειν ἅπαντα, καὶ πάντα κυβερνᾶν, ἃ φασιν, ὅσοι μὴ ποιοῦσι παρὰ τὸ ἄπειρον ἄλλας αἰτίας, οἷον νοῦν, ἢ φιλίαν· καὶ τοῦτο εἶναι τὸ θεῖον· ἀθάνατον γὰρ καὶ ἀνώλεθρον, ὥσπερ φησὶν ὁ Ἀναξίμανδρος, καὶ οἱ πλεῖστοι τ φυσιολόγων. *Quapropter, ſicut dicimus, infiniti quidem nullum videtur eſſe principium, ſed hoc aliorum eſſe principium, & continere omnia, & omnia gubernare, ut illi ajunt, qui, praeter infinitum, non alias rerum cauſſas conſtituunt, uti mentem, vel amicitiam. Atque hoc eſſe numen: eſſe enim immortale, & perire non poſſe, ut inquit Anaximander, & plurimi eorum, qui naturam rerum adhuc ſcrutati ſunt.* Hic ille eſt locus, quo recentiores quidam adducti ſunt auctores, ut *Anaximandrum*, ceterosque, qui ab *Ariſtotele* memorantur, phyſicos *infiniti* nomine ipſum deſignaſſe Deum, qualem credere fas eſt, ſeu mentem infinitam, res omnes efficientem & moderantem, non vero coecam & ſenſus expertem materiam, confidenter pronuntiarent. Negant enim, ſeſe intelligere, quomodo materia ſempiterna rerumque omnium moderatrix dici queat. Ex quo deinceps conficiunt, *Ariſtotelem*, qui alias omnes familiae Ionicae philoſophos in
124 divinitatis contemtoribus & materiae tutoribus collocat, ſemet ipſum aperte refellere. Et hoc ipſum fortaſſis *Ariſtotelis* dictum quum a (*l*) *Clemente Alexandrino* legeretur, neque ſatis expenderetur, in hanc eum mentem impulit, ut (*) *Anaximandro* in *Protreptico ad Graecos* locum quemdam inter philoſophos divinitatis aſſertores deberi duceret. Poſtquam enim antiquiorum philoſophorum nonnullos Deum ſuſtuliſſe, cuncta tribuendo materiae, indicaverat, haec ſtatim verba ſubjicit: Τῶν δ' ἄλλων Φιλοσόφων, ὅσοι τὰ στοιχεῖα ὑπερέβαλλε, ἐπιλυσιτελεσμένησάν τι ὑψηλότερον καὶ περιττότερον, οἱ μὲν αὐτῶν τὸ ἄπειρον καθύμνησαν, ὧν Ἀναξίμανδρος ὁ Μιλήσιος ἦν, καὶ Ἀναξαγόρας ὁ Κλαζομένιος, καὶ ὁ Ἀθηναῖος Ἀρχέλαος. *E reliquis autem philoſophis, qui, elementis praeteritis, excelſius aliquid & praeſtantius indagarunt, alii quidem infinitum celebraverunt; ex quibus fuit Anaximander Mileſius, & Anaxagoras Clazomenius, & Archelaus Athenienſis.* Quaſi vero tres, quos nominat, philoſophi Deum omni corpore vacuum conjunctim profeſſi eſſent, machinationemque hujus orbis ad infinitam mentem, a materia prorſus ſejunctam, retuliſſent.

Sed,

(*) Clem. Protrept. p. 43.

Gundlingio in *Otiis P.* II. *Cap.* 3. §. 8. *p.* 108. & in *Obſerv. Halenſib. Tom.* II. *Obſerv.* XXI. *p.* 450. De *Diogene Apolloniate* diligentiſſime egit *Petr. Bayle Dictionaire Tom.* I. *p.* 1005. 1006. qui nulli parcit diligentiae, ut iisdem contaminatus videatur portentis *Diogenes* fuiſſe, quibus aetate noſtra *Spinoſa*.

(*k*) *Apud Ariſtotelem*] *Phyſicar. auſcult. Lib.* III. *Cap.* 4. *p.* 485. *T.* I. *Opp.*

(*l*) *Clemente Alexandr.*] In *Protreptico Cap.* 5, *p.* 37.

Digitized by Google

Sed, qui modo locum, quem attulimus, *Ariſtotelis* accurate conſideraverit, is, non dubito, nuntium huic opinioni mittet. Opponuntur, quod perſpicuum eſt, in eo *Anaximander* ceterique phyſici primum *Anaxagorae*, qui, praeter materiam infinitam ſenſuque carentem, ſive ejusdem generis & naturae atomos, mentem quamdam fabricae hujus orbis praepoſuit; deinde *Empedocli*, quem accepimus genitricem quamdam vitam ſive naturam, quam *amicitiam* nominabat, pro corporei hujus mundi principio habuiſſe. Ex quo ſine labore intelligitur, *Anaximandrum* cum ſodalibus non infinitum animum, ſed infinitam materiam, ab omni mente fingendique facultate relictam, unum rerum omnium principium ſolumque Numen feciſſe.

(*m*) Jam ſi hic locus ad *Anaximandrum* purgandum ſufficit, idem in *Democrito* nullam ejusmodi culpam haerere, demonſtrabit. Jungitur enim *Anaximandro Democritus*, ac utrique tribuitur haec opinio, ἄπειρον ſive infinitum unum illud eſſe, unde omnes res profectae ſint, initium. Sed, quemadmodum *Democritus* ab infinitate corpusculorum cuncta derivavit, neque ullam mentem aut effectricem naturam agnovit, ita materiae ſenſu & conſilio privatae infinitatem rerum omnium machinationi praefecit *Anaximander*. Uterque igitur Deum eſſe nullum voluit; licet *Anaximandro* in verbis *Ariſtotelis* hic honos, ſi quidem aptum huic rei eſt *honoris* vocabulum, habeatur, ut, tamquam vetuſtiſſimus ejus generis, quod bellum Deo intulit, totiusque factionis dux & ſignifer, ſolus nominetur.

§. XXII. Nihil huic obſtat ſententiae, quod *Anaximander*, ceterique, quos eadem conjungit de materia ſententia, infinitam illam materiam, ſenſu licet omni & intelligentia orbam, τὸ θεῖον tamen, *divinitatem* ſive *Numen*, appellarunt. Omnes enim, qui talem eſſe Deum negant, qualem habere decet & credere, ac in locum ejus aliud rerum omnium principium ſufficiunt, illi non poſſunt, quin hoc ipſum, qualecumque demum ſit, ipſamque ideo ſtupidam & inertem materiam, pro unico Numine ſive eo, quod in hoc orbe diviniſſimum eſt, habeant.

Similiter nihil eſt, cur hoc conturbet aliquem, quod *infinitum* hoc ſive infinita materia non modo corruptionis expers, verum etiam immortalis ab illis vocata eſt: nam haec duo nomina ſaepenumero, ut ejusdem vocabula poteſtatis, inter ſe commutantur. (*n*) *Lucretius* corruptionem rerum omnium inanimatarum *mortem* appellat:

—— *Mors ejus, quod fuit ante.*

Et poſtea:

Quando aliud ex alio reficit natura, nec ullam
Rem gigni patitur, niſi morte adjutam aliena.

Idem vates id *mortale* vocat, quod alioquin *corruptioni obnoxium* dicitur:

Nam ſi quid mortale a cunctis partibus eſſet,
Ex oculis res quaeque repente erepta periret.

(*o*) *He-*

p. 57. *T.* I. *Opp.* Sed non omitti debet, *Clementem* non eodem loco tres hos philoſophos habuiſſe. Addit enim, *Archelaum* & *Anaxagoram* mentem praeſeciſſe infinitati. Ergo negat, idem feciſſe *Anaximandrum*.

(*m*) *Jam ſi hic locus*] Quoniam *Ariſtoteles* extremis loci hujus verbis phyſicorum plurimos perhibet idem, quod *Anaximandrum*, ſenſiſſe, idcirco *Cudworthus* in his *Democritum* quoque indicatum eſſe, cenſet. Hinc ſi dimittendus ſit *Anaximander*, *Democritum* quoque innocentem fore, pugnat. Cujus roboris hoc argumentum ſit, omnes perſpicere, opinor, qui ratione utuntur.

(*n*) *Lucretius*] Primus locus legitur *Lib.* I. v. 67.

125 (o) *Heraclitum* frequentiſſime ſic loquutum eſſe, hi ejus oſtendunt loci: Πυρὸς θάνατος ἀέρος γένεσις, καὶ ἀέρος θάνατος ὕδατος γένεσις. *Mors ignis generatio eſt aëris: mors aëris ortus eſt aquae*, id eſt, corruptio harum rerum. Ψυχῇ θάνατος, ὕδωρ γενέσθαι· ὕδατι δὲ θάνατος, γῆν γενέσθαι· *Aëri ſeu vapori mortem affert, fieri aquam, & aquae mors eſt, in terram commutari.* In quo quidem *Heraclitus Orpheum* imitatus eſt, quod ex hoc apparet verſu ejus, quem (p) *Clemens Alexandr.* ſervavit:

Ὕδωρ ὕδωρ ψυχῇ, θάνατος τ' ὑδάτεσιν ἁμαί.

Sunt & multi Graecorum auctorum loci, quibus vocabulum ἀθάνατος eadem notione adhibitum eſſe quondam, probare licet. Nec ipſius nos deſtituit (q) *Ariſtotelis* auctoritas, qui, de coelis verba faciens, ἀθανασίαν eis & ἀϊδιότητα, tamquam rem unam eamdemque, tribuit, veteresque propterea Deum in coelo repoſuiſſe, tradit, quod illud ſolum immortale, id eſt, a corruptionis periculo liberum, eſſet, εἰς ὃν τόπον μόνον ἀθάνατον.

Id aliquanto plus difficultatis primo habet adſpectu, quod ἄπειρον ſive *infinitum* hoc non modo res omnes *complecti*, verum etiam *gubernare* & *moderari* dicitur. Sed hoc itidem de materia accipiendum eſſe, idque tantum ſignificare, res omnes ab ea proficiſci, ex eaque, tamquam primo ſuo principio, pendere, (r) *Simplicium* auctorem habemus. Ὁ μὲν λόγος τῆς ἀρχῆς περὶ τὴν φυσικὴν ἔχων, ἀλλ' ὑπὲρ περὶ τὴν ὑπὸ φύσιν. εἰ δὲ καὶ περιέχειν ἔλεγον καὶ κυβερνᾶν, οὐδὲν θαυμαστόν. τὸ μὲν γὰρ περιέχειν ὑπάρχει τῇ ὑλικῇ αἰτίᾳ, εἰς ἣν πάντων χωρεῖ· τὸ δὲ κυβερνᾶν εἰς τὴν ἀπαθανατίζουσαν αἰτίαν τὴν αἰτίαν
126 γνωμῶν. *Philoſophi hi loquuntur tantum de principiis naturalibus, non vero de illis, quae ſupra naturam ſunt. Et quamvis dicant, hoc infinitum continere & gubernare omnia; hoc tamen mirum videri non debet. Continere enim ad cauſſam pertinet materialem, quippe quae*

vſ. 672. *p.* 168. alter *Lib.* I. *vſ.* 264. 265. *p.* 78. tertius *Lib.* I. *vſ.* 219. *p.* 67.

(o) *Heraclitum*] Primum dictum *Henr. Stephanus*, ex quo depromſit noſter haud dubie, in *Poëſi philoſophica p.* 137. recitat, adſcripto *Plutarchi* nomine. At quum viri docti non meminiſſent, illud apud *Plutarchum* exſtare, quamvis ipſam *Heraclitii* ſententiam de principiorum mutatione ſatis perſpicue *Plutarchus* enarret *de placitis philoſ. Lib.* I. *C.* 3. *p.* 877. *T.* II. *Opp. Stephanum* tantum auctorem, quum illud ſibi adhibendum ducerent, laudarunt. Exemplo ſint viri longe doctiſſimi, *Jo. Potterus ad Clementem Alexandr. p.* 746. & *Godofr. Olearius Diſſ.* II. *de geneſi rerum natural. ex mente Heraclitii* §. 7. Operae igitur pretium duco monere, *Heraclito* quidem illud non tribui a *Plutarcho*, at legi tamen ex parte apud eum. Locus eſt *Libr. de primo frigido p.* 948. 949. Σκοπῶμεν εἰ καλῶς εἴρηται τὸ· πυρὸς θάνατος ἀέρος γένεσις· *Videamus, rectene hoc dictum ſit, ignis mortem eſſe ortum aëris.* Paullo poſt *Plutarchus* de altera dicti hujus parte, quae aquam dictat ex aëre fieri, praecipit *p.* 950. 951. Ἀὴρ, ait, μεταβάλλει εἰς ὕδωρ σπεισάμενος· *Aër conſtipatus in aquam abit. Stephanus* igitur, quod norat, ſimile dictum *Heraclisti* apud alios laudari, non dubitavit, quod *Plutarchus* ſine auctoris nomine affert, praeceptum ad *Heraclitum* referre: in quo quidem plus ſibi, quam fas erat, ſumſiſſe videtur. Alterum vero *Heraclisti* ſcitum, praeter *Philonem Libro, quod mundus ſit incorruptibilis p.* 958. *Clemens Alexandrinus Stromat. Lib.* VI. *Cap.* 2. *p.* 746. ipſis *Heraclisti* verbis profert.

(p) *Clemens Alexandrin.*] *Stromatum Lib.* VI. *Cap.* 2. *p.* 746.

Lympha animae eſt, ſed mors eſt commutatio lymphis.

(q) *Ariſtotelis auctoritas*] Rem ipſam, quae hic memoratur, *Ariſtoteles de coelo Lib.* I. *Cap.* 3. *p.* 614. 615. *T.* I. *Opp.* tradit, ſed non iisdem, quibus hic, verbis. Juvabit ipſa philoſophi verba huc transferre: Πάντες γὰρ ἄνθρωποι περὶ θεῶν ἔχουσιν ὑπόληψιν, καὶ πάντες τὸ ἀνώτατον τῷ θείῳ τόπον ἀπονέμουσι, —— διὰ τὸ ἀθανάτου τὸ ἀθάνατον συνεγγυᾶσθαι· *Omnes homines de Diis exiſtimationem habent, & univerſi ipſum ſupremum locum Diis attribuerunt, eo quod ei, quod immortale eſt, ſedes immortalis omnium optime conveniat.* Ex Latinis Lu-

Digitized by Google

quae res omnes penetrat & permeat: ejusdem cauſſae eſt gubernare, eo quod omnia ab illa perficiuntur, aptitudinis eorum ratione habita. (s) *Philoponus*, qui *Chriſtum* profeſſus eſt, quid *Ariſtoteles* hoc ſibi in loco voluerit, paullo copioſius his verbis explicat: *Antiquorum phyſicorum illi, qui de cauſſa quadam efficiente extius naturae non cogitarunt, quemadmodum Anaxagoras, qui mentem, aut Empedocles, qui amicitiam & diſcordiam cum materia conjunxit, materiam cenſuerunt rerum omnium unam eſſe cauſſam, eamque dixerunt magnitudine infinitam, ortusque non minus, quam interitus expertem, aut naturam quandam divinam, omnia gubernantem, totique rerum univerſitati praeſidentem, eamque immortalem, id eſt, nullo modo perituram. Anaximenes hanc rem aërem eſſe dixit, Thales aquam, Anaximander naturam neſcio quam mediam: hi illud, illi aliud.* Καὶ εἰκὸς γε θαυμαζὸν φαίνειν, ἐν τῇ καθ' ἡμᾶς περιόδῳ τοὺς πρώτους μὴ ἐπιχειρῆσαι τῇ ἀφορμῇ τῶν ὅλων ἀπ' ἀρχῆς, ἐν τοῖς στοιχείοις, ὅπερ ἂν ὑπολάβοι ἕκαστος αἴτιον τοῦ εἶναί τι καὶ θεὸν ὑπολαμβάνειν. *Docet nos hoc in loco Ariſtoteles, nemini mirum videri debere, quod illi, qui nullam efficientis cauſſae rationem habuerunt, quae totam moderatur univerſitatem, ex elementis unum quoddam, quod quidem reliquorum omnium cauſſam eſſe putarunt, pro Deo habuerunt. Verum, quemadmodum hi ultra cauſſam materialem non progreſſi ſunt, quam pro rerum omnium initio & cauſſa habuerunt; ita Anaxagoras mentem rerum omnium cenſuit eſſe principium, Empedocles vero amicitiam & contentionem.*

§. XXIII. Sed quo tanto minus dubitationis id habeat, quod probandum inſtituimus, diſciplinam *Anaximandri* prorſus ad ſummam adverſus Deum impietatem ſtabiliendam comparatam fuiſſe, juvabit aliorum de ea ſcriptorum judicia in medio ponere. (t) *Plutarchus* in libello *de placitis philoſophorum* (*) dogmata philoſophi hujus una refert & vituperat breviter. Verba haec ſunt: Ἀναξίμανδρος φησι, τὸ ἄπειρον ἀρχὴν εἶναι τὸ ἄπειρον· ἐκ μὲν τούτου πάλιν γίνεσθαι, καὶ εἰς τοῦτο πάλιν φθείρεσθαι· διὸ καὶ γενέσεις ἀπει-

(*) Lib. I. C. 3. (p. 875. T. II. Opp.)

Lucretius vocem *immortalis* eo ſenſu uſurpavit, ut ſignificet id, quod deſtrui & corrumpi nullo modo poteſt:

E quibus haec rerum conſiſtit ſumma refecta,
IMMORTALI *ſunt natura praedita certe.*

De atomis loquitur, *Lib.* I. *vſ.* 236. 237. *p.* 72. Ceterum, quae hic diſputat *Cudworthus*, quum minus perſpicue ſint expoſita, brevibus declarabo. Mens ejus & ſententia haec eſt: Ex eo, quod *Anaximander* infinitum ſuum *immortale* appellavit, nullo modo cogi & effici poſſe, animam aut mentem huic infinito ab eo tributam eſſe. Graecis enim & Latinis ſcriptoribus in more eſſe poſitum, ut vocabula *mors*, *mortalis*, & *immortalis* de rebus etiam adhibeant vita & ſenſu carentibus, idque *mortale* nuncupent, quod mutari, deſtrui, & interire, illud *immortale*, quod nullo modo mutari aut corrumpi plane queat. Nihil autem hac obſervatione verius, praeſertim in poëtis. Ex multis *Virgilium* ſitio, qui *Georgic. Lib.* IV. *vſ.* 225.

Scilicet huc reddi deinde ac reſoluta referri,
Omnia, nec MORTI *eſſe locum.*

Ad quem locum ita bene *Servius*: *Locum morti, id eſt, perditioni. Nihil enim eſt, quod perire funditus poſſit.* Sed nec apud ſcriptores libera orationem utentes fruſtra quaeſiveris exempla. *Cicero* inſtar omnium ſit, qui de quatuor *Empedoclis* elementis *Lib.* I. *de natur. Deor. Cap.* 12. *p.* 2896. *T.* IX. *Opp. Has*, inquit, *quatuor naturas & NASCI & EXSTINGUI, perſpicuum eſt, & ſenſu omni carere.*

(r) *Simplicium*] *Commentario in octo libros phyſicae auſcult. Ariſtot. Lib.* I. *Cap.* 3 *p.* 32. *ed. Aldinae.*

(s) *Philoponus*] *Comm. in* IV. *primos libros Phyſicar. L.* 1. *Cap.* 3. *a.* 15. *Add. Cap.* 1. *edit. Graecae Venet.* 1535. *fol.* Hanc interpretationem verborum *Ariſtotelis* non mediocriter firmat & illuſtrat is, cujus ſunt *Philoſophumena*, quae *Origeni* vulgo tribuuntur: qui, de *Anaximandri* infinita natura verba faciens, ita ſententiam ejus exponit: Τοῦτον οὖν ἀΐδιον εἶναι καὶ ἀγήρω, καὶ πάντας περιέχειν τοὺς κόσμους. *Illum vero ait* (infinitam naturam) *aeternam eſſe ſenioque expertem, & univerſos circumplectentem mundos. Philoſophum. C.* 6. *p.* 57. Dixeris fere, hunc, quae *Ariſtoteles* obſcurius dixerat, apertius declarare voluiſſe.

(t) *Plutarchus*] Contraxit vero *Cudworthus*

Digitized by Google

ἀπείρους κόσμους, καὶ πάλιν φθείρεσθαι. λέγει δὲ· Δεῖ τὸ ἄπειρον εἶναι, ἵνα μηδὲν ἐπλείπῃ ἡ γένεσις ἢ ἡ ἐφισταμένη. ἀμαχητὶ δ' ἔστω, ἢ μὲν ὕλαν ὑποφαινόμενος, τὸ δὲ πλῆθος ἄπειρον ἀναιρῶν. τὸ γὰρ ἄπειρον οὐδὲν ἄλλο ἢ ὕλη ἐστίν. ἢ δυνατὸν δ' ἦν ἡ ὕλη εἶναι ἐκείνως, ἐὰν μὴ τὸ πλῆθος ὑπολάβῃ. *Anaximander principium rerum infinitum esse ait, ex quo omnia fiant, & in quod omnia dissolvantur: idcoque etiam nasci infinitos mundos, & iterum illuc, unde orti erant, redire censuit. Propterea vero infinitum esse vult, ne aliquando ortus rerum deficiant. Peccat autem in eo, quod, materiam unice laudando, causſam effectricem delet. Infinitum enim nihil est, nisi materia, quae, nisi efficiens causſa accedat, rem creare nullam potest.* Hoc ipso loco id etiam indicat, *Anaximenem* id quidem assentitum esse *Anaximandro*, rerum omnium origines ab una repetendas esse materia, causſamque efficientem prorsus ideo repudiasse; verum in eo, quod primam materiam aërem esse dixerit, cujus concretiones & extenuationes res omnes parerent, ab illo discessisse, suumque esse judicium sequutum. Hunc itaque si audiamus, *Anaximandri infinitum* non animum esse infinitum, qui non alius, quam ipse Deus est, sed infinitam materiam, eamque vita omni & virtute agendi prorsus carentem, tenendum est. Sed, quemadmodum *Anaximander* mundum esse factum, suspicatus sit, id explicatius etiam (v) *Eusebius* declarat: (†) Τὸ ἄπειρον φάναι τὴν πάντων αἰτίαν ἔχειν τὸν ἕ πάντας
127 γενέσεώς τε καὶ φθορᾶς· ἐξ ἧς δή φησι τὰς τε ἐμφύτους διακοσμήσεις, καὶ καθόλου τοὺς ἀπείρους ἀπείρους ἐκ τῶν κόσμους· ἀπορρύεσθαι δὴ τὴν φθορὰν γίνεσθαι, καὶ πολὺ μᾶλλον τὴν γένεσιν, ἐξ ἀπείρου αἰῶνος ἀναπυλλουμένων πάντων αὐτῶν. ὑπάρχειν δὲ φησι τῷ μὲν σχήματι τὴν γῆν κυλινδροειδῆ, ἔχειν δὲ πάσης βάθος, ἴσον ἂν εἴη τρίτον μέρος τοῦ πλάτους. φησὶ δὲ τὸ ἐν ἕ αἰδίου γόνιμον θερμοῦ τε καὶ ψυχροῦ κρῖναι τὴν γένεσιν τῶδε ἕ κόσμων διακριθῆναι, καὶ πῦρ ἐκ τούτου φλογὸς σφίγγεσθαι περὶ φυῆναι τῷ περὶ τὴν γῆν αἰέρι, ὡς τῷ δένδρῳ φλοιόν. ἐκ πυρὸς διαρραγείσης, καὶ εἰς τινας διακριθείσας κύκλους, ὑποπεσεῖν τὸν ἥλιον, καὶ τὴν σελήνην, καὶ τοὺς ἀστέρας. *Causſam omnium omnino rerum uni duntaxat infinito assignandam esse, docuit: ex quo quippe cum coelestes orbes, tum infinitos plane mundos eductos ac secretos esse, dicebat. Corruptionem autem, multoque ante generationem ipsam ex eo fieri, asserebat, quod mundi isti omnes ab immenso quodam aevo perpetua conversione volverentur: terram vero figura cylindrum imitari, ejusque altitudinis esse, quae, si cum latitudine conferatur, tertiam illius partem constituat. Ceterum foecundas atque genitales calidi frigidique partes circa mundi hujus procreationem ab omni aeternitate sepositas fuisse, pronuntiabat; ex quibus conflata sphaera quaedam ignea circumfusum terrae aërem, veluti cortex arborem, involveret: ea disrupta quum esset, ac circulis quibusdam intercluſa, solem inde, lunam, ac stellas exstitisse.* (x) *Aristoteles* brevius his verbis hanc ejus de mundi creatione sententiam complexus est: Οἱ μὲν ἓν ἐκ τούτου τὰς ἐναντιότητας ἐκκρίνεσθαι, ὥσπερ Ἀναξίμανδρός φησι. *Illi philosophi, qui ab uno arcessunt omnia, quemadmodum Anaximander ait, exsistentes in eo contrarietates secernunt.* Qui quidem alibi etiam (y) in *Metaphysicis* τὸ μεῖγμα Ἀναξιμάνδρου sive *mistionem Anaximandri* commemorat. Ex his omnibus colligimus, infinitum, quod *Anaximander* naturae rerum praeposuit, nil esse, quam immensum materiae chaos, quod omnia omnino qualitatum genera vel reapse jam habuerit, vel etiam producere

(†) Euang. praep. L. I. p. 15. ed. Seph. (meae Cap. 8. p. 22.).

verba *Plutarchi*, & omisit, quae ad rem propositam non pertinere videbantur.

(v) *Eusebius*] Qui tamen haec de veterum philosophorum placitis verba sese descripsisse indicat ex *Plutarchi*, quae periere, *Stromatibus*.

(x) *Aristoteles*] *Physicar. auscult. Lib.* I. C. 5. *p.* 451. *T.* I. *Opp.* Locum, ut plerosque, ipse vertere debui.

(y) *In Metaphysicis*] *Metaphysicor. Lib.* XIV. *Cap.* 2. *p.* 473. *T.* IV. *Opp.* Καὶ τοῦτό ἐστι τὸ Ἀναξιμάνδρου

Digitized by Google

cere potuerit. Atque hujus fortuita ſecretione & ſegregatione innumerabiles mundos longis intervallis ortos & deletos eſſe, aſſeverabat. Qua quidem ex re appareret, unde infinitos illos mundos, quos crepabant, *Democritus* & *Leucippus* acceperint, quantaque ſit utriusque diſcipiinae hujus, quae ipſi Deo litem intentat temere, cognatio. Verum ſingularis hoc loco *Anaximandri* opinio de brutorum animantium & hominum ortu non eſt praetermittenda. Quomodo animalia eſſe procreata putaverit, *Plutarchus* his verbis enarrat: (*) Ἀναξίμανδρος ἐν ὑγρῷ γεννᾶσθαι πρῶτα ζῶα φλοιοῖς περιεχόμενα ἀκανθώδεσι· προϊόντας δὲ τῆς ἡλικίας διατραφέντα ἐπὶ τὸ ξηρότερον, καὶ περῥηγνυμένων ὀλίγον χρόνον μεταβιῶναι. *Anaximander prima animalia, in humore nata, corticibus ſpinoſis munita dixit: adultiora vero facta, ad ſiccitatem magis deſciviſſe; rupto autem cortice, non multum temporis ſupervixiſſe.* Quid de hominum vero praeceperit generatione, *Euſebius* ita exponit: (†) Ἐξ ἀλλοειδῶν ζώων ὁ ἄνθρωπος ἐγεννήθη· ἐπεὶ τὰ μὲν ἄλλα εὐθὺς ἑαυτῶν ταχὺ νέμεσθαι, μόνον δὲ τὸν ἄνθρωπον πολυχρονίου δεῖσθαι τιθηνήσεως. διὸ καὶ οὐκ ἂν ποτε τοιοῦτον ὄντα διαμεῖναι. *Hominem ex diverſae formae animantibus initio genitum eſſe, defendebat. Nam quum ceterae per ſe ipſas continuo paſtum capeſſant, tum certe hominem, qui perdiu lacte operaque nutricis indigeat, numquam alias, ſi ejusmodi foret, eo tempore ſalvum eſſe potuiſſe.* Quamquam *Plutarchus* etiam hoc aliquanto declarat apertius: (§) Ἀναξίμανδρος ἐν ἰχθύσιν ἐγγενέσθαι τὰ πρῶτα ἀνθρώπους ὑποφαίνει, καὶ τραφέντας καὶ ἱκανοὺς ἑαυτοῖς βοηθεῖν, ἐκβληθῆναι τοτε καὶ γῆς λαβέσθαι. *Anaximander homines in piſcibus innatos eſſe initio aſſeruit, quumque nutriti eſſent, & jam ad ſeſe tuendum ſatis haberent virium, ejectos terram occupaſſe.* Agmen *Vellejus* claudat, *Epicuri* ſectator, qui apud *Ciceronem Anaximandri* de Diis ſententiam una refert & rejicit: (††) *Anaximandri opinio eſt, nativos eſſe Deos, longis intervallis orientes occidentesque, eosque innumerabiles eſſe mundos. Sed nos Deum, niſi ſempiternum, intelligere qui poſſumus?* Hactenus itaque *Anaximander* cum vulgo ſenſit, quod ex hoc apparet loco, ut Deorum retineret vocabulum. Ipſam vero rem, quae hac voce deſignatur, negaſſe hominem, quum Deos omnes nativos & mortales eſſe diceret, nec alios putaret, quam innumerabiles illos mundos, quos certis temporum intervallis exortos & everſos eſſe, judicabat, quis, quaeſo, non cum Epicureo iſto philoſopho intelligit? Jam quid de diſciplina ſentiendum ſit *Anaximandri*, perſpicuum eſt. Unum, quod agnoſcebat, Numen, ſeu primum rerum principium, quod neque natum eſſet, nec corrumpi ullo modo poſſet, infinita erat materia, eaque nec vitae nec rationis particeps. Qualitatibus vero, quae huic inerant materiae, partibusque ejusdem caſu & fortuito ſecretis ac diſſo- 12
lutis, principio elementa, terram, aquam, aërem & ignem, exſtitiſſe putabat, deinde ſolis, lunae, ſtellarumque corpora, ſimul & mentes tam animalium, quam hominum, poſtremo innumerabiles ſeu infinitos mundos, qualis hic noſter eſt, ceu totidem Deos ſecundarios, qui, ut nati ſint, ita obire queant etiam. Quae omnia apte concinunt cum deſcriptione impiae iſtius diſciplinae, (z) quam *Plato* dedit.

§. XXIV.

(*) Plac. philoſ. L. V. C. 19. (p. 908. T. II. Opp.) (†) Euang. praep. L. I. (C. 8. p. 22.)
(§) Sympoſ. Lib. VIII. 8. (p. 730. T. II. Opp.)
(††) De nat. Deor. Lib. I. C. 10. (p. 2894. T. IX. Opp.)

ἐκγόνων ἐν βόλτοις ἦν τῶν ἐμῶν πάππων, καὶ Ἐμπεδοκλέους τὸ μῖγμα καὶ Ἀναξιμάνδρου· *Ex hoc eſt Anaxagorae ſtatum: melius namque, quam cuncta ſimul, & quam Empedoclis & Anaximandri miſtio.*

(z) *Quam Plato dedit*] Indicat haud dubie *Platonis* locum ex *Lib. X. de legibus p.* 665. Supra

Digitized by Google

§. XXIV. Ceterum multitudinem omni tempore peſſimum harum rerum arbitrum fuiſſe, extra omnem poſitum arbitror controverſiam. Namque multos, optime licet ac praeclare de Deo ſentientes, non alia de cauſſa impietatis inſimulavit, quam quod nonnulla inſtituta & ſententias ſuperſtitione infectas rejicerent. (*a*) Id *Anaxagorae* uſu venit *Clazomenio:* qui, etiamſi princeps inter ſcholae Ionicae philoſophos, ſi ab uno abeas *Thalete*, res omnes ab infinita mente factas eſſe, docuerit, Deumque ideirco non verbo, ſed re ipſa profeſſus ſit, a multis tamen inter ſummae erga Deum impietatis ſtatores relatus eſt. Cauſſam ſi quis requirat, haec una erat, quod ſolem μυδρὸν πύρωμα, *molem* ſive *globum igneum*, lunam vero terram eſſe doceret, id eſt, ſidera haec naturas eſſe negaret anima & intelligentia praeditas, 129atque e Deorum ita numero eximeret. Similiter *Socrates* conculcatae majeſtatis divinae & accuſatus & publice condemnatus eſt, etſi, quod criminarentur in eo, hoc unum haberent adverſarii ejus: (*b*) *Socratem* θεοὺς διδάσκειν μὴ νομίζειν, ἃς ἡ πόλις νομίζει. ἕτερα δὲ δαιμόνια καινὰ εἰσφέρειν, *praecipere, quae civitas coleret Numina, pro veris ea Diis non eſſe habenda, Deosque peregrinos in eorum locum introducere.* Nec alia de cauſſa primi Chriſtianorum a Deorum inanium cultoribus negati Dei vulgo poſtulati ſunt, quod in *Apologia* (*c*) *Juſtinus M.* teſtatur: Ἄθεοι καλούμεθα, καὶ ὁμολογοῦμεν περὶ τοὺς τοιούτους νομιζομένους θεοὺς ἄθεοι εἶναι. *Athei vocamur, neque nos hoc nomine dignos negamus, ſi Athei ſunt, qui eos, qui vulgo Dii putantur, ſpernunt.* Sicut vero multi, in quos nihil tale cadit, vulgi judicio ad Dei contemtores ablegati ſunt; ita quoque non pauci, qui omnem funditus ſuſtulerunt divinam rationem, propterea quod nec in formulis & vocibus, nec in cultu Deorum externo multitudinis veſtigia deſererent, integri ſcelerisque hujus puri pronuntiati ſunt. Quamquam quid eſt, quod plebem ſolam hoc nomine caſtigamus? Ipſa doctorum hominum concio tam modicam universe in hoc negotio diligentiam & circumſpectionem adhibuit, ut vix tres vel qua-

vero *Cap.* 1. §. 13. & *Cap.* 2. §. 22. longe aliter de hoc *Platonis* loco exiſtimat. Putat enim, *Democriti, Leucippi*, & *Epicuri* ſententiam illo perſtringi; quod quidem *ad Cap.* 2. §. 22. abhorrere ab omni veriſimilitudine, docuimus. Peſſima certe videtur *Anaximandri* eſſe cauſſa, ſi tot auctoritates, quibus *Cudworthus* fretus, condemnat hominem, ponderis aliquid habent. Itaque ne illi quidem, qui alioquin bene cupiunt antiquorum philoſophorum famae, verba pro eo facere auſi ſunt: in quibus honoris cauſſa viros prudentia & aequitate nulli ſecundos indicare placet, *Jo. Franc. Buddeum Theſibus de Atheismo & ſuperſtit. C.* 1. §. 10. p. 22. & *Jo. Chriſt. Wolfium Diſſ. de Atheismi falſo ſuſpectis* §. 9. p. 33. At inſtaurare tamen perditam philoſophi exiſtimationem ex Anglis *Sam. Parckerus Diſſ. de Deo I. Sect.* VI. *p.* 15. ex Germanis *Jac. Hafaeus Diſſ. de veterum philoſ. Atheismo Cap.* 5. §. 1. *ſ. p.* 19. *ſ.* conatus eſt. Quorum ego quidem rationibus, quas non diffiteor ingenioſas eſſe, libenter cederem, ſi impetrare poſſem ab animo meo, ut officio ſuo viros doctos ſatisfeciſſe crederet. Verum partem tantum diſciplinae *Anaximandri*, ut a veteribus expoſita eſt, egregii viri contemplati ſunt, non vero totam ſuisque membris cohaerentem ſpectarunt, nec vel tetigerunt ea, quae de ortu hominum & animalium ex *Euſebio* & *Plutarcho* hic referuntur, impia certe, nec homine, cui pietas & religio curae eſt, ulla ratione digna. Cuncta interim accurate &, qua fas eſt, animi moderatione circumſpicienti tria occurrerunt alia, quae nonnihil *Anaximandri* rationibus ſubvenire videntur. (I.) *Ariſtoteles Metaphyſ. Lib.* I. *Cap.* 3. quod ſupra monui *ad* §. 12. omnes ſcholae Ionicae philoſophos ipſa neceſſitate coactos eſſe, tradit, ut excelſius aliquod & majus principium inveſtigarent, quam materia eſt. In his igitur philoſophis quum *Anaximander* ſit, is quoque videtur, relicta materia, mente ad majora demum contendiſſe, & rerum omnium parentem & effectorem quaeſiviſſe. (II.) Inſtitutus fuit a *Thalete*, cujus pietatem & religionem paullo ante *Cudworthus* tuitus eſt. Si magiſtri non diſſimilis eſſe ſolet diſcipulus, evidens videtur eſſe, hic etiam clementius de diſcipulo pronuntiandum eſſe. (III.) *Hermias*, antiquus ſcriptor, in *irriſione gentilium philoſ.* §. 10. *p.* 221. *ed. Worthii Anaximandrum* docuiſſe perhibet, aeternam eſſe motionem, aqua *Thaletis* ſeu ὑγρὸν vetuſtiorem. Ἀναξιμανδρος δὲ τὸ ὑγρὸν πρεσβύτερον ἄρχειν ἔφη λόγῳ τοῦ ἀεὶ κινεῖσθαι, ἢ τὸν

quatuor ex omni memoria contemtores Dei, *Diagoram*, *Theodorum*, *Euemerum*, & *Protagoram*, nominet; quum tamen *Democritum* & *Leucippum* ceteris omnibus deteriores fere fuiſſe certum ſit, licet vitam externasque actiones callidius & prudentius inſtituerint. Certe idem eſt impietatis genus, quo *Anaximander* laboravit, atque illud, cui *Democritus* addictus fuit. Uterque fortuitam inertis & ſtupidae materiae commotionem rebus omnibus initium dediſſe ſtatuit. Nihil eos ſejungit, niſi hoc unum, quod, ubi ad ſingula ventum eſt, non eodem modo rem explicent. *Anaximander* ad formas & qualitates materiae confugit; quae ratio contra Deum diſputandi notior eſt & uſitatior. *Democritus* vero atomis & figuris utitur; qui modus plus videtur eruditionis & ſubtilitatis habere.

(*d*) *Platonem* equidem *decimo de legibus libro*, quo in eos diſputat, qui Deum tollunt, non dubito, tam *Anaximandri*, quam *Democriti* veſana profligare voluiſſe placita. Attamen, quae exponit ibi ſcita in Deum injurioſa, ea certum eſt ſimiliora eſſe *Anaximandri*, quam *Democriti* flagitiis. Cauſſa hujus conſilii obſcura eſt; nec ego dixerim, an omnino *Democritum* conſulto nominare noluerit, cujus nusquam vel verbo mentionem facit, an vero propterea ſententias ejus praetermiſerit, quod parum perſpectam haberet eorum diſciplinam, qui corpuſculorum ope in explicandis naturae eventis utuntur. Philoſophos, in quorum ibi rationem invehitur, coelum atque terram, quaeque ſunt in his, omnia, ex fortuita corpuſculorum ſiccorum & humidorum, calidorum & frigidorum, mollium ac durorum concurſione nata eſſe, perhibere, ſignificat. Atqui haec ſententia, id quod omnes ſentient, multo melius cum *Anaximandri* conſpirat opinione, qui orbem ex ſecretione qualitatum contrariarum in materia inhaerentium generatum affirmabat eſſe, quam cum *Democriti* dogmate, qui fortuitam corpuſculorum omni forma & qualitate vacuorum coitionem hoc univerſum effeciſſe, ſtatuebat.

Non

ταύτην τὰ μὲν γεννᾶσθαι, τὰ δὲ φθείρεσθαι· *Anaximander eſſe principium aliquod docet antiquius humido, aeternam nimirum motionem, eaque alia oriri, alia interire.* Quid, ſi haec verba ſic interpretetur aliquis, *Anaximandro* viſum eſſe, omni materia vetuſtiorem aliquam eſſe rerum cauſſam, quam *aeternam* dixerit *motionem*, aut potius *moterem ſempiternum.* Sed his quantum momenti tribui debeat, viri viderint eruditiſſimi. Mihi quidem vix videntur ſufficere ad ea profliganda, quibus utuntur, qui *Anaximandrum* in ſupremi Numinis contemtoribus numerant. Neque tamen, quae hic *Cudworthus* tribuit *Anaximandro*, ſatis omnia certa eſſe putem. Nec enim, quae reſtant nobis, veterum dicta tam perſpicue diſciplinam ejus exponunt, ut totam illius indolem & naturam apte & ordine nobis enarrare liceat. In primis, quod *Anaximandrum* infinitam materiam, eamque vita omni & ſenſu vacuam, pro rerum principio habuiſſe, putat, id viro docto tardius aſſentior. Videtur mihi homo vitae & virtutis genitricis aliquid in ipſa collocaſſe materia, cui infinitatem dabat. Quamquam in tanta rerum veterum obſcuritate quis, quaeſo, ſapiens ita ſibi faveat, ut, quae ſuſpicatur & conjicit de veterum philoſophorum ſcitis, ea omnia non inferiori loco, atque decreta, velit haberi? Id vero praeterire nequeo, ex illis, quae de ortu animantium, auctore *Plutarcho*, tradidit, perſpicuum eſſe, eum, tametſi magiſtrum non omnino ſequutus ſit, nec tamen prorſus praecepta ejus repudiaſſe. Ὕγρ· negabat rerum omnium eſſe principium, quod *Thaleti* viſum fuerat. At hoc tamen *humidum* haud dubie praecipuam & nobiliſſimam aeternae materiae partem eſſe cenſuit, quoniam in illo animantia & homines putavit natos eſſe, quibus nihil in corporea rerum natura praeſtantius eſt.

(*a*) *Id Anaxagorae*] Adeant, qui hanc rem ſibi copiotius exponi volunt, *Petr. Baylium Dictionaire v. Anaxagoras Not. K. Tom. I. p.* 213.

(*b*) *Socratem*] Lege *Platonis Apologiam pro Socrate p.* 362. unde haec verba deſcripta ſunt.

(*c*) *Juſtinus M.*] *Apologia II. pro Chriſtian. p.* 56. *Opp.* Omnes fere veterum Chriſtianorum *Apologiae* calumniam hanc depellunt, de qua docta opera *Adamus Rechenbergius Diſſ. peculiari in Syntagm. Di T. ad N. T. & Hiſt. Eccl. pertinentium p.* 257. & *Chriſt. Kortholtus* in *Pagano obtrectatore* commentati ſunt.

(*d*) *Platonem*] Verba jam allata ſunt. Vid. §. 8. 9.

Non ignoro quidem, eſſe aliquos, qui *Peripateticum* vel *Ariſtotelicum* vocant illud impietatis genus, quod rerum omnium origines a materia formis & qualitatibus induta repetit: quos quidem in hanc ideo delapſos eſſe ſententiam arbitror, quod *Ariſtotelem* cernerent formas & qualitates in rebus phyſicis probare, quas ex materiae educit potentia. Verum quum ipſemet *Ariſtoteles* jure Deum ſuſtuliſſe dici nequeat, ſatius, ut opinor, erit, ſi haec forma impietatis ab *Anaximandro* nomen accipiat, impietasque vocetur *Anaximandrina.*

§. XXV. Cauſſas vero, quae *Democritum* & *Leucippum* excitaverunt, ut, relicta *Anaximandri* & *Hylopathicorum* adverſus Deum diſputandi ratione, novum impie-
130tatis genus ementirentur, corpuſculis nixum, has ego praecipuas fuiſſe reor. Principio, quoniam in eo phyſices genere, quod ex atomis cuncta machinatur, praeclare verſati erant, hoc eos minime fugere poterat, iſtam philoſophandi viam & ingenioſam magis eſſe, & ad veritatis ſimilitudinem propenſiorem, quam alteram illam. Difficillimum certe intellectu eſt, quidnam ſibi velint illi, qui qualitates & formas ineſſe praedicant in materia. Deinde, (*e*) id quod refert *Lucretius*, fore proſpiciebant animo, ut, ſi formas & qualitates ex nihilo gigni, & in nihilum redigi concederent, homines occaſionem inde arriperent divinam credendi mentem, quae & finxerit omnia, & in nihilum aliquando converſura ſit. Poſtremo ancipitis eſſe naturae, id quod jam a nobis indicatum eſt, doctrinam hanc de formis & qualitatibus materiae, ſentiebant: poſſe quidem eam nonnumquam impietati latibulum praebere, ſed eamdem eorum etiam juvare cauſſam poſſe, qui corporeum ſibi Deum concipiunt animo. Quodſi enim ſemel tibi perſuaſeris, certas materiam habere formas & qualitates, quid impedit, quo minus vel totam hanc univerſitatem, vel partem ejus igneam & ſubtiliſſimam intelligenti quadam qualitate vel forma natura eſſe praeditam ſtatuas? Quod ſi ita eſſet, mundus hic animal quoddam aut Deus foret. Itaque, ne in has inciderent inſidias, corporeumque Deum illum penitus interimerent, tutiorem ſibi viam ineundam eſſe rati ſunt, omniaque ex atomis, nulla forma vel qualitate inſtructis, nec quidquam, praeter magnitudinem, figuram, ſitum, & motum, habentibus, tamquam primis rerum ſeminibus, coagmentanda ſibi eſſe duxerunt. Namque haec ſi vera ſit ſententia, quis fieri potuiſſe neget, ut vita & intelligentia, non ſecus ac reliquae qualitates, ex fortuita quadam concretione texturaque atomorum temere deinceps & caſu naſcerentur? At nec Deo nobis opus eſt, nec omnino neceſſarium, ut con-

(*e*) *Id quod refert Lucretius*] Ubinam vero? Certus ego ſum, nusquam ſcripſiſſe *Lucretium*, ideo formas & qualitates repudiaſſe *Democritum*, ejusque ſectatores, & atomos adſciviſſe, quod intelligerent, a formis & qualitatibus facilem eſſe ad Deum & religionem tranſitum. Suſpicor igitur, illos *Lucretii* verſus in animo habuiſſe virum doctum, quibus ſignificat, homines, ſi hoc unum modo teneant, ex nihilo nil fieri poſſe, ſine negotio perſpecturos eſſe, quaecumque ſunt, ea *ſine Dirum opera* fieri, *Lib.* I. *vſ.* 156. —— 159. *p.* 55. Namque hoc dum affirmat, id timul concedit, quod & antea obſcure indicaverat, Deum illis eſſe fatendum, qui ex nihilo fieri aliquid poſſe putent. Quae hic ceterum de cauſſis leguntur, quibus *Democritus* adductus fuerit, ut, ſpretis qualitatibus & formis, corpuſcula adoptaret individua, in conjecturis, niſi multum fallor, non nimis probabilibus haberi debent. Aſſumere videtur vir eximius, *Democritum* a Deo averſum fuiſſe, antequam atomos adſciſceret, nec alia de cauſſa hanc viam elegiſſe philoſophandi, quam ut Deum tanto melius oppugnare poſſet. Cuinam vero, quaeſo, exploratum hoc videbitur? Si, quod ego minime negem, Deum eſſe, inficiatus eſt *Democritus*, dubium tamen ſemper manebit, utrum hominem philoſophia, quam ſequebatur, ad impietatem, an vero impietas erga Deum ad hanc philoſophiam deduxerit. Cete-

Digitized by Google

consilio & ratione hunc orbem esse factum dicamus, si haec nihil habent, quod a vero abhorreat.

§. XXVI. Ergo tres jam exposuimus impietatis erga Deum species & formas, *Democriticam*, *Stratonicam*, & *Anaximandrinam*. Nunc quartam etiam, cui nulla est cum illis, quas enarravimus, cognatio, ex veterum monumentis eruemus. Ejus vindices & tutores certam quamdam naturam, fingendi facultate praeditam, artisque & ordinis non ignaram, at sensu & intelligentia vacuam, huic universitati praesidere, resque omnes non modo ordinare & moderari, sed etiam, ne rursus dissluant, & formam, quam nacti sunt, amittant, prohibere, autumant. Hoc Atheorum genus obscurus hic (*f*) *Senecae* locus videtur tangere: (*) *Sive animal* (sic enim legendum est, non *anima*) *est mundus* (id est, vita sentiente & rationis compote praeditus) *sive corpus*, *natura gubernante*, (fingente quidem & ordine pro- 131
grediente, verum a sensu relicta) *ut arbores*, *ut sata*. Hic homo, cui nihil esse, praeter corpora, in orbe persuasum est, binas dissidenter proponit, easque diversas de natura & constitutione hujus mundi sententias. Quarum quidem prior haec est: Naturam rerum, tota licet sit corporea, animal tamen esse, qualia nostra sint corpora, in qua sensus insit, consilium, ratio, & anima quaedam, moderatrix atque gubernatrix rerum omnium. Atque haec opinio, quae mundo corporeo vitam quamdam & animam attribuit, Deum nobis haud videtur prorsus tollere. Verentur, si quid ego judico, assectatores ejus Deum quemdam, at mirifice adulteratum, profanoque veluti habitu concluſum, quem tot falsis praeterea commentis, ut vix agnosci possit, obruerunt. Altera, quae apud *Senecam* exponitur, sententia haec est: Universitatem hanc non esse animal, verum corpus non dissimile plantarum & arborum, quod natura quaedam incolat fictrix & genitrix, quae ratione atque ordine, quamvis ipsa nec sensum nec intelligentiam habeat, cuncta explicet & generet. Atque haec sententia, quoniam rerum omnium initium naturae cuidam intelligenti & suimet ipsius conscíae non adscribit, omnino supremo Numini adversa & inimica censeri debet.

§ XXVII. Hoc impietatis genus, quod universitatem hanc totam esse ducit corpoream, non vero animal, sed ingentem veluti plantam, in qua moderatrix quaedam natura habitet, totum corpus artificiose, quamquam sine ratione & mente, componens & ordinans, hoc, inquam, genus si cum *Hylozoitarum*, quae supra recen-

(*) Nat. Quaest. Lib. III. Sect. 29. (p. 574. T. II. Opp.)

ra non tango, ne nimius in reprehendendo videar.

(*f*) *Senecae locus*] Ingeniosa sunt omnia, quae hic disputat vir eximius, ut *Senecae* locum explanet. At bina tamen ista legenti in mentem venere. (I.) Concinnius videtur esse, si recepta lectio retineatur, nec in locum verbi *anima*, quod cuncta habent exempla, sufficiatur *animal*. Quod enim omnes intelligunt, *anima* & *corpus* venuste inter se opponuntur: quae elegantia tollitur, si *animal* & *corpus* legas. Neque ideo sententiae, quam putat in his verbis latere *Cudworthus*, decedit aliquid. Eadem manet verborum vis, sive *animal* legas, sive *anima*. *Animam* vero mundum dici anima praeditum, nemo mirabitur, qui a nobiliore sui parte saepenumero rem aliquam appellari non ignorat. (II.) Etiamsi aliquis mundum *plantae* vel *arbori* similem esse censeat; haud tamen ideirco statim Atheis connumerari debet. Nec enim haec duo pugnant inter se, mundum pro planta habere, & Deum profiteri, plantae illius nimirum parentem & conditorem. Non haec ea re moneo, ut, *Seneca* quos inducit, philosophis auxilium feram, sed ut illis occurram, qui, metuendum est, ne hac ob-

ser-

Digitized by Google

censuimus, portentis conferatur, propius ab his distare videtur. Etenim naturam omnia fingentem non coeco quodam & fortuito impulsu ferri, verum arte atque ordine procedere, praecipit. Sed est tamen, quod utramque disjungit disciplinam. *Hylozoitae* omnem materiam per se & sua natura vitam habere dicunt: quam ob causam non possunt, quin si non unicuique materiae particulae, saltim *toti* cuilibet, quod propter partium continuationem unum est, propriam & peculiarem quamdam vitam fingentem & gignentem attribuant. Ergo communem quamdam vitam, quae toti corporeae universitati leges ferat, in disciplinam suam admittere nequeunt. Hac autem sublata, sequitur, id quod jam observatum a nobis est, ut rerum omnium machinatio ad nescio quam fortunae seu casus, & naturae cujusdam artificiose ambulantis temperationem referatur. Verum hi, quos modo e latebris suis produximus, philosophi casum omnem & fortunam proscribunt, resque universas unius naturae, certa omnia & immutabili lege moderantis & fingentis, imperio subjiciunt. Quare philosophus ille, quem ex *Seneca* jamjam audivimus, sive mundus sit animal Stoicorum sensu, sive planta tantummodo, sic rationem tamen concludit: *Ab initio ejus usque ad exitum, quidquid facere, quidquid pati debeat, inclusum est. Ut in semine omnis futuri ratio hominis comprehensa est. Et legem barbae & canorum nondum natus infans habet. Totius enim corporis & sequentis aetatis in parvo occultoque lineamenta sunt. Sic origo mundi non magis solem & lunam & vices siderum & animalium ortus, quam quibus mutarentur terrena, continuit. In his fuit inundatio, quae non secus, quam hiems, quam aestas, lege mundi* (fingentem & creantem naturam, quae in mundo est, intelligit) *venit.*

§. XXVIII. Ceterum non ego negaverim, fieri potuisse, ut omni aetate essent, qui huic impietatis generi faverent, resque omnes naturae cujusdam in materia latentis, atque ordine quidem & artificiose, at sine mente & consilio agentis, opus esse dicerent. Nusquam vero expressiora ejus vestigia deprehendere possum, quam inter Stoicos, quorum disciplinam *Seneca* probavit, quem tam dubitanter & diffidenter de hac quaestione: *mundusne animal sit, an plantae similis?* loquentem

servatione ad viros innocentes accusandos abutantur.

(*g*) Σπερματικὸν λόγον] *Laërtius Libr.* VII. *Segm.* 136. *p.* 450. Fallitur vero vir doctus, qui Stoicos ita quosdam sensisse perhibet, non item familiae totius parentem, *Zenonem.* Postquam enim hanc sententiam retulerat *Diogenes*, continuo subjicit: Λέγει ἡ περὶ αὐτὸν Ζήνων τε ἐν τῷ περὶ τοῦ ὅλου· *Differit ista Zeno in libro de universo.*

(*h*) *Zeno enim*] *Zeno* naturam ita definivit: Ἔστι γοῦν φύσις ἕξις ἐξ αὐτῆς κινουμένη κατὰ σπερματικοὺς λόγους, διατηροῦσά τε καὶ συνέχουσα τὰ ἐξ αὐτῆς ἐν ὡρισμένοις τισὶ χρόνοις, καὶ τοιαῦτα ὁρᾶσθαι, ἐφ' οἷσιν ἀπετελέσθη. *Est autem natura habitus ex se ipso motum accipiens juxta seminales rationes, efficiensque & continens, quae ex ipsa constant, statutis definitisque temporibus, taliaque faciens, qualia sint ea, a quibus secreta fuerit. Diogenes Laërtius Lib.* VII. *Segm.* 148. *p.* 459. Ex hac naturae definitione & hoc loco, & paullo clarius infra in *Diss. de natura genitrice* §. 6. id studet efficere *Cudworthus*, Stoicos credidisse, duo in rerum natura latere principia, unde gignantur & fiant omnia: primum mentem quamdam & rationem, sive Deum; deinde genitricem quamdam seu effectricem naturam, Dei legibus obtemperantem, & ex ejus arbitrio fingentem, quae fiant, omnia. Verum, nisi me fallunt omnia, plus hic dat, quam par erat, sententiae, quam receperat, *de natura genitrice* vir doctissimus, resque distrahit, quas con unctissimas esse judicabant Stoici. Nam qui disciplinam hujus generis callet, is non ignorabit, rationem & vim genitricem non ab iis, ut res duas distinctas, spectatas esse, sed ut virtutes & perfectiones unius eiusdemque Dei, seu naturae illius, quam per totam universitatem intentam putabant esse. Patet id ex ipso illo, quem paullo ante attuli, *Laërtii* loco, si consequentia recte ponderentur. Neque obstitit huic opinioni, quod gignentem illam rem & motus in orbe necessarios cientem φύσιν & *naturam*, non autem *Deum* semper appellent. Quamvis enim naturae vocabulum, in pri-

tem audivimus. Et ſunt certe doctiſſimi quidam homines, qui *Zenonis* & *Heracliti* Deum nihil eſſe ſuſpicati ſunt, quam fictricem ejusmodi naturam aut ſeminans principium in hoc mundo reconditum, quale in plantarum & animalium ſeminibus latet, corporaque eorum ordine & arte fabricatur & perficit. Ego vero, etſi haud negem, nobiliſſimos quosdam e Stoicorum familia philoſophos Deum interdum & naturam inter ſe confudiſſe, nec aliter de Deo verba feciſſe, ac ſi eum ignem quemdam eſſe ducerent, via atque ratione res omnes procreantem & gignentem; neque *Laërtium* ſcriptum reliquiſſe ignorem, Deum creberrime ab hac ſecta (*g*) 132
σπερματικὸν λόγον τοῦ κόσμου, *rationem ſeminantem* ſive *formam mundi* appellatum eſſe; proptereaque juſtam eos male de ſe ſuſpicandi cauſſam aliis praebuiſſe, non invitus largiar: tamen principes & antiquiſſimos Stoicos impietatis erga Deum in univerſum abſolvendos eſſe arbitror. (*h*) *Zeno* enim non modo, aliique ex celeberrimis ſectae hujus doctoribus ſaepius etiam intra materiam hujus univerſi *naturam rationis & intelligentiae participem*, φύσιν νοερὰν καὶ λογικὴν, reſidere profeſſi ſunt: quod argumento eſt, non ab illis omnia ad fingens & creans principium quoddam relata eſſe; verum etiam iidem mundum hunc animal eſſe, non vero plantam tantum, docuerunt. Quae quum ita ſint, hanc rationem contra Deum diſputandi, cujus jam inveſtigamus naturam, corruptionem potius quamdam & adulterationem eſſe diſciplinae, quam *Zeno* & *Heraclitus* ſuis tradiderunt, mihi perſuadeo. Binis autem haec diſciplina momentis continebatur, ſi quid ego video: quorum quidem hoc unum erat: eſſe naturam quamdam ſentientem, animalem, & ſapientem, ſive mentem rationis compotem, quae in ignea hujus univerſitatis materia, tamquam in domicilio ſuo, commoretur, toti vero mundo imperet & praeſit. Alterum vero hoc: Sentientem hanc & intelligentem naturam, ſeu corpoream mundi hujus animam, ſub ſe vel in ſe, ut partem ſui deteriorem, continere aliam quamdam vim genitricem ſeu fingens principium, quae proprie id ſit, quod rerum omnium fatum appellari debeat. (*i*) *Heraclitus* enim fatum definit λόγον τὸν διὰ τῆς οὐσίας τοῦ παντὸς διήκοντα, ἢ αἰθέριον σῶμα, σπέρμα τῆς τοῦ παντὸς γενέσεως, *certam rationem per univerſam mundi ſubſtantiam permeantem, aut aetherium corpus, ſemen generationis omnium.* (*k*) *Zeno* au-

primis apud Stoicos, flexiloquium ſit & ambiguum; conſtat tamen, eos hoc nomine ipſum Deum deſignaſſe, quem modo *Jovem*, modo *fatum*, modo *mentem*, modo *naturam*, modo aliter appellabant, teſte, praeter alios, *Diogene Laërtio Lib.* VII. *Segm.* 137. *p.* 451. Veterum dicta, quibus efficitur, Stoicos ita nomen *natura* uſurpaſſe, ut Deum eo in primis ſignificarent, *Juſtus Lipſius* jam attulit bene multa in *Phyſiologia Stoica Lib.* I. *Diſſ.* 5. *fol.* 10. *b.* Ego unum tantum *Lactantii* locum dabo, quo res apte & perſpicue explicatur. *Stoici*, inquit, *naturam dividunt in duas partes: unam, quae efficiat, alteram, quae ſe ad faciendum tractabilem praeſtet. In illa prima eſſe vim faciendi, in hac materiam, nec alterum ſine altero eſſe poſſe. Ita iſti uno naturae nomine res diverſiſſimas comprehenderunt, Deum & mundum, artificem & opus, dicuntque, alterum ſine altero nihil poſſe, tamquam natura ſit Deus mundo permiſtus. Nam interdum ſic confundunt, ut ſit Deus ipſa mens mundi, & mundas corpus Dei. Divinar. Inſtitut. Lib.* VII. *Cap.* 3. *p.* 781. Non erat igitur, cur vir doctus exiſtimaret, id, quod Stoici *naturam* vocant, a qua motus omnis proficiſcatur, vim eſſe aliquam a mente ſive Deo ſejunctam, ſeu, ut ejus vocabulo utar, *naturam plaſticam*. Facile patior, eos hic increpari, qui Stoicorum cenſent Deum naturam eſſe ratione & mente vacantem: difficillime enim hanc ſententiam probari poſſe, concedo. At non fero, Deo Stoicorum ab eo vim peculiarem gignentem adjungi, quae juſſis divinis obtemperet: quam certe tota Stoicorum natio ignorat.

(*i*) *Heraclitus*] Haec fati definitio ſuppeditatur a *Plutarcho de placitis philoſ. Lib.* I. *Cap.* 28. *p.* 885. *T.* II. *Opp.*

(*k*) *Zeno autem*] *Plutarchus de placitis philoſ. Lib.* I. *Cap.* 7. *p.* 881. Οἱ Στωϊκοὶ πατέρα Θεὸν λέγουσι) τὸν τεχνικὸν ὁδῷ βαδίζοντα ἐπὶ γένεσιν κόσμου, ἁπτόμενον πάντας τοὺς σπερματικοὺς λόγους, καθ' οὓς ἕκαστα κατ' εἱμαρμένην γίνεται. *Stoici communiter Deum*

133 autem, ſicut primum, quod ſtatuit, principium intelligentem eſſe ait naturam, ita etiam concludi eo & coërceri aſſeverat *πάντας τὰς σπερματικὰς λόγους, καθ' οὓς ἕκαστα κατ' εἱμαρμένην γίνεσθαι, omnes rationes & formas ſeminantes, per quas quaelibet res ad normam fati gignitur.* (*l*) Haec quidem germana videtur *Heracliti* ac *Zenonis* doctrina eſſe. Verum diſcipulorum & ſectatorum utriusque nonnulli duo haec deinde ſejugarunt, poſteriorique unice arrepto, ſupremum totius univerſi principium naturam quamdam genitricem ac fictricem fecerunt, eamque neque animatam neque rationis & intelligentiae compotem, aut factorum conſcientia praeditam. Sic ſcriptum exſtat apud *Laërtium*, (*m*) *Boëthum*, nobile & eximium inter ſcholae Stoicae magiſtros nomen, aperte negaſſe, mundum eſſe animal, id eſt, nullam gubernationi hujus mundi ſapientem, ſentientem, & intelligentem naturam praepoſuiſſe. Itaque cenſuerit hic, neceſſe eſt, mundum *corpus eſſe, natura gubernante, ut arbores & ſata.* Fortaſſis ante *Boëthum* hunc aliis ex *Zenonis* & *Heracliti* diſcipulis idem viſum eſt.

134 Poſt eum quin multi eamdem amplexi ſint ſententiam, nil fere dubitandum eſt. Quorum quidem in ordine (*n*) *Plinius Secundus* collocari debet: nec ipſum prorſus ex eo *Senecam* excipio, qui quam timide & dubitanter de hoc genere impietatis loquatur, paullo ante vidimus. Atque haec me cauſſa commovet, ut eorum commentum, qui rerum omnium origines a natura quadam fictrice, ſive vitali quadam

Deum pronuntiant eſſe ignem artificioſum, via progredientem ad mundi procreationem, qui mundus in ſe contineat omnes ſeminales formas, ex quibus ſingula fato naſcantur. Eadem fere *Stobaeus* habet *Eclog. phyſ. Lib.* I. *Cap.* 3. *p.* 5. *Οἱ Στωϊκοὶ κατὰ θεὸν [illegible] τεχνικὸν, κ. τ. λ.*

(*l*) *Haec quidem*] Magnam eſſe diſciplinae, quam *Heraclitus* profeſſus eſt, & ſapientiae Stoicae cognationem, equidem minime negaverim. *Cicero* iam hujus auctor eſt ſententiae *de natura Deor. Lib.* III. *Cap.* 14. *p.* 3067. *T.* IX. *Opp. Omnia veſtri ſolent ad igneam vim referre, Heraclitum, ut opinor, ſequentes.* Id vero neſcio, an aeque ſit cognitum & exploratum, *Heraclitum* (I.) Deum ſeu aeternam mentem credidiſſe; & (II.) huic Deo genitricem naturam ſociaſſe, ex Dei voluntate corpora univerſa fingentem. Utrumque *Heraclito* hic tribuit *Cudworthus*, luculentius etiam infra in *Diſſ. de natura genitrice* §. 6. quo nil veretur inter hujus naturae patronos numerare *Heraclitum.* (I.) Atheus fuerit *Heraclitus*, nec ne, noſtra in primis aetate in controverſiam vocatum fuit. Cauſſam hominis ingenioſiſſime & erudite ornavit *Godofr. Olearius* binis *Diſſertat. de rerum geneſi ex mente Heraclitis* §. 3. *ſ.* & *de igne rerum omnium principio ex mente Heraclitis* §. 13. *ſ.* quae in verſione Latina *Hiſtoriae philoſophicae Stanleji* hodie exſtant. In primis docuit is, *εἱμαρμένην* ſive *fatum Heraclitis* ipſum eſſe *Deum*: quo nomine multis veterum locis oſtendit Deum a Stoicis & aliis ſalutatum eſſe. Sed nec tamen omnibus ſatisfecit vir eximius: e quibus duos hic tantum nomino, gloria doctrinae & ingenii inſignes: *Petr. Baylium*, qui *Continuatione cogitat. de cometis Tom.* II. *p.* 495. *ſ.* philoſophiam *Heraclitis* turpiſſimis inurere ſtudet maculis, & *Jo. Franc. Buddeum Theſibus de Atheismo & ſuperſtitione Cap.* 1. *p.* 82. *ſ.* Equidem, rebus omnibus expenſis, ſic ſtatuo: Si ex conſectariis aeſtimanda ſit doctrina *Heraclitis*, de religione atque pietate eius conclamatum eſſe. Ex eo enim, quod Deum ſubtiliſſimum eſſe ignem voluit, & fato quidem certa ratione conſtrictum, quidnam conſequatur, apertum eſt. Verum, ſi in ſe ſpectentur, quae de ſcitis & decretis ejus ad nos pervenerunt, non poſſe hominem apparet ex numero eorum ſine injuria exturbari, qui Deum qualemcumque, valde licet truncatum & parum perfectum, profeſſi ſunt. Certe videtur eſſe aliquid credidiſſe ſejunctum a corporibus hiſce craſſioribus, quod per ſe ſubſiſtat, quod vivat, quod intelligat, quod interire nequeat: quo & noſtros retulit animos. Dicta ſunt quaedam hac de re infra *ad Diſſert. de natura genitrice* §. 6. & plura ipſe *Cudworthus* attulit *Cap.* 4. *p.* 378. (II.) Aliter vero de eo pronuntiandum arbitror, an naturam idem genitricem eſſe aſſeveraverit. Equidem nihil video, ex quo conſtet, ſejunxiſſe eum rerum generationem ab ipſo Deo, & in aliam quamdam naturam Deo ſubjectam contuliſſe. E contrario, quemadmodum Stoici ipſum Deum, quem credebant eſſe, gignere ac procreare omnia ſibi perſuadebant; ita etiam *Heraclitus* ab ipſo Deo proficiſci, quae generantur, univerſa exiſtimavit. Infra quidem §. 6. *Diſſ. de genitrice natura εἱμαρμένην* ſeu fatum *Heraclitis* hanc ipſam eſſe, quam ipſe animo informaverat, naturam effectricem, *Cudworthus* tuetur. Sed ex ipſa fati Heraclitei, quae apud *Plutarchum* & *Stobaeum Eclog. phyſ. L.* I. *C.* 1.

Digitized by Google

dam in orbe vi, qualis in plantis conſpicitur, repetunt, diſcriminis cauſſa impietatem *Stoicam* vel *Pſeudo-Stoicam* vocari poſſe commode, cenſeam.

§. XXIX. Vidimus, quinam ex philoſophis, quotque modis Deum ipſum aggreſſi ſint. Praeter hos, nil ego dubito, quin alii etiam omni memoria exſtiterint impietatis profeſſores, quos nec philoſophia quaedam ad Deum laceſſendum incitavit, neque ratio & ingenium ad inficiationem ſupremi Numinis deduxit, verum ſtultum quoddam & praeceps, quamquam audaciſſimum, conſilium nihil omnino credendi, niſi quod ipſimet ſentirent aut viderent, in nefariam hanc mentem impulit. Hoc ego genus non inepte *Atheorum Fanaticorum* familiam vocari poſſe putem. Quamquam omnes, quibus Deum viſum eſt invadere, ad quodcumque demum genus pertineant, ne illis quidem, qui prae ceteris philoſophiae atque rationis ſtudioſi videri volunt, exceptis, certo ſenſu *Fanatici* & *Enthuſiaſtae* rectiſſime nominantur. Nec enim, ut tam nefariam & impiam animo ſententiam concipe-rent, perſpicua & aperta quaedam rationis praecepta concitarunt homines, verum ἀφρὼν ἄλογος, *coecus quidam & rationis expers impetus.* Rebus videlicet eorum ſimiliter comparatum eſt, ac ſi (*o*) inferior illa & *terrena natura & vita* mentes eorum perculiſſet, quam ſacrae litterae τὸ πνεῦμα τὸ κόσμου, *ſpiritum mundi* appellant, & *ſpiri-*

C. 1. p. 2. legitur, definitione perſpicuum eſt, fatum hoc illud ipſum eſſe, quod λόγον ſeu mentem, per univerſam rerum naturam commeantem, dixit *Heraclitus*, verbo, Deum ipſius, minime vero naturam ex praeſcripto Dei generantem. Lege plura hac de re differentem b. *Olearium loc. indic. p.* 853. & 860. *ſ.*

(*m*) *Boëthum*] *Diogenes Laërtius Lib.* VII. *Segm.* 143. *p.* 455. Βοηθὸς δὲ φησιν οὐκ εἶναι ζῶον τὸν κόσμον. *Boëthus autem negavit, mundum eſſe animal.* Egit de hoc *Boëtho Aegid. Menagius Comm. in Diog. Laërtium* p. 316. Neſcio vero, an hic recte ſententiam eximii hujus Stoici exponat *Cudworthus.* Ex eo, quod mundum *Boëthus* negavit animal eſſe, concludit, ipſum Deum ſeu naturam aeternam rationis participem prorſus ſuſtuliſſe, atque mundo nihil reliquiſſe, quam ejusmodi animam, qualis in plantis & arboribus cernitur. Sed ita non ſenſiſſe *Boëthum* ex eodem apparet *Laërtio*, qui *Segm.* 148. *p.* 459. Βοηθὸς δέ, inquit, ἐν τῷ περὶ φύσεως θείας τὸν τῶν ἀπλανῶν σφαῖραν. *Boëthus in libro de natura Dei ſubſtantiam fixorum ſiderum globum dixit.* Ergo Deum non plane negavit eſſe, etſi vim ejus, quod reliqui faciebant Stoici, non per totam ſuſam eſſe naturam, ſed in globo ſiderum reſidere, diceret. Ex quo etiam intelligitur, quemadmodum hoc ejus dogma accipiendum ſit, quo mundum animal eſſe negavit. Hoc videlicet ſibi voluit, non Deum per totam rerum naturam intentum eſſe, ſed ex aſtris vim genitricem a Deo in reliqua naturae rerum membra immitti.

(*n*) *Plinius Secundus*] Multi ſunt inter viros eruditos, qui *Plinium* inter Dei contemtores referre non dubitant: de quibus lege *Jo. Franc. Buddeum Theſibus de Atheismo & ſuperſtit. C.* 1. *p.* 102. & *Jac. Frid. Reimmannum Hiſtoria Atheismi Lib. I. C.* 39. §. 2. *pag.* 283.

(*o*) *Inferior illa & terrena*] Haec terrena & inferior vita, qua Dei adverſarios agi putat vir doctus, inferior eſt haud dubie facultas animi noſtri. Aſſentiri enim videtur Platonicis, quos vitalem & rationis compotem animum multum ſeiunxiſſe conſtat. Viderint de hac ſententia alii. Mihi monuiſſe ſatis erit, verba *Pauli* 1. *Cor.* 2. 12. Ἡμεῖς δὲ οὐ τὸ πνεῦμα τοῦ κόσμου ἐλάβομεν, ἀλλὰ τὸ πνεῦμα τὸ ἐκ Θεοῦ, parum opportune ad hanc opinionem trahi, *Spiritus* enim *mundi*, qui *ſpiritui Dei* hic opponitur, minime omnium eſt facultas quaedam animi aut vita terrena. Negat enim vir divinus, ſeſe eam facultatem *accepiſſe:* ex quo apparet, eum non de inſita quadam animi virtute loqui, ſed de vi quadam aliunde hauſta & accepta. Iſta vero terrena *Cudworthi* vita inſita quaedam virtus eſt mentis. Mihi quidem τὸ πνεῦμα τοῦ κόσμου videtur eſſe illa vis differendi, loquendi, ratiocinandi, quam mundus ſuppeditat, verbo, ἀνθρωπίνη illa σοφία, *ſapientia & eruditio humana*, quam toties vir ſanctus hac epiſtola commemorat, quamquo *Chriſti* legatos animare negat, *cf.* 4. 5. 6. 13. *&c.* Haec humana eruditio πνεῦμα, *ſpiritus* veluti quidam erat, qui philoſophos & rhetores illius aetatis aptos & idoneos ad coteris rectius & ſuotilius diſputandum ac differendum reddebat. Hoc ergo ſpiritu ſeque & ſocios regi, divinus vir negat, quos longe divinior quidam ſpiritus inciturat, ut verbis divinis loquerentur.

ritui ex Deo, τῷ πνεύματι ἐκ τοῦ Θεοῦ, opponunt. *Paulus* nimirum, quando: *Nos*, inquit, *non ſpiritum mundi accepimus, verum ſpiritum, qui ex Deo eſt*, id nos edocere videtur: Quemadmodum nonnulli homines a ſpiritu Dei agitentur & commoveantur, ſic alios e contrario per mundi ſpiritum, quae terrena illa vita eſt, urgeri & concitari. Atque ſuperiores quidem *Enthuſiaſtis*, ſi quidem vox vulgari notione, quae mali deſignat aliquid, capiatur, aggregare nefas foret. Namque Dei ſpiritus non eſt natura ratione vacua, ſed vel ipſa ratio, vel ejusmodi quid, quale *Ariſtoteles*, non ſecus ac ſi vaticinaretur, λόγου τι κρεῖττον nominat, *excellentius aliquid & divinius ratione*, *Plotinus* vero ῥίζαν τοῦ λόγου, *radicem rationis* dicit. Contra mundi ſpiritus ſeu vita terrena nil niſi fatuitas & dementia eſt. Qua qui concitari ſeſe patiuntur, ut Deum recuſent, illi, quantopere etiam alioquin a Fanaticorum deliratio nibus & Enthuſiasmo videantur abhorrere, nihilo tamen meliores ſunt illo hominum genere, quod afflatus & inſtinctus neſcio quis de ſtatu mentis dejecit, quosque fatalis quaedam, quamvis coeca, lumineque non minus, quam libertate capta, natura totos obſidet & agitat, atque, ut verbo eorum utar, *inflatos* reddit, ſic ut nihil ſanum & integrum, nil verae rationi conſentaneum, etiam in illis rebus, quae meditatione ſola perficiuntur, ab illis proficiſci queat. Sed & iidem pro Fanaticis habendi ſunt; quamquam vox haec nullis apta videatur eſſe, praeterquam illis, qui divinitatem quamdam agnoſcunt. Quotquot enim Deum negant, *naturae* ſunt, quam *coecam* merito *divam* appellaveris, *Fanatici*.

135 §. XXX. Quatuor adhuc enarravimus diſciplinas ſupremo Numini inimicas. Harum prima eſt *Hylopatica* ſive *Anaximandrina*, quae inertem & ſenſu carentem materiam rerum omnium aſſumit eſſe principium, atque ex formis ejus & qualitatibus, quas & gigni poſſe & deſtrui contendit, cuncta, quae conſpicimus, conflata eſſe, affirmat. Altera, *Democrito* auctore nata, rejectis formis, in figuras & atomos materiam infinite ſecat, ex quibus cuncta deinceps eſſe comparata perhibet. Quare *Atomicam* non male dixeris. Tertia Stoicis debetur ingeniis, quae toti huic univerſitati, quam corporibus unice contineri cenſet, naturam quamdam, artificioſe omnia machinantem, at ratione ſenſuque vacuam, praeponit. Quare *Cosmoplaſticam* hanc non inconcinne vocaveris impietatem. Extremum *Stratonis* occupat ſive *Hylozoitarum* ſententia, qui materiam omnem naturaliter & vita & efficientia eſſe praeditam ſtatuunt, at eamdem ſenſu, ratione, & conſilio privant. Plures Deum oppugnandi formas nusquam conſignatas litteris reperi. Atque certus prope ſum, plures, praeter has quatuor, diſciplinas vix, ac ne vix quidem excogitari ac confingi poſſe: cujus quidem mihi opinionis binae rationes ſunt. Primo, quotquot Deum eſſe negant, illi omnes corporibus unice naturam rerum concludunt, nec ullam ſibi rem, praeter materiam & corpus, obtrudi patiuntur. Sicut nemo unus inventus eſt adhuc, qui naturas corporis expertes eſſe putaret, & Deum tamen eſſe inficiaretur; ita nulla etiam apparet ratio, quae adducere poſſit hominem, qui men-

(p) *Ut nonnulli generis hujus*] Loquebatur ita tum temporis inter Anglos *Thom. Hobbeſius*, publicis negans ſcriptis, intelligere ſeſe poſſe, quid ſit Deus corpore ſolutus & liber. Lege *Appendicem* ejus *ad Leviathanem Cap.* 1. *p.* 345. & *Cap.* 3. *p.* 361. ubi inter alia: *Illi quidem, qui Deo puritatem tribuunt, rectè faciunt: eſt enim honorificum. Sed tenuitatem attribuere, quae gradus quidam eſt ad nihilitatem, periculoſum eſt.* Repeti ceterum hic ea velim, quae ſupra *ad Cap.* 2. §. 1. ſcripſimus. Adde, quae *Tobias Pfannerus* de illis, qui Deum inter Chriſtianos corporeum eſſe voluerunt, colle-

Digitized by Google

mentes a corpore abſtractas in hac univerſitate verſari fatetur, ut divinam naturam tollat. E contrario eadem, quae homines, ut Deum eſſe negent, incitat coeca & terrena incredulitas aut animi levitas & perverſitas, trahere eos & allicere quoque debet, ut mentibus a corpore ſecretis litem moveant. Quemadmodum ſcilicet Medici morbi quoddam genus commemorant, quod *Hydrophobiam* appellant, quae eos invadere ſolet, quos rabioſi canis morſus ulceravit, efficitque, ut ab omni aqua quam diligentiſſime fugiant: ita, qui Deum negant, mirabili quodam malo afficiuntur, quod *Pneumatophobiam* non inepte dixeris. Ex quo fit, ut omnes ſpiritus naturasque corpore liberas ſtulte quidem & perdite, at vehementiſſime tamen, averſentur. Huic autem morbo alius quidam ſociatus eſt, quem *Hylomaniam* recte nomines, cujus vis incitat homines, ut inſano materiae amore inflammentur, eique tamquam unico ſuo Numini, ſacra religioſiſſime faciant.

Deinde, ſicet omnes, qui Deum ferre nolunt, hanc univerſitatem corpoream totam eſſe, ſimul tueantur; haud omnes tamen, qui nil, praeter corpora, putant exſiſtere, cum Dei ſtatim hoſtibus & contemtoribus ſociare fas eſt. Aequitas enim & ſana jubet ratio, ut ab iis hoc flagitium abeſſe judicemus, qui, tametſi ex materia conſtare omnia diſputant, intelligentem tamen & ſapientem naturam quamdam ineſſe in materia, totique univerſitati leges ferre, praecipiunt. Certum eſt, nullo non tempore tam imbecilli ingenio homines fuiſſe, qui animum a ſenſibus avocare non potuerint, Deumque propterea corporis expertem *Deum ex vocibus conflatum*, (*p*) ut nonnulli generis hujus ſolent loqui, aut inanem ſonum, formulam nihil ſignificantem, quae rem eamdem ſimul neget & affirmet, eſſe crediderint. At iisdem nihilominus, eſſe Deum aliquem, firmiter perſuaſum fuit, nec dubitavit eorum aliquis, quin toti huic univerſitati perfectiſſima & ſapientiſſima natura, gubernatrix & moderatrix rerum omnium, praeſit. Quare ὑλικόν τινα ἔχεσθαι, *genus quoddam materiae* Deum eſſe rati ſunt. Cujus quidem familiae illi ceteris ſtupore videntur & inſcitia praeſtare, qui Deum ſibi perſuadent partem eſſe tantum materiae via & conſilio temperatae, eamque ſtatura atque facie humana praeditam, quae, excellentiſſimo ingenio & ſingulari ratione praedita, reliqua omnia gubernet & adminiſtret. Placuit quondam haec ſententia nonnullis ex ipſis Chriſtianae religionis profeſſoribus: at recentiori aetate omnem prorſus dignitatem & auctoritatem amiſit. Quin etiam antiquiorum philoſophorum aliqui, etiamſi corporibus concluderent hanc univerſitatem, quemadmodum Stoici, pro ridiculo tamen eam commento habuerunt, atque cum indignatione & ſtomacho rejecerunt, 136
ſerio & graviter contendentes, (*q*) μὴ τὸν θεὸν ἀνθρωπόμορφον, Deum, etiamſi corpore is conſtet, qui humana tamen cenſeant eſſe ſpecie, eos turpiter deſipere. (*r*) *Xenophanes* in primis, qui carmine olim philoſophiam complexus eſt, quam puerilis ſit & abſurda haec opinio, his verſibus expoſuit:

ΑΛ

git *Syſtemate Theol. gentilis Cap.* 2. §. 19. *pag.* 77. *ſ.*

(*q*) μὴ τὸν θεὸν] Haec *Clementis Alex.* de *Xenophane* verba ſunt *Stromatum Lib.* V. *p.* 714.

(*r*) *Xenophanes*] Hi *Xenophanis* verſus ne interirent, *Clemens Alexandr.* vetuit, apud quem exſtant *Stromat. Lib.* V. *p.* 715. *Cudworthus* nec emendatiſſimos eos hic exhibuit, nec integros. *Tertium* enim omiſit *verſum*, qui in Latina, quam adjeci, verſione expreſſus eſt:

Εἷς θεὸς ἔν τε θεοῖσι, μέγας καὶ τι θνητοῖσιν ὁμοῖος.

Ἀλλ' εἰ τοι χεῖρας γ' εἶχον βόες ἠὲ λέοντες,
Ἢ γράψαι χείρεσσι, καὶ ἔργα τελεῖν, ἅπερ ἄνδρες,
Καί κε θεῶν ἰδίας ἔγραφον, καὶ σώματ' ἐποίουν
Τοιαῦτ', εἶδος περ καὶ αὐτοὶ δέμας εἶχον ὅμοιον.

—— *Si manus bovi, manus apta leoni*
Pingeret, atque hominum tractare adſueſceret artes,
Illa bovi ſimiles ſuperos ſimilesque leoni
Fingeret: acer equus ſpecie formaret equina:
Quisque ſuo proprium veſtiret corpore Numen.

At in illis ex hoc genere, qui totum hunc mundum animatum eſſe credunt, Deum vero ſubtiliſſimam quamdam & aetheriam, at intelligentem, materiam, per totum orbem pertinentem, multo plus videtur eſſe dignitatis & perſpicacitatis. Et jam ante Stoicos exſtiterunt, qui huic opinioni faverent. (*s*) Τὸ πῦρ θεὸν ὑπειλήφασιν Ἵππασος ὁ Μεταποντῖνος καὶ ὁ Ἐφέσιος Ἡράκλειτος. *Ignem Hippaſus ille Metapontinus & Heraclitus Epheſius Deum eſſe putarunt.* (*t*) Utcumque eſt, neutros, nec Stoicos hos & *Heracliti* ſectatores, nec *Anthropomorphitas* illos, inter eos referendos putamus, quibus Dei nomen exoſum eſt. Crediderunt, eſſe Deum, ſed infantum & puerorum modo, veramque ſententiam ignorantia & imperitia miſerrime corruperunt & adulterarunt.

Anguſtis ergo finibus univerſam eorum turbam circumſcripſimus, qui Deum eſſe nolunt. Nullos enim primo oſtendimus eis aggregandos eſſe, niſi eos, qui, quaecumque ſunt, corporea eſſe dictitant: nec deinde omnes, qui ſic ſentiunt, propterea tanti criminis reos eſſe agendos, cenſuimus, verum eos ex his unice,
137 qui naturam quamdam intelligentem & rationis compotem praeſſe huic naturae rerum negant. Scilicet, qui nefariis hiſce ſacris initiati ſunt, quamcumque etiam probent & ſequantur diſciplinam, haec tamen ſcita conſentientibus recipiunt ſuffragiis: Primam univerſitatis hujus cauſſam non eſſe naturam, in qua ſenſus, ratio, & conſilium inſit: quidquid vero ingenii, ſenſus, & rationis verſetur in orbe, id ex aliis rebus natum & derivatum eſſe, conjungi vero, atque vicißim ſeparari, gigni, & rurſus corrumpi poſſe, quoniam materia certa ratione concreta & di-

Verſu quarto pro *ἴδιας* evidens eſt legi debere *ἴδιαις*. Reliqua omitto. Simillima prorſus huic pronuntiato *Xenophanis* ſunt, quae *Cotta* differit apud *Ciceronem de natura Deor. Lib.* I. *Cap.* 27. *p.* 2919. *T.* IX. *Opp.* quo Epicureos reprimat, Deos contendentes forma eſſe ac ſpecie humana: *Acceſſit iſta opinio fortaſſe, quod homini homine nil pulchrius videatur. Sed tu hoc, phyſice, non vides, quam blanda conciliatrix & quaſi ſui ſit lena natura? An putas, ullam eſſe terra marique beſtiam, quae non ſui generis beſtia maxime delectetur? —— An tu aquilam, aut leonem, aut delphinum ullam anteferre cenſes figuram ſuae? Quid igitur mirum, ſi hoc eodem modo homini natura praeſcripſit, ut nihil pulchrius putaret, quam hominem, eam eſſe cauſſam, cur Deos hominum ſimiles putaremus? Quid cenſes, ſi ratio eſſet in beſtiis? non ſuo quasque generi plurimum tributuras fuiſſe?*

(*s*) Τὸ πῦρ.] Haec verba ex *Clementis Alexandr. Protreptico Cap.* 5. *p.* 55. depromta ſunt. Utrumque hunc philoſophum ignem pro rerum omnium principio habuiſſe, plures veterum memoriae prodiderunt. At qui diſerte ſcriptum reliquerit, ignem *Deum* ipſis eſſe viſum, praeter *Clementem Alexandr.* & *Stobaeum Eclog. phyſ. Lib.* I. *Cap.* 1. *p.* 2. nullos recordor. Sed nec hi ſolum, verum omnes fere philoſophi veteres, qui Deum eſſe profeſſi ſunt, *Pythagoras*, *Plato*, *Hippocrates*, Deum puriſſimum ignem aut igneum aliquid eſſe voluerunt, etiamſi eum corpore ſemotum dicerent. Proclive id eſſet multis de-

Digitized by Google

digeſta omnem illam rationem producat: qua diſſipata & diſſoluta, ſimul affectiones illae ex eorum quidem ſententia disjiciuntur & auferuntur.

§. XXXI. Jam ſi quis ita ſecum conſtituat, quaecumque hac rerum universitate continentur omnia, ea a corpore sive materia, ſenſus atque rationis omnis experte, profecta eſſe, eum iſtam materiam aut prorſus mortuam, inertem, omnique vacuam eſſe vita, oportet credere, aut talem ei vitae formam, qualem alii *vitam fictricem & feminantem*, alii *vitam naturalem* vel *perceptionem naturalem* vocant, attribuere. Superius ſi probet, rerumque omnium initium craſſam, ſtupidam, & rationis inanem putet eſſe materiam, iterum vel formas & qualitates, ut expediat ſeſe, adſciſcere debet: quod quidem illi faciunt, qui *Anaximandri* via Deum adoriuntur: aut vero ad figuras & atomos confugiat, neceſſe eſt: quod Democriticae ſcholae alumni faciunt. Sin poſterius eligat, atque materiam, unde cuncta prodierunt, vita valere genitrice tueatur, aut unam tantum ejusmodi vitam per totam materiae molem fuſam eſſe, credere debet: quod ſi faciat, ad eorum referendus erit familiam, qui Stoicis argumentis & rationibus Deum oppugnant: aut vero ſic habeat, oportet, omnem materiam per ſe vitam quamdam continere, ſeu naturam operantem, ſenſu licet & intelligentia carentem, nullamque ideirco materiae particulam eſſe, nullam rem, quae ob partium ſuarum continuationem totum vocari poteſt; quin peculiarem ſibi atque propriam ejus generis vitam ambitu ſuo coërceat: quod qui cenſent, ad *Stratonis* gregem adjungendi ſunt. Ex quibus omnibus apparet, fieri vix ullo modo poſſe, ut novum genus impietatis, praeter quatuor illa, quae commemoravimus, ab aliquo fingi & excogitari queat.

Hoc vero loco praecipuum illud diſcrimen, quo hae ſectae, quibus cum ipſo Deo bellum eſt, ſejunguntur, denuo mihi inculcandum opinor eſſe, licet id ſuperius jam attigerim. Quaedam nempe earum omni prorſus vita materiam in ſe ſpectatam exuunt, negantque, vitam quamdam, quae fingat & creet omnia, ab animali vita diſtinctam, in natura rerum ineſſe: quaecumque vero rerum universitatem conſtituunt, ea & generari & corrumpi dicunt, ipſa tamen materia, omnibus deſtituta qualitatibus, (ὕλη ἄποιος) ſive corpore ſolido excepto. Ex quo efficiunt poſtea, quidquid eſt in orbe vitae, cujuscumque demum ſit naturae & indolis, id generationi pariter & corruptioni obnoxium eſſe, ſive ex nihilo educi, & ad nihilum viciſſim redigi. In hac illi ſunt ſententia, qui ſe *Anaximandri* & *Democriti* partidiſcrimen declarare teſtimoniis. Verum, ne nimius videar, id tantum cogitare nunc jubeo, igneas omnibus fere viſas fuiſſe animas, qui immortalitatem illis dederunt, & ſimul ex coeleſti aetherioque igne ſive Deo derivatas, ad quem, diſſoluto corpore, rurſus eſſent reverſurae. Quid? quod *Ariſtoteli Cicero* hanc aſſignat ſententiam *de natura Deor. Lib.* I. *Cap.* 13. *p.* 2899. *Coeli ardorem Deum dicit eſſe, non intelligens, coelum mundi eſſe partem.*

(*) *Utcumque eſt*] Non repugnabo, ſi quis clementiorem de illis opinionem ſequi velit, qui Deum naturam eſſe cenſent ratione praeditam, & per universitatem hanc intentam; quamvis talia ex hoc dogmate conſectaria fluant, quae divinam plane naturam tollunt. At diſpiciendum tamen maxime arbitror, quando de his quaeritur, utrum Deo iſli, quem ementiuntur, libertatem relinquant, an vero fati & neceſſitatis cum legibus alligent. Hoc ſi faciant, Deumque decernant agere neceſſario, quidquid etiam de ſapientia & potentia Dei dicitent, in Atheorum tamen eos referendos eſſe familiam, judico. Dei enim ſublata libertate, omnem pietatem & religionem, omne juſti & injuſti diſcrimen, ipſum denique Deum, vere & proprie ſic dictum, tolli, neceſſe eſt. Ante igitur, quam plane ſecundum *Heraclitum* & Stoicos judicetur, id disquirendum mea ſententia foret praecipue: utrum hi philoſophi Deo fatum adjunxiſſent, an vero libertatem ipſi reliquiſſent.

(*) *Non*

tibus addixerunt. Verum reliquae factiones, quas Stoicorum & Stratonicorum nominibus appellavimus, hac in re cum illis diſſentiunt, quod vitam aliquam, natura huic univerſitati inſitam, ac in materia ipſa inhaerentem, quae nec oriatur, nec occidat, rerum omnium cauſſam & initium eſſe, diſputant. Quamquam huic vitae omnem rationem, ſenſum, & conſilium eripiunt, unicamque fingendi & creandi potentiam relinquunt. Etenim omnes, qui divinam rationem ſublatam cupiunt, duo iſta, quae jam ante diximus, conſtanti conſenſione probant; Primum, nullam eſſe in hac rerum univerſitate rem vere exiſtentem, praeter corpus & materiam: deinde, omnem vitam animalem, omnem ſenſum & perceptionem, omnem denique intelligentiam & rationem gigni, & viciſſim deſtrui, ex nihilo gradatim & ſenſim oriri, & ad nihilum rurſus redire.

138 §. XXXII. (v) Non ſum ego neſcius, fuiſſe, qui, quoniam fortaſſis non nimis male cupiebant illi generi, quod contra Deum pugnat, de materia & ſentiente & rationis compote nonnumquam verba facerent. Videntur hi triplicis generis materiam in hac rerum natura ſibi animo concepiſſe, quae, tametſi genere differat inter ſe, ex infinito tamen tempore per ſe talis, qualis nunc eſt, exſtiterit, *ſenſu* nimirum *vacuam*, *ſentientem*, & *rationis participem*: non ſecus ac ſi rerum haecce univerſitas ex certa quadam triplicis materiae hujus temperatione, confuſione, & conjunctione, poſt diuturna in tenebris certamina, per ſe ſine Dei ope nata eſſet, hominesque & animalia eumdem omnino ortum habuiſſent. Verum quis tam hebes eſt, quin ſtatim videat, totam hanc ſententiam prorſus eſſe futilem & commentitiam? Nemo enim unus mortalium tam perſpicax eſt, ut, quibus de cauſſis haec inter materiam differentia exſtiterit, aut qui factum ſit, ut haec quidem pars materiae ſentiens, illa rationis compos, iſta ſenſu vacua fieret, vel divinando conſequi valeat. Parum mihi exercitati videntur patroni hujus opinionis, nec, quidnam cauſſam illam, quam adjuvare cupiunt, contineat, intelligere. Suae male exiſtimationi conſulunt, dum illis favere ſtudent, qui Deum ex animis evellere humanis conantur. Namque primo, ſi haec certa ſit opinio, credendum eſt, nullam omnino vitam vel oriri in animalibus, vel exſtingui, quum vel generantur, vel moriuntur, ſed conjungi tantum in illis, & ſeparari rurſus. Igitur id, quod homines facit & conſtituit proprie, aeternum erit, & ab omni corruptio-

(v) *Non ſum ego neſcius*] Haec, niſi me animus meus fallit, in *Robertum Fluddum*, Medicum, fratresque Roſaecrucios dicta ſunt, quorum philoſophia tum temporis multorum ſermonibus ferebatur, nec paucis, tamquam unice divina, ut hodie, placebat. Qui vel *Petri Gaſſendi Examen philoſophiae Fluddanae* legerit *T.* III. *Opp.* is ſentiet facile, quanta hujus generis inſcitia ſit in explicandis naturae rerum rationibus, nec ignorare poterit, quam recte *Cudworthus* materiam ab illis ſomniari ratione ſenſuque praeditam ſcribat. Rectiusne de homine ſentiri poteſt, quem docuiſſe notum eſt, *lucem & tenebras* duo eſſe rerum omnium principia, illam rerum animatarum, has inanimatarum, diſertisque verbis praecepiſſe, *animam & vitam ex ſole in haec inferiora quotidie impluere?* Nomen hominis & ſociorum cur reticeret *Cudworthus*, hanc ſine dubio cauſſam habuit, quod in ipſa Cantabrigienſi academia tum viverent, qui bene erga *Fluddum* affecti erant, nec ipſe *Henr. Morus*, quo familiari & neceſſario utebatur, prorſus eum ſpernendum exiſtimaret. Addendum tamen mihi eſt: (I.) quaedam ab eo aſſignari huic generi, quae lege tantum conſequutionis ex ejus ſcitis eliciuntur: (II.) nullo veriſimile modo id videri, quod hic praetereundo innuit vir doctus, *Fluddum* cum ſociis Dei contemtoribus auxilium praeceptis ſuis ferre voluiſſe. Quamquam non *Cudworthus* modo, ſed alii quoque maximi nominis philoſophi, *Gaſſendus*, *Marinus Merſennus*, *Franc. Lanovius*, recta via opiniones *Fluddi* ad ſummam erga Deum impietatem ſtabiliendam du-

Digitized by Google

tione prorſus liberum. Id autem idem eſt, ac ſi dicat aliquis, mentes omnes ab omni aeternitate exſtitiſſe, & aeternum permanſuras eſſe: quam tamen ſententiam omnes, qui contra Deum ſtant, eumque rebus humanis exemtum volunt, aeque deteſtantur & fugiunt, atque ipſum Deum. Deinde, quidnam habent, qui ſic ſentiunt, quo doceant, fieri non potuiſſe, ut, perinde ac ſentiens & rationis compos materia, divina quaedam etiam, ſapientiſſima, & per ſe conſtans materia ab omni aevo exſiſteret? Quare nihil omnino firmamenti in ejusmodi opinione ad roborandam impietatis cauſſam poſitum eſt. Quotquot vero tamen nefariae illius diſciplinae, quae Deo inſidiatur, rationem perſpectam habent, cunctisque ejus tenebricoſis & retruſis initiati ſunt myſteriis, illi omnes, id quod jam monitum eſt, uno profitentur ore, omnem vitam animalem, & cum ſenſu ratioque conjunctam, omnes animos, omne denique, quod ab animantibus reliquis ſejungit hominem, gigni ex materia, & in eam diſſolvi viciſſim, aut potius ex nihilo creari, & in nihilum quoque reverti.

(*x*) Accepimus etiam, eſſe genus quoddam Atheorum, quod ab aſtris petit auxilium, incredibilique armatum audacia, rerum omnium initia a retrulis & occultis ſiderum qualitatibus & virtutibus derivat, ſicque cuncta infra lunam cadere & evenire affirmat, ut vel conjunctiones vel oppoſitiones ſiderum coelique affectiones flagitant, modus licet obſcurus plane ſit, nec ulli hominum cognitus. 139
Verum hanc familiam omnis plane fugit ratio. Nec enim ſiderum illorum rationem & naturam declarat nobis, aut, ſintne animalia, nec ne, expiicat, neque, unde nata ſint & genita, indicat. Quod quidem poſterius ſi ita tentarent explanare, ut Dei ſolent & debent adverſarii, certe ad extremum uni ſeſe ex diſciplinis, quas antea propoſuimus, adjungere deberent. Quapropter ne dignos quidem hos eſſe homines arbitror, quorum aliqua ducatur ratio. Hoc unum tantum animadverti velim, eos, qui coeleſtia corpora praeter modum reverentur, ſic ut ſtellas minores eſſe Deos credant, ſolem autem ſupremum omnium totiusque mundi regem & moderatorem, eumdemque ſumma ſapientia & intelligentia praeditum, quam ſententiam *Cleanthes* quodammodo fovit, non tam in contemtoribus & hoſtibus eſſe Dei numerandos, quam in ſtolidis verae de Deo doctrinae corruptoribus, qui ad idolorum cultum gentiumque deliriationes turpiter defecerint. Quae omnia qui ſecum diligenter ponderat, is ei facile aſſentietur, quod diximus: ſi a qua-

cere, publice ſcriptum reliquerunt.

(*x*) *Accepimus etiam*] Fuiſſe jam inter antiquiores philoſophos ejusmodi homines, qui, tametſi Deum eſſe negarent, mirabilem tamen ſideribus efficacitatem in homines & totam univerſitatem tribuerent, ſingulare illud exemplum oſtendit ſenis illius, quod vetuſtus ſcriptor *Recognitionum Clementis Lib.* VIII. *Cap.* 2. *p.* 566. *T. I. Patr. Apoſtol.* producit. Is enim ita *Petrum* alloquitur: *Neque Deus eſt, neque cultus hic aliquis eſt, neque providentia in mundo; ſed fortuitus caſus &* GENESIS *agunt omnia: ſicut ego ex me ipſo manifeſtiſſime comperi, in diſciplina Matheſeos prae ceteris eruditus.* Minus igitur incredibile videri debet exemplum *Coſmi Ruggerii*, ſceleratiſſimi hominis, qui praedictionibus & vaticinationibus ex aſtris in primis operam dedit, Deumque tamen & daemones eſſe, ſine circuitu negavit. Vid. *Baylii Dictionaire Tom.* III. *p.* 2499. *Not. D.* Non multum ab hac diſtare videntur ſententia, qui religionum ortum & interitum aſtris unice adſcribunt. Fuit Saeculo XV. *Didacus* quidam *Gomes* in Hiſpania, qui *Jeſum Chriſtum habuiſſe ſpiritum Mercurii*, *Mahometem ſpiritum Martis*, *Abrahamum Saturni*, rejecta omni vera religione, non impie minus, quam ſtulte, decerneret. Vid. *Alph. de Spina Fortalitium fidei Lib.* II. *Conſiderat.* 6. *fol.* 30. De *Cardano*, *Vanino*, & aliis, qui recentiori aetate ineptiis & flagitiis ejusmodi ſeſe contaminarunt, ſileo. Recte vero *Cudworthus* indignum eſſe hoc genus, quocum ſerio certet vir ſapiens, quam ipſum, quid ſibi velit, neſciat, concludit.

Digitized by Google

quatuor illis Deum oppugnandi formis abeas, *Anaximandri*, *Democriti*, *Stratonis*, & *Stoïcorum*, quas ſaepenumero commemoravimus, vix ullam aliam, quae divinae officiat naturae, rationem ab homine quoquam inveniri & aperiri poſſe.

§. XXXIII. Pergo ad aliud quoddam, quo nefariae hae ſectae, quas diximus, disjunguntur, diſcrimen, quod, ut alia quoque ratione totam cohortem diſtribuere liceat, efficit. Principio conſtat jam, omnes hos impiorum ordines, niſi ſuis ipſimet ſcitis adverſari, & res jungere velint univerſo genere ſejunctas, non poſſe non fateri, fato fieri omnia, quamvis de natura & rationibus fati hujus inter ſe diſſentiant. *Epicurus* quidem libertatis humanae cauſſam ſuſcepit tuendam; ſed nihil evidentius eſt, quam invitis id hominem feciſſe fundamentis, quae jecerat, diſciplinae ſuae. Et hoc ipſum mihi in toto hoc opere cum primis eſt propoſitum, ut eorum de mundi hujus ortu & conſtitutione ſententiam vanitatis convincam, qui cuncta immutabili neceſſitatis lege ferri, cum aliis rationibus impietate plenis, tum potiſſimum legibus freti machinalibus, perſuadere cupiunt hominibus. Licet vero nullus Deum poſſit inficiari, niſi idem neceſſitatem & fatum introducere velit in orbem; non unum tamen idemque omnes hujus generis fatum ſibi fingunt, ſed in duas diſcedunt vias. Quidam omnem neceſſitatem a ſola materia inerti & vita vacua repetunt: quae quidem illa eſt neceſſitas, quam vulgo *neceſſitatem materiae*, ὑλικὴν ἀνάγκην, appellant, *Ariſtoteles* vero *abſolutam rerum omnium neceſſitatem* vocat. Verum alii vitam aliquam genitricem fingunt, quam fato aſſignant: quam idem (y) *Ariſtoteles hypotheticam neceſſitatem* nominat. Ordinis Democritici & Anaximandrini Athei neceſſitati materiae ſive abſolutae favent univerſi, quamquam diſpari ratione, quum illi qualitatibus, hi legibus mechanicis ad rem ſuam abutantur. Stoicae vero & Stratonicae familiae ſodales alterum neceſſitatis genus, quod *hypotheticum* dicunt, amplectuntur.

Eſt & alia inter utrumque hoc genus neceſſitatemque, quam probant, eaque non levis, differentia. Superiores nimirum, etſi res omnes neceſſitati parere dicant, ſimul tamen caſu & fortuito cuncta fieri praecipiunt: quae quidem duo quo minus conjungantur, nulla plane impedit ratio. (z) *Plato*, quidnam vere ſentiant, apte his verbis expreſſiſſe videtur: Πάντα τὰ τύχῃ ἐξ ἀνάγκης συντετάχθη. *Res omnes, neceſſitate jubente, fortuna & temeritate duce, inter ſe miſcentur & confunduntur.* Iſta enim, quam rerum omnium cauſſam faciunt illi philoſophi, natura & neceſſaria ſimul eſt & fortuita. Diſſimilis poſteriorum eſt ſententia: qui, tametſi primum univerſitatis hujus principium neceſſitati cuidam alligant, caſu tamen illud & temere moveri negant, ſed ratione, via, & ordine procedere diſputant. Stoici nihil plane loci fortunae & caſui reliquum faciunt, verum omnia uni genitrici naturae, quae toti praeſideat orbi, regenda & temperanda committunt. Quibus *Stratonici* ex parte aſſentiuntur, quos conſtat tantum in producendis univerſis rebus fortunae, quantum

(y) *Ariſtoteles*] Parum abeſt, quin ita eſſe negem, *Ariſtotelem* unquam diſtinctioni neceſſitatis in *abſolutam* & *hypotheticam* hanc vim ſubiecciſſe, ut illa voce *neceſſitatem materiae*, hac *neceſſitatem naturae cujusdam genitricis* deſignaret. Illis certe in locis, ubi ex inſtituto de neceſſitate diſputat, nullum hujus rei veſtigium occurrit. Vid. *Analytic. poſterior. Lib.* II. *Cap.* 11. *p.* 243. *T.* I. *Opp.* & *Metaphyſ. Lib.* V. *Cap.* 5. *p.* 324. *T.* IV.

(z) *Plato*] Lege *Librum* X. *de legibus p.* 666. ubi inter alia Atheorum aetatis ſuae hanc eſſe perhibet ſententiam: Πάντα ἐκόντα τῇ τοῦ ἑκόντος χρείᾳ καὶ τύχῃ ἐξ ἀνάγκης συνηρμόσθη. *Contraria contrariis, duce fortuna, conveniſſe, & neceſſario con-*

tem-

Digitized by Google

tum virtuti generanti, adſcribere, & ex utriusque permiſtione rerum univerſitatem ortam eſſe, defendere.

Atque hinc tam eos, qui Deum eſſe negant, quam qui profitentur, voci *naturae* non unam, ſed duplicem ſubjicere poteſtatem, intelligitur. Quam ego rem vix aptius, quam *Balbi*, Stoici, quem (*a*) *Cicero* loquentem inducit, verbis exponere potero: *Alii naturam cenſent eſſe vim quamdam ſine ratione, cientem motus in corpore neceſſarios; alii autem vim participem ordinis, tamquam via progredientem, cujus ſolertiam nulla ars, nulla manus, nemo opifex conſequi poteſt imitando. Seminis enim vim eſſe tantam, ut id, quamquam perexiguum nactumque ſit materiam, qua ali augerique poſſit, ita fingat & efficiat in ſuo quidque genere, partim ut per ſtirpes alantur ſuas, partim ut movere etiam poſſint, & ex ſe ſimilia ſui generare.* Addam, quae paullo poſt idem differit: *Sunt, qui omnia naturae nomine appellent, ut Epicurus: ſed quum dicimus, natura conſtare adminiſtrarique mundum, non ita dicimus, ut glebam, aut fragmentum lapidis, aut aliquid ejusmodi, nulla cohaerendi natura; ſed ut arborem, ut animalia, in quibus nulla temeritas, ſed ordo apparet & artis quaedam ſimilitudo.* Duplex haec diverſaque vocabuli naturae notio aliam nobis viam ſuppeditat quatuor, quas antea deſcripſimus, diſciplinas, ad Deum tollendum comparatas, diſtribuendi. Aliae nimirum earum primordia rerum omnium naturae cuidam fortuitae ac temeritatis plenae accepta referunt, quae nec artis aliquid, nec ordinis & rationis habeat. Aliae vero vim quamdam in materia ordinis compotem certa via & ratione res omnes perficere arbitrantur, quae tamen ipſa ſenſus & conſilii indigeat. Illae Stoicam & Stratonicam, illae Democriticam & Anaximandrinam diſciplinam ſequuntur.

Qui caſum & fortunam in hac rerum natura procreanda cuncta ſibi perſuadent effeciſſe, resque omnes, ſi unam demas materiae ſubſtantiam ſive corpus ſolidum, (ὕλη ἄπιον) & gigni poſſe & corrumpi judicant, hi, quod jam ante animadvertimus, licet ipſam aeternam velint eſſe materiam, mundi tamen aeternitatem perpetuamque ſtabilitatem, niſi a ſemet ipſis deſciſcere velint, tueri nequeunt. Quapropter & (*b*) *Democriti & Anaximandri* familia mundum profitetur factum eſſe, & certo tempore interiturum, (γενόμενον καὶ φθαρτόν.) Idque ipſum commovit *Lucretium*, ut tantum diligentiae poneret in mundi hujus tam novitate, quam futura diſſipatione & diſſolutione demonſtranda.

(*c*) *Totum* (inquit) *nativum mortali corpore conſtat.*

Sed quem perennitati mundi in placitis ſuis denegant locum hae binae impiorum familiae, illum alii ſententiae aeque portentoſae & ſtolidae viciſſim aperiunt, dogmati nimirum de infinitate mundorum: ἀπειρίαν vocant κόσμων. Nec enim tantum infinitos mundos in illo ſpatio, quod hunc noſtrum orbem jam occupare

temperata fuiſſe. Ita & *Laërtius Democriti* exponit ſententiam *Lib.* IX. *Segm.* 44. 45. *p.* 573. Ceterum confer, quae ſupra *ad* §. 13. monuimus, quo negare videtur id, quod hic concedit, vir doctiſſimus.

(*a*) *Cicero*] *De natura Deorum Lib.* II. *Cap.* 32. *p.* 3001. *T.* IX. *Opp.* Non integra hic exhibentur *Ciceronis* verba, ſed brevitatis cauſſa omittuntur hinc & inde quaedam.

(*b*) *Democriti & Anaximandri*] De illo vid. *Laërtius Lib.* IX. *Segm.* 44. *p.* 573. de hoc *Lib.* II. *Segm.* 1. 2. *p.* 78. 79.

(*c*) *Totum*] *Lucretius Lib.* V. *vſ.* 322. *p.* 268.

141 pare videmus, certis intervallis & olim exſtitiſſe, & futuro aevo exſtituros eſſe, praecipiunt, verum etiam una innumerabiles omni aetate mundos per totum immenſum & infinitum, quod animo concipimus, exſiſtere docent.

(*d*) Scio, non deeſſe, qui, quoniam ad Deum tollendum proclives ſunt, aliam elabendi viam quaerant, praeſentemque mundi formam & conſtitutionem & ab omni aeternitate fuiſſe, & ad infinitum tempus, natura ordinis & artis compote, licet a ſenſu & ratione relicta, eam adminiſtrante, permanſuram eſſe, contendant. Nec id mirum. (*e*) Sacrae dudum litterae praeſignificarunt, fore, ut ejusmodi hominibus ultima in primis, quae vivimus, orbis noſtri tempora abundarent. *Venient extremis temporibus irriſores, in ſuis ipſorum cupiditatibus incedentes, & dicentes: Ubi eſt pollicitatio adventus ejus? Nam ex quo patres obdormierunt, omnia ita permanent ab initio creationis.* Quae hoc dictum claudunt, verba ad Judaeorum accommodata ſunt vulgarem opinionem. Ceteroquin enim hi impietatis conſulti coepiſſe & creatum eſſe mundum negant, resque omnes, ut nunc ſeſe habent, ita ſeſe ex omni habuiſſe aeternitate, cenſent, Nihil a nobis fingi hic, ex illis, quae divinus vir ad refutandos hos cavillatores addit, intelligi, neceſſe eſt. *Illud enim volentes ipſos fugit, coelos jam olim exſtitiſſe per Dei ſermonem, & terram ex aqua & in aqua conſiſtentem. Quamobrem is, qui tum erat, mundus aquis inundatus periit. Qui vero nunc ſunt, coeli & terra eodem ſermone reconditi aſſervantur igni in diem damnationis & exitii impiorum hominum.* (*f*) Certe evidens eſt, inter illos, qui noſtra aetate divinam tolluut naturam, quosdam Fanaticorum integumentis impietatem ſuam occultare, tametſi nullum extra ſemet ipſos vel Deum vel Chriſtum eſſe putent. Hinc, quae de extremo judicio mundique conflagratione memoriae prodita ſunt a ſacris ſcriptoribus, myſticis contaminant interpretationibus, aut rectius ita pervertunt, ut nihil ſignificent, neque profanis impiae cohortis conſiliis obſtare queant. Sed hoc genus, ſi ratione velit contendere, cum altera earum, quas diximus, familiarum ſocietatem poſtremo inire debebit. Nam aut unam quamdam vim & naturam, via in formandis rebus omnibus & conſilio progredientem, totam hanc rerum naturam adminiſtrare, fatebitur: aut vero vitam natura ineſſe in materia, praedicabit. Igitur ſupremi Numinis loco altera illis erit naturarum, de quibus antea diximus. Nihil enim eſt in utraque, quam memoravimus, diſciplina, quod impediat, ne

(*d*) *Scio, non deeſſe*] Et qui, quaeſo, id ignorare poterat vir doctiſſimus? *Ariſtotelem* enim & plerosque Peripateticorum, in vulgus notum eſt, in hac fuiſſe ſententia, nec natum eſſe, nec interiturum unquam hunc mundum. Vid. *Petrus Gaſſendus Phyſic. Sect.* I. *Lib.* I. *Cap.* 6. *p.* 162. *Jac. Thomaſius de Stoica mundi exuſtione Diſſ.* IV. *p.* 58. & alii. Plures ita haud dubie ſenſerunt philoſophorum veterum. Hinc video, *Manilium* in *Aſtronomico Lib.* I. *vſ.* 56. *p. m.* 5. inter philoſophorum de mundo ſententias hanc, ac ſi praecipua eſſet, primo commemorare loco:

Quem ſive ex nullis repetentem ſemina rebus,
NATALI QUOQUE EGERE *placet, ſemperque fuiſſe,*
ET FORE, PRINCIPIO *pariter* FATOque *carentem.*

(*e*) *Sacrae Litterae*] 2. *Petr.* III. 4. *ſ.*

(*f*) *Certe evidens eſt*] Quosnam propric hic increpet vir doctus, me quidem praeterit. At inter Fanaticos, quibus tum temporis adhuc abundabat Anglia, fuiſſe certum eſt, qui ſacras Litteras ἀλληγορίαις penitus obſcurarent, & a recto ſenſu abducerent. Nec omni aetate exſtitiſſe philoſophos ignotum eſt, qui, ne ſacer Codex nimis alienus a commentis ſuis videretur, corticem ſeu litteram ejus eſſe deſerendam, & medullam eruendam, contenderunt. Ipſe *Bened. de Spinoſa* hoc nomine *Maimonidem* caſtigavit, quod non dubitaverit ſacras Litteras violenter torquere, ut idem, quod ipſe, docere viderentur. Vid. *Tractat. theol. politicus Cap.* 7. *p.* 99. 100. Quamquam in id vitium ipſe poſtea homo impius incidit, quum ea, quae de Servatoris noſtri reſurrectione & aliis rebus ſacri tradunt ſcriptores, *ad litteram eſſe capienda*, ineptiſſime negaret. Vid. *Opera ejus poſthuma Ep.* XXIV. *p.* 456.

Digitized by Google

ne mundus ab ejus defenſoribus & fuiſſe ab aeterno & perpetuo futurus credatur. At poſterior tamen, quam *Hylozoitarum* vocamus, quoniam vitalem materiae vim cum caſu & fortuna ſociat, numquam fieri poſſe credit, ut magnum hoc totius orbis aedificium ex omni parte unam eamdemque formam perpetuo ab omni aeternitate ad infinitum tempus ſine ulla viciſſitudine conſervet & retineat; tametſi concedere queat, nervos, quibus res univerſae continentur, praecipuos mutari numquam poſſe, certumque ordinem atque rerum diſtributionem in hac univerſitate conſtanter manſuram eſſe. (*g*) *Strabo Stratonem* narrat *Phyſicum* perhibuiſſe: 142
Pontum Euxinum initio ad Byzantium os nequaquam habuiſſe, flumina vero in ipſum irrumpentia violenter aperuiſſe, deinde aquas in Propontidem & Helleſpontum excidiſſe: idem in noſtro eveniſſe mari. Ibi enim ad columnas (Herculis,) *quum mare amnibus impleretur, effractum eſſe tranſitum. Magnam idcirco continentis partem quibusdam temporibus inundatam, & rurſus detectam exſtitiſſe.* Quod ſi ita eſt, dubitare nemini licebit, eumdem *Stratonem* docuiſſe, in majoribus hujus orbis partibus pares ſemper converſiones & viciſſitudines contigiſſe.

Secus ſeſe res habet, ſi de iis quaeſtio ſit, qui, Stoicis ſuffulti decretis, ſupremum Numen adoriuntur, totamque rerum univerſitatem ab una gubernari natura, quae fingendi valeat potentia, exiſtimant. His quod obſtet, nihil eſt, quo minus & aeternum eſſe mundum putent, & ſimul certo omnia & conſtanti curſu ferri, ſemperque latum iri, praecipiant. Sic *Plinius Secundus* ſenſit, qui, ſi modo ullam in philoſophando rationem ſequutus eſt, huic aggregari debet familiae. (*) *Mundum*, inquit, *& hoc, quod nomine alio coelum appellare libuit, (cujus circumflexu teguntur cuncta) Numen eſſe, credi par eſt, aeternum, immenſum, neque genitum, neque interiturum.* —— *Idem rerum naturae opus & rerum ipſa natura.* Ad quae verba, non poſſum, quin praeteriens obſervem, eos etiam, qui talem eſſe Deum negant, qualem credere par eſt, naturam nempe ſapientiſſimam & ſumma ratione praeditam, quae totum adminiſtret orbem, Dei tamen ſimulacrum quoddam ſibi effingere animo, quod nec gigni queat, nec interire. Scilicet vel ipſum mundum, vel vim ordinis participem, quae cuncta procreet, licet ipſa, quid agat, neſciat, in veri Dei locum ſufficiunt. Ceterum hic ipſe *Plinius*, uti, Stoicorum fretus praeceptis, contra *Democriti* & *Anaximandri* familiam pro aeternitate & ſtabilitate mundi pug-

(*) Hiſtoriae natural. Lib. II. C. 1.

p. 456. Hoc ipſum *Spinoſae* exemplum propterea placuit afferre, ut nil temere a *Cudworthio* dictum eſſe appareret, quum homines a Deo & religione omni averſos integumentis Fanaticorum flagitia ſua occultare ſcriberet.

(*g*) *Strabo*] *Geographiae Lib.* I. *p. m.* 46. 47. Rectiſſime hic obſervatum eſt, eos, qui aeternum eſſe mundum cenſent, haud tamen ideo converſiones & viciſſitudines omnes naturae rerum tollere, aut formam mundi nullo umquam tempore mutatam eſſe, decernere. Potuiſſet id exemplo ipſius firmare *Ariſtotelis Cudworthus*; qui quum mundum generatim neutiquam diſſolutum & deſtructum iri contenderet, haud tamen his vel illis mundi partibus exitium & cladem imminere negavit. Inſpici velim in primis *Libri* I. *Meteorologicorum Cap.* 14. *pag.* 770. *T.* I. *Opp.* quo non eadem telluris loca aut aquis ſemper oppleta aut arida eſſe, ſed ubi mare nunc eſt, illic terram naſci poſſe, & ubi terra, ibi mare exiſtere poſſe; amnes etiam alio commigrare, & alia ejusmodi bene multa diſputat. At haec tamen omnia negat ſententiae ſuae de mundo non perituro repugnare: partibus enim mutatis, totum tamen integrum & immutabile permanere. Ἔστι γ' ἀνάγκη τὸν ὅλον γίγνεσθαί μου τινα μεταβολήν, μὴ μέντοι γένεσιν ἢ φθοράν, οὔτε μόνα τὰ πάντα· *Neceſſe quidem eſt, mundi quandam mutationem fieri, non vero ortum aut interitum, quoniam totum manet integrum, l. c. p.* 773. Omnes certe ſic ſentire oportet, qui vel pertinaciſſime pro mundi pugnant aeternitate, niſi mente capti aut ſenſibus videri velint.

Digitized by Google

pugnat, ita, ut eorumdem ἀνεσίαν κόσμων seu *infinitatem mundorum* interimat, unum esse tantummodo mundum, eumque finitum, ponit. Similiter nobilem Stoicum, (*h*) *Boëthum*, quem *Laertius* perhibet negasse, mundum esse animal, aut omnino Deum esse, (haec enim duo idem tum temporis significabant) simul contendisse accepimus, mundum ab aeterno exstitisse, nec umquam esse periturum, secus atque disciplina vulgaris & usitata Stoicorum ferebat. Idque *Philo* etiam in *Libro* περὶ ἀφθαρσίας κόσμου, *de mundo incorruptibili*, memoriae prodidit.

143 Nihilo tamen minus aliquos hujus generis idem, quod ceteros putasse Stoicos, qui Deum profitebantur, non dubitem, infinitam mundorum multitudinem certis intervallis & olim ortam esse, & jam occidisse, nec fieri secus posse, quin terrae exustiones certo tempore contingerent. Has tamen omnes conflagrationes & conversiones stupidae ejusmodi & nil sentientis naturae, qualis in satis est & stirpibus, administrationi unice tribuebant. In hanc nos adducit *Seneca* sententiam eo loco, (*i*) quem supra attulimus, quo hujus contra Deum disputandi rationis meminit. *Nam si vel certum sit*, inquit, *plantae similem esse hunc mundum, sive a natura quadam consilii experte, at augendi & procreandi potentia instructa, regi atque gubernari; id tamen non impedit, ne ortu quodam generatus & exitio obnoxius habeatur* (ab initio ejus usque ad exitum:) *nec idem obstat, quo minus certa quadam & constanti lege ab ortu ejus ad interitum administrari omnia putentur, ipsaeque illae eluviones & exustiones terrarum, quae nonnumquam evenerint, vel eventurae sint in posterum, a naturae ejus moderatione & gubernatione proficisci judicentur.* Sed haec ita tamen volebant accipi, ut in illis mundorum conversionibus & circuitionibus, quas certis non posse non temporibus evenire statuebant, cuncta essent ἀπογεγραμμένα, seu prorsus illis, quae ab infinito tempore fuissent, futuraque essent in omnem aeternitatem, aequalia. Qua quidem de re copiosius alias exponemus.

§. XXXIV. Ceterum quatuor istae, quas adhuc descripsimus, adversus Deum disputantes familiae tot intestinis litibus agitantur, ut in mutuas singulae caedes & vulnera ruant, neque male regnum tenebrarum in semet ipsum saeviens appellari queant. Quanta Deum omnes contentione oppugnant, tanta in semet ipsas invicem indignatione ardent. Quamobrem, si placeret, uberiori impietatem adversus Deum reprimendi labori supersedere, atque quatuor illas sectas inter se committere tantum, ut mutuis caderent telis & ictibus, possemus. Principio, quae *Democriti* & *Anaximandri* deditae sunt scitis, sectae Stoicae & Stratonicae scho-

(*h*) *Boëthum*] Vide, quae de hujus sententia supra diximus ad §. 29. Ex quibus patebit, nullo jure deteriorem ceteris existimari Stoicis *Boëthum*, aut inter Dei contemtores referri. At pro mundi Stoicum hunc aeternitate stetisse, relictis exustionibus, *Philo* auctor est *Libro* hic *indicato p.* 947. Βοηθὸς γὰρ καὶ Ποσειδώνιος καὶ Παναίτιος, ἄνδρες ἐν τοῖς Στωϊκοῖς δόγμασιν ἰσχυρότατοι, ἄτε διαλεκτικοὶ, τὰς ἐκπυρώσεις καὶ παλιγγενεσίας καθελόντες, πρὸς θειότερον δόγμα τὸ τῆς ἀϊδιότητος ὑπὸ κόσμων πάντων μετεφέροντο. *Boëthus, Posidonius, Panaetius, viri Stoica doctrina valentissimi, tanquam correpti Numine, omissis exustionibus & instaurationibus, transfugerunt ad divinius de mundi incorruptibilitate placitum.* Interjectis normullis, *Philo* quoque *p.* 952. *Boëthi* affert argumentationem, qua persuaderi sibi passus est, mundum aeternum esse. In ea hoc primum locum, quod omittere nequeo, occupat: *Si mundus esset genitus, aut interiturus est, de nihilo fiet aliquid; quod nemo Stoicorum probat.* Εἰ γενητὸς καὶ φθαρτὸς ὁ κόσμος, ἐκ τοῦ μὴ ὄντος τι γένοιτο· ἄτοπον καὶ τοῖς Στωϊκοῖς ἀποτέλεσον εἶναι δοκεῖ. Ceterum, hanc ipsam si legisset *Boëthi* demonstrationem *Cudworthus*, multo de homine sensisset benignius, nec a se impetrasset, ut crederet, Dei hostem fuisse *Boëthum*. Dei enim magnifice collaudat providentiam, & vel ideo pugnat pro mundi aeternitate, quod Deus, si mundus interiret, a procuratione rerum omnium ces-

Digitized by Google

ſcholae ſectatores omnino interimunt & conficiunt. At hi viciſſim ſummam illis cladem & interitum comminantur. Illi quidem, quos primo nominavimus, iners pondus brutamque & rudem materiam, in qua nihil vitae ſenſusque ſit, rerum omnium initium & parentem eſſe, pugnant: vitam vero omnem, ſimiliter ac qualitates ceteras, & naſci, & obire rurſus, ſeu inter ipſius materiae affectiones referri debere, putant: vim denique efficientem omnium, quam naturae reliqui ineſſe dicunt, rem eſſe jocularem & commentitiam arbitrantur, quae non multo minus terroris, ac ipſe Deus, hominum objiciat mentibus, & tantumdem tamen, quantum ipſum Numen ſupremum, controverſiae habeat. E contrario poſteriores totam diſciplinam ſuam huic uni committunt fundamento: Eſt in materia vita quaedam aut percipiendi facultas natura inſita. Quare fieri ulla poſſe ratione negant, niſi quis vim ejusmodi vitalem materiae attribuat, ut rerum, quae in hoc mundo eveniunt, rationem reddat, motus principium & originem demonſtret, conſentientis illius, quam in rerum natura conſpicimus, coagmentationis cauſſas oſtendat, animalium denique & hominum naturam & indolem explicet.

Singulas ſi deinde accedamus ſectas, quae ſub binas hasce claſſes ſubjectae ſunt, nihil minus controverſiarum & rixarum deprehendemus. Rident *Democriti* ſectatores formas & qualitates *Anaximandri*, longeque ſapientius facere dictitant eos, qui divinam mentem res omnes ex nihilo produxiſſe, & in nihilum olim converſuram eſſe, cenſeant, quam hos, qui formas iſtas ex nihilo ſine ulla cauſſa fieri, & in nihilum abire ſomnient. Contra, qui *Anaximandri* ſequuntur diſciplinam, in *Democriti* diſcipulos & atomorum curatores graviter invehuntur: quos quidem, 144
poſtquam bilem omnem in qualitates & formas effuderunt, nihilque intentatum omiſerunt, ut ſine ope & auxilio illarum eventorum naturalium origines & cauſſas explicent, poſtremo perſpicue docent, etriorum inſtar, praecipites ad easdem formas ferri, ipſa eos ad extremum neceſſitate cogente, ut ad formas & qualitates, tamquam ad ſacram anchoram, confugiant.

Non minora inter Stoicos & Stratonicos vigent certamina. Illi Stratonicis hoc primum vitio vertunt, quod ſingulas rudis materiae particulas & atomos ſapientiſſimas faciant, falli neſcias, nulliusque rei ignaras, & ratione tamen eas privent: quo nihil delirum magis aut dementius fieri & cogitari poſſe, clamant. Deinde numquam fore contendunt, ut *Hylozoitae* expediant, quid ſit, cur totius univerſitatis materia non aeque poſſit una cognatione quadam continuari & conſpirare, atque ſingulae, quibus hominis aut animantis corpus conſtat, particulae, ceſſaturus foret. Digna ſunt, de quibus nonnulla adjiciam, philoſophi verba, ne diutius in eo tanti criminis macula haereat. Ἔτι, inquit, πρὸς τούτοις εἰ ἀπαντῶσι τὰ πάθη, τί ποτ' ἀπόνοιαν ὁ Θεὸς πρᾶξει τὸν χρόνον; ἢ τὸ ὅλον ἀφήσει κενόν; ἢ μήποτ' εἰκότως· τινὶ μὲν γὰρ ἔκπυρα ἐφορᾷ, καὶ πάντων, ὅσα γενητὰ πάντως, ἐκπυρωτέα, καὶ εἰ δεῖ τ' ἀληθὲς εἰπεῖν, ἀνίσχυε καὶ νωθρότατα πρότερα ψυχεῖ καὶ παλαιύχῃ τὰ κόσμικα, & quae ſequuntur. *Praeterea, ſi exurentur omnia, quid interim Deus faciet? nihilne omnino? quod merito miretur aliquis. Nunc enim inſpicit ſingula, paternam curam gerens rerum omnium, &, ut verum fateamur, aurigae more gubernatoriſque regit & gubernat univerſa.* Plura ejus generis ibi diſputat. Ex eadem ceterum demonſtratione patet, recte ſupra a nobis *Boëthi* hujus decretum, quod *Laërtius* refert, expoſitum eſſe; *Mundus non eſt animal.* Nam non obſcure rejicit Stoicorum ſententiam, Deum animam eſſe mundi, putantium. Ψυχὴ δ', ait, τοῦ κόσμου οὐκ ἂν εἴη τοῖς ἀντιδοξοῦσιν ὁ Θεός· *Ex mente adverſariorum* (non igitur ipſius) *mundi Deus eſt anima.* Quare, nisi multum fallor, hunc *Boëthum* ex eorum oportet eximere numero, qui proprie Athei nominari debent.

(i) *Quem ſupra*] Vid. ſupra §. 26. & quae ibi monuimus.

(i) *Exer-*

Digitized by Google

lae, aut quid obſtet, ne tota moles materiae unam habeat, ut animalium corpora, conſentientem & rationis compotem vitam, per quam totus mundus animal quoddam ſive Deus fiat. Rurſus Stratonici negant Stoicos ullam afferre cauſſam poſſe, quare mundus hic, cui vim genitricem attribuant, non etiam vitam ſenſus & rationis compotem habere queat, aut, quod idem eſt, cur rerum natura pro planta potius, quam pro animali, habenda ſit. Addunt, quemadmodum animae ſentientes brutorum animantium, & illae rationis compotes, quibus valent homines, ab una gignente & fingente anima, quae totum occupet mundum, manare poſſint, id neminem unum comprehendere poſſe mortalium. Denique nugari Stoicos monent, quum totum quidem mundum vitae participem eſſe dicunt, at ſingulas ejus partes propria gaudere vita negant: aeque enim id ſapienter aſſeverari, ac ſi quis totum quidem mundum nigrum eſſe & candidum contenderet, nullam vero ejus partem nigroris aut alboris aliquid habere, continuo ſubjiceret. Ex quibus poſtremo conficiunt, tam eos inter Stoicos, qui ajunt, eſſe Deum, quam eos, qui negant, verbis tantum mentes corporis expertes tollere, reapſe vero relinquere: unam enim ſimplicemque vitam, quae omnia corporeae hujus univerſitatis, diſperſa licet, membra agitet & animet, non poſſe aliam eſſe, quam naturam ab omni concretione liberam: totam videlicet hanc vitam in toto eſſe, atque quamlibet ejus partem ciere & moderari, nec tamen in ulla parte ſeparatim verſari & exſiſtere: quodſi enim in ulla parte ſeparatim eſſet, non una foret vita, verum varia & multiplex. Haeccine omnia quid, quaeſo, docent nos, quam impietatem erga Deum deforme quoddam ac quadriceps monſtrum eſſe, quod aeternas in ſemet ipſo alat inimicitias, ſingulis capitibus reliqua vulnerantibus, lacerantibus, & conſumentibus?

Quamvis autem, id quod vidimus, inteſtinis litibus & rixis hae quatuor factiones Deo inimicae ſemet ipſas conficiant & enecent, nec ulla tantae virtutis ſepta ſit & munita rationibus, ut cuiquam ſanae mentis formidinem injicere queat; ſi tamen contendantur inter ſe & comparentur, alias fatendum eſt aliis munitiores & validiores videri. Principio, quas *Anaximandri* turba adſciſcit, *formae & qualitates*, ab ipſa materia re vera diſtinctae, praeclarum aliquid nihil ſunt, cujus nemo unus vim & naturam aſſequitur. Neque patet, quanam ſpecie vel colore genus hoc contendere queat, fieri nullo modo poſſe, ut vera ſint, quae de divina mente, ex nihilo creante omnia, & ad nihilum rurſus redigente, traduntur, quum tamen ipſum formas illas natura de nihilo prodire, & in nihilum abire, ſentiat. *Democriti* deinde diſciplina, quae multo ingenioſius *Anaximandri* conſilium exornavit, nec modo majorem ei doctrinae ornatum comparavit, verum etiam tam ſcite ſcenam inſtruxit omnem, ut, quae nulla ſunt in ſe, alicujus tamen viderentur ponderis & momenti, rationem illius univerſam abſorpſit fere, & in longe aliam formam convertit. Quare evenit, ut multis jam abhinc ſeculis omnem *Anaximandri* ſubtilitatibus & diſputationibus dignitatem & famam detraxerit, ſolaque fere imperium obtinuerit. Quod quidem argumento eſt, multo magis habere ſpeciei ac probabilitatis *Democriti* cum Deo conflictum, quam quae *Anaximander* cete-

(k) *Exercitationis epiſtolicae auctor*] Is eſt *Seth. Wardus*, qui, quum Aſtronomiam in Academia Oxonienſi ex inſtituto Saviliano profiteretur, in *Thomam Hobbium* aut *Hobbeſium Librum* edidit, hoc indice inſignitum: *In Thomae Hobbii Philoſophiam Exercitatio Epiſtolica ad ampliſſimum eruditiſſimumque virum D. Johannem Wilkinſum S. T. D. Collegii Wadhamenſis Gardianum. Cui ſubjicitur Appar.*

Digitized by

terique *Hylopathici* in aciem adversus divinam naturam eduxerunt.

Quod ad binas attinet reliquas impietatis formas, si quidem ulla est cum materia vita per se connexa, nulla re alia interveniente, sequitur, hanc vitam non aliter in ea esse, atque reliquae omnes qualitates corporeae sunt in corporibus, sic ut una cum ipsa dividi queat materia, ac in qualibet ejus parte seperatim resideat & inhaereat. Atque sic sentiunt illi, quos *Hylozoitas* appellavimus. Verum his oppositi *Athei Stoici* unam tantum in tota mundi materia suspicantur esse vitam, neque quamlibet materiae hujus partem propria & peculiari vita praeditam esse, sibi persuadent. Ex quo manifestum est, eos, non secus ac reliquos Stoicos, qui 145
Deum putant esse, vitam istam in qualitatibus & formis corporeis numerare non posse, sed ut naturam nihil concreti & corporei habentem spectare debere. Qua quidem ratione sua ipsimet evertunt, quae antea jecere, fundamenta. Igitur Stoicos hos impietatis consultos si Stratonicis virtute & robore inferiores esse statuamus, nil decernemus, praeter id, quod ex his, quae modo monuimus, perspicuum & apertum est.

Sic ergo rationem concludamus, necesse est, ex quatuor illis, quae Deo bellum denuntiant, disciplinis, quarum declaravimus indolem & rationes, *Democriticam*, quae atomis abutitur, & *Stratonicam*, quae vitam assignat materiae, ceteris praestabiliores & validiores videri. Schola *Democritica* in eo principes & antiquissimos atomorum statores imitatur, quod de natura corporum recte sentit, idque *molem* definit esse *resistentem*, nec ullius vitae participem. Sed eadem pro certo sumit, praeter corpora, nullas esse in orbe terrarum naturas. Ex quo fit, ut vitam & intelligentiam, qua vel belluae fruuntur, vel homines gaudent, ex stupida & inani materia nasci, & in eamdem reverti decernat. Negat vero, id ita fieri, ut formae & qualitates, quas *Anaximandri* sectatores amant, generentur; contra ex atomorum contextu quodam aut singulari magnitudinis, figurae, situs, & motus coagmentatione id omne proficisci opinatur, quod vitae & rationis nomine indicamus, sic ut omnis ejus ratio in motu exteriori particularum legibusque machinalibus constitui unice debeat. Atque hanc rem non ita pridem doctissimus (*k*) *Exercitationis epistolicae* auctor, quem nunc reverendissimum veneramur episcopum, pulcre ac ingeniose & animadvertit & profligavit. Contra *Stratonici* aut *Hylozoitae* bene ac praeclare observant, fieri nulla ratione posse, ut ex motu particularum, ad legum mechanicarum normam instituto, vita, sensus, & cogitatio exoriantur, fallique vehementer propterea, qui materiam vitae omnis & motus inanem parentem & auctorem sibi harum rerum esse fingant; quaerendam potius in hac universitate naturam esse aliquam, in qua haec per se inhaereant, & insint naturaliter. Verum quoniam itidem non dubitant affirmare, extra materiam nihil omnino rerum exsistere, ideo materiae depravant notionem, eamque temere cum vita miscent & confundunt. Vitam scilicet & materiam uni attribuendam esse putant naturae, omnemque materiam per se & naturaliter vivere, percipere, ac intelligere, etsi ratio illi desit & consilium, dictitant: quod ad rationem vero attinet, sensum, & intelligentiam, quales sunt in animantibus, eas fortuito dicunt ex-

pendicula ad calumnias, ab eodem Hobbio in sex documentis nuperrime in auctorem congestas, responsoria. 1656. *in* 8. Hujus libri, in quo magna certe vis ingenii, nec minor apparet eloquentia, *Sect.* IV. *Cap.* 3. *p.* 225. *f.* in eo elaborat auctor, ut ex mente *Hobbesii sensum, imaginationem, solertiam, sagacitatem* in hominibus & belluis nil esse, nisi *motum localem cum reactione* ostendat, hancque sententiam refellat.

Digitized by Google

exſiſtere, quando naturalis iſta, qua polleat materia, vita certo modo in corporibus artificioſe diſpoſitis temperetur.

Quae quum ita ſint, ſic nobis perſuaſum eſt: ſi binae hae impietatis erga Deum formae, quas robuſtiores videri ceteris diximus, dignitate ſua exuantur, tum univerſam cohortem eorum, qui religioni ſtruunt tendiculas, debellatam fore. Omnis enim ut omnino reprimatur contra Deum diſputandi ſcabies, haec duo tantum validis communire rationibus oportet: Primum: Vitam & intelligentiam non eſſe naturaliter cum materia connexam. Alterum: Quomodocumque tandem iners & inanis materia temperetur, digeratur, & afficiatur, nullo tamen modo fieri poſſe, ut in ea ſenſus oriatur & ratio. Quotquot nimirum, id quod ante jam obſervatum a nobis eſt, Deo inimici ſunt, illi corporibus rerum univerſitatem concludunt. Atqui haec ſententia duplici rurſus more poteſt defendi. Nam aut vitam licet ſtatuere naturaliter inhaerere in materia, quae vita propterea nec generari queat, nec exſtingui: aut vero vitam non minus, atque reliqua omnia, excepta ipſa materia ſeu extenſo & ſolido corpore, (ὑλῃ ἄτομῳ) fortuito naſci & 146 interire, atque ex certa quadam materiae provenire temperatione. Quocirca, qui duo illa, quae modo nominavimus, omni controverſia liberat, nihil, quod ad impietatis confutationem & debellationem conducit, reliqui facit: quo perfecto, ſequetur, ut hoc etiam certum & dubitatione vacuum videri debeat: Deum naturam eſſe a corporea hac univerſitate prorſus ſecretam & ſemotam.

§. XXXV. Jam ſi *Hylozoitarum* expendamus rationem, qui vitam & intelligentiam naturaliter ineſſe in materia praedicant, aut materiam ſenſu carentem, quamvis nullius rei ſibi conſcia ſit, nihil earum rerum fugere, quibus apta ſit & idonea, praecipiunt, neſcio, an quid fieri poſſit vel excogitari amentius & ineptius. Certe tam monſtroſa haec videtur doctrina, ut pauciſſimos putem tantum habere temeritatis & profanae levitatis, quantum ad eam aequo animo ferendam & recipiendam ſufficit. Quamobrem numquam inde ab ipſis initiis ſuis nobilitatem quamdam adepta eſt, tamque paucos reperit tutores ac vindices, ut pro deſperata paene atque orba fuerit habita. Nullum omnino ſcriptum exſtat aut monumentum, in quo diſciplina haec aperte defenſa, probata, artiſque & ſcientiae donata ſit habitu. Nec ego genus hoc ab inferis revocaſſem, locoque quodam hoc tempore inter diſciplinas Deo adverſas collocaſſem, niſi *Stratonis* comperiſſem ſpiritum non ita pridem graſſari coepiſſe inter nos, atque eſſe inter eos, qui Deum averſantur, quibus commenta illius hominis, quoniam atomis propemodum diffidunt, novum ruentis impietatis fulcrum videantur, *& tamquam ſpes altera Trojae.* Certe non pauca ſibi pollicentur de hac diſciplina, quam deſperatis opibus ſuis auxilio venturam, collapſisque Atheorum rebus medelam eſſe allaturam ſperant.

Quod ad alteram vero attinet, quam *Democriticam* appellavimus, familiam, hoc ea quidem habet laudabile, quod corpus recte definit, idque nihil eſſe dicit, quam pondus reſiſtendi facultate praeditum. Quam quidem ſi premamus deſcriptionem diligentius, non hujus modo controverſiae reperiemus exitum, verum etiam multa extricabimus alia, quae philoſophis moleſtias & difficultates commovere ſolent. Quare etiam viginti jam ſaecula diſciplina iſta in orbe terrarum in primis viguit, multisque voluminibus olim & illuſtrata, & in formam artis redacta eſt. Noſtra vero aetate quum phyſices illud genus, quod ex figuris & corpuſculis rerum natu-

Digitized by

turalium reddit cauſſas, renaſceretur, eadem ſimul in lucem revocata, orbique litterato exquiſitae ſapientiae & reconditae philoſophiae nomine commendata eſt.

Nos quo minus hoc in loco cum utraque iſta ſecta ſimul conſligere queamus, haec in primis impedit ratio, quod verendum ſit, ne formulas & ſermonis, quo uti ſolent, genus miſceamus, taleque certamen inter eas exhibeamus, quale inter filios a Cadmo ſatos exſtitiſſe quondam, poëtae canunt, quos ſemet ipſos ſtatim confeciſſe & trucidaſſe narrant. Quamobrem noſtrum erit, *Democriticam* primum diſciplinam omni ope aggredi. Namque haec una prae ceteris omnibus non modo dignitatis aliquam habet ſpeciem, verum etiam ſola publice litem intentat hominibus reliquis, neque ſecus, ac ſuperba quondam Philiſtaeorum gens, viventis Dei copias ad praelium provocat. Haud tamen prorſus alteram negligere animus eſt. In extremo enim, quod inſtituimus, volumine, ſive ultimo ejus libro, quo & veram hujus univerſitatis rationem explicabimus, & Deum eſſe concretione omni vacuum oſtendemus, in eo diligenter elaborabimus, ut falli eos vehementer appareat, qui vitam, conſilium, & intelligentiam naturaliter in materia vel corpore ineſſe praedicant, recte vero atque ordine ſentire, qui haec naturis corpore vacuis unice propria eſſe ſtatuunt.

§. XXXVI. Quod his autem binis diſciplinis bellum in primis indicere ſtatuimus, idcirco ullam aliam hujus generis a nobis intactam dimiſſum iri, neminem ſibi unum perſuadere velim. Namque univerſis diem dicemus, quando ad ſecundi Atheorum argumenti confutationem perventum erit: quo quidem loco id, quod omnes adſciſcunt, ſcitum convellere decrevimus: Materiam vita ſentiente deſtitutam, vel etiam rudem molem, nullius rationis, conſilii, & intelligentiae compotem, res omnes effeciſſe & produxiſſe. In depulſione quarti, quod in Deum immittunt, teli breviter argumenta ſiſtemus, quibus uti ſolet ratio, ut na- 147
turas exſiſtere doceat ſimplices & apertas. Tum ad quintae rationis ubi progrediemur explorationem, *Anaximandri*, quam ibi explicabimus, diſciplinam, in qua prima veluti videas impietatis lineamenta, rudemque & inchoatam formam, evertemus. Ad ſexti argumenti confutationem delati, quantum aetate ſuperet illorum diſciplina, qui ex atomis contra Deum diſputant, eorum, quos *Hylozoitas* nominavimus, doctrinam, planum faciemus. Poſtremo, ne quid intermittamus, quod ad penitus proſternendam eorum cauſſam, qui vel mundum ſemet ipſum fabricatum eſſe, vel materiae vitam inhaerere naturaliter, opinantur, conducere aut conferre queat aliquid, intexemus hoc loco ſingularem & copioſam *de genitrice naturae vita* diſputationem. In qua quidem primo veram ejus vitae indolem explicare ſtudebimus: deinde vero, quantum utriusque, quam diximus, ſectae patroni a recta ejus notione declinent, quamque ſemet ipſos decipiant, dum ſub ejus latere volunt umbra, explanabimus. (*l*) Hujus autem paullo longioris digreſſionis ſumma capita, quoniam vix commode in ipſo capitis hujus argumento poterant exhiberi, conjunctim oculis lectorum objiciam, ubi finem capiti fecero.

(*l*) *Hujus autem*] Mihi vero multo ſatius & opportunius viſum eſt, hanc *de natura genitrice Diſſertationem* ab hoc capite, cum quo nihil commune habet, ſeparare, argumentumque ejus praemittere.

1748

DISSERTATIO
DE
NATURA GENITRICE.

ARGUMENTUM.

§. I. *Neque illi Athei, qui vitam ineſſe in materia, nec hi, qui vim quamdam gignentem in rerum natura verſari cenſent, ideo condemnantur, quod naturam quamdam ordine & via procedentem, aut vitae quoddam genus, ab animalium vita diſtinctum, propugnant eſſe in hac univerſitate. Verum illi non modo Athei, qui, corpusculis nixi, Deum tollunt, ejusmodi naturam ferre nolunt, ſed etiam eorum nonnulli, qui Deum profitentur; qui fortaſſis plus, quam ratio & pietas permittunt, mechanicorum praeceptis & legibus favent.* §. II. *Qui naturam repudiant fabricem aut genitricem, illi aut hoc tueri debent, omnia fortuito, mechanica lege & neceſſitate, accidere, aut vero Deum ipſum fingere & machinari omnia, atque pulicis, muſcae, & pediculi cujusvis corpus ſuis manibus fabricari. Leges enim & mandata divina ſemet ipſa exſequi, aut cauſſae rerum, quae in hoc orbe contingunt, efficientes nullo eſſe modo poſſunt.* §. III. *Qui res omnes fortuito, ſola materiae commotione, accidere putant, illi & in ſanam rationem, & in ipſum Deum atque religionem peccant. Multa enim fiunt, non modo legibus mechanicis ſuperiora, verum etiam illis contraria. Qui Deum profitentur, & ad leges tamen mechanicas ſemper confugiunt, hi Deum faciunt otioſum fortuitarum materiae commotionum ſpectatorem, ſapientiamque ejus nullius eſſe fructus & utilitatis, cenſent. Ariſtotelis prudens judicium de mechanicis illis, qui caſui & fortunae committunt omnia. Ridiculi ſunt, qui contendunt, philoſophiae nullas alias rationes eſſe proprias, quam mechanicas & ex materia ductas.* §. IV. *Neque divina majeſtate dignum, neque rationi videtur eſſe conſentaneum, Deum ipſum omnia, nulla re alia interveniente, machinari & fabricari, ita ut natura nihil plane faciat, totaque quieſcat. Eadem ſententia ex eo refellitur, quod gradatim, tarde, ac lente cuncta fiunt in rerum natura, & quod varia in ea vitia & errores admittuntur. Materia certe, reſiſtens nonnumquam & a via deflectens, ſatis docet, eum, a quo agitatur & temperatur, non eſſe ſumma poteſtate praeditum.* §. V. *Igitur concludi debet, eſſe in orbe genitricem aliquam naturam, qua, tamquam inſtrumento, divina providentia utatur in diſponenda ordinandaque materia. Eam tamen a ſublimiori quadam providentia regi & gubernari, ſentiendum eſt, quoniam ita conſtituta eſt haec natura, ut cum delectu aut judicio nihil agere queat. Leges motus, quas mechanici impreſſas eſſe materiae contendunt, nihil ſunt, quam ejusmodi natura procreatrix.* §. VI. *Optimi quique omnium aetatum philoſophi, Ariſtoteles, Plato, Empedocles, Heraclitus, Hippocrates, Zeno, & Paracelſi ſectatores, naturam ejusmodi effectricem eſſe, concedunt. Anaxagoras, etiamſi aperte profiteretur, Deum eſſe, tamen ſevere ab Ariſtotele ac Platone objurgatus, & impiis praeſidia ſuppeditare viſus eſt non alia de cauſſa, quam quod cauſſis mechanicis & ex materia ſumtis plus uteretur, quam finalibus. Quare Phyſici & Aſtronomi plerique aetate Pla-*

Digitized by Google

tonis fuerint Atheismi postulati. §. VII. *Natura procreatrix non est occulta qualitas, verum unica, quae intelligi potest, caussa ordinis, constantiae, & pulchritudinis hujus universitatis, qua nihil in hac tota rerum natura admirabilius & majus est. Qui Deum profitentur, & caussis unice mechanicis utuntur, caussam tantae rei nullam reddere valent: contra Deum seu infinitam mentem frustra & omni fine fructu & utilitate in philosophiam suam introducunt.* §. VIII. *Duo nos hic declarare oportet. Primum vera notio naturae genitricis explicanda est: deinde ostendendum, quantopere, qui Deum esse negant, hanc notionem perverterint. Aristoteles primo hanc naturam jubet concipere, tamquam artem quamdam, sua vi materiam, in qua latet, temperantem, aut ut viventem quamdam harmoniam, in instrumentis musicis reconditam, & fides sine ullo impulsu externo incitantem.* §. IX. *Natura genitrix humana omni arte duplici nomine praestantior est. Primum ars humana extrinsecus in materiam laboriose, nec sine multa molestia & strepitu, agit: natura vero interius multo facilius, commodius, & sine turbis opus suum perficit. Ars humana mechanice materiam subigit, at natura creatrix magice ac vitaliter.* §. X. *Secundo, etiam hoc natura omni arte humana praestantior est, quod humani artifices non raro exitum, quem susceperunt, reperire nequeunt, ideoque anxie consultant & deliberant, &, re melius putata, emendant & corrigunt, quae primum fecerant. At natura viribus numquam destituitur, numquam anceps haeret ac dubitat, numquam, quae semel exsequuta est, tollit & emendat, aut cursum mutat. Ipsi humani artifices, dum consultant, non consultant ut artifices, sed ut homines, quos ars deficit. Itaque natura, tametsi non deliberet, via tamen & arte potest operari. Ex quibus efficitur, id, quod alioquin natura dicitur, reapse* divinam artem *esse.*
§. XI. *Nihilo tamen minus natura non est ars divina pura & abstracta, sed concreta &* 149
materia, tamquam corpore, conclusa; ratio mersa & confusa; *non divina ars archetypa, sed ectypa. Differt natura ab arte divina, uti operae distant ab architecto.* §. XII. *At binis tamen rebus rursus natura humana arte inferior est. Primo, tametsi natura certo consilio artificiose agit, tamen ipsa fines suos non intelligit, nec rationem novit eorum, quae facit. Quocirca cum delectu nequit agere. Differentia inter rationes seminantes & scientiam. Natura aemulatur tantum & imitatur divinam artem seu sapientiam, nec magistra est ejus rationis, ex cujus norma operatur, verum ministra tantum & mandatorum ejus fidelis effectrix.* §. XIII. *Docetur, fieri posse, ut natura sit ejusmodi, quae arte quidem agat, at ipsa artem illam, qua motus ejus reguntur, non comprehendat; & primo quidem exemplo habituum musicorum. Saltator refert artificiosam naturae vitam.* §. XIV. *Idem secundo ex brutorum animantium instinctu docetur, a quo illa diriguntur, ut scienter & artificiose, utilitatis & boni tam sui, quam totius orbis, caussa, agant, etiamsi, cur ita agant, nesciant. Instinctus hi in animantibus brutis vestigia sunt divinae sapientiae, impressa illis, aut fati quoddam in illis genus.* §. XV. *Altera res, qua natura fictrix inferior est humana arte, haec est, quod haec animali* συναισθησει *expressaque conscientia, nec ipsa percipit facta sua, aut illis delectatur.* §. XVI. *De vocabulis potius, quam de re ipsa, dimicant, qui scisscitantur, utrum haec efficientia naturae fictricis cogitatio vocari debeat, nec ne. Conceditur facile, illud, quod fataliter movet materiam, necessario hoc propria quadam virtute facere debere, a locali motu distincta. Verum fieri tamen potest, ut simplex quaedam exsistat efficientia vitalis, non vero duplici illa virtute praedita, qualem habet* συναισθησιν *sive clara & distincta conscientia. Nihilo tamen minus hanc naturae vim certum genus quoddam cogitationis stupidae aut somno oppressae nominare nil impedit.*
§. XVII. *Exempla & comparationes, ex quibus intelligitur, fieri posse, ut exsistat efficientia quaedam vitalis sine* συναισθησει *aut clara disertaque conscissione ac conscientia.*
§. XVIII. *Natura genitrix nec scienter & cogitato, nec appetitione quadam, sed fataliter,*

Digitized by Google

magice, & sympathetice agit. Divinae leges fatumque illud, quod ad materiam pertinet, non sunt merae in Dei animo residentes cogitationes, sed principium quoddam efficax: natura vero genitrix verum & proprium est materiae seu mundi corporei fatum. Explicatur, quid sit magicum, docenturque, naturam, quae magice agit, fataliter quoque & sympathetice agere. §. XIX. Genitrix natura, tametsi ars sit divina & fatum divinum, non tamen Deus est, aut Dea, sed res condita ex inferiori genere, nec aliter artificiose & rationaliter agit, quam formae litterarum compositae sententiam fundunt philosophicam, aut quemadmodum bipennis vel ascia in manu periti artificis. Vita genitrix & vegetativa naturae infima est omnium vitarum & vita sentiente inferior, ipsumque mundum corporeum providentia multo sublimior regit, quam natura haec genitrix. §. XX. At nihilo tamen minus, quum vita sit procreatrix natura, corpore vacare debet. Una enim eademque res, quae perfectum continet in se exemplum & operis speciem, atque varias simul distantesque materiae partes uno actu temperat, coërcet, ac disponit, nullo modo corporea esse potest. Aristoteles quidem nusquam explicite tradit, utrum corpoream velit esse naturam, an corpore liberam: quod etiam nusquam de anima rationali prodiit. Sectatores ejus naturam volunt esse corpoream. At si germana hujus philosophiae fundamenta sequamur, concludere oportebit, naturam corpore vacare. §. XXI. Quum corpore vacet natura procreatrix, necesse est, eam aut esse inferiorem quamdam facultatem, in ipsis animis conscientiae, sensus, & rationis compotibus latentem, aut vero vitam quamdam per se subsistentem, animamque ex inferiori quodam ordine. Platonici haec duo componunt: cum quibus Aristoteles consentit, qui naturam aut esse partem animae, aut non sine anima pronuntiat. §. XXII. Quod ad animalia attinet, genitrix Aristotelis natura pars est aut inferior quaedam facultas animae eorum. Esse Archaeum quemdam seu naturam genitricem in animantibus, quae accidunt illis, docent. Hanc vero ab anima eorum sejunctam putare, id vero est praeter necessitatem entia multiplicare. Anima virtute genitrice praedita princeps est caussa effectrix corporis sui: quamquam aliae quoque caussae id faciunt hac in re, quod suum est. §. XXIII. Praeter naturam genitricem, in singulis animalium corporibus inclusam, quae corpora animalium, non secus ac mundos minores, construit & fabricatur, alia est generalis natura formatrix, rerum universitatem animans. Haec natura similiter ex Aristotelis sententia aut pars est & inferior potestas animi mundi, sensu & conscientia praediti, aut vero res quaedam illi animo mundano subjecta. §. XXIV. Aristoteles non secus, ac Socrates & Plato, censuit, nos vitam ex vita hujus universitatis haustam habere, quemadmodum frigus & calorem ex naturae totius frigido & calido ducimus. Ex quo apparet, Aristotelem pariter credidisse, mundum esse animatum. Atque hoc argumentis minime dubiis confirmatur. Ad bina Aristotelis effata respondetur, quae contrarium suadere videntur. Primus motor Aristotelis, quem immobilem dicit, non est anima, sed perfecta intelligentia, a materia omni secreta: sed hunc tamen motorem Aristoteles unice movere, ut caussam finalem, disputat, adjungens ei animam mundi naturamque genitricem, a quibus mundum efficienter moveri vult. Nec Aristotelis igitur natura, nec mundi ejus anima supremus Deus sunt. Etiamsi talis non
150 esset mundi anima, qualem sibi Plato & Aristoteles finxerunt; nil tamen impedit, quo minus natura quaedam sit genitrix, naturae alii multo altiori & excelsiori subdita. §. XXV. Forte, praeter hanc generalem naturam genitricem, aliae quoque sunt particulares. Stultum quidem est existimare, singulas herbas, plantas, & gramina propriam habere naturam formatricem: nec minus absurdum est affirmatu, terram esse animal. At nil tamen obstat, quo minus arbitremur, esse communem quamdam in toto hoc, qui aqua & terra constat, globo naturam genitricem, quae plantas omnes & arbores, in suo quamque genere, formet, & cuncta illa perficiat, quae legum machinalium virtutem excedunt.

§. XXVI.

§. XXVI. Sequitur altera laboris noſtri pars: qua docebimus, quam turpiter ac perverſe Athei illi, qui eſſe concedunt naturam ejusmodi genitricem, notione & ratione ejus abutantur, repudiato vero Deo, naturam illam in ejus locum ſufficientes. Primo enim naturam hanc primum & ſummum orbis hujus principium eſſe volunt, quae infima tamen & poſtrema eſt omnium vitarum, nec ſecus ex majori quodam & excelſiori pendet principio naturaque ratione praedita, quam Echo ex voce pendet. §. XXVII. Secundo ſenſum & rationem in animalibus naſci judicant ex vita naturae ſenſu deſtituta, ſola materiae temperatione & diſpoſitione organica. Fieri nulla ratione poteſt, ut, duplicatis corporum organis, una inde vita ſimplex & conſcientia vacans duplex fiat, & conſcientiam ſenſumque interiorem accipiat. §. XXVIII. Tertio perfectam cognitionem & intelligentiam vitae naturae tribuunt; quam tamen ipſi non negant ab omni ſenſu animali & conſcientia relictam eſſe. §. XXIX. Poſtremo vitam naturae genitricem totam eſſe putant corpoream. Hylozoitae enim naturam inadaequatam eſſe corporis notionem cenſent: concludunt enim omnia corporibus: uſitatam vero Dei notionem nil eſſe exiſtimant, quam inadaequatam materiae, ex qua rerum conſtet univerſitas, notionem, quam homines perperam pro natura habeant per ſe conſtante ac perfecta, rerumque omnium cauſſa. §. XXX. Rationes, quare in primis hac aetate refelli debeant Athei. §. XXXI. Duplex genus philoſophiae corpuscularis in lucem noſtra aetate revocatum eſt. Cenſura philoſophiae Carteſianae. §. XXXII. Quamvis confutatio argumentorum, quibus Dei pugnant irriſores, ex lege rationis ad poſtremam proprie pertineat laboris noſtri partem; cauſſae tamen nobis ſunt graves, quare aliam ineamus rationem, & praepoſtero procedamus ordine: quod quidem excuſatur. §. XXXIII. Plato egregie obſervavit, ut in Atheorum partes propendeant homines, id non modo criminum fieri amore, ſed etiam arrogantia & ſuperbia, quod reliquis hominibus ſapientiores videri quidam velint. §. XXXIV. Quum tantopere ſapientiam & rationem ſuam jactent Athei, conſentaneum eſt rationi, oſtendere illis, argumentationibus eorum & ratiocinationibus nil fingi poſſe levius & futilius. Speramus, demonſtratum a nobis iri, Atheos nihil eſſe minus, quam Magos, omnesque Atheismi formas & ſtultitia laborare, & ex earum rerum genere eſſe, quae fieri nequeunt.

§. I. Erabit omnino, ſi quis ſibi perſuaſerit, nos propterea tam eos, qui Stoicorum nixi praeceptis, aggrediuntur Deum, quam hos, qui *Stratonem* ſequuntur, ſtultitiae & impietatis condemnare, quod vim quamdam genitricem aut vitam aliquam, ab illo vitae genere, quod animalibus ineſt, diverſam, in rerum verſari natura ſtatuunt. Illi quidem, quos individua delectant unice corpuſcula, ut Deo & religioni noceant, vitam hanc inane ducunt commentum eſſe, cui nemo fidem queat ſapiens adjungere. Quos, ut ita ſentiant, metus fortaſſis incitat, ne haec res, quam Dei aliquam habere vident ſimilitudinem, ipſi fortaſſis Deo viam inter homines muniat. Nec (*a*) inter noſtri temporis philoſophos, qui Deum ceteroquin profitentur, deſunt, qui nihil ſibi prorſus rei cum iſta vi genitrice volunt eſſe. Verum hi, quum omnes ■ rerum uni-

(*a*) *Inter noſtri temporis philoſophos*] Evidens eſt, praeter *Thom. Hobbeſium*, *Renat. Carteſium* & eius ſectatores intelligi. Sed notum quoque eſt, ex *Carteſii* ſectatoribus alios magnam his in rebus vestigia deſeruiſſe, alios nulli peperciſſe diligentiae, ut ejus, a quo diſciplinam acceperant, ſententias mollius interpretarentur. Vid. *Carteſius* ipſe in *Principiis philoſ. P.* I. §. 36. *ſ. p.* 37. & *P.* III. §. 2. *p.* 50. &c.

(*b*) *Id-*

niversitate fines audacter proscribant, nec alias rerum efficientes causas esse velint, quam philosophicas, materiam nimirum & leges motus, equidem vereor, ne aliqua istius impietatis parte, quae legibus mechanicis ad tollendum Deum abutitur, contaminati sint: certe propius ab ea videntur abesse. Reapse enim negant, ullam in rerum natura causam esse, quae consilio & certa ratione agat,
151 ipsamque ideo divinam efficientiam ex ea ejiciunt. Ex quo consequitur, totum hunc orbem pulveris quemdam acervum esse, qui fortuito ac temere agitetur, aut vitae omnis inanem rudemque molem, in qua nulla rationis, sapientiae, & ingenii vestigia appareant. Quidquid materiae relinquunt, hoc unum est, quod certam quamdam motus exterioris mensuram in ea productam esse, atque ad generaliorum quarumdam legum normam conservari, praecipiunt. Atque haec omnia illud Atheorum genus, quod ad *Democriti* sese placita applicuit, sine negotio amplectitur, quoniam sine Deo quoque haec materiae evenire & accidere posse intelligit. (*b*) Idque *Aristoteles* confirmat, qui (*) hanc sectam ait mundum totum componere ἐκ σωμάτων μόνον καὶ μονάδων, πάχη μὲν ἐχόντων, ἀψύχων δὲ πάμπαν, *ex corporibus tantum & unitatibus, ordinem quidem habentibus, at anima prorsus vacuis.*

§. II. Si quis naturam quamdam fictricem, quae in corporibus formandis non modo ordine & via progrediatur, sed etiam ὁδοῦ ἕνεκα, ad certum finem certoque con-

(*) De coelo Lib. II. Cap. 12. (p. 656. T. I. Opp.)

(*b*) *Idque Aristoteles*] Res alias, haec scribens, meditatus esse videtur vir doctus. Nec enim *Aristoteles* loco illo de *Democrito*, aut ejus discipulis, verum de se ipso loquitur. Postquam enim de stellis & sideribus multa utiliter quaeri & disputari posse dixerat, se tamen sidera unice spectaturum esse, ut corpora, subjicit. Ἡμῖν, inquit, ὡς περὶ σωμάτων μόνον αὐτῶν καὶ μονάδων, πάχη μὲν ἐχόντων, ἀψύχων δὲ πάμπαν, διαπορήσασι.

(*c*) *Horum, inquam, alterum*] Ego vero, ne multi sint, vereor, qui dicant, non esse necessarium, ut illi, qui nihil sibi rei esse volunt cum *naturis genitricibus*, alteram harum sententiarum amplectantur. (I.) Ipsi, qui *Cartesii* praecepta sequuntur, injuriam sibi fieri conquerentur, negabuntque, sese fortuitae materiae commotioni generationem & ortum rerum omnium attribuere. Et qui Deum praecipiunt certas motus leges cum materia conjunxisse, eumdemque has leges conservare affirmant, denique ex his motus legibus a Deo definitis & conservatis rerum omnium generationem fieri volunt, illi, tantum abest, ut ad casum, fortunam, & temerarios materiae motus omnia referant, ut potius nonnullis fato & necessitati plus, quam necesse est, tribuere videri queant. Medium, nisi me fallit opinio, locum *Cartesii* sententia inter eos tenet, qui a materia ejusque motu, & inter eos, qui ab ipso Deo rerum omnium & generationum initia & origines repetunt. Materiam enim ille quidem certis motus legibus alligatam esse, at Deum tamen motus materiae moderari & gubernare, tuetur. Vid. *Nic. Malebranche Eclaircissement sur l'Optique* §. 39. p. 602. ad calcem *Libri de inquirenda veritate*, & multi ejus generis alii. (II.) Esse multos philosophorum, non ignotum est, qui animam sibimet ipsi corpus suum fingere & formare alleverant: quorum alii semen animatum esse, aut animam, in quovis semine reconditam latere, alii animam in semen extrinsecus a Deo immitti censent. Vid. ex multis *Dan. Sennertus de generatione viventium T.* I. *Cap.* 1. p. 123. *Guil. Harveus de generatione animal. Exerc.* XLIX. *p.* 271. Quamquam, ut verum fatear, ab hac sententia, quae plurimorum est Peripateticorum, non videtur alienus *Cudworthus* esse. Qui quum hoc capite saepius ita loquatur, ac si natura genitrix res quaedam esset per se constans & separata, postremo tamen §. 22. *Aristotelis* non dubitat probare dogma, censentis, naturam esse partem animi ratione praediti & sentientis. Quibus hoc verum videtur esse, illi nec a solo materiae motu, nec a Deo ipso arcessunt corporum constructionem; neque tamen talem, qualem *Cudworthus*, naturam genitricem esse putant. (III.) Neque desunt inter veteres & recentiores, qui in ipso semine vim quamdam *plasticam* sive *genitricem* inesse volunt, eaque virtute corpora tradunt effici & formari: quemadmodum *Nigrisolius*, Italus, aetate nostra, qui nescio quod *lumen seminale* ementitus est, ab *Antonio Conti* confutatus. Vid. *Recueil des pieces philosoph. de Mr. Leibnitz, Clarck, Newton Tom.* II. *p.* 337. Parum hi quidem

consilio machinetur, profiteri nolit, is alterum eorum, quae jam afferemus, re- 151
cipiat, necesse est. Aut mentem negare debet ullam vel naturam intelligentem corporum animatorum fabricationem & machinationem, ceterarumque rerum ortus moderari & temperare, contra omnia, quae fiunt, contendere fortuito & temere cadere & formari, ut formantur & cadunt: aut, si hoc nolit, hoc eum oportet statuere, ipsum Deum sine ullius naturae interventu atque suis veluti manibus cuilibet animanti, quod generatur, corpus fingere, neque majoribus tantum & praestantioribns, sed cuivis etiam muscae & pulici, aut si quid hisce vilius est. Nam & haec animalcula tanta constructa sunt industria, ut scriptum *Galenus* reliquerit, sese numquam satis artem admirari posse, quam vel pes muscae prodat & conspiciendam offerat. Cui si oculis vitro armatis opera contueri licuisset naturae, quanto plus admirabilem, quae in illis recondita est, suspecturus fuisset sapientiam. (*c*) Horum, inquam, alterum eos decet amplecti, qui natu- 152
ram quamdam gignentem & machinantem ferre recusant. (*d*) Nec enim, qui sibi persuadeat, aliquem esse putem, quod res omnes tam constanti ordine tamque admirabili administrentur sapientia, id unice inferiorum illarum mentium, quas daemones & angelos nuncupamus, virtuti, consilio, & providentiae adscribendum esse. Verum quidem est, quod vulgo dici solet, divina lege ac mandato dirigi omnia & gubernari naturae opera: at non eo sensu verum est, quo a multitudine

dem sapienter, quum ignorantiam vocabulo quodam tegere videantur: neutram harum tamen opinionum probant, quas vir doctus memorat, aut naturae genitrici favent. (IV.) Praestantissimi aetatis nostrae philosophi, nec pauci ex ipsis *Cartesii* sectatoribus corpora statuunt omnia cum animis ab ipso Deo in exordio rerum omnium formata esse, nec ullum idcirco novum corpus hodie gigni, verum minuta tantum corpuscula, olim a Deo facta, explicari, evolvi, & ope legum motus sensim ad justam magnitudinem crescere. Vid. *Malebranche Recherche de la verité Lib.* II. *Cap.* 7. *p.* 324. & *Eclaircissement sur l'Optique p.* 607. 908. *s. Leibnitius dans le Journal des Scavans A.* 1695. *p.* 449. *s.* & innumerabiles alii, quos nominare necesse non est. Et hos perspicuum est ab utraque illa opinione recedere. Nec enim omnia legibus materiae assignant, nec Deum hodie ipsum quodvis animal & hominem gignere asseverant. Tacco *formas* Peripateticorum *substantiales*, & ejus generis alia quaedam. Nolim vero, quisquam arbitretur, haec ea de re a me moneri, ut *naturis genitricibus* bellum movcam, aut hac sententia *Cudworthi* de caussa generationis corporum alias esse praestantiores, indicem. Illustrandi tantum caussa & haec, & quae deinceps afferam, dicuntur, nihil dimicandi. Constitutum mihi est, nullius opinionem de re tam impedita hoc in loco adscisccre, sed sagaciorum omnia judiciis relinquere. Quae vero de satis naturarum fictricium ac de certaminibus super illis non ita pridem gestis scitu mihi videbuntur necessaria, in *Praefatione* exponere, si Deus voluerit, decrevi.

(*d*) *Nec enim, qui sibi persuadeat*] Sed fuisse tamen, & esse, qui hoc sibi persuadeant, omni controversia vacat. Taceo & Platonicorum & Christianorum veterum illos, qui cuivis animalium & bestiarum generi suos a Deo genios praefectos esse docebant: de quibus *Jo. Bapt. Cotelerius* egit *ad Hermae Pastorem Lib.* I. *Vis.* 4. *pag.* 82. *T.* I. *PP. Apostol.* Nec tot alios e Judaeis, Aegyptiis, & haereticis antiquis commemoro, quos hunc mundum omniaque corpora, quae in illo sunt, a certis geniis, summo Numine multum inferioribus, esse constructa & condita docuisse, ex *Irenaeo*, *Tertulliano*, totque aliis constat. Philosophorum tantum recentiorum unum vel alterum ita sentientem indicabo. Olim *Jo. Bodinus* ita censuit, qui in *univ. naturae theatro Lib.* V. *p.* 631. 632. *Quemadmodum*, inquit, *in republica bene constituta non minus sunt necessarii carnifices, lictores, vespillones, quam magistratus ac judices & curatores: sic in hac republica mundana Deus ipse ad* RERUM GENERATIONEM, PROCREATIONEM, *ac tutelam angelos locis omnibus coelestibus, elementaribus, animatilibus,* —— —— *principes ac moderatores collocavit.* Hodie Dn. *le Maître*, coetus Gallici Barothini pastor, epistola ad *Jac. Lenfant* data hanc sententiam & proposuit, & dictis quibusdam sacri Codicis munire studuit. Vid. *Biblioth. German. Tom.* IX. *p.* 157. 158. Quid? quod celeberrimus *Baylius* illos quoque, qui ex *Cartesii* sectatoribus plurimum generalibus motus legibus attribuunt, postremo ad mentes intelligentesque naturas confugere, ut corporum explicent fabricationem, quo jure, nescio, disputat *Dictionn. histor. & critique Tom.* I. *v. Cainites p.* 718.

Digitized by Google

dine accipitur, ac ſi lex ore Dei prolata, aut ſola vox ejus jubens & imperans, quae fiunt & contingunt, omnia efficiat. Etenim, quae vita carent & anima, voci & legi ejusmodi obtemperare nullo modo queunt. Quamobrem, praeter voluntatem divinam, alia quaedam in univerſitate natura ſit, neceſſe eſt, quae ſine ulla aliena ope divina juſſa perficiat, ſingulosque eventus & effectus producat. Nemquam lapis aut grave corpus aliud inferiorem petet locum, ſi nulla cauſſa vel vi pellatur alia, quam ſolo vocis imperio. Aut Deus ipſe, ut labatur, efficiat, neceſſe eſt, aut alia quaedam minor cauſſa ſit in rerum natura, quae motum ejus ciet. Quamobrem, quae de divina quadam lege ac mandato, cujus virtute omnes naturae adminiſtrentur actus, feruntur, ea de cauſſae cujusdam, quae efficientiam intra ſe cohibeat naturalem, impreſſione & in quovis effectu producendo ſolertia intelligi debent.

§. III. (*e*) Jam ſi quis prius illorum, quae diximus, teneat, atque omnia, quae contingunt in rerum natura, ex mera neceſſitate mechanica provenire, aut materiam, temere & fortuito commotam, nec duce quodam vel auctore gubernatam, cauſſam eſſe rerum omnium opinetur, is vero non imperite minus & inſcienter, quam impie ac nefarie, ſentiet. Nec enim tantum ullus homo ingenii habet, ut, qua ratione fieri poſſit, comprehendat, ut temerariam materiae concitationem aequalitas iſta motus atque infinita illa, quam haec univerſitas oſtendit, ars & ſapientia ex omni aeternitate conſequatur. Praeterea multa fiunt in rerum natura, quae vim legum mechanicarum multis modis ſuperare, manifeſtum eſt,
153 nec ullo idcirco pacto ex his regulis explanari poſſunt: ex quo genere reſpirandi facultas eſt in animalibus. Alia quoque legibus his repugnant penitus: quo quidem diſtantia pertinet inter polos aequatoris & eclipticae: quam rem copioſius in ſequentibus tractabimus. Utriusque generis hujus plura doctiſſimus familiaris meus, (*f*) *Henricus Morus*, exempla habuit in *Enchiridio Metaphyſico:* in quibus explicandis cum mire ingenioſus eſt, tum id, quod nos, propoſitum habet, ut aliam quamdam extra leges motus in hac univerſitate naturam verſari doceat, indeque mentes corpore vacuas eſſe probet.

Verum aliae quoque difficultates hanc philoſophiae formam urgent, quae ad neceſſariam & temerariam materiae commotionem refert omnia, quae corporibus accidunt. Deum ſibi fingunt amici ejus, qui nihil procuret ipſe, ſed otioſe tantum ſpectet, quales quamque varios effectus fortuiti, at neceſſarii, corporum motus edere poſſint. Ita vero, quis tam hebes eſt, ut divinam ab illis laedi ſapientiam non animadvertat, quippe quae in rem nullius convertitur uſus, anguſtisque circum-

(*e*) *Jam ſi quis prius*] Haec tota ſi in *Carteſium* & aſſectatores ejus inſtituta eſt diſputatio, ſine dubio illi eam ad ſe pertinere negabunt. Contra conquerentur, parum ingenue ſententiam magiſtri hic exponi.

(*f*) *Henricus Morus*] Conferri idem poterit *Antidoto contra Atheismum Libro* II. fere toto *p.* 37. & in *Apologia pro Carteſio p.* 115. *Opp.*

(*g*) *Ariſtoteles*] Sed haec multo aliter apud *Ariſtotelem* leguntur, atque hic. Poſtquam enim philoſophus eos increpaverat naturae ſcrutatores, qui de rerum quidem ſolliciti eſſent materia & figuris, non item de forma aut virtute in illis latente, haec ſubjicit: Λέγει δὲ ἀτελῶς εἰρῆσθαι, καὶ τὸ παλαιὸν τρόπον, ὥσπερ ἂν εἰ τέκτων λέγοι περὶ ξύλων ξυλίνως. *Hoc igitur pingui admodum Minerva dictum eſt: quaſi vero faber* (quaeſitus de operis cujusdam cauſſis & natura, ſi reſpondeat, ſcite manu ſua illud feciſſe,) *de manu loqueretur lignea*, (nec ſimul indicaret, vim quamdam & virtutem interiorem manum ſuam gubernaſſe.) Ut praeciſe fere ſemper & ob-

Digitized by Google

cumſcribitur pectoris ſui, ut ſic loquar, cancellis, quaſi nihil extra ſe vel tentare vel efficere valeret?

Adde, quod, ſive Deum eſſe putent, ſive negent hi philoſophi, in eamdem, qua dudum (*g*) *Ariſtoteles* ſapienter *Democritum* excepit, reprehenſionem incurrant. Hunc enim dicebat *Ariſtoteles* in locum manus viventis manum ligneam opificis vel fabri, quae machinatione quadam moveatur, ſufficere, (χεῖρα ξυλίνην τέκτονος.) (*) Mediocri opus eſt attentione, ut ſentiat aliquis, fingentem quamdam & efficientem vim legibus motus in hac univerſitate admiſtam eſſe, ac per totum permeare mundum. Hoc vero genus ligneum quemdam & vita vacuum fabricatur mundum, qui, ſimiliter ac ſi ſignum eſſet e ſaxo vel ligno ſculptum, nihil vitae aut virtutis genitalis in ſe contineat.

Quod vero diſputant, non modo cunctorum, quae corporibus eveniunt, rationem, nulla cauſſa efficiente adhibita, ex legibus reddi poſſe mechanicis motuque materiae, ſed etiam philoſophorum non mereri vocabulum, qui alias rerum naturalium cauſſas comminiſcantur, praeter materiam & motum, ajunt, ejus orationis inſcitiam praeclare ac ingenioſe dudum (*b*) caſtigavit *Ariſtoteles*. Namque non diſſimiles, qui haec audeant aſſeverare, opificis vel machinatoris eſſe dicit, qui, conſultus de ſtatuae cujusdam vel ſimulacri aut machinae pulchritudine, ejus hanc unam eſſe cauſſam reſponderet, ὅτι ἐμπεσόντος τοῦ ἐργάνου τὸ μὲν κοῖλον ἐφάνη, τὸ δὲ ἐπίπεδον, *quod, incidente inſtrumento, partim cava, partim plana exſtiterint, atque hac ratione hanc vel illam formam opus ſuum accepiſſe.*

Certe nihilo plus habent ſapientiae, qui nullius rei ſeſe indigere arbitrantur ad univerſam corporum animatorum compoſitionem & fabricam declarandam, praeter temerarium materiae motum, ad certas leges inſtitutum, omnesque cauſſas effectrices & intelligentes penitus repudiant. (*i*) Quaeſiti: cur hoc loco cor, illo cerebrum ſit poſitum: quid cauſſae ſit, quod exitus & introitus ventriculorum cordis tot tamque varias habeant valvas: quamobrem reliquae partes interiores corporum, venae & arteriae, nervi ac muſculi, oſſa & cartilagines, una cum membris & commiſſuris, hanc potius, quam aliam, adepti ſint formam: nihil reſpondent, quam liquidam ſeminis materiam hac vel illa ratione in certis locis temere commotam fuiſſe: inde has omnes formas totamque corporum diſpoſitionem, quae in diverſis praeterea diverſa ſolet eſſe animantibus, natam eſſe: certam motus portionem inditam eſſe primum tenuiſſimis materiae, ex qua haec univerſitas conſtat, particulis, vorticis inſtar & globi circumactis: ex eo motu neceſſario omnia iſta exſtitiſſe. Quo quidem quid abſurdum & ridiculum magis fieri poſſit, non equidem intelligo. Recte *Ariſtoteles* nullum eſſe ſubjicit artificem tam vecordem 154

(*) De part. animal. Lib. I. C. 1. (p. 473. T. II. Opp.)

ſeure *Ariſtoteles* loquitur; ita & hic: quare declarationem quamdam addere vitium fuit ſententiae ejus.

(*b*) *Caſtigavit Ariſtoteles*] *De partibus animal. L.* I. *Cap.* 1. *pag.* 473. *T.* II. *Opp.* Locum paullo longiorem contrahit hic *Cudworthus*. At paullo poſt totum attulit, omiſſis illis, quae hic ex eo decerpſit.

(*i*) *Quaeſiti cur hoc loco*] Quibus *Renati Carteſii Liber*, quem reliquit, *de homine* & *de formatione foetus* lectus eſt, hi neſcire non poterunt, quemnam haec verba recte reprehendant & perſtringant. Verum ne illi quidem, qui ceteroquin *Carteſio* totos ſeſe tradiderunt, diſſiteri potuerunt, hoc libro exſpectationi prudentum magiſtrum haud ſatisfeciſſe. Vid. *Malebranche Recherche de la verité Lib.* II. *Cap.* 7. *p.* 324. *ſ.*

dem & ſtolidum, ut rationes operum ſuorum ſciſcitantibus hoc modo reſpondeat; atque ita ſeſe cunctis quaerentium dubiis ſatisfeciſſe putet; neminem potius ex hoc fore genere, qui non ſemet ipſum inſtrumentorum moderatum eſſe motum, certoque ac deſtinato laboraſſe conſilio, profiteatur: Βέλτιον ὁ τέκτων· εἰ γὰρ ἱκανὸν ἔφη αὐτῷ, τὸ τοιῦτον εἰπεῖν, ὅτι ἐμπεσόντος ξύλου κ. τ. λ. ἀλλὰ διότι ἡ πλευρὰ ἐπιφανὲς τοιοῦτον, καὶ τοῦδε ἕνεκα, ἐρεῖ ἡ αἰτίαν, ὅπως τοιάνδε ἢ τοιανδὶ τὴν μορφὴν λάβῃ. *Melius faber, quippe qui parum ſufficere arbitratur, ſi dicat, inſtrumento delapſo, hinc cavum, illinc plana exſtitiſſe; ſed adjiciet, quoniam talem materiae impegerit ictum, ideo hoc vel illud eveniſſe, cauſſamque, cur ita factum ſit, exponet, ut opus ſuum hanc vel illam formam adipiſceretur.* Id vero eſt *finem* operis indicare, aut cauſſam, quare id ſuſceptum ſit, demonſtrare. (*k*) Atque ego neminem tam a ratione averſum arbitror, quin eorum orationem, qui cauſſas diverſae valvularum cordis ſtructurae & compoſitionis ex utilitatibus & commodis, quibus ſerviunt, metiuntur, longe plus habere probabilitatis & roboris, profiteatur, quam omne id, quod alii ex motu temerario primorum ſeminum ex legum mechanicarum norma inſtituto, demonſtrare ſtudent.

§. IV. Sed fingamus, eſſe, quibus alterum eorum, quae in diſputationis hujus principio poſuimus, magis placeat: Nihil fieri in rerum natura, niſi quod ipſe Deus, ſine ullius rei interventu, efficiat. (*l*) Hi, ſi multitudinem velint opinionis ſuae arbitrum adſciſcere, in divinam providentiam audient immenſam vim ſollicitudinis, curarum, & negotiorum hac ſententia conferri: ex quo quidem eveniet, ut, qui homines in officio erga Deum continere ſtudent, multo plus laboris, irriſores autem ſupremi Numinis faciliorem ad animos aditum reperiant. Dudum eſt, quod auctor *Libri de mundo* animadvertit, indignum id divina fore majeſtate, ſi Deus ipſemet rebus omnibus admoveret manus, (αὐτουργεῖν ἄπαυστον) atque, mancipii inſtar, viliſſimum quodvis & minimum negotium, nullo adminiſtro aut inferiori inſtrumento adhibito, ſolus procuraret: (†) Εἴπερ ἄσημνον ἦν, αὐτὸν δοκεῖν ξέρξῃ αὐτουργεῖν ἄπαυστον καὶ ἀκαπλεῖν, ἃ βάλλοι, καὶ ἰφιτάμενον διοικεῖν, πολὺ μᾶλλον ἀπρεπὲς ἂν εἴη τῷ Θεῷ· σεμνότερον ἢ κρεῖττον, ἢ δύναμιν αὐτοῦ, ἀφ' ἑνὸς συμπαντὸς κόσμου διήκουσαν, ἥλιόν τε κινεῖν καὶ σελήνην. *Quapropter, ſi e dignitate regis haudquaquam eſſet, Xerxem functione propria adminiſtrare omnia & abſolvere, quaecumque facta cuperet, ne ipſum quidem, operibus faciundis inſtantem, curatoris operum officio perfungi, longe id nimirum minus Deo convenit. Quare id auguſtius decentiusque exiſtimandum eſt, ſi vim Dei dicamus per totum mundum pertinere, ſolemque & lunam & coelum omne circumagere.*

Ra-

(†) Cap. 7. (inter opera Ariſtotelis Tom. I. Cap. 6. p. 860. In poſtremis verbis quaedam hic omiſſa ſunt.)

(*k*) *Atque ego*] At ingenue profiteri decet', haec duo non ita pugnare inter ſe, ut ſociari nequeant. Fac, aliquem cum *Carteſio* totam hominis fabricam legibus mechanicis attribuere, ſi modo idem Deum harum legum auctorem faciat, nihil erit, quod impediat, quo minus de finibus uniuscujusque membri apte & commode ex uſu ejus differat.

(*l*) *Hi, ſi multitudinem*] Ego vero, ſi recte hominum naturam novi, aeque facile, quin facilius, ſubſcriptores de multitudine inventurum eſſe, certus ſum, qui rerum omnium rationes & machinationem ad ipſum Deum refert, atque is, qui aut de naturis genitricibus, aut aliis, praeter Deum, cauſſis philoſophatur. Haec quidem plerisque intellectu videntur difficilia; non item illa. Utcumque eſt, qui indignum cenſent majeſtate divina, Deum ipſum rebus omnibus intervenire, puerili-

ter

Rationem vero ſi conſulere velint, quibus haec arridet ſententia, vehementer eam ſibi repugnare ſentient, atque moleſte ferre, naturam, quae tamen uti res ſpectatur a Deo diſtincta, omni prorſus officio & labore privari, Deum autem ipſum rerum omnium machinatorem & fabricatorem introduci, qui neminem operis adſciſcat ſocium & adjutorem. Namque hoc ſi ita ſe haberet, quidnam reliquum eſſet, quam ut omnia, quae fiunt & eveniunt, aut violenter & neceſſario, aut vero arte ac machinatione quadam fieri, nihil vero ab interiori quodam, quod in materia inhaereat, principio procedere, conſtitueremus?

Jam nihil eſt, quod univerſam hanc ſententiam celerius conficit, quam quod ſenſim, tarde, & gradatim generari omnia conſpicimus. Quodſi enim cauſſa rerum omnium efficiens infinita valeret potentia, tarditas iſta & procraſtinatio in gignendis corporibus aut vanae ac inanis pompae ſpeciem haberet, aut vero naturam argueret omnia momenta ſine ullo fructu disponentem. Quidnam vero de erroribus atque vitiis dicemus, ἁμαρτήμασι vocat *Ariſtoteles*, quae exſiſtunt in operibus naturae, ſi materia minus ſit idonea, aut conſilio repugnet fabricantis? Aut nihil ego video, aut haec argumento ſunt, non tantam eſſe architecti virtutem, ut nihil eam remorari queat, naturam vero effectricem rem eſſe, cujus ſaepenumero conſilia, non ſecus ac humanorum artificum, materiae deformitate aut vitio intervertantur ac diſſipentur. Nihil ejus ſimile in mentem infinite potentem cadit: quae, ſicuti omnia momento poteſt, quaecumque vult, perficere, ita nulla vi, quo minus abſolvat inſtitutam rem, conturbatur, aut a propoſito abducitur. Perinde huic eſt, utrum vitioſa ſit an contumax materia: ſemper tamen, quod cupit, conſequitur, neque ulla, quod coepit, opus macula contaminatum, aut parum abſolutum & perfectum e manibus dimittit.

§. V. Haec quam ita ſeſe omnino habeant, neque illi tantum aperte fallantur, qui res omnes fortuito procreari ex materia ad certas leges incitata, perhibent, ſed etiam his adverſetur ratio, qui Deum ſuis omnia manibus fabricari & perficere opinantur, id unum reſtat, ut concludamus, eſſe procreatricem quamdam naturam in hoc univerſo. Eam vero naturam eſſe inſtrumentum veluti Deo ſubjectum, putandum eſt, quo divina providentia, tamquam miniſtro, utatur in ea muneris ſui parte adminiſtranda, quae ad materiae diſpoſitionem, temperationem, & gubernationem pertinet. Praeterea ſuperior quaedam providentia adjungi ſemper ei debet, ad cujus nutum & arbitrium componatur, quae perperam ab ea admiſſa ſaepenumero corrigat, quae denique nonnumquam etiam actionibus ejus & con-

ter mihi facere videntur. Iſtas enim moleſtias, quae in homines finitos cadunt, qui multis occupantur negotiis, temere in Deum conferunt, quodque regibus decorum & honeſtum vulgo cenſetur, id Deo quoque eſſe conveniens, ſine ratione judicant. At meminiſſe hos oportebat, Deum eſſe naturam infinitam, quam nulla vis negotiorum frangere, nulla, innumerabilis licet ſit, occupationum multitudo conturbare aut debilitare poteſt: nec obliviſci decebat, ea, quae magnifica ducuntur & ſplendida inter homines, miſeriae plerumque & imbecillitatis humanae argumenta eſſe. Qui tot voluntatis ſuae miniſtris utuntur, reges atque magiſtratus hujus orbis quid aliud, quaeſo, quam hoc, declarant, paucis ſeſe rebus pares eſſe, id eſt, infirmos arctisque finibus concluſos homines? Taceo, voluptatis magnam partem & incredibilis ignaviae inſtrumenta videri, qui nutus magnorum hominum obſervant, & ad vocem ſummorum imperantium praeſto ſunt. Num vero hominis eſt ratione utentis, ea, quae in hominibus infirmitatis, calamitatis, vitiorum nonnumquam teſtimonia ſunt, regulae inſtar adſciſcere, ex qua Dei gloria & majeſtas metienda ſit?

conſiliis intercedat. Neque enim haec natura eligendi, rectumque a pravo ſecernendi facultatem habet. Talem qui in mundo vim verſari credunt, illi ſapientiam divinam anguſtis, quibus eam alii concludunt, carceribus liberant, ac per totum ita fuſam eſſe orbem praecipiunt, ut in unaquaque re ſigna ejus & veſtigia ſint impreſſa. His, quod poſt *Orpheum* (*m*) *Plato* dixit, Deus non modo *ſummum & extremum*, ſed & *medium* in ſingulis rebus habetur. Namque cuncta ex hac ſententia poſtremo ad efficientiam Dei redeunt, non minus, quam ſi ipſemet, nulla alterius naturae ope aut inſtrumento quodam minoris potentiae adhibito, perficere & moderari diceretur omnia. Ita etiam humana melius comprehendit ratio, quemadmodum fieri poſſit, ut a Deo regantur & efficiantur omnia, nec tamen is ulla cura tangatur, aut ulla ſollicitudine & moleſtia diſtineatur.

156 Qui naturae ejusmodi cuncta procreanti non favent, & ad leges omnia referunt mechanicas, neque Deum tamen negant, illi, quantum poſſunt, eum a procura-

tio-

(*m*) *Plato dixit*] Facile mihi omnes aſſenſuros arbitror, ſi hunc *Platonis* locum ex *Lib.* IV. *de legibus p.* 600. indicari conſtituero: Θεὸς (ὥσπερ καὶ ὁ παλαιὸς λόγος) ἀρχὴν τε καὶ τελευτὴν καὶ μέσα τῶν ὄντων ἁπάντων ἔχων, τὰ πάντα περαίνει κατὰ φύσιν ἐπανερχόμενος. *Deus, ſicut antiquus quoque ſermo teſtatur, principium, finem, & media rerum omnium continens, recta peragit ſecundum naturam circumiens.* Quod *Plato* παλαιὸς eſſe λόγος ait, id *Cudworthus* ſuſpicatur ab *Orpheo* dictum eſſe. Et exſtant certe inter verſus, qui *Orpheo* tribuuntur, huic dicto non diſſimiles apud *Apulejum de mundo p. m.* 25.

Ζεὺς πρῶτος γένετο, Ζεὺς ὕστατος ἀρχικέραυνος,
Ζεὺς κεφαλή, Ζεὺς μέσα.

Primus cunctorum eſt & Juppiter ultimus idem,
Juppiter & caput & medium eſt.

(*n*) *Quod me quidem adducit*] Id vero incredibile eſt: nec ullus *Carteſii* aut amicorum ejus exſtat locus, unde queat intelligi, eos illud, quod *leges motus* vocant, pro natura habuiſſe animata, materiam moderante & incitante. Evidens eſt e contrario, leges motus ab illis ut motum conſiderari materiae: nec ullum dubium eſt, quin has leges ſemper diſtinguant a divina vi, quae leges illas & impreſſerit primum materiae, & conſervet in ea. Vid. *Carteſii Ep.* LXXXII. *Tom.* I. *p.* 237. Ceterum arbiter ego litis hujus eſſe nolo: tametſi non diffitear, ex quo harum rerum a vulgari cognitione remotarum aliquid attigi, ſemper mihi viſum eſſe, minori diſcrimine *Carteſii* ſectatores & naturarum genitricium amicos ſeiungi, atque utrique cenſent. Sed duo tamen monebo, quae, niſi fallor, ad totam controverſiam cognoscendam nonnihil momenti afferent. (I.) Ne ipſe quidem *Carteſius* ita a *natura genitrice* abhorruit, ut adverſariis ejus videtur. Concede hoc *Carteſio*, Deum ab initio generaliores leges motus materiae impreſſiſſe. Adde, omnis generationis & procreationis naturalis normam & regulam has eſſe leges: nec repugnabit amplius *Carteſius*, ſi vel genium vel naturam quamdam procreatricem, aut ſi quod aliud placeat vocabulum, materiae adjungas, eamque naturam ad iſtarum legum praeſcriptum fingere, quaecumque generantur, ſtatuas. Ipſe concedit multis in locis, opus eſſe Dei auxilio, ut hae leges in materia conſerventur, idque, quod conveniens naturae illarum eſt, efficiatur. Ergo ſimul fatetur, vim quamdam exteriorem accedere debere, ut harum legum ope fiant, quaecumque fieri Deo placuit. Si Deum ipſum nolis huic rei praeponere, non repugnabit *Carteſius*, patieturque, ut aliam naturam aut virtutem Deo inferiorem moderari & adminiſtrare motus materiae, decernas. Ipſe vero cur hanc rem occultius in ſcriptis ſuis expreſſerit, id propterea fecit, ne Deum videretur cum materia, tamquam animam, conjungere. Nihil hic a me praeter voluntatem *Carteſii* fingi, luculentus ejus locus docebit ex epiſtola ad *Henr. Morum*, non diu ante obitum, ut videtur, exarata, & in ſchedis ejus inventa, *Epp. Tom.* I. *Ep.* LXXII. *p. m.* 237. *Translatio illa*, inquit, *quam motum voco, non eſt res minoris entitatis, quam ſit figura; nempe eſt modus in corpore. Vis autem* MOVENS *poteſt eſſe ipſius Dei, conſervantis tantumdem translationis in materia, quantum a primo creationis momento in ea poſuit, vel etiam* SUBSTANTIAE CREATAE, *ut mentis noſtrae, vel* CUJUSVIS *alterius rei,* CUI VIM DEDERIT CORPUS MOVENDI: (vides ipſam genitricem naturam) *& quidem illa vis in ſubſtantia creata eſt ejus modus, non autem in Deo: quod quia non ita facile ab omnibus poteſt intelligi,* NOLUI DE ISTA RE IN SCRIPTIS MEIS AGERE, *ne viderer favere eorum ſententiae, qui Deum, tanquam animam mundi materiae unitam, conſiderant.* Haec *Carteſius* ad *Henr. Morum*, quem rerum eruditarum non ignari ſciunt *naturae procreatricis* inſignem fuiſſe patronum,

Digitized by Google

tione hujus orbis removent. Quod utrum ideirco faciant, quoniam verentur, ne, ſi minima quaevis officia Deo tribuant, in majeſtatem ejus peccent, an vero, quod Deum mille curis & negotiis diſturbari nolint, haud equidem conſtituo. Utcumque eſt, ne quid ejus generis ſtatuere cogantur, Deum negant in hoc orbe creando feciſſe aliquid, praeter hoc unum, quod certam motus menſuram primo materiae impreſſerit; hunc vero motum ab eo ad generaliorum quarumdam legum praeſcriptum conſervari. Fallor vero, aut, quid ſibi velint, qui ſic ſentiunt, ipſimet non intelligunt. Namque aut has leges motus, quas praedicant, ſemet ipſas cuſtodire & exſequi, ſtatuere oportet genus hoc, aut vero, quo ſerventur leges iſtae, Deum ipſum quamlibet materiae particulam per totam rerum univerſitatem perpetuo concitare & impellere, fateri debet. Atqui prius tam abſurdum eſt & ridiculum, ut a nullo ſuſcipi ſano queat: poſteriori vero, nihil eſt, a quo magis abhorreant hi philoſophi. (*n*) Quod me quidem adducit, ut fere credam, 157

im-

num, aut *principii*, ut loquebatur, *hylarchici*. Ergo acquiſſimo vides uti *Carteſio*, qui naturam ſemper genitricem inculcant. Permittit enim magnus homo, naturam aut virtutem ejusmodi cum legibus mechanicis conjungi, ut omnis procreatio juſta ratione & ordine fiat. Nunc, quaeſo te, nili grave ſit, cogita tecum, quidnam reſtet controverſiae. Quaere in primis ex naturarum fictricium fautore: Num patet, materiam certis eſſe legibus alligatam? num concedat, naturas ſuas his legibus, dum fingunt & fabricantur, obſequi & obtemperare debere? num cenſeat, quidlibet ex qualibet materiae parte naturam ſuam efficere poſſe? Forte ita reſpondebit, ut intelligas, minus homini, atque ipſe credit, certaminis cum *Carteſio* & amicis ejus, qui ſapiunt, intercedere. Sed nihil ego hic decerno. Viderint, ad quos harum rerum cura pertinet, quemadmodum ſtatuendum ſit. (*n*) Naturarum genitricium tutores hoc nomine in primis ſententiam ſuam commendant, quod ea Deum perpetuo moleſtiſſimoque labore levet, omnemque praeterea culpam vitiorum & deformitatum, quibus natura rerum paſſim laborat, ab aeterna illa & ſapientiſſima totius univerſitatis cauſſa removeat. Indigne ferunt, ab illis, qui ab ipſo Deo procurari credunt omnia, infinitam negotiorum multitudinem & incredibilem moleſtiarum numerum ſupremo Numini imponi: nec *Carteſio* parcunt, quod conſervari a Deo leges motus in materia dixerit: quod quidem eſſe cenſent, ac ſi Deum numquam feriari aut otioſum eſſe profiteretur. Veram ipſi, dum Deum ſemper vigilantem inducunt, ne natura genitrix in vitia incurrat graviora; dum naturam hanc judicio & facultate rectum a pravo ſecernendi, praeditam eſſe negant; dum moderari Deum actiones ejus cenſent; dum corrigere Deum & emendare, quae forſan admiſit haec natura, aſſeverant, ut alia taceam: num minus in Deum negotii minusque moleſtiae conferunt, atque illi? Habet certe, quod ſemper agat, dominus iſte, cui providendum eſt continuo, ne ſervi, quibus utitur, imperiti & ratione vacui peccent, qui omnibus miniſtrorum actionibus intereſſe, perpetuis denique eorum delictis perpetuam opponere medicinam debet. Et erunt, nullus dubito, qui multo & ſimplicius & rationi convenientius cenſeant, Deum cogitare, ipſum omnia perficientem, quam naturam ipſi adjungere nec ſapientem nec potentem, ſed rerum & rationum vehementer ignaram, cujus ille actus perpetuo moderari debeat: praeſertim ſi Deum infinite potentem eſſe recordentur, cui commotio & diſtributio materiae plus creare nequeat moleſtiae, quam procreatio ex nihilo exhibuit. Isne Dominus beatior eſt, qui, quum ipſe valeat potentia negotia ſua adminiſtrandi, nullum adhibet adminiſtrum, an vero ille, qui ſervulos adſciſcit ſibi parum cautos & prudentes, quorum imperitiae ac temeritati ſemper occurrendum eſt? *Carteſii* vero Deum, leges motus conſervantem, cur rideant, prorſus ignoro. Quid enim, quaeſo, inter Deum intereſt ſemper vigilantem, ne genitrix natura deteriora, melioribus relictis, ſequatur, vitiaque ejusdem emendantem, & inter Deum leges motus in materia conſervantem? Ad deformitates & vitia, ſi modo his uti fas eſt vocabulis, quod attinet, quae paſſim in natura rerum cernuntur, etiamſi naturam procreatricem Deo adjungas, multi tamen de his ſibi ſatis eſſe factum negabunt. Etenim ſi Deus ſemper videt, quid agat haec natura, ſi actiones ejus moderatur, ſi cavet, ne deficiat a norma, ſi denique corrigit opera ejus; nonne rerum omnium, quas ea peragit, cauſſa & ratio ad ipſum Deum poſtremo referenda erit? Isne dominus, qui ſervum numquam ex oculis dimittit, modumque ponit laboribus ejus, reus eſſe videbitur vitiorum, quibus hic ſeſe adſtringit? Non haec ea re diſputo, ac ſi *Carteſii* aut cujusquam alius ſententiam probem. Libere, quae in mentem mihi venerunt, expono, ut de tota hac *Cudworthi* diſſertatione facilius judicare lectores poſſint.

(*n*) *Ibi-*

Digitized by Google

imprudentes eos & incautos rem, quam verbis tollunt, reapſe amplecti, legesque, quas fingunt, naturae, motum materiae dirigentes, nihil eſſe, quam effectricem quamdam naturam, quae totam hujus univerſitatis materiam moderetur, nec eamdem modo motus in ea menſuram conſervet, ſed etiam in nova ſemper eam corpora ex legibus ſemel ipſi latis & impoſitis transferat. Jam ſi materiae commotioni, ut certa fiat lege, fictrix ejusmodi natura praeſideat, quidnam illud ſit, non equidem intelligo, quare nolint concedere, eamdem naturam artificioſe materiam diſtribuere, ut homines ex ea conformentur, plantae, animalia, reliqua, quo toti univerſitati concentus ſuus atque pulchritudo conſtet.

§. VI. Quod reliquum eſt, quibus gignentem iſtiusmodi vim, quam diximus, in rerum natura verſari placet, illi non modo rationem habent faventem, ſed etiam meliores ex omni memoria philoſophos ſecum conſentientes. Principio (o) *Ariſtotelem* nihil inculcare diligentius conſtat, quam hoc ipſum: ortus & initia rerum non eſſe, a fortuito ac neceſſario materiae motu repetenda, ſed naturae cuidam adſcribenda, quae certo conſilio res omnes apte diſtribuat & ordinet. Negat item, naturam iſtam primam eſſe rerum cauſſam aut ſupremum Numen, ſed
158 eam perfectiori menti ac naturae ſubjicit. Νῆς inquit, αἵτιον ἡ φύσις τῶδε ϗ παντὸς, *Mens una cum natura cauſſa eſt totius univerſitatis.* Haec vero duo coelum, terram, plantas, & animalia omnia finxiſſe & fingere, aſſeverat. Mentem nempe principem

(o) *Ariſtotelem*] *Ariſtotelem* multa de φύσει ſeu natura quadam, unde proficiſcantur omnia, praecepiſſe, bini priores *Phyſicae auſcultationis* libri extra controverſiam ponunt. Duplicem vult hanc eſſe *naturam*, alteram *materiam*, alteram *formam*, *Phyſic. Lib.* II. *Cap.* 1. *p.* 464. *Tom.* I. *Opp.* & *Cap.* 2. *p.* 465. *Forma* tamen ipſi magis natura eſt, quam *materia*, eo quod agat & efficiat: neque hanc *formam* diſſitetur *propter certum finem* agere, *Lib.* II. *Cap.* 8. *p.* 475. At haec *Ariſtotelis* natura, cujus ipſe accuratam fortaſſis notionem haud animo informaverat, vehementer diſtat a genitrice *Cudworthi* natura, quae rationis certo modo particeps eſt, atque Dei nutu regitur. Atqui *Ariſtoteles* naturam ſuam, qualiscumque demum fuerit, ſenſu omni ſpoliat, & neceſſitati alligat materiae, *Lib.* II. *Phyſ. C.* 11. *pag.* 478. Deum vero prorſus a rerum, quae infra lunam geruntur, id quod notum eſt, procuratione removet. Suſpicor ego formam ſeu naturam *Ariſtotelis* non differre ab illa διαφύσει ψυχικῇ, *calore* illo *animali*, ex ſole & aſtris, ut opinor, nato, quem ἐν τῷ παντὶ, *in omnibus rebus*, ineſſe, & generationis univerſae cauſſam eſſe, alibi diſerte pronuntiat, *de generatione animal. Lib.* III. *Cap.* 11. *p.* 664. Ex quo *eodem loco* hoc efficit: *Omnia animae eſſe plena*, ὡς τρέφει τὰ πάντα ψυχῆς οὔσης πλείω. At quid de binis illis locis fiet, quibus *Cudworthus* probare voluit, *Ariſtotelem* naturae Deum adjunxiſſe? Breviter reſpondebo. Primum confidenter affirmo non legi apud *Ariſtotelem*. Memoria & cauſſae, quam tuebatur, ſtudium eximium hominem fefellerunt, & in errorem induxerunt. Nullus exſtat alius apud *Ariſtotelem* locus, niſi me oculi defecerunt, huic ſimilis, quam hic: Λέγουσι, τὰ μὲν ζῶα ϗ τὰ φυτὰ διὰ τύχας μὴτε εἶναι μήτε γίνεσθαι, ἀλλ' εἶναι ΦΥΣΙΝ, ἢ ΝΟΥΝ, ἢ τι τοιοῦτον ἕτερον εἶναι τὸ ΑΙΤΙΟΝ· *Sunt, qui exiſtimant, animalia & plantas nec eſſe nec fieri fortuna, ſed eorum* CAUSSAM *eſſe aut* NATURAM, *aut* MENTEM, *aut aliud ejus generis quiddam. Phyſicae auſcult. Lib.* II. *Cap.* 4. *pag.* 470. Sed hoc loco non ſuam *Ariſtoteles*, ſed aliorum, refert opinionem, neque mentem & naturam conjungit, ſed aperte disjungit. Alterum dictum: *Deus & natura nihil fruſtra faciunt*, & apud *Ariſtotelem* & apud veteres alios legitur. Verum illud hoc tantum inculcat, non Deum modo, ſed & naturam certo agere conſilio, non autem naturam Deo ſubjicit, aut ejus ope res ſuas perficere, tradit.

(p) *Plato*] Hic iterum praeclari viri non tam ſagacitatem, quam nimium rerum & opinionum, quibus imbutus erat, amorem, accuſare cogor. *Platonem* animae per totum orbem fuſae rerum omnium generationem & procreationem attribuiſſe, ex *Libro* XII. *de legibus*, ex *Sympoſio*, & aliis ejus libris, ſi locus id pateretur, docere poſſem. Nec invitus largior, affinem prorſus & cognatam eſſe mundi animam, quam *Plato* ſibi finxit, naturae, cujus res hic agitur, genitrici & procreatrici. Audi *Apulejum de dogmate Platonis p.* 32. *Sed illam coeleſtem animam, fontem animarum omnium, optimam & ſapientiſſimam*, VIRTUTEM ESSE GENITRICEM, SUSSER-

pem & gubernantem cauſſam arbitratur eſſe, naturam vero inſtrumentum, quod illius ſerviat conſiliis, mandataque exſequatur. Aliis locis Deum & naturam pari ratione conjungit, ut quum dicit: *Deum & naturam nil fruſtra moliri.*

Non is vero eſt *Ariſtoteles*, a quo primum haec doctrina excogitata & inventa eſt. Idem ante eum (*p*) *Plato* docuit. Namque hujus ſupra jam attulimus dictum, quo *naturam una cum ratione & ex hujus praeſcripto res omnes moderari* tradit. Itaque naturam fatetur vim eſſe, a Deo quidem ſeparatam & diſtinctam, at ejus tamen conſilio & ſapientiae obedientem & ſubjectam. Alio loco certas concludit eſſe *cauſſas naturae ſapientis & artificioſae, quibus Deus, tamquam adminiſtris, utatur*, ξμφρονος φύσεως αἰτίας, αἷς ὑπηρετούσαις ὁ Θεὸς χρῆται: quin etiam eſſe inculcat ξυναίτια, εἰς ξυμπλοκὰς Θεὸς χρῆται. *cauſſas quasdam comitantes, quas Deus adhibet, quippe quae una cum ipſo, ordine licet ſuo, operentur.*

Verum altius etiam adſcendere licet. Etenim, qui *Platonem* aetate ſuperat, *Empedocles* non alia ratione philoſophatus eſt. Binos is animo ſibi fingit mundos, ἀρχήν alterum, alterum ἔκπωμα. Inferiorem vero mundum hunc a binis agitari ait & gubernari principiis, (ἀρχὴ δεκτική) *amicitia & discordia* (φιλία καὶ νεῖκος.) Male mentem ejus interpretantur, qui (*q*) cum *Plutarcho* & aliis nonnullis voluiſſe eum cenſent his vocibus duo deſignare principia per ſe conſtantia, alterum boni omnis, alterum omnis mali fontem & originem. (*r*) *Ariſtoteles* potius audiendus eſt, qui locis aliquot fictricem aliquam naturam his vocabulis ab eo nominari 159 per-

SERVIRE *etiam* FABRICATORI DEO, *& praeſto eſſe ad omnia inventa ejus* (Plato pronuntiat.) Adde *Chalcidium*, non ineptum *Timaei* interpretem, *Comm. in Timaeum* §. 53. *p.* 299. *Haec eſt illa rationabilis anima mundi, quae gemina juxta meliorem naturam veneratione tutelam praebet inferioribus, divinis diſpoſitionibus obſequens, providentiam nativis impertiens, aeternorum ſimilitudine propter cognationem beata.* Verum vir eximius, quoniam, id quod inferius patebit, *Platonis* Trinitatem componere ſtudebat cum ea, quam *Chriſti* profitentur diſcipuli, officio iſto & munere gignendi, aequum eſſe ducebat, mundi animam liberare. Nimis enim diſſimiles erunt Spiritus S. & haec mundi anima, ſi ad hanc omnis procreandi & gignendi cura referatur: quamquam non tam cautos fuiſſe multos ex antiquis doctoribus, nec Spiritum S. a genitrice mundi anima diſcreviſſe, alias docebo. Itaque, praeter animam mundi, aliam comminiſcitur naturam procreatricem, cui *Platonem* omnem generandi virtutem vult attribuiſſe. Qua in re juniores, qui vocantur, Platonicos ſequitur, quos, qui harum rerum periti ſunt, non ignorant tribus *Platonis* principiis quartum ſeu naturam adjunxiſſe. Vid. *Proclus in Timaeum Platonis f.* 1050. Sed infra haec res copioſius agetur. Hic monuiſſe ſatis erit, locos, quos adducit hic, *Platonis* naturae huic genitrici minime favere. Primum, qui poteſt, apud *Platonem* inveniat. Mihi prope perſuaſum eſt, operam fruſtra conſumtum iri. Vid. quae ſupra monuimus *ad Cap.* 3. §. 8. Bini reliqui, quum diu ſatis nec mediocri cura inveſtigati eſſent, tandem mihi ſeſe eo obtulerunt loco, quo minime exſpectabantur. Sed nec ita ſeſe habent, uti hic leguntur, nec de natura genitrice aut procreatrice agunt, ſed de ſenſibus hominis, quos *Plato* ait ſimulari actibus Dei opificis, loquuntur. Ταῦτ' ἄρ', inquit, πάντ' ἔστι τὰ ξυναίτια, οἷς Θεὸς ὑπηρετοῦσι χρῆται, τὸν τοῦ ἀρίστου κατὰ τὸ δυνατὸν ἰδέαν ἀποτελοῦν· δοξάζεται δ' ὑπὸ τῶν πολλῶν οὐ ξυναίτια, ἀλλ' αἴτια τοῦτα τοῦ πάντων. *Cicero* ita vertit: *Atqui haec omnia* (ſenſus hominis) *ex eo genere ſunt, quae rerum adjuvant cauſſas, quibus utitur miniſtris Deus, quum optimi ſpeciem, quoad fieri poteſt, efficit. Sed aeſtimant plerique, non haec adjuvantia cauſſarum, ſed has ipſas eſſe omnium cauſſas.* Paullo poſt: Τὸν δὲ νῷ καὶ ἐπιστήμας ἐμποιοῦντα ἁπάσαις τὰς τοῦ ἐμφρονος φύσεως αἰτίας πρώτας μητιεῦσαι· *Illum autem, qui intelligentias ſapientiaeque ſe amatorem profitetur, neceſſe eſt, intelligentis ſapientisque naturae cauſſas primas conquirere. Plato* in *Timaeo* §. 36. *p.* 256. Hic intelligentis quidem naturae mentionem video, verum eam ab anima non intelligo ſeiungi.

(*q*) *Cum Plutarcho*] *Libro de Iſide & Oſiride p.* 370. *Tom.* II. *Opp.* Plures ita ſentientes ex antiquis nominat vener. *Wolfius* in *Manichaismo ante Manich.* §. 30. *p.* 120.

(*r*) *Ariſtoteles potius audiendus*] Nec *Ariſtoteles*, nec ullus veterum usquam dixit, *contentionem & amicitiam Empedoclis* unam eſſe naturam genitricem, quam *Empedocles* a duplici officio, quo fungatur, ſejungendi & conjungendi, ita vocaverit.

Digitized by Google

perhibet. Nomina vero illa partim ideo adhibuit, quod sentiret, quando in rerum natura vel generatur vel corrumpitur aliquid, tum misceri tantum ac separari, concrescere aut secerni materiae ante jam exsistentis particulas; partim quod genitricem illam naturam intelligeret res disjunctas atque contrarias vi sua sociare & conjungere, quo continuata fiat totius mundi cognatio, omniumque par-
160 otium apta & consentiens coagmentatio. Hanc rem *Plotinus* eo loco, quo procreatricem istam & fictricem mundi naturam seu *mentem seminantem* describit, ingeniose persequitur: quamquam is paullo latiorem, atque nos, potestatem voci huic subjicit. (*) Audiamus ipsum loquentem: *Ἀνηβὰς δὴ ἀλλήλοις τὰ μέρη, καὶ πολέμια ἐνδιδῶ, πολέμια καὶ μάχης σύσασιν καὶ χύσιν εἰσχάσαλο· καὶ ὅτως ἐστὶν εἷς πᾶς, εἰ μὴ ἓν εἴη· γενόμενον γὰρ ἑαυτῷ τοῖς μέρεσι πολέμιον, ὅτως ἓν ἐστι τῇ Φύσει, ὥσπερ ἂν εἰ δράκαλος λέγοι εἷς, ὁ δὲ δράκαλος, ἔχων ἐν αὑτῷ πολὰς μάχας· τὸ μὲν ἓν δράκων τὸ μεμαχημένα εἶον εἰς μίαν ἀρμονίαν ἄγει σύμφωνον. —— ὡς τε μᾶλλον ἂν τις τῇ ἀρμονίᾳ τῇ ἐκ μαχομένων εἰκάσειε. Quum vero partes in se oppositas inter se habeat, ideoque indigas, certe belli seditionisque profert originem: atque ita est una omnis, si non sit unum. Facta enim sibimet per par-*

(*) Ennead. III. Lib. II. §. 16. (p. 267. Opp.)

Scio, quosdam *φιλίαν* & *νεῖκος* pro efficientibus naturis & caussis habuisse: nec ignoro, *Clementem Alexandr. Exhort. ad gentes Cap. 5. pag. 55. 56.* existimasse, *Empedoclem* haec bina in Deorum aggregasse numerum. Verum, cui in mentem venerat, unam ea esse naturam, quae gignat, & dissolvat rursus omnia corpora, nemo unus, quantum novi, exstitit. Nec, ut ita sentiat aliquis, ipsa ratio doctrinae *Empedoclis* patitur; quem ego certus sum primorum animantium procreationem & constructionem, non secus ac *Epicurum*, temerariis materiae motibus adscripsisse. Lege, quaeso, *Aristotelem Physicor. Lib. II. Cap. 8. pag. 475. T. I. Opp.* Sed, ut ad *Aristotelem* revertar, is nullo loco copiosius, quam *Lib. I. Metaphys. Cap. 4. pag. 267.* de amicitia & contentione *Empedoclis* commemoravit. Eo igitur loco primum videri posse ait haec bina, alterum bonorum, alterum malorum, esse caussam: sed fatetur, hanc *Empedoclis* non esse sententiam. Postea, interjectis nonnullis, ad eamdem rem redit, negatque, ad explicandas rerum naturas haec duo sufficere. *Οὔτε δὲ τούτοις σύμφυτα τὰ ἐμπολιτευόμενα· πολλαχοῦ γὰρ αὐτῷ ἡ μὲν φιλία διακρίνει, τὸ δὲ νεῖκος συγκρίνει· ὅταν μὲν γὰρ εἰς τὰ στοιχεῖα διίστηται τὸ πᾶν ὑπὸ τοῦ νείκους τότε δὲ πῦρ εἰς ἓν συγκρίνεται, καὶ τἄλλα στοιχεῖα ὡσαύτως· ὅταν δὲ πάλιν ἐκ τῆς φιλίας συνίωσι εἰς τὸ ἕν, ἀναίτιον ἐξ ἑκάστου τὰ μόρια διακρίνεσθαι πάλιν.* *Sed in his minime invenit, quod cupit consequi. Multis enim in locis apud eum amicitia quidem disjungit, contentio vero conjungit. Quum enim in elementa per contentionem universum dissolvitur, tunc ignis in unum coalescit, & caeterarum elementorum unumquodque. Quum autem rursus omnia per amicitiam in unum conveniunt, necesse est, iterum particulas uniuscujusque separari.* Non mihi animus est, vim & sententiam hujus loci declarare, quam non esse nimis abstrusam opinor, sed ea re tantum haec affero, ut inde pateat, neque *Aristotelem* amicitiam & contentionem *Empedoclis* pro re una eademque habuisse, nec pro natura via & ratione progrediente ac fabricante, ut *Cudworthio* visum fuit. Censuit *Aristoteles*, id quod in sequentibus aperte fatetur, haec duo vim esse moventem, in ipsa latitantem materia. Ego quidem, quare tam obscurum viris doctis & propemodum inexplicabile videatur, quid binis hisce vocabulis significaverit *Empedocles*, saepius mecum admiratus sum. Rem antiquam & a multis dictam, sed novis vocabulis vestitam, & licentius, quod poëtae solent, explicatam, proposuit *Empedocles*. Quare plerosque omnes in eam induxit sententiam, ac si novum aliquid & ab omnium opinionibus remotum excogitasset, quatuorque rerum principiis binas adjunxisset naturas, per se constantes & efficiendi virtute praeditas: a quo tamen quam longissime abfuit. Qui ligatam adhibent orationem, illis solemne est, de rerum affectionibus & proprietatibus ita loqui, ac si personae essent & naturae per se constantes. Idem fecit, qui praecepta sua numeris alligavit, *Empedocles*. Veterum sequutus est opinionem; novis autem nominibus rem antiquam & obsoletam decoravit: praetereaque sic loquutus est, ac si mentem & consilium inesse putasset in amicitia & contentione. Quid vetat, quo minus id clarius explicem? Fuit (I.) ex eorum genere *Empedocles*, qui materiam natura qualitatibus imbutam esse opinantur: quod vel ea docent, quae *ad Cap. 1. §. 13. 14.* attulimus. Qualitatum vero, quod sciunt omnes, aliae aliis sunt oppositae, ut humidum sicco, frigidum calido, dulce amaro. (II.) Rudem & informem materiae molem animo sibi concipiebat, aut,

Digitized by Google

tes hostis, sic unum quiddam est & amicum, perinde ac si fabulae tragicae sive comicae ratio una sit totius, multa in se praelia continens. Fabula quidem ipsa cuncta, quae dissident, in unam concordem redigit temperantiam. —— Quapropter quispiam harmoniae ex pugnantibus resultanti magis comparabit. Nihil opportunius hoc *Plotini* dogmate ad *Empedoclis* sententiam declarandam, uti eam *Simplicius* breviter exponit: (†) Ἐμπεδοκλῆς δύο κόσμους συνίστησι. τὸ μὲν νοητὸν, τὸ δὴ διακεκριμένον καὶ ἀσώματον, καὶ ἐν τούτῳ κόσμῳ τὴν ἕνωσιν φησὶ καὶ τὴν διάκρισιν. *Empedocles duos constituit mundos, alterum unam prorsus & intelligibilem, alterum dividuum & sensibus patentem: in hoc vero mundo, qui sensibus est expositus, concordiam ponit esse ac discordiam.*

Memini, supra me significare, *Heraclitum* similiter naturam quamdam via & ratione progredientem, quae fati loco sit inferioris hujus orbis rebus, introduxisse. Certe *ratio* ejus, *quam per omnes pertinere res* ait, aut *aethereum* illud *corpus*, quod *semen* perhibet esse, *unde generentur omnia* in hac universitate, nihil est, quam haec ipsa, cujus causam hic agimus, genitrix omnium natura. (s) Scio quidem, durum quoddam & inficetum philosophorum hujus generis dictum memo-

(†) In Arist. de coelo Lib. I. Cap. 10. (p. 71. a. b. ed. Graec. Venet. 1526. fol.)

rtae

aut, ut veterum voce loquar, *Chaos*, in quo omnes hae repugnantes & contrariae qualitates missae inter se atque confusae ex omni aeternitate jacuissent.

—— —— —— *Congestaque eodem*
Non bene junctarum discordia semina rerum.
Ovidius Metamorphos. Lib. I. vs. 5.

(III.) Contrariis itaque qualitatibus hac ratione inter se junctis, fieri non poterat, quin gravissima pugna & horrenda lis exoriretur.

Obstabatque aliis aliud, quia corpore in uno
Frigida pugnabant calidis, humentia siccis,
Mollia cum duris, sine pondere habentia pondus.

Habes id, quod νεῖκος & discordiam vocavit *Empedocles*. (IV.) At post longam litem & incredibiles pugnas cognatae qualitates aut illae materiae particulae, quae natura pares & aequales erant, cohaeserunt & concreverunt: utrum virtute quadam divina, an vero naturali quadam facultate & instinctu, nunc non inquiro. Siccae & igneae particulae in unam molem coactae sunt, similiter aqueae, terrestres, aethereae. Ita ex indigesto illo chao quatuor rerum principia emerserunt. Habes φιλίαν & amicitiam *Empedoclis*.

Natura
Dissociata locis concordi pace ligavit.

Eadem discordia & eadem amicitia manent adhuc in rerum universitate, omniumque, quae materiae accidunt, ex mente *Empedoclis* efficientes causae sunt: quo modo, ne multis dicam, locus impedit. At desinent aliquando haec certamina. Post infinitas enim pugnas una tandem regnabit, sublata discordia, amicitia, omnesque contrariae qualitates diversaque haec rerum principia & semina ad unum ignem redibunt. *Clemens Alexandr. Stromat. Lib. V. Cap. 14. pag. 711.* Ergo non res ipsa, quam *Empedocles* docuit, sed nomina illa, quae adhibuit, viros doctos conturbarunt, totque veterum & recentiorum pepererunt de sensu ejus dimicationes. *Simplicii* ceterum & *Ficini* dicta, quae *Cudworthus* producit, nihil ad totam hanece causam faciunt.

(s) *Scio quidem*] De *Heraclito* supra dicta sunt, quae videbantur necessaria, *ad Cap. 3. §. 28.* Pronuntiatum, quod hic affertur, ejus apud *Plutarchum* exstat *Libro de animae procreat. ex Timaeo Tom. II. Opp. p. 1014.* at multo luculentius apud *Clementem Alexandr. Stromat. Lib. V. Cap. 14. pag. 711.* Interpretationem ejus, quam hic *Cudworthus* dedit, pauci, ut opinor, approbabunt, nec ipse eam approbasset vir egregius, si, haec scribens, non *Plutarchum* tantum, verum etiam *Clementem* inspexisset. Ex hoc evidens est, *Heraclito* visum esse, duos esse mundos, alterum aeternum, alterum mutabilem. Aeternus ipsi mundus prima est mundi materia, quam igneam ducebat esse. Genitus vero mundus & corruptioni obnoxius, hic rerum est quam cernimus natura, ex illa aeterna materia conflata & generata. De illo autem perenni & sempiterno mundo, id quod ipse ejus verba apud *Clementem* docent, hoc etiam eius accipi debet. Quare ex eo quidem nihil, praeter hoc, efficias, *Heraclitum*, non secus ac omnes veteres philosophos, aeternitatem credidisse materiae, illamque molem, unde omnia procreata sunt, putasse nec a Diis, nec ab hominibus fac-

riae proditum exstare, quod, tametsi *Plutarchus* merito, ut agreste ac parum acutum, irridet, primo tamen adspectu ex ingenio hominis a Deo prorsus aversi manasse videtur: Κόσμον οὔτε τις θεῶν, οὔτ' ἀνθρώπων ἐποίησε. *Mundum neque Deus aliquis, neque ex hominibus quidam construxit & fabricatus est.* At quum *Heraclitus* numquam ab aliquo in judicium violatae majestatis divinae vocatus sit, hanc ego illius enuntiati sententiam esse crediderim: Mundum, quicumque demum auctor ejus sit & conditor, non ea lege factum esse, qua architectus domum exstruit, qui laboriose ac difficulter, machinis & instrumentis adhibitis, materiam extra se constitutam subigit, sed naturam quamdam effectricem, in ipsa inhaerentem & residentem materia, disposuisse eam, temperasse, atque ex ea orbem universum construxisse.

Heraclito, id quod ante diximus, comitem sese hac in re (*t*) *Hippocrates* praebuit. Nec aliter *Zenoni* visum est ac Stoicis. Isti enim primo intelligentem quamdam naturam supremum hujus orbis architectum & parentem faciunt: at huic deinde aliam adjungunt inferioris generis naturam, quae ministri partes ac operarii sustineat, illique superiori naturae morigeretur. *Balbi* verba supra jam dedi-
161 mus, quibus hanc naturam rem esse significat, non casu & temere, sed arte, via, atque ordine progredientem & agentem. His nunc addemus *Laertii* locum, quo, ut *Zeno* ipse eam definiverit, explicat: (*) Ἔστι δὲ Φύσις ἕξις ἐξ αὑτῆς κινουμένη κατὰ σπερματικοὺς λόγους, διαστηματικά τε καὶ συνέχουσα τὰ ἐξ αὐτῆς ἐν ἀφωρισμένοις χρόνοις, καὶ ποιοῦντα ἅμα ἕπεται, οἷς ἂν ἀπαντήσῃ. *Natura est habitus, motum ex se ipso accipiens secundum rationes seminales, perficiensque & continens, quae ex ipsa constant, certis ac constitutis temporibus, taliaque faciens, qualia sint ea, a quibus secreta fuerit.*

Postremo, sicuti juniores Platonici & Peripatetici concordi voluntate magistrorum suorum hac de re praecepta probant; quorum quippe *anima vegetativa* nihil est, quam haec ipsa genitrix natura: ita Caymici quoque & *Paracelsi* sectatores his prorsus assentiuntur. Quid? quod hi ceteris etiam longius videntur processisse, finesque imperii naturae hujus in animalium corpora protulisse, in quibus novo eam, quod ab ipsis quidem inventum est, nomine *Archaeum* appellare solent.

Verum habeo praeterea, quod hic minime omittendum arbitror. Quemadmodum

(*) Vit. Zenonis (Lib. VII. Segm. 148. p. 459.)

factam esse. Igitur, nisi alia accedant, hoc quidem dictum apud aequos rerum judices tantum haud valebit, ut *Heraclitum* Atheis connumerent. Non fugit hoc ingeniosum *Heraclitii* patronum, *Godofr. Olearium*, in *Diss. prima de rerum omnium genesi ex mente Heraclitii* §. 13. p. 852. in *Stanleji Hist. philos. T.* I.

(*t*) *Hippocrates*] De *Hippocratis* natura, quod satis est, monuimus *ad Cap.* 3. §. 8. Neque repetam hic, quae de Stoicis & *Zenone* observavi *ad Cap.* 3. §. 28.

(*v*) *Vides hic*] *Aristoteles* isto loco *Anaxagoram* non impietatis erga Deum aut Atheismi insimulat, nec severe & aperte reprehendit, sed simpliciter tantum commemorat, eum, tametsi aliud, praeter materiam, principium posuisset, seu causam motus a materia distinctam, eo tamen principio in explicandis naturae rationibus raro usum fuisse.

(*x*) *Plato in Phaedone*] Ita est. *Plato* in *Phaedone p.* 393. graviter fert, *Anaxagoram*, quum a mente omnia disponi & exornari dixisset, postea tamen ad causas naturales, ut rerum omnium rationes redderet, confugisse. Nec tamen hic idcirco *Anaxagoram* pronuntiat Deo injuriam intulisse.

(*y*) *Duodecimo vero*] Omittit in hoc loco quaedam *Cudworthus*, nec totam *Platonis* sententiam recitat: cui ego in versione mederi studui. Verisimile omnino est, *Anaxagoram* hic objurgari a *Platone*, quem de corporibus coelestibus liberius, quam multitudo & ipse *Socrates* ferebat, philosophatum esse, constat. Vid. *Xenophon. de rebus Socrat. memorabil. Lib.* IV. *p.* 644. Fateor, id pri-

me

dum inter veteres illi inter Dei omnisque religionis numerati sunt contemtores & inimicos, qui corpus sive materiam, temere ac necessario commotam, unum illud esse, unde reliqua omnia manaverint, principium disputarunt; quod quidem *Democritum*, principesque scholae Ionicae philosophos fecisse constat: ita ipsemet *Anaxagoras* non a vulgo tantum & plebe, cui *Atheus* audiebat injuria, verum etiam a *Platone* ac *Aristotele* hoc nomine graviter ac severe objurgatus est. Aperte quidem is Deum profitebatur, mentemque omnem materiam, quum haec rerum universitas exsisteret, elaborasse ac finxisse, contendebat. Attamen necessitati plus, quam par est, imperii tribuebat in materiam, neque genitrici huic naturae seu mundi animae loci aliquid esse patiebatur. Hac igitur de causa in Deum valde injuriosus summaeque impietatis non postremum visus est esse columen. *Aristoteles* in *Metaphysicis* his ejus philosophiam verbis persequitur: (†) Ἀναξαγόρας μὲν γὰρ μηχανῇ χρῆται τῷ νῷ πρὸς τὴν κατασκευήν, καὶ ὅταν ἀπορήσῃ, ἀφ' οὗ ἀνάγκη ἔσται, τότε ἕλκει αὐτὸν· ἐν δὲ τοῖς ἄλλοις παντὸς μᾶλλον αἰτιᾶται τὸν γινόμενον, ἢ νῦν. *Anaxagoras tamquam machina utitur mente* (id est, Deo) *ad mundi constructionem: quumque dubitat, propter quam causam haec vel illa res necessario sit, tum mentem advocat. In reliquis vero alia omnia citius pro causis rerum habet, quae sunt & fiunt, quam mentem illam & rationem.* (*v*) Vides hic, in *Anaxagoram*, qui Deum tamen esse putabat, invehi idcirco *Aristotelem*, quod in causis rerum corporearum investigandis ad naturam vitae & consilii compotem raro, nec antea, quam ceteras causas corporeas & mechanicas defecere perspiceret, confugerit. Atque id ipse *Anaxagoras* falsus esse videtur alicubi. Quodnam igitur hujus philosophi futurum fuisse judicium putabimus, si in nostros incidisset sapientes, in quibus tam insignis est temeritas, ut a gubernatione hujus universitatis divinam penitus potentiam removeant, supremumque Numen, motu semel in materiam immisso, quiescere omnino ab ejus administratione ac temperatione, affirmare non vereantur?

Sed & (*x*) *Plato* tam in *Phaedone*, quam aliis in locis, eadem de causa nominatim castigat *Anaxagoram*, quod, quum vim rationis participem non negaret rerum esse causam, auxilium tamen & opem illius in arcanis naturae rerum explorandis & declarandis rarius imploraverit. (*y*) *Duodecimo* vero *de legibus libro* tectius

(†) Lib. I. C. 4. (p. 267. T. IV. Opp.)

mo adspectu non convenire videri in *Anaxagoram*, quod *Plato* homines, quos perstringit, mentem corporibus juniorem facere, affirmat. Nec enim tam amens fuit *Anaxagoras*, si idem nos habere oportet veterum auctoritatibus, ut rationem & mentem post corpora natam, seu materiae temperationem & modum quendam esse asseveraret: in qua qui sententia sunt, illi meo judicio nihilo Dei contemtoribus meliores sunt. Haec vero dubitatio tollitur, si Graeca *Platonis* accurate considerentur. Namque is philosophos hos non differre affirmat mentem corporibus recentiorem facere, sed eos tantum sic rationes suas instituere significat, tamquam mentem judicarent post corpora demum natam esse, Διϊσχυρίζεσθαι δὲ τῷ ΩΣ ΕΠΙΤΥΧΟΝ. Quare hoc mihi tantum indicare *Plato* videtur, id quod alias quoque scriptum reliquit, non nimis sapienter fecisse *Anaxagoram*, quod causas rerum ante omnia ex ipsa materiae conditione eruere conatus esset, neque Deum & mentem, nisi in dignum vindice nodum incidisset, ad auxilium vocasset. Hac enim ratione evenisse, ut mentem infra res corporeas deprimere, Deoque nihil fere loci in condenda rerum natura relinquere multis videretur. Quae vero in extremo hocce membro *Cudworthius* monet, ea, nisi me fallit opinio, non tam ratio, quam indignatio erga eos animo concepta, qui mechanicis legibus universum rerum naturam tum metiebantur, expressit. Quod enim multitudo omni fere aetate, & *Platonis* etiam aevo, viros retrusis & sublimioribus scientiis & meditationibus deditos impietatis erga Deum postulavit, hocine argumento esse potest, naturam ipsam eo homines impellere, ut eos in Dei habeant inimicis, quos vident in ex-

162 tius in eumdem, praetermiſſo nomine, diſputat, id ei vitio vertens, quod, ipſe licet Deum non rejecerit, aliis tamen, ut id facerent liberius, occaſionem dederit. Verba haec ſunt: (*) Λέγουσι, ὡς νῦς ἔη ὁ διακοσμήσας πάνθ' ὅσα καὶ ὑφ' ἡμῶν αὐτοὶ ἢ πάλιν ἀμαρτάνουσι ψυχῆς φύσεως, ὅτι πρεσβύτερον ἔη σωμάτων, ἅπαντ', ὡς εἰπεῖν ὀρθῶ, ἀνέστραψαν πάλιν. τὰ γὰρ δὴ περὶ τῶν οὐρανίων πάντα αὐτοῖς ἐφάνη, τὰ καὶ ὑφ' ἡμῶν φερόμενα μετὰ γῆν λίθων καὶ γῆς καὶ πάντων ἄλλων ἀψύχων σωμάτων, διανενοήμενοι τὰς αἰτίας πάντας ἅ κόσμει· ταῦτ' ἦν τὰ τότε ἐξευρασθαι πρὸς ἀξιόπιστα. *Nonnulli mentem omnia ornaſſe coeleſtia aſſeverant. At illam circa animae naturam peccarunt, quam, tametſi omnibus corporibus antiquior ſit, juniorem illis eſſe cenſuerunt, eaque ratione omnia iterum, ut ita dicam, everterunt. In corporibus enim coeleſtibus eadem eſſe judicarunt, quae hic videmus. Itaque terra, lapidibus, & aliis rebus inanimatis plena eſſe coeleſtia credentes, his cauſſas totius mundi aſſignarunt: qua re multis ad impietatem auctores fuerunt.* Eodem loco omnes fere Phyſicos & Aſtronomos aetatis ſuae *Plato* refert in magna poſitos fuiſſe apud plerosque impietatis erga Deum ſuſpicione, nec id alio nomine, quam quod naturae rerum explorandae, praeter cauſſas corporeas, vix aliquid adhiberent. Οἱ πολλοὶ δέ φασιν, τὰς τὰ τοιαῦτα μεταχειριζομένας, ἀσεβείας τε καὶ τοῖς μὴ τοιούτοις ἀναξιοπίστους ἄλλας τέχνας, ἀθέους γίνεσθαι, καθιστορικότας δὲ εἶναι τε γιγνόμενα ἀναγκαίως τὰ περὶ μετ' ἀλλ' ἢ βουλήσεως ἀγαθῶν οὐδὲ τινός. *Multi ſibi perſuadent, eos, qui Aſtronomiam ceterasque artes, quae ad hanc ſunt neceſſariae, tractant, Atheos iſtis ſtudiis fieri. Nam quum, quantum fieri poteſt, neceſſarias cauſſas, quibus res omnes fiunt, indagent & explorent, non voluntate & mente boni cauſſa omnia gigni credere illos arbitrantur.* Itaque ipſam paene naturam omni tempore auctorem fuiſſe hominibus, apparet, ut, quos intelligerent materiae & motui, quae geruntur in orbe, omnia tribuere, nec ullum menti, certo consilio & ratione agenti, locum relinquere, eos in divinitatis hoſtibus habendos eſſe ducerent.

§. VII. Sed quum ſore fortaſſis animo proſpiciam, qui nihil inter genitricem naturam & *occultas qualitates* intereſſe ſuſpicentur, operam dabo nunc, ut his perſpectum ſit, quanto duo haec diſcrimine disjuncta ſint. Qui *occultam qualitatem* rei alicujus eſſe cauſſam cenſet, is nullam reapſe ejus cauſſam nominat, ſed obſcurum eſſe ſibi profitetur, a quonam ea profecta ſit initio. Secus illi, qui *genitricem* eſſe *naturam* ſentiunt: qui non modo certam & vere proprieque ſic dictam rerum cauſſam indicant, verum etiam ſoli omnium philoſophorum rei illius, qua nihil orbis habet mirabilius ac praeſtantius, τὸ εὖ καὶ καλῶς intelligo, conſtantiam illam, ornatum, ac aequabiles naturae curſus, eam afferunt rationem, quae percipi poſſit ac intelligi. Quo quidem nomine multum *materiariis* noſtris, quos ita voco, praeſtant, qui, tametſi nihil ſibi dari velint, ut res omnes expediant, niſi motum & materiam, hoc tamen in loco prorſus haerent, nec ullam tantae rei cauſſam proferunt. Una eſt, ex qua ordo omnis atque pulchritudo naſcitur, cauſſa, mens & ratio. At qui genitricem naturam ineſſe credunt in hac univerſitate, hi vim quam-

(*) p. 967. ed. Steph. (ed. Ficini p. 696.)

plicandis rerum naturalium cauſſis multa motus legibus tribuere, ponderibusque ac momentis ea, quae corporibus accidunt, aeſtimare? Vulgi certe judicia ejusmodi levitatem hominum & temeritatem, non rationis & naturae inſtinctum, indicant.

(z) *Etenim Deo*] Sed conſtanter negabunt *Carteſii* ſectatores, Deum a ſe ab omni procuratione naturae excludi, qui Deum leges motus conſerva-

Digitized by Google

quamdam ratione praeditam in ea verſari perhibent. Contra illi, qui fortuito & 163
temerario materiae motui unice adſcribunt omnia, cauſſasque certa ratione & conſilio agentes explodunt, nec, ſine mente ac intelligentia facta eſſe omnia, verentur contendere, nullo modo, quidnam illud ſit, demonſtrare queunt, unde tanta proficiſcatur in hoc orbe motus aequabilitas, tamque certa omnium & conſtans ratio. Quamobrem, niſi forte confuſionem peperiſſe ordinem, caſumque & fortunam produxiſſe aequabilitatem & conſtantiam, dicere velint, in *occultam* poſtremo *qualitatem* ſeſe debent inducere. Atque ego, quidnam ſit illud, quare genus hoc infinitam quamdam mentem univerſitati huic praeficere oporteat, nullo pacto intelligo. (z) Etenim Deo quid opus eſt illis, qui ab omni Deum procuratione & actione amovent, otioſumque illum, quid geratur, & eveniat in rerum natura, ſpectare & contemplari perhibent?

§. VIII. Ceterum genitricem hanc naturam non ſum neſcius ex illis eſſe rebus, quarum non continuo patet omnibus indoles. Quocirca ſtatui, ne quid intermittam eorum, quibus ratio ejus declarari poteſt, bina momenta paullo copioſius perſequi. Primo veram ejus naturae notionem explanare ſtudebo: deinde, quantopere notionem hanc perverterint & adulteraverint, patefaciam, qui ex Dei contemtoribus naturam iſtam unum eſſe praepotentem Deum rerumque omnium unicam cauſſam & fontem arbitrati ſunt.

Ac primo quidem, quemadmodum generatim & in univerſum naturam genitricem animo nobis effingere debeamus, *Ariſtoteles* his verbis ſignificat: (*) Εἰ ἐνῆν ἐν τῷ ξύλῳ ἡ ναυπηγική, ὁμοίως ἂν τῇ φύσει ἐποίει. *Si in ligno ineſſet ars navium conſtruendarum, ſimiliter ut natura faceret.* Pari modo ceteras huc traliere licet artes & ſcientias. Ita ſeſe habet natura haec, ac ſi fingat aliquis, artem architecturae, quae in animo inſidet alioquin architecti, in materiam, lateres & calcem translatam eſſe, in iisque inhaerentem efficere, ut ſine ulla ope aliena coëat illa materies, ſeque ipſam tam ſcite componat & diſtribuat, ut ornatiſſima exſiſtat domus omnibusque partibus abſoluta: quo modo *Amphionem* veteres memorant lyra tam ſuaviter ceciniſſe, ut ipſos lapides, ut ſemet ipſos ſcienter & apte collocarent, Thebanosque muros iſto pacto ſua vi conſtruerent, impelleret. Aut, ſi quis malit, ab arte muſica imaginem licebit petere, atque ita huic naturae comparatum eſſe cogitare, ut ſi ars iſta in ipſis fidibus & inſtrumentis lateret, eaque, viventis inſtar mentis, ſic alliceret & animaret, ut ſine ullo alieno impulſu modulate ſonarent, & numeroſo cantu aures demulcerent. Haec aliaque ejus generis ſimulacra, ut *Ariſtotelis* quidem fert opinio, commode explicant naturae, de qua loquimur, veras rationes. Itaque generatim ars quaedam erit haec natura, in ipſa inhaerens materia, eamque, nullius adjuta auxilio, moderans, temperans, & certo conſilio diſponens & machinans. Cui rei philoſophus idem quo majorem comparet perſpicuitatem & evidentiam, (a) aliud etiam exemplum ſubjicit aut comparationem: (†) Μάλιστα δ' δῆλον, ὅταν τις ἰατρεύῃ αὐτὸς ἑαυτόν· τοῦτο γὰρ ἔοικεν ἡ φύσις. *Quod*

(*) Phyſic. Lib. II. C. 8. (p. 477. T. I. Opp.)

(†) Loc. cit.

re in materia diſtitent. Legi velim hic ea, quae paullo ante ad §. 6. ſcripſi; ex quibus reliquorum etiam, quae hoc §. 7. disputantur, dignitas & ratio patebit.

(a) *Aliud exemplum*] Hanc vero comparationem *Cudworthus* paullo poſt §. 11. non eſſe aptam omni ex parte fatetur ad naturae hujus rationem ob oculos ponendam.

(b) Οὔτε

Quod maxime manifestum est, quum aliquis sibi ipsi medetur: huic enim natura similis est. Ex quibus apparet, *Aristoteli* naturam visam esse artem, non extra se aut intervallo quodam laborantem, sed in ipsa re, quam fabricatur & perficit, residentem & operantem. Habemus, quantum generatim satis est ad naturae procreatricis indolem intelligendam. Ars nimirum ea est, materiam animans, interiusque aliquod, quo solo conformatur & artificiose disponitur materia, principium.

§. IX. Sequitur, ut doceamus, naturam istam, tametsi arti non dissimilis sit, omni tamen humana arte ac industria multo esse praestantiorem & excellentiorem. Ac primo ars humana materiam quamdam nullo modo tractare & fingere potest, 164 nisi eam extra se & certo intervallo collocatam habeat; nec sine ingenti strepitu, sono, ac stridore, sine manu, securi, serra, malleo, aliisque machinis & instrumentis ornatum ei aliquem & speciem conciliare valet. Ex quo evenit, ut multo labore, sudore, ac sollertia opus sit, antequam opus aliquod perficiatur, nec, nisi crebro contusa & pulsata materia, formam aliquam, navis verbi gratia aut domus, paullatim recipiat. Naturae dispar prorsus est ratio: quippe quae in ipsas sese res insinuans, ac intra viscera earum abdita, materiam quoque, in qua nimirum insita est, multo leviori labore subigens, quae meditatur, sine molestia, crepitu, ac turba tacite & occulte perficit. Non male dixeris, artem hanc ita corpori alligatam esse materiae, ut anima corpore nostro concluса est, neque machinatorum & architectorum more extrinsecus, sed interne, *vitaliter & magice* agere. (*b*) Οὔτε χεῖρες ἐντεῦθεν, ἔτι πόδες. ἔτε τι ὄργανον ἐπικτὸν ἢ σύμφυτον ὕλης ἦ δεῖ, ἐφ' ἧς ποιεῖ, καὶ ἂν ἐν αὐλῷ τοιῷ παιᾷ τις δίκαιον. δεῖ ἦ καὶ τὸ μεχλεῖον ἀφεῖναι ἐκ τῆς φυσικῆς ποιήσεως· παῖζει δὲ ἀφειμένου ἢ τῆς μοχλείας, κ. τ. λ. *Hîc neque manus sunt, neque pedes, neque aliquod instrumentum vel adventitium vel cognatum. Materia tantum opus esse manifestum est, in qua operetur, quamve in certam formam redigat. Neque vero putandum est, materiam sic suum opus perficere, veluti impellendo & premendo. Qualis enim impulsio sive pressura varias omniformesque figuras & colores efficere potest?* Quemadmodum Deus intus est in rebus singulis; ita natura materiae pro interiori viventeque anima, & veluti lege est, a qua, nulla re alia interveniente, ad certos usus praeparatur & disponitur.

§. X. Est etiam aliud praeterea, quo natura omnem artem humanam longe vincit & superat. Humani artifices, dum fervet opus, virium saepenumero suarum imbecillitatem sentiunt; qua quidem impediti, in consilium ire solent, & deliberare, quid facto opus sit: nonnumquam etiam posteriores cogitationes superio-

(*b*) Οὔτε χεῖρες] *Plotini* haec verba sunt *Libro de natura, contemplatione & uno Ennead.* III. *Lib.* VIII. §. 1. *p.* 344. Solet *Cudworthus* libenter Platonicis junioribus hac in causa auctoribus uti, nec raro voces & formulas eorum adsciscere: quid? quod ipse libri totius index vocibus constat e schola Platonica sumtis. Et fatendum omnino est, nullos veterum philosophorum his Platonicis propius ad eius sententiam accedere. *Plotini* in primis & *Procli* longae & subtiles passim exstant de natura gignente ac seminante disputationes, quas penitus animo vir doctus imbiberat.

(*c*) *Aristoteles quidem*] Hoc ipsum, quod sequitur, argumentum non memoriae usquam mandavit *Aristoteles*: ex verbis autem eius, quae paullo post producit, fuisse quosdam id aetatis suspicatur *Cudworthus*, qui eiusmodi argumento naturam adorti sunt. Exstant haec verba *Physicor. Lib.* II. *Cap.* 8. *p.* 477. *T.* I. *Opp.*

(*d*) *Haec vero artem*] Quae hic de natura dicuntur, vereor, ne quidam existiment liberalius & magnificentius esse dicta, quam patiuntur, quae

Digitized by Google

rioribus praeferre, coeptumque opus refingere non dubitant. At natura numquam haeret, aut a viribus relictam & destitutam sese videt. Quam propter caussam, cui tamen & alia erit addenda, de qua postea, numquam consilium capit, aut deliberat. (*e*) *Aristoteles* quidem significare videtur, antiquiores, quibus odio Deus fuit, philosophos, hoc argumento potissimum vim naturae fictricem adortos esse: *Quoniam corpora naturalia numquam consultare ac deliberationes instituere videmus, idcirco artis aliquid, consilii, & rationis in illis esse reconditum, haud nobis persuademus, verum omnia temere & casu fieri judicamus.* Sed ipsemet his ita occurrit: Ἄτοπον ἢ τὸ μὴ οἴεσθαι ἕνεκά ἔ γίνεσθαι, ἐὰν μὴ ἴδωσι τὸ κινοῦν βουλευόμενον. καίτοι καὶ ἡ τέχνη οὐ βουλεύει. *Illud etiam absurdum est, quod non putant, aliquid alicujus gratia fieri, nisi videant movens consultasse. Atqui etiam ars non consultat.* Ex quo concludit, quod natura deliberet numquam ac consultet, id nullo impedire pacto, ne ordine, ratione, & via agere, ad certamque metam collineare putetur. Ipsi, qui artifices inter nos salutantur, non, ut artifices, quid res postulet, urgente necessitate, circumspiciunt; sed, arte deficiente, aut quando non satis sibi roboris & virium esse ad perficienda cogitata propter artis, quam extrinsecus hausserunt, inopiam & penuriam, intelligunt, tum demum etiam atque etiam, quid faciendum sit, considerant. Ipsa vero ars, sive ars perfecta, quoniam virtute numquam destituitur, ideo consilii quoque nullo tempore inops est. (*d*) Hanc vero artem natura habet. Quare numquam, quid res poscat, consultat, aut rationes sollicite subducit, sed ad agen- 165
dum promta semper & parata est. Nihil suscipit, cujus poenitere possit deinde: numquam ex posteriori meditatione superiores labores emendat & corrigit, sed perpetuo, constanti, ac immutabili cursu a generatione ad generationem progreditur. Namque simulacrum aut imago quaedam est infinitae ejus artis atque falli nesciae, quae ipsius Dei est in animo: quae quidem ars omnis recti bonique, quod unaquaeque res habet, unica lex est, norma, & regula.

Vidimus ergo, quidnam inter naturam & humanam artem intersit differentiae. Haec a perfectione valde distat, materiamque extra se certo intervallo constitutam fabricatur & ornat. Illa perfecta ars, sive ipsa potius ars est, quae inhaeret in materia, & interne eam adornat, temperat, & machinatur. Itaque, quod in proverbiis versatur, *artem imitari naturam*, ejus haec est sententia: Artem humanam, quae parum habet perspectionis, aemulari perfectissimam naturae artem, quae ab ipsa divina arte reapse non differt. Atque id jam ante *Aristotelem* his verbis (*e*) *Plato* significavit in *Sophista*: Τὰ φύσει λεγόμενα, πεποιῆσθαι θείᾳ τέχνῃ· *Quae natura vulgo dicuntur fieri & facta esse, ea re vera divina perficiuntur arte.*

§. XI.

supra §. 5. & infra §. 11. 12. 15. de hac natura praecipit. (I) Alias naturam deligendi & judicandi facultate carere asseverat. Hic perinde loquitur, ac si deliberato consilio quodvis opus aggrederetur. Negat enim, ut reliqua taceam, suscipi ab ea aliquid, cujus poenitere queat. (II.) Alias Deum emendare nonnumquam & corrigere admissos a natura errores concedit. Hic vero significare videtur, nihil umquam vitiosi, aut cujus poenitere queat, naturam efficere. Mitto reliqua. Sed qui de re agunt, quam ipsi ex parte tantum sibi cognitam esse fatentur, crassisque tenebris circumfusam, his plerumque usu venire solet, ut verbis a semet ipsis dissentiant, idemque, quod sustulerunt alicubi, aliis locis affirmare videantur. Hanc veniam nos humanae infirmitati oportet dare, ut ejusmodi vitia moderate reprehendamus.

(*e*) *Plato*] *Sophista* in extremo Dialogo *p.* 168. *Opp.* Sed cave, putes, in his verbis *Platonis* φύσει significare *naturam creatricem*, aut hujus dicti hanc esse vim, quam *Cudworthus* putat. *Plato*, quum commemorasset, esse homines quosdam, qui

Digitized by Google

§. XI. Haec licet ita ſeſe habeant, nolim tamen, aliquis ſibi perſuadeat, naturam hanc ipſam eſſe divinam artem in ſe & libere pureque conſideratam. Quemadmodum enim natura non ipſe Deus eſt, verum res non modo a Deo diſtincta, ſed multo etiam Deo minor & inferior: ita eadem cum divina arte pure & abſtracte ſpectata confundi nullo modo debet. Ars ea quidem eſt divina, at concreta & corpori admiſta. Ipſa ars divina, ut in ſe eſt, nihil eſt, quam ſcientia, intelligentia, & ſapientia illa, quae divinam mentem habitat & incolit. Atqui ſcientia, ratio, & intelligentia, ſi quis indolem ejus extra omnem peregrinum ornatum expendat, κεχωρισμένον τι, res quaedam eſt ſeparata & a ceteris rebus omnibus ſecreta, naturaque tam tenui atque ſubtili praedita, ut nullo plane modo materiae coagmentari, atque ſic, ut corpori anima, miſceri & ſociari queat. Quocirca alteram, quam *Ariſtoteles* in medium profert, ſimilitudinem, atque ad naturae hujus indolem declarandam cenſet aptiſſimam, ab arte nimirum Medici, qua ſemet ipſum curat & ſanat, ductam, equidem ab hac cauſſa remotiorem eſſe arbitror. Etenim ars medendi, quum ipſimet, in cujus animo reſidet, Medico opem & auxilium comparat, non hoc ei praeſtat officium, ut natura, ſive ut ars concreta & corpori admiſta, ſed tantum ut ſcientia & ſapientia, quae eſt ars nuda, corporisque omnis & concretionis expers. Praeterea circuitione & quaſi anfractu opus ſuum perſequitur: voluntate nimirum utitur Medici, ſibimet ipſi talia praeſcribentis medicamenta, qualia impedimentis removendis ſunt neceſſaria, quae virtuti obſtant naturae ſive inteſtini Archei, ne ſanationem hic ipſe perficere poſſit. Ars (*f*) ab *Ariſtotele* definitur λόγος ἄνευ ὕλης, *ratio ipſius rei ab omni materia ſejuncta.* Itaque divina ars ſive ſcientia, quae in animo Dei eſt, ratio eſt a corpore ſecreta. Natura vero ratio eſt *merſa in materiam & confuſa*, ac veluti corpore ebria. Non
166 divina ars *archetypa* haec eſt natura, ſed tantum *ectypa*, vivens quaedam imago & ſignum divinae ſapientiae: quae, licet accurate aeternae & *archetypae* ſapientiae regulam agendo imitetur, haud tamen ullo modo eorum, quae perficit & exſequitur, cauſſam atque rationem intelligit. Ita, ſi quid ego judicando valeo, duo haec diſcrepant inter ſe, quemadmodum λόγος ἐνδιάθετος, *ratio & perceptio animi*, quam *verbum* appellant *mentis*, & λόγος προφορικὸς, *ratio, quae ſermone externo declaratur*: quarum haec, etſi certam illius notam habeat impreſſam, in ſe tamen nihil eſt, quam ſonus ſuis conſtans articulis, omni vero carens ſenſu ac intelligentia. Quamquam & alia haec res ſimilitudine illuſtrari poteſt. Ars ſcilicet & ſapientia divina ſimi-

Deum tollerent, & φύσει ſeu natura omnia eſſe facta confingerent, ſe vero ſubiicit aſſumturum eſſe in illa diſputatione, quae illi profani φύσει dicant facta eſſe, ea divino conſilio & arte eſſe condita. Haec quantopere diſſidem ſententia a *Cudworthi* interpretatione, perſpicuum eſt: quippe qui *Platonem* hoc vult dixiſſe: Quae natura procreatrix efficit, ea ex divina fluunt arte, aut natura fabrix artem divinam, normae ac regulae inſtar, ſequitur.

(*f*) *Ab Ariſtotele*] *De part. animalium Lib.* I. *Cap.* 1. *pag.* 472. *T.* II. *Opp.*

(*g*) *Itaque* κυριώτερον] (I.) Etſi nullo pareat hic labori vir egregius, ut naturae, de qua agitur, accuratam rationem quamdam in lectorum informet animis, ejusque a divina arte diſcrimen docet; haud pauci tamen erunt, nil dubito, qui ſatis ſibi factum eſſe negabunt. Nec ipſe diffiteor, legi hic nonnulla, quae rem magis implicare, quam explicare, videntur. Mitto, quae de arte medendi, Medicum ipſum ſanante, dicantur, in quibus plus forte ſubtilitatis eſt, quam vellent plurimi. Id vero mihi declarari vellem, quomodo, quum ars res ſit ab omni materia ſejuncta, natura creatrix ars eſſe queat cum materia confuſa, & diſſimilis tamen artis medendi, Medico ipſi conſulentis. Sed haec omnia & alia mirari & quaerere definio, quum virum doctum in re hic explicanda verſari cogito, quam ipſe parum ſibi notam eſſe fatetur. (*II.*) Inter architectum & hominem manu laborantem quid interceſſet, non opus erat, ut *Ariſtotelis* edo-

ce-

Digitized by Google

ſimilis eſt architecti: natura vero operarium non male refert manu laborantem. Atqui horum qualis ſit differentia, id ab *Ariſtotele* ſatis ad propoſitum noſtrum accommodate hic video expoſitum: (*) Τῆς δὲ χειρὸς καὶ ἑκάστου τῶν ὀργάνων τὴν ψυχὴν μᾶλλον εἶδέναι νομίζομεν ἢ τὴν χειροτεχνῶν καὶ σκυτοτόμων, ὅτι τὰς αἰτίας ἢ ποιεῖται ἴσασιν· εἰ δὴ, ὥσπερ καὶ ἡ τέχνη ἐνίοις, ποιεῖ μὲν, οὐκ εἰδέναι δὲ ἢ ποιεῖ, ὧν καὶ τὸ πῦρ· τὰ μὲν ἐν ἀψύχοις φύσει τινὶ ποιεῖ τούτων ἕκαστον, τὸν δὲ χειροτέχνας δι' ἕξιν. *Quare & eos, qui in quaque re architecti ſunt, honorabiliores & doctiores, ac eis, qui manibus operantur, ſapientiores putamus, quoniam cauſſas eorum, quae fiunt, ſciunt; illi vero, ſicut iſta, quae inanimata ſunt, faciunt quidem, ſed ea faciunt, quae neſciunt, ut ignis comburit: ſed inanimata natura quadam horum ſingula faciunt, manibus vero laborantes propter conſuetudinem.* (g) Itaque χειροτέχνης, ſi placet, natura vocetur, *opifex manu fabricans*, quae ex ſupremi architecti voluntate laborat, atque divinae ſapientiae & arti in exſequendis operibus obtemperat, (*b*) ἡ ποιεῖ μὲν οὐκ εἰδυῖα, *quae agit quidem & operatur, ſed ignara eſt rationum, propter quas agit.*

§. XII. Ut igitur ſuperius, quot modis natura ſuperet humanam artem, declaravimus; ita nunc quoque doceamus, neceſſe eſt, quibusnam rebus eadem humanis artibus cedat & inferior ſit. Hae autem binae ſunt. Primo, licet natura ordine & ratione agat, ac ad certos omnia uſus dirigat, ipſa tamen metam & conſilium neſcit operis ſui, neque cauſſam, cur ſic agat, non alia ratione, perſpectam habet. Non magiſtra eſt perfectiſſimae illius artis & ſapientiae, cujus regulam & inſtitutum ſequitur, ſed miniſtra tantum, quae praeceptis ejus morem gerit, idque, quod juſſa eſt, efficit. Placet (*i*) verba *Plotini* adſcribere, quibus differentiam hanc naturae artisque vel ſapientiae, uti extra materiam ſpectatur, exponit: Τί διαφέρει δὲ λεγομένης φύσεως φρόνησις; ἆρα ἡ μὲν φρόνησις πρῶτον, ἡ δὲ φύσις ἔσχατον· ἐνδεέστερον δὲ φρονήσεως ἡ φύσις, καὶ ψυχῆς ἔσχατον ὄν, ἔσχατον καὶ τὸν ἐν αὐτῇ ἐμφαινόμενον λόγον ἔχει· οἷον εἰ ἐν κηρῷ βαθεῖ διήκοιτο εἰς ἔσχατον ἐπὶ θατέρᾳ ἐν τῇ ὄψιφανείᾳ τύπῳ, ἐναργὴς μὲν ἐκεῖθεν ἄνω, ἰχνος δὲ ἀσθενὲς κἀκεῖθεν δὲ κάτω, εἶτεν ἐδὲ εἶδος φύσις, μένον δὲ ποιεῖ· *Quonam modo ſapientia differt a natura? hoc ſane, quod ſapientia quidem primum eſt, natura vero ultimum. Natura enim ſapientiae tantum imago eſt: quumque poſtremum animae ſit, ultimam* 167 *quoque in ſe rationem habet lucentem & emicantem. Quemadmodum ſi, dum profundior cera imprimitur, usque ad alteram ejus ſuperficiem penitus figura pertranſeat, ubi quidem figura ſuperior perſpicua ſit, poſtrema vero veſtigium ſit obſcurum. Similiter natura nihil*

(*) Metaph. L. I. C. 1. (p. 260. T. IV. Opp.)

cerentur homines teſtimonio. Sciunt id omnes, qui vel mediocriter rerum humanarum periti ſunt. Ipſa vero comparatio, ſi quid ego judico, minus etiam apta eſt ad differentiam naturae procreatricis & Dei oſtendendam, atque illa *Ariſtotelis* a Medico ſumta. Natura fictrix ars nimirum eſt, ſimulacrum artis divinae, rerum, quas agit, & regularum, ex quibus agit, ſi recte capio *Cudworthi* mentem, ſciens & gnara. Quid, quaeſo, horum in opificem cadit, manu conſiliis architecti ſervientem? Non ille artem callet architecti, non aedificandi leges novit, verum materiem tantum aſportat, firmat, disponit, uti fabricator ipſe jubet. Talis ſi haec natura foret, Deus ipſe rerum omnium machinator eſſet & artifex, neque natura jure vitii cujusdam accuſaretur, ſed ipſe Deus, cujus ea juſſu & mandato agit, ipſa artis rerumque omnium neſcia. Dicam, quod ſentio: Quae vir doctus de hac natura diſſerit, vix mihi videntur omnia commode inter ſe conciliari poſſe.

(*b*) Ἡ ποιεῖ μὲν] *Plotinus*, quo in primis familiariter *Cudworthus* uſus eſt, ita loquitur *Libro, verum ſtellae aliquid agunt, Ennead.* II. *Lib.* III. *Cap.* 17. *pag.* 117.

(*i*) *Verba Plotini*] Ex *Libro* II. *de dubitationibus animae Ennead.* IV. *Lib.* IV. *Cap.* 13. *p.* 467.

Digitized by Google

hil novit, ſed efficit tantum. (*k*) Idem philoſophus alias, quidnam inter λόγους ſeu rationes gignentes & notitias ſive animi comprehenſiones interſit, hoc modo explicat: Πότερος ἢ οἱ λόγοι ἔνται οἱ ἐν ψυχῇ νοήμασι; ἀλλὰ πῶς καὶ τὰ νοήματα ποιεῖ; ὁ γὰρ λόγος ἐν ὕλῃ ποιεῖ. καὶ τὸ ποιῶν Φυσικῶς ἐ νόησις, οὐδὲ ὄψασις, ἀλλὰ δύναμις θρεπτικὴ ἢ ὕλης, οὐκ εἰδυῖα, ἀλλὰ δρῶσα μόνον οἷον τύπον καὶ σχῆμα ἐν ὕδατι· *Quaerendum vero, utrum ſeminales hae rationes, quae animae inſunt, intelligentiae ſint? At enim quonam-modo per intelligentias faciet? Ratio enim in materia operatur & agit, quodque naturaliter agit, id neque intellectio eſt, neque viſio, ſed vis quaedam agitans materiam, non ſane cognoſcens, ſed agens tantum, non ſecus ac forma figuraque in aqua.* Atque huic veterum doctrinae, quae naturam rem eſſe ſtatuit efficientem, non vero ratiocinantem, (*l*) ex recentioribus naturae ſpeculatoribus is penitus videtur aſſentiri, qui judicio & ſagacitate nulli ſecundus eſt. Etenim ille, poſtquam ſapientiam & artem illam, quae ex corporum animatorum ſtructura elucet, admiratus erat, ſic rationem concludit: Aut vim animae fingentem & machinantem, per quam ipſa corpus ſuum fabricatur & aptiſſime comparat, confitendum eſſe, ea virtute mentis, quae ratione valet & intelligentia, excellentiorem ac diviniorem eſſe; aut vero concedi debere: (*) *In naturae operibus neque prudentiam nec intellectum ineſſe, ſed ita ſolum videri conceptui noſtro, qui ſecundum artes noſtras & facultates ſeu exemplaria a nobismet ipſis mutuata de rebus naturae divinis judicamus: quaſi principia naturae activa effectus ſuos eo modo producerent, quo nos opera noſtra artificialia ſolemus.* Itaque, praeſtantiſſimorum ex omni memoria philoſophorum auctoritatibus freti, naturam affirmamus rem eſſe, artificioſe quidem certoque conſilio procedentem, at divinae tantum artis & ſapientiae imitatricem, quae nec ipſamet proſpiciat, quonam tendant labores ejus, nec cauſſas cognoſcat earum rerum, quas, ut finem iſtum conſequatur, ſuſcipit. Qua etiam de cauſſa nec deliberare aut conſilium capere, nec ex pluribus rebus unam eligere, nec denique ullum in agendo judicium adhibere poteſt.

§. XIII. Non deerunt, ſuſpicor, quibus hoc prima ſpecie valde videbitur mirabile, quod naturam agere quidem contendimus & operari ἕνεκά του, ſeu ut certos conſequatur fines, ordineque ac conſilio in perficiendis operibus ſuis progredi, ac ſimul conſilii, rationis, & intelligentiae participem eſſe negamus. His igitur ut omnes eximamus ex animo ſcrupulos, nihil eſſe in hac ſententia, quod creditu grave

(*) Harveus de gener. animal. Ex. XLIX.

(*k*) *Idem philoſophus alias*] *Ennead.* II. *Lib.* III. *Libro, utrum ſtellae aliquid agant, Cap.* 17. *p.* 147.

(*l*) *Ex recentioribus naturae ſpeculatoribus*] *Harvei* auctoritas quantum ponderis habeat ad hanc rem firmandam, melius intelligetur, ſi ipſa ejus verba huc integra tranſtulero ex *Libro de generatione animal. Exerc. L.* (non XLIX. ut in ora libri *Cudworthus* notavit) *p.* 288. *ed. Patav.* 1666. *in* 12. *Quoniam igitur*, inquit, *in pulli fabrica ars & providentia non minus eluceſcunt, quam in hominis ac totius mundi creatione; neceſſe eſt, fateamur, in generatione hominis cauſſam efficientem ipſo homine ſuperiorem & praeſtantiorem dari, vel facultatem vegetativam, ſive eam animae partem, quae hominem fabricat & conſervat, multo excellentiorem & diviniorem eſſe, magisque ſimilitudinem Dei referre, quam partem ejus rationalem, cujus tamen excellentiam miris laudibus ſupra omnes omnium animalium facultates extollimus, tamquam quae jus & imperium in illas obtineat, cuique cuncta creata famulentur. Vel ſaltim fatendum eſt* &c. Sequuntur ea, quae hic deſcripſit *Cudworthus*. Quae haec verba apud *Harveum* excipiunt, ea aptiora etiam fuiſſent viri docti inſtituto: ſed ex iisdem patuiſſet, *Harveum* talem ſibi minime finxiſſe animo naturam, qualem *Cudworthus*. Itaque his uti verbis maluit. Reculit autem *Harveus* rerum omnium pro-

ve ſit, aliquot exemplis ſeu comparationibus demonſtrare ſtudebimus. Ergo primum habitus cogitemus, ſigillatim eos, qui ad Muſicam pertinent, cantandi, nimirum, fidibus canendi, ſaltandi. Iſti habitus quemlibet manus, vocis, totius- 163
que corporis motum moderantur, & ſine ulla mora efficiunt, tametſi numquam exquirant aut deliberent, quinam numerus aut quale motus genus primum excipiat & conſequatur motum. Muſicum, quaeſo, dormitantem adorire, atque carminis, quod vel ipſe numeris alligavit muſices, vel memoriae mandavit antea, exordium cane: is vero continuo, ac fortaſſis ante, quam ſomno prorſus fuerit ſolutus, vocem ſuam tuae junget, coeptamque cantilenam non deſinet perſequi, donec ad totius exitum carminis perventum ſit. Eadem vis habituum induſtria comparatorum in digitis conſpicitur hominis, fidibus ſcienter canere docti, aut in pedibus totoque corpore periti ſaltatoris. Etenim habitus ipſi, tametſi leges muſicas ac concentus, ex quibus pedes manusque moveri ſas eſt, penitus ignorent, longam tamen & continuatam variorum motuum ſeriem ſcitiſſime & artificioſiſſime gubernant & dirigunt. Quare, quod de natura paullo ante diximus, efficere quidem eam, at non ratiocinari & intelligere, id in hos etiam cadit habitus. Ergo valeant, qui naturam genitricem, quae corpora ſcienter & certa via moveat, ex eorum genere putant eſſe, quae nullo eſſe modo poſſunt. Nam, quod diximus, habitus quoque, in quibus nulla eſt artis ejus aut rationis, qua reguntur, notitia, gradatim nihilominus & minutatim ſemet ipſos explicant, atque diuturnam artificioſorum motuum continuationem promte ſine ulla intermiſſione producunt. Is ipſe, quem modo laudavi, *Plotinus* eadem ſimilitudine ſeminantis rationis aut genitricis naturae hujus indolem declarat: (*) Ἡ πάντων ἐνέργεια αὐτῆς τεχνικὴ· ὥστε ἂν ὁ ὀρχούμενος κινούμενος εἴη· ὁ δὲ ὀρχησὰς τῇ ὅλῃ τεχνικῇ ζωῇ ἕπεται αὐτὸς, ἢ ἡ τέχνη αὐτὸν κινεῖ, ἢ ὅλῃ κινεῖ, ὡς ἡ ζωὴς αὐτῆς τοιαύτης πως ἔσης· *Quamobrem actus ejus artificioſus eſt, ceu ſi quis tripudio moveatur. Tripudiator enim vitae ſic artificioſae ſimilis eſt. Ars ipſum movet, atque ita movet, ac ſi vita ipſa talis quodammodo eſſet.* (*m*) Nec aliud veteres opinor ſpectaſſe mythologos, quum naturam hujus univerſitatis imagine Panis, fiſtula aut lyra canentis, atque ſimul Nymphae, cui Echo nomen, amore calentis, exprimerent. Id ſibi nimirum voluiſſe videntur, naturam tacito quodam concentus & muſices genere partes hujus univerſitatis omnes, artis ubique ac proportionis ratione habita, machinari, ipſam autem interea ſummam ex reſonante con-

(*) Ennead. III. Lib. II. Sect. 16. (p. 267. Opp.)

procreationem & generationem ad ipſum Deum. *Quapropter*, inquit, *l. c. p.* 290. *rem recte pieque putaverit, qui rerum omnium generationes ab eodem illo aeterno atque omnipotente Numine deduxerit.* —— *Nec magnopere litigandum cenſeo, quo nomine primum hoc Agens compellandum aut veneranduin veniat, ſive* Deus, *ſive* natura naturans, *ſive* anima mundi *appelletur. Id enim omnes intelligunt,* —— *quod ubique praeſens ſingulis rerum naturalium operibus non minus adſit, quam toti univerſo, quod numine ſuo ſive providentia, arte ac mente divina cuncta animalia procreet.* Natura igitur *non providentia, diſciplina & conſilio*, ut *Harveus* ait, *agens* ipſe Deus illi eſt.

(*m*) *Nec aliud veteres*] Favent huic explicationi fabulae de Pane multi veterum, qui Deum huuc aut totius mundi aut aetherei ſpiritus per totum mundum pertinentis ſimulacrum eſſe crediderunt. Vid. *Gerh. Jo. Voſſius de idololatr. gent. Lib.* VII. *Cap.* 3. *pag.* 721. *ſ.* Sed alii ſoli cum fuiſſe volunt imaginem. Vid. *Gilb. Cuperi Harpocrates p.* 88. Equidem neutri parti aſſentior, ſed cum antiquiſſimis Chriſtianorum doctoribus exiſtimo, has fabularum veterum expoſitiones ad tegendam Deorum, quos populi colebant, turpitudinem a ſapientibus inventas & excogitatas eſſe. Reliqua, quae monere hic poſſem, prudens omitto. Res ipſa docet, quantum virtutis & ſimilitudinis in has

Digitized by Google

concentu isto voluptatem & laetitiam capere. Habitus adventitia quaedam & acquisita dicuntur esse natura. Atque ipsam (*n*) Stoici quondam naturam τέχνην appellarunt sive habitum. Quamobrem nulla re alia haec duo videntur esse disjuncta, quam hac una, quod habitus industria, discendi studio ac exercitatione comparetur, natura vero, quae voces sunt (*o*) *Hippocratis* ἀπαίδευτον sit καὶ ἀμάθητον, *a nemine instituta & erudita.* Neque obstat aliquid, quin haec ipsa natura (*p*) quodammodo αὐτοδίδακτον, *sui ipsius magistra* vocetur, quamvis eam semper a divina sapientia & arte secreto assiari, interneque agitari & impelli, nullum omnino dubium sit.

169 §. XIV. Addo aliam similitudinem, ex qua fieri posse constat, ut natura quaedam via atque ordine in operibus suis progrediatur, nec ipsa tamen causarum, quare sic vel aliter agat, gnara sit. Naturales nimirum, quos in brutis animantibus videmus, instinctus considerari jubeo. In his nemo sapiens instinctibus scientiam esse dixerit. At iidem tamen animalia, ut apte omnia faciant & scienter, atque cunctas actiones ad suum non modo, sed totius universitatis commodum referant, impellunt & instigant. Sic apes animant ad mel conficiendum, favos fingendos, aediculasque suas sexangulas condendas, araneas ad telas suas texendas, aves ad nidos suos construendos, alia ad alios ejus generis actus animalia incitant. Quos si quis intueatur actus, is magnam esse in auctoribus eorum sagacitatem suspicetur; quum tamen, id quod (*q*) *Aristoteles* observat ὅτε τέχνῃ, ὅτε ζητήσαντες, ὅτε βουλεύμενα ποιεῖ, *nec arte, nec deliberatione habita, nec denique consilio illa omnia suscipiant*, neque in potestate sua istam sapientiam, cujus institutis & praeceptis obtemperant, contineant, sed facultatem tantum habeant instinctus ejus & impressiones recipiendi. Certe, si quis bruta animantia haec omnia, quae diximus, propria sapientia & virtute duce, sine ulla consultatione & deliberatione efficere censuerit, is vero praestantissimam illis intelligendi vim, quae humanam longe superet rationem, attribuet. E contrario perspicuum satis est, minime tam eximia esse

hac comparatione naturae procreatricis cum Pane fistula canente & Nympham amante lateat.

(*n*) *Stoici naturam ἕξιν*] Apud *Diogenem Laërtium Libro* VII. *Segm.* 148. *pag.* 459.

(*o*) *Hippocratis*] *Lib.* VI. *Epidemicor. Sect.* 5. *pag.* 509. *T.* I. *ed. Lindenii.* Vide, quae diximus *ad Cap.* 3. §. 7. Non dissimile dictum *Hippocratis* exstat *Libro περὶ τροφῆς* §. 8. *pag.* 597. *T.* I. *Opp.* Φύσιες πάντων ἀδίδακτοι. *Naturae omnium nullo doctore usae sunt.* Sed *Hippocratis φύσις* multum differt a natura effectrice *Cudworthi.*

(*p*) *Quodammodo αὐτοδίδακτον*] Credo, virum doctum his verbis *Harvei* rationem habuisse. Hic enim *de generat. animal. Exerc. L. pag.* 290. naturam vocat αὐτοδίδακτον. Quod ad ipsam attinet naturae procreatricis & habituum comparationem, quae hic exhibetur, equidem minus eam habere convenientiae & similitudinis arbitror, atque censuit vir eximius. (1.) Natura fictrix res est per se subsistens, non facultas naturae alius. Quid vero habitus? Certe nihil, quam animi facultates & vires. Quamvis enim hic *Cudworthus* ita loquatur de his habitibus, ac si res & naturae essent sibi constantes & efficiendi virtute praeditae; perspicuum tamen est, eos nihil esse, quam ipsam animam, suis virtutibus in his vel illis rebus celerius & expeditius, atque in aliis solet, utentem, aut proprietates animae. Habitus canendi & saltandi quid est, quaeso, sunt? Vis & potestas animae, longam motuum & numerorum seriem solito citius ciens & producens. Habitus litteras exarandi quid est? Animae vis memoriae facultatem quam celerrime adhibens. Licetne vero affectionem rei cujusdam cum natura quadam per se constante componere? (11.) Natura procreatrix non ratiocinatur, non cogitat, non deliberat, non sibi factorum est conscia, sed certa tantum lege, perinde ac si fato regeretur, agit. Anima vero habitus suos exercens num otiosa prorsus est? Non credo. Cogitat certe saltatoris & cantatoris animus, quinam motus & numeri deceant, vel dedeceant, sequantur, vel non sequantur, nec, dum homo vel canit vel saltat,

Digitized by Google

eſſe animalia ratione praedita, ut deliberationis nullius indigeant, quin ne conſilio quidem capiendo ea eſſe idonea, illos vero naturae inſtinctus fati quoddam eſſe genus, cujus illis vim & leges effugere (*r*) nulla ratione liceat.

§. XV. Accedo ad alterum illud, quo genitrix natura humanis artibus cedit. Igitur natura haec, quemadmodum eorum, quae efficit, cauſſas & rationes ignorat, ita ſibi etiam eorum, quae gerit, clare ac diſerte non eſt conſcia. Quo quidem nomine non modo infra humanam artem poſita eſt, ſed etiam brutis minor eſt animantibus. Namque beſtiae tametſi, quum faciunt aliquid, cauſſas rerum, quas, natura inſtigante, perficiunt, haud comprehendunt; nemo tamen negat, ſcire eas & ſentire, quidnam peragant, viſisque pelli & affici. Contra vis haec genitrix, de qua loquimur, in formandis animalium & plantarum corporibus non iſto, quo animantia, modo impelli & commoveri, nec expreſſa factorum conſcientia, *συναίσθησιν* appellant Graeci, tangi videtur. Audiamus, quem aliquoties 170
commendavimus, *Plotinum*, ſic differentem hac de re: (*) *Ἡ φύσις οὐδὲ φαντασίαν ἔχει· ἡ δὲ νόησις φαντασίας κρείττων. Φαντασία δὲ μεταξὺ φύσεως τόπου καὶ νοήσεως. ἡ μὲν γὰρ οὐδεὶς ἀντίληψιν οὐδὲ σύνεσιν ἔχει. Imaginationem natura non habet. Intelligentia vero eſt imaginatione praeſtantior. Sed imaginatio inter naturalem figuram intelligentiamque eſt media. Natura vero nullius rei animadverſionem cognitionemque habet.* Verbo, natura res eſt inteſtino illo ſenſu atque interiore delectatione, qua gaudent animalia, deſtituta.

§. XVI. Jam ego (*s*) recentiores quosdam philoſophos, qui anguſtioribus, quam fas erat, diſciplinam ſuam terminis deſcripſerunt, huic dogmati interceſſuros eſſe non dubito, atque duo tantum actionum dari genera, pugnaturos, motum nimirum corporum externum, & cogitationem cum ſenſu mentis interiori & conſcientia connexam. Solent nimirum hi, quaecumque exſiſtunt, omnia ad duas omnino revocare claſſes, alteram corporum extenſorum, alteram naturarum co-

(*) Ennead. IV. Lib. IV. Sect. 13. (Lib. II. de dubitat. animae p. 407.)

tat, mens ſtertit aut torpet. At quoniam his motibus aſſuetus dudum eſt animus, ideo tanta cogitat & deliberat celeritate, ut cogitationes & ratiocinationes eius vix animadvertat homo. Numquam ego mihi perſuaſerim,

Chironomon Ledam molli ſaltante Batillo,

(*Juvenal. Satyr.* VI. *vſ.* 68.) etiamſi nihil motu ejus fingi queat celerius, animam ceſſare prorſus, corpus vero & pedes fataliter veluti impelli, & ſine ulla ratione moveri. Quemadmodum, qui ſermonem memoriae mandatum prompte & alacriter recitat, etiamſi nihil cogitare & meditari videatur, tamen commentatur & animo laborat: ita & illi, qui modos edocti muſices, incredibili celeritate fides pulſant. (III.) Natura, quo conſilio & cujus rei cauſſa agat, neſcit. Norunt vero id illi, qui aut ſaltandi, aut canendi, aut ſcribendi, aut alio quovis habitu utuntur. Saltat nemo & cantat, nili placendi aut oblectandi gratia, nec ignorat ideo ſe ſaltare ac ſaltare. Mitto reliqua. Haec ideo minime diſputo, ut naturam genitricem perimam. Vivat illa, licet, ſi tueri ſeſe queat. Ego tantum, non nimis arte cum habitibus eam componi, contendo.

(*q*) *Ariſtoteles obſervat*] *Phyſicor. Lib.* II. *Cap.* 10. *pag.* 476. *T.* I. *Opp.*

(*r*) *Nulla ratione liceat*] Hunc ego comparationem, a brutorum animantium inſtinctu ductam, vix exſpectaſſem ab illo, qui animas in beſtiis eſſe, eorumque motus moderari, ſtatuit. Ubi enim animus quidam imperat, ibi inſtinctui parum loci relinquitur. Taceo, virum magnum de his inſtinctibus ita verba facere, ac ſi eſſent certae naturae, agendi virtute inſtructae.

(*s*) *Recentiores quosdam philoſophos*] Vix, ut moneam, neceſſe eſt, *Carteſium* & aſſectatores ejus intelligi.

(*) *Nat*

Digitized by Google

cogitantium. Nullam deinde fieri cogitationem decernunt poſſe, quae non cum interiore ſenſu & perceptione copulata ſit. Sic autem quum ſentiant, talem genitricem naturam, qualem nos proponimus, quae ſic agat, ut nulla factorum conſcientia afficiatur, ipſis elementis ſuae ſapientiae ſalvis, recipere nequeunt. (*t*) Nos itaque alias rerum omnium, quae exiſtunt, claſſes conſtitui debere putamus, easque primum in corpora ſolida & reſiſtendi virtute praedita, atque naturas viventes, ſive tales, in quibus poteſtas quaedam eſt per ſe agendi & operandi, diſtribuendas eſſe ducimus. Poſterioris generis duplex rurſus ordo eſt. Namque aliae res ſic agunt, ut ſimul ſentiant & ſciant, ſeſe agere; aliae, tametſi efficiant aliquid, nihil tamen, dum agunt & laborant, cogitationis intimae aut ſenſus percipiunt: & hujus quidem generis natura haec genitrix eſt, cujus indolem & rationem quaerimus. Medium ergo quoddam genus actionum eſſe opinamur inter motum externum & vitalem illam facultatem, quam in animantibus eſſe novimus; a quo genere ſenſus ille abſit, qui vitae animalium conjunctus eſt. Eſt ſimplex quaedam & interior efficacitas, visque ex ſe ipſo ſeſe movendi, quae caret altera virtute illius rei, quam Graeci *συναίσθησιν* dicunt, cujus beneficio fieri ſolet, ut natura quaedam ſibimet ipſi, dum agit, praeſto ſit, ut ad ea, quae molitur, accurate attendat, ut ſeſe agere aut ferri ac perpeti ſentiat, ut denique inteſtino quodam ſenſu & perceptione afficiatur. Illud quidem ſine ullo dubio concedendum eſt, eam rem, quae materiam commovet, aut motum ejus, vitae inſtar, dirigit, id ipſum propria quadam & inſita virtute facere, a motu ſejuncta. Id etiam ut credamus, ipſa exigit ratio, rei illi cum materia, quam regit & mode-
171 ratur, naturalem quamdam & vitalem eſſe cognationem & neceſſitudinem. Utrumque vero hoc fieri poſſe exiſtimamus ſine clara & expreſſa factorum cognitione & conſcientia. Enarrabo hoc iterum *Plotini* verbis, qui: (*) Πᾶσα, inquit, ζωὴ ἐνέργειά δὲ, καὶ ἡ φαύλη· οὐχ ὡς τὸ πῦρ ἐνεργεῖ, ἀλλ' ἡ ἐνέργεια αὐτῆς, κἂν μὴ αἰσθητός τις παρῇ, κίνησίς τις οὖσα τυχή. *Omnis vita actus eſt, vel viliſſima & infima vita. Non autem haec efficientia ſic operatur, quemadmodum ignis, ſed talis eſt, ut, etiamſi nullus ei adſit ſenſus, motio tamen minime ſit temeraria & fortuita.* Quocirca, qui pugnant inter ſe: ſitne virtus naturae hujus genitricis cogitatio, nec ne, de vocibus mihi tantum dimicare videntur. Quodſi enim ita cogitationem definiat aliquis, ut cla-

ram

(*) Ennead. III. Lib. II. C. 16. (Libro I. de provid. p. 267.)

(*t*) *Nos itaque alias*] Placuit viro longe doctiſſimo, *Joanni Clerico*, quum ſummam harum cogitationum *Cudworthi* referret, eas quodammodo fulcire ac communire: quem ejus locum, quum multum ponderis & elegantiae habeat, ex Gallico non gravabor Latine vertere. *Iſtam certe*, inquit, *naturarum partitionem, qua utimur plerumque, nulla re alia niti, quam cognitionis noſtrae finibus, exploratum eſt. Quodque duo dicuntur eſſe vulgo rerum genera, alterum mentium aut naturarum, quae cogitant, & ſimul ſentiunt ac percipiunt, eſſe ſeſe ac cogitare, alterum corporum ſeu rerum extenſarum, ſolidarum, & dividuarum; id propterea tantum fit, quod plurium rerum diſtinctas non habemus notiones animo informatas. Quis vero dixerit, nihil eſſe in rerum natura, praeter id, cujus nos diſtinctam animo notionem comprehenſam habemus? Quis, obſecro, negaverit, Deum potuiſſe naturas condere, quarum illi haud placuit notionem nobis impertiri? Idcone Deus nos fecit, ut omnia cognoſcamus & intelligamus? Aut num lege quadam jubetur nos omnium arcanorum conſiliorum Jovae participes facere? Certe, quum infinita rerum ſit copia, quas ignoramus, nemo quidem unus hoc aſſeveraverit. Sed haec non ſufficere, fortaſſe dicet aliquis, ut certo credamus, eſſe naturam quamdam ab illis, quas cognoſcimus, diverſam. Equidem hoc fateor; nec mihi animus eſt, ex eo unice, quod nos multa ignoramus, efficere, naturas eſſe nobis incognitas. Satis mihi erit, ſi hoc primum obtinuero, nullam eſſe vim connexi hujus.* Ego hujus vel illius naturae notionem animo concipere nequeo: igitur non eſt natura ejusmodi.

Hoc

Digitized by Google

ram expreſſamque ab eo cognitionem & ſenſum numquam ſejunctum eſſe velit, negandum omnino erit, vim cogitandi in naturam iſtam ſive virtutem genitricem cadere. Sin autem latior voci poteſtas ſubjiciatur, omnesque illi actus cogitationis nomine indicentur, qui a motu corporeo diſtincti ſunt, ſic ut par & eadem poteſtas vocabulo huic detur, atque verbo *vita*; tum naturae hujus vim in cogitando conſiſtere, extra controverſiam haberi debebit. Sed nec magnopere, quem modo laudavi, philoſophus repugnat, ſi qui velint obſcuram quamdam, nec omni ex parte perfectam perceptionem aut ſenſum, ab animalium ſenſu & perceptione diſtinctum, naturae huic attribuere, ejusque virtutem ſtupidae, dormitantis, & conturbatae cogitationis genus quoddam appellare. (†) Εἴ τις βούλοιτο *σύνεσίν τινα ἢ αἴσθησιν αὐτῇ διδόναι, οὐχ οἵαν λέγομεν ἐπὶ τῶν ἄλλων ἢ αἴσθησιν ἢ ἢ σύνεσιν, ἀλλ' οἵαν εἴ τις ἢ ὕπνῳ τῇ ἢ ἐγρηγορότι προσπαίοι. Si quis cognitionem quamdam & ſenſum ei tribuere velit, non qualem ita in ceteris rebus dicimus vel cognitionem vel ſenſum, attribuere ei debet, ſed perinde ac ſi quis ſomniantis cognitionem cum vigilantis cognitione conferat.* Quumque praeterea obtuſam aliquam & hebetem earum rerum, quas imprimit materiae, ſpeciem in hac eſſe natura oporteat, (v) idem non veretur philoſophus hanc *ideam* ſive ſpeciem Θέαμα & Θεώρημα, *ſpectaculum* & *contemplamen*, ipſam vero naturae virtutem, qua fertur in eam, *tacitam contemplationem* (Θεωρία ἄλογος) appellare. Quid? quod naturam certo ſenſu fatetur φιλοθεάμονα, *ſpectaculorum ſeu contemplationis amantem* nominari poſſe.

§. XVII. Utcumque eſt, variis, nec certe contemnendis effici poteſt rationibus, exſiſtere vitalem quamdam efficientiam, quam tamen interior ſenſus, attentio, conſcientia, perceptioque non comitetur. Principio ipſum illud philoſophorum genus, quod naturam animae in cogitatione, cogitationis vero indolem in clara & explicata rerum perceptione poſitam eſſe arbitratur, nihil habet, quo doceat, animas hominum ſomno altiori, lethargia aut apoplexia oppreſſorum, aut infantum in utero latentium ſine ulla intermiſſione non modo cogitare, ſed etiam percipere ſemper ac ſentire, ſeſe cogitare. Atqui mentes hae, ſi uno tantum cogitare deſinant momento, nihil ſtatim ſint aut eſſe deſinant, ex horum philoſophorum legibus & inſtitutis neceſſe eſt. Quodſi igitur hoc certum ſit, fieri poſſe, ut

(†) Ennead. III. Lib. VIII. Sect. 3. (Libro de natura, contemplatione & uno p. 345. f.)

Hoc vero extra controverſiam poſito, reliquum erit, ut exploremus, anne juſtas habemus credendi cauſſas, eſſe rem aliquam in hac univerſitate, quae medium veluti locum inter corpora & ſpiritus, ut haec omnia ſunt a nobis definita, teneat. Bibliotheque choiſie Tom. II. Artic. 2. p. 107. 108. Ceterum rem eamdem, eſſe alia naturarum viventium genera, praeter mentes & corpora, doctiſſimus *Cudworthi* civis, *Nehemias Grew*, nc plures nominem, copioſe & erudite perſequutus eſt in *Cosmologia ſacra or a Diſcourſe of the univerſe Libro* II. *toto.*

(v) *Idem non veretur philoſophus*] Cognoſcetur *Plotini* ſententia omnium optime ex ipſis eius verbis *Libro de natura, contemplatione & uno Enead.* III. *Lib.* VIII. *Cap.* 3. *pag.* 345. Θεώρημα γὰρ θεατοῦ *μένει αὐτῷ, ἀναπαύεται, γνώριμον αὐτῷ ὂν τῷ ἐν αὐτῷ καὶ οὐ μένον, καὶ θεώρημα ἴσως, καὶ θεωρία ἄλογος, ἀμυδροτέρα δ' ἑτέρα ἡ αὐτὸς αὐτὸν θεᾶται ἐγρηγορώς· ἡ δὲ εἰκὼν θεωρίας ἄλογος. Spectamen namque ſuum contemplans, conquieſcit: ſpectamen, inquam, in ea factum, ex eo, quod in ſe ipſa ſecumque ipſa permaneat, ſitque ſpectamen ipſum quietaque perſpectio, obſcurior tamen atque debilior. Altera enim haec eſt efficacior ad intuitum: haec autem imago eſt contemplationis alterius.* Paullo ante dixerat: *Decebat te intelligere, me, quum ex contemplatione quadam natus ſim,* τὸ θεωρεῖν ἔχειν φιλοθεάμονα ἐπάρχοντα, *non injuria naturam habere ſpectaculi cupidam.* Quae verba ipſa natura, quam loquentem inducit *Plotinus*, profert.

ut hominum brutorumque animalium mentes inteſtino cogitationum ſenſu ad tempus quoddam careant; quis, quaeſo, negaverit, non omnem vitam cum ejusmodi ſenſu neceſſario conjunctam eſſe? In nonnullis deinde plantis & herbis vita quaedam aut vitalis convenientia conſpicitur, quae propterea *ſentientes aut animales plantae* vocantur. His autem num talis, qualis in animalibus eſt, ſenſus atque diſerta cognitio, non invita ratione, queat adſcribi, equidem vehementer dubito. Nec tamen eſſe quosdam ignoro, qui naturalibus ponderibus & motibus cuncta, quae in his videmus evenire plantis, fieri arbitrantur. Sed ne ipſae quidem hominum animae conſciae ſibi ſemper ſunt earum rerum, quas complexas at-
172 que comprehenſas tenent. Geometra, etiam quando dormit, nihilque ſentit, omnes dimenſiones, circulos, & theoremata intra mentem ſuam cohibet. Neque ſtertenti Muſico carmina modique, quos antea didicit, e memoria ſolent elabi. Quidni igitur animam quoque virtutem quamdam continere poſſe, cujus ea tamen non ſatis explicatam habeat notitiam, ſuſpicari nobis liceat? Nemo porro noſtrum eſt, quem uſus non docuerit, multas ſaepenumero a nobis paene inſciis actiones edi animales, quas poſtea demum expendimus & conſideramus. Ita longis atque diuturnis interdum motibus corpora verſamus, quum tamen nihil, ſi a latente quadam & ſecreta voluntate receſſeris, nos incitet, nec accurata praeceſſerit deliberatio. Illa porro vitalis convenientia & conjunctio, quae mentem noſtram corpori, nodi atque vinculi inſtar, alligat, non ex ſe directe ſentitur & cognoſcitur a nobis, verum ex effectu tantum. Similiter, quidnam cauſſae ſit, cur diverſi, quibus corpora noſtra afficiuntur & pelluntur, motus animam quoque noſtram varia ratione afficiant, qui demonſtrare poſſit, nullus omnino eſt. Et quis, quaeſo, illam comprehendit ac percipit virtutem, cujus ope tot tamque varios motus atque formas in animales cerebri noſtri ſpiritus inducimus, quando cogitationes intendere ac meditando ludere viſum eſt? Ut enim, qui lineas, circulos, & triangula in pulvere deſcribit, Geometra praeclare quidem ſeſe digito haec omnia effi-

(x) *Ariſtoteles*] Lege *Librum* III. *de anima Cap.* 3. 4. *pag.* 45. *f. T.* II. *Opp.*

(y) *Carteſius*] Lege *Librum* eius *de homine & de formatione foetus P.* II. *p.* 195. *f.*

(z) *Quae omnia*] Propoſitum fuit *Cudworthо*, his rationibus & exemplis oſtendere, fieri poſſe, ut agat natura quaedam, neque tamen explicare ſciat & percipiat, quidnam perficiat & agat. In re ipſa quod magnopere requiram, nihil fere habeo. Nec enim, quid vetet, intelligo, ne Deus, cuius interminata eſt potentia, naturas fingat certa lege agentes, nec tamen explicate ſcientes, quidnam agant & machinentur, quum & machinas effici videam ab hominibus, certa munera obeuntes, & omni tamen ſenſu ac cognitione vacuas & deſtitutas. Multa quoque mechanice, ut ſic loquar, a multis ſuſcipi & agi, quorum diſtinctam animo notionem non habent informatam, vel ea docent, quae ab hominibus iracundia aut alia mentis perturbatione agitatis peraguntur. In exemplis vero nonnullis eorum, quae hic exſtant, ſi longus eſſe vellem, deſiderarem aliquid. Primum prorſus omitti poterat. Quodſi enim Carteſiani probare nequeunt, animum gravi morbo oppreſſum ſentire, ſeſe cogitare; adverſariis tamen eorum aeque difficile eſt contrarium docere, animum tum temporis non ſentire, ſeſe cogitare. Tertium a Geometra & Muſico ſumtum nihil ad rem inſtitutam facit. Nec enim quaeritur, an virtutes quaedam eſſe queant in natura quadam, quas non ſemper illa ſentiat & percipiat. Hoc vero nemo prudens negaverit. Sed id quaeritur: an natura quaedam virtutibus ſibi inſitis uti, nec tamen ſentire queat, id ſeſe facere. Hanc quaeſtionem reliqua exempla ab anima ducta melius dirimunt: quamquam fortaſſis & in his quaedam non prorſus expedita ſunt. Sed haec nunc omitto. Sunt mihi, quae breviter moneam, pauca quaedam alia. (1.) Tota haec *Cudworthi* diſputatio multo plus lucis & perſpicuitatis habuiſſet, ſi viro docto placuiſſet, accuratam omnium vocabulorum, quibus utitur, notionem & definitionem, in primis *conſcientiae* & *conſcientiae*, praemittere. Quod quoniam intermiſit, ut varia ſunt hominum ingenia, ita multi negabunt, rem ſibi ſatis

Digitized by Google

efficere teneat; idem tamen, quo modo figuras illas primo corporeis cerebri ſpiritibus imprimat, nullo pacto intelligit, unde tamen, tamquam a ſpeculo radii, ad mentem ejus repelluntur. Recte igitur (x) *Ariſtoteles φαντασίαν debilem eſſe & obſcurum ſenſum* praecepit. Eſt vero aliud quoque, idque magis retruſum & abditum, virtutis genitricis, ſi quidem ita loqui convenit, genus animae noſtrae inſitum; virtutem mentis intelligo, quae ſuas ipſa cogitationes producere & fingere valet. Atqui hanc non ſemper ſentit atque percipit animus noſter: veluti quando in ſomniis colloquia cum aliis ſatis diuturna apteque inter ſe connexa & colligata comminiſcimur, in quibus inexſpectatis ſaepe reſponſionibus commovemur; quum ipſimet tamen totius fabulae & auctores ſimus & actores. Nam quod ad oculorum nictus in vigilantibus corporisque volutationes nocturnas in ſomnis attinet, quid notius eſt, quam hoc, magnam partem earum ſine aliquo ſenſu noſtro & cognitione expreſſa fieri? Et quid de reſpiratione ſive de motu illo diaphragmatis ceterorumque muſculorum, qui reſpirationem efficit, dicam, cujus fruſtra rationem ex mechanicis legibus nonnulli reddere conati ſunt? Eam quidem pro vitali commotione ſemper haberi poſſe, arbitror, non autem pro animali. Nec enim quisquam, ſeſe vigilantem ſentire ſemper illam animi efficientiam, unde motus ille proficiſcitur, ſi modo ſanus ſit, affirmavit: multo minus dormienti eam ſemper obſervari dixerit. Poſtremo, quae (y) *Carteſius* excogitavit, ut cordis motum ex legibus explicaret mechanicis, ea dudum oculorum ſenſus & experientia confutarunt: ex quibus quidem cognitum eſt, cordis ſyſtolen muſculorum eſſe contractionem, a vitali quodam principio profectam, eosque nimis pueriliter & abſurde philoſophari, qui eam nihil eſſe velint, quam corpoream qualitatem, pellendi virtute inſtructam, quae in ipſo corde reſideat, & cum ejus natura conjuncta ſit. Ut igitur nemo noſtrum imperium aliquod in ſyſtolen illam & diaſtolen cordis tenet; ita etiam vim iſtam mentis noſtrae, quae effectrix ejus eſt, qui ſentiat & percipiat, nemo unus eſt. (z) Quae omnia iſthuc impel- 173
lunt

tis clare expoſitam eſſe. (II.) Neſcio, cur viro eximio viſum fuerit, naturae genitrici interiorem ſenſum & conſcientiam detrahere. Cauſſam certe nullam ego video, cur ei ſcientiam & conſcientiam relinquere non potuerit. Scio, juniores Platonicos, quos in primis duces ſibi delegit, ita feciſſe. Sed horum longe alia erat ratio, atque *Cudworthi*. Erit mihi, ſi vixero, alio tempore locus de iſtius familiae inſtitutis & rationibus copioſius exponendi, atque demonſtrandi, ſtudium eorum disciplinam ſuam ad Chriſtianam religionem accommodandi pleraque eorum, quae de natura genitrice philoſophati ſunt, peperiſſe. (III.) *Cudworthus* ipſam animam multa agere, cujus explicatam cognitionem haud habeat, exemplis hic allatis docere voluit. At haec ipſa exempla tantum apud doctiſſimum virum, *Jo. Clericum*, valuerunt, ut longius etiam procederet, & veriſimile duceret, eſſe medium quoddam inter animam & corpus in homine principium, unde omnes iſtae actiones, quas *Cudworthus* animae tribuit, proficiſcerentur. *Bibliotheque choiſie Tom.* II. *p.* 113. *Reſpiratio*, inquit, *& motus cordis actiones ſunt, quarum nihil ad animam pertinet. —— Interim mechanice eas fieri, nullo modo probabile eſt. In voluntariis commotionibus neſciunt animi noſtri, quid facto opus ſit, ut membra commoveantur: imperant illi tantum. Eſt vero aliud neſcio quid, quod fideliter, ſi modo organa recte ſint affecta, mandata ejus exſequitur. —— Quidni igitur ſuſpicemur, eſſe naturam in corpore noſtro viventem, praeter animam noſtram, cujus ſit animae praeceptis & juſſis morem gerere? quamquam potentia ejus ita ſit definita, ut obedire nequeat, niſi recte ſeſe habeant organa. —— Eadem forte natura, corporis noſtri motibus impulſa, animam edocet, quid factum ſit, ut illa poſſit praecipere, quae ad conſervationem corporis neceſſaria judicat. —— Anima*, pergit, *ſi haec vera eſſe putes, ſimilis erit domino, ſibimet ipſi ſervire neſcio, nec ulla facultate alia, quam imperandi & jubendi, inſtructo. Haec vero natura fictrix non diſſimilis erit mancipii, cui nihil eorum, quae dominus meditatur, notum eſt, quodque nihil aliud facit, quam ut juſſis pareat, & dominum de illis rebus admoneat, quae ad*

lunt & adducunt nos, ut ſic rationem concludamus: Eſſe omnino vim quamdam vitalem, a qua conſcientia, ſenſus, συναίσθησις, claraque & explicata abſit perceptio.

§. XVIII. Quamobrem, quum naturam, de qua loquimur, procreatricem non ſcienter & cogitato, uti animalia, nec appetitione quadam aut cum delectu & judicio certum ſit agere, *fataliter* eam, *magice*, ac convenientia quadam & conjunctione naturae ſeu *ſympathetice* operari, confitendum eſt. Sic quidem (*a*) accuratus ille & diligens naturae ſpeculator, quem ſupra laudavi, pronuntiat: *Natura tamquam fato quodam ſeu mandato ſecundum leges operante movet.* Fatum atque leges ſeu mandata Dei de mundi hujus conſtitutione, quae duo reapſe non differunt, non ſpectari debent ut voces & juſſa, nec ut cogitatio quaedam aut voluntas in Dei animo reſidens, ſed tamquam principium virtute ac efficientia praeditum, quod ad decreta ſua perficienda ipſe Deus machinatus eſt. (*b*) *Aphrodiſienſis*, & 174 alii ex antiquis philoſophis naturam & fatum duo eſſe praeceperunt nomina, quibus una eademque res indicetur, idque docuerunt, *quod fataliter fiat, naturaliter fieri, & viciſſim quod naturaliter efficiatur, id fataliter evenire*, τὸ πεπρωμένον τῇ φύσει, καὶ τὸ τῇ φύσει πεπρωμένον. Nos vero nihil, niſi hoc, nunc quidem pugnamus, effectricem omnium naturam proprium & verum vocari poſſe materiae ſeu mundi corporei fatum. Quidquid vero ſic opera ſua perficit, ut neque expreſſa conſultatio & cognitio, nec voluntas & appetitio praecedat & moderetur actionem, ſed fataliter tantum, certa lege aliunde accepta, quae pro varietate tamen rerum & eventuum varie ipſi imprimitur, quaecumque facit, peragit, id, nil video, quid obſtet, ne *magice* etiam & naturae quadam conjunctione dicatur agere. Ἡ ἀληθινὴ μαγεία, (*c*) inquit philoſophus, ἡ ἐν τῷ παντὶ φιλίᾳ καὶ νείκει. *Vera magia concordia illa eſt ac diſcordia, quae in hac verſatur univerſitate.* Idem magiam poſitam eſſe ait ἐν τῇ συμπαθείᾳ καὶ τῇ τοῦ διωκόμενον τοῦ πᾶν ποικιλίᾳ περὶ ἓν ζῶον σωτηρίαν, in

ſalutem ipſius pertinent. Si quis huic loco ſic occurrat: Hac ratione tria fingi in homine principia; reſpondet vir doctus: (I.) Nullis conſtare argumentis, binis tantum hominem partibus conſtare. (II.) Eos, qui hominem ex binis tantum partibus componant, nulla ratione explicare poſſe naturam conjunctionis animi & corporis, niſi ipſum Deum ſtatuant cunctis actionibus hominum intervenire: hoc vero divina majeſtate prorſus indignum eſſe. Definitionem accuratam mediae hujus naturae poſtulantibus ſeſe talem dare non poſſe definitionem (*p.* 116.) reſpondet: Hoc unum ſeſe ſcire: eſſe eam naturam interiori agendi virtute inſtructam, quae ex ſe & animam & corpus afficere queat; naturam, quae doceat animam, quid rerum geratur in corpore; naturam denique, quae animi mandatis, quorum tamen cauſſas neſciat, fideliter obtemperet. Reliqua, quae illuſtrandae hujus rei cauſſa *Clericus* affert, praetereo. Satis copioſa eſt in illis, quae prodaximus, meditandi materia. Ceterum cautior in hac re & magis circumſpectus *Cudworthus* eſt, qui infra §. 22. haec omnia non ad tertium quoddam principium, ſed Scholaſticorum exemplo ad ipſam refert animam, cujus inferiores eſſe virtutes haec omnia judicat.

(*a*) *Accuratus ille*] *Guil. Harveum* intelligit, cujus haec verba ſunt *de generat. animal. Exerc. I. p.* 280. Sed multum diſtat *Harvei* & *Cudworthi* de natura ſententia. Vid. quae diximus ad §. 12.

(*b*) *Aphrodiſienſis*] *Libro de fato* §. 6. *p. m.* 25. *ed. Lond.* Ita generatim omnes Peripateticos ſentire, *Aphrodiſienſis* affirmat §. 6. *p.* 30. Similiter Stoici fatum & naturam idem eſſe ſentiunt. *Seneca de beneficiis Lib.* IV. *C.* 8. *p.* 428. *T. I. Opp. Naturam vocas fatum, fortunam: omnia ejusdem Dei nomina ſunt, varie utentis ſua poteſtate.*

(*c*) *Inquit philoſophus*] *Plotinum* intellige, adverſus quem incredibili fuit *Cudworthus* ſtudio. Haec autem verba eius exſtant *Libro* II. *de dubiis animae Ennead.* IV. *Lib.* IV. *Cap.* 40. *pag.* 434.

(*d*) *Nominari poterit*] Erudite quamvis haec diſputata ſint: lucem tamen, nil dubito, deſiderabunt, qui altius meditantur. Naturam ait vir doctus agere *fataliter*, *magice*, *ſympathetice*, atque haec vocabula nonnullis a philoſophis olim eſſe adhi-

Digitized by Google

in ſympathia & varietate multarum virtutum in unum animal conſpirantium. Quorum dictorum etti haec ſententia praecipue videatur eſſe, virtutem magicam ab uno quodam vitali & continuante principio in hac univerſitate naſci; hoc tamen etiam ſimul ſignificant, eſſe vim aliquam vitalem, quae non ſcienter atque tali modo & appetitione, quali ſolent animalia, ſed *fataliter*, *magice*, & *ſocietate ac convenientia quadam naturae* agat & efficiat. Ita mutua illa corporis & animae conjunctio & convenientia, quam longinquus uſus extra controverſiam collocavit, non res quaedam eſt ex materia conflata, aut legibus adſtricta & ponderibus naturalibus, ſed vitalis; ideoque non male *magica* (*d*) nominari poterit.

§. XIX. Quae adhuc de vi ſive natura effectrice diſputavimus, ea haec, ut opinor, oſtendunt: Via quidem atque ratione eam progredi in operibus ſuis, certosque ſibi fines in agendo propoſitos habere, rectcque ideo divinam artem ſeu fatum mundi corporei appellari: neque tamen ideirco Deum eſſe illam aut Deam, ſed rem a Deo factam, & a perfectione valde remotam. Nec enim artis & ſapientiae illius, quam agendo exprimit, magiſtra eſt, neque, quarum rerum cauſſa fabricetur & agat, accurate intelligit, nec denique eorum, quae operatur & perficit, explicate conſcia ſibi eſt, eo quod non tam cognoſcit & ratiocinatur, quam ad regulam praeceptorum & legum, quas ſibi ſentit aliunde imprimi, machinatur & efficit. Atque horum nihil mirificum aut incredibile haberi debet. (*e*) Quodſi enim formae litterarum compoſitae & connexae inter ſeſe, tametſi omni prorſus cognitione ac intelligentia vacuae ſint, aptam tamen ſuisque nervis & rationibus cohaerentem deſcribere poſſunt orationem, quidni etiam natura ſine ulla rerum notitia ſenſuque interno ſcienter & artificioſe queat agere? Nec, quid obſtet, video, quo minus eadem actiones ſuas ad certam referre queat metam, quam ipſamet tamen non perſpicit, ſed ſuperior quaedam natura, non ſecus ac ſerra ſive ſecuris in manu fabri aut architecti. (*) Τὸ σκέπτεσθαι ἔνεκά του πλειστῶ, αὐτὸ δ' οὐ πρόλαβε-

(*) Simplicius in Ariſtot. Phyſ. Lib. II. (pag. 33. ed. Gr.)

bibita, docet. Bene haec omnia. Sed quaenam vera & propria vis & poteſtas horum vocabulorum? Id vero non explicat vir egregius. Quare ſic fere exiſtimo, haec omnia id tantum indicare, ſingulari quadam ratione naturam agere, quae, ut ab aliis agendi modis diſtinguatur, *magica*, *fatalis*, *ſympathetica* dici queat; at veram indolem huius modi agendi a nemine explicari poſſe, nec omnia haec vocabula, quando de natura uſurpantur, certas & definitas habere poteſtates.

(*e*) *Quodſi enim*] At has comparationes admodum prudenter ac moderate decet interpretari, niſi velis in eorum transire caſtra, qui, quod Carteſianos facere plurimos non ignotum eſt, Deum ipſum rebus omnibus intervenire, omniaque ipſum efficere, quae fiunt in rerum natura, ſentiunt. Et ſi ſecuri, ſi formis litterarum ſimilis eſt natura genitrix, num multum differt a legibus motus, quas *Carteſius* Deum in materiam impreſſiſſe, & perpetuo conſervare tradebat? Dicam ego, quod ſentio. Quo diutius, quae de natura hac diſcutiantur, cogito, eo minus vim ejus atque indolem plane & accurate intelligo. Atque parum abeſt, quin exiſtimem, naturae procreaticis patronos, etiamſi *Carteſii* leges motus irrideant, nec cum iis facere velint, qui ipſum Deum per totam fuſum effe rerum naturam, aut omnia efficere, opinantur, propius tamen, quam ipſi putant, ad utrosque accedere, modico certe intervallo ab utrisque ſeiungi. Utcumque eſt, fateor, me ignorare, quemadmodum haec duo, quae *Cudworthus* de natura hic tradit, componi queant: Securi formisque litterarum, ii eſt, brutae materiae, certo modo affectae ac diſpoſitae, ſimilem eſſe, & *magnam tamen providentiae divinae partem continere*. Si nihil, quam inſtrumentum, eſt natura in manu Dei, ſic loqui, nihil fallor decebat: Deus ipſe omnia efficit, quaecumque fieri videmus. At diſponit primam & temperat materiae partem quamdam, qua utitur deinceps in multis modis operibus ſuis. Haec ſi parum accurate videbuntur meditata, occaſionem tamen impediebunt aliis apertius rem explicandi.

Digitized by Google

λογιζόμενον, ἀλλὰ τῷ προλογιζομένῳ ὑπηρετῶν. *Securis rei cujusdam cauſſa caedit, etiamſi ipſa minime ratiocinetur, aut efficiendum ſibi proponat aliquid, ſed ei tantum ſerviat, qui ratiocinatur, & conſilium ante capit.* Certum eſt, hominum actiones tanta ratione, ſapientia, & arte minime gubernari, neque tanta conſtantia & aequabilitate ad propoſita ferri & procedere, quanta naturae opera & facta gubernantur & procedunt. 175 At nihilo tamen minus vita illa rationis particeps, quae in nobis ineſt, longe praeſtantior, perfectior, & nobilior cenſeri debet, quam ea, quae naturam animat, vita, quae fabricandi poteſtatem habet. Namque nos non aliena, ſed noſtra, regimur intelligentia, ſapientiaeque illius, quae noſtra moderatur acta, ipſimet parentes & auctores ſumus: neque fato quodam compellimur & abripimur, ſed conſcii nobis ſumus eorum, quae facimus, nec modo libere, quae volumus, eligimus, ſed etiam, quonam tendant facta noſtra, perſpicimus. Tantum certe abeſt, ut effectrix haec natura optimo & praeſtantiſſimo vitae genere ſit praedita, ut e contrario vitae genus habeat omnium infimum & ultimum, quum reapſe a vita, quam *vegetativam* vocant, non differat, quae *vita ſentiente* inferior eſt. Quanto natura & ſapientia diſtent intervallo, ſupra jam obſervatum eſt. Sapientia res eſt omnium ſuprema & maxima, natura poſtrema omnium & contemtiſſima, nec niſi rudis & umbratilis ſapientiae imago. Quod ut ſignificaret idem, quem ante nominavi, naturam genitricem his verbis deſcribere pergit. (*) Ἔστι πάντως ὁ τοῦ λόγου τοῦτο ἄλογος οὗτος, οὐδ' αὐτὸς, οὐδέ γε ψυχῆς καθαρᾶς τὸ γένος. ὑστερίζον δὲ καὶ οἷον ἔκλαμψις ἐξ ἀμφοῖν, νοῦ καὶ ψυχῆς καὶ ψυχῆς ὑπὸ νοῦ διακοσμήσης, γεννητικὸν τὸν λόγον τοῦτον. *Eſt igitur ratio haec non ſincera mens, nec mens ipſa, nec denique animae purae genus; ſed res ex hac dependens, & quaſi fulgor ex ambabus, mente videlicet atque anima, ab anima, inquam, affecta ſecundum mentem, his utique generantibus rationem hanc, veluti vitam, quae quietam quamdam in ſe habeat rationem.*

Fateor, natura haec, de qua agitur, procreatrix non ultimam divinae providentiae partem continet. Attamen, quum eadem nec libere neque ſapienter queat agere, hac longe majorem ac diviniorem eſſe providentiam, quae ipſi etiam corporeo praeſideat mundo, una concedamus, neceſſe eſt. Neque hanc rem philoſophus, quem dixi, ignoravit, qui: (†) γίνεσθαι, inquit, τὰ ἐν τῷ παντὶ οὐ κατὰ σπερματικοὺς, ἀλλὰ κατὰ λόγους περιληπτικοὺς καὶ τὸ ποσὸν, ἢ κατὰ τοὺς τὸ σπερμολόγον λόγους· οὐ γὰρ ἐν τοῖς σπερματικοῖς λόγοις ἔνι καὶ τὸ μυριοπλάσιον ἐκείνοις τοὺς σπερματικοὺς αὐτοὺς λόγους. *Fiunt igitur, quae in mundo fiunt, non ſecundum rationes dumtaxat ſeminales, ſed ſecundum rationes alias ampliores, quae in ſe comprehendunt vires rationibus ſeminariis longe priores. Non enim in ſeminariis rationibus ineſt quidquam eorum, quae, praeter ipſas rationes ſeminarias, alicubi fiant.* Licet enim fortaſſis rationibus, quas *ſeminatores* vocat, plus hoc in loco tribuat, atque ego genitrici naturae arrogo, cujus unicum eſſe cenſeo officium, ciere & incitare materiam; id tamen noſtris conducit rationibus, quod ſublimius quoddam eſſe principium concludit, quod totam rerum univerſitatem moderetur. Non itaque *ratio* quaedam in materiam *merſa & cum ea confuſa* ſupremum habet orbis hujus imperium, verum providentia perfectae compos ſapientiae, liberrima, & ab omni denique materia & concretione ſejuncta & ſeparata.

§. XX. Etſi vero genitrix haec vita poſtremum inter vitas locum tenet, nihilo

(*) Plotinus Ennead. III. Lib. II. C. 16. (Libro I. de providentia p. 267.)
(†) Ennead. IV. Lib. IV. Cap. 39. (Lib. II. de dubiis animae p. 433.)

Digitized by Google

lo tamen minus, quum vita ſit, corporis expers cenſeri debet. Nulla enim eſt, quae corpore non careat, vita. Corpus nihil eſt, quam moles extenſa, in qua reſidendi facultas eſt, *aliud extra aliud*, quod recipiendi atque patiendi vim adjunctam habet, nec ulla efficacitate interiori aut vita potentiaque agendi fruitur. Ex 176
quo quidem hoc naſcitur confectarium: nullum corpus ſemet ipſum commovere, ac multo minus propterea motui ſuo certas rogare leges poſſe. Praeter haec, in fingendis corporibus animalium una eademque natura toti fabricationi praeeſt, eamque moderatur. Fieri enim nullo modo poteſt, ut id, quod oculos fabricatur & perficit, diverſum quid ab eo ſit, quod aures conſtruit, aut ut alius manum hominis formet, alius vero pedes fingat. A quo venae omnes deſcribuntur, ab eo etiam arterias proficiſci, neceſſe eſt. Quidquid nervos componit & diſtribuit, id certe muſculorum etiam & commiſſurarum ſtructuram curat. Quumque cerebri atque cordis tanta ſit cognatio & communitas, ecquis utrumque non ſentit ab eadem cauſſa ortum eſſe? Paucis, niſi unam quamdam naturam totius corporis animalis figuram & perfectam deſcriptionem animo habere comprehenſam cenſeamus, non ſatis ſani & ſapientes ſimus. Namque ſingulas materiae partes, ſeparatas & ſejunctas inter ſe, propriaque virtute ſine communi quodam moderatore agentes, quis, quaeſo, ſui compos credat, conſenſione quadam conſpirare poſſe ad tam mirabile tamque continens opus machinandum, qualia ſunt animalium corpora, quum conſilia nulla ratione inter ſe conferre, aut cogitata communicare queant? Similiter de natura illa pronuntiare fas eſt, quae totam hanc univerſitatem regit & gubernat, in qua ἅπαντα πρὸς ἓν συντέτακται, *omnia ad unum quoddam directa & ordinata ſunt.* Certe, niſi una eademque cauſſa totum orbem coagmentaſſet & conſtruxiſſet, quemadmodum tam ſcite omnia coire, cunctaeque ejus partes tam eximio & venuſto ordine collocari potuiſſent, quo nunc cernuntur, nemo unus eſt, qui poſſit intelligere. Unum vero tale idemque principium, quod varias longeque diſſitas materiae partes ſubigit, temperat, & ordinat, id credibile nullo modo eſt concretum aliquid eſſe ac corporeum.

Sunt certe, qui in *Ariſtotelem* graviter invehuntur, doctiſſimi homines, quod, tametſi mentionem faciat ſaepenumero naturae talis, quae via progrediatur, ratione, atque ordine, ſemperque ſpectet id, quod optimum eſt, nusquam tamen, utrum ea corporea ſit, an vero ſimplex & corpore vacua, num inter *ſubſtantias*, an vero inter *accidentia* ſit numeranda, diſerte decernat. Quod ego quidem tanto minus demirandum eſſe puto, quanto certius conſtat, eum ne de rationalis quidem animae natura clarius praecipere, verum ita loqui, ut anceps & dubius fuiſſe videatur, quidnam de ratione ejus conſtituendum eſſet. Quod ad ejus autem ſectatores attinet, confitendum eſt, plerosque eorum corpus huic magiſtri ſui naturae attribuere: in quam ſententiam numquam delapſi eſſent, ſi philoſophiae, quam adoptaverant, principia & fundamenta diligentius penſitaſſent. Sic nimirum Peripateticis perſuaſum eſt, in unoquoque corpore tria eſſe, *materiam*, *formam*, & *accidentia*. Atqui nullum horum quadrat in naturam *Ariſtotelis*. Principio materia eſſe non poteſt haec natura. Namque *Ariſtoteles* eam omnis motus fontem & originem eſſe dictitat: at materia in ſe conſiderata motu prorſus omni caret. (*f*) Idem praeterea philoſophus eos nullam reapſe cauſſam judicat afferre

(*f*) *Idem praeterea*] Vid. *Lib.* I. *Metaphyſ. Cap.* 3. *pag.* 266. *T.* IV. *Opp.*

(*g*) *Quam*

ξ εὖ ἢ καλῶς, *boni & pulchri*, ſive artificioſiſſimae illius & elegantiſſimae rerum omnium machinationis, quae naturae adſcribitur, qui a cauſſa tantum corporea eam derivant. (g) Quam propter rationem naturam quoque principium rerum potius eſſe & cauſſam, quam materiam affirmat: Ἡ φύσις μᾶλλον ἀρχὴ ἢ αἰτία ἢ ὕλης. Quod ſi ita ſeſe habet, quis non videt, eam a materia toto genere differre? A formis autem ſingulorum corporum qui hanc naturam *Ariſtotelis* non diſcrepare putant, quod Peripateticorum vulgo perſuaſum videtur eſſe, illi ſecum haud expendunt, formas omnes a natura procreatas & genitas eſſe, nec modo gigni, ſed etiam viciſſim corrumpi & deſtrui poſſe. Nihil ſimile natura habet, quae principium & cauſſa eſt omnis generationis & interitus, ipſa vero ortus & corruptionis expers. Quare, qui naturam formasque corporum rem unam eſſe eamdemque contendunt, illi haud ſapientius agunt, ac ſi quis praeciperet, figuram ſigilli in cera

(g) *Quam propter rationem*] *Ariſtoteles de part. anim. Lib.* I. *Cap.* 1. *pag.* 475. *T.* II. *Opp.* Ἀρχὴ δέ, inquit, ἡ φύσις μᾶλλον ἢ ὕλη· *Principium rerum natura potius eſt, quam materia.* At αἰτίαν rerum naturam hic non appellat. Obverſata forſan ſunt animo *Cudworthio*, haec ſcribenti, alia philoſophi verba de natura *Phyſic. Lib.* II. *Cap.* 1. *pag.* 462. in quibus ἀρχὴ ac αἰτία jungitur, naturaque principium & cauſſa dicitur motus & quietis eſſe. Ὡς ἀνάγκη τὴν φύσιν ἀρχὴν εἶναι καὶ αἰτίαν τοῦ κινεῖσθαι καὶ ἠρεμεῖν. Operae pretium erit, ea legere, quae de hac naturae definitione doctiſſimus monuit Medicus in *Obſervat. Halenſ. Tom.* III. *Obſerv.* 7. *pag.* 143.

(h) *Viſam eſſe*] Dixi jam antea, quaecumque demum ſit *natura* illa, quam toties praedicat *Ariſtoteles*, eam a natura genitrice *Cudworthi* differre, quae res eſt per ſe conſtans, Deique juſſis & mandatis obtemperans. Nunc alia quaedam adjicere placet, quo diſcrimen hoc clarius appareat, nec lectores fugiat, an hoc ita ſeſe habeat, quod *Cudworthus* aſſeverat, naturam *Ariſtotelis* corpore vacare. Principio animadverti velim omnino, quod *Ariſtoteles* naturam proprie vocat, id eſſe nihil, quam principium illud, a quo omnis motus & quies in rebus vita & ſenſu praeditis proficiſcitur. Sic enim non uno in loco naturam philoſophus diſerte definit. Lege, omnium inſtar, haec ejus verba ex *Libro* II. *Phyſicor. Cap.* 1. *pag.* 462. *T.* I. *Opp.* Τὰ μὲν γὰρ φύσει ὄντα πάντα φαίνεται ἔχοντα ἐν ἑαυτοῖς ἀρχὴν κινήσεως καὶ στάσεως, τὰ μὲν κατὰ τόπον, τὰ δὲ κατ' αὔξησιν καὶ φθίσιν, τὰ δὲ κατ' ἀλλοίωσιν· *Quaecumque natura conſtant, videntur in ſe ipſis habere principium motus & quietis, alia ſecundum locum, alia ſecundum accretionem & diminutionem, alia ſecundum variationem.* Igitur ab omnibus rebus nec animatis nec ſentientibus, aut ab illis, in quibus nulla movendi ſeſe poteſtas eſt, naturam removet. Nulla eſt in ligno, nulla in aëre, nulla in terra natura. Vel hinc magnam eſſe naturae genitricis *Cudworthi* & eius rei, quam *naturam* Stagirita nominat, differentiam, intelligas. Scilicet natura *Ariſtotelis* in homine & animalibus manet, quam diu vivunt, omnesque omnino motus in illis neceſſarios ciet: at natura genitrix generationi tantum & conſervationi praeſidet corporum, non vero in homine & animali omnes motus cordis, pedum, ceterorumque membrorum ciet, moderatur, & dirigit. Igitur multo latius natura patet Peripateticorum, atque *Cudworthi*, & munere multo laborioſiori & ampliori fungitur; ſi quidem doctiſſimi viri ſententiam, qui non ubique eadem perſpicuitate differit, nec eumdem ſervare ſemper curſum videtur, recte aſſequor. Quale vero aut cujus generis eſt hoc motus & quietis principium, cui naturae nomen impoſuit *Ariſtoteles*? Haeſiſſet ipſe, ut opinor, *Ariſtoteles*, nec verba facile reperiſſet, quibus mentem exprimeret, ſi ſuper hac re quaeſitus fuiſſet. Homo ſic ratiocinabatur: In materia in ſe ſpectata nulla ineſt virtus movendi. Igitur in illis naturis, quae moventur & quieſcunt, alia quaedam ſit neceſſe eſt cauſſa, unde motus naſcatur. At qualis haec cauſſa? Natura, reſpondet *Ariſtoteles*: id eſt, fatetur, ſe rem ignorare. Quod ſi enim clare cognoviſſet, certe non obſcuro eam vocabulo deſignaſſet, cujus poteſtatem nusquam indicat. Ipſa ergo naturae vox documento nobis eſt, *Ariſtotelem* inter occultas qualitates, ſi ita loqui par eſt, hoc principium motus retuliſſe: ex quo videtur elici, vanum & inutile eſſe, id multis exquirere conari, quod dubium & incertum a philoſopho relictum eſt. Sunt, quae adducere queant aliquem, ut in hanc ingrediatur ſententiam, naturam *Ariſtoteli* idem illud fuiſſe, quod recentioribus philoſophis, *Rob. Boyle*, *Jo. Chriſtoph. Sturmio*, & aliis eſſe videtur, *Mechanismum* nimirum aut modum ipſius materiae, qui ex certa ejus temperatione naſcatur. Vide, quid me commoverit, ut in hanc prope opinionem concederem. Docet *Ariſtoteles* diſerte *de generatione animalium Lib.* IV. *Cap.* 3. *pag.* 618. *T.* II. *Opp.* nihil extrinſecus in hominem & animal venire, praeter mentem aut animum rationis compotem. Λείπεται δὴ τὸν νοῦν μό-

νον

cera expreſſam, eumque, qui impreſſit eam, ab ipſo non diſcrepare ſigillo. Poſtremo cum qualitatibus corporum aut *accidentibus*, quae vocant, naturam *Ariſtotelis* componere velle, id vero prorſus abſurdum & puerile foret. Qualitates enim, quamcumque virtutem habent, eam corpori totam debent, in quo inſunt, neque vim aliquam in eo exercere poſſunt. Atqui genitrix natura toti leges ponit univerſitati, in omni ejus dominatur materia, Deoque moderante, iſtam, quam adhuc habent, ſpeciem & formam coelo terraeque indidit. Quare, quum nec ad materiam, nec ad formas, nec denique ad qualitates corporum *Ariſtotelis* referri queat natura, manifeſtum eſt, niſi a ſuis philoſophum praeceptis deſciviſſe velimus, conſtituendum nobis eſſe, naturam hanc omni concretione corporea liberam & ſolutam ipſi (*h*) viſam eſſe.

§. XXI.

τον δημιουργον ἀπεσταναι, καὶ ξένον αὐτὸν μένειν. Mens ſi ſola extrinſecus in animal ingreditur, reliqua omnia, quae conſtituunt animal, e potentia educi materiae, neceſſe eſt: igitur & hoc motus & quietis principium, ſi quidem a mente ſejunctum eſt, quod naturam appellat. Ex quo quidem id ſequi videtur, exiſtimaſſe *Ariſtotelem*, materiam, ea lege & ratione temperatam atque conſtitutam, quemadmodum in hominibus & animalibus temperata & conſtituta eſt, ex ſe facultatem ſeſe concitandi, & ad quietem viciſſim componendi adipiſci: facultatem illam manere, quam diu corpus ita ſit affectum, ut initio fuit, quum naſceretur animal: abire vero, ſi materia vitium capiat, & alia ratione conſtituatur. Certe propendiſſe interdum in hanc ſententiam Peripateticorum principem, multi ſunt ejus, qui docent, loci: quos quidem nunc, ne juſto ſim longior, praetereo. Quando vero mecum omnia conſidero, quae de natura ſua praedicat, parum abeſt, quin ab hac opinione dimovear. Primum, quod mox patebit, fatetur, ſeſe ignorare, an natura differat ab anima: deinde, quod natura ipſi dicitur certo conſilio & propoſito agere, quod rerum principium vocatur, quod a materia interdum diſtinguitur, *de partibus animal. Lib.* I. *Cap.* 1. *p.* 475. *T.* II. *Opp.* quod omnis pulchritudinis & ordinis cauſſa nominatur; haec omnia ejusmodi videntur eſſe, ut in nullam rem cadere queant, quam in naturam rationis compotem & per ſe conſtantem. Quare illa non veri eſſe videtur diſſimilis ſententia, quam ſupra jam propoſui, naturam *Ariſtotelis* partem eſſe quintae illius naturae, aut ſubtiliſſimi ignis, quem per univerſam rerum naturam fuſum eſſe arbitrabatur. Ex hac enim quinta natura, quod *ad Cap.* 1. §. *ult.* planum feci, mentes noſtras ratione valentes decerptas eſſe decrevit: quidni & motus & quietis principium ſeu naturam? Neque parum inde haec opinio firmitatis accipit, quod *naturam* aut animam aut partem animi eſſe voluit *Ariſtoteles*. Lege, quae §. *ſequenti* afferuntur. Sed ſatius opinor eſſe, ad inexplicabilia hanc quaeſtionem referre: *Quid eſt natura Ariſtotelis?* quam multis rem declarare conari, in qua explicanda tam parum ſibi conſtat *Ariſtoteles*, ut facile appareat, ipſum neſciviſſe, quidnam ſibi decernendum eſſet. Illud vero apertum eſſe arbitror, naturam *Ariſtotelis*, cujuscumque demum ea generis ſit, non eſſe rem corpore vacantem; tametſi multus in eo ſit vir longe doctiſſimus, ut contrarium doceat. Equidem certus ſum, atque, ſi quis flagitet, probandum recipio, de rebus prorſus corpore vacantibus & plane ſimplicibus *Ariſtotelem* nihil omnino praecepiſſe. Ne ipſum quidem Deum ita ſibi finxit, ut eum ab omni corpore ſemotum judicaret. Nos vero ex noſtris notionibus *Ariſtotelis* metimur vocabula: qua re ſit, ut noſtras etiam illi ſaepenumero tribuamus opiniones, a quibus, ſi ex ejus mente definiantur verba, prorſus tamen alienus fuit. Eruditiſſimus *Cudworthus*, ut probet, naturam *Ariſtotelis* rem eſſe corporis inanem, ita rationem concludit: Natura *Ariſtotelis* non eſt materia, nec forma, nec qualitas corporis. Ergo corpore vacat. Differre a materia naturam, proprie & arctiori ſenſu ita dictam, equidem non invitus conceſſerim. At nego, illud, quod ab ὕλη ſeu concreta illa & craſſa materia diſcrepat, propterea pro re corporis experte haberi debere. Quis harum rerum peritus quintam *Ariſtotelis* naturam ignorat, quam *Cicero Tuſcul. Quaeſt. Lib.* I. *Cap.* 17. *pag.* 2588. *T.* VIII. *Opp. non nominatam magis, quam non intellectam*, appellat? Etiam hanc ab ὕλη ſeu materia, qua quatuor conſtant elementa, ſejungit *Ariſtoteles*. Nec tamen propterea ab eo res eſſe credita eſt corporis neſcia. Quod videlicet ὕλην ſeu materiam vocant veteres, id rudis, concreta, & craſſa moles eſt. Illis ergo rebus, quas ſeparant ab hac materia, maiorem quidem ſubtilitatem tribuunt, non autem talem, qualem nos ſpiritibus, a materia & concretione libertatem. Formam, quare vir doctiſſimus naturam eſſe neget, non video. *Ariſtotele* certe id repugnante ſit, qui aperte naturam eſſe formam ait: ἡ φύσις μορφὴ φύσεως.

Digitized by Google

178 §. XXI. Quodſi vero corpore prorſus vacat natura genitrix, aut inferior aliqua mentis cujusdam facultas ſit, neceſſe eſt, ejusdemque aut ſenſu quoque, aut conſcientia & ratione gaudentis, vel etiam vita quaedam ſeparatim & per ſe exſiſtens; quamvis ceteris vitarum generibus dignitate cedat, iſtoque mentis interiori ſenſu, quem animantibus videmus eſſe datum, orbata ſit. Platonici utrumque videntur affirmare. Nam & in ſingulis hominum & belluarum mentibus fictricem quamdam naturam collocant, & praeterea cauſſam eſſe rerum omnium efficientem, quae per totam rerum univerſitatem pertineat, illamque moderetur, praecipiunt: quam quidem cauſſam a nobiliori, quam fingunt ſibi, mundi anima diſtinguunt, ejusque imperio & legibus ſubjectam eſſe volunt. (*i*) Ἡ λεγομένη φύσις γέννημα ψυχῆς τινὸς δυνατωτέρου ζώσης. *Quod naturam vocamus, id ſoboles eſt altioris cujusdam animae, efficaciori vitae genere inſtructae.* *Ariſtoteles* quidem non tam perſpicue, animos naturas eſſe ſimplices, corpore carentes, & per ſe exſiſtentes, tradidit: at non nimis tamen ab hoc Platonicorum dogmate remotus fuit, quod naturam eſſe ſancit
179 aut minorem quamdam animae alicujus ratione & ſenſu praeditae facultatem, aut vero vitae quoddam genus per ſe conſtans, inferioris licet generis, & ſuperiori cuidam menti ſubditum.

Hoc ego ex *Libro* ejus *de partibus animalium* planum facere conſtitui, poſtquam alios quosdam commemorabiles ex eo locos, qui ad hanc rem plurimum conducunt, in medium attulero. Principio igitur philoſophus, praeter materiam, alias eſſe profitetur generationum naturalium cauſſas, has nimirum duas, (*k*) ἥτε ἕνεκα, καὶ ὅθεν ἡ ἀρχὴ τῆς κινήσεως, *illam, cujus cauſſa*, (vides cauſſam finalem) & *eam, unde principium omnis motionis naſcitur* (ſive cauſſam efficientem:) quarum quidem illam hac eſſe ait praeſtantiorem & nobiliorem: Φαίνεται πρώτη, ἣν λέγομεν ἕνεκα τινος· λόγος γὰρ ἔστος. ἀρχὴ δ' ὁ λόγος ὁμοίως, ἔν τε τοῖς κατὰ τέχνην καὶ τοῖς φύσει συνισταμένοις. *Principatum ſane illa obtinere videtur, quam ſub hoc verbo, cujus gratia, ſignificamus: haec enim ratio eſt. Ratio vero principium eſt in rebus tam arte, quam natura, conſtitutis.* His praeclare ſubjicit, in naturae factis & operibus plus rationis, conſilii, & artis cerni, quam in rebus hominum ingenio & induſtria fabrefactis. Μᾶλλον δ' ἔστι τὸ οὗ ἕνεκα καὶ τὸ καλὸν ἐν τοῖς φύσεως ἔργοις, ἢ ἐν τοῖς τέχνης: *Quamquam illa cujus gratia* (ſeu finalis) *cauſſa & ratio boni & pulchri naturae operibus potius, quam artis, conjuncta eſt.* Tum primos vetuſtiſſimosque naturae exploratores, *Anaximandrum* puta, reliquosque ſcholae Ionicae, qui *Anaxagoram* aetate praecurrunt, alumnos vehementer eo nomine accuſat, quod ὑλικὸν tantum ἀρχὴν, *principium & cauſſam materialem* ſpectaviſſent, nulla ceterarum binarum cauſſarum, ejus nimirum, quae motum efficit, illiusque, quae certo cuncta conſilio moderatur, ratione habita. Ignem, aquam, aërem & terram his ſuffeciſſe queritur philoſophis, quippe qui

Natura igitur forma eſt. Phyſicor. Lib. II. *Cap.* 1. *pag.* 464. *T.* I. *Opp.* Adde *de partib. animal. Lib.* I. *Cap.* 1. *T.* II. *Opp. pag.* 472. Praeterea non recordatur vir egregius, niſi fallor, quae de *formis ſubſtantialibus* differere ſolent Peripatetici, quas a *formis accidentalibus* & *materialibus* diſtinguunt. *Formam accidentalem* & *materialem* non eſſe naturam, commode iſta comparatione, a figura figilli cerae impreſſa, demonſtravit. Verum non id, ſed hoc in diſputationem venit: *an ſubſtantialis forma ſit natura Ariſtotelis?* Atque hoc plerique Peripateticorum non verentur aſſeverare. Non ſum neſcius, iſtas formarum diſtinctiones, quas Peripatetici inculcant, *in* magiſtro eorum non perſpicue eſſe traditas: ſed fundamenta tamen ab ipſo jacta eſſe *Ariſtotele*, controverſia, ut opinor, caret. E *qualitatibus* corporum utrum eximi, an non eximi debeat natura, multis diſputari poſſet. Sed largiar, eam male cum qualitatibus componi: inde vero quemadmodum conſequatur, non in-

qui ex corporum horum inanimatorum fortuita concursione totum orbem esse natum sibi temere persuaserint. Denique *Democrito* litem movet; qui, recentior licet physicis, quos nominavimus, non minori tamen erga Deum impietate fuit, at novam sibi viam ingenio munivit, atomos adsciscendo. Negavit is, ullam esse vel in hac universitate vel in animalium corporibus naturam, si a fortuita particularum ex legibus motus concursione discedas, variamque magnitudinis, figurae, situs, atque motus concretionem & temperationem res omnes effecisse & efficere opinatus est. In hanc igitur *Democriti* philosophiam his verbis invehitur *Aristoteles*: Εἰ μὲν ἐν τῷ σχήματι καὶ τῷ χρώματι ἕκαστόν ἐστι τῶν ζώων καὶ τῶν μορίων, δικαίως ἂν Δημόκριτος λέγοι· φαίνεται γὰρ ἱκανῶς θεωρεῖν. φησὶ γὰρ πᾶσιν δῆλον εἶναι, οἷον ὅτι τὸ μορφὴν ἔχον ἄνθρωπός ἐστιν, ὡς ὁρῶντι αὐτὸ τῷ σχήματι καὶ τῷ χρώματι· καίτοι καὶ ὁ τεθνεὼς ἔχει τὸ αὐτὸ τῷ σχήματι καὶ τῷ χρώματι· ἀλλ' οὔπω ἐστὶν ἄνθρωπος. ἔτι δὲ ἀδύνατον εἶναι χεῖρα ὁποιανοῦν ἀφαιμάξιον, οἷον χαλκῆν ἢ ξυλίνην, πλὴν ὁμωνύμως, ὥσπερ ὁ ζωγραφηθὲν ἰατρόν· οὐ γὰρ δυνήσεται ποιεῖν τὸ ἑαυτῆς ἔργον, ὥσπερ οὐδ' αὐλοὶ λίθινοι τὸ ἑαυτῶν ἔργον ἔχειν, οὐδ' ὁ ζεσχραμμένος ἰατρός· ὁμοίως δὲ τούτοις οὐδὲ τὸ δὴ τεθνεὸς μορίων οὐδὲν ἔτι τοιούτων ἐστί· λέγω δὲ οἷον ὀφθαλμὸς, χεὶρ· λίαν ἂν ἁπλῶς εἴρηκε, καὶ ὁ αὐτὸν τρόπον, ὥσπερ ἂν εἰ τὶς λίθου περὶ χειρὸς ξυλίνης· οὕτως γὰρ ἂν οἱ φυσιολόγοι τὰς γνώσεις καὶ τὰς αἰτίας δι' σχήματος λέγουσιν· ὁτὸ τίνων γὰρ διημαρτήθησαν δυνάμεων· ἀλλ' ἴσως ὁ μὲν τὶλον ἱερεῖ πέλεκυν ἢ τρύπανον, ὁ δὲ ἄξονα καὶ γῆν· πλὴν βέλτιον ὁ τὶλον· ἐν γὰρ ἱκανὸν ἔσχε αὐτῷ, τὸ πεσὸν εἰπεῖν, ὅτι ἐμπεσὸν δι' ὀργανικὸ τὸ μὲν κοῖλον ἐγένετο, τὸ δὲ ἐπίπεδον, ἀλλὰ διότι τοιαύτῃ πληγῇ ἐποιήσατο τοιαύτῃ, καὶ τίνος ἕνεκα ἱερεῖ τοιαύτην, ἔτως τοῦδε ἢ τῶνδε δήπου τοιῷδε γένοιτο. *Igitur, si animalium membrorumque unumquodque figura coloreque est, recte Democritus differit, qui ex iis ipsis putasse constare animalia videtur: quippe qui perspicuum esse dicat, qualis forma sit homo, quasi sua ipse homo figura colorque pateat. Atqui mortuus homo, quamquam figurae formam habet eamdem, tamen homo non est. Adhaec fieri non potest, ut manus sit, quocunque modo constans, ut aenea, aut lignea, nisi aequivoca nominis communione, sicut quae picta est, utpote quae suo fungi officio nequeat: quomodo nec lapideae tibiae suum exsequi munus possint, neque Medicus pictus artem medicinalem exercere potest. Pari ratione membrorum quoque hominis vita functi nullum id esse insuper potest, quod erat, quum viveret, ut oculus, manus, pes, reliqua. Ergo simplici admodum & pingui Minerva dictum hoc est, ac perinde quasi faber de lignea manu loqueretur. Sic enim naturae illi exploratores ortus & causas referunt figurarum: a quibus enim facultatibus condita fuerint, exponunt. Itaque faber securim fortasse aut terebram dicet, illi terram & aërem: sed melius faber, ut* 180
qui parum sufficere arbitretur, si dicat, quod instrumento incidente partim cava, partim plana exstiterunt; sed adjiciat, quoniam talem adegerit ictum, & causam, cur ita exponat, videlicet, ut talem aut talem formam opus acciperet.

Ad extremum aliud omnino esse rerum corporearum principium, praeter materiam,

Intelligo, corpoream eam haud esse. Ceterum hoc minime praetermitti debet, virum egregium in hac tota disputatione id assumere, quod multum dubitationis & controversiae habet, *Aristotelis* naturam & genitricem illam, quam ipse in animo habebat, naturam nullo modo inter se differre, sed eodem munere fungi, qualitatibus iisdem valere. Atqui hoc qui pro certo ducit, & fundamenti adsciscit loco, ei non difficile est, probabili argumentatione concludere, naturam corpore carere. Tolle vero hoc, nec habebis, quo convincas hominem, *Aristotelis* naturam corporeae concretionis esse nesciam.

(*i*) Ἡ θεωρία] *Plotini* haec est definitio *Libro de natura, contemplatione & uno Ennead.* III. *Lib.* VIII. *Cap.* 3. *pag.* 345. *Opp.*

(*k*) Ὅτι τῷ ἔχειν] Lege *de partibus animal. Lib.* I. *Cap.* 1. *pag.* 470. *f. T.* II. *Opp.*

Digitized by Google

riam, praecipit *Aristoteles*, neque tale tantum, quod motum cieat, sed quod via etiam & ordine ad certum progrediatur propositum. Ἔστι τι τοιοῦτον, ὃ δὴ καλοῦμεν φύσιν. *Quocirca ejusmodi aliquid esse constat, quod naturam vocamus*, id est, non fortuitam brutae & stupidae materiae permotionem, sed genitricem naturam quamdam, quae certo agat consilio, idque spectet semper, quod optimum est. Eodem loco declarat etiam, qualis haec sit natura, nimirum ψυχὴ, ἢ ψυχῆς μέρος, ἢ μὴ ἄνευ ψυχῆς, *anima, aut pars animae, aut non sine anima.* Ex quo deinceps efficit, physici proprie officium esse, de animae natura disserere. Sed postea totam animam non esse naturam, praecipit: οὐδὲ πᾶσα (*l*) ψυχὴ φύσις. Quae quidem satis docent, naturam ex sensu *Aristotelis aut partem esse animae, aut non sine anima*, ἢ ψυχῆς μέρος, ἢ μὴ ἄνευ ψυχῆς, id est, aut inferiorem mentis cujusdam ratione praeditae partem & facultatem, aut vero vitae quoddam genus separatim existens, neque mente prorsus carens, verum ejus praeceptis & imperio (*m*) obnoxium.

§. XXII. Animantium quod ad corpora attinet, primo quidem generatim *Aristoteles* docet, naturam in illis aut totam esse animam, aut vero partem ejus aliquam. (*n*) φύσις ὡς ἡ κινοῦσα, ἢ ὡς τὸ τέλος τῶν ζώων, ἤτοι πᾶσα ἡ ψυχὴ, ἢ μέρος τι αὐτῆς. *Natura, tamquam motus caussa, aut id, quod certo artificiose agit consilio*, (quantum ad animantium corpora pertinet) *aut tota est anima, aut vero pars ejus.* Deinde vero explicatius, naturam genitricem non esse totam in animalibus mentem, sed partem tantum ejus aliquam, decernit: Οὐ πᾶσα ψυχὴ φύσις, ἀλλά τι μόριον αὐτῆς. Id est: *Natura in animalibus*, quae proprie sic vocantur, minor quaedam potentia est seu facultas, quae in animis eorum, sive sentiant tantum, sive rationis etiam participes sint, residet.

Idem philosophus (*o*) alio loco, esse in animis animalium naturam quamdam procreatricem, & profitetur, & hoc pacto probat: Τί δὲ συνέχον οἷς παρουσία φυ-

φύσις,

(*l*) Ψυχὴ φύσις] His jungo sequentia *Aristotelis* verba, quibus naturam ait *aut unam esse partem, aut plures animae partes, loc. cit. p.* 474. Ἀλλά τι μόριον αὐτῆς ἐστι, ἢ καὶ πλείω.

(*m*) *Obnoxium*] Omnia haec *Aristotelis* de natura dicta id (I.) luculenter probant, id quod paullo ante monuimus, *naturam* apud *Aristotelem* obscurum esse vocabulum, quod ad rem quamdam exprimendam, quam ipse sibi fatebatur ignotam esse, philosophus adhibuit. Videbat *Aristoteles*, praeter materiam, aliquid dandum esse animantibus, unde generatio, quies, & motus nascatur. At quale illud esset, non autus est decernere. Itaque hoc quidem perspicuum esse ait, ignotam illam rem rationis & consilii compotem, ideoque animi nostri non dissimilem esse debere: illud vero valde esse dubium, concedit, utrum anima quaedam sit per se constans & ab anima sentiente & ratione valente sejuncta, an vero pars una mentis ratione praeditae, an denique plures ejus animi partes. Quid ergo de re quaerimus, cujus rationem ipse *Aristoteles* sibi perspectam & exploratam esse negavit? Aut quomodo cum naturae genitricis patronis sociari poterit Stagirita, qui nescire sese professus est, quid sit natura. (II.) patet hinc, eos, qui ex Peripateticis & aliis philosophis recentioribus animam sibi ipsum corpus sutum fingere judicant, non esse nimis ab *Aristotelis* sententia remotos. Vid. *Dan. Sennertus de generatione viventium Tom.* I. *Cap.* 1. *pag.* 123. *Guil. Harveus de generat. animalium pag.* 121. Concessit enim *Aristoteles*, istam vim animalia moventem & gignentem fortassis nihil esse, quam unam vel plures animi nostri facultates. (III.) Multum ex his roboratur ista sententia de natura *Aristotelis*, quam aliquoties jam proposui, eam esse partem quintae naturae seu ignis subtilissimi, per rerum naturam fusi, quae semine excepta in corpus transferretur. Si pars animi ratione praediti natura haec est, id quod fieri posse non negat *Aristoteles*, nullum hac de re dubium cuiquam esse potest. Nam, quod *ad §. ult. Cap.* 1. docuimus, tota mens ratione valens caloris illius particula est: ergo & partes ejus. Sin vero separata quaedam est anima, nil video, quod ob-

Digitized by Google

μόμμα, τὸ πῦρ ἢ ἡ γῆν; Διασπασθήσεται γὰρ, εἰ μή τι ἔσῃ τὸ κωλύσον· εἰ δ' ἔστι, τοῦτ' ἔσται ἡ ψυχὴ καὶ τὸ αἴτιον τοῦ αὐξάνεσθαι καὶ τρέφεσθαι. *Praeterea, quidnam illud, quaeſo eſt, quod res, quae in contrariam partem feruntur, quales ignis ſunt & terra,* (in animalium corporibus) *ne dilabantur, coërcet & continet? Diſtrahentur enim, niſi quid fuerit, quod impediturum ſit. Si vero fuerit, anima certe erit, quae & cauſſa eſt, quare augeantur & nutriantur.* Quibus addit, tametſi ſint, qui ignem unicam eſſe cauſſam, quae alat & nutriat animalia, perhibeant, eum tamen nil niſi συναίτιόν πως eſſe, ἀ μὲν ἁπλῶς γε αἴτιον, ἀλλὰ μᾶλλον ἡ ψυχὴ, *concauſſam tantum quamdam, non vero ſimpliciter cauſſam, quae potius ſit anima.* Quod ipſum (*p*) alias etiam his verbis explicat & inculcat: Οὐδὲ γὰρ ἡ πέψις, δι' ἧς ἡ τροφὴ γίνεται τοῖς ζώοις, ἄνευ ἄνευ ψυχῆς, ἄνευ θερμοῦ διακρίνεται· πυρὶ γὰρ ἐργάζεται πάντα. *Non enim concoctio, per quam animantes alimentum capiunt, ſine anima & calore abſolvi poteſt: quandoquidem omnia igni cibum conficiunt.*

(*q*) Certe, quicumque ea conſideret attentius, quae animalibus eveniunt & accidunt, eum ego non admirabor, ſi in hanc ingrediatur ſententiam, eſſe majus aliquid & ſuperius in animantibus, quam leges motus & artificium quoddam machinale. Quis, quaeſo, non ſuſpicetur, eſſe ſingularem aliquam cauſſam, quae fluidas corporum coërceat particulas, ut eamdem ſemper formam & figuram ſervent, neque, licet plus, quam ſatis erat, capiatur cibi, praeter modum creſcant & dilatentur; quae amiſſam reficiat carnem, disruptas partes reſarciat, alimentaque nuper ſumta reliquo corpori conjungat, atque carni & oſſibus ceteris ſociet; quae venas, ſive diſciſſae ſint, ſive uſu attritae, inſtauret & reſtituat; quae dentes tam ſcite ac affabre non infantibus tantum, ſed adultis etiam procreet; quae ſordibus corpus purget, & ſupervacanea rejiciat; quae denique, ut res guſtatui gratas & dulces interior quidam ſenſus averſetur, efficiat? Haec eſt natura illa, quam (*r*) *Hippocrates* morbis ait mederi, αἱ φύσεις τῶν νούσων ἰητροί; hic ille Chymicorum & *Paracelſi* ſectatorum *Archaeus*, cui cuncta ſervire dicunt remedia, quippe quae

obſtet, ne ex eodem fonte manaſſe credatur, ex quo mens aut animus rationis particeps fluxit. Multa ſunt e contrario, quae ſuadent, aliunde eam non eſſe derivandam.

(*n*) Φύσις ἐστὶ] *De partib. animal. Lib.* I. *Cap.* 1. *pag.* 473. Paullo aliter vero, atque hic exhibentur, verba illa apud *Ariſtotelem* leguntur: Ἔστι καὶτις (φύσις nimirum proprie ſic dicta, quam *Ariſtoteles* & οὐσίαν & μορφὴν appellare ſolet) ἡ ὡς ὑποκειμένου, καὶ ὡς τὸ τέλος. Haec ita verti debent: *Natura illa eſt & cauſſa motus efficiens, & finalis cauſſa.* Τοιαύτη δὲ τοῦ ζώου ἐστὶ πᾶσα ἡ ψυχὴ, ἢ μόριόν τι αὐτῆς· *Talis autem natura vel ipſa eſt animalis anima, vel etiam pars ejus.*

(*o*) *Alio loco*] *De anima Lib.* II. *Cap.* 4. *pag.* 26. *f. T.* II. *Opp.* Hoc in loco & toto fere *de anima Opere* ad hanc proclivis eſt ſententiam, quam ſupra eum vidimus nec approbare nec improbare, *naturam* animi vel ſentientis vel ratione valentis eſſe partem, aut gignendi, corpus movendi, formandi, nutriendi facultatem in ipſa reſidere anima. Hanc ſuam poſtea magnam partem Scholaſticorum, qui vocantur, plerique fecerunt, quos animam humanam ex duplici parte, altera ratione carente, altera rationis compote, compoſuiſſe, & illi facultatem *vegetativam* & *ſenſitivam* dediſſe, non ignotum eſt. Exſtat longum *Fortunii Liceti*, philoſophi Itali, *de ortu animae Opus*, quo hanc ſibi ſententiam copioſe exornandam ſumſit.

(*p*) *Alias*] *Libro de reſpiratione Cap.* 8. *pag.* 141. *T.* II. *Opp.*

(*q*) *Certe*] Lege, quae ſupra *ad* §. 18. hac de re ex *Jo. Clerico* prolata ſunt. Niſi me ratio fallit, tota haec celeberrimi viri de natura diſputatio aliquid habet inconſtantiae: Plerumque enim non aliter de ea differit, quam de re per ſe conſtante & extra hominem poſita: hic vero naturam facultatem & virtutem tantum eſſe in animo reſidentem affirmat. Qua quidem in re, id quod jam monuimus, a Scholaſticorum propius abeſt placitis. Ex quo apparet, non omni ex parte erraſſe, qui naturas genitrices cum *formis ſubſtantialibus*, quas nominant Scholaſtici, comparārunt.

(*r*) *Hippocrates*] *Epidemicor. Lib.* VI. *Sect.* 5. *pag.*

quae ſine ejus auxilio nulla forent & virtute vacua. Igitur, quum corporibus animantium principium ejusmodi vitale omnique machinatione praeſtantius ineſſe videatur, rerum vero genera, niſi ſic neceſſitas jubeat, non ſint amplificanda, equidem *Ariſtoteli*, opinor, non multum eſſe repugnandum, qui illud μέρος ſeu ὑπόστασιν τῆς ψυχῆς certam mentis animalium illorum partem, aut ignobiliorem potentiam quamdam propriaeque virtutis ignaram, quae in animis eorum habitet, eſſe exiſtimat.

§. XXIII. Praeter hanc vero fictricem naturam, quae in animantibus verſatur, corporaque eorum, ceu totidem minores mundos, apte ſciteque, in ſuo quodlibet genere, conſtruit & fabricatur, alia ſit neceſſe eſt ejusmodi natura, quae totam hanc univerſitatem corpoream gubernet, ac, ut omnes ejus partes cognatione quaſi continuatae conſpirent, efficiat. Iſtam, quae toti praeſidet orbi, naturam (s) ſcriptor *Libri de mundo* his verbis deſignat: Καὶ ἡ διὰ πάντων διηκόντων μία ἡ διὰ πάντων δύναμις. *Totum mundum vis una, per omnia pertinens, concinne diriget.* (t) Rurſus πνεῦμα vocat eam, καὶ ἔμψυχον καὶ γόνιμον οὐσίαν, *ſpiritum & ſubſtantiam genitalem ac animatam:* quo etiam loco non obſcure ſignificat, differre quidem illam a Deo, atqui mandatis ejus & imperio ſubjectam eſſe. Ipſe vero (v) *Ariſtoteles* libro, quem paullo ante laudavi, quemque nemo ab eo profectum eſſe negat, & hanc totius univerſitatis fictricem naturam, & illam, quae animantibus pro-

pag. 859. *T.* I. *Opp. ed. Lindenii.* Vide, quae ſupra *ad Cap.* 3. §. 7. & ad hujus *Digreſſionis de natura* §. 13. monui. *Hippocratis* natura, ſi quae mihi eſt de rebus ejusmodi judicandi poteſtas, nihil eſt, quam mechanica corporum conſtitutio.

(s) *Scriptor Libri de mundo*] *Cap.* 5. *pag.* 856. *T.* I. *Opp. Ariſtotelis*, cui perperam hic liber olim adſcriptus fuit. Verum non κόσμον, ſed ἀρμονίαν dixit, quisquis eſt libri hujus auctor.

(t) *Rurſus*] Totum locum, ex quo haec verba decerpta ſunt, adſcribere placet. Exſtat *Cap.* 4. *p.* 852. Poſtquam auctor dixerat, ventum Graecis πνεῦμα vocari, haec continuo adjicit: Λέγονται δὲ ἐτέρως πνεῦμα, ὅτε μὲν φυτοῖς, ἢ ζώοις, ἢ διὰ πάντων διήκοντα, ἔμψυχές τε καὶ γόνιμον οὐσίαν, περὶ ἧς λέγειν νῦν οὐκ ἀναγκαῖον. *Alioquin ſpiritus etiam appellatur ſubſtantia genitalis & animata, in ſtirpibus atque in animantibus exiſtiens, per omniaque pertinens, de qua nunc diſſerere nihil neceſſe eſt.* Fateor, uterque hic *Libri de mundo* locus ita ſeſe habet, ut facile aliquem in hanc ſententiam adducere queat, in quam ſeſe *Cudworthus* adduci paſſus eſt, ſcriptorem libelli ejus mundo ſingularem aſſignaſſe animam, a ſupremo Numine diſtinctam. At hac opinione liberabitur, quisquis *ultimum* libelli hujus *Caput* attente & circumſpecte legerit. Hoc enim capite auctor ipſum Deum omnia gignere, moderari, perficere, nulla alia natura in conſilium vel auxilium adhibita, aliquoties diſerte tradit. Σωτὴρ μὲν οὖν ἅπαντων ἐστὶ, καὶ γενέτης τῶν ὅλων ὄντως ὁ Θεός· καὶ τοῦτ' ἐστὶν ἀληθὲς τὸ πέρατα συνειλημμένον ὑπὸ

Conditorum, quae rerum natura complettitur, cum ſervator eſt Deus tum vero, quaecumque in hoc mundo quoquo modo perficiuntur, eorum omnium idem genitor eſt, *pag.* 859. His poſitis & declaratis, ea, quae propiora ſunt Deo, quem in coelo reſidere nil dubitat, ceteris rebus efficacius vim ipſius ſentire, remotiora vero imbecillius, decernit. Ex quo efficit, quum terrenae res infinito a Deo intervallo diſtent, etiamſi vis Numinis per univerſum orbem pertineat, tamen omnium eas minime a virtute divina affici, multoque minus concinnitatis & pulchritudinis habere, atque coeleſtia & ſuperiora, *pag.* 860. *ſ.* Haec aliquoties inculcat: illud vero ſaepius, virtutem ipſius ſummi Numinis per omnia permeare & transire. Liquet hinc, ut opinor, hunc *Libri de mundo* ſcriptorem non eſſe illis connumerandum, qui mundo animam tribuunt, nec, qui hic afferuntur, locos ejus aliter exponi poſſe, quam de ipſo Deo, certo quodam modo rebus hujus orbis adminiſtrante, & virtute ſua etiam ad has inferiores ſedes penetrante, niſi hominem ſibimet ipſi adverſatum eſſe, ſtatuere velimus. Haec eo monui libentius, quod alios etiam, nec levis vel ingenii vel exiſtimationis viros nil dubitare video, quin hic ſcriptor animae mundi faverit. E quibus *Jac. Thomaſium*, inſtar omnium, nomino *de Stoica mundi exuſtione Diſſ.* XIV. §. 151. *pag.* 212.

(v) *Ariſtoteles*] Locus exſtat *Libro* I. *de partibus animal. Cap.* 1. *pag.* 474. Verſionem emendavi & mutavi variis in locis, quod verba potius, quam

propria eſt, luculenter & copioſe ſic explicat & adumbrat: φάνειη γὰρ, ὥσπερ ἐν τοῖς τεχνικοῖς ἔστι ἡ τέχνη, ἔτως ἐν αὐτοῖς τοῖς πράγμασιν ἄλλη τις ἀρχὴ καὶ αἰτία τοιαύτη, ἣν ἔχομεν, καθάπερ τὸ θερμὸν καὶ τὸ ψυχρὸν ἐκ ὧν πάντες· διὸ μᾶλλον εἰκὸς, τὸ οὐρανὸν γεγονέναι τοιαύτης αἰτίας, εἰ γέγονε, καὶ εἶναι διὰ ταύτην αἰτίαν μᾶλλον, ἢ τὰ ζῶα τὰ θνητά· τὸ γὰρ τύχης καὶ αὐτομάτου πολὺ μᾶλλον φαίνεται ἐν τοῖς οὐρανίοις, ἢ περὶ ἡμᾶς· τὸ δὲ ἄλλο πᾶν, ἄλογος, καὶ ὡς ἔτυχε, περὶ τὰ θνητὰ μᾶλλον· εἰ δὲ τὸν μὲν ζώων ἕκαστον φύσει φασὶν εἶναι καὶ γίνεσθαι, ἢ δὲ οὐρανὸν ἀπὸ τύχης καὶ ἀπὸ τοιαύτης αἰτίας ἐκ ὀλίγων φάναι. *Ut enim ars in rebus artificioſe factis, ita in rebus naturalibus aliquod eſſe principium aliud & talis cauſſa videtur, cujus ipſi ſumus participes, quemadmodum frigidi & calidi primordia ex rerum univerſitate haurimus. Quamobrem veriſimilius dixerim, coelum & factum eſſe ab ejusmodi cauſſa, ſi quidem omnino factum eſt, & per eam cauſſam magis conſervari, quam animalia caduca & mortalia. Ordo enim & ratus certusque ſtatus longe magis in rebus patet coeleſtibus, quam in nobis: incerta autem, inconſtans, & fortuita conditio in genere mortali potius eſt. Sunt tamen nihilominus, qui, quum inficiari non audeant, genus animalium quodque natura quadam auctore aut eſſe aut permanere, coelum tamen temere & caſu ſic conſtitiſſe volunt, in quo nihil fortunae vel temeritatis deprehendere licet.* Quibus diſputatis, ſic rationem concludit: Ὥστε ἔστιν φύσεώς τι τοιοῦτον, ὃ δὴ καλοῦμεν φύσιν. *Quocirca ejusmodi aliquid eſſe conſtat, quale nos naturam appellamus.* (x) Itaque haec ejus eſt ſententia: Non modo in animalibus naturam quamdam artis, viae, & rationis compotem commorari, quae 183 cor-

quam ſenſum, *Ariſtotelis* a *Gaza* expreſſa eſſe ſentiebam: unde obſcuritas naſcebatur.

(x) *Itaque haec ejus eſt ſententia*] Quod vero pace magni hominis dixerim, hic locus *Ariſtotelis* neminem juſto modo rationes ſubducentem commovebit, ut eum inter animae mundi ſtatores referat. Nec enim philoſophus hic abſolute loquitur, ſed comparate tantum. (I.) Naturam eſſe concedit in animalibus: qua de re jam ſaepius dictum eſt. (II.) Reprehendit eos, qui coelum caſu & fortuna conflatum eſſe dicerent. (III.) Comparat hujus generis ſententiam cum eorum dogmate, qui coelum a natura quadam rationis compote & comparatum eſſe & conſervari dicant, neque dubitat horum opinionem illi ſententiae anteponere. (IV.) Nihil tamen ipſe decernit, ſed, ſi coelum factum eſſet, id quod alias negat eſſe factum, & ex omni aeternitate exſtitiſſe contendit, eorum fore tolerabiliorum & meliorem conſtituit ſententiam, qui etiam coelo naturam tribuerent. Non igitur hic de mundi & de totius univerſitatis anima quadam loquitur, ſed de coeli tantum, quod pars eſt hujus mundi, & ortu & conſervatione: nec placere ſibi ait eos, qui coelo & ortum & certam naturam aſſignarent: ipſe enim aeternum eſſe coelum, id quod notum eſt, credebat: ſed ſapientius tantum ratiocinari, qui coelo naturam tribuant, quam eos, qui illud caſu & fortuna concretum eſſe putent, decernit. Ex quibus omnibus id quidem conſici poteſt, ſi optio data fuiſſet *Ariſtoteli*, utrum ad *Democritum*, an vero ad *Platonem* ſeſe mallet adjungere, hujus eum partes probaturum fuiſſe: numquam vero hoc inde elicias, *Platonis* ipſi dogma de mundi anima verum fuiſſe viſum. Non alienum huius loci erit, de hac univerſa re aliquanto dilucidius exponere, quod doctiſſimos viros & olim duxiſſe inter ſe, nec hodie certare deſiiſſe, novi, utrum animam huic rerum univerſitati ineſſe putaverit, nec ne, ſummus *Ariſtoteles*, *Cudworthus* etiam ex inſtituto iſtam quaeſtionem hoc in loco pertractet, iisque accedat, qui prius ſtatuunt. Principio de anima mundi, quam *aſſiſtentem* vocat, non quaeritur. Pauci enim ſunt, qui hoc in controverſiam vocent, *Ariſtotelem* intelligentiae neſcio cui, quam *intellectum agentem* Scholaſtici vocant doctores, humani generis curam, & pluribus intelligentiis adminiſtrationem naturae rerum commiſiſſe. Digni ſunt, praeter multos, qui hac de re legantur, *Franciſc. Piccolomineus Libro de mundo Cap.* 30. *pag.* 621. *f. Jac. Thomaſius de exuſtione mundi Stoica Diſſ.* XIV. §. 140. *pag.* 211. *f.* Omnis eſt de *anima informante* diſceptatio, ſeu id quaeritur: an *Ariſtoteles*, id quod *Platonem* feciſſe novimus, animam quamdam per totam rerum naturam fuſam eſſe voluerit, unde animos hauſtos & delibatos haberent homines. Princeps, quantum novi, *Clemens Alexandrinus Ariſtoteli* hanc opinionem adſcripſit, qui objurgat hominem, quod providentiam ſuſtulerit, & Deum tamen animam eſſe mundi ſibi perſuaſerit, in *Protreptico Cap.* 5. *pag.* 58. Καὶ ἐγὼ τὸ αἰρέσεως πάσης, τὸν ὄντα ὑπὸ τοῦτο τὸ πάσχω, τὸν καλούμενον ὑπατον, ψυχὴν ὅλου τοῦ παν-

corpora eorum & machinetur & conſervet, ſed etiam totam hanc molem corpoream, quam videmus, ab ejusmodi natura genitrice animari, quae coelos totumque orbem tam artificioſe & mirabiliter coagmentaverit & diſpoſuerit.

184 §. XXIV. Hic autem omnino velim animadverti, quod *Ariſtoteles* loco, quem attulimus, declarat, vitam & inteiligentiam nos ex univerſitatis hujus natura hauſtam & libatam habere, non ſecus atque frigidum & calidum ex eo, quod huic univerſitati ineſt, frigido & calido tractum & acceptum habemus, id (*y*) ex *Socratis* diſciplina ſumtum eſſe. *Xenophon* nimirum & *Plato*, *Socratem* hac ſententia, tamquam valido argumento, uſum eſſe ad comprimendos divinitatis hoſtes, ſcriptum reliquerunt. Summam opinionis hujus (*z*) Latinus vates his olim verſibus expreſſit.

Principio coelum & terram camposque liquentes,
Lucentemque globum lunae, Titaniaque aſtra,
Spiritus intus alit, totosque infuſa per artus
Mens agitat molem, & magno ſe corpore miſcet:
Inde hominum pecudumque genus vitaeque volantum.

Haec

τῶν ὅλων. *Sectae Peripateticae pater, rerum omnium patrem ignorans, eum, qui ſupremus eſſe dicitur, animam univerſi eſſe exiſtimat.* Hunc vero locum ambiguum primum eſſe, deinde ex auctore *Libri de mundo*, qui *Ariſtoteli* falſo adſcriptus olim ſit, *Clementem* id hauſiſſe videri, non autem ex *Ariſtotele*, multis jam *Jac. Thomaſius* diſputavit *de exuſtione mundi Stoica Diſſ.* XIV. *pag.* 212. Non recordatus eſt, quum in litteras iſta referret vir veteris philoſophiae peritiſſimus, *Athenagoras*, qui optimus eſt *Clementis* interpres, & plenius explicat, quemadmodum antiqui Chriſtianorum doctores *Ariſtotelis* ſententiam ceperint & intellexerint, aut quo ſenſu hoc de anima mundi decretum Stagiritae tribuerint. *Ariſtotelem* refert *Athenagoras Apologiae Cap.* 6. *pag.* 28. & corpus dediſſe Deo & animam. Corpus Dei, addit, exiſtimaſſe aetherem eſſe & ſidera, in quibus omnibus Deus, animae inſtar, verſetur: Αὐτὸν μὲν ἀκίνητον, αἴτιον δὲ τοῦ τάττειν κινήσεως γνώμονα, *ipſum quidem immobilem, ſed corporis motum efficientem, eique praeſidentem.* Vide, quid ſibi velit *Clemens*, quum *Ariſtotelem* indicat Deum pro anima habuiſſe mundi. Non hanc eſſe *Ariſtotelis* ſententiam, facile concefferim: ſed non id nunc quaero, quid ſenſerit *Ariſtoteles*, ſed quid cum ſenſiſſe multi veterum Chriſtianorum, & in primis *Clemens*, putaverint. Ipſum igitur Deum, non certas intelligentias, motui ſiderum & coeli praefectum eſſe ab *Ariſtotele*, opinati ſunt: ex quo apparet, proxime ad eorum illos acceſſiſſe ſententiam, qui informantem mundo, coelo ſaltim & aetheri, animam ab *Ariſtotele* attributam eſſe volunt. Nam ut noſter animus corpus informare dicitur; ita, ſi ſidera & aether Dei corpus ſunt, animus informans eorum Deus certo modo vocari poterit: Sed, quod jam monui, nullum dubium eſt, quin hi *Ariſtoteli* dogma, a quo alienus fuit, adſcripſerint. Nec minus certum eſt, ſi huic eſſet opinioni deditus, minorem tamen ejus & *Platonis* fore hac in re cognationem, quam multis videtur. Alii multo his apertius *Ariſtotelem* hac in re *Platoni* conciliare ſtuduerunt: olim quidem illi, qui recentiores nominantur Platonici, *Proclus*, *Plotinus*, *Porphyrius*, quibus nil antiquius erat, quam omnem diſcordiam inter *Platonem* & *Ariſtotelem* funditus tollere; recentius tam ex Peripateticis aliqui, quam ex *Platonis* ſectatoribus bene multi, quorum nomina praetereo. Contra Peripatetici plerique abhorruiſſe prorſus *Ariſtotelem* ab anima mundi pugnant, negantque acriter, reperiri in ſcriptis ejus aliquid, quod commento huic vel Stoico vel Platonico faveat. Vide, quae pro horum ſententia *Jac. Thomaſius* diſputat *de Stoica mundi exuſtione Diſſ.* XIV. *pag.* 212. *ſ.* Adjunxit ſeſe his non ita pridem *Leibnitius de la conformité de la foi & de la raiſon* §. 8. *pag.* 12. ne quid nunc dicam de aliis. Ego, re bene putata, neutri parti omnino eſſe accedendum arbitror. *Ariſtoteles* animae mundi, quam *Plato* finxit, parum certe amicus fuit: quod quidem nemo mirabitur, qui philoſophiam ejus ſcrutatus eſt. Sed nec tamen omnem mihi animam mundi ſpreviſſe videtur, tametſi ipſum vocabulum in ejus libris nusquam legatur. Eſſe paſſim concedit *Ariſtoteles* vitalem quendam calorem, per totam rerum naturam diffuſum, intentum, & commeantem: quo de ſcito ejus jam aliquoties commemoravimus. Haec θερμότης ψυχικὴ *Ariſtotelis* quid, quaeſo, eſt, quam animae quoddam genus *informantis*? Quidni de ea idem, quod *Manilius* de anima mundi, pronuntiare liceat?

— *Quum*

Digitized by Google

Haec nos eo fere ducunt, ut *Ariſtotelem* credamus cenſuiſſe, genitricem hanc universitatis naturam eſſe ἡ μέρος ψυχῆς, ἡ μὴ ἄνευ ψυχῆς, aut partem eſſe animae cujusdam mundi, quae ipſamet intelligentia & ſenſu praedita ſit interiori, qualis ea eſt, quae animalium regit corpora, natura, aut inferius ſaltim principium quoddam, quod ejusmodi animae legibus & decretis pareat. Ego quidem, quidquid etiam recentiores ſentiant Peripatetici, magiſtrum eorum certus ſum mundum exiſtimaſſe animatum eſſe, aut de mundi anima nil dubitaſſe. Ipſe enim, quid ſibi videatur hac de re, *Libro de coelo*, clariſſime his vocibus exponit: (*) Ἀλλ' ἡμεῖς ὡς περὶ σωμάτων μόνον αὐτῶν καὶ μονάδων, τάξιν μὲν ἐχόντων, ἀψύχων δὲ πάμπαν, διανοούμεθα· δεῖ δὲ ὡς μετεχόντων ὑπολαμβάνειν περίξεως καὶ ζωῆς. *Sed nos de ipſis, ut de corporibus & unitatibus, ordinem quidem habentibus, inanimatis autem penitus, cogitamus. Oportet autem ipſa viventia eſſe exiſtimare, atque actionem habere*, id eſt, eſſe ea vita rationis & intelligentiae participe praedita. Quem quidem locum recte interpretatur *Simplicius*: (†) Δεῖ δὲ ὡς περὶ ἐμψύχων αὐτῶν συμφιλοσοφεῖν καὶ λογικὴν ἐχόντων ψυχὴν, ὡς καὶ περίξεως καὶ ζωῆς λογικῆς μετέχειν· τὸ μὲν γὰρ πρῶτον καὶ κυριώτατον τῶν ἀλόγων ψυχῶν κατηγορεῖσθαι καὶ τῶν ἀψύχων σωμάτων, τὸ δὲ περίφερες κυρίως καὶ πρώτως τῶν λογικῶν ψυχῶν κατηγορεῖσθαι. *Decet nos de coelis ſentire, ut de naturis anima rationali praeditis, & propterea &* 185

(*) Lib. II. C. 12. (p. 656. T. I. Opp.)

——— ——— *Quum ſpiritus unus*
Per cunctas habitet partes, atque irriget orbem,
Omnia pervolitans.

Aſtronomico Lib. II. *vſ.* 64. *ſ. pag.* 31. Igitur, a nomine licet abſtinuerit *Ariſtoteles*, ne magiſtri *Platonis* probare videretur ſententiam, animam tamen qualemcumque mundi ſeu ſpiritum cogitatione effinxit, & *informantem* quidem certo modo, ut Scholaſticorum utar vocabulo: quamquam non omni ex parte talem, qualem *Plato* antea, *Pythagoram* ſequutus, commentus erat. Nolo ego princeps hujus ſententiae auctor videri: nec enim ignoro, qui *Ariſtotelem* inter animae mundi fautores retulerunt, calorem ejus vitalem quoque teſtatos eſſe: nec me praeterit, *Gaſſendum Phyſic. Sect.* III. *Lib.* III. *pag.* 213. *T.* II. dixiſſe, *Ariſtotelem facile pertrahi poſſe ad ſententiam de anima mundi.* Sed diſcrimen hi tamen omiſerunt, quo *Platonis* anima mundi ab *Ariſtotelis* ſemota eſt anima. His ea junge, quae paullo poſt *ad ſequentem* §. differemus.

(y) *Ex Socratis diſciplina*] Numquam, niſi graviter & aegre, a me impetro, ut doctiſſimi viri, quo me longe inferiorem eſſe & ingenio & doctrina ſentio, repugnem opinionibus. Sed nec, ubi veritas ſentire jubet aliter, tacendum mihi eſſe arbitror. Nam quo major alicujus eſt auctoritas, tanto magis verendum eſt, ne, tamquam ad ſaxum quoddam, plerique ad ſententias ejus adhaereſcant, magnoque nomine capti & irretiti, errorum hauriant & imbibant semina. Itaque ingenue & libere profiteor, toto hocce membro multa miſcere & perturbare virum eximium, ut non modo Platonicus, ſed ſuus etiam videatur *Ariſtoteles*; verum nihil fere efficere, nec juſti ordinis in diſſerendo & commentando rationem habuiſſe. Oſtendent, quae monebimus, nec temere nec refragante veritate hoc affirmari. Hic primum *Socratem* auctorem facit ejus ſententiae de anima mundi & natura genitrice, cui *Platonem* & *Ariſtotelem* vult addictos fuiſſe. Nihil vero minus certum eſt, atque hoc. Scio, in *Timaeo Platonis Socratem Timaeo* de anima mundi differenti applaudere: nec ignoro, paſſim apud *Platonem* ita differere *Socratem*, ac ſi his ſententiis imbutus fuiſſet. At quem, obſecro, rerum antiquarum peritum fugit, ab omnibus ejusmodi quaeſtionibus de natura *Socratem* prorſus abhorruiſſe, atque irriſiſſe *Anaxagoram* ceterosque philoſophos, qui rebus phyſicis unice delectarentur, *Platonem* vero quae vel a Pythagoraeis acceperat, vel ipſemet commentus erat, ut majori eſſent auctoritate, *Socrati* falſo attribuiſſe? Vid. *Diogenes Laërtius Libro* III. *Segm.* 35. *pag.* 185. & *Menagius ad h. l. Xenophon* vero, quem *Cudworthus*, praeter *Platonem*, auctorem laudat, tantum abeſt, ut *Socratem* de anima mundi diſputantem inducat, ut potius nihil ei minus fuiſſe curae, quam has phyſicorum argutias, diſerte teſtetur. Vid. *Memorabil. Socratis Lib.* I. *pag.* 561. Animi praeſtantiam collaudat apud *Xenophontem Socrates*, eumque a Diis nobis eſſe datum ſignificat, *loc. indic. Lib.* I. *p.* 574. Verum nihil ibi, nec alias de anima mundi, nihil etiam de genitrice natura. Multo minus illud verum eſt, quod addit vir doctiſſimus, *Socratem* hac opinione, tamquam telo, impios divinae rationis contemtores jugulaſſe.

(z) *Latinus vates*] *Virgilius Aeneidos Lib.* VI. *vſ.* 724.

(†) Comm. in Libros de coelo f. 226.

& actionis & vitae rationalis participibus. Quamvis enim vocabulum ποιεῖν, *facere, non modo uſurpetur de animis ratione vacantibus, ſed etiam de corporibus inanimatis; nomen tamen* φύσεως *non niſi de naturis adhibetur ratione valentibus.* Atque, ne quid hac in re ſuperſit dubitationis, eodem libro *Ariſtoteles* (*a*) paullo ante diſertiſſime affirmat, ἐπ ὁ οὐρανὸς ἔμψυχος καὶ ἀρχὴν κινήσεως ἔχει, *coelum eſſe animatum, & principium motus in ſe habere.* Quo quidem in loco vox *coelum* totum denotat terrarum orbem: quae hujus vocis notio familiaris admodum eſt *Platoni* & (*b*) *Ariſtoteli.*

186 Eſt, fateor, in hoc ipſo *de coelo Libro* locus, qui, ſi mediocrem aliquis attentionem afferat, contrarium facile perſuaſerit. Ex quo veriſimile fit, qui negarunt, *Ariſtotelem* mundo huic dediſſe animam, hoc ipſo, ut ita ſentirent, loco adductos eſſe. En verba philoſophi: (*) Ἀλλὰ μὴν ὅτι ὑπὸ ψυχῆς εὔλογον συνέχεσθαι μέχρι νῦν αἰῶνα· καὶ γὰρ τὸ ψυχῆς εἶναι τὸ ἔναι ἢ πλείστῳ ζωὴ ἄλυπον καὶ μακαρίαν· ἀνάγκη γὰρ καὶ τὴν κίνησιν μὴ βίαιος ἐσαν πρώτου σώματος ἄπειρος καὶ κινεῖν συνεχῶς, ἄσχολον εἶναι, καὶ πάσης ἀπαλλαγὴν χαλάσεως ἔμφυτον· εἰ γε μηδ' ὅτῳπερ τῇ ψυχῇ τῶν θνητῶν ζώων ἐστὶν ἀνάπαυσις, ἡ καὶ τὸ ὕπνον ἡδυλύει, δ σώματος ἄτεσις, ἀλλ' ἀναγκαῖον ἴξίονος πάσχειν αὐτὸν αἴτιον καὶ ἄτρυτον. *Nec vero rationi conſentaneum eſt credere, quod coelum ſempiternum maneat, id cogentis cujusdam animae opus eſſe. Neque enim fieri poteſt, ut talis animae vita ſine dolore atque beata ſit. Violentum enim motum corporis, ſi moveatur aliter, atque natura inclinat, negotioſum atque ab omni voluptate mentis ſemotum eſſe, neceſſe eſt, praeſertim ſi nec talis adſit relaxatio, qualis animalium mortalium mentibus per ſomnum contingit. Quare talis mundi anima idem illud ſuſtineret fatum, quod Ixion ſuſti-*

(*) Lib. II. Cap. 1. (p. 610. T. I. Opp.)

(*a*) *Paullo ante*] *Libro* II. *de coelo Cap.* 2. *pag.* 642. *T.* I. *Opp.*

(*b*) *Ariſtoteli*] Quo ſenſu & qua ratione *Ariſtoteles* dici queat mundi profeſſus eſſe animam, ex iis perſpicuum eſt, quae paullo ante diſſeruimus. Doctiſſimus vero *Cudworthus* plura ſibi dari flagitat. Nec enim tantum obtinere ſtudet, talem mundo animam attribuiſſe *Ariſtoteli*, qualem *Plato* & *Pythagoras*, ſed etiam, praeter animam, peculiarem *naturam genitricem*, ab illa anima diſtinctam, ab *Ariſtotele* mundo eſſe attributam, pugnat. Quo jure id fiat, ſequentia declarabunt. Hic, ut doceat, pro anima mundi ſtetiſſe Stagiritam, (1.) locum ex *Libro de coelo* affert. Is vero locus de ſtellis agit & ſideribus, quae *Ariſtoteles* animalia hic eſſe ſciſcit: quam ſententiam veterum longo plurimos, Platonicos, Judaeos, Chriſtianos, & alios probaſſe, notum eſt. Lege *Petr. Dan. Huetium* in *Origenianis Lib.* II. *Quaeſt.* VIII. *pag.* 126. *ſ. Jo. Bapt. Cotelerium* in *Notis ad Clementis Recognitiones T.* I. *P. P. Apoſtol. pag.* 550. & de Judaeis *Jac. Baſnagium Hiſtoire des Juifs Tom.* IV. *Cap.* 8. *pag.* 179. Huius vero connexi nulla mihi videtur virtus eſſe: *Ariſtoteles* credidit, ſidera eſſe animalia ſenſu & ratione praedita. Igitur & toti rerum univerſitati mentem ineſſe credidit. Etiamſi enim aliquis partes hujus univerſitatis animalia eſſe dictitet, haud inde tamen efficias, eum totum orbem animal eſſe quoddam arbitrari. Nec juvabit doctiſſimum virum *Simplicii*, quam adjungit, interpretatio. Fuit enim *Simplicius* ex eo genere, quod recentiorum dicitur Platonicorum. Illud vero genus quanto ſtudio & labore *Ariſtotelem* in *Platonis* opiniones, veritate renitente, pertrahere ſtuduerit, nemini obſcurum erit, qui interiores attigit litteras. (II.) Aliud dictum laudat *Ariſtotelis*, quo coelum eſſe ἔμψυχον, & motus habere principium, edixit: in quo quidem nomine ὑρανὸς totum mundum ſignificari arbitratur. Sed hoc quidem primum repudiabit, qui *Ariſtotelem* ipſum inſpexerit. Nec deinde, ſi res ita ſeſe haberet, multum ad firmandam doctiſſimi viri ſententiam conduceret. Declarabo, quum res ita ferat, ſententiam *Ariſtotelis* aliquanto clarius. *Ariſtoteli*, tametſi non unam vocabulo ὑρανὸς poteſtatem ſubjiciat, ſenſu tamen uſitatiori *coelum* omne illud eſt, quod a ſuprema coeli regione, ſeu ab ultima ſphaera, in qua ipſum verſari Deum putabat, ad intimam usque terram noſtrumque domicilium pertinet. Λέγομεν δὲ οὐρανὸν, inquit, τὸ περιεχόμενον σῶμα ὑπὸ τῆς ἐσχάτης περιφορᾶς· *Dicimus coelum illud corpus, quod ſub ultima converſione ſeu ſphaera continetur*, aut quod ab ultimo coeleſti orbe incipit, & ad nos usque extenditur. *Lib.* I. *de coelo Cap.* 9. *p.* 630. *T.* I. *Opp.* Illud *coelum* totum nil niſi corpus eſſe, ſaepius affirmat *Ariſtoteles*, at corpus non-

Digitized by Google

ſuſtinuiſſe fertur. Sed hic *Ariſtoteles* coelos inſita quadam ipſis anima moveri, minime negat: id quod alio loco plane & aperte affirmat & praecipit. Quod rejicit & improbat, hoc unum eſt, coelos a violento quodam & vehementi ſpiritu agitari, qui vi eos in orbem torqueat, quum natura ab ejusmodi motu abhorreant, atque gravitate ſua in locum mundi medium ferantur. Quidnam vero de coelorum motu ſenſerit, id *Simplicius* his verbis apte declaravit: Τὸ ἅπαν ὅλον ψυχικὸν καὶ ἔμψυχον ὑπὸ ψυχῆς κινεῖσθαι λέγει μέντοι τὴν φύσεως. *Totus mundus ſive coelum, quum non naturale minus ſit, quum animatum corpus, proprie ab anima quadam moveatur, ſed naturali modo & ratione,* (natura tamquam inſtrumento agente) *ita ut motus ejus minime violentus ſit.* Quod hic ceterum *Ariſtoteles Platonem* pungit, ac ſi coelum is violenter ab anima quadam in orbem rapi cenſuiſſet, quum alio natura tendat, id idem *Simplicius*, Stagiritae alioquin ſtudioſiſſimus, refellit, ingenueque erraſſe magiſtrum, ac *Platoni* feciſſe injuriam, fatetur. Contra *Platonem* demonſtrat tam naturae genitrici, quam mundi animae, faviſſe, atque inter decem, quae recenſet, motus genera, nonum motui naturae locum aſſignare, (†) Ἄλλην κίνησιν, καὶ μεταβαλλομένην ὑφ' ἑτέρου, qui aliam rem extra ſe ſemper moveat, & ipſe ſimul a re quadam alia quodammodo mutetur, decimo vero loco commotionem animae mundi collocare, Ἑαυτὴν κινοῦσαν καὶ ἕτερα, *quae & ſemet ipſam ex ſe moveat, & aliud etiam cieat.* Quaſi *Plato* eo loco ſignificare voluiſſet, naturam, tametſi vivat, interiorique gaudeat efficacitate, nihilo tamen minus excelſioris cujusdam animae mandatis obtemperare, a qua omnis motus initium ſuum & principium (*c*) habeat. Ve-

(†) De Leg. L. X.

ſimplex, quod ex ſe & ſua natura in orbem concitetur & commoveatur. Lege *Libri* I. *de coelo Cap.* 2. 3. 4. Ἀναγκαῖον, ait, εἶναί τι σῶμα ἁπλοῦν, ὃ πέφυκε φύσεως τὴν κύκλῳ κίνησιν καὶ τὴν ἑαυτῆς φέρειν· *Neceſſe eſt, in rerum natura corpus quoddam ſimplex eſſe, quod quidem ſit aptum circuleri motu ſuapte natura ferri.* Igitur non erat, cur exiſtimaret vir doctiſſimus, coelum *Ariſtotelis* anima & corpore conſtare: cujus quidem rei Stagiritae nihil in mentem venit. Coelum ejus totum eſt corporeum, quamquam a reliquis corporibus natura & indole differat. Neque a ſe ipſo diſſentit *Ariſtoteles*, quum hoc ipſum coelum ἔμψυχον & principio motus eſſe praeditum decernit. Corpora nimirum omnia Stagirita partitur in ἄψυχα, *inanimata*, & ἔμψυχα, *animata*, item in *compoſita* & *ſimplicia*. Illa ſunt, quae motu carent, & alieno indigent, ut loco ſeſe moveant, impulſu: haec illa, quae ex ſe & ſua natura ſeſe movent, neque concitationem exteriorem deſiderant. Adde *Metaphyſ. Lib.* XIV. *Cap.* 2. *pag.* 472. *T.* IV. *Opp.* Tale corpus coelum ipſi eſt, quemadmododum jam vidimus. Vis ergo dicti *Ariſtotelis* haec eſt: *Coelum corpus eſt, in quo ipſa natura vis motrix incluſa eſt, qua reliqua carent corpora.* Quocirca, nili vehementer fallor, his *Ariſtotelis* verbis non conficit *Cudworthus*, coelo & univerſitati rerum animam quamdam a Peripateticorum principe datam eſſe. Non ego negem, calorem illum vitalem, unde animos naſci ſuſpicabatur, coelum permeare. Verum, ut omittam, hoc calore coelum nec moveri nec *informari*, evidens eſt, inter hunc & inter animam mundi, quam ita *Plato* vocavit, multum intereſſe differentiae.

(*c*) *Habeat*] Cogam hic in unum locum, quae in hac arbitror diſputatione animadvertenda eſſe. (I.) *Ariſtotelis* locum perperam vir doctiſſimus interpretatur: in quo temere recentiores Platonicos, *Simplicium* in primis, peſſimum harum rerum interpretem, ſequutus eſt. Nec enim vel verbo ſignificat illo loco *Ariſtoteles*, ſe de violenta concitatione coeli loqui, eosque repellere, qui coelum putent ab anima quadam contra naturam in orbem torqueri, ſed omnem animam coelo abjudicat. In exordio capitis pro certo id ſumit, quod ſibi videtur *Libro primo* probaſſe, coelum ſempiternum ipſa natura ſua eſſe, nec ulla ratione diſſolvi ac diſſipari poſſe. Tum ex ipſis ſecus ſentientium opinionibus hanc roborari poſſe opinionem adjicit, eo quod, ſi ridiculae & abſurdae ſint eorum opiniones, id inde ſequi, neceſſe ſit, unice verum eſſe illam, quam ipſe tradidiſſet. Itaque refert primo veterum ſuſpicionem, qui ab Atlante ſuſtentari coelum cenſuerint, ne rueret, eamque ridet. His vero nihilo eſſe ſapientiores, ſtatim addit, qui in coelo intus eſſe animum inclusum aſſeverarent, qui, ne diffluat, impediret, Ὥσπερ γὰρ περὶ ἀέρος

Digitized by Google

187 Verum majus etiam aliquid, quo ſententiam tueantur, in promtu illis eſt, qui *Ariſtotelem* animatum credidiſſe mundum negant. Scilicet (*d*) *Metaphyſicorum Libros* appellant, quibus coelum ſummum ſtelliferum ab immobili quodam motore cieri & agitari, philoſophus diſputat: hunc autem motorem ipſum vulgo Deum interpretantur, non vero mundi animam. Reliquarum ſimiliter ſphaerarum gubernationi totidem ibi praeficit diſtinctos genios: ex quo efficitur, non exiſtimaſſe *Ariſtotelem*, ab animis motus illos ſiderum & coeli proficiſci. Huic ut occurramus loco, principio quidem fatemur, immobilem illum *Ariſtotelis* motorem non eſſe mundi animam, ſed mentem ab omni concretione & corpore ſeparatam & liberam, ipſumque ſupremum Deum. Hic vero quemadmodum coelos commoveat, id ita exponit: (*e*) Κινεῖ ᾗ ὡς ἐρώμενον. *Movet vero, ut id, quod amatur.* Qua de cauſſa, praeter ſupremum hunc motorem, quem motus ipſummet expertem eſſe vult, aliud etiam inferius introducit motionis principium, idque mobile, ſive mundi animam, quod proprie, nulla re alia interjecta, coelos verſet & impellat. Atque de hoc ita loquitur: Κινούμενον ᾗ τἆλλα κινεῖ. *Quod ipſum movetur* (appetitu nimirum & deſiderio principis boni) *id iterum movet alia.* Ita quidem *Alexander Aphrodiſius*, quo felicius & ſolidius nemo *Ariſtotelis* ſenſus declaravit, praeceptoris ſui mentem interpretatur: quem ſtatuiſſe perhibet, coelum, etſi animi ſit particeps, in-

ἰχθῦσι δ᾽ γεγῶσι ἀπάδειν τ᾽ ἄτοπον συμπάσιν, ἐκίνησαν αὐτὸ μυδαλῶς ἀνάγκην ἔμψυχον· *Nam quaſi pondus haberent ſupera corpora omnia, terreaque eſſent, neceſſitatem animae participem ſuppoſuere.* Paucis verbis interjectis, ſequitur opinionis hujus, quam hic *Cudworthus* affert, confutatio; cujus quidem haec ſumma eſt: Animam ejusmodi coelum continentem miſerrimam fore, quod numquam requiescere poſſet. Ex his perſpicuum eſt, non de violenta coeli concitatione hic loqui *Ariſtotelem*, ſed de ejus perennitate, animamque illam, quam ἀναγκάζουσαν vocat, non eſſe animam coelum violenter contorquentem, ſed animam coelum continentem, ne diſſilipetur, ſed perpetuo maneat, aut *animam informantem.* Omnem igitur derogat animam coelo, quod ipſa natura ſua ſtabile, perpetuum ac perenne eſſe, ipſa etiam natura ſua moveri & concitari, docet. Idque vel ex argumento, quod contra animae mundi patronos producit, apparet. Si coelum, inquit, animae particeps eſſet, ita anima, quoniam coelum continuo movetur, infelix prorſus eſſet, nec ullo tempore quieta. Finge tibi, quamcumque cupis aut potes, animam, haec ratio ſemper ex mente *Ariſtotelis* feriet, utpote qui nihil divinum, nihil felix, nihil beatum eſſe contendit, praeter id, quod immobile eſt, tametſi alia moveat. Animam *aſſiſtentem*, quam vocant, ſi coelo tribuas, non repugnabit fortaſſis *Stagirita*: at *informantem*, qualem *Plato*, numquam feret, nec ferre poterit, niſi diſciplinae ſuae fundamenta convellere velit. (II.) *Simplicium* quod mentem *Ariſtotelis* optime aſſequutum eſſe cenſet *Cudworthus*, id parum caute facit. Nam ex illis eſt *Simplicius*, quibus nihil antiquius eſt *Platonis* & *Ariſtotelis* conjunctione. (III.) *Platonem* hoc in loco non diſerte increpat *Ariſtoteles*, quod hic affirmari videtur. Ac occulte eum tangi, ſatis ex illis conſtat, quae *Libro* X. *de legibus Plato pag.* 669. de anima coelum agitante diſſerit. (IV.) Decem motuum genera, quorum hic mentio fit, *Plato* enumerat *Libro* X. *de legibus p.* 667. 668. At non video, cum naturae genitricis mentionem facere, aut nonum illi motus genus tribuere. *Simplicii* haec commenta ſunt, qui ſemper id agit, ut *Platoni* amicus videatur *Ariſtoteles.* Animae tamen mundi, coelum & omnia ſidera cientis, meminit *Plato*, cui non obſcure decimum illud motus genus aſſignat.

(*d*) *Metaphyſicorum Libros*] Vid. *Ariſtotelis Metaphyſ. Libro* XIV. *Cap.* 7. 8. 9. *pag.* 476. *ſ. T.* IV. *Opp.*

(*e*) Κινεῖ] Haec & ſequentia verba *Ariſtotelis*, de quibus mox dicemus, leguntur *Cap.* 8. *Lib.* XIV. *Metaphyſ. pag.* 479.

(*f*) *Platoni videtur*] Lege *Librum* X. *de legibus pag.* 669. & alias.

(*g*) *Movere*] Meo quidem judicio rectiſſime faciunt, qui *Ariſtotelis* ſententiam de intelligentiis orbes coeleſtes cientibus & commoventibus magnum eſſe putant argumentum ad eos profligandos, qui philoſophum hunc inter animae mundi patronos referunt. Nam ſi orbes coeleſtes interiori quadam vigerent anima, ſemet ipſos illi commoverent, nec adminiſtratio eorum ſingulares requireret genios: quos *Ariſtoteles* tamen motui illorum vult a Deo praefectos eſſe. Neque hic affertur aliquid a *Cudworthо*, quod ab hac aliquem ſententia dimovere poſſit, qui vel mediocriter cum *Ariſtotele* con-

insitaque idcirco virtute sua commoveatur, motus tamen principium a natura quadam immobili & separata accepisse, quae omni anima praestantior sit, (*) τῷ νοεῖν τε αὐτὸ καὶ ἔφεσιν καὶ ὄρεξιν ἔχειν τὴν ὁμοιώσεως αὐτοῦ, *hanc coeli animum contemplatum esse, indeque appetitum & desiderium imitandi eam concepisse.* (f) *Platoni* videtur hanc Stagirita sententiam debere, quem docuisse novimus, coelos perpetua conversione sua & orbis circuitu mentis motum sive efficacitatem imitari. Igitur princeps motor *Aristotelis* haud proprie efficiens motus caussa est, verum caussa tantum illa motus leges & ordinem praescribens & desiderans. Anima vero & natura, ψυχὴ καὶ φύσις, binae illae ex ejus sententia caussae sunt, a quibus proprie ac vere motus ille proficiscitur.

Neque contra hanc sententiam reliqui, quos ceteris coeli orbibus praeponit, genii possunt aliquid. Pariter enim persuasum fuit *Aristoteli*, illos genios abstractas esse mentes sive intelligentias inferiorum quarumdam animarum, quae corpora sua sive sphaeras ad exemplum harum animarum in orbem certa constantique lege versent. Quod quidem satis ex eo intelligitur, quoniam idem, quod de principe motore, de his etiam minoribus affirmat geniis, eos κινεῖν ὡς τέλος, finis instar, (g) movere.

Ex his igitur manifestum est, etsi *Aristoteles* mundo animam attribuerit intelli- 188
gen-

(*) Quaest. natural. Quaest. I. Cap. 1.

consueverit. Pugnat vir doctissimus, Deum proprie ex Stagiritae sententia non movere ultimum orbem, sed tantum cupere ac desiderare motum ejus: inesse vero in illa sphaera peculiarem, a qua gubernetur, animam, a Deo distinctam. Similiter intelligentias *Aristotelis* abstractas esse mentes animarum existimat, quae motum orbium suorum spectent tantummodo, non vero ipsae moveant. Ne hoc quidem contentus est; sed, praeter istam animam, *Aristotelem* aliam quamdam φύσιν seu naturam genitricem adjunxisse huic rerum universitati, asseverat. Is vero perspicax sit, oportet, qui vestigia harum rerum apud *Aristotelem* sese offensurum sperat. (I.) Quod ad postremum attinet, duplicem nimirum mundi animam, seu animam mundi proprie ita dictam, & naturam genitricem, tota haec doctrina a recentioribus Platonicis non exposita tantum, sed etiam primum excogitata est: qua de caussa, inferius ostendetur. Quodsi *Plato* quaedam habet, quae suspicionem commovere possint, ab hoc eum dogmate non aversum fuisse, certe *Aristoteles* nihil ejusmodi suppeditat, cujus tota ratio hanc duplicem animam recusat: id quod quidem ex illis, quae adhuc disputavimus, intelligentibus apertum esse reor. (II.) Ut probet vir doctissimus, Deum ipsum non proprie ultimum orbem coelestem movere, sed ejus tantum motum cupere, quum interea anima quaedam in isto orbe latens necessarios ejus motus cieat, haec *Aristotelis* verba producit *Metaphys. Lib.* XIV. *Cap.* 7. *pag.* 497. κινεῖ δ' ὡς ἐρώμενον· κινούμενον δὲ τἄλλα κινεῖ· *Movet vero, ut res amata: quod vero movetur, alia movet.* Hanc rationem prorsus ex praescripto *Porphyrii*, *Plotini*, & aliorum Platonicorum, quibus & Aristotelici nonnulli possunt jungi, interpretatur. Primum ejus membrum judicat ad Deum pertinere, alterum vero ad animam mundi. Dubito vero, an haec probaturi sint ex toto, qui *Aristotelis* praecepta diligenter explorarunt. Est hoc ipso capite, unde sumta sunt haec verba, mirabiliter obscurus *Aristoteles.* Sic enim fieri non poterat, quin is esset, qui de rebus exponebat, quarum ipse non callebat naturam. Quamobrem in eo capite exponendo ita sudarunt interpretes, ut in nullo fere alio: nec ego hominis me sententiam ita declaraturum esse opinor, ut omnis dubitationi locus praecidatur, tametsi certus sim, id eum non dixisse, quod ab eo *Cudworthus* dictum putat. Tentabo tamen, num lucis aliquid in hanc mihi caliginem inducere liceat. Est hoc in praeceptis *Aristotelis* physicis: *Quodcunque movetur, id motum ab alio habeat, necesse est.* Plures sunt ejus, quibus hoc decretum accurate inculcat, loci. Hoc nixus scito, praeter alios, *Platonem* oppugnat, qui animam ex se ipsa moveri asseveraverat, & immortalitatem ejus hoc argumento probavit. *Anima movetur*, inquit. *Igitur a re alia moveatur, nec ipsa motus in se habeat initium, necesse est.* Lege *de anima Lib.* I. *C.* 2. *pag.* 4. Ergo, quum a progressu in infinitum abhorreret *Aristoteles*, neque dubitaret, esse primum quoddam omnis motus in rerum natura principium, decebat eum immobilitatem primae illi caussae attribuere, unde motus omnis proficisceretur. Quodsi enim & hanc moveri dixisset, illud,

Digitized by Google

§. XXV. Praeter generalem illam totique rerum universitati communem naturam genitricem, virtutesque fingendi singulas, quae mentibus insunt animalium, fieri potest, ut quaedam majores hujus orbis partes suis etiam naturis genitricibus gaudeant, aut, quod idem est, imperfecto quodam vitae genere vel anima effectrice praeditae sint. Atque hae omnes naturae aut excellioris cujusdam & nobilioris animae, quae interiori gaudet sensu, legibus reguntur, aut saltim perfectae cuidam intelligentiae, quae totam moderatur molem, obtemperant. Exemplum afferemus. Stolidus, nil dubito, foret, qui cuivis plantae & herbae singulisque graminibus peculiarem aliquam genitricem vitam aut animam *vegetantem*, cui nihil 190
cum corporis commune sit fabrica, inesse duceret: nec is, opinor, foret sapientior, qui hunc orbem universum animal esse crederet mentis particeps ratione praeditae. At quis fieri posse neget, si ex nostra quidem judicandum sit scientia, ut toti huic globo, ex aqua & terra conflato, una praesit fictrix vita seu natura, quae certo modo cunctis plantis, herbis, arboribusque conjuncta sit, easque omnes pro natura seminis cujuslibet fingat & fabricetur, quae pariter metalla, ceteraque corpora, quae plus habent artis, quam ut a fortuito materiae motu produci queant, conficiat & disponat, quae denique, nulla caussa alia interveniente, haec omnia elaboret, tametsi ex aliis ipsamet caussis, quarum primaria ipse Deus est, pendeat? Hoc eorum fortassis sollicitudinem allevabit, qui toti universo unam tantum genitricem praeponi naturam, graviter & moleste ferunt.

§. XXVI. Prima igitur laboris nostri parte defuncti sumus, atque genitricis naturae indolem declaravimus. Summam si quis brevem eorum, quae disputavimus, requirat, is vero hanc habeat. Exstat vitae quoddam genus animali vita deterius & inferius. Illa vita, ex praescripto mentis cujusdam seu intelligentiae, rationis,

magnificis vocabulis insciliam suam tegere, multaque velle videri, quum nihil fere dicas, dicere? Jam vero aequi rerum arbitri judicent, an credibile sit, Stagiritam his indicare verbis voluisse, in ultimo orbe coelesti, cui Deum praeponebat, peculiarem reconditam esse animam, quae moveat, Deo motum tantum spectante, non vero efficiente. Omnia certe, quae hoc *ultimo Metaphysicorum Libro* disputat *Aristoteles*, persuasum ipsi fuisse significant, Deum veram esse & efficientem motus omnis caussam. Ex multis unum ejus dictum adscribam: Ἡ μὲν γὰρ ἀρχὴ καὶ τὸ πρῶτον ἔστιν ἀκίνητον καθ' αὑτὸ καὶ κατὰ συμβεβηκός· κινεῖ δὲ τὸ πρῶτον ἀΐδιον καὶ μία κίνησις· *Principium ac primum ens tum per se, tum per accidens immobile est; movens autem primo, sempiterno, & uno motu. Metaphys. Lib.* XIV. *Cap.* 8. *pag.* 480. Quonam vero jure posteriora verba: καὶ ἄλλο δὲ τὸ κινούμενον κινεῖ, ad animam mundi referantur, prorsus ignoro. Hoc enim significant: *Id autem, quod motum est, aliis vicissim motum impertit.* Nihil hac sententia simplicius & ad *Aristotelis* philosophiam accommodatius. Haec paullo latius mihi placuit persequi, quod viderem, in hac Metaphysicorum *Aristotelis* parte declaranda, quae de Deo & intelligentiis agit, quod miserandum sit, laborare interpretes, multaque ementiri, quorum nullum vestigium apud magistrum exstat, neque paucos ex ipso Peripateticorum grege a se impetratse intelligerem, ut non multum ab hac Platonicorum interpretatione, quam *Cudworthus* probat, recederent. (III.) De intelligentiis quae perhibet, quo vera videantur, scriptum esse ab *Aristotele* commemorat, eas ὡς τέλος κινοῦ· Ex quo conficit, eas non vere movere, sed motum tantum animae, intra orbes, quibus praesunt, auditae, gubernare ac dirigere. At formula haec, quod non praeterit attentos *Aristotelis* lectores, nihil apud eum significat, quam *certo proposito & consilio movere.* Num vero ii, qui certo corpus quoddam consilio movent, non efficienter & vere movent?

(*h*) *Cujus essentia*] *Aristotelis* haec verba sunt *Metaphys. Lib.* XIV. *Cap.* 6. *p.* 477. Δεῖ ἄρα τοιαύτην εἶναι ἀρχὴν τοιοῦτον, ὃς ἐ ἐστὶν ἐνέργεια· *Oportet igitur tale esse principium, cujus substantia actus sit.*

(*i*) *Quibus verbis*] Si certum esset, his in verbis *divino coelum animae singulari instructum*, & φύσιν *naturam genitricem* significare, probatura sese facile esset haec interpretatio verborum *Aristotelis.* Verum, id quod vidimus, nullo constat argumento, vocibus his istam potestatem ab *Aristotele* subjectam esse.

(*k*) πρὸ

nis, & ſapientiae, via & ordine procedit ac agit, laboresque ſuos ad certam refert ſemper metam, aut id ſemper ſpectat, quod optimum eſt. Verum ipſa tamen rationem earum rerum, quas efficit, ignorat, neque ſapientiae illius, cujus normam ſequitur & regulam, magiſtra eſt. Sola enim ei ſerviendi gloria relicta eſt, praeceptisque ſapientiae illius obtemperandi. Agit ea fataliter certaque quadam naturae conjunctione ac concentu, ad exemplum legum atque praeceptorum, quae perfecta mens rogavit, in eamque indidit & immiſit. An ceterum animae cujusdam intelligentiae & conſilii compotis facultas ſit inferior, an vero mens quaedam aut vita, per ſe quidem ſeparatim exiſtens, at minor & imperfectior, non ex omni parte perſpicuum eſt. Sed id dubio caret, eam ſuperioris cujusdam intelligentiae voluntati & imperio ſubjectam eſſe.

Reſtat altera pars inſtituti laboris, qua turpitudinem demonſtrabimus utriusque illius, quod ante nominavimus, Atheorum generis, Stoicorum & Stratonicorum, qui, quum vitam naturae genitricem inelſe fateantur, vehementer tamen hanc ſententiam corrumpunt, aut ea perverſiſſime abutuntur. Solent enim adulterini cujusdam & commentitii Numinis habitu naturam iſtam fictricem inducere, eique non modo rerum omnium tribuere originem, ſed etiam, ſupremo & infinite potente Deo, qui perfectiſſima mens eſt aut natura intelligentiae & rationis particeps, quae totam univerſitatem moderatur, dimiſſo prorſus & repudiato, in hujus locum inſipiens & ſtupidum illud idolum ſufficere.

Haec vero dum faciunt, quatuor in primis graviſſimis erroribus doctrinam de natura genitrice contaminant. Et primo quidem, quis tam hebes eſt, ut patienter ferat, homines iſtos vitarum omnium poſtremam & infimam, quae non poteſt non ~~ex voluntate & imperio~~ ſuperioris pendere cauſſae, rerum omnium principium naturamque unam totius nniverſitatis maximam & praeſtantiſſimam cenſere? Etenim vita, qua natura valet genitrix, umbra tantum eſt intelligentiae, nec niſi valde debilis & infirma mentis atque rationis imitatio. Quemadmodum umbra nihil eſt, ſi corpus deficiat, ad quod refertur, nec ulla in ſpeculo, niſi vera facies adſit, imago poteſt apparere, neque ullus denique ſine voce exiſteret repercuſſus vocis: ita nulla foret natura, de qua loquimur, ſi mente & ſapientia moderatrice deſtitueretur. Quamobrem, ſi nulla fuiſſet in hoc orbe mens infinitae compos perfectionis, nulla quoque in eo genitrix eſſe potuiſſet natura, haud aliter, atque, vultu abſente, ſpeculum imagine caret, voxque nulla ſi audiatur, nec Echo percipitur. Φύσις atque νοῦς nulla prorſus ratione ſejungi & ſeparari poſſunt. Si naturam orbis habet genitricem, via quidem omnia & ratione perficientem, neque aliquid, niſi ex ſapientiae praeſcripto certoque conſilio, tentantem, at ignaram tamen cauſſarum, propter quas fingit, neque ſatis ſibi conſciam eorum, quae efficit; certe perfectiſſimae eam oportet menti & intelligentiae, ſive Deo, cujus nutu & inſtinctu agat omnia, ſubjectam eſſe. Quocirca *Ariſtoteles*, qui φύσιν perpetuo & νοῦν, *naturam* & *mentem* conjungit, id quidem facit, quod philoſophum facere decet. At hi ſupremi Numinis hoſtes, qui res omnes a natura genitrice, ſenſus & cogitationis experte, ideoque ab omni ratione & intelligentia relicta,
191 unice profectas eſſe diſputant, animum teſtantur ſomniis refertum & ineptiis, veraque ſapientia vacuum.

§. XXVII. Huic errori magna deinde fit ex eo acceſſio, quod hoc genus praeſtantio-

Digitized by Google

tiores illas facultates ſentiendi & ratiocinandi ex vita iſta viliori & a ſenſu remota, quam omnis vitae unicum ducunt eſſe principium, procreatas eſſe opinatur. Id tam ſcite & ſapienter dicitur, ac ſi quis lucem, qua ſplendet aër vel aether, omnis eſſe luminis fontem contenderet, ſolisque & ſiderum omnium lumina de hac una luce accenſa eſſe, quippe quae nihil ſint, quam una illa lux aëria, varie affecta & diſpoſita, condenſationeque amplificata, praeciperet, aut vero, ac ſi quis ſolem, lunam ſtellasque omnes nihil eſſe affirmaret, quam imaginum, quas in ſtagnis & fluminibus conſpicimus, reflexiones. Verum haec ſemper in eorum levitate, qui in Deum gerunt inimicitias, inſcitia fuit & perverſitas, ut naturae ordinem inverterent, talemque nobis hujus orbis picturam exhiberent, qualis hominis eſt erectis cruribus in tabula depicti. Quum intelligentia & ratio res longe ſit nobilior & praeſtantior, quam ſtupida iſta rerum procreatrix natura, quae non intelligit, ſed efficit tantum & agit, fieri nullo modo poteſt, ut haec illam pariat & producat. Neque, licet corporea duplicentur organa, quin vel infinite augeantur, bruta illa & ſimplex naturae vita eo umquam hac ratione perveniet, ut interiorem adipiſcatur ſenſum, aut ratiocinandi vim & intelligendi nanciſcatur.

§. XXVIII. Sequitur tertius hujus generis error. *Hylozoitae*, quos vocavimus, ne nimis nudi ac deformes videantur errores hi, quos jam attigimus, ſic notionem naturae genitricis adulterant, ut eam cum ſapientia & intelligentia confundant. Quumque ipſimet non difficeantur, abeſſe ab ea ſenſum animalem, perceptionem, & conſcientiam, rem tamen nihilominus omnium ſapientiſſimam haberi volunt naturam iſtam, nullamque eſſe idcirco craſſioris materiae in toto terrarum orbe particulam, nullum corpuſculum, quod non accurate teneat & calleat, quibusnam rebus aptum ſit aut ineptum, quidve vel facere vel ferre queat. Verum haec quis non inter ſe pugnare ſentit? Quamvis enim talis exſiſtere poſſit natura genitrix, qualem nos ante definivimus, quae, tametſi agat, haud tamen intelligat, rerumque, quas efficit, rationes perſpiciat; id tamen nullo prorſus pacto fieri poteſt, ut perfecta ſcientia & intelligentia expers ſit interioris ſenſus, & factorum ſuorum nullam habeat conſcientiam. Demens foret, qui hoc ſibi credi vellet. Nec ego video idcirco, quemadmodum ſupremae poſſint ſtultitiae abſolvi hi homines, qui ſtupidam ſenſuque vacuam naturam perfectae ſapientiae & intelligentiae participem faciunt, quum nihil tamen ea ſit, niſi χαρτέχνης, inſtrumentum & opifex Dei aut ſummae ſapientiae.

§. XXIX. Poſtremo id vitio duci debet his irriſoribus religionum, quod genitricem naturae vitam rem eſſe opinantur plane corpoream & ex materia conſtantem. Nec enim ſemet ipſam ciere & movere poteſt materia, multo vero minus motus ſuos ratione moderari, partesque, quibus continetur, ſcite & ornate collocare ac diſponere. Cedit, fateor, natura genitrix omnibus reliquis vitarum generibus, poſtremoque in illis numero eſt. At vita tamen eſt ſeu interior quaedam efficientia atque facultas per ſe agendi, a motu externo diſtincta. Qualis quum ſit, corpore quoque careat, neceſſe eſt, eo quod omnis vita nihil concreti vel corporei admiſtum habet. Sed, qui vitam ineſſe praedicant materiae, philoſophi de vita non ſecus, quam de intelligentia, pingui ſolent Minerva philoſophari. Namque

Digitized by Google

omnem ea primo materiam, non aliter ac panem butyro, aut caemento parietem, illinunt. Materiam deinde una cum ipſa vita & intelligentia in varias partes & fruſta ſecant & concidunt. Itaque falli eos opinantur, qui vitam & mentem ſeparatim ſibi perſuadeant exſiſtere, quae materiae vel corporum facultates tantum & partes ſint. Ex quo poſtremo concludunt, uſitatam & receptam Dei notionem nihil eſſe, praeter imperfectam orbis hujus corporei totiusque materiae definitionem, nec leviter errare, qui naturam ſeparatim & per ſe exſiſtentem, quae rebus omnibus initium dederit, iſta exprimi definitione cenſeant. Huic ſtolido
192 & inſipienti commento ſuo poſtea occurremus loco. Nunc tempus eſt, ut longam hanc, licet neceſſariam, de natura genitrice, via atque ratione opera ſua perficiente, diſputationem concludamus.

§. XXX. *Plato* quare neceſſarium duxerit, ut aetate ſua rationes & argumenta divinitatis hoſtium in medium afferrentur & confutarentur, validisque pariter argumentis doceretur, eſſe Deum, his ſcriptum verbis reliquit: (*) Εἰ μὴ καταπτοήσει ἴσως εἴ τινι λέγω ἐν τοῖς πάνυ, ὡς ἔστιν εἶπεῖν, ἀνθρώποις, εὖδεν ἂν δεῖ τῶν ἐπαμυνόντων λόγων, ὡς ἔστι θεοί· νῦν δ' ἀνάγκη *Niſi ſermones inter omnes, ut ita dicam, homines vulgati eſſent, nihil opus eſſet argumentis demonſtrare, eſſe Deos: nunc vero neceſſe eſt.* Iisdem rationibus eademque temporum calamitate noſter hicce labor ſeſe tuebitur. Neque enim minori temeritate nefaria haecce dogmata recentiori aetate noſtra publice propoſita & defenſa ſunt, atque *Platonis* olim factum eſt temporibus. Et *Platonis* quidem aetate nullum eſt dubium, quin ſeveris Athenienſium legibus impietati huic frenum injectum ſit, ne latius manaret. Nam & *Socrates*, tametſi injuſte criminis hujus accuſatus erat, capitis tamen condemnatus eſt; & *Protagoras*, in quem vere cadebat tanta culpa, quum fuga ſupplicio ſeſe ſubduxiſſet, perpetuo mulctatus eſt exſilio, libris ejus in foro Athenarum publice combuſtis; quamquam nihil huic tum temporis exprobrari poterat, quam quod in exordio libri cujusdam dubitare ſe profeſſus eſſet, an Dii ſint, nec ne: (k) Περὶ μὲν θεῶν οὐκ ἔχω εἰπεῖν, οὔθ' ὡς ἔστιν, οὔθ' ὡς οὐκ ἔστιν· πολλὰ γὰρ τὰ κωλύοντα εἰδέναι, ἥ τε ἀδηλότης καὶ βραχὺς ὢν ὁ βίος ἀνθρώπου. *De Diis quidem ſtatuere nequeo, neque an ſint, nec ne. Sunt enim plurima, quae id ſcire prohibeant, quippe & ſumma rei incertitudo & brevis hominis vita.* Noſtri e contrario ſeculi tam effrenis & immoderata eſt licentia, ut nullo fortaſſis aevo majori impudentia Deus laceſſitus, aut acriori diligentia injurioſiſſimae in eum doctrinae propagatae ſint. Atque ipſa illa ex corpuſculis philoſophandi ratio, quam paullo ante *Platonis* aetatem *Leucippus*, *Protagoras*, & *Democritus* ad Deum de medio tollendum excogitarunt, ab inferis, nobis viventibus, revocata, tamque exquiſitis exornata laudibus eſt, ac ſi nulli eſſe philoſophi, aut ſapere poſſent aliquid, niſi qui eam unice amplecterentur & probarent.

§. XXXI. Duplex eſſe genus eorum, qui ex individuis orbem hunc corpuſculis olim conflatum eſſe putarunt, ſuperius expoſitum eſt. Quorum quidem alterum, quod & antiquitate praeſtat alteri & doctrinae veritate, religionis eſt ſtudioſum, *Mo-*

(*) Lib. X. de legib. (p. 666. Opp.)

(k) Περὶ μὲν] *Diogenis* haec ſunt *Laërtii Libro* IX. *Segm.* 51. *pag.* 576.

(l) *Inter quae*] Hic ea conferri debent, quae ſupra *ad* §. 3. 4. *ſ.* de *Carteſii* ſententiis diſſeruimus.

(m) *Quam-*

Digitized by Google

*Moſchium*que aut, ſi quis malit, *Moſaicum & Pythagoreum* vocari poteſt: alterum vero, idque adulterinum & mirifice corruptum, Deum religionemque omnem contemnit, atque *Leucippeanum* vel *Democriticum* appellatur. Eadem prorſus hac aetate noſtra diſtributio viget, quippe qua duplex ac univerſa re diſcreta veteris de atomis diſciplinae reſtitutio & inſtauratio comparuit. *Renatus* enim *Carteſius*, qui princeps atomos ab exſilio revocavit, dogmata ſua vetuſtioris, quam Moſchicam aut Pythagoricam diximus, diſciplinae praeceptis magnam partem accommodavit, naturaeque ſolidae & extenſae ſeu corporeis atomis aliam naturam corpore vacuam & cogitantem adjunxit. Quo quidem inſtituto *Metaphyſicam* ſeu *Theologiam* cum Phyſica ſociavit, & unum integrumque ex utraque philoſophia corpus compoſuit. Atque haec ejus phyſica, ſi partem intuearis mechanicam, tam apte, ſcite, & compoſite ab ingenioſiſſimo viro diſpoſita & deſcripta eſt, ut, quin acutiſſimos veterum, qui hac via & ratione philoſophati ſunt, ſi minus ſuperavit, certe aſſequutus ſit, nullum omnino dubium cuiquam eſſe queat reliquum. Nihilo tamen minus ſunt in hac *Carteſii* philoſophia nonnulla, quae vehementer dignitatem & auctoritatem ejus diminuunt. (*l*) Inter quae praecipuum hoc fere eſt, quod, rejectis genitricibus naturis, quas antiquiſſimi doctrinae Moſchicae ſectatores adſciverant, univerſum terrarum orbem, quatenus corporibus conſtat, ex neceſſario motu materiae, in minutiſſimas partes tantum diviſae, ac orbem converſione ſua conficientis, ſine ullius intelligentis naturae auxilio & ope, exſtitiſſe aſſeverat. Licet enim hoc ſeſe dogmate duce omnium, quae corporibus accidunt, 193
rationem ex fortuita materiae ad leges mechanicas commotione reddere poſſe, praedicet, nec ulla ſibi ad hanc rem cauſſa opus eſſe, quae certo omnia conſilio moderetur, affirmet; id tamen non expedit, quo nihil majus & excellentius in oculos noſtros incurrit, τὸ εὖ nimirum καὶ καλῶς, ſive admirabilem illum concentum pulcherrimumque ordinem, quem in orbe noſtro conſpicimus. Quidnam hominem adduxerit, ut in has incideret ſalebras, ſupra jam demonſtratum eſt. Duo is tantum conſtituebat rerum genera, alterum eorum, quae ſolida ſunt, alterum cogitantium: cogitationis autem indolem & naturam in ſenſu interiori & conſcientia eſſe poſitam docebat. Quae ſi vera ſint, genitrici naturae nullus eſſe locus poteſt: qua ſublata, qui naturam pandere rerum cupit, is aut omnia ex fortuito & temerario materiae motu derivet, aut vero Deum ipſum cuivis actui naturae praeponat, neceſſe prorſus eſt. Atqui hoc, quod abſurdum videbat eſſe, ſolliciti nimis fugiebat *Carteſius*. Itaque illud amplectebatur, proſcriptisque omnibus ex hac univerſitate cauſſis intelligentibus, materiam & leges machinales ſufficere judicabat philoſopho ad rerum omnium naturalium rationes declarandas & explicandas. Fateor, inter veteres etiam philoſophos, qui ſic atomis ſtuduerunt, ut religioni ſimul & pietati erga Deum conſulerent, quosdam ab hac non alienos fuiſſe ſententia. Verum, id quod deinceps demonſtrabimus, *Renatus Carteſius* non hos tantum omnes hac quidem ex parte ſuperavit, verum etiam ipſis Dei contemtoribus audacius philoſophatus eſt. (*m*) Quamobrem praeclarum illud argumentum, quod a concentu conſtantique hujus orbis ordine ſumitur, ut Deum eſſe do-

(*m*) *Quamobrem*] Haec fortaſſis acerbius aliquanto & vehementius in *Carteſium* dicuntur. Nec enim totum illud argumentum a concentu & admirabili naturae rerum contextu tollit, qui ponderibus & motibus naturalibus fieri omnia, quae fiunt in rerum natura, dicitat, ſi modo Deum eſſe credat. Nam quum talis omnes illas leges machinales, quibus naturam gubernari cenſet, ad Deum, tam-

Digitized by Google

doceamus, plane ex terrarum orbe, quantum quidem in ipſo fuit, ſuſtulit. Cui portento hoc addi debet etiam, quod materiam neceſſario exſiſtere, ipſaque natura ſua infinitam & aeternam eſſe, docuiſſe videtur. (*n*) Haec licet ita ſint, id tamen a me impetrare nequeo, ut impietatis erga Deum condemnem *Carteſium*, aut hominem religionibus infenſum fuiſſe credam, qui ea diſciplinae ſuae fundamenta jecit, quibus ſalvis, illi incolumes & ſalvi eſſe nequeunt, quibus cum Deo & religione bellum eſt. At non multo poſt *Carteſii* conatus, qui antiquam de atomis philoſophiam nitori ſuo reſtituere ſtuduit, naturasque corporis expertes profeſſus eſt, (*o*) noſtrorum temporum *Leucippi* & *Democriti* in medium proceſſerunt, atque alterum illud philoſophandi ex atomis genus, quod Deum tollit, atque
194 corpuſcula ſenſu vitaque prorſus vacua unica totius univerſi principia ſtatuit, (ἀρχὰς τῶν ὅλων ἀτόμους) renovarunt & ingenio expoliverunt. Qua doctrina ſtabilita, non modo de mentium immortalitate, naturis ſimplicibus & corpore deſtitutis, juſti injuſtique diſcrimine, ipſo denique Deo conclamatum fuit, verum etiam fieri non potuit, quin omnes hominum actiones & eventus fato cuidam & naturae neceſſitati alligarentur.

§. XXXII. Haec autem nefaria & ſcelerata diſciplina ſuo nullo modo robore prorſus poteſt exui, niſi prius cuncta ejus praeſidia & firmamenta, quantum fieri poteſt, plane & accurate exponantur: quod idcirco negotium ſuperiori capite tentavimus. Quemadmodum vero his argumentis, quae hoſtes ſupremi Numinis nectunt, occurrendum ſit, poſtrema totius laboris parte, qua veram de conſtitutione hujus univerſitatis ſententiam declarabimus, demonſtrandum foret, ſi leges ordinis atque viae, quam inivimus, ſequi vellemus. Hic enim locus id unice requirit, ut falſas de hujus univerſitatis natura ſententias, quas tres eſſe numero diximus, explanemus, quibusve modis ſingulae ſeſe tueri ſoleant, doceamus. Sed vereor, ne, ſi confutationem eorum, qui Deum eſſe nolunt, in extremo ponam opere, & intervallo propterea non exiguo ab argumentis diſtraham, quibus religio convelli ſolet, non id tantum multis inferius rei dignitate videatur & praeſtantia, verum etiam aliquid reapſe habeat incommodi. Itaque normam, quam ratio ceteroquin praeſcribit, deſerere, ac, neglecta ordinis a natura dictati lege, continuo reſponſiones ad impiorum argumenta ſubjicere decrevi. Quod tametſi fiat praepoſtere, lectorum tamen facile excuſabit aequitas.

§. XXXIII.

tamquam auctorem, referat, quidquid harum legum virtute evenit, id omne Deo tribuit, & divinae ſapientiae virtutisque opus eſſe praecipit, non ſecus ac omnes machinae cujusdam effectus ad artificis ſagacitatem & ſapientiam extollendam proprie faciunt. Quocirca viri graves & acuti ex ipſa Carteſianorum familia exſtiterunt, qui ex naturae conſtitutione & operibus Dei magnitudinem, potentiam, & ſapientiam ingenioſiſſime demonſtrarunt: quorum facile princeps eſt *Bernhardus Nieuwentydt*, cujus *Verus uſus contemplationis orbis hujus* Belgice primum *Amſtelodami* 1715. 4. deinde Anglice & Gallice prodiit, omniumque ſibi virorum vere eruditorum ſuffragia & plauſus facile conciliavit. De reliquis, quae hic in *Carteſium* conjiciuntur, in primis de materiae infinitate & aeternitate, ne centies dicta ſine cauſſa repetam, nunc tacco.

(*n*) *Haec licet ita ſint*] Multi licet ſint, quibus *Carteſius* viſus eſt Dei omnisque religionis eſſe hoſtis; in hanc tamen mediam ſententiam, quae religionem ipſi quidem relinquit, at praecepta ejus quaedam religioni non eſſe nimis amica, ſtatuit, omnes fere propendent, qui veritatis & aequitatis curam ſibi eſſe datam arbitrantur. *Cudworthus* familiaris & neceſſarii ſui, *Henrici Mori*, ſententiam de *Carteſio* hic ſequutus eſt; cujus videri debet *Epiſtola ad virum clariſſimum de Carteſio*, quae & *Enchiridio ethico* eſt addita, & in *Operibus philo-*

by Google

§. XXXIII. Certum eſt, omnes, quotquot Deum eſſe negarunt, hac univerſe de cauſſa in hanc incidiſſe amentiam, quod temere, & neſcio qua mentis perverſitate abrepti, nihil eſſe ſibi perſuaderent, praeter ea, quae ſenſibus & oculis noſtris patent. Nec ego cunctos, qui hac lue ſunt infecti, naturali quadam ad ſcelera & improbitatem propenſione ferri, negaverim, quum omnis Deo inimica ratio & diſciplina virtuti prorſus obſtet, & ad ſcelera & flagitia ducat. Sed errabit tamen, qui propterea neminem umquam Deum ratione oppugnaſſe crediderit, niſi quem intemperantia, libidines, & voluptatum amor praecipitem egerint. *Plato* quidem Atheorum quoddam genus ſua fuiſſe aetate commemorat: (*) Οἷς ἂν περὶ τῇ δόξῃ τῇ Θεῶν ἔρημα τἄλλα πάντα, ἀκολάστοί τε ἡδονῶν καὶ λυπῶν φανῶσι, μνήμαί τε ἰσχυραὶ καὶ μαθήσεις ὀλίγαι παρῶσι. *Qui ad hanc opinionem, eſſe omnia Diis vacua, etiamſi ingenio alioquin, acumine, & memoria valeant, inde ferantur unice, quod immoderate conſectentur voluptates, & dolores intemperanter ferant.* Hos Atheos dixeris libidinoſos, furioſos, atque oſtentatores. Sed idem tamen philoſophus, praeter hos aliam affirmat eſſe claſſem impiorum: (†) Οἷς μὴ νομίζουσι Θεοὺς εἶναι τὸ παράπαν, ἥκιστα φύσει φαύλους δικαίων, μισοῦντάς τε γίγνονται, τοὺς κακοὺς καὶ τῷ διαφθείρειν τὰ ἀδικήματα, ὅτι τοὺς τοιούτους πράξεις φαύλους πράττειν, τοὺς δὲ μὴ δικαίους τὰ αἰθρώπινα φεύγουσι, καὶ τοὺς δικαίους σέβονται. *Qui, tametſi Deos eſſe nullos credant, natura tamen ipſa ad juſtitiam & probitatem proclives ſunt, idcircoque & malos odio proſequuntur, & indignatione quadam adverſus injuſtitiam moti ab injuriis & pravis actionibus abſtinent, nec iniquos tantum & malos fugiunt, ſed etiam bonorum conſuetudinem appetunt.* Hoc genus Atheorum honeſtatis ſtudioſum, aut ingenui & liberalioris animi dixeris. Si quis autem, quidnam illud ſit, ſciſcitetur, quod homines a voluptatis & libidinum amore alienos allicere poſſit, ut ſententias in Deum injurioſas conſectentur, idem reſpondebit *Plato*, id illis invitamenti loco ad hoc crimen eſſe, quod multitudine ingenioſiores & ſuperiores, certisque mortalibus ſapientia praeſtare videri velint. *Clinias* enim, poſtquam honeſte apud eum & moderate contra hoſtes divinitatis diſputaverat, uſitataque in eos torſerat argumenta, quae ab univerſitatis hujus admirabili concentu motuque ordinatiſſimo & conſtantiſſimo, quem in primis ſolis, lunae, ſiderumque curſus, nec non tempeſtates oſtendant anni, a communi item omnium gentium atque nationum conſenſu, quae, ſive Graecae ſint, ſive barbarae, Deum eſſe fateantur, ſumi ſolent, nil dubitat, ſatis ſeſe his argumentis feciſſe religionum irriſoribus. Verum hoſpes, quocum fabulatur, Athenienſis, vehementer ſeſe pertimeſcere, ad haec reſpondet, ne *Clinias* ſic ſemet ipſum contem-

(*) De legib. Lib. X. pag. 908. (ed. Ficini pag. 674. Peſſime hunc locum *Ficinus* verterat.) (†) Ibid.

Iſagogicis exſtat §. 12. 13. *ſ. p.* 128. *ſ.* Ex recentioribus eandem opinionem probarunt, ut multos praetermittam alios, *Dan. Georg. Morhofius Polyhiſtoris T.* II. *Lib.* I. *Cap.* 15. *pag.* 111. ven. *Jo. Franc. Buddeus* in *Theſibus de Atheismo & ſuperſtitione Cap.* 1. *pag.* 152. & ex Anglis *Guil. Derham*, vir acutus & ingenio praeſtantiſſimus, in *Theologia phyſica Lib.* V. *Cap.* 1. *pag.* 385. *ed. Gallicae*; illi item, qui ex inſtituto hoc argumentum tractarunt, *Andr. Ritterus* in *Diſſertatione de religione Carteſii Gryphiſw.* 1705. *in* 4. edita, & *Guil. Henr. Beckherus* in *Diſſ. quod Carteſius de omnibus initio ſuadens dubitare Atheis ideo & Scepticis non ſit aſcribendus*, *Regiom.* 1724. *in* 4. Qui recentiſſime *Carteſium* ſummae impietatis erga Deum infimularunt, commemorantur a viro longe doctiſſimo, *Gottlieb. Stollio*, in *Introd. ad Hiſtoriam litterariam P.* II. *Cap.* 3. §. 28. *pag.* 597.

(o) *Noſtrorum temporum Democriti*] *Hobbeſium* & ejus amicos haec unice ferunt, quos corporibus univerſam rerum naturam concluſiſſe, repudiatis omnibus naturis corpore carentibus, notum eſt.

Digitized by Google

temtioni & deſpicientiae exponat Atheorum, qui pro nullius ingenii rationisque
195 impeditae homine ipſum forte habituri eſſent. Φοβοῦμαί γε, ὦ μακάριε, τοὺς μοχθηρούς, μήποτε ἡμῶν καταφρονήσωσιν· ὑμεῖς μὲν γὰρ τοιούτων οὐδὲν ἥκετε αἰτῶν οὐδὲ τῆς ἀληθοῦς αἰτίας, ἀλλ' ἡγεῖσθε ἀκρασίαν μόνον ἡδονῶν τε καὶ ἐπιθυμιῶν ἐπὶ τὰ ἀσεβῆ βίον ἐμπίπτειν τὰς ψυχὰς αὐτῶν. *Timeo, o beate vir, ſceleſtos homines, ne forte vos irrideant. Vos enim hujus generis rationes & diſcrimen prorſus ignoratis, quod exiſtimatis, incontinentia tantum voluptatum & cupiditatum ad impiam animos eorum vitam ruere.* Tum *Clinias*: Τὸ ἦ τί σοὶ πρὸς τούτους εἶπον ἂν, ὦ ξένε, εἴη; *Quaenam igitur, obſecro, hoſpes, alia, praeter hanc, eſt impietatis cauſſa?* Ad haec Athenienſis: Σχεδὸν ὅ παντάπασιν ὑμεῖς ἔξω ζῶντες τοῦ ἂν εἰδείητε, ἀλλ' ὑμᾶς ἂν λανθάνοι. *Illa quidem, quam vos penitus ignoratis, qui ab hominum commercio remoti vivitis.* Ἀμαθία τις μάλα χαλεπὴ δοκεῖσαι εἶναι μεγίστη φρόνησις. *Ignorantia quaedam certe graviſſima, quae nihilo tamen minus pro exquiſita habetur (p) ſapientia.* Quamobrem, quum paullo poſt ad explanandam impii generis philoſophiam accedit *Plato*, vocat eam ἡ δὴ πολλοῖς δοξαζομένων σοφιῶν ἀπάντων λέγων, *eam, quae omnium doctrinarum multis videatur eſſe ſapientiſſima.*

§. XXXIV. Eadem hac noſtra aetate fabula, mutatis perſonis, agitur. Religionis enim contemtores cujusdam ſublimioris philoſophiae & ſapientiae ſibi laudem arrogant, neque pauci ſunt, qui, ut eruditionis & ſubtilitatis ſibi famam col-

(p) *Sapientia*] Quae hic leguntur ex *Platone*, in ipſo fere *Libri de legibus decimi* exordio *p.* 664. *Opp.* exſtant. Illud vero, quod hic tradere *Platonem* aſſeverat *Cudworthus*, arrogantiam & cupiditatem eminendi prae aliis multos adducere, ut a Deo & religione deficiant, tametſi veriſſimum in ſe ſit, vix tamen, niſi machinis adhibitis, ex illis verbis eruas. Animadvertit *Plato*, non omnes vitiorum amore ad partes contemtorum Dei transire, ſed quosdam vanae cujusdam philoſophiae, cui ſese addixerint, commentis impelli, ut tam perverſe de rebus divinis ſentiant. Haec eſt illa ἀμαθία τις μάλα χαλεπή, *gravis inſcitia*, quam ab illis tamen pro magna haberi ſapientia dicitat. Tum, quale hoc ſit ſapientiae genus, quod conſectentur Athei philoſophi, exponit. Duplex vero illud eſſe ait: quosdam *Theogonias* veterum poëtarum, ſeu carmina de hujus orbis & ipſorum Deorum ortu ad impietatem ſummam ducere; alios vero natura & fortuna ſeu ponderibus & motibus naturalibus omnia elle facta tueri. Multum vero inter haec duo intereſt: Deum ideo negare, ut ceteris videaris ingenioſior & ſapientior, & philoſophiam aliquam ſequi, quae impietatem erga Deum foveat. Fieri poteſt, ut alterum horum ſit ſine altero. Nec exempla deſunt miſerorum hominum, qui ex Dei negatione nullam quaeſivere gloriam, at ineptae tamen & futilis ſapientiae cujusdam ſtudio in tantam inciderunt amentiam, ut ad tempus nullum eſſe Deum ſibi perſuaderent. Ceterum cum illis, quae hic de cauſſis Atheiſmi afferuntur, conferri debent ea, quae de iisdem cauſſis tradidere doctiſſimi viri, *Matur. Veiſſiere la Croze Diſſertat. hiſtoriques & critiques pag.* 267. *Jo. Mullerus*, Theologus Hamburgenſis non ignobilis, in *Atheiſmo devicto Prolegom. Cap.* 3. *pag.* 35. - 54. *Jo. Franc. Buddeus Theſibus de Atheiſmo & ſuperſtitione Cap.* 4. *pag.* 308. *Chriſtoph. Matth. Pfaffius* in *Primitiis Tubingenſibus P.* II. *pag.* 75. *Petr. Bayle Continuation des Penſées ſur les Cometes P.* I. §. 19. *pag.* 69. *ſ. Sam. Clarckius Demonſtration de l'exiſtence de Dieu T.* I. *Cap.* 1. *pag.* 4. *ſ. ed. Gallicae*, & omnes fere illi, qui Atheorum copias aggreſſi ſunt. Alios auctores bene multos de eodem argumento copioſe laudavit cel. *Jo. Alb. Fabricius* in *Delectu argumentorum pro veritate religionis Chriſtianae Cap.* 36. *pag.* 653. Ego illis, quae ab his commode, accurate, & ingenioſe dicta ſunt, nil addam, niſi elegantiſſima *Lactantii* verba de hac re ex *Inſtitut. divinar. Libro* VII. *Cap.* 1. *pag.* 775. quorum veritatem vitae uſus proh dolor! & conſuetudo cum illis, quos altiori fortuna loco poſuit, omnium docuerunt optime: *Nobis, quae tradimus, pravae vitae aeque mentes aut omnino non intelligent, aut, etiamſi intelligent, diſſimulabunt tamen, & haec vera eſſe nolent, quia trahuntur a vitiis, & ſcientes malis ſuis favent, quorum ſuavitate capiuntur, & virtutis viam deſerunt, cujus acerbitate offenduntur. —— Qui autem ſanati erunt, id eſt, non ita vitiis immerſi, ut ſanabiles non ſint, & credent his, & libenter accedent, &, quascunque dicimus aperta & plana & ſimplicia, &, quod maxime opus eſt, vera & inexpugnabilia illis videbuntur.*

(q) *Idem*

Digitized by Google

colligant, Deum ipſum laceſſere nil verentur. Atque hoc ego magis me impelli ſentio ad omnia impietatis myſteria retegenda & evolvenda. Uſu enim compertum & exploratum habeo, ſi haec ſtudioſe celentur dogmata, nec niſi abſcondite & inter paucos proferantur, facile fieri poſſe, ut ſuſpicentur aliqui, magnam & ſingularem in illis reconditam latere ſapientiam, nobiliſſimasque omnium & praeſtantiſſimas veritates a ſuperſtitioſis religionum amatoribus inique premi & occultari.

Haec quum ita ſeſe habeant, (q) idem, quem antea nominavi, philoſophus praeclare monuit: Οὐ σμικρὸν γε τὸ διαφέρον, εἰ φάιεν οἱ λέγων ἀπτόμενοι ἀνοσίων, ἄλλοσε τε ἐξάγοιεν, μηδὲ ὧν τοῖς λόγοις, ἀλλ' ἐξημαρτημένως χρώμενοι. *Non enim res levis &* 196
exigui momenti eſt, ſi oſtenderimus, eos, qui impia fovent dogmata, aliosque ad impietatem trahunt, non recte, ſed perverſe diſſerere. Idque nos hocce labore noſtro conſequuturos eſſe ſperamus: quo quidem, ut omnes intelligant, ſtudebimus perficere, non eſſe tales Magos, quales videri volunt, tametſi genios & mentes eſſe negent corpore ſolutas, Atheos, nec homines excellenti & praeſtanti quodam prae ceteris omnibus acumine & natura praeditos, aut mirifica philoſophiae cognitione inſtructos, ſed omnem turbae hujus impietatem, quidquid etiam de ſe ſuisque praedicent inventis & ingeniis, nihil eſſe, niſi ſummam ignorantiam (ἀμαθίαν μάλα χαλεπὴν) animique ſtuporem & inſcitiam prorſus incredibilem.

Itaque ſtatim omnes iſtos daemones, quos teterrimis ſuis coloribus ſuperiori capite depictos exhibuimus, comparere jubebimus, aut, ut clarius loquar, perficiemus, ut pateat, id eſſe Atheorum argumenta & rationes, quod ipſi Deum mentesque corpore liberas eſſe contendunt, ſpectra, nugas, commenta, lemures, aegrotantis ingenii ſomnia, quibus nec dignitas ulla inſit, nec veritatis quaedam ſpecies. Sed nec in confutandis ſceleratae turbae rationibus unice occupati erimus, aut pro noſtra tantum cauſſa verba faciemus. Stat nobis animus, ſuis impietatem armis jugulare, nullamque excogitari ejus formam poſſe, demonſtrare, quae ſalis aliquid vel lucis & claritatis habeat, aut ab humana ratione ullo modo comprehendi & probari queat. Dabitur & ſuus paſſim argumentis quibusdam invictis, ut arbitror, locus, quibus homines, ut Deum eſſe credant, commoveri, ſi ſapiant, omnino poſſunt.

(q) *Idem philoſophus*] *Libro X. de legibus pag. 667. ſ.*

CAPUT

CAPUT QUARTUM.

167 QUO, UT PRIMUM ATHEORUM ARGUMENTUM DILUATUR, NOTIO DEI DECLARATUR, ATQUE MULTIS DOCETUR, EOS, QUI HANC NOTIONEM DEI, QUATENUS UNITATEM ETIAM DEI CONTINET, PROPTEREA NATURA OMNIBUS INNATAM ESSE NEGANT, QUONIAM TOT OLIM POPULI PLURES DEOS COLUERUNT, VEHEMENTER FALLI. HINC SAPIENTES OLIM OMNES UNUM SUMMUM DEUM PROFESSOS ESSE, OSTENDITUR, VETERUMQUE POPULORUM RELIGIO ET DEORUM CULTUS UBERIUS EXPLICATUR, QUO CHRISTIANAE RELIGIONIS NATURA TANTO POSTEA MELIUS DECLARARI QUEAT.

ARGUMENTUM.

§. I. *Qui vocabulum* Deus *aut nullam habere poteſtatem affirmant, aut ullam ei notionem reſpondere negant, quam merum ſonum, illi aut praeter modum ſtupidi rerumque ſunt imperiti, aut vero exquiſita laborant impudentia. Quisnam ille animi morbus ſit, exponitur, quem philoſophus* ἀπαλθαρσίαν ἢ νοήματος, petrificationem *aut* ſtuporem mentis *nominat.* §. II. *In ipſorum Atheorum animis ſpecies quaedam Dei inſidere debet: alioquin, quum negant, Deum exiſtere, id tantum negarent, nihil exiſtere. Quin etiam Dei notio in animis eorum ſit, neceſſe eſt, quam illi habent, qui Deum eſſe volunt. Idem enim, quod adverſarii eorum affirmant, id illi negant.* §. III. *Via munitur ad explanationem notionis Dei, hoc fundamenti loco poſito: Etiamſi res quaedam ſint procreatae & genitae; fieri tamen nullo modo poteſt, res omnes eſſe genitas & factas, verum aliquid ſine omni controverſia ex infinito tempore exſtitit, nec umquam factum eſt aut genitum, quod idcirco cauſſa eſt rerum omnium, quae factae ſunt & genitae.* §. IV. *Duae ſunt philoſophorum contrariae opiniones de eo, quod per ſe ex omni aeternitate exſtitit, & reliquis rebus omnibus ortum & initium dedit. Alii aeternum hoc id eſſe volunt, quod rerum omnium minime perfectum eſt, materiam ſenſu vacuam. Verum alii cauſſam hanc perennem perfectiſſimam eſſe, & propterea ſenſu praeditam & intelligentia, exiſtimant. Qui hanc fovent ſententiam, proprie & vere Dei defenſores vocantur; qui illam tuentur, Atbei. Quare vera & propria notio Dei haec eſt: Deus eſt natura ſive mens perfecte ſapiens & intelligens, ex omni exiſtens aeternitate, rerum denique omnium cauſſa & ratio.* §. V. *Atbei, tametſi Deum eſſe negant, tamen vocabulo* Deus *interdum abutuntur, eoque nomine materiam ſenſus expertem nuncupant, aut generatim eo primum principium aut rem per ſe exiſtentem, neque factam aut genitam, deſignant. Ita vero ſi vocabulum ſumatur* Deus, *nullus omnino erit in toto terrarum orbe Atheus: nec enim ſibi ſanus quisquam perſuaſerit um:*

umquam, omnia ex nihilo esse nata. §. VI. *Ne quid omittatur eorum, quae ad rite declarandam Dei notionem pertinent, opinio eorum commemoratur, qui duo esse volunt aeterna rerum principia, Deum & materiam, Deumque idcirco non unicum & solum, sed praecipuum, rerum omnium principium esse volunt.* §. VII. *Qui sic sentiunt, Deum quidem esse credunt, sed non talem, qualem par est credere. Explicatur notio Dei, quae in hujus generis est animo, atque ejus ostenditur imperfectio. Late patet familia professorum supremi Numinis, nec ulli in Atheorum numerum sunt aggregandi, nisi qui negant, esse mentem aliquam aeternam, nec genitam, imperantem materiae.* §. VIII. *Optima & brevissima Dei definitio: Deus est natura perfectissima. Haec enim non modo complectitur exsistentiam necessariam & intelligentiam, sed etiam infinitam potestatem & rerum omnium productionem. Quare Deus unum est rerum omnium principium caussaque materiae. Vera notio potentiae infinitae. Deorum cultores Deum esse fatentur infinite potentem. Ipsi Athei, id quod ex Lucretio probatur, ad notionem Dei omnipotentiam quoque pertinere agnoscunt.* §. IX. *Absolutam ad perfectionem plus requiritur, quam potentia & scientia. Est in omnium hominum animis praesensio seu vaticinatio quaedam, esse aliquid potentia & scientia melius. Aristoteles bonitatem opinatus est meliorem esse scientia, atque naturam divinam non modo justitia naturali esse praeditam censuit, sed in hac etiam praecipuam Dei felicitatem collocavit. Quam doctrinam ex Platone videtur hausisse, qui summam perfectionem & ipsam divinitatem in bonitate collocat, omni intelligentia & cognitione excellentiori. Deus & supremum bonum ex mente sacrarum Litterarum amor sunt. Deus non est amor mollis & absurdus, verum lex partium studio carens, & mensura rerum omnium. Ipsi Athei bonitatem fatentur ad notionem supremi Numinis pertinere. Notio & idea copiosius declaratur & explicatur. Est vero Deus natura perfectissima, infinite bona, potens, & sapiens, exsistens necessario, nec orbis modo terrarum conditor, sed etiam perennis rerum omnium caussa.* §. X. *Notio Dei necessario continet in se unitatem. Nec enim nisi una potest esse rerum omnium caussa, infinite potens, & absolutissima. Hanc unita-* 198
tem divinam & Lucretius & Epicurus intellexerunt a Dei notione separari non posse, quippe qui diserte eam oppugnant. §. XI. *Maximum argumentum contra hanc Dei notionem, quatenus unitatem etiam adjunctam habet, ex eo ducitur, quod omnes olim populi, exceptis Judaeis, sapientissimi quoque philosophi, plures esse Deos crediderint. Ex hoc enim effici videtur, notionem hanc non esse natura nobis innatam, verum arte tantum comparatam, & ex humanis legibus & institutis derivatam. Itaque in veram naturam sententiae illorum, qui plures olim esse Deos putarunt, inquiritur. Qui hoc argumento utuntur, illi assumunt, eos, qui plures olim Deos professi sunt, existimasse, multas esse naturas per se exsistentes, nullique alii naturae subjectas, quarum singulae per se partem quamdam hujus orbis condiderint.* §. XII. *Hujus igitur opinionis primum declaratur dementia, ostenditurque, eam non convenire phaenomenis naturalibus. Ex quo probabile fit, eam illis non potuisse placere universis, qui plures olim esse Deos crediderunt.* §. XIII. *Deinde nullo declarari exemplo posse docetur, fuisse quosdam inter sapientes ethnicos, qui plura Numina aeterna, ex se genita, nullique subjecta crederent. Dii Hesiodi. Valentinianorum aeones. Manichaeorum de bono & malo Deo doctrina proxime accedit ad opinionem de multis Diis per se exsistentibus. Nec tamen, quod Plutarchus contendit, omnes Graecorum philosophi hac opinione imbuti fuerunt. Disquiritur, an Persarum malignus Deus seu Arimanius natura fuerit per se exsistens & in se prava & vitiosa. Aristoteles rejicit & explodit eos, qui plura esse volunt principia, aut multos Deos per se exsistentes. Fausti Manichaei opinio, existimantis, Christianos accedere propius ad ethnicos, una cum Augustini hac de re judicio.* §. XIV. *Concluditur, quum multitudinem Deorum ethnici coluisse leguntur, vocabulum* Dii, *quod ambiguum est, ita esse*

rem, principem Deum, maximum Deorum *laudavit. Prima* hypoſtaſis *Platonicae Trinitatis* Rex *proprie eſt* omnium rerum, *cujus cauſſa exſiſtunt omnia: parens cauſſae & principis mundi ſeu internae intelligentiae aut λόγου.* §. XXIV. *Ariſtoteles plura eſſe cenſuit Numina: nam ſidera Diis aggregat. Ab eodem tamen aperte ἐς κοίρανος*, unus princeps, unus motor ipſe immobilis *inculcatur.* §. XXV. *Cleanthes & Chryſippus, Stoici, tametſi totum coelum & terram, oceanum & aërem Diis replerent, nihilo tamen minus* unum Deum immortalem *ſeu* Iovem *reveriti ſunt, quem in illis mundi, quas ſtatis temporibus contingere putabant, exuſtionibus reliqua omnia Numina abſorpturum, & ex ſe poſtea rurſus nova producturum eſſe, confirmabant. Cleanthis praeclarus & pius, quo ſummum Deum celebrat, hymnus.* §. XXVI. *Infinitum foret, omnes illos locos recentiorum ethnicorum, quibus unum aſſeruere Deum, excitare. Quidam eorum, ſigillatim Plotinus, de Deo egregie & ſapienter loquuti ſunt. Plotinus, quamvis omnia, ne ipſa quidem materia excepta, ex uno ſummo Deo genita eſſe putaret, plures tamen Deos colendos eſſe, duxit.* §. XXVII. *Dogma hoc, unum eſſe maximum & ſupremum Deum, non philoſophorum tantum & eruditorum fuiſſe, verum etiam omnibus univerſe populis olim placuiſſe Maximi Tyrii teſtimonio probatur. Romanorum* Deus optimus maximus. *Ethnici, quum graviter, & ſerio loquerentur, unum tantum Deum teſtabantur. Formula* Kyrie eleeſon *pars eſt precationis, qua ethnici ſummum Numen placabant. Et hodie adhuc, qui politiores ſunt, populi ethnici unum ſummum Deum, orbis fabricatorem, profitentur.* §. XXVIII. *Plutarchi locus, quo ſignificat, magna licet ſit religionum varietas, & mira nominum divinorum diſcrepantia & diverſitas, unam tamen* rationem, mentem *ſeu* providentiam *omnia gubernare & ordinare, cujus miniſtri inferiores ubique terrarum ab univerſis colantur & honorentur.* §. XXIX. *Qui inter ethnicos Deum eſſe affirmarunt, quum vulgo totum mundum* unum *eſſe crederent* animal, unius animae *legibus & imperio parens, non potuerunt non unum ſummum Deum eſſe concedere. Quidam eorum hanc mundi animam pro ſummo habebant Deo: alii vero ſummum Deum mentem eſſe cenſebant ab omni concretione ſecretam & illa ſuperiorem.* §. XXX. *Hebraeorum doctores fere omnes nil dubitant decernere, ethnicos uni ſummo Numini ſerviiſſe, reliquos vero, quos divinis honoribus affeciſſent, Deos nil eſſe niſi* conciliatores *ſummi illius Dei & hominum.* §. XXXI. *Poſtremo ex ſacris id ipſum Litteris confirmatur. Ethnici Deum dicuntur noſſe. Arati Jupiter & ignotus Athenienſium Deus ſummum omnium Numen eſt.* §. XXXII. *Quo veterum populorum de Diis eorumque cultu ſenſus clarius explicetur, & quidnam tantam in Theologiam eorum corruptionem invexerit, intelligatur, tria in primis momenta ſunt expedienda. Primum oſtendendum, populos illos variis nominibus unum ſummum Deum aſſeciſſe. Deinde docendum, varios quidem Deos, praeter hunc unum, ab illis eſſe cultos, hos autem inferiora tantum fuiſſe Numina, celſiſſimi illius Dei voluntati ſubdita. Poſtremo, quum ſummum aeque Deum, atque inferiora Numina, ſtatuis, ſimulacris, & ſymbolis honorarent, propterea factum eſſe, demonſtrari debet, ut hae ſtatuae ac ſimulacra interdum quoque Dii parum proprie appellarentur. Igitur primum docetur, ſupremo Numini varia nomina ab antiquis populis eſſe impoſita pro multifariis ejus virtutibus, in orbe terrarum conſpicuis, beneficiis, atque donis, quibus homines impertivit, atque ſub his nominibus eidem varii generis honores decretos eſſe.* §. XXXIII. *Hinc etiam evenit, ut multae res, per ſe minime ſubſiſtentes, in Deos tamen & perſonas a veteribus commutarentur, &, tamquam totidem nomina aut notiones unius ſupremi Numinis, religioſo cultu afficerentur.* §. XXXIV. *Quemadmodum non pauci veterum totum huncce mundum corporeum, quem anima praeditum putabant, pro ſummo habuere Deo: ita hunc etiam Deum in ſingulis mundi partibus & membris, quibus perſonarum dare ſolebant nomina, venerati ſunt, exiſtimantes, eas univerſitatis partes ipſius Dei portiones aut pa-*

tum perfectas ejus notiones esse. Quidam veterum mundum e corporeis rebus constantem templum tantum & domicilium esse Dei, voluerunt; at alii corpus eum esse Dei opinati sunt. §. XXXV. *Hinc ad alterum caput fit progressio: in quo veteres docentur populi, praeter unum summum Deum, quem variis compellabant nominibus, multa etiam alia minora Numina coluisse,* Θεὸς γενητὸς Deos generatos & factos, *aut naturas ratione praeditas & homine excellentiores.* §. XXXVI. *Trinitas divinarum personarum Platonica & Pythagorica. Principes horum Numinum inferiorum ex hac sententia tres sunt,* Ψυχὴ *& totus mundus corporeus nec non peculiares* Noës *&* Henades. §. XXXVII. *Reliqua Numina minora tam multitudo, quam philosophi tribus conclusunt classibus. Prima constat ex Diis in sensus incurrentibus; quales sunt sol, luna, stellae, & aliae partes majores hujus universitatis, in quibus inesse censebant animam.* §. XXXVIII. *Alteram conficiunt Dii illi inferiores, qui sub adspectum non cadunt, naturae animales, aethereae, & aëreae, quas daemones vulgo nominabant. Hos summus jussit Deus imperiis, civitatibus, locis, personis, & rebus praesidere.* §. XXXIX. *Ultimum ordinem Deorum inferiorum occupant heroës &* Θεάνθρωποι, *seu semi-Dii & semihomines. Euemerus ideo a Plutarcho vituperatur, quod totam Deorum turbam homines esse mortuos existimavit.* §. XL. *Tertium succedit momentum, atque populis antiquis fuisse ostenditur in more positum, tam altissimum Deum, quam inferioris generis Numina in statuis, imaginibus, & symbolis venerari. Antiquissimis primum temporibus, antequam templa & statuae dedicarentur, informia saxa & rudes columnas, nulla arte politas aut elaboratas, erigere solebant, ut religionis essent signa & monumenta: haec* Βαιτύλια *vulgo nominabantur.* §. XLI. *Procedente tempore, imagines, statuae, & symbola sunt introducta, certisque templis conclusa. Haec autem simulacra in templis ea parte, quae solem spectabat occidentem, ita collocari solebant, ut orientem intuerentur. Quare, qui templum ingrediebantur, Deos occidentem versus adorabant. Quam inter alia causam fuisse antiquis Christianis, probabile est, ut, facie ad orientem versa, preces funderent. Aureus ille vitulus, quem Aaron conflabat, signum esse debebat & symbolum praesentis in populo Dei.* §. XLII. *Plato partes omnes universae illius religionis, quae olim antiquis populis placuit, uno loco exposuit.* §. XLIII. *Recentiores quidam auctores, quoniam perperam veterum de Deo sententias intellexerunt, omnem eorum perverterunt Theologiam, statuentes, inanimatas mundi partes per se ab illis pro Diis esse habitas. Quocirca inter* animales *&* naturales *eorum Deos distinguunt. At certum est, antiquos, quas coluerunt, naturas corporeas ideo tantum divinis honoribus affecisse, quod vel eas peculiaribus animis esse praeditas ducerent, vel totius mundi animati partes esse ac membra censerent, vel certos illis genios & daemones praefectos esse, ad quos proprie cultum suum referebant, putarent, vel denique divinarum earum rerum imagines & symbola esse judicarent.* §. XLIV. *Aegyptii quidem vulgo putantur bestias & animalia ratione vacua coluisse, eoque nomine a reliquis Deorum cultoribus olim castigati sunt. At, qui sapientiores erant in hac gente, illis haec animalia majorum tantum rerum & divinarum virtutum symbola & imagines habebantur.* §. XLV. *Solebant veteres cum summum omnium Numen, tum minorum ordinum Deos victimis & sacrificiis corporeis placare. Erant vero sacrificia, quae igne comburebantur, initio nihil aliud, quam grati animi signa & testimonia, precibusque vulgo addebantur. At, procedente tempore, sacrificiis animalibus singularis quoque vis attributa est expiandi crimina: quae sententia utrum ab ipso Deo manaverit, an vero ex hominum fluxerit opinione, id in medio relinquitur.* §. XLVI. *Quemadmodum ethnici tria illa, quae diximus, excusaverint, indicatur. Et primo quidem, quid consuetudinem veterum populorum unum summum Deum variis sub nominibus non modo pro varietate virtutum, quibus valet, sed etiam pro diversitate beneficiorum & munerum, quibus*

Digitized by Google

bus hunc orbem & homines ornavit, colendi & honorandi tolerabiliorem faciat, explicatur. Qua occasione pro illis etiam corporei Numinis professoribus, qui totum mundum animatum pro summo Deo coluerunt, & singulas ejus partes, tamquam viva Dei membra, personarum illis nominibus impositis, venerati sunt, dicitur. §. XLVII. *Quidnam pro more veterum faciat, praeter unum supremum Deum, Numina multa minora & inferiora colendi, exponitur. Quum inferiores ipsos Deos ut inferiores venerati sint, non eos dici possint eo genere cultus & honoris affecisse, qui summo Numini proprius est. Altissimum quidem & maximum Deum ita colebant, ut nullum alium; nec eadem omnia sacrificia habebant loco. Victimas enim corporeas & animales summo Numini non convenire, sed minoribus tantum Diis, censebant.* §. XLVIII. *Variae veterum Dei cultorum rationes, quare naturas Deo inferiores & ab eo conditas religiosis honoribus prosequuti sint. Primum honorem, quem his exhibebant Diis minoribus, ad supremum proprie Deum ultimo referri, ejusque gloriam & majestatem amplificare contendebant; cujus quippe servi ac ministri sint Dii illi.* §. XLIX. *Quemadmodum daemones putabant esse conciliatores Deorum coelestium & hominum: ita hos coelestes Deos & cetera omnia minora Numina conciliatores esse arbitrabantur supremi Numinis & hominum, per quos, tamquam gradus, cum reverentiae & religionis significatione ad altissimum Deum nos adscendere deceat.* §. L. *Ipsa postulat aequitas, ut honor aliquis tribuatur excellentibus illis naturis, quae humanae naturae modum virtute & dignitate excedunt. Veteres vero, qui plura venerabantur Numina, non majoribus quamlibet naturam honoribus afficiebant, quam status & locus cujuslibet, in quo a summo Numine collocata erat, flagitabat.* §. LI. *Quum daemones seu angeli jussi sint a Deo curam gerere regnorum, urbium, hominum, variarum denique naturae rerum partium, multisque modis bene nobis faciant, aequum est, ut sacrificiis mentem illis gratam vicissim testemur.* §. LII. *Omnes Dii inferiores, heroës & daemones & beneficiis nos afficere valent, & calamitatibus nos affligere: praeterea ad iram valde sunt proclives, ideoque, si negligantur a nobis & contemnantur, facile inflammari possunt, & in nos exardescere. Hinc non modo nostri est officii, verum etiam saluti prodest nostrae, cultu quodam eos placare & propitios* 201
reddere. §. LIII. *Postremo summum Numen inferioribus illis Diis cultum, quo ab hominibus honorantur, invidere, aut suspicari & vereri, ne ex illis aliquis, superbia inflatus, res novas moliatur, & imperium aliquod affectet, nullo modo credibile est.* §. LIV. *Quidam ethnicorum nullos, nisi bonos, reverebantur daemones. Qui malis vero praeterea cultum quemdam reddebant, illi id ideo faciebant unice, ut eos mitigarent, & ab injuriis eorum tuti essent. Cacodaemonis servi & cultores nulli proprie vocari possunt, praeterquam Magi, qui malos idcirco genios venerantur, ut eorum auxilio cupiditates suas, ambitionem, libidinem, vindictae desiderium expleant.* §. LV. *Veteres, qui Diis serviebant multis, fieri nullo modo posse pugnabant, quin boni essent daemones illi, qui oracula funderent, & miracula facerent. Nihil enim in Deum putabant fingi posse & cogitari injuriosius, quam si is censeatur malis daemonibus administrationem & curam terrarum orbis commisisse, aut pravis naturis tantum potestatis & virtutis in natura rerum reliquisse, quantum requirunt oracula & prodigia. Platonis effatum, quo divinae providentiae vim esse tantam profitetur, ut non possint non mala semper a bonis in orbe terrarum superari, nec Apollinem Delphicum hac de causa in bonis daemonibus esse numerandum, dubitat.* §. LVI. *Quemadmodum excusari queat mos veterum summum Deum in statuis, symbolis, & imaginibus colendi, explicatur. Statuae & imagines non absolute & in se cultae sunt ab antiquis, sed propter eum tantum, quem referre credebantur. Quare ad hunc proprie omnis honor, qui illis tribuebatur, transibat. Quum corporibus conclusi hic vivamus, nec facile ullius rei notionem sine viso quodam aut imagine corporea mentibus informare queamus, haec venia bu-*

Digitized by Google

humanae naturae infirmitati, multitudinis saltim stupori, danda est, ut Deum sub imagine corporea colere illi liceat, ne praeceps ad summam feratur erga Deum impietatem. §. LVII. *Quae adhuc pro Deorum inanium cultoribus dicta sunt, ea videntur quidem tanti esse ponderis, ut non possit non caussa eorum multo melior, atque vulgo esse putatur, a nobis haberi: at minime tamen sufficiunt ad purgandos eos, & indignitatem trium illarum rerum, quas diximus, diminuendam. Sacris enim Litteris nemo sanus restiterit, quae veniam eos pronuntiant nullam propterea mereri, eo quod, tametsi Deum nossent, non tamen eum ut Deum coluerint, & nomen ejus dignis modis celebraverint, id est, ita eum haud venerati sint, ut natura ejus incomparabilis, solitaria, singularis, reliqua omnia longo post se intervallo relinquens, nec cum ullo alio communicanda, requirebat, sed cultum rerum creatarum hac vel illa ratione ipsius conditoris cultui temere miscuerint. Primum, quod unum Deum in variis ejus donis & virtutibus colebant, quas personarum habitu & nominibus exornabant, facinus erat cum in se absurdum & ineptum, tum viam ad omnis religionis & Dei contemtum aperiebat. Ipsas enim res naturales quum Deorum appellari nominibus audirent homines, quum vinum verbi gratia Bacchum, fruges Cererem dici intelligerent, in hanc facile cogitationem inciderе poterant, nulla, praeter has ipsas res, esse Numina, nullos Deos alios, quam bona illa naturae, quibus fruimur. Mundum vero totum corporeum anima instructum credere, & eumdem pro summo Numine, partes vero ejus pro membris Dei habere, quid aliud est, quam Deum cum rebus ab eo conditis confundere, nec eum ut conditorem & opificem, aut modo singulari & spirituali ejus naturae convenienti colere.* §. LVIII. *Daemones sive angelos, heroës vel sanctos, aut alias naturas rationis participes cultu quodam & honoribus religiosis prosequi, etiamsi multo minus illis officii & honoris, quam summo Numini, tribuatur, nihil aliud est, quam Deo, qui solus per se exsistit, & a quo, per quem, & in quo sunt omnia, tamquam uno rerum omnium parente, aliquid derogare, & ipso quasi facto profiteri, naturam ejus non esse singularem & unam, cujus nulla res alia compos esse queat. Quemadmodum is est Deus, cui nihil omnino par & simile est: ita ille tali etiam cultu debet affici, quali nulla natura alia, nec fas est, ut honoris, quo ipse afficitur, aliquid ad res conditas ab eo transferatur. Qui ipsi colunt & adorant, illi religiose coli & adorari non debent.* §. LIX. *Verum est, cultum geniorum creatorum inde potissimum profectum esse, quod metuerent homines, ne, si negligerentur hi genii, indignationem concipерent, & parcos sui cultores vexarent. Sed opinio haec insigni bonos genios contumelia afficit, ipsum vero Deum tam imbecillum fingit, ut cultores suos contra vim & potentiam geniorum tueri nequeat. Benigni & boni genii, tametsi nullo officio & cultu a nobis honorentur, sua tamen natura promti & parati sunt ad eos juvandos, qui supremo Numini sine fuco serviunt, & mandatis ejus obsequuntur. Igitur nec opus est religiosis honoribus ad eos nobis conciliandos, nec ipsi aeque animo ferunt homines precibus & sacrificiis sese adeuntes.* §. LX. *Qui statuas & signa Deorum deprecantur, illi multo magis desipiunt, quam pueri, qui cum icunculis ex centonibus consutis colloquuntur; at simul gravissime peccant. Nam & sibimet ipsis & Deo gravissimam inferunt injuriam. Deum quidem non ita honorant, ut natura ejus spiritualis & nulli alii similis postulat, verum gloriam Dei incorruptibilis in similitudinem hominis aut bestiae corruptibilis commutant.* §. LXI. *Vehementer illi errant, qui neminem, qui ab uno Deo hunc orbem esse comparatum credit, idololatriae reum esse posse, censent.* §. LXII. *Ex eodem decreto rationis, ex quo consequitur, neminem, praeter summum omnium Deum, aut eum, cui ipse personam suam concredidit, religiose colendum esse, hoc nimirum: Quum Deus naturae prorsus singularis nullique par & similis sit, ideo etiam modo naturae ejus conve-*

2c2 *nienti, & tali ratione, quali nulla res alia, honorari debet: ex eodem decreto rationis efficи-*

Digitized by Google

ficitur, secus ac nonnulli eorum censent, qui idololatriam oppugnant, non mediocri res sacras & profanas discrimine distare, nec sine metu & reverentia Deum adeundum & colendum esse. Sacrilegii & idololatriae magna est necessitudo. §. LXIII. *Praeter haec, sacrae litterae Deorum cultores malos daemones colere & adorare affirmant. Quod non ita debet intelligi, ac si omnis eorum cultus ad cacodaemones placandos & honorandos tenderet; sed hoc unice significat, religiones gentium & cultum inanium Deorum, qui Deo bonisque geniis vehementer displicet, ope & auxilio malignorum geniorum confirmari & propagari, quippe qui non modo oracula olim ediderunt, & miracula fecerunt, ad nefandis istis religionibus auctoritatem & existimationem comparandam, verum etiam intra templa sese & signa Deorum abdiderunt. Quam propter caussam bonos ille Diis exhibitus non aliter spectatur, ac si malis geniis oblatus esset. Quod de ethnicis scriptum exstat, cacodaemones ab illis cultos esse, id aliis quoque exprobratum legitur.* §. LXIV. *Fuisse autem illos, qui & olim oracula fuderunt inter populos, & miracula publicarum religionum stabiliendarum caussa patrarunt, malignos genios, ex variis probatur obscoenis turpissimisque mysteriis & caerimoniis, a quibus tantum abest ut arcuerint cultores suos, ut potius eos ad flagitia illa obeunda incitaverint.* §. LXV. *Idem ex aliis cruentis & sanguinariis ritibus, omnium autem maxime ex victimarum humanarum immolatione apparet. Plutarchi locus, quo aperte profitetur, a geniis pravis & malignis cum obscoenos illos ritus, tum humana sacrificia, quae olim inter gentes viguerunt, profecta esse.* §. LXVI. *Deum Israëlis nec flagitasse umquam, nec clementer recepisse humanas victimas, contra nuperum quemdam Diatribarum scriptorem ostenditur.* §. LXVII. *Apollo Delphicus, quidquid etiam Plato de dignitate & fide ejus sentiat, nil fuit, nisi cacodaemon. Responsio ad argumentum, quod contra haec a divina providentia Deorum amici sumere solent.* §. LXVIII. *Veterum populorum religio, cujus ipsa fundamenta & initia male sana sunt, quatuor ex caussis infinitas sordes & maculas contraxit: primum ex superstitione rudis & inficetae multitudinis.* §. LXIX *Deinde ex immani poëtarum & fabulatorum licentia, quam Plato & alii viri sapientes atque graves frequentissime detestati sunt.* §. LXX. *Tum ex sacerdotum & magistratuum dolis & fraudibus.* §. LXXI. *Postremo ex malorum daemonum fallaciis. Haec quatuor caussae effecerunt, ut religio veterum populorum sensim turpissima & omni ex parte nefaria fieret. Interim, qui illi dediti erant, eorum alii sub superstitione, tamquam onere gravissimo, gemebant, alii vero ad summam adversus Deum impietatem & religionis omnis contemtionem vehementer propendebant.* § LXXII. *Non ignarus erat Plato, aetatis suae religionem emendationis & medicinae maxime indigere, nihilo tamen minus, quoniam in ea erat sententia, plerosque ritus, qui tum recepti erant, & caerimonias, quibus Dii colebantur, oraculis, apparitionibus Deorum, & somniis introductas esse, ideo sapientis esse negabat legislatoris, eorum, quae de religione constituta essent, aliquid suo arbitratu vel mutare vel tollere. Quod dum statuebat, id una tacite indicabat, tum demum licere corruptae religionis sanationem suscipere, si Deus id ipse jubeat, & miraculis institutum approbet. Omnibus fere antiquis populis persuasum hoc erat, non esse, cur aliquis in religionum veritatem anxie inquirat; sufficere, si quis placide ac tranquille Deum νόμῳ πόλεως, ex lege & praescripto civitatis, in qua viveret, colat.* §. LXXIII. *In tanto opinionum perversitate praepotens Deus, misericordia & amore erga genus humanum ductus, ipse constituit corruptam & depravatam veteris orbis religionem emendare, aliamque in ejus locum religionem substituere, a semet ipso comparatam & factam. Ejus voluntatis primum in populo Israëlitico specimen dedit: quem quidem voce ex igne emissa diserte in primo praecepto monuit, ne, praeter se, ulla inferiora Numina, quod tum populi faciebant reliqui, veneraretur; altero vero praecepto morem illum gentium fugere jussit summum*

Digitized by Google

mum Deum in ſtatuis, imaginibus, & ſymbolis colendi. Praeterea ſacrificiorum uſum certis legibus circumſcripſit. Denique fore aliquando pollicitus eſt ſemper, ut Meſſias veniret, qui miraculorum numero fidem ſibi facile apud omnes conciliaturus eſſet. §. LXXIV. *Poſtea conſtituto tempore promiſſum hunc ad homines amandavit Meſſiam. Is autem aeternum erat Dei verbum, hypoſtatice cum pura mente humana & corpore vero conjunctum, & idcirco* Θεάνθρωπος *ſeu Deus & homo. Hunc vivum eſſe volebat, in quo divinitas appareret & coleretur, templum, ſpectabilemque ejusdem imaginem, & veluti ſignum. Eumdem, poſtquam mortem vice hominum ſuſtinuit, & ex morte in vitam rediit, omni auctoritate & divina potentia inſtruxit, &, in coelum ſublatum, regem & dominum, deprecatorem & conciliatorem inter Deum & homines conſtituit.* §. LXXV. *Hic* Θεάνθρωπος *ſeu Deus & homo tantum abeſt ut a cultoribus ſuis humanas victimas, quod maligni olim daemones inter populos fecerant, requiſiverit, ut potius ſemet ipſum in ſacrificium & victimam pro totius mundi peccatis devoverit, & hac ratione, quod praedixerat Deus, omnia ſacrificia, quae igne conſumebantur, cujuscumque demum eſſent generis, ſuſtulerit.* §. LXXVI. *Trinitas, quam Chriſtiani profitentur, myſterium licet ſit, humanae tamen rationi magis eſt conſentanea, quam Platonis Trinitas. Neque in hoc abſurdi eſt aliquid, quod purum animum & corpus Meſſiae factum eſſe ſtatuimus vivum templum, aut* Schechinah, *imaginem ſeu ſignum divinitatis. Religio, quam unus hicce Deus & unus conciliator Dei & hominum, aut* Θεάνθρωπος, Homo-Deus, *inter populos propani & miraculis corroborari juſſit, omnia reapſe inferiora Numina, Deos medios & mediatores, daemones & heroës, una cum ſtatuis eorum & ſimulacris delevit & abrogavit.* §. LXXVII. *Non iniquum eſt aut divina majeſtate indignum exiſtimare, Deum quum novam religionis formam in orbem introducere vellet, humani generis infirmitati pro benignitate ſua & clementia nonnihil indulſiſſe, a quo duo illa, quibus nihil fieri peſtilentius poteſt, mala, cultum nimirum multorum Deorum & idololatriam aboleret, hominesque ad Deum in ſpiritu & veritate colendum adduceret.* §. LXXVIII. *Daemones & angeli, heroës & ſancti diverſa tantum ſunt earumdem naturarum nomina, quae, dum honoribus afficiuntur divinis, Dii fiunt. Qui angelorum, ſanctorum, & imaginum cultum inter Chriſtianos imperant, illi videntur alterum ex Dei conſiliis, quae ſibi, quum conderet civitatem Chriſtianam, propoſuit, evertere, idque in paganismum commutare, quod ad labefactandum & delendum paganismum a Deo comparatum fuit.* §. LXXIX. *Sacrae Litterae aliam quoque rationem, ob quam Deus religionem Chriſtianam conſtituerit, commemorant, illi ſuperiori non repugnantem. Illa haec eſt: Deus, quum intelligeret,* viam ſapientiae & cognitionis *omnem fere vim amiſiſſe ad convertendos & ſalvandos plerosque homines, ideo religionem Chriſtianam in orbem demiſit, ut ſine magna ſapientia & cognitione per* viam fidei *ad rectam doctrinam & vitae ſanctitatem mortales ducerentur.* §. LXXX. *Docent nos divina oracula, eſſe aliud lumen ſanctius, majus, & admirabilius, quam illud, quod ex meditatione & uſu rationis naſcitur.* §. LXXXI. *Quaecumque in hoc orbe magna & eximia videntur, aut gloriae, dignitatis, & nobilitatis laude fulgent, ea omnia, ſi ad vitam Jeſu Chriſti, quam religio Chriſtiana nos intueri jubet, referantur, ſordida, vilia, & abjecta ſtatim videntur.* §. LXXXII. *In religione Chriſtiana nihil eorum deeſt, quae ad homines a vitae pravitate ad recta ſtudia & ſanctos mores revocandos apta ſunt & idonea.* §. LXXXIII. *Duo graviſſimi hic errores animadvertendi ſunt. Alter eorum, qui Chriſtianam religionem ita ſpectant, ac ſi ea unice comparata eſſet, ut lex naturae veraque cum illa juſtitia convelleretur, aut non ſecus ac ſecretum veluti cum cacodaemone pactum conſiderant. Alter eorum, qui religionem hanc, quam Deus eo unice conſilio condidit, ut machinae inſtar eſſet, qua homines ad vitam divinam & Deo dignam impellerentur, in materiam*

Digitized by Google

teriam contentionum, rixarum, opinionum, & jurgiorum unice convertunt. §. LXXXIV. *Ex conſideratione potentiae Deo adverſae ſeu Satanicae, quae in orbe terrarum verſatur, major illis lux exoritur, qui naturam religionis Chriſtianae cognoſcere deſiderant. Haec potentia non tale eſt malum, quale ſibi Manichaei commiſcebantur, principium per ſe exiſtens, ſed reſpublica quaedam geniorum, qui a Deo defecerunt; in quorum civitatem improborum & ſceleratorum hominum animi etiam aggregantur. Quare non immerito regnum tenebrarum vocatur.* §. LXXXV. *Hiſtoria geniorum, qui a Deo deſciverunt, breviter in ſacris Litteris exponitur.* §. LXXXVI. *Ethnici quoque cum ſacris Litteris conſentiunt, eſſe malignos genios ſeu cacodaemones, eosque vim ſuam paſſim in orbe exercere.* §. LXXXVII. *Perpetuum & aeternum eſt inter duo regna in hoc mundo bellum, inter regnum nimirum lucis & inter regnum tenebrarum. Servator vero noſter, Jeſus Chriſtus, ſeu Meſſias caput ſeu dux & praefectus eſt coeleſtis militiae, ſive copiarum, quae regnum lucis cuſtodiunt.* §. LXXXVIII. Θεὸς ἀπὸ μηχανῆς, *ſeu Deus modo extraordinario & miraculoſo conſpiciendum ſeſe praebens omnem Satanae potentiam & univerſum tenebrarum regnum poſtremo funditus evertet atque deſtruet. Geretur magnum hoc & arduum negotium duce Jeſu Chriſto, Servatore noſtro, qui Dei vices ſuſtinet, & judex ſpectabilis deſignatus eſt vivorum & mortuorum.* §. LXXXIX. *Neque tamen Servator hicce noſter, Jeſus Chriſtus, factioſe ſeſe ſupremo Numini opponet, aut* κρείττων Θεοῦ, *Deo ſuperior haberi volet, ſed, magno illo opere perfecto, omnique ſublata potentia, quae Deo adverſabatur, ipſemet Deo Patri ſubjectus erit, ut Deus ſit omnia in omnibus.* §. XC. *Poſtremo, luſtratis tribus religionum formis, Judaica, Chriſtiana, & ethnica, ita nobis licet rationem concludere, notionem Dei, quatenus ea* unitatem *comprehendit, in omnibus religionibus conſervatam eſſe puram & integram. Nam quod ad quartam attinet religionis formam, Mahumedanam, ejus profeſſores notum eſt vix aliquid acrius tueri, quam hoc: unum eſſe Deum. Expenditur illa Dei, quae hanc religionem conſtitui paſſa eſt, providentia, ſingularis certe primo adſpectu & mirabilis. De origine vero, progreſſu, & incrementis Mahumedanae religionis diſputatio hic omittitur, alio fortaſſis loco ſuſcipienda.*

NB. Qui hoc argumentum legunt, eos recordari oportet eorum, quae in praefatione *Cudworthus* ſignificavit, ſcriptum illud eſſe, antequam caput ipſum, cui praefixum eſt, in litteras referretur, quum exiſtimaret adhuc auctor, fieri poſſe, ut omnia, quae hic vides propoſita, uno capite & volumine commode comprehenderentur & explicarentur. Quod quum poſtea, creſcente ſub calamo materia fieri nullo modo poſſe intelligeret, propterea contigit, ut ne dimidiam quidem partem eorum, quae propoſuerat, & hoc argumento complexus erat, in ipſo capite perſequutus ſit. Eadem de cauſſa evenit, ut quaedam argumenti hujus partes non ſatis rebus ipſis reſpondeant, ad quas referri debent. Haec facile feret & emendabit aequus & eruditus lector.

§. I. Via igitur ſuperiori capite nobis munita, jam, quod Deus fauſtum eſſe ac ſalutare jubeat, ipſam confutationem aggredimur omnium argumentorum atque rationum ſuperius enarratarum, quibus impii adverſus Deum utuntur. In his primum illud locum tenet, quod *nullam Dei notionem animis informari poſſe* perhibent: *ex quo concludunt, nullam usquam ejusmodi naturam exiſtere, ſaltim neminem, qualis illa ſit, mente & ingenio comprehendere & (a) intelligere poſſe.* 204

No-

(a) *Intelligere poſſe*] Legenda ad hujus rei enodationem ſunt, quae ſupra *ad Cap.* 2. §. 5. a nobis ſunt obſervata.

Digitized by Google

Notionem Dei ullam qui informari poſſe negant animo, illi, ſi quid omnino dicunt, hoc dicunt: mentem noſtram nihil plane cogitando poſſe effingere, cui vocabulum *Deus* reſpondeat. Nec, qui Deum hodie oppugnant, id ipſum affirmare verentur. Vocabulo *Deus* nullam ajunt omnino poteſtatem ſubjectam eſſe, neque, ſi a ſono vocis inani diſceſſeris, ullam in animis noſtris eſſe notionem, quam ad illud referre nomen liceat. Cum his ſi quis accurate & circumſpecte decertaret ac diſputaret, nomenque *Deus* non eſſe verbum, quod poteſtate careat, rationibus contenderet, neque homines fugienti ſono ubique terrarum ſupplicare, aut virtute caſſum vocabulum omnis boni caput & originem ducere, ſerio ſibi demonſtrandum ſumeret, nil equidem dubito, quin ſapientibus & rectis rerum exiſtimatoribus ſtolidum & ridiculum laborem ſuſcepiſſe videretur. Namque ipſa res evidentiſſima eſt, nec ulla difficultate laborat. Sic vero rebus planiſſimis & certiſſimis natura comparatum eſt, ut omnium difficillime argumentis probari queant. Ὁ πάντα, inquit (*b*) *Proclus*, δοκίσεις γενεμικὸς αὐτὸν δοκίσεων ἀναιρεῖ. *Qui res omnes exiſtimat demonſtrari poſſe, is vero ipſam tollit demonſtrationem.* Igitur hoc tantum monere ſtatui: Quum ſingulae linguae ſua habeant propria diverſaque nomina, quibus naturam illam, quam nos *Deum* ſalutamus, ſignificant, omnes autem omnium gentium homines eamdem in animis impreſſam gerant notionem, tot tamque variis reſpondentem vocabulis, illos ſtultitiae & amentiae merito argui, qui ſibi perſuadeant, tot populorum mentibus nil, praeter vanos & inanes ſonos, obverſari, quum vocabula illa pronuntiant. Certe aut neſcio quis animi ſtupor & inſcitia, qua major fingi & fieri nulla poteſt, aut vero portentoſa quaedam impudentia impium iſtud genus unice regat, neceſſe eſt, quod nullam informari Dei notionem in animis noſtris poſſe confidenter aſſeverat, vocabulumque *Deus* poteſtate caſſum & vacuum eſſe diſputat.

Epicteti hoc quondam praeceptum fuiſſe accepimus: (*) Ἂν τις ἐναντίον πρὸς τὰ ἔναργη ἐκφανῆ, πρὸς τοῦτον οὐ ῥᾴδιον ἐστιν εὑρεῖν λόγον, δι' οὗ μεταπέσοι τις αὐτόν. τοῦτο δ' οὔτε συμβὰν ἢ ἐκείνης γένεσθαι δώρημα, οὔτε συμβὰν ἢ διὰ σοφιστοῦ ἀσθένειαν, ἀλλ' ὅταν ἀπαχθεὶς λιθολιβηθῇ. *Si quis res evidentiſſimas oppugnat, adverſus hunc nulla facile ratio reperietur, qua deducatur a ſententia ſua. Neque vero illud accidit vel illius virtute aut ingenii facultate, vel imbecillitate ejus, qui docet, ſed quum quis captus vel in lapidem converſus fuerit.* Huic enuntiato addit philoſophus, duplicem eſſe animae ἀποπληξιν vel ἀπολιθωσιν, *exſtinctionem* aut *converſionem in lapidem*: alteram, qua facultas intelligendi, qua natura pol-

(*) Arrian. Lib. I. Cap. 5. (pag. 95. ed. Cantabr.)

(*b*) *Proclus*] *Comm. in Timaeum Platonis pag. 176. ed. Graecae Baſil. 1534. fol.* Plures ejusmodi ſententiae de difficultate res planas & faciles demonſtrandi apud *Ariſtotelem*, *Ciceronem*, & alios veterum ſapientes leguntur. Appoſite *Ariſtoteles Topicorum Lib. I. Cap. 11. pag. 266. T. I. Opp.* Οὐδὲ δὴ (δεῖ ἐπιτιμᾶν) ἐν οἷς συμβαίνει ἡ ἀπορία, οὐδ' ἐν ἅπασι πρὸς ἅπαντα· τὰ μὲν γὰρ σαφῆ ἔχει ἀπορίαν, τὰ δ' πλείω, ἃ καὶ γυμναστικόν. *Nec de illis diſputare decet, quorum in promtu eſt demonſtratio, nec de his, quorum nimis eſt remota: quoniam illa non habent diſputationem, haec vero majorem habent, quam gymnaſticae conveniat.*

(*c*) Πῶς] Haec quidem verba apud *Arrianum* omnia exſtant *l. c. pag. 96.* at non, ut hic, continuata ibi ſerie leguntur. Poſtrema enim verba: ἐστίτωσαν) κ. τ. λ. a reliquis modico intervallo ſejuncta ſunt, nec, quod hic fit, per particulam γὰρ cum antecedentibus conjunguntur, ac ſi rationem ejus, quod antea dictum eſſet, continerent. In Academicos ceterum aetatis ſuae philoſophos haec univerſa ab *Epicteto* dicta ſunt.

(*d*) Ἀλλὰ τοῦτο] Haec *Epicteti* verba ſunt apud *Arrianum Lib. I. Cap. 5. pag. 96.* quae *Hieron. Wolfius* parum reddiderat dilucide. Cum his, quae

Digitized by Google

pollet animus, debilitetur & obtundatur; alteram, qua morales ejus virtutes, isque pudor, quem natura ipſa humano generi attribuit, exſtinguatur & enecetur. Utriusque vero ſtatus hujus tantam eſſe ait miſeriam & calamitatem, tametſi ſecus plerisque videatur hominibus, ut vitae, qua corpora vivunt, exſtinctione nihilo prope melior ſit. Quamobrem cum illis etiam diſputandum eſſe negat omnino, quibus tam miſera ſors obtigerit. Nam: Ποῖον, inquit, αὐτῷ πῦρ ἢ σίδηρον σφοδρόν, ἵν' αἴσθηται, ὅτι νεκρός; αἰσθανόμενον δὲ φροντιεῖ· ἐπὶ χείρων ἐπὶ δὲ νεκρῷ· ἐκτίμητος γὰρ τὸ αἰδήμον αὐτοῦ καὶ ἐντροπηρόν. *Nam quem ei ignem, quod ferrum admovebo, ut mortuum ſeſe eſſe ſentiat? Sin, quum animadvertat, diſſimulat, mortuo etiam eſt detetior. Reſectus enim eſt ejus pudor & reformidatio.* Praeter haec, idem ſcriptum reliquit philoſophus, temporibus ſuis, quibus haec mentis ſcabies veritates apertiſſimas debellandi, non tam ex tarditate quadam ingenii, quam impudentia, proficiscebatur; plebem tamen ſingularis ſapientiae maximaeque eruditionis in loco eam habuiſſe. Ἂν δέ τινος τὸ αἰδήμον ἐκπεπτωκυῖα, τοῦτο ἤδη καὶ δύναμιν καλοῦμεν. *Sin alicujus reformidatio & pudor emortuus ſit, id vero etiam facultatem & vim ingenii appellamus.*

Olim academicos hicce morbus miſere vexabat: hodie illos invaſit univerſe, qui religionibus inimici ſunt. Quorum quidem animi ita partim ſunt excoecati, tantoque veluti callo obducti, ut res ipſa luce clariores ſecernere nequeant, partim omni ſic pudore atque verecundia exuti, ut, tametſi, verum quid ſit, ſentiant, obſtinate tamen & praefracte evidentiſſimis obſtrepant veritatibus: qualis haec quidem eſt, de qua nunc agimus; Eſſe notionem quamdam in hominum animis, quae verbo *Deus* reſpondeat, neque hanc vocem merum eſſe ſonum ſignificationis expertem. Nobis vero portentoſam hanc inſaniam & inſulſitatem, quae mentes obſedit cohortis impiae, tanto copioſius caſtigare viſum fuit hoc in loco, quanto ejus plura in conſequentibus ſpecimina & documenta nobis ſeſe offerent. Quid verbi cauſſa amentius, quam quod eos affirmare audiemus, motum corporum exteriorem & cogitationem genere non differre, ſed ejusdem naturae eſſe? Neque ullum mihi dubium eſt, id, quod rerum rudes & imperiti in hoc ſaepe genere magnopere admirantur, ſcientiamque putant eſſe & ſubtilitatem non mediocrem aut vulgarem, nihil eſſe ſaepenumero, quam aut incredibilem impudentiam, aut miſerabilem ſtuporem & inſcitiam. (*d*) Ἀλλὰ ταύτην δύναμιν εἶπας; μὴ γάρ· εἰ μὴ καὶ ἡ τῶν κυναίδων, καθ' ἣν πᾶν τὸ ἐπελθὸν ἐν μέσῳ καὶ πᾶσι καὶ λέγεται. *Hanc ego vim* in-

quae hoc in loco de Dei notione differuntur, ea conferenda ſunt, quae infra *Cap.* 5. §. 2. *ſ.* de eadem re diſputantur. Illic enim, quae hic obſcuriora videntur, clarius & diſtinctius exponuntur. Interim tota haec de notione ſeu idea Dei diſputatio propter vocabulorum, in primis nominis *idea*, ambiguitatem vehementer eſt ambigua & lubrica. Quare, ut mihi quidem videtur, ſi cum homine dimicandum ſit, qui primum nos Dei notionem in animo informare poſſe negat, & deinde ex eo ſtudet efficere, nullum Deum eſſe; is ante omnia cogendus eſt, ut apertis & perſpicuis vocabulis animi ſui declaret ſententiam. Quod ubi fecerit, opinione citius ſuperabitur. Triplex ſenſus ſciti hujus, niſi fallor, eſſe poteſt: *Nulla eſt in animis noſtris Dei notio conſignata.* Primus: *Non eſt nobis innata aut natura inſita Dei ſpecies.* Huic multi favent opinioni, id quod neminem fugit, quos ſine ſumma injuria numquam impietatis erga Deum accuſaveris. Atheus vero ſi iſtam amplectetur ſententiam, & ex eo nullum eſſe Deum ſibi demonſtrandum ſumſerit, dignus erit, quem ſani omnes irrideant. Licebit, ſi ita fas erit diſputare, ſic quoque rationem concludere: Nullus eſt ſol, nulla luna, nulla ſidera. Nec enim, quum naſcimur, ſpecies & formas coeleſtium corporum in animis impreſſas nobiſcum afferimus. Alter ſenſus hic erit: *Nemo perfectam & omni ex parte abſolutam Dei notionem animo valet effingere.* Id quidem nemo diffitetur ſapiens, & innumerabilis exſtat tam philoſophorum, quam theologorum,

Digitized by Google

ingenii seu facultatem dicam? Minime faciam; nisi forte cynaedorum ita etiam dicenda sit impudentia, qua, quidquid in animum venerit, palam dicunt & faciunt.

§. II. Quidquid vero verbis improbi supremi Numinis hostes disputent, res ipsa tamen loquitur, eorum quoque animis notionem quamdam obversari, quae vocabulo *Deus* respondeat. Negant homines, existere Deum: quae vox si nihil significaret, & sonus esset tantum, id unum sibi vellent, non existere nihil. Sed & ipsam illam Dei notionem, quam illi habent, qui Deum esse contendunt, esse mentibus eorum infixam, manifestum est. Nullam enim rem aliam esse negant, nisi eam, quam Dei assertores existere affirmant. Ut in omnibus de veritate controversiis, in quibus, quod alter negat, id affirmat alter, rei illius, de qua instituta est dimicatio, eadem in utriusque disputatoris animo versari debet species atque notio, nisi cum umbris colluctari, nihilque magno conatu velint agere: Ita etiam in hoc, quod amicis Dei cum ejus hostibus est, certamine res aliter sese habere nequit. Neque fieri posset omnino, ut hae duae pugnam inter se committerent familiae, nisi voci *Deus* parem utraque vim & potestatem adjungerent. Athei desinerent esse Athei, si non eam ipsam naturam, pro qua Dei cultores propugnant, verum aliam & diversam, tollere de medio conarentur.

§. III. Quae quum ita sese habeant, nihil fore magis opportunum & utilius arbitror, quam si continuo notionem istam Dei, quam in animo utraque pars habet, explanem, aut qualis illa res sit, declarem, quam qui negant esse, Athei, qui affirmant, Dei vindices & defensores appellari solent. Id vero ne praeposterе fiat, hoc mihi rationis scitum universae disputationi praemittendum esse ac fundamenti loco ponendum, video: Quemadmodum omnes omnino profitentur, non exstitisse ab aeterno res universas ita, ut nunc sunt, verum aliquas earum certo tempore genitas, factas, & productas esse: Ita fieri quoque nullo modo potest, ut res omnes factae sint & conditae, sed oportet omnino naturam esse quamdam, a nemine procreatam, & ex omni aeternitate per se exsistentem. Etenim nihil si ante res fuisset conditas, nulla quoque res generari potuisset & proferri. Huic dogmati tanta inest evidentia & perspicuitas, ut ne ipsi quidem religionum irriso-

res

numerus, qui publice testati sunt, nullius tantam esse ingenii aciem, ut Deum animo perfecte comprehendere ac complecti valeat. Verum Dei contemtori nihil plane proderit haec sententia: qui si Deum esse negaret ideo, quoniam a nemine mortalium ex toto cognosci potest, pueriliter & ridicule faceret. Quis enim ignorat, multa certo exsistere, quorum naturam tamen ex parte tantum intelligimus? Aeternum esse aliquid, nemo rationis particeps negaverit. At quid aeternitate gravius est & magis arduum intellectu? Ideone vero esse aliquid aeternum inficiabimur, quoniam aeternitatis notionem angustus animus noster haud capit? Restat igitur tertius sensus, quem solum doctissimus *Cudworthus* spectare, & religionum irrisoribus tribuere videtur: *Nulla omnino Dei notio in animis informari potest, vocabulumque* Deus *nullam proprie potestatem habet, & inanis sonus est, cujus vim nemo intelligit.* Dubito certe, an quis unquam ita senserit sui compos, nec de mentis & rationis statu morbo quodam dejectus. *Hobbesius* certe, etsi multa dixit, quae magnam levitatem & insciitiam significant, ab hoc tamen furoris genere, id quod supra ostendimus, alienus fuit. Sed ut incredibilis est hominum libidinum & peccatorum studio inquinatorum amentia; ita non ego omnino negem, fuisse aliquem tam vesanum, ut hujusmodi quid diceret. Quem ego quidem Deo & Medicis potius commendandum esse arbitror, quam rationibus & argumentis coërcendum. Quid enim homini facias, cujus tanta est perversitas, ut, quum ipse non possit Deum oppugnare, nisi notionem eius aliquam informet animo, esse tamen Dei notionem aliquam in cujusquam hominis mente, neget? Sed accurate tamen & ingeniose hanc amentiam repressit *Cudworthus*.

(e) *Are-*

Digitized by Google

res ejus aliquid veritati derogare audeant. Nemo eſt eorum, quin certiſſimum & minime dubium putet, eſſe ἀγένητον aliquid, *naturam aliquam nec factam nec procreatam*, a qua, tamquam cauſſa, ceterae res omnes profectae ſint, quae initium habuerunt aliquando. Fatentur omnes, eſſe αὐτοφυὲς & αὐθυπόστατον aliquid, rem ex ſe ipſa, ſi ſic loqui fas eſt, natam & per ſe exiſtentem, quae, uti ἀγένητον eſt & a nulla alia generata, ita etiam ἀνώλεθρον & ἄφθαρτον ſit, ſive nullo modo vel corrumpi vel exſtingui queat. Quod dum concedunt, non poſſunt etiam, quin eam rem neceſſario exſiſtere largiantur. Quodſi enim caſu & fortuito ex infinito tempore exſtitiſſet, fieri poſſet quoque, ut eodem modo aliquando eſſe deſineret. Igitur id unum inter Dei hoſtes & amicos vocatur in controverſiam: Qualenam illud ſit *ingenitum, corruptionis expers, ex ſe ipſo natum, per ſe exſiſtens*, ἀγένητον, ἀνώλεθρον, αὐτοφυὲς & αὐθυπόστατον, quod fons, initium, atque cauſſa rebus omnibus, quae deinceps prodierunt, exſtitit.

§. IV. Hac vero de re duae in primis inter philoſophos verſantur opiniones, quarum altera tollit prorſus & interimit alteram. Sunt enim primo, qui naturam iſtam, quam quaerimus, *per ſe exſiſtentem, nec factam, nec interituram* aliquando, primumque rerum omnium principium materiam eſſe cenſent ſenſus expertem, id eſt, materiam aut omnino brutam, rudem, & mortuam, aut ab omni ſaltim animali vita ſenſuque inteſtino relictam. Contra alii, quoniam hanc materiam omnium, quae exſiſtunt in hac univerſitate, rerum viliſſimam eſſe vident & infimam, id primo exploratum eſſe oportere, judicant, rerum omnium cauſſam atque caput ceteris perfectione ac praeſtantia longe antecedere. Sic (*e*) *Ariſtoteles Pherecydem*, ejusque ſectatores praecepiſſe ſcriptum reliquit: Τὸ γενέσεως πρῶτον ἄριστον τιθέασι *Primum generans optimum eſſe conſtituunt.* Deinde longe illud eſſe intelligunt perfectius, quod vita, mente, atque ſenſu praeditum eſt, quam id, quod nihil horum habet: quod quidem *Balbus* (*f*) apud *Ciceronem*, hac ipſa de re diſputans, his verbis enuntiat: *Nec dubium, quin, quod animans ſit, habeatque mentem & rationem & ſenſum, id ſit melius, quam id, quod his careat.* Quibus poſitis, efficiunt, naturam illam, quae ſola nullum ſui auctorem agnoſcit, ceterisque rebus omnibus initium & originem dedit, non eſſe materiam vita atque ſenſu vacuam, ſed 207

(*e*) *Ariſtoteles*] Locus eſt *Metaphyſ. Lib.* XII. *Cap.* 4. *pag.* 436. *T.* IV. *Opp.* ſed ambiguus eſt. Itaque totum deſcribam. *Ariſtoteles* Pythagoraeorum de primis initiis ſententiam refutat, eamque cum veterum theologorum ſive poëtarum de eadem re opinionibus comparat. Poëtas vero hos dividit in eos, qui fabulis omnia, quae tradidere, referferint, & in *mixtos*, ut loquitur, ſeu in eos, qui fabulas veris quibusdam praeceptis temperaverint. Sic enim interpretor *Ariſtotelem:* id quod orationis poſcit contextus, & res ipſa flagitare videtur. Interpres vehementer obſcurat Stagiritam, ſatis per ſe jam caliginoſum. De poſteriori genere ſic loquitur: Ἐπὶ μὲν γε μυθικῶς ποιοῦσι, καὶ τὸ μὴ μυθικῶς πάσχα λέγειν, οἷον Φερεκύδης τε ἴσως τινὲς, τὸ γενέσεως πρῶτον ἄριστον τιθέασι. *Illi quidem poëtarum, qui ex utroque miſti ſunt, nec omnia fabuloſe dicunt, ut Pherecydes & alii quidam, primum generans optimum eſſe cenſuerunt.* Vides, has voces: *Pherecydes & alii quidam*, ita eſſe poſitas, ut dubium ſit, utrum ad antecedentia, an vero ad conſequentia referendae ſint: Aut utrum hoc dicere voluerit *Ariſtoteles*, *Pherecydem* omnia fabuloſe ſcripſiſſe; an vero hoc, eum rerum principium pro optimo habuiſſe. Quae de *Pherecyde* nobis reſtant, perpauca utrumque defendendi poteſtatem faciunt. Certe, quae *Clemens Alexandr. Stromat. Lib.* VI. *p.* 741. ex ejus carminibus affert, tam ſunt obſcura & a communi ſenſu remota, aut, ut *Ariſtotelis* verbo utar, ita μυθικὰ ut *Heſiodus*, *Orpheus*, & reliqui, qui de Diis ſcripſere, poëtae prae hoc dilucidi & apertiſſimi videantur. Non tetigerunt hunc *Ariſtotelis* locum, qui ex inſtituto de *Pherecyde* commentati ſunt, doctiſſimi viri.

(*f*) *Apud Ciceronem*] *De natura Deor. Lib.* II. *Cap.* 17. *p.* 2978. *T.* IX. *Opp.*

ſed mentem ſumma ſapientia & intelligentia valentem. Huic qui ſe adjungunt ſententiae, resque omnes a natura ſive mente perfectiſſime ſapiente ac intelligente, atque ex omni aeternitate ſine ulla cauſſa exiſtente, ortas atque generatas eſſe exiſtimant, illi vere atque proprie Dei vocantur amici, aſſertores, & vindices. Quibus autem contrarium ejus, quod diximus, placet, ſic ut naturam negent eſſe ſapientiſſimam, quae nulli ortum ſuum debeat, & ab infinito tempore fuerit, rerum vero omnium parentem unam faciant materiam, vita ſenſuque deſtitutam, hi demum ſunt, in quos vere atque proprie Atheorum cadit vocabulum. Generatim igitur, ſi quis quaerat, quomodo definiatur Deus, aut quaenam ejus notio ſit, ita reſpondendum eſſe arbitror: *Deus eſt natura ſive mens perfectiſſimae particeps ſcientiae & ſapientiae, quae per ſe ab aeterno exſtitit, ceterisque rebus omnibus vitam & ortum dedit.*

§. V. Hic autem non omittenda eſt nonnullorum ex eo genere, in quod proprie ac vere *Atheorum* cadere appellationem monuimus, verſutia, qui, tametſi Deum negent, voce tamen *Deus* ſaepenumero abutuntur, eaque materiam nil ſentientem deſignant. Cujus quidem conſilii duplicem ſine dubio cauſſam habent. Nam & invidioſiſſimum & ignominioſum Athei nomen ita declinare ſeſe poſſe ſperant, & hoc modo natura illa, ex qua reliqua omnia manarunt, quaeque nec initium habitura eſt, nihil fieri poſſe divinius, ſignificare volunt. His igitur verbum *Deus* nihil ſignificat, niſi id, quod ἀγένητον, *ex nullo genitum*, & *ex ſe ipſo exiſtens*, rerumque omnium ἀρχὴ eſt ſive *principium*. Sic *Anaximandrum*, id quod (*g*) ſupra jam obſervavimus, infinitam materiam omnique vita prorſus vacuam τὸ θεῖον ſive

(*g*) *Supra*] Lege *Cap.* 3. §. 20. *ſ.* & quae ibi a me obſervata ſunt. De *Plinio* vid. idem *Cap.* 3. §. 33. Sed quae de Deo aut rerum omnium initiis tradidit *Plinius*, tantum habent obſcuritatis & ambiguitatis, ut facile appareat, quid ſibi ſentiendum eſſet, vix apud ſe conſtituere potuiſſe hominem, tametſi talem Deum venerari nollet, qualem nos ipſa ratio venerari jubet.

(*h*) *Ariſtoteles*] Fallit doctiſſimum virum memoria. Nec enim *Ariſtoteles* haec verba de iis uſurpat philoſophis, qui elementa quatuor pro Diis habebant, ſed de *Empedocle* notiſſimisque ejus rerum principiis, *amicitia* & *diſcordia*. Exhibebo ipſa ejus verba ex *Libro de generat. & corruptione Cap.* 6. *p.* 734. *T.* I. *Opp.* Τὰ στοιχεῖα ἀλλοφυῆ ὄντα τὸ νεῖκος, ἀπ' ἀ φιλία, τὰ θεοῦ πρότερα ἢ θεός· ΘΕΟΙ ΔΕ ΚΑΙ ΤΑΥΤΑ. *Diſcordia haudquaquem fecernit elementa iſta, quae Deo priora ſunt, ſed concordia. Dii autem & haec quoque ſunt.* Lucalentius poſt *Ariſtotelem* & *Clemens* & *Simplicius Empedoclem* cum quatuor elementa, tum amicitiam diſcordiamque pro Diis habuiſſe, affirmarunt: Qui tamen injuriam mihi omnes feciſſe videntur homini, nec ejus ſententiam recte intellexiſſe. Ipſe eum purgabit *Ariſtoteles Metaphyſ. Lib.* III. *C.* 4. *p.* 295. *T.* IV. *Opp. Clemens Alex. Exhortatione ad gentes Cap.* 5. *p.* 55. 56. Ἐμπεδοκλῆς ὁ Ἀκραγαντῖνος εἰς πλῆθος ἐμπίπτων, πρὸς τοῖς τέτταρσι στοιχείοις τούτοις Νεῖκός τε καὶ Φιλίαν κατεμίξατο (θεοῖς·) *Empedocles Agrigentinus in multitudinem incidit, nec elementa tantum quatuor, ſed & contentionem amicitiamque Diis aggregavit.* At de rerum principiis pro Diis habitis alium offendi apud *Ariſtotelem* locum multo clariorem, quem deſcribere non gravabor. De antiquis poëtis loquitur philoſophus: ΘΕΟΥΣ μὲν ποιοῦντες τὰς ἀρχάς, καὶ ἐκ τῶν θεῶν γιγνόμενα, τὰ μὲν γενόμενα τῷ πατρὶ καὶ τὴν ἀμβροσίαν, θνητὰ γενόμενα φασί· *Quum enim principia Deos facerent, & ex Diis fuiſſe dicerent, quae non guſtarunt nectar & ambroſiam, mortalia dicunt fuiſſe. Metaphyſ. Lib.* III. *Cap.* 4. *p.* 295. *T.* IV. *Opp.* Ceterum multos olim inter populos verae religionis neſcios fuiſſe, qui ignem, terram, aquam Deorum ritu venerarentur, notius eſt, quam ut teſtimoniorum indigeat. Lege *Voſſium de origine & progreſſu idololatr. Lib.* II. *P.* II. *Cap.* 1. *ſ. p.* 216. *ſ.*

(*i*) Τύτως] Verum hicce locus non is eſt, ut, ſi vel ipſi patres Grammaticorum conſcripti judices federent, *Ariſtoteles* ex eo male adhibiti vocabuli *Deus* poſtulari queat. Affert is verſum hunc *Parmenidis:*

Πρώτιστον μὲν ἔρωτα θεῶν μητίσατο πάντων·

Tum *Heſiodi* de *amore* & *chao* verſus ſubjicit. Sequuntur paullo poſt verba, quae hic leguntur, Exi-

ſive *Deum* appellaſſe accepimus. *Plinius* corporeum hunc mundum, cui nihil, niſi genitricem naturam, eamque mentis expertem, attribuit, *Numen* vocat. (*b*) *Ariſtoteles* philoſophorum quorumdam meminit, qui non alia de cauſſa inanimata elementa, quae rerum omnium ducebant eſſe initia, *Deos* nominarunt. Θεοὶ γὰρ κἀκεῖνοί τινες. 208 *Nam & hi Dii ſunt.* Quid? quod ipſe *Ariſtoteles* hac non penitus carere culpa, ſed vocem *Deus* parum proprie & apte adhibuiſſe videtur. Sic enim alicubi de *amore* & *chao*, quibus initiis hanc univerſitatem aliqui natam eſſe quondam diſputarunt, verba facit, ut, quin duo haec Deos eſſe edixerit, ſi quidem ex Grammaticorum legibus oratio ejus metienda ſit, dubitari nullo modo queat. (*i*) (*) Τούτους μὲν οὖν πῶς χρὴ διανεῖμαι, σκεπτέον ἆρα δέ τις πρῶτος, ἐξέστω κρίνειν ὕστερον. *Hos autem quomodo ordinare oporteat, quis ſcilicet eorum primus ſit, liceat deinceps judicare.* Qui locus *Ariſtotelis* huic (*k*) *Epicharmi* praecepto videtur eſſe conſentaneus: Λέγεται μὲν χάος πρῶτον γενέσθαι θεῶν. *Dicitur vero Chaos primum eſſe omnium Deorum:* Niti forte ſic illud interpretari velimus: *Chaos fertur, antequam Dii exſiſterent, factum eſſe.* Ceterum doctiſſimus etiam *Origenes Libris adverſus Celſum*, quum ſollicite cavendum eſſe monet, ne vocabulis rerum impropria & aliena poteſtas tribuatur, eos reprehendit, qui peregrinam illam notionem vocabulo *Deus* ſubjiciunt. (†) Ὁ τοίνυν μεγαλοφυέστερον, κἂν ὀλίγων τούτων θεωρίαν εἰληφὼς, ἀλαζονεύσηται, ἄλλα ἄλλοις ἐφαρμόζων ὀνόμασι πεφύκασι, μήποτε ἁμαρτάνῃ τοῦ τὸ θεῖον ὄνομα ἀφαλῶς φέρουσιν ἐπὶ τιλλον ἄψυχον. *Igitur, qui vel minima harum rerum cognitione praeditus eſt, is diligenter & religioſe providebit, ne parum propria rebus imponat nomina, ne forte in eorum incidat perverſitatem, qui nomen Dei materiae tribuant inanimatae & ſenſu deſtitutae.* (*l*) Haec vero minus propria nec legitima vocis *Deus* ſignificatio ſi valeat, idque tantum ea indicetur, quod

(*) Metaphyſ. L. I. C. 4. (p. 267. T. IV. Opp.)
(†) Lib. I. adv. Celſum p. 19. (ed. Cantabr. Spenceri.)

Exiſtimat vero *Cudworthus*, in illis nomen τὸν Θεὸν non poſſe referri, niſi ad vocem Θεὰν in verſu *Parmenidis*, ac ſi hoc dixiſſet Stagirita: Quisnam prior ſit horum Deorum, id poſtea dicam. Sed id neceſſe non eſſe, quilibet intelligit. Mens *Ariſtotelis* haec eſt: Quisnam horum, amoris aut chao, prior ſit, ex ſenſu nimirum poëtarum veterum, inferius explicabo. Ipſe vero non ſignificat, utrum Dii ſint, nec ne. Quamquam quid multis? Si id ſcripſiſſet, quod vult vir doctus, *Ariſtoteles*, amorem tamen & chaos non ex ſuo ſenſu, ſed ex alieno, Deos vocaſſet. Sed alium ego dabo illuſtriorem *Ariſtotelis* locum, quo perſpicue voce *Dii* abutitur, ex *Metaphyſicor. Libr.* XIV. *Cap.* 8. *p.* 483. Dixerat, ab antiquis ſidera pro Diis etiſi habita: Nonnullis vero interiectis, univerſe & hanc ſententiam & eorum opinionem, qui divinitatem primis quondam rerum initiis tribuerint, probat, & ſuam facit quodammodo. Ὥστ' εἴ τις χαρίεντας αὐτὸ λάβοι μόνον τὸ πρῶτον, ὅτι ΘΕΟΥΣ ᾤοντο τὰς πρώτας οὐσίας εἶναι, θείως ἂν εἰρῆσθαι νομίσειε. *Quorum ſi quis id ſeparatim conſideret, quod primas ſubſtantias Deos eſſe dixerunt, divine id profecto dictum putabit.*

(*k*) *Epicharmi praecepto*] Hoc inter verſus ejus de rerum principiis exſtat, quos *Diogenes Laërtius* exhibet in *vita Platonis Lib.* III. *Segm.* 10. *p.* 171.

(*l*) *Haec vero*] In hac de vocabulo *Deus* diſputatione tria miſcere mihi videtur vir doctiſſimus, quae, tametſi cognata & finitima ſint, certa tamen ratione diſtant. (I.) Nomen *Deus* quidem adhibere, at eo materiam aut totam rerum naturam deſignare, ne nimis apertum ſit, quod in Deum meditantur, flagitium. (II.) Vocabulo *Deus* latius uti, eoque res ſignificare, in quas illud proprie ſumtum haud cadit. (III.) Res, in quibus nihil divini eſt, homines demortuos, elementa, animalia pro Diis habere ac revereri. Quod horum poſtremum eſt, id omnium illorum crimen fuit olim, & eſt hodie, qui, conditoris obliti, res ab ipſo conditas cultu & honore affecerunt. De his vero minime hoc in loco quaeritur, ubi de illis unice ſermo eſt, qui callide ac conſulto Dei abutuntur vocabulo. Alterum multis exprobrari poteſt antiquis ſcriptoribus. Plures certe ſunt Graecorum & Latinorum, qui vocabula, Θεὸς, Θεῖον, *Numen*, *Deus*, ad res traxerunt a vero Deo multum remotas, idque Deum & divinum dixerunt, quod eximium, praeſtans, & magnum ducebant. Exempla hujus moris *Jo.* Cla-

Digitized by Google

quod initio caret, per se exsistit, ceterasque res procreavit, cujuscumque demum illud generis & naturae sit, nihil erit causſae, cur esse affirmemus homines Deum negantes. Incredibile enim est, tantam esse in aliquo vecordiam & amentiam, ut inficietur, aliquid ab aeterno per se exstitisse, quod ex nulla re alia profectum sit, ceteras autem res omnes produxerit & generaverit. Vera autem propriaque vocabuli *Deus* potestas, ex qua, quinam *Athei* sint, quinam Dei vindices, constitui debet, illa est, quam paullo ante attulimus: *Deus est perfectissima mens, aut natura sentiens & intelligens, quae ex omni aeternitate per se exstitit, utque ceterae res omnes orirentur, effecit.* Hac una Athei Deique professores nota discernuntur. Illi vere Deum profitentur, qui rerum omnium principium generatim naturam esse putant intelligentem & sapientem, sive mentem perfectissimam. Materiae vero, sive eam prorsus brutam & mortuam esse censeant, sive vita tantum animali & intelligente privent, qui totius universitatis constructionem unice adscribunt, hi uni sunt, quibus jure summo Atheorum convenit denominatio.

§. VI. Video vero, ne quis mutilam esse hanc putet atque mancam verae Dei notionis explanationem, attingendam mihi hic esse nonnullorum ex philosophis sententiam, qui medium veluti locum inter duas, quas memoravi, familias tenere videntur. Eos intelligo, qui nec ad solam materiam, nec ad Deum unice rerum

Clericus collegit in *Arte Critica P.* II. *Sect.* I. C. 3. §. 4. *p.* 146. Sunt & hodie, qui id faciunt. Horum ego morem haud probaverim, nec *Origeni* & aliis repugnem, qui temere hoc & imprudenter fieri censent, nec tamen malo omnes id animo aut perverso consilio fecisse, quisquam nobis persuaserit. Itaque primum tantum hic locum habet: quod nullius, nisi *Anaximandri*, exemplo declaravit *Cudworthus.* Reliqua enim exempla, id quod ex his, quae diximus, patet, alieni sunt generis. Addere poterat ex veteri memoria *Epicurum*, quem tot graves auctores Deos verbis reliquisse ad amovendam invidiam, reapso vero sustulisse, conquerantur. Ex recentiori memoria *Benedictus de Spinoza* huc pertinet, qui, quum omnem divinam evertat funditus naturam & rationem, vocabulo tamen *Deus* diligenter in *Ethica* sua utitur, ne nimis deformis disciplina ejus videatur. Omiserat homo in tota *Ethica*, quam Belgice primum exaravit, vocabulum *Deus*, nec niti nomen *naturae* adhibuerat. Verum *Ludov. Meyerus*, cui Latine vertendum tradiderat librum, admonuit ipsum, fore, ut gravissimum sibi conflaret odium, & magistratus in se, ut hominem Deo inimicum, armaret, si ita liber ederetur. Quare passus est, ut interpres in locum vocabuli *natura* nomen *Deus* sufficeret. Haec ex fide digno viro sese accepisse, *Jo. Clericus* memorat *Biblioth. ancienne & moderne Tom.* XXII. *P.* I. *p.* 135.

(*m*) *Ciceronem*] *Academicar. Quaestion. Lib.* I. C. 6. *p.* 2231. *T.* VIII. *Opp.* Verum his verbis non Stoicorum exponit sententiam *Cicero*, sed *Platonis* & sectatorum ejus veterum, sive Academicorum illorum, qui *primi* nominantur. De Stoicorum vero sententiis de Deo & materia accurate, praeter *Justum Lipsium Physiologiae Stoicae p.* 71. *s.* exposuit b. *Jac. Thomasius de Stoica mundi exustione p.* 14. & passim.

(*n*) *Prodiderunt*] Quum plerosque videam, quando veterum de mundo & materiae aeternitate sententias commemorant, minus accurate differere, resque distinctas miscere ac confundere, ne quis errori pateat aditus, breviter declarabo, ut, mea quidem sententia, hae opiniones describendae sint. Principio, quoniam omnes antiqui sapientes ex nihilo nihil fieri posse decreverunt, id certum opinor esse, omnes materiam existimasse aeternam esse. Scio, viros longe doctissimos, *Huetium*, *Eugubinum*, *Pfannerum*, & alios, quorum meritis ceteroquin assurgo, in ea esse sententia, fuisse veterum aliquos, qui naturam rerum ex nihilo asseveraverint esse conditam, & materiae idcirco aeternitatem negaverint. Verum alio ostendam loco, quae ad hanc rem probandam afferuntur, pronuntiata hoc tantum significare, Deum formam & ordinem in confusam & rudem induxisse materiam. Aeternam autem quam omnes credebant, ut mihi quidem persuadeo, materiam alii seperatim extra Deum exstitisse ex infinito tempore statuebant, alii ex omni aeternitate cum ipso Deo conjunctam fuisse docebant. De superioribus hic agit proprie *Cudworthus*; quibus *Anaxagoram*, *Archelaum*, *Atticum*, & plures alios, deinde *Pythagoram* etiam & *Platonem*, ex aliorum sententia, aggregat. Et *Anaxa-*

Digitized by Google

rum omnium origines referunt, ſed utrumque copulant, duoque laudant univerſitatis rerum principia, ſive naturas per ſe ab aeterno exſiſtentes, quarum alteri nihil ſit in alteram juris & poteſtatis, *Deum* nimirum & *materiam.* Ad hos Stoici pertinent. Quamquam hi, tametſi duo rerum eſſe docebant principia, alterum efficiens, alterum, quod efficeretur, tamen, quoniam, praeter corpora, nihil eſſe praecipiebant, in mirificas ſeſe captiones inducebant, quibus aliter ſeſe non poterant expedire, quam bina iſta principia ſic commiſcendo ut reapſe non niſi una fierent eademque natura. Juvat (*m*) *Ciceronem* audire, hoc dogma eorum exponentem. *Naturam*, inquit, *dividebant in res duas, ut altera eſſet efficiens, altera autem quaſi huic ſe praebens, ex qua efficeretur aliquid. In eo, quod efficeret, vim eſſe cenſebant; in eo, quod efficeretur, materiam quamdam: in utroque tamen utrumque. Neque enim materiam ipſam cohaerere potuiſſe, ſi nulla vi contineretur, neque vim ſine aliqua materia. Nihil eſt enim, quod non alicubi eſſe cogatur.* At fuerunt tamen alii, praeter Stoicos, philoſophi, qui ſimplices & corpore liberas mentes profeſſi, duo diverſa diſtinctaque prorſus rerum principia ab aeterno ſimul exſtitiſſe aſſeverarunt, Deum omni concretione corporea vacantem liberumque, & materiam. Sic *Anaxagoras* ſenſit, ſic *Archelaus*, ſic *Atticus*, ſic plures alii. Sed & ipſum *Pythagoram* in hac fuiſſe ſententia, *Numenius* auctor eſt. *Platonem* idem ſenſiſſe, *Plutarchus* & *Laërtius* memoriae (*n*) prodiderunt.

(*o*) *Ari-*

goram quidem ita docuiſſe, ex hoc *Operis* eius initio apparet, quod *Laërtius* ſervavit *Lib.* II. *Segm* 6. *p.* 82. Πάντα χρόνῳ ἐν ἦσαν, εἶτα νοῦς ἐλθὼν αὐτὰ διεκόσμησε. *Omnia ſimul erant*, (id eſt, Chaos erat) *deinde acceſſit mens, eaque digeſſit & ornavit. Archelaum* vero quisnam veterum dixerit idem cenſuiſſe, neſcio, ſi a *Simplicio* diſcedas, qui *Comm. in Lib.* I. *Phyſic. Ariſtotelis p.* 7. *ed. Graec. Aldinae* de rerum principiis idem, quod *Anaxagoram*, *Archelaum* exiſtimaſſe refert. At nunc *Diogenes* & alii de ſcitis ejus memoriae prodiderunt, talia mihi videntur eſſe, ut difficulter cum hac componi queant opinione: nec ii ſunt juniores Platonici, in quibus *Simplicius* eſt, ut omnia ſtatim probanda ſint, quae de veterum ſapientum praeceptis referunt. Concordiam enim quoniam ſemper meditantur omnium philoſophorum, ideo non raro opiniones eorum pervertunt. *Atticus*, qui hic nominatur, haud dubie eſt Platonicus ille, ex cuius adverſus *Ariſtotelem* diſputationibus inſignes locos *Euſebius* excerpſit *Praeparat. evang. Lib.* XV. *C.* 4. *ſ. p.* 794. Lege in primis *Euſebii Cap.* 6. *p.* 801. quo *Attici* de ortu mundi diſputatio continetur. Adde, quae *Aeneas Gazaeus* in *Theophraſto p.* 58. de huius *Attici* ſententiis de mundo memorat, a *Caſp. Barthio* in *Notis p.* 137. declarata. De *Pythagora* multi teſtes ſunt: quamquam alii, praeter materiam aeternam, bina cum rerum omnium principia, bonum alterum, alterum malum, effinxiſſe animo volunt. Vide, quae *Jo. Chriſt. Wolfius* in *Manichaeismo ante Manichaeos* collegit *Sect.* II. §. 29. *p.* 116. *Platonis* ſententia in diſputationem vocari poteſt. Illos quidem non moror, qui, quod *Petr. Dan. Huëtius* fecit, praeter alios, in *Quaeſtionibus Alnetanis p.* 138. *Platonem* affirmaſſe cenſent, mundum ex nihilo eſſe a Deo conditum. Nec ego *Hieroclis* verba, quibus in primis nititur, id arbitror ſignificare, quod ipſe & alii viri docti putant: qua de re alias. Sed id quaeri poteſt: utrum *Plato* materiam per ſe ex infinito tempore ſeparatim a Deo exſtitiſſe, Deumque certo tempore libere a Deo ſciam fingendam & conformandam acceſſiſſe, cenſuerit: an vero ex omni aeternitate materiam vinculo quodam cum Deo ſociatam fuiſſe, & ex eo emanaſſe, judicaverit. Utraque ſententia magnis utitur auctoribus. Illa non *Plutarchi* modo, cuius dictum paullo poſt affertur, & *Laërtii Lib.* III. *Segm.* 71. auctoritate fulcitur, ſed etiam multis aliis tam veterum, quam recentiorum, effatis. Vid. ven. *Wolfius l. c.* §. 32. *p.* 124. Hunc *Proclus*, *Simplicius*, & tota cohors eorum, qui recentiores nominantur Platonici, probant, *Platonem* contendentes cenſuiſſe, mundum, non ſecus ac radios e ſole, ex omni aeternitate e Deo emanaſſe, Deoque idcirco non tempore, ſed natura, poſteriorem eſſe. Lege de hac ſententia *Z. Mariam Mayerum Dialogo de opificio mundi p.* 207. *ed. Barthii.* Equidem veri multo eſſe ſimiliorem concedo illorum opinionem, qui *Platonem* cenſuiſſe volunt, Deum certo tempore materiam a ſe ſejunctam ornaſſe & formaſſe. Sed in eum tamen fere ſententiam propendeo, omnes illos, qui Deum & materiam pro aeternis habuere principiis rerum, ſocietatem & copulam poſſe quam utriuſque principii hujus in ani-

210 (*o*) *Aristotelem* eamdem foviſſe opinionem, perſuaſum eſſe plerisque omnibus, intelligo. Sed falluntur, qui ex eo hoc conſtare arbitrantur, id quod nonnullis
211 placere videtur, quod aeternum eſſe mundum hunc philoſophus crediderit. Non aliter de mundo *Plotinus*, *Porphyrius*, *Jamblichus*, *Proclus*, & *Simplicius* praeceperunt: quos omnes tamen ſimul docuiſſe, certum eſt, ſolum Deum caput atque cauſſam rerum eſſe omnium, ex quo ipſa etiam prodierit & manaverit materia. (*p*) Sed nec illos audiendos eſſe arbitror, qui contrarium ſtatuiſſe *Ariſtotelem*, ex hoc ejus dicto in *Libris Metaphyſicorum* probari poſſe ducunt: Θεὸς δοκεῖ τὸ αἴτιον πᾶσιν εἶναι καὶ ἀρχή πις. *Deus videtur rerum omnium eſſe cauſſa & initium quoddam earum.* Nil enim obſtat, quo minus verba haec de ſolis rerum formis accipiantur.

Certius eſt, *Plutarchum* (*q*) in doctrinae hujus profeſſoribus connumerandum eſſe: quod quidem, ut alia ejus praetermittam effata, ex judicio ejus de *Platonis Pſychogonia* ſatis liquet. Βέλτιον ἦν, Πλάτωνι πειθομένους τὸ μὲν κόσμον ὑπὸ Θεοῦ γεγενῆσθαι λέγειν καὶ ἄδειν· Ὁ μὲν γὰρ κάλλιστος τῶν γεγενημένων ὁ δὲ ἄριστος τῶν αἰτίων· Τὴν δὲ ὑσίαν καὶ ὕλην, ἐξ ἧς γέγονεν, ἀγένητον ἀλλὰ ὑπεκκειμένην ἀεὶ τῷ δημιουργῷ, ἵνα λάβοιμεν καὶ τάξιν αὐτῆς, καὶ ὡς εἰς αὐτὸν ἐξομοιωτὸν, ὡς δυνατὸν ἦν, ἀναφέρειν· Οὐ γὰρ ἐν ᾧ μὴ ἔστιν ἡ γένεσις, ἀλλ' ἐν ᾧ μὴ καλῶς μηδ' ἱκανῶς ἔχοντι ἀεὶ εἶναι. καὶ ἁμαρτίαν καὶ ἀνάγκην. *Praeſtat igitur Platonis* (quam Heracliti) *ſententiam ſequi, atque hoc & dicere & canere, mundum a Deo eſſe factum. Nam & mundus omnium operum eſt pulcherrimum, & Deus omnium cauſſa-*

mo habuiſſe. Nec, niſi aegre, ut verum fatear, mihi perſuadeo, qui Deum ex mente *Platonis* liberrime acceſſiſſe volunt ad materiam a ſe plane ſecretam exornandam & digerendam, ex omni parte recte praecipere. Sed haec alias fortaſſis, ubi locus fuerit magis opportunus. Nunc ad eos pergo, qui materiam cum ipſo Deo ſociant & copulant. Hi mihi in binas iterum claſſes diſtribui debere videntur. Sunt enim, qui ex omni aevo materiam ex Deo fluxiſſe, ſicut de ſole lumen, exiſtimant. Sic omnes illi, quod paullo ante monui, qui poſt natum Servatorem *Platoni* nomen dederunt, cenſuerunt. Vide, praeter *Zachariam*, quem modo laudavi, *Proclum* in *Timaeum Platonis* p. 116. *f.* His num *Ariſtoteles* connumerari debeat, nec ne, dubium eſt. Platonici quidem ſuum omnino eſſe volunt *Ariſtotelem*: nec diſſitendum eſt, admodum affinem & cognatam eſſe opinionem ejus hujus generis praeceptis. Mundum enim ex omni fuiſſe aevo, & cum Deo quidem ſeu primo motore vinculo indiſſolubili connexum, diſerte in *Libris Metaphyſicorum* ſciſcit. Sed ut omnis *Ariſtotelis* doctrina de rebus, quae ſub adſpectum non cadunt, valde impedita eſt; ita non ſatis liquet, num crediderit, fluere de Deo materiam perpetuo, an vero aliam animo hujus rei notionem informaverit, an potius, quum ſibi dicere videretur aliquid, reapſe nihil dixerit. Nec igitur plane accedo viris doctis, qui Platonicorum & *Ariſtotelis* conjungunt opiniones, nec prorſus repugno. Alteram claſſem illi conſtituunt, qui ſemper quidem intra Deum reconditam fuiſſe materiam arbitrantur, at certo tamen & definito tempore ab eo protruſam & formatam eſſe, judicant. Cui quidem opinioni tot inter veteres & recentiores, ipſos etiam Judaeos & Chriſtianos, favent, ut incredibile dictu ſit. Vid. *Abrah. Hinckelmannus*, vir longe doctiſſimus, in *Detectione fundamenti Boehmiani* p. 84. & de Indis *Bernierius Voyages aux terres aux grand Mogol T.* II. *p.* 164. de Judaeis *Jac. Baſnage Hiſtoire des Juifs Tom. IV. p.* 136. *f.* Nec aliter, id quod vel ex *Irenaeo* patet, ſenſerunt plerique eorum, qui primis rerum Chriſtianarum temporibus civitatem ſacram turbarunt.

(*o*) *Ariſtotelem*] Quae de *Ariſtotele* hic dicuntur, ea lucem ex illis accipient, quae paullo ante de ejus ſententia diſſeruimus. Non cum illis componi prorſus poteſt *Ariſtoteles*, qui bina rerum ſeparataque ſtatuunt principia, Deum & materiam. Aptiſſime enim utrumque hoc initium conjunxit Stagirita, atque ipſa naturae neceſſitate Deum cohaerere cum mole hac corporea putavit. Quare, quod jam dixi, recentiores Platonici facili negotio in ſuam eum ſententiam de aeterna mundi ex Deo emanatione trahere poterant. Quamquam hoc genus, quod incredibili flagrabat ſtudio, omnes diſſenſiones veterum ſapientum tollendi, quo Chriſtianis occurrere poſſent melius, dum *Platonem* idem etiam docuiſſe pugnavit, modum omnino exceſſit.

(*p*) *Sed nec illos*] Haec eos feriunt, qui, invita prorſus veritate, *Ariſtotelem* exiſtimaſſe volunt, Deum ex nihilo condidiſſe omnia. Olim *Georgius Trapezuntius* id obtinere ſtuduit, quem *Beſſarion* repreſſit *Libro* III. *contra calumniatorem Platonis Cap.* 13. 20. 27. Recentius, praeter alios quosdam, immoderato *Ariſtotelis* amore

by Google

ſarum praeſtantiſſima. Subſtantiam autem & materiam, ex qua factus eſt mundus, non natam, ſed ſemper ſubjectam opifici, diſponendam ſe & ordinandam, adque ipſius ſimilitudinem, quantum fieri poteſt, effingendam ſeſe praebuiſſe. Non enim ex nihilo exſtitit mundus, ſed ex eo, quod non pulcre, non recte, nec perfecte ſeſe haberet, quomodo ſunt domus, veſtis, ſtatua.

Exploratum eſt quoque, (r) *Hermogenem* aliosque eorum, qui primis temporibus coetus conturbarunt *Chriſto* conſecratos, materiam non eſſe factam, ſed aeternam, aſſeveraſſe. Cujus dogmatis cauſſa *Materiarii* vulgo vocati ſunt. His autem idcirco error hic probatus fuit, non ſecus ac antea Stoicis, quod ope ejus quaeſtionem de origine mali cenſuerunt explicari, Deumque omnis culpae abſolvi poſſe. (s) Ipſam eorum hanc in rem argumentationem *Tertullianus* conſigna- 212
vit: (*) *Deus omnia conſtruxit aut de ſemet ipſo, aut de nihilo, aut de materia. Ex ſemet ipſo condere non potuit omnia. Nam, quum ipſe factus non ſit, conditor re vera nihil eſſet, ſi ex ſe feciſſet aliquid. Neque ex nihilo efficere potuit omnia. Nam, quum natura bonus ſit & optimus, nihil non feciſſet optimum, nec ullus idcirco locus malo cuidam in orbe fuiſſet. At ſunt mala in hoc mundo: neque mala haec ex Dei voluntate procedere potuerunt. Igitur intelligi oportet ex vitio rei alicujus illa eſſe profecta. Itaque ex materia ſine dubio nata ſunt, ex qua omnia cernuntur facta eſſe.* Poſtremo (t) recentiores quasdam inter Chriſtianos ſectas adhuc pro materiae pugnare aeternitate, ne-

(*) Adv. Hermog. p. 282. Reg. (Cap. 2. p. 138. ed. Venet.)

re flagrantes, *Jo. Zeiſoldus* in primis, Prof. Jenenſis, *Libro de Ariſtotelis cum ſcriptura ſ. conſenſu Diſp.* II. *Art.* 1. §. 1. *p.* 68. multis diſputat, *dari*, ut verbis ejus utar, *juxta Ariſtotelem verum mundi principium & creationem cum novitate eſſendi.* Conſer, quae idem antea dixerat *Diſp.* II. *Art.* 1. *Sect.* 1. §. 10. *ſ. p.* 60. Et hic ipſe *Zeiſoldus l. c.* §. 13. *p.* 61. ut probet novam & inauditam hancce ſententiam, locum illum in primis tentatur & urget, ex quo *Cudworthus* negat hoc oſtendi poſſe. Exſtat is *Libro I. Metaphyſ. Cap.* 2. *p.* 263. *T.* IV. *Opp.* Quamobrem ſuſpicor fere, hunc *Zeiſoldum* maxime ſpectaſſe *Cudworthum*, quum haec litteris conſignaret. Eumdem, omiſſo licet nomine, caſtigaſſe videtur *Jac. Thomaſius de exuſtione mundi Stoica Diſſ.* IV. *p.* 58. *ſ.* Aperte vero hic de cauſſa perſtringitur a *Jo. Franc. Buddeo de conciliatione philoſophorum cum ſcriptura S.* in *Obſervat. Halenſibus T.* III. *Obſ.* XIII. §. 7. *p.* 243.

(q) *Plutarchum*] *De procreat. animae ex Timaeo T.* II. *Opp. p.* 1014.

(r) *Hermogenem*] Non *Hermogenes* tantum, ſed plerique omnes, qui primis rerum Chriſtianarum temporibus dogmata diſſeminarunt ſacris Litteris contraria, Deo aeternam adjunxerunt materiam. His *Materiariorum* nomen *Tertullianus* primus impoſuit *Libro contra Hermogen. Cap.* 15. *p.* 242. *Opp.* quod alii poſtea retinuerunt.

(s) *Ipſam eorum argumentationem*] Verba non *Tertulliani* aut *Hermogenis* hic affert *Cudworthus*, verum ſua. Sed dum ſuis verbis vir doctus *Hermogenis* exponit argumenta, ſuppeditat illi quaedam, quae *Tertullianus* nusquam *Hermogeni* adſcribit, & omittit alia, quae ipſi tribuit. Id facile ex ipſis *Tertulliani* vocibus intellectu erit, quibus *Hermogenis* argumentationem explicat *Cap.* 2. *p.* 138. *Praeſtruit, Dominum aut de ſemet ipſo feciſſe cuncta, aut de nihilo, aut de aliquo. —— Negat, illum ex ſemet ipſo facere potuiſſe, quia partes ipſius fuiſſent, quaecumque ex ſemet ipſo feciſſet Dominus. Porro in partes non devenire, ut indiviſibilem & indemutabilem, & eumdem ſemper, qua Dominus.* (Hanc rationem *Cudworthus* praetermittit, & longe aliam in ejus locum ſubſtituit, quam neſcit *Tertullianus.*) *Ex nihilo non potuiſſe eum facere ſic contendit, bonum & optimum definiens Dominum, qui bona atque optima tam velit facere, quam ſit: immo nihil non bonum atque optimum & velle eum & facere. Igitur omnia ab eo bona & optima oportuiſſe fieri ſecundum conditionem ipſius. Inveniri autem & mala ab eo facta, utique non ex arbitrio, nec ex voluntate: quia, ſi ex arbitrio & voluntate, nihil incongruens & indignum ſibi faceret. Quod ergo non arbitrio ſuo fecerit, intelligi oportere ex vitio alicujus rei factum: ex materia eſſe ſine dubio.*

(t) *Recentiores quasdam*] Socinianos in primis intelligit, quorum praecipuos negare, notum eſt, Deum ex nihilo terrarum orbem conſtruxiſſe. Sed nec inter reliquas Chriſtianorum familias deſunt, quibus idem placet. Ex civibus *Cudworthi*, ut de

Digitized by Google

neminem temere fugit eruditorum. Verum hi simul, quod olim feciſſe Stoicos diximus, nihil eſſe in hac univerſitate, ſi a corporibus diſceſſeris, reliqui, contendunt.

§. VII. De his omnibus, cujuscumque demum ſint generis, qui duo rerum principia per ſe ab aeterno exiſtiſſe Deum & materiam ſtatuunt, ſi quis noſtram requirat ſententiam, equidem ſic generatim pronuntiari debere arbitror, nec omnino eos in eorum eſſe numerum referendos, qui talem Deum eſſe, qualem credere fas eſt, credunt, nec in eorum prorſus, qui Deum negant, coetum aggregandos.

Eſt in animis eorum certa quaedam ſupremi Numinis impreſſa notio, quae ab ea non videtur diſcrepare, quam (v) apud *Ariſtotelem* his vocibus expreſſam legimus: *ζῶον ἄϊδιον, ἄριστον, animal aeternum, & ſimul optimum*, quamve (x) *Epicurus* etiam hoc modo propoſuit: *ζῶον πᾶσαν ἔχον μακαριότητα μετ' ἀφθαρσίας, animal omnem habens beatitatem, adjuncta incorruptibilitate.*

Hanc autem qui adhibent definitionem, eos profiteri, manifeſtum eſt, praeter materiam ſenſus omnis expertem, naturam eſſe quamdam, quae ex infinito tempore ſine ulla cauſſa exſtiterit, eamque non modo animatam & viventem, ſed etiam intelligentia & ratione valentem. Quod dum profitentur, prorſus ſeſe ab illis ſejungunt, qui Deum eſſe negant: quippe quos materiam, aut omni omnino vita vacuam, aut intelligentia ſaltim & cognoſcendi facultate carentem, unicum rerum omnium principium conſtituere, exploratum eſt. Id ſaepius quidem animadverſum eſt, inter eos, qui Deum omnino adſpernantur, nonnullos eſſe tamen, qui materiam, ad quam rerum omnium origines referunt, vita quadam ſive natura genitrice induere non vereantur. Dudum eſt, quod *Seneca* duplex *hoc impietatis genus* his verbis indicavit: (†) *Univerſum, in quo nos quoque ſumus, expers eſſe conſilii, & aut ferri temeritate quadam, aut natura neſciente, quid faciat.* Verum nemo maleſanae hujus cohortis id a ſe potuit impetrare, ut naturam illam, a qua tamquam capite res ceterae omnes manarunt, conſilii participem faceret, aut totam hanc univerſitatem a natura quadam ſentiente, cogitante, ac ratiocinante adminiſtrari diceret. Quotquot e contrario Deum eſſe negant, id quod antea demonſtratum eſt, cuncta animalia, vitamque omnem, conſilium & cognitionem & naſci & interire, id eſt, ex nihilo produci, & ad nihilum poſtremo redigi, praecipiunt. Quae quum ita ſint, ſic rationem concludimus: non eſſe componendos cum divinitatis hoſtibus, qui principium illud, a quo cuncta ſunt profecta, non ſolum animatum, ſed & certa notitia & intelligentia praeditum eſſe cenſent.

213 Recte *Balbus*, quem (y) *Cicero* loquentem inducit, illum eſſe Deum credere, affirmat, qui *ab animantibus principiis mundum eſſe generatum* doceat, atque eumdem a ra-

(†) Nat. Quaeſt. Praef. L. I. (T. II. Opp. p. 485.)

aliis taceam, *Thom. Burnetus* non ita pridem hanc opinionem profeſſus eſt. Vid. ejus *Archaeologiae philoſ. Lib.* II. *Cap.* 9. *p.* 520.

(v) *Apud Ariſtotelem*] *Metaphyſ. Lib.* XIV. *Cap.* 8. *p.* 479. *T.* IV. *Opp.*

(x) *Epicurus*] Non *Epicuri* verba hic expreſſit, ſed ſententiam. *Epicuri* verba de Deo apud *Diogenem Laërtium Libro* X. *Segm.* 123. *p.* 655. haec ſunt: Πρῶτον μὲν τὸν Θεὸν ζῶον ἄφθαρτον καὶ μακάριον νομίζων. *Primum quidem Deum eſſe animal immortale & beatum puta.*

(y) *Cicero*] *De natura Deor. Lib.* II. *Cap.* 30. *p.* 2999. *T.* IX. *Opp.* Non hoc vero loco *Balbus* diſquirit, quinam ex Atheorum eximendi ſint numero, ſed quemadmodum Stoici diſputationem

Digitized by Google

natura ejusmodi perpetuo gubernari censeat: *res omnes naturae sentienti subjectas esse.*

Sed quo *divinum* hocce *animal* a ceteris omnibus distinguant animantibus, hi, quibus ista definitio arridet, adjiciunt, ἄριστον esse illud & μακαριώτατον, *optimum & beatissimum.* Quam sequutus rationem, *Balbus*, Stoicae familiae philosophus, (z) apud *Ciceronem* parum perfectam fore Dei ratus est notionem, nisi hanc ipsam differentiam generaliori vocabulo *animans*, quo Deum designat, adderet: *Talem esse Deum, certa notione animi praesentimus: primum, ut sit animans, deinde ut in omni natura nihil eo sit praestantius.*

Sic igitur his Dei professoribus, quos non male *Materiarios* vocaveris, persuasum erat, Deum esse naturam perfectissimae compotem sapientiae, quae pro lubitu & arbitrio totam, qua haec universitas continetur, materiae molem commovere queat & moderari, quum ipsa materia nullam habeat sese ulla ratione incitandi, aut aliquid extra sese producendi facultatem. Neque aliquis in hoc genere umquam exstitit, si ab illis abeas, qui ab *Anaxagora* (*a*) disciplinam acceperunt, qui Deum formas omnes corporum inanimatorum & mentes animalium condidisse negaret. Interim in hac universi erant sententia, res omnes saltim a Deo apte collocatas, dispositas, & ordinatas esse: quam propter caussam δημιουργὸν sive conditorem & fabricatorem orbis commode eum vocari posse, concedebant.

Nihilo tamen minus, quum materiam Dei opus esse negarent, contra eam saepenumero Deo refragari ac contumaciter resistere contenderent, ex qua materiae contumacia omne malum nasci praedicabant, a quo Deus maximopere abhorreat, fieri nullo modo potuit, ut Deum omnipotentem esse crederent, si quidem vox haec nativo proprioque sensu suo capiatur. Idque ex his etiam (*b*) *Senecae* de Deo quaestionibus manifestum est: *Quantum Deus possit; materiam ipse sibi formet, an data utatur; Deus, quidquid vult, efficiat, an in multis rebus illum tractanda destituant, & a magno artifice prave formentur multa, non quia cessat ars, sed quia id, in quo exercetur, saepe inobsequens arti est.* Quamobrem non, ut opinor, erravero, si hos ipsos Dei assertores, qui materiam supremo Numini comitem & sociam adjungunt, perversam & adulterinam Dei notionem in animis habere dixero.

Eos vero vicissim falli arbitror, qui idcirco homines hos inter eos, qui Deum omnino esse negant, referri debere a nobis, ducunt. Nec enim, quid obstet, sentio, ne in plura illos partiamur genera, qui Deum esse credunt. Fateor, si quis proprie velit & accurate loqui, nullos Dei professores vocari debere, praeter eos, qui unum esse Deum, eum prorsus omnipotentem, censent, ex quo solo reliqua omnia manaverint, universaque materia suam ducat unice originem. Idem tamen infirmitatis, quae mortalium contaminavit ingenia, hanc esse judico rationem

de Deo distribuere soleant, explicat. Legas, si placet, ipsa *Ciceronis* verba, ut rectius judicare queas, quid sibi *Balbus* voluerit: *Secunda* (pars disputationis de Deo) *est, quae docet, omnes res subjectas esse naturae sentienti, ab eaque omnia pulcherrime geri: quo constituto, sequitur, ab animantibus principiis eam esse generatam.*

(z) *Apud Ciceronem*] *De natura Deor. Lib.* II. *Cap.* 17. *p.* 2977. *T.* IX. *Opp.*

(*a*) *Ab Anaxagora*] Hic enim, id quod, praeter alios, *Diogenes Laërtius Lib.* II. *Segm.* 9. *p.* 85. memoriae prodidit, *animantes primum ex humore & calore terraque natas esse*, docebat, &, quod *Plato* graviter in eo reprehendit, tametsi mentem adderet materiae, pleraque tamen, quae contingerent ei, ad caussas naturales, *aethereas & aqueas*, referebat, in *Phaedone p.* 393. *Opp.*

(*b*) *Senecae*] *Praef. Lib.* I. *Quaest. natural. T.* II. *Opp. p.* 485.

Digitized by Google

nem habendam, ut illis etiam aliquis in divinitatis assertoribus locus concedatur, qui, tametsi negent, materiam a supremo Numine conditam esse, unum tamen sapientissimumque rerum principium exsistere putant, quod ex infinito tempore fuerit, totamque hanc orbis molem & fabricatum sit, & perpetuo administret. Neque aequo ferre possum animo, supremae statim impietatis aliquem hac una de
214 caussa postulari, quod materiam sempiternam esse, nec a Deo factam, sibi persuadet: cujus ego criminis eos tantum esse reos arbitror, qui ex sola materia vitae sensusque experte res omnes derivant, mentemque aeternam & ex nulla caussa natam materiae praesidere, negant. Haec mea sententia communi omnium sensui mihi videtur esse consentanea. Certe *Epicurus* & *Democritus* numquam Atheis fuissent aggregati, si hoc unum tantummodo praecepissent, corpuscula individua, quae atomos nominant, sine ulla caussa ab aeterno exstitisse. Idem enim *Anaxagoras* & *Archelaus* docuerunt; quibus tamen sceleris hujus notam non inustam esse accepimus. Hoc vero illis nocuit, quod *perfectissimam mentem*, quam hi materiae comitem dabant, omnino sustulerunt, mundumque censuerunt esse conditum (c) μηδενὸς ἀμεταπτώτου ἢ ἀμεταξαμένου, ἅμα πᾶσαν ἔχοντος μακαριότητος μετ' ἀφθαρσίας, *nulla natura, cum consilii & rationis, tum beatitudinis & incorruptibilitatis participe, disponente omnia & gubernante.*

§. VIII. Dei nulla verior & accuratior definitio, nulla etiam brevior excogitari potest, quam haec: *Deus est natura ex omni parte perfecta.* Ab ejusmodi enim si discesseris natura, nulla comprehendi animo potest alia, quae non possit non exsistere necessario. Ita vero notio cuncta, quae in Deum cadere possunt, complectitur. Igitur, qui naturam nominat perfectissimam, is eam non modo sine ulla caussa per se ac necessario exsistere, summaque praeditam esse intelligentia & sapientia, confirmat, verum etiam facultatem res omnes generandi & procreandi, infinitamque potentiam & virtutem in ea inesse profitetur. Deus non ζῶον tantum est ἄριστον, *animans, quo nihil in omni natura praestantius*; quam illi descriptionem adhibent, qui Deum cum materia conjungunt: neque κρατοῦντα πάντων, *rerum omnium potentissimum*; quam (d) *Zenoni Eleati* placuisse definitionem accepimus: sed etiam παντοκρατὴς est simul παντοκράτως & παντέργου, *infinite potens, omniumque rerum caussa efficiens.* Quare neque materia neque res ulla alia per se sine Deo potest exsistere; quippe qui unicus ille fons est, ex quo cuncta manant atque profecta sunt.

Sed haec Dei virtus omnia, quae vult, efficiendi mirifice invisa est impietatis professoribus, qui se prorsus negant intelligere, qualis haec sit efficientia infinita, propterea ad inanes eam sonos & mera vocabula referunt. Hac ego de caussa breviter naturam ejus declarabo, binisque propositionibus totam ejus sic, nisi fallor, indolem exponam, ut, cur amplius de obscuritate conqueratur, ne-
mo

(c) Μηδενὸς ἀμεταπτώτου] Haec nullius Graeci auctoris, sed ipsius *Cudworthi*, verba sunt. Ceterum eos, qui materiam aeternam esse fatentur, non propterea statim inter divinae naturae adversarios referendos esse, si ceteroquin non male de Deo sentiant, & ipsa ratio docet, & post *Cudworthum* copiose & erudite demonstravit *Samuel Clarckius* in *demonstratione exsistentiae Dei P. I. Cap. 4. p. 44.* versionis Gallicae.

(d) *Zenoni Eleati*] Testis est *Aristoteles Libro de Xenocrate, Zenone, & Gorgia Cap. 3. p. 640. T. II. Opp.*

(e) *Homerus*] Primus locus exstat *Odyss. Libro IV. vs. 226. 227.* alter *Odyss. Lib. Z. vs. 432. 433.*

(f) Li-

Digitized by Google

mo hujus gregis habeat. Primo igitur *infinitam potentiam* nihil esse aliud affirmo, quam perfectam potentiam, seu, ut *Simplicio* vocatur, ὅλων δυναμιν *potestatem absolutam & integram*, a qua omnis omnino imbecillitas & inopia virium remota est. Deinde hanc ipsam perfectam potentiam, quae ab infinita non nisi nomine differt, facultatem esse dico faciendi atque procreandi omnia, quae animo possunt fingi & concipi, nec inter se ita pugnant, ut alterum tollatur ab altero. Nam, quod suo loco copiosius demonstrabitur, potentia nulla alia re terminatur, quam ingenii nostri viribus & foecunditate, aut *mensura potentiae vis concipiendi* est.

Non erit, opinor, alienum hujus loci, si eos ipsos, qui Deum inter gentes verae Dei cognitionis nescias professi sunt, omnipotens communiter praedicasse supremum Numen, observavero. Constat id ex innumeris eorum, quorum producemus aliqua, pronuntiatis.

(*e*) *Homerus Odyss.* Δ.

—— —— Θεὸς ἄλλο τ' ἐπ' ἄλλῳ
Ζεὺς αἰεὶ πέμπῃ κακὸν ἠδὲ καὶ ἐσθλόν· δύναται γὰρ ἅπαντα.

—— —— *Deus aliud post aliud*
Jupiter bonumque malumque dat: potest enim omnia. 215

Idem postea *Odyss.* Ξ. ait:

—— —— Θεὸς δ' ἐπὶ μὲν δώσει, ἐπὶ δ' ἐκάσσει,
Ὅππῃ κεν ᾧ θυμῷ ἐθέλῃ· δύναται γὰρ ἅπαντα.

—— —— *Deus autem hoc dabit, illud omittet,*
Quodcunque ei libitum fuerit: potest enim omnia.

Idem jam ante *Homerum* cecinit (*f*) *Linus:*

Τέλεσε πάντα Θεῷ πελέσαι, καὶ ἀνύσαι ἐδύνω.

Et post *Homerum* (*g*) *Callimachus:*

Δαίμονι μὲν πᾶν δυνατόν.

Deus omnia potest efficere.

Omnia sunt speranda, nec insperabile quidquam est:
Cuncta Deus peragit facile, & nil impedit ipsum.

In

(*f*) *Linus*] *Jamblichus* in *Vita Pythagorae* Cap. 28. p. 117. 118. hos binos versus recitat, tamquam initium carminis heroici, quod *Lino* tribuant Pythagoraei:

Ἕλπιδες καὶ πάντ' ἐστὶ θεὸν τέλεσαι ἀέλπτως·
Τέλεσε πάντα Θεὸς τελέσαι, καὶ ἀνύσσαι ἐδύνω·

Sed addit *Jamblichus*, videri sibi, non esse *Lini* hos versus, sed a Pythagoraeis profectos.

(*g*) *Callimachus*] *Plutarchus de placitis philos. Lib.*

Digitized by Google

In Latinis vatibus *Virgilius Aeneid. Libro primo* haec habet:

Sed PATER OMNIPOTENS *ſpeluncis abdidit atris.*

Et *Libro* II. *Aeneid.* ita canit:

At pater Anchiſes oculos ad ſidera laetus
Extulit, & coelo palmas cum voce tetendit:
Jupiter OMNIPOTENS, *precibus ſi flecteris ullis.*

Nec aliter *Ovidius Metamorph. Libro primo:*

Tum pater OMNIPOTENS *miſſo perfregit Olympum*
Fulmine, & excuſſit ſubjectum Pelion Oſſae.

Plures cur auctores laudem, nil cauſſae eſt. Unum commemorabo tantum *Agathonem*, verum poëtam Graecum, quem (*b*) *Ariſtoteles* ideo commendat, quod ſcriptum reliquerit, nihil non a Deo perfici poſſe, ſi hoc unum excipias, quod facta nequeat infecta reddere ac irrita, id eſt, ea efficere, quae directo pugnant inter ſe.

Μόνα γὰρ αὐτὸν καὶ θεὸς στερίσκει,
Ἁμαρτίαν ποιεῖν, ἅσσ' ἂν ᾖ πεπραγμένα.

Hoc namque dumtaxat negatum etiam Deo eſt,
Quae facta ſunt, infecta poſſe reddere.

216 Accedit his, quod illi ipſi inter profanas gentes, quibus Deus ipſe & omnis cum Deo exoſa fuit religio, infinitam potentiam inter eas retulerunt perfectiones, quae a Dei ſegregari notione nequeunt. Id vero ex *Lucretio* manifeſtum eſt, qui *Epicurum*, quum religionem aggreſſurus eſſet, infinitae potentiae notionem extrahere ſibi funditus ex animis hominum propoſuiſſe, perhibet.

(*i*) *Omne immenſum peragravit mente animoque,*
Unde refert nobis victor, quid poſſit oriri,

Quid

Lib. I. *Cap.* 7. *p.* 880. *T.* II. *Opp.* Ἀμελεῖ γὰρ (φησὶν) ὁ καστινὶς λόγῳ σὺν Καλλιμάχῳ τῷ λέγοντι·

—— —— —— Εἰ θεὸν εἶναι,
Ἴσθ', ὅτι καὶ μίξαι δύνατον καὶ δυνατόν·

Nugae enim poëtarum valeant una cum Callimacho, cujus hoc eſt:

Eſſe Deum ſi credis, & hoc te ſcire neceſſe eſt,
Nil non hunc etiam poſſe Deum facere.

Graecos verſus ita ſcripſi, ut ab illuſtri viro, *Rich. Bentlejo*, digeſti ſunt in *Fragmentis Callimachi N.* 137. *p.* 372.

(*h*) *Ariſtoteles*] *Libro* VI. *ad Nicomachum Cap.* 2. *p.* 98. *T.* III. *Opp.* Alia veterum de divina potentia teſtimonia *Tobias Pfannerus* collegit in *Syſtemate Theologiae gentilis Cap.* 2. §. 27. *p.* 99. quibus, ſi res id poſceret, multa liceret addere. Mihi vero dubium videtur, an, quos hic auctores *Cudworthus* laudat, eamdem infinitae potentiae notionem, quam ipſe paullo ante pro-

Digitized by Google

Quid nequeat: FINITA POTESTAS *denique quoique*
Quanam ſit ratione, atque alte Terminus haerens.
Quare RELLIGIO *pedibus ſubjecta viciſſim*
Obteritur, nos exaequat victoria coelo.

Quorum quidem verborum hanc eſſe vim & ſententiam, proclive intellectu eſt: *Epicurus*, quoniam omnem potentiam finitam eſſe docuit, totam reapſe religionem evertit & ſuſtulit. Illud enim, ad quod omnis refertur religio, de medio removit, Numen nimirum omnipotens, infinitaeque virtutis particeps. Atque hanc ipſam ſaepius cantilenam repetit *Lucretius:* Nullam eſſe potentiam infinitam, nec idcirco Deum exſiſtere talem, qualem profitentur illi, qui rectam rationem audiunt. Extremo vero *Libro ſexto* carminis ſui graviſſimae amicos religionis ſtultitiae arguit, quod infinitae potentiae naturam (ſive Deum) exſiſtere affirmarent. En ipſa hominis verba:

Rurſus in antiquas referuntur RELLIGIONES,
Et Dominos acres adſciſcunt, OMNIA POSSE
Quos miſeri credunt, ignari, quid queat eſſe,
Quid nequeat, FINITA POTESTAS *denique quoique*
Quanam ſit ratione, atque alte Terminus haerens,
Quo magis errantes tota regione feruntur.

Hic poëta, quae ſaeculi illius ſcabies erat, parum accurate ac diligenter loquitur, pluribusque Diis potentiam infinitam videtur attribuere. Sed ex ipſa virtutis hujus natura patet, eam in plures, praeter unum ſupremumque Deum, cadere nullo modo poſſe. Quamobrem & in illis poëtarum ceterorum, quae ſupra excerpſimus, effatis ſemper uni tantum Deo poteſtas haec adſcribitur. Quamquam hi omnes tamen ſingulos minorum gentium Deos certas quasdam infinitae virtutis hujus particulas, pro ſua quemque ratione, munere, & indole, traditas accepiſſe, ſimul exſtimabant.

§. IX. Ita vero nondum cuncta ſunt a nobis expedita, quae de recta perfectaque Dei notione cognitu ſunt neceſſaria. Etenim plura, praeter ſapientiam & potentiam iſta habeat natura, neceſſe eſt, quam Dei nomine appellamus. Deum univerſi naturam eſſe credunt ſumma omnium veneratione exquiſitiſſimoque ſtudio & propoſuerat, in animo habuerint. *Homerus* primum Jovi ſuo talem non potuit potentiam tribuere, qualem nos Deo tribuimus. Saepius enim principem Deorum fatorum decretis impediri, ne hoc vel illud facere queat, ſignificat: atque multa imbecillitatis divinae apud poëtam hunc teſtimonia exſtant. Idem de *Virgilio* dixerim: cujus qui poëma legit, is non ignorabit, Jovem ipſius, quem *omnipatentem* vocat, multis ſaepe circumveniri moleſtiis, iratamque Junonem conſiliis ejus non levia objicere impedimenta. Quot machinis, quot cuneis, quot adminiſtris, quot meditationibus Jovi illi Virgiliano & Homerico opus eſt, ut, quae cupit fieri, conſequatur? Ego quidem in eam prope venio ſententiam, ex veterum in primis poëtarum ordine paucos adduci poſſe, quibus idem de divina viſum fuerit potentia, quod nobis, vocabulumque *omnipotens*, nihil apud plerosque denotare, quam *multipotens*, aut naturam indicare multo plura valentem efficere, quam homines.

(i) *Omne immenſum*] *Lucretius Lib.* I. *vſ.* 75. *ſ. p.* 30. Alter, qui ſequitur, locus, exſtat *Lib.* VI. *vſ.* 61. *p.* 436.

& amore digniſſimam. Finge vero Deum, ſumma quidem ſcientia & abſoluta nec ullis circumſcripta limitibus potentia praeditum, at omni tamen juſtitia & benignitate, quae voluntatem ejus moderetur & dirigat, vacuum, nec habebis aliquid in animo, quod venerabile ac auguſtum appellare poſſis. Notum eſt, quod in proverbiis verſari ſolet: *Sine bonitate nulla majeſtas.* Neque etiam deſiderabilis & amore dignus is tibi Deus videbitur, quem cur metuas & verearis, ſatis in eo multas, cur diligas, & fiducia plenus complectaris, nullas prorſus cauſſas animadvertis. (k) *Plutarchus* in *Vita Ariſtidis*: Τὸ θεῖον τελεῖ δοκεῖ διαφέρειν, ἀφθαρσίᾳ, καὶ δυνάμει, καὶ ἀρετῇ· ὧν συμπάντων ἡ ἀρετὴ καὶ θειότατον ἐστι· ἀφθάρτῳ μὲν γὰρ ἐνεστι καὶ τῷ κενῷ καὶ τοῖς στοιχείοις συμβέβηκε· δυνάμιν δ' ἔσεισε καὶ πέφανται καὶ πνεύμάτων ὁρμαὶ καὶ ῥεύμάτων ἐμφύσαι μεγάλων ἔχουσι· δίκης δὲ καὶ δικαίου οὐδὲν ὅπη μὴ τῷ φρονεῖν καὶ λογίζεσθαι τὸ θεῖον μετειλαφέναι, δι' ὃ καὶ τρεῖς ὄντων, ἃ πεπιθασιν οἱ πολλοὶ πρὸς τὸ θεῖον, ζῆλαι, καὶ φόβοι,
217 καὶ τιμαὶ ζηλοῦν μὲν αὐτὸς καὶ μακαρίζειν ἔοικασι τὸ ἀφθαρτον καὶ ἀίδιον. ἐκπλήττεσθαι δὲ καὶ δεδοικέναι τὸ κύριον καὶ δυνατὸν, ἀγαπᾶν δὲ καὶ τιμᾶν καὶ σέβεσθαι τὸ καὶ δικαιοσύνην. *Et quidem Deus tribus praecellere videtur, immortalitate, potentia, & virtute: inter quas ſummae majeſtatis eſt & divinitatis virtus. Nam vacuum quoque & elementa aeterna ſunt: vim vero terrae motus, fulgura, ventorum procellae, aquarum impreſſiones ingentem obtinent. At juris rectique ne Deus quidem, niſi ſapiendo & ratiocinando, venit in conſortium. Quare, quum tria quoque ſint, quibus affectum erga Deum vulgus eſt, quod eum beatum putet, timeat, & honoret; beatum ducere videtur, quia immortalis eſt, nec interit, exhorreſcere & metuere ob vim & potentiam, diligere & honorare & venerari juſtitiae cauſſa.* Certe, Deum qui nobis narrant infinitis viribus inſtructum, cunctisque ſimul legibus ſolutum, illi naturam nobis deteriorem minusque amabilem, quam malus erat Manichaeorum Deus, loco Numinis obtrudunt. Etenim malus ille Deus finite tantum malus eſſe poteſt: illi vero, quo minus infinite malus ſit, nil obſtat. Quidquid id eſt, hoc ego dubio propemodum carere arbitror, totam Manichaeorum doctrinam, ſi conjunctim ſpectetur, multo plus habere ſpeciei atque dignitatis, quam eorum ſententiam, qui rerum omnium gubernationi Deum praeficiunt omnis legis atque bonitatis expertem, at infinitae potentiae participem. Quod enim Manichaei comminiſcuntur malum principium, id aliud ſemper adjunctum habet principium, quoniam natura bonum ac benignum eſt, actionibus & conſiliis mali principii ſemper intercedit & reſiſtit. Taceo, minus id honorificum videri Deo, ſi juſtitiae & bonitatis habeatur inops, quam ſi aliqua laborare dicatur infirmitate.

Adde his, quod ſola ſcientia & potentia nullam naturam perfecte beatam reddere

(k) *Plutarchus*] In *Ariſtide p.* 322. *T.* I. *Opp.*

(l) *Ariſtoteles*] *Magnor. Moralium ſ. Eudemior. Libro* VII. *Cap.* 14. *p.* 384. *T.* III. *Opp.*

(m) *Plato*] *Libro* VI. *de Republica p.* 477. *Opp.* Omiſit pauca quaedam & mutavit in verbis *Platonis Cudworthus*, ſed de ſenſu & ſumma orationis nihil detraxit. Verſionem *Ficini* ad perſpicuitatem, quantum per *Platonem* ipſum licuit, accommodavi. Quam vero hic vir doctiſſimus inter *Platonis* & *Ariſtotelis* de bonitate Dei ſententias ſibi deprehendiſſe viſus eſt convenientiam, eam mihi non licuit intelligere. Quaeritur, an bonitas in divinis perfectionibus ſupremum locum teneat. Illud quidem *Plato* affirmavit; non item, ſi quid judico, *Ariſtoteles*. Deus *Ariſtotelis*, quidquid agit, id neceſſitate agit naturae. Movet coelum & reliqua certa ratione omnia: ſed nec a motu illo ceſſare, nec res aliter, atque ſunt, componere aut digerere poteſt. Quaecumque idcirco cum naturis communicat inferioribus, ea non poteſt non communicare. Talis natura quidnam, obſecro, verae & proprie ſic dictae bonitatis habet? Hunccine bonum, clementem, benignum appel-

la-

Digitized by Google

dere poſſunt. Omnibus nimirum mortalibus natura μάντιν πως, ut *Plato* & *Ariſtoteles* loquuntur, ingenitum eſt, aut divinatio quaedam ac neſcio quae praeſenſio impreſſa eſt, eſſe aliquid melius & excellentius in rerum natura, praeter potentiam & cognitionem. Scientia & cognitio, id quod omnes ſentiunt, praeſtabilior eſt potentia; cujus quippe coecos impetus praecipitesque conatus una temperat & moderatur ratio. Atqui ipſe praecipit (*l*) *Ariſtoteles*, eſſe λόγου τι κρεῖττον, quod ſit ἀρχὴ λόγου, *melius aliquid ratione & cognitione, unde ratio nimirum omnis orta & nata ſit.* Nam, inquit philoſophus, λόγου ἀρχὴ ὁ λόγος, ἀλλά τι κρεῖττον, *rationis principium non eſt ratio, verum praeſtantius aliquid.* Quo etiam loco ſignificat, id ipſum, quod omni majus & ſuperius ratione eſt, praeter Deum, nullum eſſe poſſe alium. Τί δὲ ἂν κρεῖττον ἢ ἐπιστήμης εἴη, πλὴν ὁ Θεός. *Quid autem ſcientia praeſtantius eſt, niſi Deus?* Alio loco diſerte ſcriptum reliquit *Ariſtoteles*, divinam naturam virtutis & juſtitiae compotem eſſe, & in hac praecipue felicitatem ejus eſſe poſitam, non vero in externis rebus aut poteſtatis, qua valet, exercitatione & uſu (*) Ὅτι μὲν δὴ ἑκάστῳ τῆς εὐδαιμονίας ἐπιβάλλει τοσοῦτον, ὅσον περ ἀρετῆς, καὶ φρονήσεως, καὶ ἔργων πρακτέων καὶ πράξεως, ἴσως συμφωνολογηθέν ἡμῖν, μάρτυρα τῷ Θεῷ χρωμένοις· ὃς εὐδαίμων μέν ἐστι καὶ μακάριος, οὐ διὰ τῶν ἐξωτερικῶν ἀγαθῶν, ἀλλὰ δι' αὐτὸν αὑτὸν, καὶ τῷ πεφυκέναι πως οὕτως ἔχειν τὴν φύσιν. *Tantum igitur ad unumquemque felicitatis pervenire, quantum cuique virtutis & prudentiae & actionum his conſentanearum contingit, convenire neceſſe eſt inter nos, qui hac in re Deo ipſo teſte utimur. Is enim, quamvis fortunatus & beatus ſit, non tamen propter externa quaedam bona beatus eſt, ſed ipſe propter ſe, & quia ex ipſa natura ſua talis eſt*, id eſt, quoniam ipſa natura ſua virtute & bonitate imbutus eſt. Hanc autem ex *Platone* doctrinam *Ariſtoteles* hauſiſſe videtur. Namque (*m*) 218
Plato Libris de Republica, quum de virtute diſſerit, ad quaeſtionem de ſummo bono, commoda occaſione oblata, divertit, idque bonum neque voluptatem eſſe, quemadmodum vulgus ſibi perſuadeat, neque ſolam ſcientiam & intelligentiam, quod alii cenſeant humanitate politiores ac ingenio, diſputat. Οἶσθα, ἔπη τοῖς μὲν πολλοῖς ἡδονὴ δοκεῖ εἶναι τἀγαθὸν, τοῖς δὲ κομψοτέροις φρόνησις· καὶ ὅτι τι οἱ τοῦτο ἡγούμενοι οὐκ ἔχουσι δεῖξαι, ἥτις φρόνησις, ἀλλ' ἀναγκάζονται πολὺ τελευτῶντες τἀγαθοῦ φάναι, μάλα γελοίως ἐνδεικνύμενοι, ὅτι τὸν τοῦτον τἀγαθὸν, λέγουσι πάλιν οὐκ εἰδότες. *Noſti, multitudini voluptatem bonum videri, elegantioribus vero ſapientiam. At qui hanc fovent poſteriorem opinionem, illi, ſi rogentur, qualis iſta ſit ſapientia, non habent, quod reſpondeant, ſed coguntur poſtremo dicere, ſapientiam boni ſeſe intelligere. Valde vero ridicule. Nos enim quum idcirco reprehendant, quod ignoremus bonum, ſic tamen nobiscum loquuntur & agunt, ac ſi noſſemus bonum illud.* Quibus aliisque expoſitis, haec addit: Καλῶν ἀμφοτέρων ὄντων,

(*) De republica Lib. VII. C. 1. (p. 569. T. III. Opp.)

laveris, qui ex omni aeternitate facit, quaecumque facit, nec facere ullo modo poteſt aliter? aut illum liberalem nomines, qui tantum dat, quantum dare cogitur neceſſario? Bini, quos producit vir doctus, *Ariſtotelis* loci huic non obſtant opinioni. Primo *Ariſtoteles* Deum eſſe meliorem ratione & fontem rationis ſciſcit. Id illi omnes libenter concedent, qui Deo nihil, niſi potentiam & ſapientiam, relinquunt. Altero Deum affirmat non bonorum externorum poſſeſſione beatum eſſe, ſed ſua natura & virtute inſita. Ne hinc quidem elicias, Deum ſumme bonum eſſe. Qui omnem a Deo bonitatem & juſtitiam removet, hanc tamen ſuam non invitus faciet ſententiam. Equidem eos minime probo, qui, quod olim juniores exiſtimaſſe Platonicos novimus, id ſibi datum eſſe credunt, ut diſcordiam omnem inter *Platonem* tollant & *Ariſtotelem*, qui certe univerſo genere & tota ratione diſſident.

εἶναι, γνώσεώς τε καὶ ἀληθείας, ἄλλο καὶ κάλλιον ἐπὶ τοῦτο ἡγεμόνος αὐτὰ, δρθῶς ἡγήσῃ. Ἐπιστήμην γὰρ καὶ ἀλήθειαν, ὥσπερ φῶς τι καὶ ὄψιν ἡλιοειδῆ μὲν νομίζειν δρθὸν. ἥλιον δ' ἡγεῖσθαι οὐκ δρθῶς, ἕτω καὶ ἐνταῦθα ἀγαθοειδῆ μὲν νομίζειν ἀμφότερα δρθὸν, ἀγαθὸν δ' ἡγεῖσθαι ἑκάτερον αὐτῶν τὸν δρθὸν, ἀλλ' ἐπὶ μειζόνως ἢ ἔξει ἀγαθὸ ἔξιν τιμητέον. Iametſi vero adeo pulcra & bona haec duo ſint, cognitio & veritas; is tamen errabit, qui bonum ipſum & differre ab his, & pulcrius etiam eſſe exiſtimabit. Quemadmodum enim qui lumen & videndi facultatem ſpeciem ſolis habere affirmat, non fallitur, errat autem, qui ipſum eſſe ſolem dicit: ita cognitionem & veritatem formam quidem & ſpeciem boni habere, dici poteſt, minime vero, ipſum eſſe bonum. Auguſtior enim eſt ipſius boni majeſtas & dignitas. Fallor, aut hic nihil prope dixit *Plato*, praeter id, de quo ipſe animi noſtri ſenſus apud nos teſtatur. Quodſi enim mentis noſtrae ſcrutemur receſſus, eſſe aliquod in ea vitae genus, ſive propenſionem quamdam ad honeſtatem & virtutem, deprehendimus, ex qua multo nobis major ac nobilior naſcitur voluptas, atque omnis illa, quam ſenſus pariunt, laetitia, aut omnis, cujuscumque generis ſit, ſcientia & meditatio praebere nobis poteſt.

Qualecumque vero demum ſupremum illud bonum ſit, quod omni ſcientiae & cognitioni anteponi debet, hoc extra controverſiam poſitum arbitratur (*n*) *Plato*, in Deo primum illud & praecipue reſidere. Quocirca Deum etiam *ἰδέαν τ' ἀγαθοῦ* nominat, *veram ideam ſeu eſſentiam boni.* Qua quidem in re Pythagoraeorum veſtigia premit: ex quorum nominatim familia (*o*) *Timaeus Locrus*, quum duo univerſitatis hujus principia conſtituiſſet, *mentem* & *neceſſitatem*, haec de ſuperiori verba ſubjicit: *Τετίων τὰ μὲν τᾶς τ' ἀγαθᾶς φύσιος εἶμεν θεόν τε ἀνωμαίοτατον ἀρχάν τε τᾶς ἀείσας. Harum rerum, id eſt, naturae bonorum eſſe quoddam rerum optimarum principium, idque Deum vocari.* Nec aliter philoſophi cenſent Hebraeorum ſive (*p*) Cabbaliſtae: quos *Sephiram* quamdam in divinitate collocare conſtat, quae & *Binah* &
219 *Chochmah*, *intelligentia* non minus, quam *ſapientia*, praeſtantior ſit & nobilior: quam idcirco *Chether* ſive *coronam* appellant. Et ſunt, qui doctrinam hanc vetuſtiſſimis jam temporibus inter Judaeos viguiſſe, neque *Parmenidi* fuiſſe ignotam, ſuſpicantur, qui Deum pariter *στέφανον* ſive *coronam* appellavit. Quare *Vellejus*, apud (*q*) *Ciceronem*, dum in eo eſt, ut varias philoſophorum de Deo ſententias enumeret, & hanc ſibi non eſſe praetereundam putavit. *Parmenides*, inquit, *commentitium quid-*

(*n*) *Plato*] Vellem, locum ſignificaſſet: nec enim haec ipſa de Deo verba apud *Platonem* exſtant. Similia vero paſſim legas. Vide *Lib.* II. *de Republica p.* 431. *Philebum p.* 77. *&c.*

(*o*) *Timaeus Locrus*] *Libro de anima mundi Cap.* I. *p.* 543. inter *Scriptores mythologicos* a *Thoma Gale* editos. Plura & alia veterum de Dei bonitate teſtimonia congeſſit *Tobias Pfannerus Syſtemate Theol. gentilis Cap.* 2. §. 23. *p.* 85.

(*p*) *Cabbaliſtae*] Tot vero exſtant tamque variae doctiſſimorum virorum interpretationes arboris Cabbaliſticae, ut difficile ſit, an haec *Cudworthi* primae Sephirae expoſitio firmamenti habeat aliquid. Lege vener. *Wolfii Bibliath. Hebraeae Vol.* II. *Lib.* VII. *Cap.* 2. §. 7. *ſ. p.* 1221. *ſ.* & *Jo. Franc. Buddei Introd. in Hiſt. philoſ. Hebraeorum* §. 39. *p.* 335. *ſ.* Tota res mirifice impedita eſt, nec ego quemquam fore aliquando mihi perſuadeo, qui expoſitionem afferat *Sephirarum* nullis expoſitam dubitationibus. Interim, ſi hoc aſſumas, quod mihi quidem veri eſſe ſimillimum videtur, ſupremi Numinis perfectiones, earumque cognitionem in tabula veluti Cabbaliſtas adumbrare voluiſſe, in hanc facile ingredieris ſententiam, quam *Cudworthus* tuetur, primam *Sephiram*, quam *Cether* ſeu *coronam* nominant, amorem divinum ſignificare, tamquam reliquarum omnium divinarum virtutum fontem ac principium.

(*q*) *Ciceronem*] *De natura Deor. Lib.* I. *Cap.* 10. *p.* 2895. Qui *Parmenidem* autumant exemplo Cabbaliſtarum fuiſſe adductum, ut Deum *στέφανον* ſeu *coronam* appellaret, illi neſcio an multos aſſentientes nacturi ſint. Vel ipſa *Ciceronis* verba, quae hic exhibentur, abunde hanc opinionem refellunt. Quare recte eam publice contemſit vener. *Wolfius* in *Notis ad Origenis philoſophumena Cap.* 11. *p.* 86.

87.

Digitized by Google

quiddam coronae ſimilitudine efficit, Stephanem appellat, continentem ardore lucis orbem, qui cingit coelum, quem appellat Deum.

Nondum tamen, tametſi quis haec omnia teneat, quale tandem ſupremum illud bonum ſit, quod ſcientiam nobilitate ſuperat, intimamque Dei naturam in primis conſtituit, compertum atque exploratum habet. Et *Plato* quidem, id quod nemo prudens negaverit, nimis ſaepenumero fabuliter & obſcure de eo praecipit. Quam propter cauſſam non tantum in *Ariſtotelis* incurrit reprehenſionem, verum etiam communem fere omnium vituperationem ſuſtinuit. Teſtes ſunt *Ampbis*, poëtae Graeci, quos (r) *Laërtius* recitat, verſiculi:

Τὸ δ' ἀγαθὸν ὅ, τί ποτ' ἐστιν. ἃ σὺ τυγχάνειν
Μέλλεις διὰ ταυτην, ἴσθι οὐδὲ τοῦτ' ἐγὼ,
Ἢ τὸ ὃ Πλάτωνος ἀγαθόν.

Atqui bonum illud, quod nanciſci cogitas
Te poſſe propter hanc, certe id minus ſcio,
Quam Platonis illud bonum.

Interim duo poni ab eo ad indolem boni illius declarandam, perſpicuum eſt. Primo ad naturam boni, quae a Dei non diſcrepat natura, benignitatem pertinere, praecipit: quod quidem (s) ex his ejus verbis patet, quibus & condidiſſe Deum hunc orbem, & certa lege modoque condidiſſe ſignificat: *Quum bonus eſſet, id vero, quod bonum eſt, omni careat invidia, propterea & orbem hunc fecit, & ita fecit, ut ſui, quantum fieri poſſet, ſimillimus eſſet.* Deinde omnis illud virtutis & juſtitiae radicem eſſe, cujus quippe unica norma & exemplum divina ſit natura, confitetur. Hinc virtus (t) *imitatio divinitatis* dicitur. Non ingenio ſunt & arte inventae ac excogitatae honeſtas & juſtitia, nec potentioris arbitrio & voluntate imbecillioribus pro lege datae, verum perfectiones ſunt naturae, quae ab ipſo ſupremo Numine ad homines manarunt & derivatae ſunt.

Longe ſacrae Litterae etiam hic *Platoni* antecellunt. Namque hae, rejectis omnibus metaphyſicis argutiis & inani ſubtilitate, perſpicue *caritatem* & *amorem*

nos

87. Quemadmodum vero de Deo ſenſerit *Parmenides*, & quae vis ſit hujus ſententiae, de eo infra diſſeretur ex inſtituto §. 21.

(r) *Laërtius*] *Lib.* III. *Segm.* 27. *p.* 181. Hi vero verſus, ſi quid video, non tam id carpunt in *Platone*, quod de bono ſubtilius, quam fas erat, praeceperit, ſed quod bonum iſtud ignotum eſſe dixerit. Servus enim, quem Comicus inducit, neſcire ſe ait bonum illud, quod ſperet dominus, aeque ac *Plato* boni ſui naturam nulli perſpectam eſſe aſſeveraverit. Certe *Socrates* apud *Platonem* quaeſtionem de natura ſummi boni in primis explicatu eſſe difficilem, nec quemquam enarrandae ejus naturae parem eſſe fatetur, *de republica Lib.* VI. *p.* 478. 479. Adde *Dialogum*, quem inſcripſit *Parmenides*, *p.* 57. ubi aperte: Ἄγνωστον ἡμῖν ἐστι καὶ αὐτὸ τὸ καλὸν, ὅ ἐστι, καὶ τὸ ἀγαθόν. *Ignotum nobis ipſum pulcrum & ipſum bonum eſt.*

(s) *Ex his ejus verbis*] Nullum dubium eſt, quin hic ea verba *Platonis* in *Timaeo* exprimat *p.* 527. quae ſubjicio: Ἀγαθὸς ἦν· ἀγαθῷ δὲ ἀνδρὶ περὶ ἀνδρὸς ἀνδρὸς ἐγγιγνέσθαι φθόνος τούτου δ' ἐκτὸς ὤν, πάντα ὅτι μάλιστα ἑαυτῷ παραπλήσια βούλοιτο γίγνεσθαι. *Bonus erat. Bonus autem nulla unquam aliqua de re invidia tangitur. Ergo, quum livor ab eo alieniſſimus eſſet, omnia ſibi, quantum fieri poterat, ſimillima fieri voluit.*

(t) *Imitatio divinitatis*] Ita veteres Pythagoraeos, Platonicos, nec non Stoicos vulgo virtutem definiiſſe, notius eſt, quam ut probari debeat. Multa collegit de hoc argumento *Renatus Vallinus* in *Notis ad Boëthium de conſolat. philoſ. p.* 23. *ſ.* Ipſe *Plato*, de quo hic praecipue ſermo eſt, in *Theaeteto p.* 128. inter alia: Ὁμοίωσις, inquit, θεῷ δικαίου καὶ ὁσίου μετὰ φρονήσεως γενέσθαι. *Dei ſimilitudo in eo conſiſtit, ut juſti, ſancti, & prudentes evadamus.*

Digitized by Google

220nos edocuerunt rerum omnium, quae mente tantum cernuntur, praeſtantiſſimum eſſe, atque non modo κρεῖττον illud λόγῳ καὶ ἐπιστήμης, quod quaerimus, *illud, quod ratione omni & ſcientia nobilius eſt*, ſed etiam virtutis omnis fontem atque animam. 1. *Cor.* XIII. 1. *Si vel hominum & angelorum linguis loquerer, & amore tamen vacarem, nil eſſem, praeterquam χαλκὸς ἠχῶν ἢ κύμβαλον ἀλαλάζον, aes tinniens aut cymbalum garrulum*, quod nimirum inanem tantum ſonum fundit, ipſum vitae omnis interioris expers. *Si vel vaticinandi facultate inſtructus eſſem, nec ullum me myſterium aut ulla ſcientia fugeret, ſi omnem fidem poſſiderem, ſic ut montes loco poſſem ſuo dimovere, & amoris tamen inops forem, nihil prorſus eſſem*, id eſt, vera animi delectatione, tranquillitate, ac felicitate carerem. *Quodſi vel omnes fortunas meas pauperibus erogarem, corpusque meum comburendum flammis traderem, nec amore ſimul eſſem plenus, haec mihi omnia nihil prodeſſent*, id eſt, cuncta haec externa germanam mihi virtutem, juſtitiam, atque gratiam haud impertire valerent. Aeque nobis evidenter ſacer Codex, qualis ſit ſupremi Numinis natura, explicat; quippe quam nec potentia nec ſcientia proprie abſolvi & contineri, tametſi nec his deſtituta ſit perfectionibus, verum amore in primis, perhibet. Nitantur, quantum velint, certi homines ingenio, ut tenebricoſos de Deo ſenſus ac neſcio quae flagitia pariant; id ſapientum tamen perſuadebunt nemini, naturam illam, quae ſibimet ipſa unice ſufficit, atque propria prae reliquis omnibus felicitate gaudet, (ἀπροσδεέστατον ἁπάντων καὶ αὐτοτελέστατον,) commodorum quorundam extra ſe poſitorum praepoſtero ſtudio duci, aut adventitiis bonis gaudere: multo etiam minus id ab homine rationis compote impetrabunt, ut naturam hanc conſilia deſpicientiae & odii plena in res a ſe conditas fovere credat.

Sed multi tamen ſunt mortalium, qui hoc dogmate turpiter abutuntur, atque ſimulacrum aliquod amoris & benevolentiae divinae ſibi fingunt, quod ſingularem illum reverentiaeque conjunctum maximae timorem, quo nos Deum fas eſt proſequi, exſtinguit, hominesque ad facinora quaevis & ſcelera incitat & abducit. Hujus generis levitatem ut comprimamus & ſtultitiam, Deum non abundare adjiciendum eſt mollitie quadam, aut abſurdo & puerili ardere amore, ſed juſtitiam indiſſolubili prorſus vinculo cum divina benignitate ſociatam eſſe. Deus eſt, id quod (v) auctor *Libri de mundo* ſcite ſcriptum reliquit, νόμῳ ἰσονομίας, *lex aequabilem juris rationem tenens*, & quae (x) vox *Platonis* eſt, μέτρον πάντων, *rerum omnium menſura*. Quod dictum imitatus *Ariſtoteles*, bonum etiam virum dixit eſſe, ſenſu tamen minus perfecto & integro, μέτρον, *rerum atque actionum menſuram aequabilem*.

Ipſi, qui ante natum *Chriſtum* humano generi moleſti fuerunt, Dei contemtores bonitatem inter naturales Dei, quem oppugnabant, perfectiones non dubitabant re-

(v) *Auctor Libri de mundo*] *Cap. 6. p. 865. T. I. Opp. Ariſtotelis.* Sed videtur praeceptum illud apud hunc auctorem non id ſignificare, quod vir doctus vult, benignitatem divinam juſtitia temperari, ſed hoc, Dei curam ad omnes omnino res aequali modo pertinere.

(x) *Vox Platonis*] *Plato de legibus Lib. IV. p. 601.* Ὁ δὴ θεὸς ἡμῖν πάντων χρημάτων μέτρον ἂν εἴη μάλιστα. *Deus nobis ſit omnium rerum in primis menſura.* Vis vero dicti hujus, id quod apertum, illa eſt: Decet nos in omni actione Deum nobis in exemplum, quod imitemur, proponere, non autem homines, quod diſerte addit philoſophus. Quum ex memoria haec dicta retulerit *Cudworthus*, non eſt, cur demiremur magnopere, a vero eorum ſenſu hic paullum aberratum eſſe. De *Ariſtotelis* dicto nihil dico, quod prorſus ab hoc inſtituto abhorret. Lege *de Republica Lib. III. C. 4. p. 455. T. III. Opp.* & alia.

(y) *Ari-*

Digitized by Google

referre. Quod ipsum argumento nobis est, qui tum Deum professi sunt, hanc ei omnes affectionem attribuisse. Exstant, & superius a nobis loco duodecimo & decimo tertio exposita sunt veterum Atheorum argumenta, a malis, quibus orbis hic affligitur, a mundi, quam inconcinnam & minus aptam esse contendebant, fabrica, & a perversa rerum humanarum administratione sumta, ex quibus id, quod diximus, manifestum est. Quae si valida forent argumenta, istum tamen, quem multi hodie comminiscuntur, Deum nullo modo tollerent, qui totus ex potentia & arbitrio compositus, nulliusque bonitatis & justitiae natura particeps est. Sed perspicuum est, non hanc, sed veram atque rectam, quam natura docet ipsa, Dei notionem has rationes hostium divinae naturae petere: cui quoque, si quidem tanta essent virtute atque firmitate praedita, quantam inesse volunt illis Athei, multum sine dubio detrimenti afferrent. Namque hoc si dubio vacet, Deum in se & natura sua bonum, benevolum, ac benignum esse, omnino consentaneum est, mundum ut hunc non modo recte atque ordine constructum esse, verum etiam prudenter & scienter gubernari credamus. Sed haec alio loco copiosius: quo, tametsi partes mundi malo quodam laborent, rerum tamen universitatem nihil habere propterea vitii, mala vero, quae moralia dicuntur, ad Deum nullo modo posse referri, planum faciemus. 221

Tres igitur praecipuas, quibus Deus prae omnibus rebus eminet, perfectiones exposuimus: quarum quidem prima infinita est bonitas, cum foecunditae conjuncta; altera sapientia atque cognitio, nullis circumscripta limitibus; postrema denique interminata potestas & agendi & percipiendi omnia. Hanc triplicem supremi Numinis virtutem quum secum expenderent Platonici ac Pythagoraei, occasionem inde cepisse videntur tres illas ἐπινοίας excogitandi, quas ἀρχὰς appellare, ac pro totius universitatis principiis habere solent. Licet enim eas plerumque ut naturas separatas & distinctas spectare jubeant, quae certis singulae gradibus distent; divinae tamen naturae saepenumero notionem sic amplificant & dilatant, ut haec tria principia ad eam unam pertinere significent. (y) *Aristoteles*, nisi fallor, hanc Pythagoraeorum trinitatem his indicavit vocibus: (*) Καθάπερ γάρ φασι καὶ οἱ Πυθαγόρειοι, τὸ πᾶν ἢ τὰ πάντα τοῖς τρισὶ διώρισται. *Nam, ut Pythagoraei etiam docent, ipsum omne ac omnia tribus sunt definita.* Sed de hoc inferius argumento latius. Nunc id agendum est, ut, quae de Dei notione dicenda nobis sunt, ad exitum perducamus. Brevissimam supra definitionem supremi Numinis praemisimus, quod *naturam* esse diximus *ex omni parte perfectam.* Jam per ea, quae adhuc disputavimus, praecisam hanc & angustam Dei informationem sic nobis locupletare licebit & augere: *Deus est natura perfectissima, infinite bona, potens, atque sapiens, sine ulla caussa exsistens necessario, quae non modo totum orbem terrarum fa-*

(*) De coelo Lib. I. C. 1. (p. 610. T. I. Opp.)

(y) *Aristoteles*] Hoc ego vero minime crediderim. *Aristoteles* enim hoc Pythagoraeorum scitum de numero ternario de rebus intellexit physicis. Postquam nimirum dixerat, ad magnitudinem tria pertinere, lineam, superficiem, & corpus, ad hanc doctrinam hoc Pythagoraeorum praeceptum accommodat. Quare vero tribus omnia contineri dixerint discipuli *Pythagorae*, multi veterum declarant loci, quos *Jo. Meursius* collegit in *Denario Pythagorico Cap.* 5. *p.* 35. In rebus omnibus tria spectari posse, inculcatum volebant, *principium, medium, & finem.* In hoc nempe tota versabatur Pythagoraeorum sapientia naturalis, ut ad numeros naturae rationes accommodarent, praepostero, quod omnes intelligunt, consilio & ordine.

(z) *Lu-*

Digitized by Google

fabricata eſt, verum etiam rebus omnibus initium dedit & originem. Ampliorem hoc inſtitutum noſtrum non requirit Dei deſcriptionem.

Quodſi tamen non ea tantum intueri fas eſt, quae homini certamen cum Dei contemtoribus ſuſcepturo cognitu neceſſaria ſunt, verum etiam piarum ſanctarumque mentium habere rationem convenit, quae hanc glorioſiſſimam nullique ſatis admirandam naturam exquiſito ſtudio ac amore venerantur, nihil fortaſſis alieni committemus, ſi pleniorem, uberiorem, atque liberiorem Dei definitionem earum cauſſa ſuppeditemus. Sic igitur Deum deſcribimus: *Deus natura eſt omnibus numeris abſolutiſſima & perfectiſſima, ex ſe ipſa ſine ulla alia cauſſa nata, neceſſarioque exiſtens, quae non modo infinita praedita eſt foecunditate, rerumque omnium ſemina complectitur & ſinu ſuo continet, verum etiam admirabilem prorſus benignitatem amoremque incredibilem erga omnes fovet, ſeque ipſam ſine ulla impertit & cum aliis communicat invidia, idque ſumma ſervata juſtitia atque aequitate, partiumque omni rejecto ſtudio: quae ſui ipſius indolem omnemque foecunditatis ſuae amplitudinem perfecte comprehendit & intelligit, nec aliquid idcirco eorum, quae fieri poſſunt, ignorat, ſed rerum omnium naturas, cognationes, atque diſcrepantias perſpicit, atque, totius mundi quaenam ſit optima omnium fabrica & compoſitio, cognoſcit: quae praeterea poteſtatem nullis finibus terminatam, adjuncta percipiendi ac agendi facultate, poſſidet: fons ſtirpsque rerum omnium, cuncta perficiens, quae fieri poſſunt, atque fas eſt fieri: quae quidem omnia ſic fabricatur, ut naturae ejus, id eſt, naturali ejus bonitati atque ſapientiae reſpondeant: ex quo fit, ut nihil vel meliori norma & exemplo vel modo praeſtantiori fieri queat ad totius univerſitatis ſalutem & commodum promovendum. Haec ipſa natura multifarias atque ſibi contrarias, quibus hic orbis continetur, res tam ſcite & egregie temperat & ordinat, ut omnium naſcatur ſuaviſſimus prorſusque admirabilis concentus. Haec denique res omnes ſuſtinet ac conſervat, optimaque ratione gubernat & moderatur, nulla tamen vi vel violentia adhibita,*
222 *quum omnes naturaliter imperio ejus ſubjectae ſint, legibusque ejus ſponte & libere obediant.* Ex hac deſcriptione neminem ego fore credo, quin ſtatim intelligat, talem eſſe ſupremi Numinis naturam, ut nihil viro bono atque ſapienti poſſit eſſe optabilius, ſi quidem in eam forte incideret cogitationem, nullum eſſe Numen ejusmodi.

§. X. Ceterum haec ipſa Dei, quam expoſuimus, notio plures una ejus generis naturas exſiſtere non poſſe, atque *μόνωσιν* ſive *unitatem* inter naturales divinitatis affectiones eſſe numerandam, ſine controverſia declarat. Prorſus enim repugnat rationi, plures eſſe cauſſas ſupremas aut naturas infinite potentes rerumque omnium principia. *Epicurus* quidem, quum in corrumpenda atque pervertenda vera Dei notione elaboraret, iſtam Dei anticipationem ſive praenotionem, quae in mentibus omnium eſt hominum, ſeſe ratus eſt exſtinguere poſſe, ſi fictam atque commentitiam introduceret Deorum multitudinem, poteſtate atque dignitate inter ſe parium, nec unius ſupremi Dei arbitrio parentium, quorum nullus aliquid ad orbis hujus conſtructionem contuliſſet, aut res ullo modo humanas curaret. Sed hanc ipſam Dei notionem, quam nos paullo ante exhibuimus, in animo habuiſſe hominem, quum philoſopharetur, neque alium tollere voluiſſe Deum, quam talem, qui nullum omnino habeat ſibi parem & ſocium, naturaque unus ſit, id vero vel iſta ejus argumentatione, quam ſuperius attulimus, teſtatiſſimum eſt. Audiamus, ut canat (z) *Lucretius:*

(z) *Lucretius*] *Lib.* II. *vſ.* 1694. *p. m.* 451.

Quis

(a) *Sive*

Digitized by Google

Quis regere immenſi ſummam, quis habere profundi
Indu manu validas potis eſt moderanter habenas?
Quis pariter coelos omnes convertere, & omnes
Ignibus aetheriis terras ſuffire feraces,
Omnibus inque locis eſſe omni tempore praeſto?

Diſputat his verſibus philoſophus, Deum res omnes curare, gubernare, diſponere, & ordinare, omnibusque locis praeſentem eſſe, id neminem poſſe credere, niſi qui omnem prius rationem abjecerit. Hoc quis, obſecro, dictum putet in Deorum turbam aliquam poteſtate aequalium, quorum quisque partem imperii hujus orbis teneat? Igitur talem unice Deum feriant haec, neceſſe eſt, qui ſolus totius terrarum orbis imperium adminiſtret, neque ullum gubernationis adminiſtrum habeat. Idem *Epicurus*, quando argumentum hoc, quod diximus, apud *Ciceronem* latius perſequitur, Deumque, rerum omnium moderatorem, ſi quidem exſiſteret, felicitatis ullius & quietis poſſe participem eſſe, negat, deliraſſet prorſus, nihilque dixiſſet, niſi ſcitum hoc in animo habuiſſet: Deus eſt unus. (*a*) *Sive ipſe mundus Deus eſt, quid poteſt eſſe minus quietum, quam, nullo puncto temporis intermiſſo, verſari circum axem coeli admirabili celeritate? Sive in ipſo mundo Deus ineſt aliquis, qui regat, qui gubernet, qui curſus aſtrorum, mutationes temporum, hominum commoda vitasque tueatur, nae ille eſt implicatus moleſtis negotiis ac operoſis.* Unum hic tantum Deum *Epicurus* nominat. Neque poſſet etiam tanta cum gubernatione & adminiſtratione hujus orbis moleſtia, tantaque conjuncta eſſe animi perturbatio, quantam memorat, ſi plures Dii aequales totam molem ſuſtinerent, ſuisque ſinguli praeſiderent muneribus. Contra veriſimile eſt, fore, ut tot Numina levi admodum labore atque ludibunda fere ſuas quaeque partes & officia in regendo terrarum orbe obirent. Quae quum ita ſint, nihil eſt omnino cauſſae, cur dubitemus, iſtam Dei informationem, quam poſuimus, a qua *unitas* ſejungi nullo modo poteſt, antiquioribus, qui ante natum Servatorem fuerunt, impietatis profeſſoribus ita cognitam fuiſſe, ut ad eam potiſſimum oppugnandam omnes ingenii vires animique aciem converterint. Verum metuo, ne haec loco parum opportuno atque citius, quam oportuerat, diſputari videantur. Certe inferius commodior patebit haec explicandi & enodandi occaſio: quare nunc quidem deſino.

§. XI. Nihil eſt, unde praeſentius periculum immineat iſti, quam modo de- 223
claravimus, Dei notioni, quae adjunctam habet *μόνωσιν* ſive *unitatem*; nihil, quod magis infirmare videatur hoc dogma noſtrum, unum tantum Deum toti rerum univerſitati praeſidere & jura ſcribere, quam communis haec opinio: Omnes olim populos, ſi ab anguſta & puſilla Judaeorum gente diſcedas, maximos etiam & excellentiſſimis ingeniis philoſophos, ubicumque terrarum fuerint, plures eſſe Deos cenſuiſſe, nec unum, ſed multa Numina, religioſo cultu affeciſſe. Bina haecce dogmata: *Deus eſt unus*, &: *Plures exſiſtunt Dii*, tota ratione totoque genere differunt. Quare non deceſſe videas, qui decernunt, eorum ſententiam, qui Deum praecipiunt unum & ſupremum eſſe, a quo ſolo univerſitas haec regatur & gubernetur, minime naturae vocem eſſe, nec in illis poni notionibus debere, quae mentibus hominum informatae ſunt & anticipatae, ſed artificioſum eſſe dogma, quod aut

(*a*) *Sive ipſe mundus*] *Cicero de natura Deor. Lib.* I. *Cap.* 20. *p.* 2905. *T.* IX. *Opp.*

Digitized by Google

aut privata hominum induſtria & meditatio peperterit, aut Judaeorum, Chriſtianorum, Turcorumque publicae leges & inſtituta credere (*b*) juſſerint.

224 Terrorem, non diſſiteor, & formidinem haec difficultas primo adſpectu commovet. Quamobrem, quo omni ea virtute exuatur, in hoc noſtra verſari debet in primis diligentia, ut, quid illi ſibi proprie voluerint, exploremus, quos plures olim Deos veneratos eſſe accepimus. Tanta quidem neminem veſania laborare poſſe, certum eſt, ut plures ſibi ejus generis Deos comminiſcatur, quales nos deſcripſimus, aut multas eſſe tueatur naturas infinitas, omnipotentes, ſupremaque perfectione nobiles. Ex quo efficitur, eos, quibus plures ſtatuere Deos placuit, aliam vocabulo *Deus* poteſtatem ſubjeciſſe, aut vario vocem iſtam ſenſu adhibuiſſe. Memini, me ſupra ſignificare, exſtitiſſe quondam inter populos veri Dei neſcios, qui Deorum vocabulo *naturas* tantum deſignaverint *intelligentes homine ſuperiores*, multosque eſſe Deos ejus generis exiſtimaverint qui & naſcantur & intereant, non ſecus ac homines, eodemque fere modo, ac *idola Democriti*, ex materia paulatim exſiſtant, & in eam viciſſim redeant. Verum hos Deorum fabricatores, qui res omnino omnes, ne ipſis quidem Diis exceptis, ex nocte, chao, & oceano ſive fluida materia generatas eſſe, perhibebant, *Plato* atque *Ariſtoteles* dudum ad veros Dei hoſtes, quidquid etiam de Diis garrirent, abire juſſerunt. Namque materiam vita

(*b*) *Juſſerint*] Evidens eſſe arbitror, virum doctiſſimum nomine *notionis naturalis & mentibus hominum informatae* intellexiſſe id, quod alii *ideam inſitam & innatam* nominant, nec ſibi aliud velle, quam hoc, *unitatis* ſeu *ſingularitatis* Dei *notionem* in omnium hominum, qui naſcuntur, mentibus conſignatam eſſe, antequam vel ratione utantur, vel eruditantur & doctrina imbuantur. Tota ejus ratio &, quam hic interuit, univerſa diſputatio id abunde docet. Ita etiam *Jo. Clericus* ſententiam ejus cepit, qui *Jo. Lockii* auctoritate utitur, ut eam infringat, a quo demonſtratum eſſe ſignificat, nullas plane ſpecies eſſe inſitas rerum, ne Dei quidem, *Bibl. choiſie Tom.* III. *p.* 32. Verum is, qui *Cudworthi* librum in compendium redegit, vir doctiſſimus, *Thomas Ilyle*, noluit aliquid pugnae inter *Lockium* & auctorem ſuum eſſe. Itaque in *Introductione Compendio* illi praemiſſa *p.* 135. *naturalem ideam* aſſeverat *Cudworthio* nihil eſſe, quam *talem ideam, quae ex ujus rationis natura nobis datae rejicitur.* (*He not expreſly ſaying, that the Idea of God is innata, not in any other ſenſe natural, than as it riſes up and appears upon the uſe of the natural faculty of reaſon.*) Totus vero fallor, aut hic plus dedit, quam neceſſe erat, ſtudio ſuo erga virum doctiſſimum, quem perſpicuum eſt cum Platonicis aſſeveraſſe, ſpecies & formas rerum multarum cum ipſis naſci hominibus. Ipſam controverſiam de *ideis innatis* aut de *notitia Dei*, quam *inſitam* vocant, nunc, quum alia ſint agenda, omitto. Satius erit, alia quaedam commemorare, quae hanc cauſſam ingrediuntur. (I.) Animadverti velim, antiquos eccleſiae Chriſtianae doctores, fere omnes, qui cum gentibus dimicarunt a recta religione averſis, *unitatem* ſupremi Numinis, quod hic *Cudworthus* fecit, inter notiones, quas ipſa natura aut Deus in animis hominum conſignaverint, retuliſſe. Exſtat *Tertulliani Libellus de teſtimonio animae*, quo ipſo naturae & mentis ſuae inſtinctu huc ferri quemlibet, demonſtrandum ſibi ſumit, ut & Deum & unum eſſe Deum non modo ſentiat, ſed etiam communi ſermone profiteatur. *Tertulliani* veſtigia plerique alii, ex Latinis praeſertim, *Minutius*, *Arnobius*, *Lactantius*, & plures ſequuntur: Ne quid nunc de Graecis dicam. Luculenta in primis eſt *Arnobii* vox *Libro* I. *adv. gentes p.* 23. *Quisquamne eſt hominum, qui non cum iſtius principis notione diem primae nativitatis intraverit? cui non ſit ingenitum, non affixum, imo ipſis paene in genitalibus matris non impreſſum, non inſitum, eſſe Regem ac Dominum, conditorem, quaecunque ſunt, moderatorem?* (II.) Ab hac vero ſententia nimium quantum, qui recentiori memoria philoſophati ſunt, diſceſſerunt. Ut enim *Lockium* & ejus aſſeclatores taceam, qui nullam in animis noſtris notionem natura eſſe inſitam opinantur, fuerunt, qui longius etiam progrederentur, & ne ex ratione quidem firmiter cognoſci poſſe contenderent, unam eſſe rerum omnium cauſſam. In his numerari prae ceteris debet *Papinus*, *Claud. Pajonii* nepos, Gallus, qui ad Pontificios poſtremo tranſiit, in *Eſſais de Theologie ſur la providence & ſur la grace* 1687. *editis p.* 92. *ſ.* quem tamen *Petr. Jurieu* in *Praef. Libri*, quem inſcripſit: *Jugement ſur les methodes d'expliquer la providence & la grace*, *Rotterd.* 1688. 12. & *Petr. Baylius Continuation des Penſees ſur les*

Digitized by Google

vita ſenſuque vacuam ſolam exſiſtere neceſſario, resque omnes reliquas inſita virtute ex ſeſe procreaſſe, docebant.

Quaerendum igitur eſt, an hi, quorum res nunc agitur, aliam notionem vocabulo *Dii* impoſuerint, atque eo *naturas intelligentes homine excellentiores*, nec *immortales* tantum, verum etiam *per ſe exſiſtentes*, *nec ab alia cauſſa profectas*, fortaſſis intellexerint. Certe hi, quibus multos ejusmodi Deos eſſe viſum fuit, tametſi ad eos proprie referri nequeant, qui talem eſſe Deum credunt, qualem nos antea deſcripſimus, meliores tamen etiam vulgo habiti ſunt divinitatis hoſtibus, medioque veluti loco inter Dei profeſſores & contemtores poſiti: quod vel ipſum illud *Polytheiſtarum* nomen, quod uſus ſermonis illis indidit, ſignificat. Neque longe ratio hujus rei quaerenda eſt. Sic plerique omnes cenſent, eos demum impietatis erga Deum ſine ulla injuria poſſe inſimulari, qui materiam inſipientem & vita vacuam unicum rerum omnium principium eſſe putant, naturasque idcirco omnes cognitione & vita praeditas & naſci & interire rurſus, praedicant. Quod ſi ita eſt, illi, qui non unam quidem, at plures tamen eſſe volunt naturas intelligentes, per ſe exſiſtentes, nec a quoquam factas, non poſſunt non aequo ab amicis Dei & ab hoſtibus ejusdem intervallo disjuncti videri. Qua de cauſſa *Polytheos* potius, quam *Atheos*, eos appellare convenit.

Illi,

les Cometes T. II. §. 107. *p.* 513. repreſſerunt. (III.) Argumentum illud contra inſitam Dei notionem, in quo enarrando tantam ingenii & eruditionis copiam hic conſumit vir doctiſſimus, non tam mihi videtur terribile ac formidoloſum, ut ipſi viſum eſt. Nam qui natura nobis ſpecies quasdam rerum inſitas eſſe volunt, & in his Dei, & unius quidem Dei, notionem, illi non exiſtimant, iſtas ſpecies & notiones tam eſſe planas & apertas, ut nemo unus eas pervertere & obruere poſſit. E contrario libenter, niſi fallor, concedent, eſſe eas in his clariores, in illis obſcuriores: concedent notiones illas obductas veluti ſitu quodam & rubigine eſſe, attentionemque idcirco & diligentiam requiri, ut perpoliantur, explanentur, & naturae ſordibus liberentur: concedent, qui pravitati ſuae naturali morem gerunt, nec ullam in animae facultatibus purgandis induſtriam adhibent, lucem illam animae inſitam ſua culpa opprimere & propemodum exſtinguere. Quis neſcit, totam Pythagoraeorum & Platonicorum familiam, qua nulla acrius pro inſitis notionibus pugnavit, inſtitutione tamen & exteriori quadam excitatione, ut latentes inflammarentur igniculi, opus cenſuiſſe? Agri hi dicent animum noſtrum eſſe ſimilem, in quo pauca quaedam bonae frugis ſemina magnam infelicis lolii vim admiſtam habent. Patere lolium iſtud ſecure creſcere; quid, obſecro, bono fiet ſemini? Nonne copia lolii exiguum illud ſemen ita obducet, dejiciet, & deformabit, ut vix ejus veſtigium appareat? Fac igitur, innumeram hominum multitudinem & olim & hodie plures credidiſſe & credere Deos, vixque de uno & ſinguiari cogitaſſe Numine: illud quidem inde efficies, iſtam turbam animi ſui cultum prorſus neglexiſſe, imprudentemque paſſam eſſe, ut ager mentis dumeto par fieret, vepribus & ſpinis horridis obſito: Numquam vero hinc probabis, nulla bonorum fructuum ſemina, nullam unius Dei notionem his mentibus commiſſam & concreditam eſſe, & illis natura ineſſe. Quemadmodum, ſi agrum videas deformem & plane ſpinoſum, habes quidem, cur patrisfamilias negligentiam & incuriam arguas; nil autem habes, quo doceas, ſub iſtis fruticibus, rubis, & lappis nihil plane frugiferum & fertile reconditum latere: Ita, ſi hominem intelligas aut rudem, aut inepte & abſurde de Deo & veritate ſentientem, tuto quidem eius accuſabis ignaviam, & miſeriam deplorabis, at parum ſecure & firmiter animam ejus nullam Dei aut veritatis notionem in orbem attuliſſe ſecum, conſtitues. Idem illis quoque dictum velim, qui exemplo gentium Dei cognitione vacuarum inſitam ſupremi Numinis notitiam oppugnant, quod viros ingenioſiſſimos, *Baylium*, *Bentlejum*, *Lockium*, totque alios noſtris temporibus feciſſe novimus. Finge, tales eſſe gentes, quae Deum prorſus ignorent; id quod tamen nondum exploratum eſt: hi tamen populi id unum ſignificabunt, ſi homo ſibi relinquatur unice, nec animo natura aegrotanti mederi ſtudeat, exiguam illam, quam mente concluſam gerit, cognitionis divinae ſcintillam facile alienis rebus ac commotionum animi tam violentia, quam perverſitate, obrui ac prope deleri. Poſſem id, ſi res hoc ferret ac inſtitutum, multo latius exponere, & exemplis ex media vita humana petitis demonſtrare: Sed vel rerum mediocriter peritis haec, quae diximus, ſufficient.

Illi, qui Deorum multitudinem, cui totus paene orbis ante natum ſervatorem ſupplicavit, propterea nobis obducunt, ut unius Dei notionem in hominum mentibus non eſſe natura impreſſam efficiant, nullo modo dubitant, id quod prorſus perſpicuum eſt, quin priſci mortales vocem *Dii* ſenſu iſto acceperint, atque plures Deos per ſe exſiſtentes, & ex nulla alia cauſſa natos, nullique ideo excellentiori naturae ſubditos, totque ſimul hujus univerſitatis principia primasque cauſſas religioſis honoribus proſequuti ſint. Atque hoc ſi nobis probare, Deosque veteris orbis pro naturis ex ſe natis, nec cuiquam naturae ſuperiori obnoxiis, fuiſſe habitos, demonſtrare poſſent, non equidem negaverim, verendum fore, ne diſputatio eorum hoc loco adverſus notionem unitatis divinae inſtituta virtutem habeat nullo modo contemnendam, victoriamque ſibi fere (*c*) polliceri queat.

225 §. XII. Verum haec ſententia, plures eſſe Deos principes, nec genitos, ſed omnibus ſolutos legibus, non modo ſanae rationi penitus adverſatur in ſe ſpectata, ſed etiam naturae rationibus coelique converſionibus nulla ratione convenit. Principio opinionem hanc ſanae repugnare rationi affirmo. Per ſe exſiſtere ac neceſſario exſiſtere proprietates ſunt, quae in nullam cadere poſſunt naturam, quam perfectiſſimam. Quocirca ſtolidi ſint oportet & a ratione averſi, qui multas contendunt parum perfectas, at intelligentes, naturas per ſe exſiſtere, non vero unam abſolutiſſimam. Praeterea, ſi multas naturas imperfectas, at ratione valentes, ex infinito tempore per ſe exſtitiſſe fingas, numquam excogitare poteris rationem, cur tot hujus generis naturae, non vero plures aut pauciores, exſtiterint, neque etiam, cur vel una debuerit eſſe, ulla cauſſa meditandi occurret. Sin autem Deos hos per ſe exſiſtentes caſu ab omni aeternitate, non autem neceſſario, exſtitiſſe ſtatuas, non habebis, quod illis opponas, qui ex hoc conſequi dicent, fieri etiam fortuito poſſe, ut eaedem naturae exſiſtere aliquando deſinant, nec idcirco perennes & a corruptionis injuriis liberas eſſe. His adde, ſi ulla ab aeterno poſſit per ſe exſiſtere imperfecta natura, qualiscumque demum ea ſit, non intelligi, quid obſtet, ne omnes reliquae res, nec modo materia, ſed etiam hominum mentes & animalium, ſic ab infinito tempore fuiſſe credantur. Quo po-

(*c*) *Polliceri queat*] Commodum & opportunum fore arbitror, ſi hic obſervem, illos tamen, qui ex antiquis Chriſtianorum doctoribus cum Deorum cultoribus congreſſi ſunt, ſic adverſariorum ſuorum plerumque intellexiſſe ſententiam, ac ſi plures illi Deos inter ſe pares & aequales venerarentur. Docent id multa ex argumentis illis, quibus in *Apologiis* tam Graeci, quam Latini, Numinum multitudinem adoriuntur. Nec id eſt, cur mireris. Confuſe enim & perturbate, qui de Diis inter veteres ſcripſere, praecipiunt. Inſignem, ne hoc fruſtra dixiſſe videar, *Aeneae Gazaei* locum ex *Theophraſto* p. 46. adſcribam: Καὶ τὸν προειδότα Θεὸν, ὅτι τὰς λογικὰς δυνάμεις θαυμάσονται ἄνθρωποι, ἀνάρχους τι καὶ ἀγενήτους ὑποληψόμενοι, καὶ τοσοῦτος ΑΡΧΑΣ καὶ μερίους Θεοὺς ποιοῦντες, δημοσιεύειν ἄτοπον ἔστι καὶ ταραχῶν μυριάδας ἐπιφέρον. *Praevidit Deus, quod homines, rationales poteſtates admirantes,* SINE PRINCIPIO & INGENITAS *eas exiſtimantes, multa* PRINCIPIA *& mille Deos extundentes, populare inordinatumque imperium pro ordinata monarchia ſibi eſſent imaginaturi.* Vides *Aeneam* populis tribuere id, quod *Cudworthus* ab illis propulſare conatur, coli ab illis multa Numina per ſe exſiſtentia & ullius initii expertia. Similia, ut alios taceam, *Zacharias* Mitylenaeus, non ignobilis Chriſtianorum philoſophus, praecipit *Dialogo de opificio mundi p.* 177. 178. Lege quoque, ſi placet, *Cyprianum de idolorum vanitate*, & *Athanaſium Libro contra gentes.* At ipſis Deorum cultoribus tam abſurda & ſtolida haec videbatur ſententia, ut injuriam ſibi inferri publice clamarent, eoque modo ſententiam ſuam de pluribus Diis declararent, ut hic a doctiſſimo viro exponitur. Unum nempe dicebant ſeſe Deum ſummum, plures ejus adminiſtros & inferiores Deos revereri. Ejus rei multos ex Chriſtianis antiquis teſtes excitare poſſum: Sed, ne longum faciam, unius *Oroſii* teſtimonio contentus ero, quod in primis evi-

Digitized by Google

poſito, nulles erit amplius orbis hujus fabricator, tolietur hujus univerſitatis conſtructio, neque illi, qui vocantur Dii, jure aliquo hoc nomine appellari poterunt. His omnibus poſtremo liceret adjicere, fieri nullo modo poſſe, ut plures naturae ſint intelligentes & ex nulla cauſſa natae, quoniam recta & incorrupta dictitet ratio, cunctas mentes ſive naturas minus perfecte ſapientes & cognoſcentes, quidquid habent conſilii & cognitionis, id ex una mente perfectiſſima & omnibus abſoluta numeris hauſtum ac delibatum habere: Ex quo hoc quoque conſequitur, ut naturam aliquam infinite potentem cunctisque aliis ſuperiorem eſſe, credamus. Sed quum haec diſputatio paullo ſit ſublimior & ſubtilior, quam ut ejus vis ſtatim ab omnibus comprehendatur, tutius erit, opinor, & utilius, in aequiorem eam differre locum.

Sed, quod antea dixi, non modo rationi refragatur eorum opinio, qui plures fingunt eſſe Deos per ſe exſiſtentes, verum etiam nullo modo ad ea poterit accommodari, quae in rerum natura continuo videmus contingere. *Omnia*, quod (*d*) *Macrobius* ſcriptum reliquit, *connexa ſunt* in mundo. Cuncta in eo placide ac quiete ſummaque conſtantia & aequalitate feruntur: Nihil usquam ſeditioſi aut turbulenti apparet: Nullus confuſioni vel perturbationi locus eſt: Ne umbram quidem belli alicujus vel factionis conſpicias. Tantane vero pax & concordia hanc univerſitatem contineret, ſi turba quaedam Deorum per ſe exſiſtentium & aequalium, nec ullius ſupremi Numinis juſſis parentium, rerum adminiſtrationi praeſi- 226
deret? Quod quum conſideraret *Origenes*, ſic aliud agendo in hanc invectus eſt Deorum plurium gubernationem: *Πόσῳ δὲ βέλτιον τὸ ἐπὶ τῇ ἁρμονίᾳ ταύτῃ τοῦ παντὸς πεποιῆσθαι τοῦτον νομίζειν καὶ τὴν διάταξιν ἣ κόσμον εἶναι, ἢ δημιουργὸν αὐτὸν ἑνὸς ἕκαστον εἶναι, ἢ συμπνοίᾳ αὐτὸν ὅλῳ ἑαυτῷ, καὶ μὴ τούτων μὲν δυναμένων ὑπὸ πολλῶν δημιουργῶν γεγονέναι, οὐκ ἂν δ' ὑπὸ πολλῶν ψυχῶν συνέχεσθαι ὅλον τὸν οὐρανὸν κινουμένων. Quanto praeſtabilius eſt, ea credere, quae perfecta mundi hujus harmonia credere nos jubet, unumque mundi hujus, qui unus eſt, fabricatorem venerari? Fieri enim omnino nequit, ut tale opus, cujus partes tam apte inter ſe cohaerent & concinunt, ortum ſuum multis architectis debeat: quemadmodum incredibile eſt, ut coeli motus a multis animis (e) dirigantur.* Jam quis tam levis atque excors eſt, ut, quidquid olim virorum ſapientum & ingenio praeſtantium vixit, id talem probaſſe & foviſſe doc-

(*) Contra Celſum Lib. I. p. 18. (ed. Cantabr.)

evidens eſt, ex *Hiſtoriarum Libro* VI. *Cap.* 1. *p.* 317. *Unde etiam*, inquit, *nunc pagani, quos jam declarata veritas de contumacia magis, quam de ignorantia, convincit, quum a nobis diſcutiuntur, non ſe* PLURES DEOS SEQUI, SED SUB UNO DEO MAGNO PLURES MINISTROS VENERARI, *fatentur.* Lege & MINUTIUM FELICEM in *Octavio*, & *Auguſtinum de civit. Dei* paſſim. Intelligis igitur, non novam, ſed antiquam, eſſe de vera eorum, qui plura eſſe Numina opinantur, ſententia controverſiam.

(*d*) *Macrobius*] Spectavit, ut arbitror, vir doctus haec verba *Macrobii Lib.* I. *in Somnium Scipionis Cap.* 14. *p.* 75. *Invenietur preſſius intuenti a ſummo Deo uſque ad ultimam rerum faccem una mutuis ſe vinculis religans & nusquam interrupta connexio.*

(*e*) *Dirigantur*] Pervulgata eſt haec argumentatio contra Deorum multitudinem, qua hic utitur *Cudworthus*, a pacato mundi totius ſtatu & harmonia ducta, apud illos, qui primis rerum Chriſtianarum temporibus cum Deorum amicis ſcriptis libris decertarunt. Inſpice *Minutium Felicem* in *Octavio C.* 18. *p.* 164. ubi inter alia eleganter: *Niſi forte inquirendum putas, utrum unius imperio, an arbitrio plurimorum, coeleſte regnum gubernetur: Quod ipſum non eſt multi laboris aperire cogitanti imperia terrena, quibus exempla utique de coelo. Quando umquam regni ſocietas aut cum fide coepit, aut ſine cruore diſceſſit?* Adde *Cyprianum de idolorum vanitate p.* 227. *Opp. ed. Baluzii*, *Lactantium de ira Dei Cap.* 11. *p.* 930. *Athanaſium Libro contra gentes p.* 42. 43. *T.* I. *Opp.* qui copioſe in primis hanc rationem & diſerte perſequitur, & alios, quorum nomina omitto. Vel ex hac vero argumen-

Digitized by Google

doctrinam, sibi facile persuadeat, quam & incorrupta detestatur ratio, & quotidianus naturae status falsitatis coarguit?

§. XIII. Haec in universum disputata sunt. Nunc pressius agendum, atque eos vehementer falli, declarandum est, quibus placet omnes, qui multis olim Diis supplicarunt, totidem naturas per se & necessario exsistentes, nec ex ulla alia caussa natas, coluisse. Qui sic sentiunt, eos hoc manifesto refellit, quod ab *Homeri* saltim & *Hesiodi* aetate Graeci *Theogoniam* quamdam sive generationem Deorum, quam certo contigisse tempore dicebant, professi sunt. Quamquam hoc dogma non sic accipiendum est, ac si omnes omnino Deos crediderint procreatos esse. Nec enim Deum vere potest profiteri aliquis, nisi idem aliquod esse Numen putet, ex nulla alia caussa profectum. *Herodotus*, in hanc incidens *Theogoniam*, sic loquitur: (†) Ὅθεν δὲ ἐγένετο ἕκαστος τῶν Θεῶν, εἴτε ἀεὶ ἦσαν πάντες, ὁκοῖοί τινές τε τὰ εἴδεα, οὐκ ἐπίστανται μέχρι οὗ πρώην τε καὶ χθές, οὐκ εἰπεῖν λόγῳ· Ἡσίοδον γὰρ καὶ Ὅμηρον ἡλικίῃ πεπρεσβυκέναι ἔτεσι δοκέω μὲν πρεσβυτέροις γενέσθαι, καὶ οὐ πλέοσι· Οὗτοι δέ εἰσι οἱ ποιήσαντες Θεογονίην Ἕλλησι, καὶ τοῖσι Θεοῖσι τὰς ἐπωνυμίας δόντες. *Unde autem unusquisque Deorum exstiterit, an vero cuncti semper fuerint, aut qua specie, ignorarunt usque prius & heri, ut vere dicam. Nam Hesiodus atque Homerus, quos quadringentis & non amplius annis ante me opinor exstitisse, illi fuere, qui Graecis Theogoniam fecerunt, Diisque cognomina dederunt*, id est, Theologiam Graecorum ordinarunt & composuerunt. Si Graeci, antequam *Homerus* & *Hesiodus* canerent, vel ignari plane, vel etiam dubii & incerti

(†) Euterpe p. 53. (f. Lib. II. C. 53. p. 109. ed. Gronovii.)

tatione liquet, veteres ecclesiae doctores ita populorum, qui plures colebant Deos, sententiam cepisse, ut existimarent, multa ab illis induci Numina per se exsistentia, nec ullius superioris Dei imperio subjecta: Quam hic sententiam vir doctus rejicit. Omnis enim, nisi hoc constitutum animo habeas, vis argumenti hujus perit, quod in eos nihil valet, qui gradus Numinum &, ut usitato utar vocabulo, *subordinationem Deorum* quamdam effingunt animo.

(*f*) *Credere*] In unum hunc conferre locum constitui, quae mihi ad haec observatu non indigna videntur esse. (I.) *Jo. Clericus*, vir doctissimus, in *Notis ad Hesiodi Theogoniam p. 3. & p. 37. 38. Herodotum* falli censet, quod ab *Homero* & *Hesiodo* dicit ea esse primum profecta, quae de Deorum generatione & ortu Graeci nugabantur. Dubitaverat jam ante cum de rei ab *Herodoto* traditae veritate *Everard. Feithius* in *Antiqq. Homericis Lib.* I. *c.* 1. *p.* 4. Certe uterque poëta, quae de Diis perhibet, non ut res novas & a se primum inventas narrat: Ex quo verisimile fit, utrumque res inter Graecos jam notas novo tantum habitu exornasse. (II.) Equidem de carminum illorum, quas *Theogonias* Graeci vocant, originibus illum demum recte judicaturum esse, opinor, qui vel unum *Hesiodum* attente legit. Totum *Hesiodi* carmen, quod *Theogoniam* inscripsit, ex antiquiorum philosophorum de ortu rerum naturae sententiis, ex Graecorum de antiquis heroibus aut Diis fabulis, & ex figuris fictionibusque poëticis, nulla vel ordinis vel decori ratione habita, compositum est. Semina & initia veteris philosophiae in hoc sparsa latere poëmate, res ipsa docet. At his philosophiae praeceptis poëta accommodare studuit ea, quae de Diis aetate sua inter Graecos ferebantur. Quare illis, qui *Theogonias* scripsere, hoc mihi videtur in primis propositum fuisse, ut Graecorum de antiquis heroibus aut Diis suis fabulas cum physicis temporum illorum scitis componerent, neque haec illis adversari docerent, aut ut religionem vulgi cum philosophiae, quam unice putabant esse veram, dogmatibus sociarent. Inde, cur & philosophi quidam ingenio excellentes, ut *Parmenides*, *Orpheus*, & alii, *Theogonias* exaraverint, liquet. Hoc nimirum agebant in illis carminibus, ut praecepta sua de rerum natura multitudinis de Diis opinionibus & religionibus conciliarent quodammodo. Quumque haec philosophiae praecepta non eadem essent apud omnes, propterea factum est, ut variae etiam prodirent *Theogoniae*, nec omnes idem de Deorum natalibus & rationibus sentirent, qui eiusmodi poëmata componebant. Erant sine ullo dubio, ut inter omnes fere populos, ita inter Graecos etiam, vetusta quaedam carmina de antiquorum heroum suorum, quos in Diis numerabant, rebus gestis & factis, quae fe-

re-

certi fuerunt, an certo tempore Dii, quos verebantur, geniti essent, an vero ex omni aeternitate per se extitissent, id ex eo consequitur haud dubie, haud persuasum fuisse omnibus Deos nulli originem suam debere, sed necessario exsistere. Non ego antiquissimis illis temporibus dissensisse Graecos inter sese fortassis de Diis negem: Forte alii aeternos esse eos statuerunt, alii contra tempore quodam procreatos esse putarunt. Id vero planum esse nego, fieri non potuisse, quin illi, quibus aeterni visi sunt, simul eos per se exsistere, nec a quoquam factos esse, ducerent. *Aristoteles*, ut id faciam, me inducit: Qui tametsi mundum esse sempiternum arbitratus est, Diisque propterea, quos putabat, sive coelestibus corporibus eamdem tribuere gloriam debuit, haud tamen eos per se exsistere docuit, aut 227
pro rerum omnium principiis haberi voluit, sed uni omnia supremo Deo & principi subjecit. Atque, si quid ego judicando valeo, ista, quam *Herodotus* commemorat, quaestio: Diine generati sint, an vero omnes ex infinito tempore exstiterint, ab illa *Platonis* controversia reapse non discrepat: Εἰ γέγονε ὁ κόσμος, ἢ ἀγένητος ἐστι; *Factusne mundus est, an vero non factus?* Habuitne aliquod hic orbis initium, an vero, ut nunc est, ab omni aeternitate fuit? Quam nos quidem rem deinceps copiosius explicabimus. Nunc id tantum pro explorato sumimus, ab *Homeri* & *Hesiodi* temporibus, quibus Deorum generatio ex tenebris emersit, Graecisque omnibus recepta est, gentem hanc nullo modo potuisse Diis omnibus perennitatem tribuere, multo minus eos ex se natos & sine ulla caussa, (*f*) credere.

Ita quidem extra controversiam posuimus, vehementer eos errare, qui univer- 228
sas

(*f*) penumero recitabant. At versabantur quoque inter eosdem scita quaedam & decreta, ex Phoenicia haud dubie illuc delata, de rerum natura & ejus initiis. Utrisque usi sunt illi, qui primum *Theogonias* scripsere, ac, quae majorum carmina de *Jove*, *Saturno*, & aliis Diis tradebant, philosophicis sententiis, alius alio aptius & ornatius, temperarunt. Placuit institutum illis, qui recentius inter Graecos novas philosophandi vias ingressi sunt. Qui quo invidiam populi evitarent, suaque tamen nihilo minus decreta propagarent, & auctoritate quadam communirent, nihil fore melius rati sunt, quam si eodem modo, quo *Hesiodus* olim, historiam Deorum suis dogmatibus accommodarent. Quae quam ita sint, qui *Hesiodum* & *Homerum* interpretari cupit, cum ante omnia dispicere oportet, quidnam ex eorum carminibus ad veterum physicam, quidnam deinde ad antiquam Graecorum historiam, quidnam denique ad ingenii lascivientis, quo poëtae valuere, commenta & somnia referendum sit. Idem de illis dictum velim, quae ex reliquis veterum *Theogoniis* ad nos pervenerunt. (III.) Negat vir doctissimus, eum, qui aeternum aliquid esse docet, eo statim ut idem per se exstitisse fateatur: idque *Aristotelis* firmat exemplo, qui aeterna docuerit esse Numina sua seu sidera, at illis tamen summum Deum praefecerit. Si voluisset, recentiores addere potuisset Platonicos, qui Deos & mundum aeternos esse pugnant, at eosdem per se exstitere negant, aut, ut loqui solent, aeternos esse tempore, non vero natura, volunt. Nec ignotum est, quid de omnium rerum aeterna ex Deo emanatione cum doctores quidam Scholastici, tum recentiores aliqui philosophi docuerunt. Haec mihi universa ratio propter vocabulorum ambiguitatem semper visa est impedita esse. De aeternitate naturae nunc sileo: quam qui statuunt, illi vocabula *aeternum* & *aeternitas* alio sensu adhibent, ac vulgo sumuntur. De formula *per se exsistere* tantum dicam. Haec bina significare potest: aut hoc: *Rerum omnium caussam primam esse aut supremum caput, aut sine caussa exsistere*; aut illud: *Non posse non exsistere.* Si priorem amplectaris potestatem, recte sese habet *Cudworthi* sententia, neque is, qui Deos aeternos esse ducit, ideo fateri debet, eos per se exstitere. Finge tibi animo aeternam quamdam rerum & emanationum seriem & ordinem, qualem sibi *Aristoteles* & juniores Platonici finxerunt; si hoc sensu formulam, quam dixi, sumas, praeter rem unam, unde fluunt reliqua, negare te oportebit, ceteras per se exstitisse. Caussam enim habent, sub quam sunt subjectae, & ex qua pendent. At si *per se exsistere* idem valeat, quod *non posse non esse, necessitateque naturae aut necessario exsistere*, deferenda tibi erit *Cudworthi* sententia, affirmandumque, quae ab aeterno sunt, ea quoque per se exstitere. Nullum enim est aeternae hujus catenae membrum, quod non possit non esse: Omnes Platonicorum Dii, omnes *Aristotelis* intelligentiae ipsa exstitunt necessitate naturae, &,

quae

ſas olim gentes Deos omnes pro tot naturis neque factis habuiſſe exiſtimant. Obſtat enim huic opinioni Deorum, quam crediderunt, generatio ſeu *Theogonia*. Sed id nondum expeditum eſt, anne multos ex Deorum numero, non autem unum, ex infinito tempore ſine ulla exſtitiſſe cauſſa putaverint. Itaque hoc dictis adjiciamus, res ipſa flagitat, nihil omnino eſſe, ex quo efficere liceat, populos verae religionis expertes tam fuiſſe umquam ſtolidos, ut multitudinem quamdam Deorum ab aeterno ſine ullo exordio per ſe exſiſtentium profiterentur. Namque primo, quod ad *Heſiodi* Deos attinet, praeter quos Graeci nullos coluerunt alios, id omni caret dubio, aut unum tantummodo eorum aeternum eſſe, nec ex aliqua cauſſa procreatum, aut vero nullum plane. Omnes, quos *Heſiodus* praedicat, Dii aut ex *Chao* exſtiterunt ſive fluida materia, ipſeque *amor*, quod *Ariſtophanem* ſupra tradere oſtendimus, ex eodem fonte prodiit; aut vero cenſuit *Heſiodus*, amorem diſtinctam eſſe aliquam a chao naturam, principium nimirum illud univerſitatis, in quo vis inſit agendi, & ex quo omnis *Theogonia & Cosmogonia*, mundi Deorumque generatio, una cum ipſo chao unice manavit. Utrum verius ſit, in hoc quidem negotio perinde eſt. Si Deos omnes *Heſiodus* exiſtimavit ex chao ſive oceano procreatos eſſe, certum eſt, quantuscumque ſit etiam, quem luſtrat, Deorum exercitus, hominem ad illos, quos ſupra tetigimus, pertinere, qui, tametſi de ortu Deorum multa fabularentur, Athei tamen erant, Deumque talem, qualem fas eſt credere, prorſus ſuſtuliſſe. Deum enim qui negat eſſe per ſe exſiſtentem, nec ex aliquo natum, eum inter Numinis profeſſores nullo modo numerare decet. Sin autem hoc alterum verius ſit, *Heſiodus*que *amorem* diverſam eſſe a *chao* naturam duxerit, illam nimirum, quae in hac rerum univerſitate efficientia unice praedita eſt, ex eoque omnes reliquos eſſe Deos natos crediderit, talis certe Dei fuit aſſertor, quales erant olim populi ſuperſtitione polluti, id eſt, multitudinem quidem Deorum introduxit, at unum tamen illis Deum ſempiternum ac ſine ulla cauſſa exſiſtentem praepoſuit, a quo ceteri omnes Dii ortum & initium accepiſſent. *Ariſtoteles* quidem, id quod ex locis ejus apparet, quos antea protulimus, dubius videtur fuiſſe aliquando, quemadmodum de *Heſiodo* ſentiret, neque ſatis ſecum conſtituiſſe, utrum ad profeſſores divinitatis, an ad contemtores ejus vatem referret. Namque *Libro de coelo* hominem in eorum familia collocat, qui res omnes, ſi ipſam excipias informem & rudem materiam, naſci non minus, quam corrumpi, judicant, quin ut caput iſtius factionis ſpectare jubet eum. Hanc vero ſectam Deum omnino ex orbe tollere, apertum eſt. *Libris* autem *Metaphyſicorum*, re melius expenſa, quosdam eorum, qui amorem principem eſſe putant Deorum, nullam

quem tenent ordinem, neceſſario ſervant. (IV.) Neſcio, quonam argumento conſtet, illam Graecorum veterum quaeſtionem: utrum Dii fuerint aeterni, an geniti, quam *Herodotus* commemorat, & *Platonis* controverſiam: mundus an ſit genitus, an vero non, eamdem vim & notionem habere. Conjectura haec eſt, nullo freta fundamento.

(*g*) *Plutarchum*] Nullus eſt apud *Plutarchum* de *Heſiodo* locus, quem referre huc queas, ſi hunc excipias, qui *de placitis philoſ. Lib.* I. *C.* 6. *p.* 880. legitur: Ἡσίοδ- Βυλόμ- τοὺς γενητοὺς ἐαυ- πατέρα ποιῆσαι, ἐσήγαγε τοιούτους αὐτὸς γενητοὺς,

Κοῖόν τε πρηνῆ, Ὑπερίονά τ', Ἰαπετόν τε·

Διὰ τοῦτο ἢ γενητὸν πάλιν). *Heſiodus, quum gentis Diis patrem vellet ſtatuere, hos Deorum genitores protulit,*

Coeumque induperantem, Hyperionaque, Japetumque.

Itaque hic locus fabuloſus dicitur. Ex hoc vero aegerrime conficias, *Plutarchum* affirmaſſe, *Deum non genitum Heſiodum* cecinisſe. Ex memoria ſcrip-

Ex

lam Deo ipſi injuriam inferre, ſed amorem pro primo hujus univerſitatis principio cauſſaque rerum efficiente ducere, ſuſpicatur: atque in his non modo *Parmenidem*, verum etiam *Heſiodum* fuiſſe, nil dubitat. Quae poſterior ſententia quum multo plus priori probabilitatis habeat, ideirco (g) *Plutarchum* etiam ſibi conciliavit, qui alicubi *Heſiodum* unum Θεὸν ἀγένητον, *unum Deum a nemine factum*, cecinisſe perhibet. Neque aliter veteri *Heſiodi* Scholiaſtae viſum fuit, cui *amor*, quem laudat vates, ὁ ἐπουράνιος ἐστὶν ἔρως, ὃς καὶ Θεός· Ὁ γὰρ, addit, ἐξ Ἀφροδίτης νεώτερός ἐστιν. *Amor Heſiodi amor eſt coeleſtis, qui Deus quoque eſt. Ille enim, qui ex Venere natus eſt, amor* 229
junior eſt. Ab hoc quodammodo *Joannes* diſcedit *Diaconus*, qui: Ἔρωτα, inquit, μὴ ἐπαΐειν νοητὸν, ἀλλὰ τὸν Ἀφροδίτης παῖδα, πᾶς γὰρ τὸν μητρὸς ἅπαν γεγονέναι ἐστὶν ἀδύνατον; ἀλλ' ἄλλον τινὰ πρεσβυτέρᾳ ἐοικότα· εἶναι γὰρ ἐγκατασπαρῆναι φυσικῶς κυητικῷ αἰτίαν ἑκάστῳ τῶν ὄντων. *Amoris nomine hic nos non intelligere oportet Veneris filium, cujus nondum nata eſt mater, ſed alium amorem antiquiorem, quem ego cauſſam efficientem aut principium omnor natus eſſe rebus omnibus inſitum.* Quamquam & hic, tametſi *Heſiodi* amorem ſupremum eſſe Deum neget, eſſe tamen concedit eum principium aliquod univerſitatis, efficiendi virtute inſtructum, quod ex ipſo Deo, non vero ex materia, profectum ſit. Sed huic inferius ſententiae firmiora comparabimus praeſidia.

Si quid eſt, quod magnam prae ſe ferat ſpeciem multitudinis cujusdam Deorum ex ſe ipſis exſiſtentium, triginta id ſunt Dii ſive *aeones*, quos *Valentinus* olim excogitavit. Neque defuerunt, qui ſic hominis hujus portenta interpretarentur, viri doctiſſimi. Sed hos omnes *aeones*, uno tantum excepto, genitos ac procreatos fuiſſe, manifeſtum eſt. Feſtivus enim eorum conditor & parens unum illis Deum auctorem dedit ex nemine natum, quem *Bythum* appellare conſuevit. Ita nos edocet (h) *Epiphanius*: Τριακοντὰ γὰρ καὶ ἔτος Θεοὺς καὶ αἰῶνας καὶ ἀγγέλους βίουλος περιπάγεν, ὧν ὁ πρῶτός ἐστι Βυθός. *Etenim Deos ille triginta & aeonas coeleſtesque totidem ordines conſtituit, quorum princeps eſt Bythus.* *Bythus* vero immenſam deſignavit voraginem, quae omnium abſorbeat cogitationes. Quare etiam ὁ ἀνώνυμος καὶ ἀκατονόμαστος πατὴρ, *ſummus nec ulli pronuntiandus pater*, ipſi audit.

Equidem fateor, exſtitiſſe olim, qui duos naturae Deos, quales diximus, ſeu naturas animales & intelligentes, omnisque cauſſae & originis neſcias, profeſſi ſunt, alteram bonorum cauſſam, alteram mali omnis & calamitatis fontem. Atque haec de duplici Deo ſententia proxime omnium ad eam de Diis pluribus doctrinam accedit, quam populos verae religionis ignaros ante Chriſtum natum foviſſe, putant plurimi. Addendum tamen eſt, (i) *Plutarchum* de antiquioribus affirmare Perſis, eos binis illis Diis, bono maloque, ſeu *Oromaſdi* & *Arimanio*, & ter-

ſit *Cudworthus*, quae effatum hoc paullo aliter ipſi exhibeit, atque ſefe habet. Ceterum *amor Heſiodi* mihi nihil videtur eſſe, quam vis quaedam genitrix in materia latens, cui more poëtarum habitum perſonae poëta circumdedit. Lege, quae ſupra *Cap.* 3. §. 17. de tota hac re iam ſunt obſervata. Ibidem *ad* §. 18. de duplici Graecorum amore, quantum fatis erat, diximus. Interpretum *Heſiodi* auctoritates exigui ſunt ponderis, eo quod ex ſuae aetatis praeceptis & opinionibus, aut ex recentiorum Graecorum ſententiis veterum poëtarum plerumque ficta metiri ſolent.

(h) *Epiphanius*] *Haereſ* 31. *Cap.* 2. *p.* 164. *T.* I. *Opp.* Si qui fuere, qui *aeonas Valentini* totidem eſſe Deos cenſuerunt per ſe conſtantes, inviſiſſimis id omnibus antiquis ſcriptoribus fecerunt. *Emanationes* ex Deo ſunt, id quod perſpicuum eſt, haec *Valentini* ſomnia.

(i) *Plutarchum*] *Libro de Iſide & Oſiride T.* II. *p.* 369. Διὸ καὶ Μίθραν, addit, Περσαι τὸν μεσίτην προσαγορεύουσιν. *Quare & Mithram Perſae mediatorem appellare ſolent.* De Perſarum doctrina plura infra dicentur *ad* §. 12.

Digitized by Google

tertium addidiſſe Numen, inter utrumque illum interjectum, cui nomen *Mithras* impoſuerint. Nec id praetereundum, antiquis ex Chriſtianorum doctoribus aliquos (*k*) tres a *Marcione* Deos inductos eſſe, teſtari: ne quid de (*l*) *Tertulliano* dicam, qui, ceteris multo liberalior, novem illi Deos aſſignat. Nam qui *Tritheitae* vulgo appellantur, quum Chriſtiani ſint errore decepti, a quibus doctrina de Trinitate perverſe eſt intellecta, hoc quidem loco non in cenſum veniunt. Quod ad illam vero attinet de binis Deis ſententiam, quorum alter bonus & benignus ſit, alter vero malus, evidens eſt, inde primum eam eſſe natam, quod bonitatem a natura divina nullo modo ſeparari poſſe, malum autem, quod in orbe verſatur, ab iſta bonitate divina prorſus abhorrere, mortales intelligerent. Quamobrem, ne deeſſet, quod rerum cauſſas ſciſcitantibus reſponderent, ipſa ſeſe neceſſitate pu-
230tarunt huc impelli, ut diverſam aliquam a benigno Numine naturam per ſe exiſtentem, Deum nimirum malum, introducerent. Qui his ergo imbuti erant placitis, rebus omnibus, in quibus boni quaedam ineſt nota, unum praeficiebant tantum parentem & conditorem, eumque amoris & benevolentiae plenum. Neque umquam ad hanc deſcendiſſent amentiam, ut plures Deos ſive principia ſibi fingerent, niſi malum illis, quo infectum cernebant terrarum orbem, obſtitiſſet: cujus quidem cauſſam deſperabant reddi poſſe, niſi origines ejus ad peculiare quoddam referrentur (*m*) principium.

Inter profeſſores portentoſae hujus doctrinae, quae a duobus hunc orbem Diis adminiſtrari, bono atque malo, praecipit, principem fere locum *Manichaei* obtinent & *Marcionitae*. Qui, tametſi numero quodam & loco inter Chriſtianos haberi cuperent, voti tamen ſui numquam facti ſunt compotes. (*n*) Sed diu ante, quam hi exſiſterent, ex ipſis multorum Deorum cultoribus fuiſſe, quibus eadem placeret ſententia, ſatis cognitum & exploratum eſt. *Plutarchus Chaeronenſis*, qui tot rem moralem monumentis illuſtravit, haud dubie amplexus eſt eam: cujus ex *Libro de Iſide & Oſiride*, quibus dogma hoc, aliquantulum licet immutatum, enarrat, (*o*) haec verba ſunt: Μεμιγμένη γὰρ ἡ τοῦδε τοῦ κόσμου γένεσις καὶ σύστασις ἐξ ἐναντίων, ἀνάγκης μὲν ἰσοσθενῶν δυναμένων, ἀεὶ δὲ τὸ βέλτιον τοῦ χείρονος ἐπὶ διπλασίῳ ἢ ἡμιολίῳ πάσης ἀπωτέρω, πολλῷ μὲν ἐμφρονείας τοῦ σώματος, πολλῷ δὲ τῆς ψυχῆς ὁ πᾶσα, εἰ μὴ πρὸς ἓν βέλτιον διεμαχοῦντο. *Mixta eſt enim hujus mundi origo atque compages ex contrariis fa-*

(*k*) *Tres a Marcione*] Vid. *Euſebius Hiſt. Eccleſ. Lib.* V. *Cap.* 13. *p.* 177. & auctores illos, quos *Jo. Bapt. Cotelerius* laudat *ad Conſtit. Apoſtol. p.* 339. *T.* I. *PP. Apoſtol.* Magna pars veterum Gnoſticorum tria principia, Deum bonum, Deum malum, & materiam, id quod facile probatu foret, ſi id locus ferret, diſcipulis ſuis commendavit: nec ideirco in ſolum *Marcionem* haec cadit infamia. Exſtat in *Conſtitut. Apoſtolicis Lib.* VI. *Cap.* 8. *p.* 339. *T.* I. *PP. Apoſtol.* inſignis de tribus his principiis locus, quem adſcribam, quoniam ad hanc rem maxime pertinet: Οἱ δὲ (ex Gnoſticis quidam) τρεῖς ἐναντίους Θεοὺς ἀνάρχους, ἀεὶ συνόντας ἀλλήλοις, δογματίζουσι. *Quidam tres Deos contrarios, principio carentes, ſemper una exiſtentes, celebrant.*

(*l*) *Tertulliano*] *Libro adv. Marcionem* I. *Cap.* 16. *p.* 237. 238. Sed ludit *Tertullianus*, & ex notionibus abſtractis aliisque rebus nova Numina fabricatur, quo tanto deterior & turpior videatur *Marcionis* ſententia. Jam tum ſcilicet pulcrum multis videbatur, adverſariorum opiniones pervertere ac corrumpere, confectariisque onerare deformibus, ut plus illis conflaretur invidiae.

(*m*) *Principium*] Cauſſas, quibus homines inducti fuerunt, ut pravum ſibi quemdam Deum effingerent, apte & ordine is expoſuit, qui *Recognitiones Clementis* compoſuit, *Lib.* II. *C.* 53. *p.* 521. *T.* I. *PP. Apoſtolicor.* ubi *Simon Magus* loquens inducitur.

(*n*) *Sed diu ante*] Ex inſtituto hoc argumentum perſequutus eſt vir doctiſſimus multisque nominibus de litteris egregie meritus, *Jo. Chriſtoph. Wolfius*, in *Manichaeismo ante Manichaeos Hamb.* 1707.

Digitized by Google

facultatibus, ſed quarum vires non ſunt aequales. Melius enim praevalet quidem. Deterius autem & pejus ut funditus deleatur, fieri nullo modo poteſt, quum & in corpore valide inhaereat, & in anima univerſi, & meliori ſemper repugnet.

Recentiori quidem memoria magna virorum eruditiſſimorum pars, *Plutarchum* hic expoſuiſſe tantum, quid aliis videretur philoſophis, cenſuit. Nonnulli, accepiſſe eum ab aliis hoc dogma, non vero ſtabiliviſſe, vel aliis commendaſſe, judicarunt. Verum, quidquid hi pro *Plutarcho* verborum fecerint, equidem, ſic cenſeo: qui *Plutarchum* negant huic ſententiae vehementer fuiſſe deditum, illos ſegniter ſcripta ejus legiſſe, quorum quippe variis in locis exquiſitum erga hoc portentum declarat ſtudium. In (*p*) *Quaeſtionibus* verbi cauſſa *Platonicis* ſic, quid ſentiat de hoc ſcito, eloquitur: Ἡ τὸ πλάνην ὑφ' ἡμῶν λεγόμενον ἀληθὲς ἐστι; ἡ μὲν γὰρ ἄνους ψυχὴ καὶ τὸ ἄμορφον σῶμα συνυπῆρχεν ἀπάλλαις ἀεὶ, καὶ τὸ ἑκάτερον αὐτῶν γένεσιν ἔσχεν οὐδὲ ἀρχήν. *An verum eſt id, quod ſaepe diximus? Scilicet mentis expers anima & corpus informe ſemper ſimul fuerunt, neutrumque eorum ortum habuit aut principium.* Similiter (*g*) *in Pſychogonia Timaeana* multus in eo eſt & diligens, ut colorem aliquem ac praeſidium huic dogmati conciliet: quod quidem & aliis in locis facit, nulli parcens operae, ut rationi nihil eo eſſe convenientius, demonſtret. (*r*) Exponam breviter argumenta ejus, quibus hanc cauſſam 231
tuetur. Igitur primo fieri non poſſe diſputat, ut exſiſtat aliquid ſine cauſſa: ex quo mali etiam oportere neceſſario cauſſam eſſe, neque deficientem tantum, verum efficientem, concludit. Eos enim, qui naturam mali nihil eſſe aliud dictitent, quam ἐπεισόδιον hujus orbis, ſive appendicem caſu & fortuito natam, omneque vitium, quo naturam rerum videmus contaminatam, paullatim ex aliis rebus enatum eſſe, non vero ex peculiari quadam cauſſa manaſſe, irriſionem potius audientium promereri ait, quam ſeriam confutationem. His explicatis, Deum, quum natura bonus & benignus ſit, malum nullo modo efficere potuiſſe, diſputat. Quo loco ſummis *Platonem* exornat laudibus, quod unus omnium mali excitati culpam quam longiſſime a Deo removerit ac ſegregaverit. Tum, quemadmodum Deus ab omni ſuſpicione creati vitii exemtus ſit, ſic ὕλην ἄποιον, *materiam formis omnibus & qualitatibus vacuam*, nulla plane ratione pro mali cauſſa haberi poſſe, aſſeverat, tametſi Stoici ad eam, ut vitiorum fontem & originem reperirent,

1707. 8. quo plerasque ſectas, quae vel jure vel injuria opinionis huius arguuntur, longo ordine, multis interiectis eruditis obſervationibus, enumerat.

(*o*) *Haec verba ſunt*] *De Iſide & Oſiride p.* 371. Ex his vero verbis, *Plutarchum* hac opinione imbutum fuiſſe, parum tuto colligitur. Etenim non tam ſuam, quam *Platonis*, qua de ibi loquitur, & Aegyptiorum ſententiam explicat. Mitto, quae hoc dicto exponitur, opinionem multum ab eorum differre dogmate, qui binis Deis aequalibus & aeternis naturam rerum regi exiſtimant.

(*p*) *Quaeſtionibus Platonicis*] *p.* 1003. *T.* II. *Opp.* Sed nec hic locus probat, *Plutarchum* in illis eſſe numerandum, qui binis naturam rerum principiis ſubjecerunt. Ut enim omittam, *Plutarchum* de binis loqui naturis ſupremo Numini ſubditis, mente & materia, nihil hic decernit, ſed quaerit tantum, an fortaſſe verior habenda ſit reliquis opinio illa, id eſt, lectorum arbitrio rem omnem committit, nihil ipſe conſtituens.

(*q*) *In Pſychogonia*] Quae ex hoc *Plutarchi* libello in hoc negotio produci poſſunt teſtimonia, ea parum apud eos valebunt, quos non praeterit, *Plutarchum* iſto non ſuas enarrare ſententias, ſed *Platonis* ex ejus *Timaeo* mentem de animae procreatione tantum explicare & declarare.

(*r*) *Exponam breviter*] Haec omnia argumenta *Plutarchus Libro de Iſide & Oſiride p.* 369. & *in Pſychogonia p.* 1014. 1015. *T.* II. *Opp.* congeſſit, at nec eo, quo hic leguntur, ordine, nec continuata ſerie. Utroque loco, quid *Plato* & alii ſentiant, exponit; non ita ſibi etiam videri, commemorat.

rent, confugerint. Quamquam in reprehendendis Stoicis, in quorum saepius sententiam de malo invehitur, parum secum ipso *Plutarchus* concinit. Nonnunquam enim nullam prorsus malo causſam ab illis assignari, affirmat, interdum vero omne vitium ab ipso eos Deo derivare, concludit. (*s*) In *Psychogonia* fatetur, nisi peculiarem quamdam statuamus esse naturam, unde omne malum fluxerit, fore, ut Stoicorum nos in angustias conjiciant difficultates: Αἱ Στωϊκαὶ καταλαμβάνουσιν ἡμᾶς ἀπορίαι, τὸ κακὸν ἐκ μὴ ὄντος καὶ ἀγενήτως καὶ ἀφθόρως ἐπεισαγούσης, ἐπεὶ τό γε ὂν τῷ ἀγαθῷ, ἢ τὸ ἄποιον. εἰκὸς ἦν οὐσίαν κακοῦ καὶ γένεσιν εὑρίσκειν *Incidemus enim in Stoicorum angustias, & malum sine causſa & procreatione deducemus ex non ente: siquidem vero simile non est, ut sive bonum illud ens, sive alterum expers qualitatis essentiam & originem praebuerit malo.* At (*t*) in libro, quem in Stoicos exaravit, id in sectae hujus praecipuis ponit vitiis, quod in Deum, cujus natura tamen nihil pravitatis ferat & patiatur, mali omnis culpam conjiciat. Αὐτὸ δὲ κακῶν ἀρχὴν ἀγαθὸν ἔνιοι τῶν Θεὸν ποιοῦσιν· Οὐ γὰρ ἡ ὕλη τὸ κακὸν ἐξ αὑτῆς παρέσχηται· ἄποιος γάρ ἐστι, καὶ πάσας, ὅσας δέχεται, διαφορὰς ὑπὸ δὲ ποιοῦντος αἰτίου καὶ σχηματίζοντος ἔσχηκεν· ὥστε αἰτίαν τὸ κακὸν, εἰ μὲν ἀεὶ ἦν ἐκ μὴ ὄντος, εἰ δὲ ἀπὸ τῆς κινούσης ἀρχῆς, ἐκ δὲ Θεοῦ γενόμενον παρέσχεν. *Ipsi autem malorum principium Deum, qui bonus est, faciunt. Non enim ex se malum suppeditavit materia: expers enim est qualitatum, &, quascunque recipit differentias, eas ab illo habet, qui eam format & movet. Necesse itaque est, malum, si nullam habet causſam, ex nihilo, si vero a principio movente exstitat, a Deo profectum esse.* His, quae modo commemoravimus, expolitis & disputatis, sic rationem concludit *Plutarchus:* Nisi singulare quoddam esse principium constituamus, sive certam mentem ipsa sua natura maleficam & expertem rationis, quae per se ex infinito tempore una cum Deo & materia exstiterit, omneque vitium, quo res hujus universitatis laborant, produxerit, nulla cujusquam fieri posse industria, ut natura & origo mali declaretur. Igitur, quidquid boni & salutaris in corpore & anima hujus universitatis, nec non in animis hominum atque daemonum deprehendatur, ejus unum Deum causſam & auctorem habendum esse, praecipit. E contrario, quidquid ubique mali sit, & a recti justique recedat norma, id ab altero proficisci principio, quae ψυχὴ ipsi audit ἄνους καὶ κακοποιὸς, *mens ratione carens & maleſica:* namque hanc penitus semet ipsam in rerum naturam insinuare, & ubique ad bonum
232 sese principium adjungere: (*v*) καὶ μὴ πᾶν εἶναι ἔργον θεοῦ τὴν ψυχὴν, *ita ut nec anima universitatis, nec hominum & daemonum mentes totae Dei opus sint, sed bruta, inferior, & inordinata pars earum malo tribui debeat principio.*

Sed *Plutarchum* nondum dimittere possum. Is praeterea hoc etiam firmiter complexus erat animo, ne ipsam quidem supremi Numinis potentiam efficere posse, ut

(*s*) *In Psychogonia*] p. 1015. *T.* II. *Opp.* Versionem *Xylandri*, quod vitiosa erat, reieci, & eam, quam *Jac. Thomasius de exust. mundi Stoica* p. 164. dedit, hic descripsi.

(*t*) *In libro - in Stoicos*] *De communibus notitiis contra Stoicos* p. 1076. *T.* II. *Opp.* Versionem ven. *Wolfii*, Xylandriana longe meliorem & emendatiorem, ex *Manichaeismo ante Manichaeos* p. 150. Graecis addidi. Animadverterat iam *Jac. Thomasius Libro de exustione mundi Stoica Diss.* XII. p. 163. mentem *Plutarchi* possime a *Xylandro* Latine redditam esse, ubi de his *Plutarchi* locis ex instituto agit. Recte vero si haec dicta *Plutarchi* & verantur & explorentur, nulla inter illa erit contentio, nec secum ipso, quod *Cudworthus* putat, *Plutarchus* dimicabit. Neutro enim loco *Plutarchus*, quid Stoici vere senserint, exponit, sed quid ex eorum sequatur & elici possit sententiis, indicat. Duo faciebant Stoici rerum principia, Deum & materiam. De utroque vero principio hoc ita saepenumero differebant, ac si in neutro mali causſam residere putarent, nec satis sibi constabant, quia

Digitized by Google

ut aliquid vere exſiſtens propriaque gaudens natura, ex nihilo proveniat. Hoc fretus dogmate, rerum omnium, quibus conſtat haec univerſitas, initia & materiam ex omni aeternitate exſtitiſſe cenſet, nec ulla ex cauſſa manaſſe; Deum vero tantum in his rebus omnibus ornandis, digerendis, & inter ſe conciliandis elaboraſſe. Ex quibus, quid cum de ipſo mundo, tum de mundi, quam ubivis eſſe profitetur, anima ſenſerit, apertum eſt. Mundum nimirum ipſum corporeum in ſe ſpectatum ex nihilo a Deo procreatum eſſe, negat, at inordinatos materiae ab aeterno exſiſtentis motus ſic eſſe tuetur a Deo compoſitos & temperatos, ut elegantiſſimus ordo mirabilisque rerum omnium contextus & concentus in ea exſtiterit. Similiter mundi animam ex nihilo a Deo extractam eſſe, negat; nec illis aſſentitur, qui ex bruta quadam mentisque experte materia Deum eſſe hanc animam fabricatum opinantur: exſtitiſſe vero credit ex infinito tempore mentem aliquam valde perturbatam & confuſam, in quam Deus ordinem conſtantiamque immiſerit. (*) Ἀκοσμία γὰρ ἦν τὰ πρὸ τοῦ τὸ κόσμε γένεσιν, ἀκοσμία δ' οὐκ ἀσώματ@-, οὐδὲ ἀκίνητ@-, οὐδ' ἄψυχ@-, ἀλλὰ ἄμορφον μὲν καὶ ἀσύστατον τὸ ἀσώματον, ἔμπλημμα δὲ καὶ ἄτακτον κινητικὸν ἔχουσα· τοῦτο δ' ἦν ἀνεμόεσσα ψυχῆς οὐκ ἔχούσης λόγον· ὁ γὰρ Θεὸς οὔτε σῶμα τὸ ἀσώματον. οὔτε ψυχὴν τὸ ἄψυχον ἐποίησεν, ἀλλ' ὥσπερ ἁρμονίαν ἄνδρα καὶ εὐθυμίαν ἢ φαυλίαν πεῖσαι οὐδὲ κίνησιν. ἐμμελῆ δὲ φαυλίαν καὶ κίνησιν εὐρυθμον ἀξιοῦμεν, ἴσως ὁ Θεὸς οὔτε τὸ σώματ@- τὸ ἀπλοῦν καὶ ἀνίππευτον, οὔτε τὴν ψυχὴν τὸ φαντασικὸν καὶ κινητικὸν αὐτὸς ἐποίησεν· ἀμφοτέρας δὲ τὰς δεήσεις ἀπέλαβεν. ἡ μὲν ἀμυδρὰν καὶ σκοτεινὴν, ἡ δὲ ταραχώδη καὶ ἀνόητον, ἁπλοῦς δὲ καὶ ἀφαντάστ@- ἀμφοτέρας καὶ ἀόριστος ἔταξε καὶ διεκόσμησε καὶ σωτήριος, τὸ κάλλιστον ἀπεργασάμεν@- καὶ τελειότατον ἐξ αὐτῶν ζῶον. *Fuit nimirum, antequam mundus naſceretur, informis & rudis materia, non vero corporis expers, aut motu vel anima carens, ſed corpus informe & temerario brutoque motu praeditum. Haec vero deformitas animae erat inconcinnitas ratione carentis. Nec enim Deus corpus ex re corporis experte, aut animam ex re inanimata efficit. Sed, quemadmodum virum Muſices peritum non ipſum vocem aut motum facere, ſed concinnam vocem numeroſumque motum producere opinamur, ita Deus neque corpori, ut tangi & reſiſtere poſſet, neque animae, ut imaginari & movere, indidit; ſed utrumque ſumens principium, alterum obſcurum & tenebricoſum, alterum turbulentum & amens, ambo imperfecta & indefinita, ita ordinavit, digeſſit, ac temperavit, ut pulcherrimum & perfectiſſimum animal efficeret.* Poſt, interjectis nonnullis, ita denuo loquitur: (†) Οὐκ σώματ@- ἁπλῶς, οὐδ' ὕλην καὶ ὕλης, ἀλλὰ συμμετρίας περὶ σῶμα. καὶ κάλλος, καὶ ἁρμονίαν ἦν ὁ Θεὸς πατὴρ καὶ δημιουργὸς τούτου δεῖ λέγειν καὶ περὶ ψυχῆς, ὡς τὸ μὲν ὅτε δὲ οὐ θεῖν ἡγούμεθα ὅτι κόσμε ψυχὴν ἔσαν ἄλλα τινα φαντασικὴν καὶ δοξαστικὴν, ἀλόγως δ' καὶ ἀνοήτως φορᾶς καὶ ἁρμῆς δυνάμιν αὐτοκίνητον καὶ ἀσκιτήσιν· τὸ δὲ αὐτὸς ὁ Θεὸς λογισάμεν@- περὶ τὴν λόγοις καὶ λόγοις ἐγκατέστησεν ἐγκόσμιον κόσμε γενόντ@-, ψυχὴν ἔσαν *Non corporis ſimpli-*

(*) De Pſychogon. p. 1014. Par. (verſionem in multis corrigere me decuit.) (†) L. c. p. 1117.

quum origo mali explicanda eſſet. Deum eſſe dicebant optimum, materiam omni qualitate vacuam. Igitur priori loco *Plutarchus* ex eorum hoc conſequi dicit ſententia, malum ex nihilo natum eſſe. Poſteriori autem loco, ſi hoc nolint Stoici, alio eos abſurdo preſſum iri ſignificat, hoc nimirum, malum ab ipſo Deo profectum. Ipſa enim quum movere ſeſe nequeat materia, omnisque ejus a Deo motus proficiſcatur, nil eſſe reliqui, quam ut Deus omnis mali ex motu materiae nati credatur eſſe cauſſa. Dignus ceterum eſt, qui de Stoicorum de origine mali dogmate legatur *Wolfius Manichaeismo ante Manichaeos S. II. p.* 149. *ſ.*

(v) Καὶ μὴν] *Plutarchus de animae procreat. ex Timaeo p.* 1027. Οὔτως ἐστὶν οὐ πονηρὸν καὶ τὸ μὴ πᾶν ἐγγὺς εἶναι θεῷ τὴν ψυχὴν, ἀλλὰ συμφυὲς ἔχουσαν ἐν ἑαυτῇ τὸ τοῦ κακοῦ μέρος ὑπ' ἐκείνε κεκρυμμένον. *Ita undique nobis oſtenditur, non tantum animam*

pliciter, non molis, non materiae, ſed concinnitatis in corpore, pulcritudinis, ſimilitudinisque Deus eſt pater & opifex. Haec etiam cogitanda ſunt de anima: nimirum illam neque a Deo eſſe procreatam, neque animam eſſe mundi, ſed facultatem imaginatricis & opinioſae, bruti interim incompoſitique motus & impetus, quae ſe ipſam, idque perpetuo, moveat. Hanc vero Deus componens, numerisque & rationibus digerens, principem & animam geniti hujus mundi conſtituit. Hunc igitur ſi audiamus, mundi quidem anima, quam profitetur, certo tempore exorta eſt, ſed ex nihilo tamen haud profecta. Exſtitit ex omni aeternitate mens quaedam, ſed parum ordinata & compoſita, quam quum Deus virtute ſua ſubigeret, aptam & concinnam formam nacta eſt, certis-
233 que legibus eſt adſtricta. Quocirca ſic concludit: Ἡ ψυχὴ τὸ μεταλαμβάνον καὶ λογισμοῦ καὶ ἁρμονίας οὐκ ἔργον ἐστὶ τοῦ Θεοῦ μόνον, ἀλλὰ καὶ μέρος, οὐδ' ὑπ' αὐτοῦ, ἀλλ' ἀπ' αὐτοῦ, καὶ ἐξ αὐτοῦ γέγονεν. *Anima mentis, rationis, & harmoniae compos non ſolum opus eſt Dei, neque tam per ipſum facta eſt, quam ab ipſo & ex ipſo fluxit.* Quod de mundi docuit anima *Plutarchus*, id de ceteris quoque animis, hominum nimirum & daemonum, prae-

mum opus eſſe Dei, ſed quum ſibi innatam haberet mali portionem, a Deo fuiſſe digeſtam & ordinatam. Ex his *Plutarchi* verbis liquet, quae hic addita ſunt Graecis, interpretationem potius ſententiae *Plutarchi*, quam ipſa ejus verba, eſſe.

(*x*) *Exſtitit*] Ex illis, quae paullo ante ad *Plutarchi* dicta quaedam hic allata monuimus, manifeſtum opinor eſſe, veritatis ſpecie non prorſus carere *Jo. Rualdi* in *Vita Plutarchi Cap.* 9. & aliorum ſententiam, non tam quid ſibi placeat, quam quid *Platoni* & aliis viſum fuerit, edifferere, quum de binis loquitur rerum principiis, tametſi hominum eſſe hanc opinionem *Cudworthus* velit, qui non niſi ſegniter *Plutarchum* legerint. Vix ullum certus ego ſum ex eo locum proferri poſſe, quo diſerte fateatur, philoſophus ſi quis eſſe velit, ei unice hoc eſſe dogma amplectendum, aut certum illud eſſe ac veriſimum: contra paſſim habet, quae vix ac ne vix quidem componas cum binis, quas praedicat alias, naturis. Nec tamen illis plane accedo, quos vir doctiſſimus hic deferendos eſſe judicat. Quod enim toties hanc opinionem *Plutarchus* commemorat, quod totus in eo eſt, ut *Platonem*, qui princeps philoſophorum aetate eius habebatur, ei deditum fuiſſe doceat, quod omnem veterum ſapientum turbam, exceptis Stoicis, quos odio habebat, ea fuiſſe imbutam contendit, haec argumento eſſe largior, propendiſſe eum animo in hoc dogma. Itaque veriſimiliorem reliquis philoſophorum ſcitis hanc fuiſſe *Plutarcho* viſam ſententiam, pronuntiemus, non autem veram omnino & certam. Conſtat, mores Academicorum & inſtituta ipſi arriſiſſe, qui libere in utramque partem diſputabant; interea ſequebantur ea, quae plus judicabant habere probabilitatis. Et hanc ergo opinionem, ſi aliqua probanda ſit, reliquis ſibi praeferendam videri, non obſcure ſignificat, neutiquam tamen ad eam ita ſeſe adjungit, ac ſi nihil ei ad veritatem deeſſe opinaretur. Haec vero, quam *Plutarchus* veri non diſſimilem eſſe duxit, & *Platoni*, nec, ut mihi videtur, ſine cauſſa, adſcripſit, ſententia multum diſcrepat ab eorum opinione, qui duos ſibi Deos contrarios, perpetuis ſeſe pugnis exercentes, fingunt. Quod quum a paucis intelligi videam, nec ipſe doctiſſimus *Cudworthus Plutarchi* mentem aperte declaraverit, operam ego dabo, ut, quid ſibi voluerit, ex *Libris* in primis *de Iſide & Oſiride* ac *de Pſychogonia* perſpicuum faciam. Deus fuit ex omni aeternitate, isque bonus, nec ullo contaminatus vitio, a quo propterea nihil mali proficiſci potuit. Lege paſſim *Librum de Iſide & Oſiride*. Exſtitit etiam ex infinito tempore materia, omnis qualitatis omnisque motus in ſe ſpectata expers. Quare neque haec materia pro mali cauſſa haberi poteſt. *Libro de Pſychogonia p.* 1015. Ἀνωμαλίας δ' οὐκ ἐν τῇ ὕλῃ ἄτοπον οὐδὲ ἀλόγῳ φορᾷ κεκρᾶσθαι. *Pravitas vero non eſt in materia, quippe quae qualitate omni & differentia vacat.* Et latius ibi haec perſequitur. In hac autem materia latuit ab omni aevo vis & natura quaedam ratione carens & malefica, inordinatis atque turbulentis motibus brutam illam materiam ciens. Haec *Plutarchi* illa eſt anima ἐναντίων καὶ ἐναντίων δημιουργὸς, *contraria & contrariorum opifex*, *Libro de Iſide & Oſiride p.* 370. aut ψυχὴ ἄνους καὶ κακοποιὸς, *anima mente carens & malefica*, *de Pſychogonia p.* 1014. ψυχὴ ἀκόσμητος καὶ ἀνόητος, *anima incompoſita & mente vacua*, *ib. p.* 1029. ut alia, quibus hanc naturam deſignat, nomina praeteream. Haec vero anima quum conſilii, cognitionis, & rationis inops ſit, evidens eſt, eam minus proprie vocari animam, nec, quae mala facit, conſilio & dedita opera facere, verum neceſſitate quadam naturae. Quapropter *Plutarchus* etiam non dubitat eam ἀνάγκην, *neceſſitatem*, nominare, atque eam illud ipſum eſſe *fatum*, de quo & poëtae cecinerint, & philoſophi toties loquantur, contendere, *Pſychogoniae p.* 1026. Verbo: Haec anima malefica eſt neſcio quae vis quaedam mo-

praecipere debuit, nisi ab illa, quam semel sanxerat, norma discedere vellet: Nullam novam naturam ex nihilo a Deo procreatam esse. Itaque aut omnes mentes ab ipsa utriusque Dei, tam boni, quam mali, natura non discrepare, aut vero ex utroque Deo nescio quo modo delibatas atque haustas esse, asseverare debuit: quarum tamen sententiarum posterior num ab aliquo intelligi possit, equidem vehementer dubito. Jam, qualis fuerit *Plutarchus*, liquet. In exordio quidem capitis hujus in illis hominem collocavimus, qui duo ἀυθυπόστατα aut *principia ex se ipsis exsistentia*, Deum & materiam, huic universitati attribuerunt. Jam vero pro tertio quoque principio, quod ipse sic appellat, acriter eum militasse intelligimus, pro ψυχῇ nimirum ἄνῳ καὶ κακοπαθῶ, *mente sive daemone ratione vacuo & malefico.* Quae si omnia cogitemus, *Plutarchum* tria quidem principia, at binos tantum Deos, statuisse, sentiemus. Vocem vero *Deus* eo, quem superius exposui, sensu hic accipio, ut naturam significet animalem & intelligentem, quae per se semper (x) exstitit.

Equi-

motrix in materia residens, quae nullis legibus alligata est, verum incerto cursu fertur. Certo tempore Deus ad mundum ex hac materia construendum accessit, *de Psychogonia p.* 1014. Hunc vero quum omni ex parte pulcrum & secum concinentem efficere vellet, & materiam, quam animae illius ratione carentis impetus mirifice conturbaverant, componendam sibi & dirigendam, & maleficae mentis materiam administrantis motus, a recti & pulcri regula vehementer devios, sibi corrigendos & temperandos esse, perspexit. Utrumque igitur fecit. Materiam primum digessit, & suum elemento cuilibet locum assignavit, *de Psychogonia p.* 1016. Deinde, ne recte constituta denuo convellerentur, mundi animam emendavit, quantum potuit, & de sua illi essentia partem addidit, quae varios ejus motus ita dirigeret, ut summa rerum omnium pulcritudo & admirabilis totius universitatis concentus nasceretur. Haec toties inculcat *Plutarchus*, ut fuisse mirum sit, qui longe aliam ipsi opinionem tribuerent. Afferam ex multis ejus dictis aliqua: Ὁ Θεὸς ἐκ τε ταυτης καὶ τῆς ἀρχικῆς καὶ ἀτάκτου φύσεως ἐκείνης ἐμφρονα καὶ τεταγμένον ἀπειργασάμενος, καὶ κατάπερ ἐκ δὲ καὶ τῷ αἰσθητικῷ τὸ λογικὸν καὶ τῷ ἀιρετικῷ τὸ τεταγμένον ἀεὶ αὐτῷ παρασχὼν, ἐγκράσας τὴ ταυτὸς ἐγκατέστησεν. *Deus ex hac* (mala anima) *& stabili optimaque illa natura prudentem ordinatamque confecit, &, tamquam formam sensili intelligibilem, moventi ordinatam praebens, ducem universitatis constituit, de Psychogenia l. c. p.* 1016. Hoc *Platonem* in *Timaeo* significasse, multis disputat, quum ex *Diverso*, id est, mala illa natura, & *Eodem* compositam esse mundi animam diceret, *ibid. p.* 1024. 1025. Addo alium luculentum locum, extremo fere libro exstantem *p.* 1029. Ἡ δὲ πρώτη καὶ κυριωτάτη δυνάμεως ἀρετῆς ἐγγέγραπται τῇ ψυχῇ, καὶ περιχεῖ σύμφυτον αὐτῷ καὶ παθητὸν, ἀεὶ τῷ κρατίστῳ καὶ θειοτάτῳ μάχη τῶν ἀτάκτων ὁρμῶσιν. *Prima vero & praestantissima virtus aperte contemperata est animae, eamque exhibet sibimet ipsi concinentem & morigeram, semper optimae ac divinissimae parti reliquis omnibus consentientibus.* Vides ex his naturam, vides ortum & natales animae illius, quae rerum universitatem & mundum administrat & regit. Conflata illa est mundi anima ex binis partibus, ex antiqua illa natura maleſica, quae, antequam Deus orbem terrarum fabricaretur, materiam turbulento modo agitaverat, & ex parte divinae naturae, quam Deus cum illa sociavit, quum mundum omni ex parte absolutum perficere vellet. Illa pars, quidquid mali vides oriri, producit: haec, ne quid detrimenti capiat inde rerum universitas, providet, aequabilique quadam lege coërcet omnia & continet. Ex hac mundi anima illi fluxere ex sententia *Platonis* animi, quibus nostra corpora gubernantur. Quod de illa igitur, id de his quoque dictum puta. Quemadmodum mundi anima binis constat partibus, altera bruta & ratione vacua, altera ratione praedita & sapienti; ita & nostrae mentes. *Platonem* ita sensisse, dubio caret. *Plutarchi* ergo verbis tantum rem confirmabo: Τῆς δ' ψυχῆς οὐδὲν μέν ἐστιν εἰλικρινὲς οὐδὲ ἄκρατον· —— ἐμφαίνει δ' ἡ τῷ μὲν ἀλόγῳ τὸ ταραχῶδες, τῷ δὲ λογικῷ τὸ εὔτακτον, ταῖς δ' αἰσθήσεσι τὸ κατηυγασμένον, τῷ δὲ νῷ τὸ αὐτεξούσιον. *Animae nulla pars sincera est, nulla mixturae expers. In bruta parte apparet turbulenta illa natura, in rationem habente ordinata, in sensibus necessitas, in mente sui ipsius potestas.* Paullo post: Οὐχ ἥκιστα δ' ἡ πρὸς τὸ καλὸν ἀμφοῖν καὶ τὸ αἰσχρὸν, ἡ τὸ πρὸς τὸ ἡδὺ καὶ τὸ ἀλγεινὸν οἰκεῖα, οἷ τε τῶν ἀρίστων ἐπιτιμητικοὶ, καὶ πόνους καὶ ἀμηχανίας τῷ φιλοκάλῳ πρὸς τὸ ἀκόλαστον, ἐνδικεῖν δὲ τὸ μισεῖν ἔν τε τῷ θείῳ καὶ ἀπαθεῖ, οὐκ ἂν τῷ θνητῷ καὶ πολὺ τὸ σώματος παθητὸς μοιρῶν. *Neque secius diversi motus ad honestum & turpe, ad jucundum & molestum, tum animantium furores, trepidationesque, & justa honestatis studii contra libidinem, animam demonstrant mixtam esse e divina perfectionumque experte parte, &*

inter-

235 Equidem non sum nescius, quantam animi contentionem adhibeat *Plutarchus*, ut non aliter omnibus olim gentibus, cunctisque, qui vixerunt in illis, philosophis inclytisque laude sapientiae viris visum fuisse, atque sibi, legentibus persuadeat. Audiamus, ut in (γ) *Libro de Iside & Osiride* differat: Διὸ καὶ παντάπασιν αὐτὴν κατεστην ἐκ θεολόγων καὶ νομοθετῶν εἰς τὰ ποιητὰς καὶ φιλοσόφους δόξαν. ἢ λόγῳ ἀΐδιον ἔχειν, ἢ ὃ πάντων ἰσχυρότερον καὶ διαρκέστατον, τὸν ἐν λόγοις μόνον, ἀλλ' ἐν φύσεσι, ἀλλ' ἐν τοῖς πολέμοις, ἐν τοῖς δικαίοις, καὶ βαρβάροις καὶ Ἕλλησι, πανταχοῦ περιφερόμενον, ὡς ἔστ' ἄνευ καὶ ἀλόγου καὶ ἀκυβερνήτου αἰωρεῖσθαι τῷ αὐτομάτῳ τὸ πᾶν, ἐπ' εἰς ἴσην ὁ κεφαλῶν ἢ κατόπιν ὥσπερ οἰκεῖν ἢ πᾶσι ποδηνέμοις χαλεπὸς λόγος, ἀλλὰ πολλὰ μὲν μεταμέλεια κακοῖς ἢ ἀγαθοῖς, μάταιον δὲ μηδέν, ὡς ἀπλῶς εἰπεῖν, ἀκρατὲς ἐπαθε τῆς φύσεως φερόμενα, ἃ δυοῖν ὄντων ἐξ ἀμφοῖν ὥσπερ ναύταις τὰ πράγματα καπηλικῶς διῳκήμενα ἀκριβοῦσιν ἡμῖν, ἀλλ' ἐπὶ δυοῖν ἐναντίοιν ἀρχῶν ἢ δυοῖν ἀντιπάλων δυνάμεων, τὸ μὲν ἐπὶ τὰ δεξιὰ, ἢ κατ' ὀθνείαν ὑφηγεμόνας, τὸ δ' ἔμπαλιν ἀναχρεῖσης ἢ ἀνακλάσεις, ἐπὶ βίον μικτὸν, ἐπὶ κόσμον, εἰ ἢ μὴ πᾶν, ἀλλὰ ὁ περίγειος ἐτον ἢ μεταστελλόμενον, ἀνώμαλον ἢ ποικίλον γέγονε, ἢ μετ' ἐλάττους πάσης διχόμηνον· εἰ γὰρ ἦν ἀναιτίως πεφυκὸς γένεσθαι, αἴτιον ἢ κακὸν τὸ ἀγαθὸν οὐκ ἂν ἐδύνατο, δεῖ γένεσιν ἰδίαν ἢ λόγῳ, ὥσπερ ἀγαθὸν, ἢ κακὸν. ἢ φύσιν ἔχειν· ἢ δο εἰ τοῦτο τοῖς πλείοσιν ἢ σφοδρότερον· νομίζουσι γὰρ οἱ μὲν Θεοὺς εἶναι δύο, καθάπερ ἀντιπάλους, τὸν μὲν γὰρ ἀγαθῶν, τὸν ἢ φαύλων ἐναντίον· οἱ ἢ τὸν μὲν ἀμείνονα Θεὸν, τὸν ἢ ἕτερον δεδιότα καλοῦσιν, ὥσπερ Ζαρμανόχηγας ὁ Μάγος. *Vetustissima proinde a sacrarum litterarum professoribus & legumlatoribus derivata est ad poëtas & philosophos opinio, auctore quidem ignoto, at fide tam certa & indelebili, ut non in sermonibus tantum & rumoribus versata sit hominum, verum etiam in mysteria & sacrificia tam Graeca, quam barbara, sese insinuaverit, neque casu ferri, & ex fortunae temeritate pendere hanc universitatem, mente, ratione, & gubernatore destitutam, neque unicam esse naturam, quae contineat illam & dirigat, tamquam clavum aut frena moderantem: sed quam permulta e bonis juxta malisque sint confusa, immo nihil hanc natura sincerum, ut verbo dicam, proferat, non esse unum aliquem pronum, qui e duobus dolis res*

mortali alia atque aff. Tionibus obnoxia. de Psychogonia p. 1026. Liquet jam, nihil me fallit animus, & quam male *Plutarchi* mentem plerique capiant, & quid is de causa mali & mundi anima vere senserit. Principio non haec nova est aut uni *Plutarcho* propria opinio, quod viris doctissimis persuasum est. Ipse *Plato* an secus haud praeceperit de his rebus in *Timaeo* & alias, atque *Plutarchus*, nunc quidem quo tempori & spatio parcam, explorare nolo: quamquam *Timaeum* attente legenti non ineptum ejus semper *Plutarchum* mihi visum esse interpretem, non diffiteor: qua de re paullo post plura. At Platonicorum multos pari ratione & magistrum suum intellexisse, & ipsos censui se, *Chalcidius*, praeter alios, auctor est *Comm. in Timaeum Platonis cap.* 2. §. 21. *p.* 287. Dissidere is ostendit veteres *Platonis* expositores, quidnam illud *Idem* & *Diversum*, *dividuum* & *individuum* sit, ex quibus animam mundi in *Timaeo* confiatam esse praecipit. Quumque nonnullas enumerasset sententias, esse multos antiquorum ait, qui dicant: *Fuisse semper tam animae quam corporis vim: nec Deum ex his, quae non erant, fecisse mundum, sed* EA, QUAE ERANT SINE ORDINE ET MODO, ORDINASSE. —— INORDINATOS QUIPPE ANIMI ERRORES ET AGITATIONEM FLUCTIBUS SIMILEM, INTELLECTU ASSIGNATO, *ex inordinato in ordinem redegisse.* —— *O rare, quam sensili mundo conveniens anima instituitur, ortum ejus ex individua* UNA, *quae* MENS INTELLECTUSQUE est, & ALIA, QUAE PER UNIVERSA CORPORA DIVIDITUR *& scinditur, provenire.* Habes ipsum *Plutarchi* sententiam, quam mirabilem singularemque putant plurimi. Nil novi *Plutarchus* excogitavit, sed ex variis interpretum *Platonis* sententiis, quam ceteris vero ducebat esse propiorem, exornandam sibi sumsit. Patebit id etiam ex illis, quae paullo post afferemus, luculentius. Deinde haec *Plutarchi* opinio mirifice differebat ab eorum portentis, qui binos esse Deos aequales & contrarios statuunt. Tantum enim abest, ut haec maletica *Plutarchi* anima pro Deo possit haberi, ut potius vix ac ne vix quidem naturae per se constantis aut principii nomen mereatur. Vis est quaedam motrix in materia recondita, at ratione vacua, quam Deus, mundum conditurus, subigit, emendat, corrigit, & ad suam voluntatem flectit

Digitized by Google

res nobis, veluti aliquem liquorem, cauponis more diſtribuat atque miſceat. Ergo a duobus principiis contrariis adverſisque binis facultatibus, quarum altera ad dextram & recta ducat, altera retrorſum avertatur atque reflectat, cum vitam eſſe mixtam, tum ipſum mundum, ſi non univerſum, eum ſaltim, qui ad terram eſt, & lunae ſubjacet, inaequaliter ferri, variisque & omnis generis motibus agitari. Si enim nihil ſine cauſſa fit, & mali cauſſam bonum non praebet, neceſſe eſt in natura ut boni, ita etiam mali ortum peculiarem ſuumque principium exſtare. Atque haec quidem ſententia plerisque, & iisdem ſapientiſſimis, probatur. Exiſtimant enim alii, duos eſſe Deos, quaſi contrariis deditos artibus, ut bona alter, alter mala opera conficiat. Alii eum, qui eſt melior, Deum, qui deterior, daemonem dicunt. In qua ſententia fuit Zoroaſtris Magus. Quod hic *Zoroaſtrem* Perſarumque Magos *Plutarchus* ſenſiſſe ait, ejus idem veſtigia & ſemina non modo in Chaldaeorum Aſtrologia, verum etiam in myſteriis ſacrisque ceremoniis cum Aegyptiorum, tum ipſorum Graecorum reperiſſe ſibi videtur. Quin etiam omnes, qui inter Graecorum philoſophos famam & auctoritatem aliquam conſequuti ſunt, *Pythagoram* nominatim, *Empedoclem*, *Heraclitum*, *Anaxagoram*, *Platonem*, & *Ariſtotelem*, ab his ſtetiſſe ſcitis, contendit. Sed in nulla re magis elaborat, quam ut *Platonem* huic diſciplinae ſine ulla controverſia ſtuduiſſe, demonſtret: (*) *Ἀλλὰ τοῦτο Πλάτων οὐκ ἔπαθε τῶν ὕστερον, οὐδὲ παρέδωκε, ἀλλ' ἐστὶν, ἃ λέγει, τὸ μεταξὺ τῆς ὕλης καὶ τοῦ θείου τέταρτον ἀρχὴν καὶ δύναμιν, ἀπέφηνε δὲ λέγων τὸ ἀπρεπώτατον, ἐπεισόδιον οὐκ οἶδα ὅπως πᾶσι τοῖς κακῶν φύσιν αὐτοῖς ἀπορίαις καὶ συμβιβάσει. Ἐπιχειρῶ μὲν γὰρ οὐδὲ ἀκαρῆ ἐγκλίναι τὸ ἄπορον συγχωρῶν, ὡς ἀνάγκην ἐπισπᾶται κίνησιν οὐκ ἐξ ἀνάγκης· αἰτία δ' ἡ κακίαν καὶ κακοδαιμονίαν ποιοῦσα, ἐπεὶ πῶς τὸ περὶ σῶμα μυρίας ἀπορίας καὶ δυσχερείας αἰτίαν ἐν ταῖς ἀρχαῖς οὐκ ἔχόντας,* 236 *κατ' ἐπακολούθησιν μεμένειν λέγειν· ὁ δὲ Πλάτων οὐχ ἕτως, ἀλλὰ τὸ ὕλῃ διαφορᾶς αἰτίαν ἀπαλλάττων, καὶ θεοῦ τὸ τῶν κακῶν αἰτίαν ἀποστατῶ πλέμμ.* *Platoni vero non accidit idem, quod poſterioribus illis philoſophis, neque is, neglecta, quod bis uſu venit, tertia facultate & principio, quod inter materiam & Deum eſt medio loco, admiſit abſurdiſſimum illud com-*

(*) De Pſychogonia p. 1015.

flectit & accommodat, nova denique parte auget, ne incerto diutius impetu feratur. Nihil horum in Deum quemdam pravum aut malum principium cadit, quale Manichaeos & alios effinxiſſe accepimus. Eximamus igitur *Plutarchum* ex illis, qui binos Deos, bonum alterum, alterum malum, naturae rerum praepoſuerunt. Poſtremo ne hoc quidem ex toto probo, quod vir doctus conſtituit, *Plutarchum* tria conſtituiſſe rerum principia, Deum bonum, Deum malignum, & materiam. Etenim maligna haec *Plutarchi* & aliorum Platonicorum natura non eſt natura ſibi conſtans, quae ſejungi poteſt a materia, ſed vis quaedam cum materia ſociata, a qua nequit avelli. Quocirca, ſi propric & accurate loquendum ſit, bina tantum decernemus *Plutarchum* induxiſſe rerum principia, cum benignum & materiam animatam, aut a bruta quadam anima impulſam. Quamquam, ſi de rebus ipſis conſenſio ſit, de numeris & rerum diſtinctionibus cum nemine certare velim. Haec, quae latius explanare mihi viſum fuit, non modo multum conducent ad Platonicorum de variis rebus ſententias intelligendas, nec paucos errores vulgares depellendos, verum etiam, quemadmodum accipi debeant, quae mox vir doctiſſimus pro *Platone* contra *Plutarchum* diſputat, declarabunt.

(y) *Libro de Iſide*] *T. II. Opp. p. 369.* Nolim vero, ſibi quisquam perſuadeat, in ſuam, quam paullo ante copioſe expoſui, ſententiam de ortu mali *Plutarchum* omnes veterum ſapientes omnino pertrahere velle. Ab hac enim ſuſpicione vel id eum liberat, quod diſſidere inter ſe philoſophos illos, nec una omnes ſententia eſſe, quos ſecum alioquin ſentire vult, ſignificat. Hoc unum ergo ſibi credi cupit *Plutarchus*, pleroſque veteris ſapientiae profeſſores univerſe ac generatim mali originem ſecum a ſupremo Numine removiſſe, & ad aliam naturam retuliſſe, a Deo, quem optimum eſſe ratio doceat, diſtinctum: haud negat, varias eos iniiſſe vias & rationes in hac explicanda ſententia, aliosque aliis propius ab opinione illa, quam *Platonis* eſſe vult, nec ipſe improbat, abeſſe.

Digitized by Google

commentum, quod nescio quomodo fingit, malum appendicem tantum esse huius orbis, & casu seu temere in illum esse introductum. Itaque hi philosophi, quum alioquin ne minimam quidem atomi declinationem concedere velint Epicuro, affirmantes, eum motum sine caussa & ex nihilo in mundum introducere, ipsi nihilominus malitiam tantamque calamitatum vim aliasque circa corpus infinitas incommoditates & difficultates in orbem ex consequutione quadam introiisse, quum nulla earum in primis rerum initiis caussa sit, asseverant. Non ita Plato: qui, quum materiam omni qualitate ac differentia, Deumque a malorum caussa quam longissime removisset, (z) omnem mali culpam ad tertium quoddam principium, inter Deum & materiam medium & aeternum, retulit, ad animam nempe seu daemonem ratione carentem, materiamque motu inordinato cientem.

Magna semper & gravissima visa fuit *Plutarchi* auctoritas. Quare non ita pridem inventi sunt plurimi, qui hoc ipsum ejus testimonium non secus spectarunt, ac si ex Apollinis tripode esset editum; nec idcirco dubitandum esse decreverunt, omnes olim, qui religioni pretium quoddam ante natum servatorem posuerunt, binis Diis, bono atque malo, supplicasse, *Platonemque* prae ceteris ad hanc superstitionem adhaesisse. Ego vero audebo hic aliquid, atque, quibus fretus argumentis *Plutarchus* haec tam confidenter & audacter pertribuerit, attentius explorabo, cum primis, de *Platone* ut sic statueret, quidnam caussae habuerit, exquiram. Tria video *Plutarchum* adducere, ut *Platonem* secum hac in re consensisse probet. Primum (*a*) in *Politico Platonem* de necessaria quadam & innata loqui appetitione, observat, cujus virtute coeli nonnunquam contrario motu versari, mirabilisque inde rerum perturbatio excitari queat. Deinde *decimo de legibus libro* eumdem philosophum duplex animarum genus commemorare monet, alterum beneficum, alterum malevolum & iniquum. Postremo id, quod in *Timaeo* docuit *Plato*, animadverti jubet, antequam mundus fieret, materiam perturbato & inaequali motu errasse. Namque, quum materia semet ipsam ciendi atque commovendi facultate careat, hoc nulli scitum probari posse, opinatur, praeterquam illi, qui mentem quamdam nec rationis & consilii, nec ordinis & artis participem in materia ante orbem conditum, latuisse, simul statuat, unde motus iste omnis natus fuerit. Verum, quod hic primo loco ponit *Platonis* dictum, id nullam prorsus

(z) *Omnem mali culpam*] Haec &, quae sequuntur, verba, tametsi a *Cudworthio* sic afferantur, ac si *Plutarchi* essent, haud tamen apud illum exstant, sed ex universa oratione eius a viro docto collecta & reliquis eius verbis adiecta sunt.

(*a*) *In Politico*] Verba, quae sibi placere putat *Plutarchus*, haec sunt: Πολλὰ μὲν οὖν τῶν ἐν τῷ κόσμῳ παθῶν τὰ καλὰ κίνητρα, [illegible] ὅτε χαλεπὰ καὶ ἄδικα εἰς ἡμᾶς γίνῃ, ταῦτα ἐκ ταύτης αὐτός τε ἔχει, καὶ τοῖς ἄλλοις διαπεμπάζει. *Ab eo sane, qui ipsum construxit, bona omnia profluxit, a priori autem deformitate incommoda & injusta omnia, quae intra coelum fiunt, & mundus ipse sustinet, & animantibus inserit.* Item haec: Προϊόντος δὲ τοῦ χρόνου, καὶ λήθης ἐγγιγνομένης εἰς αὐτόν, μᾶλλον ἐνεπλήσθη τὸ τῆς παλαιᾶς ἀκαρμοστίας πάθος, καὶ κακοῦνται ἐξαλλοῖοι εἰς τὸ τῆς ἀνομοιότητος ἄτοπον ἅπαν τότε ἐλθὸν πάλιν. *Progressu autem temporis oblivione ei obrepente magis eidem invaluit priscae inconcinnitatis morbus, perieuntque est, ne dissolutus rursum subeat infinitum deformitatis periculum, Politici p. 176. Opp.* In posterioribus verbis omisit *Plutarchus* multa, & brevius enuntiavit, quae *Plato* copiosius differit.

(*b*) *Haec verba*] *Plato* in *Politico p. 175.* Haec verba valerent ad *Plutarchum* confutandum, si is *Platonem* docuisset bina introduxisse Numina infestis signis concurrentia & sibimet adversantia. Sed ex illis, quae paullo ante fuse monuimus, & *Cudworthum* & multos alios viros doctissimos perperam *Plutarcho* hanc sententiam tribuere, apertum erit.

(*c*) *Ex decimo*] Oportet nos iterum ipsa verba *Platonis* describere, ut caussam omnem sine impedimentis cognoscere queant lectores. Sic ergo *Plato Lib. X. de legibus p. 669.* Ψυχὴ δὲ δὴ πᾶσαν καὶ ἁπάντων τῶν ἄτακτα τοῖς πάντη κινήσεσι μὲν, ἃ καὶ τὸ ἀρχὴν ἀπόγονα δεῖ φῶμεν; Κλ. Τί μήν; Ἀθ. Μῶν, ἃ πλείω; Μ. Πλείω· δυοῖν μὲν γέ που ἐλάττοιν μεν

ſus vim ad hanc cauſſam habet. *Plato* enim, non ſecus ac ſi proſpexiſſet animo, fore, ut fortaſſis aliqui ſententiam ſuam ſic, uti *Plutarchus*, perverterent, (?) haec verba interpoſuit: Μήτ' αὖ δυο πηὲ Θεώ, φρονέοντε ἑαυτοῖς ἐναντία σφίσιν αὐτήν. *Nec rurſus exiſtimandum eſt, duos Deos, contraria ſentientes, coelum vertere* Quibus verbis quoniam aperte animi ſui ſenſa declaravit *Plato*, non ego video, quid reliqui *Plutarcho* maneat, quo interpretationem ſuam fulciat, aut *Platonem* duplicis Dei cultum ſuſcepiſſe, oſtendat. Atque hic locus ſufficit, quoque ad alteram, quae (c) ex *decimo de legibus libro* ducitur, argumentationem diluendam. Namque, ibi ſi praecepiſſet *Plato*, duplici coelum agitari anima, quarum altera beneficentiae & amoris plena ſit, altera malitia laboret, duos certe Deos introduxiſſet repugnantes inter ſeſe ac contrarios: a qua tamen ſeſe alienum profitetur ſententia. Sed opportunum fortaſſis erit, ſi huic etiam loco aliquanto ſtudioſius occurram. Igitur animadverti velim, *Platonem* iſthic primo generatim animas diſtribuere in bonas malasque mentes. Hoc enim morali diſcrimine ſejunguntur proprie naturae illae, quas animas vocat, nec eſt aliquid, quam hoc ipſum, quod citius in illis ſeſe prodat, ſi quidem recte ſeſe habet iſtud, quod praemiſerat & aſſumſerat philoſophus antea, placitum: Τῶν ἀγαθῶν αἰτία ἡ ψυχὴ, καὶ τῶν καλῶν καὶ ταναντία, καὶ αἰσχρῶν, δικαίων τε καὶ ἀδίκων. *Anima cauſſa eſt bonorum & malorum, honeſtorum & turpium, juſtorum & injuſtorum.* Poſtea ad mundi procedit animam, quumque quaeſiviſſet, ad quamnam ea mentium claſſem referri debeat, eſſe concludit eam animam omni virtute praeditam: (*) Ἐπειδὴ ψυχὴ μέν ἐστιν ἡ πελάγους ἡμῖν πάντα, ἢ ἦ νοερὰν πεδοσσὰν ἐξ ἀνάγκης πελάγειν φατέον, ἐπιμελουμένων καὶ κοσμούσαν, ἢτοι ἢ ἀρίστων ψυχῶν ἢτοι ἢ ἐναντίων Κλ. Ὦ ξένε, ἀλλὰ ἔκ γε τῶν εἰρημένων ἤδη ἔστιν ἄπορον λέγειν, ἢ πᾶσαν ἀρετὴν ἔχουσαν ψυχὴν μίαν ἢ πλείους πελάγειν αὐτά. *Jam ergo aperte poſſumus clamare, quum ab anima cuncta agitentur, neceſſarium eſſe, coeli circuitum a procurante exornanteque anima circumduci, ſive optima illa quidem, ſive contraria.* Cl. *At, hoſpes, ex dictis jam apparuit, nefas eſſe aliter dicere, quam ab anima omni virtute referta. ſive una ſive pluribus, haec omnia (d) circumagi.* Quod *Plutarchus* tertio *Platonem* docuiſſe monet, materiam ante mundi hujus ortum inordinato agitatum eſſe mo-

(*) p. 898. Steph.

μηδὲν τιθῶμεν, ἢ τι σώζεσθαι, καὶ ἢ τἆλλα ἅπαντα διακυβερνᾷ καὶ ἐνοικοῦσα; *Animam, cuncta gubernantem, & in omnibus, quae moventur, habitantem, nonne & coelum gubernare neceſſario confitebimur? Omnino. Unam, an plures? Plures certe: nec pauciores, quam duas, ponere debemus, unam beneficam, alteram contraria molientem.* Nullum dubium eſt, haec quin verba *Plutarchus* intellexerit, tametſi tam in *Libro de Iſide & Oſir. p.* 370. quam in *Pſychogonia p.* 1014. generatim tantum *Platonem de legibus* excitet, nullo eius loco nominatim laudato.

(*d*) *Circumagi*] Hac reſponſione nullo modo tollitur *Plutarchi* argumentum, ex diſertiſſimis *Platonis* verbis, quae paullo ante excerpſimus, hauſtum. Decuerat doctiſſimum virum oſtendere, quemadmodum verba illa, quibus binas eſſe *Plato* perhibet animas, alteram bonam, alteram malam, exponi debeant, ne id, quod inde derivavit *Plutarchus*, ex illis conſequeretur. Id vero minime fecit; ſed locum tantum *Platonis* ex conſequenti ejus oratione *Plutarcho* obducit, quo philoſophus. ille mundi animam omnis virtutis eſſe plenam affirmat: quaſi inde pateret, eam nihil ex mente *Platonis* habere pravitatis poſſe. Verum (I.) ſi *Platonis* verba id ſignificarent, quod ſignificare ea *Cudworthus* vult, id quidem nobis inde conſtaret, *Platonem*, quae antea clare dixerat, poſtea iterum evertiſſe, ac idcirco ſecum ipſo mirifice pugnare; non autem hoc, non dixiſſe *Platonem*, abditam eſſe in hac rerum natura mentem pravam & a recti regula deviam: quod quidem perſpicue profitetur. (II.) Quod de anima mundi *Plato* perhibet, eam *abundare omni virtute*, id non repugnat ſententiae illi, quam ipſi *Plutarchus* attribuit, quamque paullo ante luculenter expoſuimus. Anima enim mundi, poſtquam ad eam divinae pars naturae acceſſit, omni certe vir-

238 motu, id pariter (*e*) nullum eſt. Namque nihil, opinor, aliud philoſophus ſignificavit, praeter id, quod a *Moſe* primum ipſo traditum, poſtea ad plures manavit gentes: *Chaos* fuiſſe antea, quam mundus eſſe inciperet, ſive materiam, perturbatiſſime olim concitatam & actam, ad certum ordinem atque formam a Deo adductam eſſe, quum mundus (*f*) fieret. Quocirca nihil eſt in illis, quae ex *Platone* propoſuit *Plutarchus*, ad hanc cauſſam momenti vel ponderis, nec usquam exſtat aliquid in *Platonis* libris, ex quo eum tantopere pateat a recta ratione defeciſſe, ut malum quoddam principium per ſe exſiſtens ſive Deum, aut malevolam aliquam mentem vel daemonem, qui nulli debeat initium cauſſae, ſed ex ſe ab omni aeternitate fuerit, cenſeret, idque principium bono ſemper Numini refragari, diviſumque hujus univerſitatis cum eo imperium habere crederet. Certe, qui hanc opinionem ſequuntur, illi unice rem cacodaemonis ſeu malorum geniorum principis curant: cujus ita vires extollunt & potentiam, ut Deo prorſus aequalis, ac iisdem idcirco honoribus & officiis dignus eſſe videatur, quibus alioquin Deus a mortalibus colitur & honoratur.

Ipſe *Plutarchus*, id quod nullo modo praetermittendum eſſe arbitror, nova ſefe atque admirabili ratione *Platonem* interpretari, aut ſibi primum hujus expoſitionis in mentem veniſſe, non diſſitetur: (*) Καὶ λέγε τὸ πλέονας ἕνεκα τοῦ Πλάτωνος ὑπερνικᾶν δεόμενον ἀγχινοίας· *Excuſatione opus habet haec diſputatio, quoniam plerique Platonicorum adverſatur.* Quapropter & ad ea, quae dixerat, haec addit poſtea: (†) Πρῶτον μὲν, ἐν ἔχω περὶ τούτων λέγειν, ἐκθήσομαι, πειράμενος τῷ λόγῳ, τὸ ἀγχινοήμονι, ὡς ἔπεστι, τὸ ἀληθὲς ἐκ λόγου, καὶ δοκοῦν· *Principio meam de hac re ſententiam explicabo, & probabilem reddere ſtudebo, quantumque fieri poteſt, eam veram eſſe,* tam-

(*) Pſycholog. p. 1012. (†) P. 1014.

virtutum genere abundare debet, tametſi bruta eius & incompoſita pars nihilominus maneat, nec prorſus aboleri queat. Quemadmodum vir ſapiens omni virtute refertus dici poteſt, & a *Platone* ſaepe dicitur, etiamſi anima ejus ex *Platonis* ſententia binis e partibus, altera ratione valente, altera coeca & pravis commotionibus obnoxia, conflata ſit: ita, quid impedit, animam mundi omnis virtutis compotem appellare, quam Deus ex ſemet ipſo exornavit, correxit, emendavit, & ad meliorem ſtatum revocavit, maneat licet deterior eius pars, & nonnumquam, quidquid reluctetur divina ratio, vim ſuam exerceat? (III.) Ex tota *Platonis*, ſi attentius cum conſiderare libeat, oratione manifeſtum eſt, Ψυχὴν πᾶσαν ἀρετὴν ἴσχουσαν, *animam omnem virtutem habentem*, non denotare animam omni pravo & perverſo motu, omni vitioſa propenſione vacantem, ſed animam *ordinis ſtudioſam & ratione praeditam.* Quaerit nimirum primo Athenienſis: utrum anima mundi mente virtuteque reſerta ſit, an vero his dotibus careat, φρονήσεως καὶ ἀρετῆς πλήρης· Tum oſtendit, eam virtute & ratione praeditam eſſe, ex aequabili & conſtanti coeli & orbis terrarum converſione & motu. Ex hoc aequali motu naturam quidem rationis & ſapientiae participem facile intelligas, aegre vero mentem nullo vitio, nulla libidine inquinatam. Quamquam quid multis? Aut *Plutarchi* interpretatio *Platonis* adſciſcenda, aut conſitendum eſt, neſciviſſe, quid loqueretur, divinum *Platonem*, ac turpiter a ſemet ipſo deciviſſe, quum rem omnium graviſſimam inculcaret.

(*e*) *Nullum eſt*] *Plato* in *Timaeo* Cap. 14. p. 527. Βελτίως γὰρ ὁ Θεὸς ἔχοντα μὴ πάντα φαύλως ἢ μὴν ἔστι κατὰ δύναμιν, ὅτου δὲ πᾶν, ὅσον ἦν ὁρατὸν, οὐχ ἡσυχίαν ἄγον, ἀλλὰ κινούμενον πλημμελῶς καὶ ἀτάκτως, εἰς τάξιν αὐτὸ ἤγαγεν ἐκ τῆς ἀταξίας, ἡγησάμενος ἐκεῖνο τούτου πάντως ἄμεινον. Cicero haec ita olim vertit: *Nam, quum conſtituiſſet Deus bonis omnibus explere mundum, mali nihil admiſcere, quoad natura pateretur, quidquid erat, quod in cernendi ſenſum caderet, id ſibi aſſumſit, non tranquillum & quietum, ſed immoderate agitatum & fluctuans, idque ex inordinato in ordinem adduxit: hoc enim judicabat eſſe praeſtantius.* Plures ſunt apud *Platonem* loci, qui dubitare neminem patiuntur, hominem non quietam animo concepiſſe materiam, antequam ad eam fingendam & componendam aggrederetur ſummum Numen, ſed vehementer jactatam & inordinatis motibus agitatam. Lege in primis, quae differit de materiae motu in *Politico* p. 175. 176.

(*f*) *Fieret*] Monuit jam vir doctiſſimus, qui *Cudworthi* alioquin partes tuetur, *Jo. Chriſtophe-*

Digitized by Google

tametsi paradoxa sit, efficere conabor. *Proclus* praeterea in *Timaeum Platonis*, praeter *Plutarchum* & *Atticum*, nullos alios ex philosophis nominat, qui vel ipsi bina Numina, bonum atque malum, naturae rerum praefecerint, vel etiam *Platoni* hanc sententiam attribuerint. Quamquam *Numenium* tamen omisit, quem fateor *Chalcidium* inter eos numerare, quibus haec placuerit opinio. Recitabimus ipsa *Procli* verba: (*) Οἱ μὲν περὶ Πλούταρχον τὸν Χαιρωνέα καὶ Ἀττικὸν προϋπάρχειν φασὶ τὴν ἀκόσμητον ὕλην περὶ τὸ ἡφαίστειον, πρόσθεν γὰρ ἡ κίνησις ἦν, ἢ ἀπὸ ψυχῆς; εἰ δ' ἄτακτος ἡ κίνησις, ἀπὸ ἀτάκτου ψυχῆς. *Qui Plutarchum Chaeronensem & Atticum sequuntur, illi, antequam mundus formaretur & generaretur, materiam rudem & indigestam* (ex omni aeternitate) *exstitisse, asseverant. Addunt, malesicam etiam exstitisse animam materiam hanc commoventem. Unde enim motus ille, ajunt,* (cujus *Plato* in *Timaeo* meminit) *nisi ab anima? Hic vero motus si fuit inordinatus, necesse est, ut anima illa etiam inordinata fuerit.* Addit *Proclus*, *Jamblichum* & *Porphyrium* contra hanc disputasse jam doctrinam, quippe quae non modo ratio- 239
ni prorsus adversetur, verum etiam pietatem erga Deum evertat funditus. Atque ipse, ut ejus infirmitatem breviter demonstret, binis eam oppugnat scitis. Quorum quidem prius hoc est: Πᾶσα ψυχὴ ἥφαιστός ἐστι θεοῦ. *Quaelibet anima Dei opus est*, nec ulla anima vel alia res, si a Deo discesseris, per se potest exsistere. Alterum vero hoc: Τὸ κακὸν ἀΐδιον εἶναι, ἄτοπον καὶ τὸ ἀγαθὸν, ἄτοπον· οὐ γὰρ ὁμοίως τῷ θείῳ τὸ ἄθεον, οὔτε ὅμοιον ἀϊδίως, οὔτε ὅλως ἀνταναπλήσιον. *Absurdum est statuere, malum aeque esse aeternum, atque bonum: nec enim id, quod divinitate caret, ejusdem esse dignitatis potest, cujus id, quod divinum est, aut similiter ingenitum, nec omnino fieri potest, ut aliquid Deo contrarium & (g) oppositum sit.*

Ve-

(*) P. 116. (ed. Graev.)

rus Wolfius, in *Manichaeismo ante Manichaeos Sect.* II. §. 33. *p.* 138. 139. hac responsione eximii hominis *non tam infringi Plutarchi argumentum, quam concedi.* Quare novam ipse viam iniit, ut *Platonem* purgaret: de qua mox dicemus. Certe, si materia, antequam Dei virtute & auctoritate componeretur, motu inordinato concitata & impulsa fuit, in ipsa vero materia, id quod toties largitur *Cudworthus*, nulla inest vis semet ipsam ciendi & incitandi, huc omnino nos devenire oportet, ut illum motum a mente ac natura quadam vitali in materia latente profectum esse constituamus. Quumque motus ille veri rectique nescius & ordinis omnis expers fuerit, nonne sic decernamus, necesse est, initium ejus motus seu naturam, unde natus sit, rationis, virtutis, & consilii expertem fuisse? Sume igitur ea, quae concessit *Cudworthus*, & habebis malesicam illam & inscetam *Plutarchi* animam, quam divina correxit sapientia. Sed dissimulari tamen minime debet, id quod ex sequentibus apparet, perperam intellectam esse a doctissimo homine *Plutarchi* sententiam. Quae si talis fuisset, qualis hic explicatur, aliquid omnino virtutis haec haberet responsio. Verum *Plutarchus* minime binos introduxit Deos aequales, alterum boni omnis fontem, alterum malum & boni Numinis voluntati perpetuo resistentem. Materiam tantum voluit ante mundum conditum animi ratione vacantis imperio subjectam fuisse, cujus naturam Deus postea prorsus emendaverit, & quantum fieri potuerit, divinis dotibus decoraverit.

(*g*) *Oppositum sit*] Conjunctim hic exhibebo, quae ad ea, quae praecedunt, illustranda & confirmanda mihi videbuntur esse necessaria. (I.) *Plutarchus* opinionem, de qua hic agitur, non dicit esse prorsus novam & a se primum excogitatam, sed hoc tantum asseverat, plerisque Platonicis, suae potissimum aetatis, parum eam arridere: id quod aliquos tamen ex Platonicis eam probasse ante *Plutarchum*, argumento est. Et attuli paullo ante ex *Chalcidio* locum, qui non paucis familiae Platonicae eam fuisse acceptam ostendit. (II.) Etsi *Proclus in Timaeum Platonis* rejicit hanc *Plutarchi* expositionem *Platonis*, ipse tamen propius ab illa sententia abest. Nam *Theologiae Platonicae Lib.* V. *Cap.* 7. *p.* 259. universitatem hanc duplicem habere vitam disputat, alteram obscuram, alteram notiorem & minus compositam. Διττὰς γὰρ ἴσμεν ἐν τῷ παντὶ ζωὰς, τὴν μὲν ἀφανῆ καὶ ἀκρυπτικὴν, τὴν δὲ φυσικωτέραν καὶ ἐμφανῆ, καὶ τὴν μὲν κατὰ τὰς πρώτας ἀφωρισμένας, τὴν δὲ κατ' ἐπιμεμιγμένην ἀτάκτως πρόνοιαν· ἡ μὲν ἄυτερα καὶ πολυειδὴς, καὶ λόγῳ τὴν φύσιν ἐπιτελοῦσα μόνῃ,

Digitized by Google

240 Verum hic fortaſſis quaerent aliqui: Quanam igitur via *Plato* vitioſitatis omnis fontem ſic demonſtrare potuit, ut nullam Deo conflaret invidiam, ſi nec ὕλην ἄποιον, *rudem & omni qualitate vacuam materiam* mali cauſſam putavit eſſe, quam ſententiam falſitatis atque levitatis aperte convicit *Plutarchus*, neque mundi quamdam animam ſive daemonem, rationis non minus, quam bonitatis, inopem, (ψυχὴ ἄνους) ab aeterno per ſe exſtitiſſe in materia cenſuit? His ut breviter ſatisfaciamus, aequum erit Certum eſt, *Platonem* neque ad materiam qualitatibus orbam, neque ad mentem quamdam ſive daemonem maleficum in originibus mali inveſtigandis confugiſſe. Sed & aeque exploratum eſt, omnem eum mali culpam a Deo prorſus removiſſe. Si quid ego vero video, *naturarum imperfectarum neceſſitatem* in auxilium vocavit, ut ex hiſce captionibus ſeſe expediret. Sicut enim jam ante *Platonem Timaeus Locrus* orbem hunc a *Deo* & *neceſſitate* conſtructum eſſe docuit; ita ipſe *Plato* (*b*) in *Timaeo* in eamdem ivit ſententiam: Ὅτι μεμιγμένη τοῦδε τοῦ κόσμου γένεσις ἐξ ἀνάγκης καὶ νοῦ συστάσεως· τοῦ δ' ἀνάγκης ἄρχοντος. *Mundi hujus generatio ex mentis & neceſſitatis conjunctione mixta eſt: mens autem neceſſitati dominatur.*

Sic ergo viſum fuit *Platoni:* Deum quidem ipſum propric atque directo nihil effeciſſe atque procreaſſe, praeter res natura bonas atque utiles; at per naturarum in-

μέρη, ἓ δὲ ἄλογος ἑκάστου τούτων· *Duplex nimirum in mundo eſt vita, una quidem obſcura ac ignota, & quae magis eſt intellectualis, altera vero magis naturalis & magis manifeſta notaque: quarum altera per providentiam definitur, altera vero propter fatum inordinate progreditur: ſecunda quidem, quae multiformis eſt, & per ipſam naturam perficitur, ex Jovio pendet ordine.* Haec phyſica mundi vita, quae confuſe progreditur, & fati paret legibus, etſi quodammodo diſtat a malefica *Plutarchi* anima, vehementer tamen ipſi cognata & affinis eſt. (III.) Et quid multis? Tota Platonicorum natio, quorum alioquin mirabilis eſt diſſenſio in exponendis magiſtri ſui juſto obſcurioris placitis, id, quod princeps eſt ac praecipuum in *Plutarchi* ſententia, rejicere nequeunt. Etenim univerſi, niſi nobiliſſimum praeceptoris opus, *Timaeum*, deſerere velint, animam mundi ex binis partibus, *Eodem* & *Diverſo*, ſeu ex divinae naturae portione quadam & ex re quadam alia diſtincta a Deo & cum materia ſociata, conflatam eſſe, confiteri debent. Illud vero *Diverſum*, quod Deus cum ſui parte quadam conjunxit, ut animam mundi ex utriſque conſtrueret, tametſi varie interpretentur, ut ſunt homines praeter modum ingenioti, non poſſunt tamen, quin concedant, ante illud fuiſſe in materia, quam a Deo fingeretur, eſſe aliquid, quod virtute movendi valeat, denique motus illius *Diverſi* a recti & juſti norma aberraſſe. Lege *Chalcidium* de variis his ſententiis *in Timaeum Platonis Cap.* 2. §. 30. *ſ.* *p.* 287. & *Cap.* 13. §. 298. *p.* 388. 389. & *Proclum in* eumdem *Timaeum p.* 112. *ſq.* Atqui haec ſi quis teneat, quot, quaeſo, illi paſſus ad inordinatam *Plutarchi* animam reſtant? Quapropter & omnes, qui ſuperſunt nobis ex Platonicis, etſi verborum integumentis ſeſe abſcondant, huic opinioni, quando de anima mundi differunt, non nimis inimici videntur eſſe. Inſpice, ſi placet, quae vel ex Latinis *Macrobius* habet *in Somnium Scipionis Lib.* I. *Cap.* 6. *p.* 16. *Cap.* 14. *p.* 75. & alias. Quid? quod ipſi recentiores Platonici, qui hanc contemnunt in primis ſententiam, duplicem & ipſi animam in hac univerſitate collocandam eſſe, ſi *Plato* ſit audiendus, decreverunt: qua de re alias. (IV.) De *Numenio* haec habet *Chalcidius in Timaeum Platonis Cap.* 13. §. 295. *p.* 387. praeter multa alia: *Numenius Platonem laudat, quod duas mundi animas autumet, unam beneficentiſſimam, malignam alteram, ſcilicet ſylvam. Quae licet modice fluctuet, tamen, quia intimo propriſque motu movetur, vivit, & anima convegetetur, neceſſe eſt, lege eorum omnium, quae genuino motu moventur. Quae quidem etiam petitilis animae partis, in qua eſt aliquid corpulentum mortaleque & corporis ſimile, auctrix eſt & nutrix, ſicut rationabilis animae pars auditore utitur ratione ac Deo.* Non omittere vero debuiſſet vir doctiſſimus, *Numenium* id etiam egiſſe, ut non aliter *Pythagoram* exiſtimaſſe doceret: quod quidem fuſe a *Chalcidio* exponitur. Nec id improbat *Chalcidius*, qui §. 296. *p.* 388. *Ergo*, inquit, *juxta Pythagoram ſylvae anima neque ſine ulla eſt ſubſtantia, ut plerique arbitrantur, & adverſatur providentiae, conſulta ejus impugnare geſtiens malitiae ſine viribus. Sed providentia quidem eſt Dei opus & officium; coeca vero fortuitaque temeritas ex profapia ſylvae.* (V.) Illud etiam magis animadvertendum arbitror, quod, nonnullis interjectis, idem ille *Chalcidius* id confirmat, quod paullo ante inſigni ejus loco jam oſtendimus, non pau-

cos

inferiorum & minus perfectarum indolem fieri nullo modo potuisse, quin mala nascerentur, & rerum naturam replerent. Incipiamus, ut id fiat planius, a malis moralibus, quae merito in praecipuis ponuntur. Necessarium igitur fuit, ut in omnibus naturis ratione praeditis, quae corpus habent adjunctum, non pares essent voluntatis propensiones, sed quaedam nobilioribus, aliae inferioribus exornatae essent. Quumque libera essent omnes voluntate, fas tamen fuit, ut dispar esset haec libertas, nec omnes pari gauderent potestate ad alteram sese partem inclinandi. Ob hanc ipsam porro voluntatis libertatem, qua omnes gaudent naturae rationis compotes, in eo positae sunt statu, ut laudem atque praemia ex recte factis referre queant. Ex quo necessario consequitur, fieri quoque posse, ut poenis atque castigatione dignas sese reddant. Pergimus ad mala, quae dolores nominantur & incommoda. Hic vero quis tam hebes est, quin intelligat, necessarium omnino esse, ut animalia parum perfecta & terrestria, quae voluptatis sensu possunt affici, viciſſim doloribus atque laboribus affligantur, si rerum quaedam accidant conversiones? quas quidem saepenumero in hac rerum nostrarum fragilitate & inconstantia evenire, nil mirum est. Supersunt mala corruptionis & dissolutionis. Num quid vero naturae convenientius est aut magis necessarium, quam 241

res,

cos ex Platonicis hanc approbasse doctrinam. *Alii*, inquit §. 298. *p.* 388. (Platonici) *sylvam volunt esse sine generatione, sed anima praeditam; quando ante illustrationem quoque motu instabili atque inordinato dixerit eam fluctuasse, quum motus intimus genuinusque sit viventium proprius, quodque idem saepe alias duas mundi animas dixerit, unam malignam ex sylva, alteram beneficam ex Deo.* Non igitur nova aut uni *Plutarcho*, *Numenio*, *Attico* grata fuit haec opinio. (VI.) Quod omnium miretis maxime, *Chalcidius* ipsos Hebraeos ita sensisse contendit, & cum *Platone* binas mundo & homini animas dedisse. Vide, ut loquatur: *Quibus*, inquit, *Hebraei concinunt, quum dicunt, homini quidem a Deo datam esse animam ex inspiratione coelesti, quam rationem atque animam rationabilem appellant; mutis vero & agrestibus ex sylva rationis experte jussu Dei vivis animantibus & bestiis terrae gremio profusis: quorum in numero fuerit etiam ille serpens, qui primitias generis humani malis suasionibus illaqueaverit.* Praeclarum vero *Mosis* interpretem! qui vel hic testatum fecit, sese Christianis non esse plane annumerandum, quoniam hanc ipsam, quam *Mosis* tamen esse vult, sententiam deinceps deserit. Quod quidem fecisset nullo modo, si suum duxisset, institutis *Christi* ex animo parere. (VII.) Nescio, an ullus observaverit, hos ipsos Platonicos, qui cum *Plutarcho* voluere, *Platonem* ab anima parum benigna mali ortum repetiisse, in binas familias fuisse tamen scissos atque divisos. Me quidem *Stobaeus* id docuit, cujus haec sunt verba ex *Eclogis physicis Lib.* I. *Cap.* 42. *p.* 112. *ed. Plantin.* Ἕν τινες φασὶ τὸν κόσμον τοῖς Πλατωνικοῖς κατὰ διαφόρους. (Sic enim scribi oportere arbitror pro διαφόρους, quod in *Canteri* legitur editione:)

οἱ μὲν κατὰ μίαν σύνταξιν καὶ μίαν ἰδέαν τὰ μέρη καὶ τὰ μόρια τῆς ζωῆς καὶ τὰς ἐνεργείας συνάγοντες, ὥσπερ Πλωτῖνός τε καὶ Πορφύριος, οἱ δὲ κατὰ μάχην ταῦτα κατατιθέντες, ὥσπερ Νουμήνιος, οἱ δὲ τὰ μαχόμενα αὖθις συναρμοζόντες, ὥσπερ οἱ περὶ Ἀττικὸν καὶ Πλούταρχον. *Quin etiam ipsi inter se dissident Platonici, partim ad unam ideam species ac partes vitae & functiones referentes, ut Plotinus & Porphyrius, partim in contrarium haec distrahentes, ut Numenius, partim contraria inter se componentes, ut Atticus & Plutarchus.* Intelligis ex hoc loco, generatim quidem, id quod aliis hic etiam testimoniis probatum vides, *Numenium*, *Plutarchum*, & *Atticum* consensisse, non omnes motus & omnia, quae naturae rerum accidunt, ab uno fonte esse derivanda, sed a binis caussis, at in explicanda hac sententia dissensisse. *Numenius* enim & qui ab eius stabant partibus, distrahebant binas, quas sibi finxerant, animas, easque separatim semper agere & operari, non vero coagmentatas & compactas esse a Deo, statuebant. Secus videbatur *Attico* & *Plutarcho*: qui Deum asseverabant malignam materiae animam cum altera bona sociasse, unamque concretam ex binis fecisse animis. Ex his efficitur, multo majori specie atque jure *Numenium* illis aggregari, qui bina rerum esse principia, bonum alterum, alterum malum, sibi persuaserunt, quam *Plutarchum* & *Atticum*. Quae restant monenda, ne in nimiam haec annotatio molem excrescat, ad sequentes rejicio.

(*h*) *In Timaeo*] *P.* 533. *Opp.* Sed si integra *Platonis* verba descripsisset vir doctus, nec omisisset consequentia, patuisset statim plus ea *Plutarchi*, quam suae, favere sententiae. Sed haec paullo post.

(*i*) *Lu-*

res, quae generatae ſunt, corrumpi etiam & diſſipari? Optime id perſpexit, quem antea excitavimus, (*i*) *Lucretius*, ita canens:

Quando aliud ex alio reficit natura, nec ullam
Rem gigni patitur, niſi morte adjutam aliena.

Quibus omnibus id, quod nonnulli tuentur, adjicere licet: Carere hunc orbem non poſſe malis quibusdam, quo conditiora fiant & gratiora, quibus in eo fruimur, bona. Id enim cujusvis parum abſoluti animantis naturae proprium eſt, ut bonorum ſenſu leviter afficiatur, neque tantam ex illis delectationem & jucunditatem capiat, quantam poteſt capere, niſi ſalis quaſi ac condimenti loco mala nonnunquam interveniant, quorum cum bonis inſtituta comparatio guſtatum ejus exacuat. Taceo mala illa, quae κακὰ Graeci vocant ἀκέσια, *mala poenae, quae praeter voluntatem infliguntur*, maximo in vita hominum uſui videri, partim ut ad virtutem excitentur mortales, ſegnitiemque deponant & ignaviam, partim ut κακὰ illa ἑκούσια, *mala ſive crimina & facinora voluntaria* refrenentur atque coërceantur. Hujus generis, credo ego, rationibus commovere ſeſe paſſus eſt *Plato*, ut mala penitus exſtirpari & deleri non poſſe decerneret, in hoc ſaltim, quem nos incolimus, orbe, quem mentium ſedem atque domicilium opinabatur eſſe (*) Ἀλλ' ὅτι ἀπολέσθαι τὰ κακὰ δυνατόν· ἓν γὰρ Θεοδώρῳ (ἀναγκαῖον γάρ τι τῷ ἀγαθῷ ἀεὶ εἶναι ἀνταῖον) ὅτι ἐν θεοῖς αὐτὰ οὐδέποτε ἵδρυται οὐδὲ τὴν θνητὴν φύσιν καὶ τόνδε τὸν τόπον περιπολεῖν ἐξ ἀνάγκης. διὸ περιφέρεσθαι χρὴ ἐντεῦθεν ἐκεῖσε φεύγειν ὅτι τάχιστα· φυγὴ δὲ ὁμοίωσις θεῷ κατὰ τὸ δυνατόν, ὁμοίωσις δὲ δίκαιον καὶ ὅσιον μετὰ φρονήσεως γενέσθαι. *ut fieri nullo modo poteſt, o Theodore, ut mala penitus exſtirpentur. Nam bono oppoſitum aliquid eſſe ſemper neceſſe eſt. Neque illa*

(*) Theaet. p. 176. Steph. (p. 128. ed. Ficini.)

(*i*) *Lucretius*] *Lib. I.* v. 264. *p.* 77.

(*k*) *Temperentur*] Cujus ex antiquioribus philoſophis etiatum hoc ſit, neſcire me profiteor. Similia multos dixiſſe novi. Dicam potius de re ipſa, ac, num recte *Platonis* de mali ortu ſententiam vir eximius declaraverit, diſpiciam. Celeb. *Wolfius* in *Manichaeiſmo ante Manich. p.* 141. 142. jam monuit, *Platonis* amori plus, quam ſatis erat, *Cudworthum* hic dediſſe: ipſe vero ex conditione materiae *Platonem*, quidquid mali & pravi eſt, derivaſſe, autumat. Licebit mihi haec aliquanto uberius enarrare, & in nonnullis a viri eruditiſſimi, cujus alioquin judicium meo libenter antepono, ſententia diſcedere. (I.) Fallitur doctiſſimus *Cudworthus*, quod ea, quae *de neceſſitate* in *Timaeo* dixit *Plato*, cenſuit ad firmandam illam, quam hic dedit, ſententiae *Platonis* de ortu mali interpretationem conducere. Id ſtatim patebit, ſi verba *Platonis* integra deſcribam. Sic igitur ille *Timaeo Cap.* 39. *Opp. p.* 533. Νῷ δὲ ἀνάγκης ἄρχοντος, τὸ πᾶν αὖτως ἐγγενόμενον τὰ πλεῖστα ἐπὶ τὸ βέλτιστον ἄγειν, ταύτῃ κατὰ ταῦτα δὴ ἀνάγκης ὑπουργίᾳ ὑπὸ νοῦ ἔμφρονος, ὅτου κατ' ἀρχὰς ξυνίστατο τόδε τὸ πᾶν. *Mens enim quum neceſſitati dominaretur, propterea quod perſuadendo eam ad optimos ut plurimum rerum eventus induceret, ipſaque hac ratione cedens ſapienti perſuaſioni pareret, mundi hujus exordia conſtiterunt.* Haec ſi verba ſint unice ſpectanda, numquam fiet, ut credamus, talem neceſſitatem inductam eſſe a *Platone*, ut malorum fontem declararet, qualem doctiſſimus hic *Cudworthus* commemorat. E contrario, quum mentem perſuadendo viciſſe neceſſitatem, & neceſſitatem menti perſuadenti obtemperaſſe, dicat *Plato*, multo probabilior & aptior ad haec verba *Plutarchi* videbitur de anima inordinata mundum olim adminiſtrante opinio. Cui enim, niſi animae, perſuaderi, & quaenam, praeter animam, natura ſuadenti morem gerere valet? (II.) Nec tamen ex toto falſum id eſſe, opinor, quod hic ingenioſe & acute *Cudworthus* diſſeruit. *Plato* enim, quoniam Deum exiſtimabat ex inſtituto & ſapienter res alias perfectiores & meliores aliis condidiſſe, quo aequabilis totius univerſitatis concentus naſceretur, quod illi quidem non ignorabunt, quibus vel *Timaeus* ejus lectus eſt, non potuit, quin multas incommoditates & mala ex ipſo ſtatu rerum & naturarum derivaret, in quo a Deo data opera eſſent collocatae.

Haec

illa tamen apud Deos locum habere poſſunt aliquem. At naturam mortalem regionemque inferiorem neceſſario circumeunt. Quare conandum eſt, ut hinc illuc quam celerrime fugiamus: fuga autem eſt, ut Deo ſimiles pro viribus efficiamur. Deo vero ſimiles efficit juſtitia & ſanctitas cum prudentia conjuncta. Ita, qua ratione malorum *Plato* origines aperuerit, perſpectum eſt. Deum quidem rerum omnium parentem fatebatur & conditorem; cauſſam vero malorum proprie dici poſſe, negabat; minime omnium mala ad eum referri poſſe moralia, docebat, quippe quae defectiones tantum ſint: cuncta vero, quae contingant mala, ea neceſſario ex natura ſtatuque rerum minus perfectarum fluere ac conſequi, judicabat. Atque haec illa eſt ἀνάγκη πολλὰ τῷ Θεῷ συμμαχοῦσα ϗ ἀφηνιάζουσα, *neceſſitas illa, quae Deo ſaepius reſiſtit, & frenum veluti excutere nititur.* Hanc unam efficere, ſtatuebat, ut naturae rationis compotes Dei ſaepenumero legibus & voluntati non minus, quam ſuis commodis & opportunitatibus, agendo queant adverſari: hanc etiam impedimento eſſe, quo minus ceterae res tanta potiantur felicitate ac perfectione, quantam alioquin ſupremi Numinis benignitas impertiri illis vellet. Sic quum *Plato* docuerit, nihilo tamen minus idem *mentem*, id eſt, Deum, neceſſitati leges ferre, affirmavit. Solet enim ſupremi Numinis ſapientia & providentia iſta mala, quae neceſſitas naturarum minus perfectarum gignit, magna cura flectere ac moderari, ut bonum atque ſalutarem habeant exitum. *Oſiris* & *Oromasdes*, ſi quidem hoc ſermonis genus adhibere fas eſt, inſidiis veluti *Typhonem* ac *Arimanium* circumveniunt, ac, ut ſumma quaevis eorum flagitia, ſecus atque ipſi cupiunt & volunt, univerſitatis rationibus conducant & proſint, perficiunt. Καὶ τοῦτο μηχάνης τέχνην ἀγαθοποιοῦν τὰ κακά. *Hanc quidem confitendum eſt artem omnium eſſe maximam, efficere poſſe, ut mala bona fiant, aut ut bonis (k) temperentur.*

Er-

Haec *mala* illa ſunt, quae *imperfectionis* vocant: quamquam recte & prudenter, qui recentius de his rebus ſunt philoſophati, mala ea proprie vocari poſſe, negarunt. (III.) Reſtant mala *phyſica* & *moralia*. De illis etſi nuſquam ita loquatur *Plato*, ut univerſa ejus ſententia clare & aperte poſſit intelligi; perſpicuum tamen eſſe arbitror, ex uno fonte ab eo non eſſe illa omnia vitia derivata. Principio materiae conditionem & naturam, quae Dei, optima quaevis cupientis, conſiliis & voluntati ſaepenumero reſtiterit, multa produxiſſe, quae hunc orbem circumſtant, incommoda, exiſtimaſſe omnino videtur. Expoſuit hoc latius *Maximus Tyrius*, Platonicus, *Diſſertatione* XXV. *p.* 246. cujus ſententiam venuſte ſatis & eleganter & enarrat & oppugnat *Petr. Bayle Dictionaire Tom.* III. *v. Pauliciens Not. L. p.* 2212. Non repetam hic ea, quae viri docti dudum ea de re attulerunt: ſed hoc tantum indicabo, ex ipſo *Timaeo* ſatis patere, ſic viſum eſſe *Platoni*. Dabo quaedam ejus verba: *p.* 542. ita de materia: Ταῦτα ἀτάκτως ἔχοντα ὁ Θεὸς ἐν ἑαυτῷ τε αὐτὰ πρὸς αὑτὸ ϗ πρὸς ἄλληλα συμμετρίας ἐνέτεινεν, ὅσας τε ϗ ὅση δυνατὸν ἦν ἀνάλογα ϗ σύμμετρα ἴσχειν. *Quum haec ordine carerent, fingulis Deus & ad ſeſe & ad alia invicem eatenus modum rationemque proportionis indidit*, QUATENUS SINGULA SUSCIPERE POTERANT. Vides, Deum tantum ordinis & ornatus addidiſſe materiae, quantum natura ejus pateretur & ferret; quemadmodum ex ligno, quod nec Minervam nec Mercurium ſpondet, tale ſtatuarius ſignum fingit, quale lignum permittit ex ſe fingi. Habet *Timaeus* plura ejusmodi, quae nunc praetereo, ne nimis longus eſſe videar. (IV.) Nego vero, ab hac una cauſſa mala omnia phyſica *Platonem* arceſſiviſſe: nego, incendia, terraemotus, tonitrua, & his graviores naturae rerum converſiones viſas ipſi fuiſſe a materiae natura proficiſci. Unde igitur? Dicam breviter & ſine ullo circuitu. Ab anima quadam intra materiam abdita & turbulenta, aut a bruta illa parte mundi animae, quae inordinatis fertur motibus, nec, niſi a Deo gubernetur, ordinem ſervare valet. Lege, ſi placet, quae jam afferam ex *Politico Platonis p.* 176. verba, &, num aliter decernere liceat, judica. Loquitur *Plato* de magnis illis naturae rerum converſionibus, quae ſtatis accidant temporibus, earumque cauſſas & rationes explicat, aut potius, unde magna illa mala naturalia, quae totum interimant & concutiant orbem, oriantur, docet. Τὸν δὲ ἐκ μέρους πάλιν ἀνέστρεψεν ἐπιθυμίαν ϗ ἔμφυτον ἐπιθυμίαν. *Mundum vero ſatum revolvit iterum & innata cupiditas.* Hoc de-

242 Ergo, nisi fallor, demonstratum, ut potuit planissime, dedimus, parum firmi-
tatis atque roboris habere, quibus sese *Plutarchus* inductum sensit, ut *Platonem*
243 duo huic orbi praefeciisse Numina, quorum unum bonis & salutaribus delectare-
tur, alterum malis & perniciosis, perhiberet. Quae de reliquis Graeci orbis phi-
244 losophis disputat, quo hanc eos quoque fovisse ostendat doctrinam, his etiam de-
te-

clarat aliquanto plenius: Κατ' ἀρχὰς μὲν δὴ ἀμεμέστερον ἀπειλήφει, τελευτῶν δὲ ἀμβλύτερον· τούτου δὲ αἴτιον τῷ τὸ σωματοειδὲς ἅμα συγκρατεῖσθαι αἴτιον, τὸ τ' παλαιὰν φύσιν ξυντρέφον, ὅτι πολλῆς ἐν μέσῳ ἀταξίας, πρὶν εἰς τὸν τῶν κόσμων ἀφικέσθαι. *Principio igitur* (natura rerum) *perfectius* (mandata Dei) *exsequuta est, sed ab ea demum imitatione longius degeneravit: cujus quidem defectus caussa est natura corporea, antiquae naturae fomes. Nam quondam valde inordinata & deformis erat naturâ, antequam praesenti ornatu decoraretur.* Παρὰ μὲν δὴ τοῦ ξυστήσαντος· πάντα καλὰ ἦν τότε· περὶ δὲ τὰ ἐκγονα ἔτι πολλὴν ἐξεῖναι, ὅτου χαλεπὸν μὴ ἄδικα ἐν ἀρχῇ γίγνεσθαι), ταῦτα ἐξ ἀνάγκης αὐτὸς τε ἔχει, καὶ τοῖς ζῴοις ἐναπεργάζεται. *Ab eo sane, qui hanc universitatem construxit, bona omnia possidet: a priori autem habitu* INCOMMODA ET INJUSTA OMNIA, QUAE INTRA COELUM NASCUNTUR, ET MUNDUS IPSE SUSTINET, ET ANIMANTIBUS INSERIT. Plura ejus generis ibi legas, quae nunc quidem omitto. Haec vero aut nihil significant, aut hoc clarissime docent, ex *Platonis* sententia, antequam mundum Deus componeret, fuisse in materia vim quamdam vitalem, nec via nec ratione, sed bruto & coeco motu progredientem: hanc Deum correxisse, quum mundum construeret, & parte sui amplificatam ad meliorem statum adduxisse: at veteris eam tamen naturae retinere fomitem; cui si obediat, id quod aliquando fiat, tum infinitam nasci malorum segetem, & totam rerum naturam misere conturbari & concuti. (V.) Succedant mala, quae *moralia* nominantur, itemque illa *physica*, quae ad hominis in primis corpus pertinent. Haec vero omnia ad animam *Plato* retulit. Quod quidem ejus dogma vix poterit intelligi, nisi generatim antea cognita habeamus, quae de animae natura & ortu philosophus iste tradidit. Binas igitur is, aut tres potius, in homine voluit animas esse reconditas, rationis unam participem, reliquas ratione vacuas, & concitationibus ac commotionibus inordinatis obnoxias. Quae rationis compos est anima, illam Deus ipse ex se produxit: ex quo efficitur, quum Deus ipse bonus sit, nihil eam in se mali & vitiosi habere posse. At reliquam animam, sive unam sive plures, in quibus irae, desiderii, cupidinum, & reliquarum animi affectionum caussae latent, una cum corpore fingendam Deus commisit Diis inferioribus, qui, ut potuerunt, hoc munere functi sunt. Haec omnia perspicue *Plato* narrat cum alias praecipue, tum copiose in *Timaeo p.* 531. *Opp.* Ab hac igitur anima, quae ratione caret, & simul ab ipso corpore omne malum oritur. Corpus, quoniam ex diversis ab his Diis elementis conflatum est, vehementer animae divinae obstitit, ne vim suam explicare queat. Quare etiam initio anima haec corpore conclusa amenti similis est: succedente vero tempore, sensim vires suas recipit. Lege *Timaeum p.* 531. 532. ubi haec fusius enarrantur. Illa vero anima, quae mater & nutrix est libidinum & cupiditatum sensuumque alumna, primo & ipsa corpus conturbat mirifice. Quare fit, ut morbis illud & variis aerumnis vexetur atque excrucietur. *Plato* in *Charmide p.* 237. Πολλὰ γὰρ ἴσως καὶ τῆς ψυχῆς ἀρρωστίας ἐκ τοῦ σώματος ἐκ τε ἄλλου τοῦ κύκλου καὶ ἐκ τοῦ τρόπου ἐκ τοῦ ἐπιτηδεύματος, ἃ δεῖται· ὅσα δὲ κακὰ ἐκ τῆς ψυχῆς ἐπὶ τὸ σῶμα. *Omnia, inquit* (*Zamolxis*, cujus hanc sententiam approbat *Plato*) *vel bona vel mala ab anima in corpus & hominem totum manant, indeque, similiter ut ex capite in oculos, effluunt.* Deinde eadem anima, nisi altera illa, quae ratione praedita est, excubias agat perpetuo, sensim omne sibi in corpus imperium arrogat, quumque modi & ordinis nescia sit, immoderatas cupiditates & vitia in eo excitat, quin etiam ipsam diviniorem animam sibi subjicit. Consuli hic velim, qui scite, licet non omni ex parte ad mentem *Platonis*, rem totam exposuit, *Maximum Tyrium Diss.* XXV. *p.* 243. *f.* Quamvis enim, quibus Deus fabricationem hominis demandaverat, inferiora Numina nulli pepercerint labori, ut, quod summum Numen praeceperat, hominem quam optimum conderent; haud tamen animam illam natura sua exuere potuerunt penitus. *Plato Timaeo p.* 543. Μιμησάμενοι δὲ τὰ τοῦ πατρὸς ἐντολὰς οἱ συνεστῶτες ἀθάνατοι, ὅτι τὸ θνητὸν γένος ἐπιτελὲς ἐν ἄρτῳ τῷ δύνασθαι ποιεῖν, ἔτι δὲ κατοχθίζοντες τὸ τοῦ φαύλου ἀρχὴν, ἵνα ἀναγκαῖος ἦν προσάπτοιτο. *Qui nos composuerunt, paterni illius mandati memores, quo mortale genus praeceperat quam optimum pro viribus fieri, ita deteriorem nostri partem instituerunt, ut ipsa quoque veritatis quodammodo foret particeps.* Jam unde minores illi Dii, qui hominem fabricati sunt, istam animam nacti sunt rationis expertem, quam in corpore nostro collocarunt? Illud quidem *Plato* non aperte in *Timaeo* scriptum reliquit: sed si ea, quae adhuc aliquoties inculcavimus, consideres, facile, quidnam senserit, suspicaberis. Neque ex Deo educta est haec anima, qui optimus est: neque hi inferiores Dii ex se eam procreurunt: nec denique a materia profecta est, quae qualitatibus & sensu caret. Relinquitur ergo, ut ex inordinata illa mundi anima, de qua paulo ante verba fecimus, de-

li-

teriora ſunt & leviora. (*) Pythagoraeos enim hanc unam propter cauſſam in duplicis Dei profeſſoribus numerat, quod ἐναντιότητας & συγχύσεις, *pugnas* & *cognationes rerum*, finiti nimirum & infiniti, dextri atque ſiniſtri, numeri paris atque imparis, aliarumque ejus generis, interdum (*l*) commemorent. *Heraclitum* idcirco huic aggregat familiae, quod de πολυτρόπῳ ἁρμονίᾳ κόσμου ſeu *verſatili quadam mundi* 245 *bar-*

(*) Οἱ Πυθαγόρειοι ἀλυσιτελῆ τὸ κακὸν ἐν ταῖς ἀρχαῖς παρειλήφασιν. Pythagorici nusquam malum in rei principiis ponunt. Syrianus in Ariſtotelis Metaphyſ. MS. p. 218.

libata & hauſta ſit. Itaque mundi totius imaginem gerit homo, ſi *Platonem* adſciſcam magiſtrum. Uterque, & mundus & homo, ex anima & materia conflatus eſt. Utriusque anima partim ratione valet, partim ratione vacat. Illa, quae ratione valet, anima omnium bonorum, haec, quae rationis indiget, omnium malorum, omnium converſionum naturae rerum vim afferentium, omnium pravarum commotionum mater & origo eſt. Praeclare video, non eam eſſe hanc opinionem, quae Deum omni culpa purget, & quaeſtionem de ortu mali difficultatibus cunctis liberet. Verum nec hic, quam pulcre & rationi convenienter docuerit *Plato*, ſed quid ſenſerit de his rebus, quaeritur. (VI.) Haec dum fuſius expoſui, una, quid mihi de *Plutarchi* videatur ſententia, quam *Cudworthus* caſtigat, indicavi. Equidem hoc confirmare nolim, iſtam interpretationem *Platonis*, quam probat *Plutarchus*, omni ex parte recte ſeſe habere, nec ulla in re aliter ſenſiſſe *Platonem*, atque *Plutarcho* ſenſiſſe viſus eſt. In tanta enim caligine & obſcuritate, quantam *Plato* conſulto videtur conſectatus eſſe, ut multitudinis effugeret invidiam, quis ſibi ſanus ita faveat, ut ſe dogmata ejus de rebus divinis omnia prorſus explorata & perſpecta habere aſſeveret? Sed hoc tamen iis rationibus, & auctoritatibus, quas adhuc attuli, me conſequutum eſſe, ſpero, ut aequi rerum exiſtimatores fateantur, in univerſum ſic non potuiſſe non *Platonem* ſentire, nullamque veriſimiliorem ejus expoſitionem illa, quam *Plutarchus* dedit, excogitari poſſe. (VII.) Poſt *Cudworthum* pro *Platone* contra *Plutarchum* verba fecit venerandus vir, *Jo. Chriſtoph. Wolfius*, *Manichaeiſmo ante Manichaeos* p. 124. *ſ.* Is plerisque *Cudworthi* rationibus aſſenſus eſt: in nonnullis novas rationes ſequutus eſt. Quae cum *Cudwortho* habet communia, aliqua ex illis etiam, quae ipſemet poſuit, jam conſideravi. Supereſt, ut id, quod ceteris robore & ſpecie praeſtat, expendam, ne quid praetermittatur. Non potuit inficiari vir longe doctiſſimus, *Platonem* praecepiſſe, materiam, priuſquam a Deo fingeretur, motu inordinato concuſſam & fluctuum inſtar agitatam fuiſſe. Nec, qua eſt ſagacitate, impetrare potuit a ſe, id quod ſupra jam vidimus, ut, quae *Cudworthus* ad hunc nodum diſſolvendum ſcripſerat, ſua faceret. Itaque nova ſibi ratione conſuluit, atque *Platonem ipſi materiae motum per ſe proprium eſſe & convenientem ſtatuiſſe videri*, affirmavit, *Manichaeiſmo p.* 139. *Si*, addit, *inficiari quis illud voluerit, vel manifeſtus Platonis locus afferendus foret, qui id conceptis verbis neget, vel oſtendendum, hanc aſſertionem cum Platonis principiis —— conciliari non poſſe.* Non recordabatur, quum haec in litteras referret, vir praeſtantiſſimus, *Platonem* facultatem ſeſe motu proprio concitandi nulli, niſi animae, tribuiſſe, & ex hoc in primis demonſtrare voluiſſe, animos eſſe immortales, quoniam ſemet ipſos cieant & moveant, quod rebus reliquis ex materia conflatis negatum ſit. Lege hac de re *Platonis Phaedrum p.* 344. Sed quoniam manifeſtum *Platonis* locum requirit, binos afferam, quibus *Plato* diſerte ſignificavit, omnem motum ab anima oriri. Alter eſt ex *Libro de legibus* X. *p.* 668. Εἰ δ' ἔστι τοῦτο ὅπως ἔχει, ἆρα ἔστι πολλῶν μὲν ἀκινήτων δεῖν ἓν ψυχὴν κινοῦσαν εὖ καὶ τὸν πρῶτον γίγνεσθαι καὶ κίνησιν τὴν τοῦ ὅλου, καὶ γιγνόμενον, καὶ ἰοῦσαν, καὶ πάλιν αὖ τὴν ἐναντίαν τούτοις; *Quod ſi ita eſt, an adhuc deſideramus, ſufficientius demonſtrari, idem eſſe animum & primam generationem ac motum rerum, quae ſunt, quae fuerunt, quaeque futurae ſunt, omniumque rurſus iſtis contrariarum?* Alterum locum *Phaedrus* dabit *p.* 344. Ψυχὴ καὶ τοῖς ἄλλοις, ὅσα κινεῖται, πηγὴ καὶ ἀρχὴ κινήσεως. *Anima omnibus, quae moventur, reliquis fons & principium motus eſt.* Hinc *Cicero de natura Deor. Lib.* II. *c.* 12. *p.* 2971. *Hunc motum* (Plato) *in ſolis animis eſſe ponit, ab hiſque* PRINCIPIUM MOTUS *eſſe ductum putat.* (VIII.) Poſtremo nec hoc quidem tacendum reor, binos mihi magni ingenii ſingulariſque eruditionis viros ſeſe obtuliſſe, qui *Plutarchi* expoſitionem *Platonis* non eſſe contemnendam pronuntiarunt. Alter *Juſtus Lipſius* eſt *Phyſiolog. Stoicor. Lib.* I. *Diſſ.* XIV. *p.* 32. qui brevibus hanc rem tangit; alter *Petr. Gaſſendus*, qui *Phyſices Sect.* I. *Lib.* I. *Cap.* 5. *p.* 156. *T.* I. *Opp.* apertius eam probat: quamquam in eo peccat, quod *Porphyrium* & *Proclum* eidem, cui *Plato*, ſententiae addictos fuiſſe opinatur, quos aliter ſenſiſſe conſtat. Quamquam quid recentiores commemoro? Antiquiſſimus Chriſtianorum auctor, *Clemens Alexandr. Stromat. Lib.* V. *p.* 701. malam *Platonem* induxiſſe animam fatetur, & hanc animam illam eſſe naturam vult, quam Chriſtiani *diabolum* appellent.

(*l*) *Commemorent*] Monui jam ſupra, non hoc *Plutarchum* ſibi velle, omnes Graecorum philoſophos

harmonia loquatur, qua fiat, ut res omnes nunc recta via procedant, nunc viciſſim retrorſum ferantur, non ſecus atque arcum jam intendi, jam rurſus laxari videas, quod-

phos eadem plane ſententia fuiſſe imbutos, qua ipſe *Platonem* fuiſſe imbutum cenſuit, verum hoc tantum ſibi credi poſtulare, cunctos, qui de Deo recte philoſophati ſint, malorum & vitiorum cauſſam ab eo removiſſe, & ad aliam quamdam naturam, non una licet omnes ratione, retuliſſe. Ego non omnia, quae de philoſophis illis differere poſſem, quorum contra *Plutarchum* cauſſam *Cudworthius* tuetur, effundam, quoniam haec res aequiorem locum efflagitat, verum ea tantum commemorabo, quae mihi aut cognitu prae ceteris videbuntur neceſſaria, aut ab aliis omiſſa. Quod igitur ad *Pythagoram* primum attinet, fateor, ex numerorum diſciplina, quae philoſopho huic propria fuit, parum apte ac luculenter a *Plutarcho* effici, binas ab eo naturas, alteram benignitatis, alteram pravitatis plenam, univerſitati rerum praefectas eſſe. Namque, id quod ex *Jo. Meurſii Denario* liquet *Pythagorico*, quae de numeris praecepit *Pythagoras*, ſi pauca quaedam demas, tot dubiis tamque variis veterum auctorum opinionibus premuntur, ut difficillimum dictu ſit, quibus proprie rebus naturalibus numeros ſuos accommodaverit. Nec omnis tamen eos deſtituit auctoritas, qui *Pythagoram* volunt a ſingulari quadam natura mali omnis ortum arceſſiviſſe. Omitto ea, quae collegit ven. *Wolfius* in *Manichaeismo ante Manichaeos Sect.* II. §. 29. *p.* 116. ex quibus hoc ſaltim manifeſtum eſt, aeternam a *Pythagora* materiam Deo eſſe adjunctam; unde ſine dubio partem malorum, quibus affligimur, naſci judicavit. Taceo, quae de magiſtris ejus, Aegyptiorum ſacerdotibus, *Zarata* & Magis Perſarum ab aliis jam obſervata ſunt. Bina vero proferam, quae, tametſi praetermiſſa video ab illis, qui hoc argumentum attigere, nonnihil mihi tamen ponderis hac in cauſſa habere videntur. (I.) *Numenius*, non ignobilis Pythagoraeus, mali omnis originem in peculiari aliqua quaeſivit anima in mundo latente, nec aliter magiſtri ſui ſcita interpretatus eſt. Qua de re copioſus eſt *Chalcidius in Timaeum Platonis Cap.* 13. §. 293. *p.* 387. (II.) Qui cum Manichaeis congreſſi ſunt, Chriſtianorum veterum doctores non dubitarunt, flagitia & portenta hujus ſectae ex *Pythagorae* in primis ſchola eſſe hauſta, confirmare, aut *Pythagoram* in parentibus & conditoribus familiae Manichaeae numerare. Audiamus, ut *Archelaus* loquatur, praeclarus ſaeculi tertii doctor, in *Diſputatione cum Manete* §. 51. *p.* 191. *ed. Fabricii T.* II. *Opp. Hippolyti. Scythianus dualitatem iſtam introducit contrariam ſibi*, QUOD IPSE A PYTHAGORA *ſuſcepit*, *ſicut & alii omnes hujus dogmatis ſectatores*, *qui omnes dualitatem defendunt*, *declinantes ſcripturae viam directam.* Interea, ſi *Pythagoras* malum ejusmodi profeſſus eſt principium, hoc tamen controverſia mihi vacare videtur, ſummo Numine multo inferius id ab eo eſſe habitum, nec idcirco ad eos pertinere hominem, qui bina Numina ejusdem poteſtatis introduxerunt. Scilicet non una eſt eorum claſſis, qui binis favent rerum principiis, & benigno Numini aliam ſociant naturam, unde malum omne naſcatur. Quod quoniam illos, qui novum ſibi cupiunt eſſe, quatenus antiquiores philoſophi hoc dogmate contaminati fuerint, in primis memoria tenere decet, ne ſumma diſputationis totius exſiſtat confuſio, neglectum vero vel ab iis eſſe video, qui noſtra aetate in Manichaeorum rationes & ſcita diligentiſſime inquiſiverunt, & ſectae dudum condemnatae patrocinio defungi glorioſum eſſe putarunt; antequam de reliquis dicam aliquid philoſophis, paucis declarare conſtitui. Igitur primum omnes, quibus bina placet eſſe rerum principia, commode in duas familias majores diſtribuere licet. Primam illi occupant, qui Deum & materiam ex omni fuiſſe aevo decernunt. Alteram conficiunt, qui, praeter materiam, aliam cogitatione fingunt naturam, unde, quae vitium habent, univerſa proficiſcantur, atque tria idcirco, ſi proprie loquendum ſit, rerum initia introducunt, Deum, naturam vitioſum, & materiam. In qua quidem ſententia omnes prope fuerunt, qui primis reipublicae Chriſtianae temporibus coeleſtem doctrinam commentis ſuis inquinarunt, & *Gnoſtici* vulgo vocantur; ut de multis aliis nunc taceam. Utraque familia in ſuas interim inferiores claſſes deſcribi poteſt. Nos, miſſa ſuperiori, de poſterioris tamen diviſione dicemus. *Primo loco* collocandi ſunt, qui naturam illam malitiae plenam Deo bono parem faciunt aetate & robore, binoſque eos Deos commemorant pugnis & certaminibus aeternis ſefe fatigantes, & nunc aequiori, nunc iniquiori dimicantes Marte. Hanc fuiſſe Manichaeorum doctrinam, plerique, nec vanis adducti rationibus, credunt. *Secundum* illis aſſignamus *gradum*, qui malum illud principium ex omni quidem fuiſſe aeternitate judicant, at Deo tamen ſummo poteſtate & robore multum concedere volunt. Hi Deum bonum victoriarum multitudine Deum pravum & malignum non modo ſuperare, ſed etiam fore aliquando tempus, volunt, quo malus ille Deus prorſus a bono conteratur & deleatur. Haec mihi Aegyptiis olim placuiſſe & multis orientalibus populis vel hodie adhuc animo ſedere videtur opinio. Abſurdum fateor eſſe hoc dogma, nec intelligi ſatis poſſe, quemadmodum id, quod per ſe ac neceſſario ex infinito fuit tempore, deſtrui queat & exſtingui. At quis neſcit, quae ſanis & ratione praeditis ineptiſſima hodie videntur eſſe, multis olim omni ferro & aere firmio-

ra

Digitized by Google

quodque idem affirmaverit, *fluere omnia*, *bellumque patrem esse ac dominum* (*m*) *omnium*. *Empedocles* prima naturae *amicitiam* ponit esse ac *discordiam*; nosque supra 246 non

ra fuisse visa? Nihil est tam stolidum & vecors, quin ab illis olim id receptum sit, & interdum hodie recipiatur, qui sapientiae & eruditionis laude prae ceteris florere studeat. *Tertium ordinem* ducunt, qui unum Deum summum esse concedunt, at huic binas subjiciunt naturas praestantissimas, quarum altera bona, quae fiunt, efficiat, altera pravis omnibus causam & originem praebeat. De his vero binis naturis non una fuit omnium sententia. Namque alii ipsa natura sua talia esse haec Numina, si hoc vocabulo uti par est, qualia sunt, opinantur: alii utrumque initio fuisse bonum, alterum vero deinceps a bonitate sua defecisse, veterem altero retinente statum, scisount. Utrosque si roges, unde igitur bina haec principia profecta sint, non dubitabunt respondere: ex summo illo Deo. At de modo & via, qua id factum sit, dissidebunt, illis in necessariis Dei emanationibus ea numerantibus, his a Deo libere condita esse affirmantibus. Neque est, quod mireris, ex Deo rem ita malignam emanasse; ut natura illa est, quae malis delectatur unice. Quis enim doctior multis tam antiquis, quam recentioribus, immo non paucis Christianorum, persuasum esse ignorat, ea, quae ex ipsa Dei natura fluunt, quo longius ab ea digrediantur & abeant, eo magis concreta & deteriora fieri? Posterior sententia multis ita visa fuit probabilis, ut inter ipsos rei Christianae vindices & tutores suos invenerit approbatores, qui doctrinam de *Christo* & cacodaemone, regno servatoris insidiante, sic interpretati sunt, ut illum bonum, hunc malum esse illud dictitarent principium, utrumque vero ex Deo genitum. Inspice, quae *Lactantius* hac de re impie prorsus disserit *Lib.* II. *divinar. institut. Cap.* 8. *p.* 204. Ac, ut verum fatear, populorum omnium solem orientem intuentium, qui bina commemorarunt Numina, hanc antiquissimam fuisse reor opinionem, unum esse Deum supremum, mali expertem, at binos genios, Deo illo multum quidem minores, attamen magni roboris & virtutis, qui bona & mala in orbe misceant, & certatim mox saluti, mox damnis hominum studeant: in quam sententiam, ut suspicor, ea re potissimum inciderunt, quod minus recte caperent, quae de primis hominibus, astutia maligni genii deceptis & tentatis, a majoribus suis acceperant tradita. Paullatim vero, ut fit inter homines, vetus haec opinio multum de germana sua indole perdidit, &, summo illo Numine hominum ex memoria prope deleto, bini illi genii, quos Deo principi subiecerant veteres, sic a plerisque spectati sunt, ac si ex se haberent omnia, nec ullius potentiam & leges venerarentur. Huic familiae finitimi sunt, quibus *quartum* arbitror *locum* esse dandum, antiqui Graecorum, Aegyptiorum, & aliarum gentium poëtae, qui Deos, ad quos vel bona vel mala omnia referunt, in illis numerant Numinibus, quae ex chao aut ex hominibus genita & nata esse canunt, negantque idcirco originis omnis esse nescia. *Osiris* & *Typhon*, Aegyptiorum Dii, quorum ille rebus praesidet salutaribus, hic noxiis, quid aliud sunt, quam Dii certo tempore generati, quum antea non fuissent? *Quintam* denique *classem* constituunt, qui animam quamdam in materia reconditam omnis mali causam esse volunt. His *Platonem* non sine causa a *Plutarcho* aggregari demonstratum a nobis arbitror. Favent eidem sectae *Numenius*, *Atticus*, & alii. Quamquam nec hi concordes sunt, verum in binas scissi familias. Alii enim Deum malignam illam mundi animam correxisse, quantum fieri poterat, &, divina anima adjuncta, ex binis unam conflasse, judicabant: alii vitioso mundi animo Deum socium addidisse alium animum; ordinis, consilii, & rationis compotem, ducebant, qui, ne cuncta vetus illa denuo turbaret anima, & antiquum chaos restitueret, provideret. Varias has atque diversas sententias eum, qui de duorum principiorum fautoribus disputationem suscipit, si rite omnia complecti, neque rerum confusioni locum aperire velit, cogitatione diligenter sejungere decet. Quodsi vero uno omnes numero & loco habeat, qui duo rerum introduxerunt principia, & culpam omnis mali in peculiarem aliquam naturam contulerunt, fieri nullo modo poterit, quin iniuria graviori quosdam afficiat, aliorum perverse sententiam explicet.

(*m*) *Omnium*] Memoria hic in nonnullis doctissimum virum fefellit. (I.) Nusquam video, *Heraclitum* propterea esse a *Plutarcho* illis connumeratum, qui peculiare quoddam mali caput constituerunt, quod fluere omnia, & perpetua vicissitudine ferri, decreverit. Dignus esset, quem sani omnes irriderent, *Plutarchus*, si tam inepte calculos posuisset: *Heraclitus* fluere dixit omnia: Igitur vitium a peculiari quadam anima aut natura derivavit. (II.) Nec id omnino recte sese habet, quod de *versatili mundi harmonia* affertur a viro docto. *Plutarchus Libro de animae procreatione ex Timaeo T.* II. *Opp. p.* 1026. id, quod *Plato* mundi vocat animam, alios philosophos contendit aliis nominibus appellasse. Inter hos philosophos refert etiam *Heraclitum*, a quo illam universitatis animam ait nominatam esse κάλλιστον ἁρμονίαν κόσμου, ὅτως καὶ λύρας ἢ τόξου, *versatilem mundi harmoniam*, *instar contentionis*, *quae in lyra est aut arcu*. Recte, an secus, *Heraclitum* interpretetur, id nunc quidem non curo. Hoc autem planum esse intelligo, hanc *Heracliti harmoniam mundi* non a *Plutarcho*

Digitized by Google

non ſpernendis oſtendimus rationibus, indicaſſe eum his vocibus genitricem aliquam & operoſam virtutem, quae in mundo hoc corporeo lateat, rerumque ortus & interitus moderetur. *Plutarchus* vero, quin gemini, quos fingit, Dii his verbis deſignati ſint, (*n*) nil dubitat. Eodem modo *Anaxagorae* interpretatur placita: qui, quoniam duo conſtituit univerſitatis principia, *mentem* & *infinitam materiam*, a duobus ipſi Deis non abhorruiſſe (*o*) videtur. Ne ipſe quidem perſpicacitatem ejus effugere potuit *Ariſtoteles*, ſed invitus in hunc numerum propterea detruſus eſt, quod duo eſſe corporum naturalium principia ſcriptum reliquit, *formam* & *privationem*. Nec in gentium atque populorum de hoc dogmate ſententiis explorandis certioribus incedit veſtigiis. Quod enim Chaldaeorum quondam Aſtrologi praeceperunt, ex ſtellis errantibus duas eſſe beneficas, totidemque maleficas, tres vero reliquas mediae naturae, id homini ſatis eſt, ut univerſam Chaldaeorum nationem duos coluiſſe Deos concludat. Idem vero Graecis placuiſſe pris-

ideo memoratam eſſe, ut philoſophum hunc binis faviſſe principiis oſtenderet. (III.) Solum igitur, quo id probare cupit *Plutarchus*, argumentum illud eſt *Heracliti* dictum, quo *bellum patrem eſſe rerum omnium* aſſeveravit. Πόλεμον, ait, ὁμολογεῖ πατέρα καὶ βασιλέα καὶ κύριον πάντων, *Libro de Iſide ac Oſiride p.* 370. Hujus effati *Heracliti* meminit etiam *Proclus in Timaeum Platonis p.* 24. Sed hoc *bellum Heracliti* ſi mala quaedam eſſet anima, id ex hoc conſequeretur ejus pronuntiato, nihil omnino Deo bono adſcribendum eſſe eorum, quae vel facta ſunt, vel fiunt & eveniunt, ſed cuncta maligno Numini, quippe quod *omnium pater, dominus, & rex* eſſet. Quod quum prorſus abſurdum & ab *Heracliti* ſententia remotum ſit, relinquitur, ut ſtatuamus, bellum ejus nihil eſſe, quam *diſcordiam Empedoclis*, aut contrarium primorum principiorum motum, ex quo phyſici veteres plerique res omnes eſſe profectas, ſibi perſuadebant.

(*n*) *Nil dubitat*] Sunt & alii, praeter *Plutarchum*, qui *Empedoclis* litem & amicitiam ita fere intellexerunt, ac ſi binas his vocabulis naturas, alteram boni, alteram mali cauſſam, deſignaſſet: quorum quidem dicta congeſta vide a *Jo. Chriſtoph. Wolfio Manichaeiſmo ante Manichaeos Sect.* II. §. 30. *p.* 120. Mihi vero, id quod ſupra fuſius explanavi, *Diſſ. de natura genitrice* §. 6. haec duo rerum, non perſonarum, videntur eſſe nomina, quibus idem, quod plerique veteres naturae ſcrutatores, *Empedocles* indicaverit. Interim in illis fuiſſe non negem *Empedoclem*, qui a materiae conditione & vario motu malorum cauſſas arceſſere ſolebant.

(*o*) *Videtur*] *Plutarchus de Iſide & Oſiride p.* 370. Certe injuriam fecit *Plutarchus Anaxagorae*, ſi hoc dicere voluit, *infinitum* ejus malignam eſſe mentem. Sed mihi hoc tantum ſignificaſſe videtur, *Anaxagoram* non in mente, ſed in infinita materia, malorum origines quaeſiviſſe. Quamquam in hoc toto negotio parum ſibi conſtat *Plutarchus*, quod vel ex iis apparet, quae de *Ariſtotele* ſequuntur. Quis enim, quaeſo, ſibi perſuadeat, *Ariſtotelis privationem* ſingularem eſſe, quae malum omne genuerit, naturam?

(*p*) *Sacra fecerint*] Paullo plus habebunt ſpeciei, quae de Chaldaeis & Graecis *Plutarchus* tradit, ſi cogites, hoc generatim ei fuiſſe tantum propoſitum, ut plerosque doceret populos non ab uno fonte bona & mala credidiſſe nata eſſe. De Chaldaeis interim vide *Wolfium Manichaeiſmo p.* 45. *ſ.*

(*q*) *Excogitaſſe*] Miſſis omnibus, quae de *Typhone* viri eruditi parum plerumque ſolide ſuſpicati ſunt, accipio id, quod vir doctus ſponte dat, *Typhonem* imaginem & ſimulacrum eſſe malorum, quibus orbis noſter affligitur. Reſtat, ut, num id verum ſit, disquiramus, quod ille tuetur, non certam aliquam naturam, mali parentem, hoc nomine ſignificatam eſſe ab Aegyptiis, ſed ipſum malum, variosque ejus impetus & naturae rerum converſiones. Neſcio vero, an ulli hanc ſententiam probaturus ſit, qui praejudicatis liber opinionibus legerit, quae de *Oſiridis*, *Iſidis*, & *Typhonis* rebus geſtis & actionibus memoriae prodiderunt *Diodorus Siculus*, *Plutarchus*, & alii: quae aut nihil plane ſignificant, aut hoc docent, homines fuiſſe eos, & variis bellis, legibus, ac inventis famam apud poſteros divinosque honores ſibi promeruiſſe. Deinde & hoc, ut alia mittam, huic conjecturae potiſſimum obſtat, quod iidem auctores Aegyptios iram *Typhonis* victimis & ſacrificiis placare conſueviſſe, ſcriptum reliquerunt. *Plutarchus de Iſide ac Oſiride p.* 362. *Diodorus Siculus Biblioth. Hiſtor. Lib.* I. *p.* 9. Nec enim quisquam cultu & honoribus notiones animi ſui, aut res mente & potentia vacuas, aut eventa denique & actiones aliorum afficere ſolet. Ego quidem, tametſi nulla fere res pluribus divinationibus & ſuſpicionibus eruditorum obſcurata & oppreſſa ſit, quam Aegyptiorum religio, ſic in univerſum eſſe ſentiendum de ſacris Ae-

priscis, ex eo judicat manifestum esse, quod non modo *Jovi Olympio*, sed etiam Ἀΐδῃ sive *Plutoni*, quem & *Jovem* interdum *infernalem* nominant, (*p*) sacra fecerint. In Aegyptiorum veterum mysteriis & institutis exponendis non ego negem magno eum videri ingenio. Sed, quod me cogat, ut *Typhonem* eorum principium designasse mali, aut pravum aliquem Deum per se exsistentem significasse, credam, nihil equidem ab eo in medium prolatum video. Quod enim inferius a nobis diligenter demonstrabitur, hoc antiquiorum populorum sapientibus in more positum erat, ut Physicam certa ratione cum Theologia componerent, omnibusque rebus, quibus natura rerum continetur, personam aliquam imponerent. Quam consuetudinem quum Aegyptios etiam sequutos fuisse constet, verisimile est, eos tantum malis istis confusionique & perturbationi, quae perpetuas rerum humanarum vicissitudines ortusque ac interitus, cuncta tamen gubernante Deo, comitari solent, personam induisse, *Typhonis*que ideo vocabulum (*g*) excogitasse.

Res-

Aegyptiorum institutis & caerimoniis opinor. Dii patrii, quibus sacra fecerunt magna religione Aegyptii, *Osiris*, *Isis*, *Typhon*, & alii, reges fuerunt & heroës perantiqui, qui populis istis imperarunt, & post fata inter Numina superstitiose relati sunt. *Osiris* sigillatim & *Typhon*, si qua vis iis inest, quae de illis accepimus tradita, fratres fuerunt contrariis plane ingeniis & studiis, quorum hic, natura crudelis & maleficus, illum, miti & clementi praeditum indole, insidiis circumventum interemit, at *Isidi* parricidii postea poenas dedit.

Et quem tu plangens hominem testaris Osirin.

Lucanus Pharsal. Lib. VIII. *vs.* 133. Vide, quae generatim observavit *Jo. Clericus in Explicatione fabulae Adonidis Tom.* III. *Bibl. univers. & histor. p.* 12. *s.* cujus tamen omnia mea facere nolo, & copiosius ingeniosissimus *Banierius* peculiari *Diss. de Typhone dans l'Histoire de l'Academie des Inscriptions & belles lettres Tom.* VI. *p.* 162. *s.* Procedente vero tempore, quum viros jam sapientes puderet, tales coli a populis Deos, quos res gestae & fata, quae subierint, homines fuisse testarentur, Aegyptii non secus, atque Graeci, Persae, & aliae gentes antiquam Deorum historiam ad praecepta physica & philosophica, quae prudentiores fovebant, accommodare studebant. Ex hoc fonte, nisi totus fallor, omnes Theogoniae fluxerunt, omnes illae difficultates & tenebrae, quae veterum populorum rationes obscurant hodie. Itaque, quum Aegyptiorum persuasum esset philosophis, esse Deum summum, a quo omne absit vitium, peculiarem vero praeterea naturam, Dei consiliis perpetuo adversantem, & bona malis diluentem, historiam *Typhonis* & *Osiridis* cum hac copularunt doctrina, aut religionem populorum historicam cum religione miscuerunt temere philosophica, hunc *Osirin* cum Deo, quem profitebantur, mali omnis experte, illum cum natura maligna, omnis vitii & discordiae parente, componentes. Quam rationem postquam semel inierant, aliis idem tentandi via patefacta est. Quumque varie sentirent, ut fit inter homines, qui sapientum affectabant gloriam, ille hoc, iste alio modo *Osirin* & *Typhonem* interpretatus est: ex quo evenit, ut nihil Aegyptiorum religione incertius sit. Vid. *Laur. Pignorius in Mensam Isiacam p.* 2. *s.* Ut enim quisque de rebus naturalibus & divinis sentiebat, ita veterum Deorum Aegyptiorum historiam, ut suis consentanea dogmatibus videretur, & explicabat, & enarrabat. Quocirca, qui de Aegyptiorum religionibus & factis accurate commentari volunt, eos caute & sapienter distinguere decet, quae ad priscam pertinent terrae illius historiam, & quae sacerdotum & sapientum recentiori aevo in ea invexit studium. Quod quoniam a plerisque negligitur, ideo haec res tot laborat & veterum & juniorum contentionibus & dissensionibus, quot nulla fere alia. *Osiris* huic sol, illi Bacchus, alii Oceanus, nonnullis Pluto videtur esse. Cuinam fides habenda est? Nulli, ut arbitror. Vetus rex Aegyptiorum *Osiris* fuit. At quum Aegyptii cum Graecorum scitis & philosophorum placitis sua instituta conjungere inciperent, ille hac, iste alia forma *Osirin* induit ut conveniens rebus istis & sententiis, quas complexus quilibet erat, videbatur. Ceterum non in illis numerandi sunt Aegyptii, qui binos esse Deos aequales judicarunt. Nam, quod ex *Plutarcho de Iside & Osiride p.* 362. liquet, *Typhonis* potentiam sensim inermem fieri, & deletum aliquando prorsus iri, statuebant. Τὴν δὲ Τυφῶνος ἀπαυθαδιαν καὶ κατεπειγουσαν δυναμιν, ἔτι δὲ καὶ ψυχείμενην καὶ σφαδάζουσαν παραγινεσθαι. *Typhonis obscuratam atque contritam potentiam, atque adeo semianimem & inflantem interitum trementem, demulcent.* In eorum ergo numero illos habere decet, quos *Plutarchus l. c. p.* 369. ait Deum deteriorem pro genio tantum quodam seu daemone habere. Omnem scilicet eorum familiam, qui malo singulare quoddam Numen praecisse volunt, in duo distribuit

247 Reſtat, ut de Perſarum Magis videamus, an his jure quodam iſta de binis Diis, bono & malo, doctrina, quam *Plutarchus* deinde atque Manichaei tenuerunt, tribui queat. Atque hic ego fateor, magnis ſeſe rationibus tueri poſſe, qui ſic Ma-
248 gos docuiſſe, affirmant. Namque, praeter *Plutarchum*, *Diogenes* id teſtatur (*r*) *Laërtius*, δύο κατ' αὐτοὺς τινας ἀρχὰς, ἀγαθὸν δαίμονα καὶ κακὸν, *duo ex eorum ſententia rerum eſſe principia, daemonem malum & daemonem bonum*, qui *Hermippi*, *Eudoxi*, & *Theopompi* videtur auctoritate munitus eſſe. Nihilo tamen minus, ut haec nomina ſint graviſſima, nil eum temere facturum eſſe, putem, qui, num hi auctores ita, uti fas erat, Magorum ſententiam intellexerint, deliberandum eſſe, cenſuerit. Fieri enim poteſt, ut malo, quod profitebantur, Numini haud ampliorem Magi poteſtatem adſcripſerint, quam nos geniorum infernalium principi tribuimus, neque malum eſſe principium crediderint, Deo haud ſubjectum, atque ex ſe ipſo ex infinito tempore exſiſtens, ſed malorum tantum geniorum civitatem aliquam ſeu rempublicam, cui unus leges ferat & imperet, ingenio conſtruxerint. Ego quidem propius me ab hac abeſſe non inficior ſuſpicione: in quam me ſententiam non id impellit tantum, quod (*s*) *Theodorus* apud *Photium* Perſarum *Arimanium* eodem *Satanae* compellat cognomine, quo ſacer codex malorum geniorum caput deſignat, ſed etiam quod ipſa Magorum ſcita, ut a *Plutarcho* exhibentur, haud obſcure eam ſtabilire ac firmare video. Ita nimirum *Plutarchus* eos ſentire perhibet: (*) Ἔστιν ἡ χρόνος εἱμαρμένος, ἐν ᾧ τὸν Ἀρειμάνιον, λοιμὸν ἀπάγοντα καὶ λιμὸν, ὑπὸ τούτων ἀναίρεσιν φθαρῆναι πανπάσαν καὶ ἀφανισθῆναι, τὴν δὲ γῆς ἔπιπεδον καὶ ὁμαλῆ γλυκυθῆτα, ἕνα βίον καὶ μίαν πολιτείαν ἀνθρώπων μακαρίων καὶ ὁμογλώσσων ἀπείρων γενέσθαι. *Inſtare vero fa-*

(*) De Iſide & Oſir. p. 370. Par.

buit genera, in eos, qui parem Diis, bono & malo, poteſtatem tribuerent, & in eos, qui malum Deum imbecilliorem eſſe bono ducerent. Ita certe verba ejus capit: Νομίζουσι γάρ, οἱ μὲν, Θεοὺς εἶναι δύο, καθάπερ ἀντιτέχνας, τὸν μὲν ἀγαθῶν, τὸν δὲ φαύλων δημιουργόν· οἱ δὲ τὸν μὲν ἀμείνονα Θεόν, τὸν δὲ ἑτέρου δαίμονα καλοῦσιν. *Exiſtimant enim alii, duos eſſe Deos, quaſi contrariis deditos artibus, ut bona alter, alter mala opera faciat: alii eum, qui eſt melior, Deum, qui deterior, daemonem tantum dicunt.* At hunc ipſum tamen malignum daemonem Aegyptii videntur non a Deo eſſe conditum exiſtimaſſe, ſed naturam eſſe per ſe & neceſſario, non ſecus ac bonus ille Deus, exſiſtentem. *Oſirin* enim & *Typhonem* fratres fuiſſe, perhibent. Quocirca, *Oſiris* ſi is Deus eſt, quo nihil fieri melius aut majus poteſt, *Typhonem*, conſequens eſt, ut credamus, ejusdem eſſe naturae & aeternitatis. Verum in tanta rerum antiquarum caligine quis omnia ſic expediat, ut nihil quaerendum reſtet?

(*r*) *Laërtius*] In *Proœmio Segm.* 8. *p.* 6. qui *Ariſtotelis* haec ſe auctoritate ſcribere perhibet.

(*s*) *Theodorus*] Hic *Theodorus* eſt Mopsveſtenus, cujus olim exſtitere *Libri* III. *de Perſarum Magia*, e quorum *primo libro* Photius *Biblioth. Cod.* LXXXI. *p.* 199. refert, Perſas cenſere *Zarvan*, Deum principem omnium, *Homisdam* ge-

nuiſſe, καὶ τὸν Σατανᾶν, & *Satanam*. Veriſimile eſt, quod *Andr. Schottus* in *Notis ad h. l.* obſervat, malum Perſarum genium, quem *Arimanium* alioquin nominabant, hoc vocabulo deſignari. Recte vero facit vir doctus, quod huic argumento ex nomine ducto parum tribuit. Etenim ex eo, quod Chriſtiani eodem vocabulo malignorum geniorum ducem vocamus, quo Perſae principium malum, nullo modo efficitur, idem de utroque utrosque credere.

(*t*) *Theopompus*] Haec ex *Theopompo* excerpſit *Plutarchus Libro de Iſide & Oſiride p.* 370. *T.* II. *Opp.*

(*u*) *Spectatum fuiſſe*] Etſi nullus neget eruditorum, Perſis olim placuiſſe, duo eſſe rerum omnium principia, bonum alterum, alterum malum; haud tamen omnes ſententiam eorum de binis iſtis Numinibus eodem modo explicant. Quidnam ante *Zoroaſtrem* docuerint, exquirere, quum nihil veterum monumentorum ad nos pervenerit, cui fidem tuto nobis habere liceat, inutile propemodum arbitror. Arabes nonnullos ſcriptores produxerunt *Eduard. Pocockius* in *Specim. Hiſtor. Arabum p.* 147. 148. & *Thom. Hyde* in *Hiſtoria religionis veter. Perſarum Cap.* 9. *p.* 163. & *Cap.* 22. *p.* 299. qui Magos ante *Zoroaſtrem* perhibent docuiſſe, duos eſſe Deos aequales, quorum alter ſalutaria & bona

quae-

Digitized by Google

fatale tempus, quo neceſſe ſit, peſte & fame ab his adducta, Arimanium omnino perdi atque aboleri, terraque aequabili & plana facta, unam vitam unamque civitatem beatorum hominum univerſorum unaque lingua utentium fore. Nec, quae (t) *Theopompus* ipſe de hoc dogmate Perſarum memoriae prodidit, ab hac opinione abhorrent: τὸν Θεὸν παλαίπαυσιν ἄγειν, καὶ τοὺς μὲν ἀνθρώπους δαίμονας ἔσεσθαι, μήτε τροφῆς δεομένους, μήτε σκιὰν ποιοῦντας· τὸν δὲ ταῦτα μηχανησάμενον θεῖον ἡρεμεῖν καὶ ἀναπαύεσθαι χρόνον, καλῶς μὲν τῷ θεῷ, ὥσπερ ἀνθρώπῳ κοιμωμένῳ μέτριον. *Tandem Platonem deficere, & tunc homines fore beatos, neque alimento utentes, neque umbram producentes: Deum porro, ipſa qui machinetur, quieſcere ad aliquod tempus, non quod longum ſit Deo, ſed ſimile quieti, quam homo dormiens capit.* Illud mali principium, quod praeter *Plutarchum*, Manichaei confinxerunt, quoniam per ſe ab aeterno exſtitit, nec a cauſſa quadam profectum eſt, nullo modo penitus exſtingui poteſt ac deleri. Quamobrem multo probabilior meo quidem judicio eorum videtur ſententia, qui aut Magos Perſarum ex inſtituto veteri habitu perſonae ipſum malum donaſſe, ideoque *Arimanium* vocaſſe, ſuſpicantur, quemadmodum Aegyptios paullo ante feciſſe diximus, *Typhonem* comminiſcendo, aut vero ſic eos de malo cenſuiſſe Numine, ut nos de *Satana*, judicant. Neque eſt, quod occurrat aliquis, rem tamen divinam feciſſe Perſas *Arimanio*. Nam & Graecos accepimus malos daemones victimis & ſacrificiis placare ſibi ſtuduiſſe. Ut omittam, ad ipſum forte Deum pertinuiſſe, quod Arimanio perſolvebant, officium, hunc que non ſecus, atque miniſtrum irae ac vindictae divinae, (u) ſpectatum fuiſſe.

Utcumque eſt, id ex illis, quae hucusque diſputavimus, opinor elucere, *Plu-* 249
tar-

quaevis, alter mala omnia procuret: a qua eos doctrina *Zoroaſter* abduxerit. Sed leviores eſſe recentiores Arabum ſcriptores, quam ut omnia, quae tradunt, probare ſtatim queamus, inter omnes fere conſtat. Quamobrem, quando de Perſarum religione quaeritur, eorum maxime praeceptorum habetur ratio, quae a *Zoroaſtre* acceperunt tradita, & quid a philoſophi hujus aetate crediderint, exploratur. Tres fere video inter viros doctos hac de re opiniones verſari. Plerique Perſas, a *Zoroaſtre* edoctos, duos coluiſſe Deos volunt, aeternos, per ſe exiſtentes, omniſque initii neſcios. Alii Deum unum ſummum & benignum, bina autem inferiora Numina, huic ſempiterno Deo ſubjecta, & ab eo condita, bonum alterum, alterum malum, hanc gentem eſſe profeſſam perhibent. Alii denique uni eos Deo ſupremo, rerum omnium conditori & parenti, ſupplicaſſe, at huic tamen malum quemdam genium, non diſſimilem ejus cacodaemonis, cujus ſacer codex meminit, adjunxiſſe, contendunt. Ita *Thomas Hyde* religionem veterum Perſarum explicat *l. c. Cap.* 20. *p.* 161. Mihi media ſententia meliori loco poſita eſſe videtur, quam prima & ultima, quae prorſus auctoritate caret. Primum eam *Plutarchi* & *Theopompi* dicta firmant, quae doctiſſimus *Cudworthus* attulit. Deinde nullus exſtat alicujus Graeci ſcriptoris locus, qui eos aliter docuiſſe teſtetur. Denique alia quoque his teſtimoniis addi poſſunt. *Plutarchus de Iſide & Oſiride p.* 369. poſtquam dixerat, *Zoroaſtrem* in iis eſſe, qui mali omnis cauſſam ad peculiarem aliquem Deum retulerint, eum tres induxiſſe Deos, ſtatim ſubjicit, unum bonum, *Oromaſdem*, alterum malum, *Arimanium*, tertium inter hos medium, *Mithram*, quem Perſae μέσον vocent. Paullo poſt aperte & bonum & malum Numen generatum eſſe praecipit. Haec, neſcio, quemadmodum exponi queant aliter, quam ita: Eſſe quidem Numina duo, bonis & malis rebus praepoſita, at horum conatum unam moderari ſummum Numen, quod, medio loco veluti poſitum, ita temperet omnia, ut ſumma rerum ex horum Numinum pugnis & conflictu nihil detrimenti capiat. Alter mihi teſtis hujus rei non contemnendus *Diogenes* videtur eſſe *Laërtius*, qui in *Proemio Hiſtoriae ſuae p.* 6. 7. ex optimis ſcriptoribus Magorum ſententias recitat. Et primum quidem ex *Ariſtotele* obſervat, *bina* ab illis *daemones*, bonum & malum, introduci. Paullo vero poſt ex *Hecataeo* monet, καὶ γεννητοὺς τοὺς θεοὺς εἶναι καὶ μύους, *Deos ex Magorum ſententia etiam genitos eſſe.* Hoc quid clarius dici poteſt? Non Deos, ſed genios aut daemones tantum, eosque genitos, Magi docebant bina ſua eſſe Numina. Magni etiam momenti ad hanc cauſſam eſt *Theodori* Mopsveſteni auctoritas paullo ante laudata, qui apud *Photium Cod.* LXXXI. *p.* 199. diſerte teſtatur, ex ſententia Perſarum ſummum Deum, *Zarvam*, ex ſe genuiſſe

Digitized by Google

tarchum, qui apud omnes fere gentes hanc de binis Diis aeternis, altero boni omnis, altero mali fonte, opinionem floruiſſe, perſuaſum eſſe cupit omnibus, fucum feciſſe legentibus. Idque hoc etiam in primis confirmat, quod ipſimet Manichaei ſeſe diſciplinam ſuam a gentibus verae religionis ignaris acceptiſſe, negarunt, neque ſectam ſeſe ex aliis egreſſam atque natam vocari paſſi ſunt, contra a reliquis ſeſe populis prorſus differre dogmatibus, contenderunt. Ita *Fauſtus* apud *S. Auguſtinum:* (*) *Pagani*, inquit, *bona & mala, tetra & ſplendida, perpetua & caduca, mutabilia & certa, corporalia & divina unum habere principium dogmatizant. His ego valde contraria cenſeo, qui bonis omnibus principium fatear Deum, contrariis vero* ασχυλον: (*ſic enim mali principium & naturam Theologus noſter appellat.*) Idem deinceps *Fauſtus* duo tantum in orbe commemorat eſſe colendi Deum genera, quae re vera differant, *Paganorum* nimirum *religionem* & *Manichaeorum* (x) *diſciplinam.* Ex quo mihi quidem ſatis intelligi videtur, dogma de geminis Numinibus ſupremis tum temporis non ita ſpectatum eſſe, ac ſi omnium populorum ſapientibus vulgo probaretur. Itaque relinquamus, neceſſe eſt, ſententiam *Plutarchi*, qui totum ab eo ſtetiſſe orbem contendit. Quod quidem propterea finxiſſe hominem, verisimile eſt, ut, quam ipſemet in deliciis habebat, doctrinam aliis tanto commendatiorem redderet ac gratiorem; niſi forte nimium erga eam ſtudium morbum quemdam animi ei contraxiſſe, ſuſpicari malimus, cujus vi & impetu, ut, quamcumque modo intueretur diſciplinam, eam ſuae non diſſimilem putarit, evenerit. Nos quidem, tametſi univerſam Graecorum ſapientum turbam haud ſegniter luſtraverimus, in nullos tamen, qui publicis ſcriptis illinc dogma defenderint, incidimus, praeter *Plutarchum*, *Numenium*, & (y) *Atticum.*

Atque hos unice ab oculos habuiſſe (z) *Athanaſium* arbitror, quum in *Oratione con-*

(*) Contra Fauſtum Lib. XX. C. 3. (p. 237. Tom. VIII. Opp. ed. Benedict.)

Oromasdem & *Satanam*, ſeu, quod idem eſt, bonum malumque Deum. His omnibus Arabum accedunt ſcriptores & Perſarum, qui *Zoroaſtris* ita exponunt dogma, a *Thom. Hyde* in *Religione veterum Perſarum* Cap. 22. *p.* 290. *ſ.* & *Parochio Specim. Hiſtor. Arabum p.* 147. *ſ.* laudati. Non is ego ſum, qui his Perſis & Arabibus unice credendum eſſe putem. At quum videam, conſentire eorum narrationibus in pleriſque ea, quae de *Zoroaſtris* ſcitis Graeci tradunt auctores, magni eſſe ponderis eorum teſtimonia reor ad illa, de quibus quaerimus, omni dubitatione liberanda. Nullum igitur mihi dubium eſt, quin antiquorum Perſarum haec fuerit opinio: Unam eſſe ſummum & aeternum Numen, quod nullum tamen humanum capiat ingenium, quodque interiori potius animi veneratione, quam externis ritibus & caerimoniis, coli debeat. Hoc ſupremum Numen duos ex ſeſe, neſcio quomodo, produxiſſe Deos, magni quidem roboris & eximiae virtutis, quorum alter res erogret & adminiſtret humano generi utiles & neceſſarias, alter noxiis & perniciosis delectetur. Haec bina Numina perpetuo inter ſeſe dimicare, ſummo tamen Deo conflictus & pugnae moderatore atque arbitro. Poſt infinita & longa praelia benignum illud Numen, quod ad altiſſimi Numinis naturam accedit propius, malignum illum daemonem prorſus interemturum & deleturum eſſe: tumque pacis omnia, tranquillitatis, & felicitatis plena fore. Non ſum nescius, *Petrum Bayllium*, virum acutiſſimum, multum in eo poſuiſſe diligentiae, ut contra *Thom. Hydem* doceret, non eſſe audiendos hac in causa Perſas & Arabes, Graecis vero potius credendum, qui *Zoroaſtrem* dicant bina aequalia & ex ſe exiſtentia Numina ſuis colenda propoſuiſſe. *Dictionn. hiſtor. & crit. in voce Zoroaſter Tom.* IV. *Not. F. p.* 2928. 2929. Et vitio eſt viris doctiſſimis, quorum magna fuit in orbe litterato nomina, ea illam hanc plane confecille. Ego vero, quinam Graeci ſcriptores id dixerint, quod vir doctus eos aſſumit dictile, ignorare me, profiteor. *Plutarchum* teſtatur unice. Verum huic ſi ſtendum ſit, id quod oſtendimus, numquam *Zoroaſter*, numquam Perſae, diſcipuli eius, duorum Numinum aequalium cultores dici poterunt. Reliqua vero ejus rationes nihil valent in hac causa, quam non niſi teſtimoniis & auctoritatibus dirimere licet. Interim non ego negem, quosdam forte Perſarum ita ſenſiſſe,

Digitized by Google

contra gentes in hanc ita disciplinam invehebatur: Ἑλλήνων ἔν τινες ἀπλανηθέντες τῆ ὁδῷ, καὶ τὸ χεῖρον σὺν ἀγνοήσαντες, ἐν ὑποστάσει καὶ καθ' ἑαυτὸ εἶναι τὴν κακίαν ἀπεφήναντο ἀνοήτως καὶ δύο ταῦτα, ἢ τὸ δημιουργὸν ἀσεβοῦντες ὡς εἶναι παντὶῳ τῶν ὅλων· εἰ γὰρ ἀν εἴη τῶν ὅλων κύριος, εἴ γε κατ' αὐτοὺς ἡ κακία καθ' ἑαυτὴν ὑπόστασιν ἔχει καὶ οὐσίαν· ἢ πάλιν βλασφημοῦντες, αὐτὴν παντὶῳ εἶναι τῶν ὅλων, ἐξ ἀνάγκης καὶ ᾧ κακῷ δοκοῦσιν εἶναι· ἐν γὰρ τοῖς οὖσιν καὶ τὸ κακὸν κατ' αὐτοὺς ἐστι *Graecorum quidam errabundi, & veraе viae Chriſtique ignari, malum pronuntiarunt ſubſtantiam eſſe, & per ſe in rerum natura conſiſtere. Quae in re duplici peccant. Nam & mundi opificem defraudant creatione rerum omnium, quae in natura ſunt: nec enim rerum dominus haberi poſſet, ſi, quod illi volunt, malum res eſſet ſolida, & vere ſubſiſteret. Sin vero omnium illum volunt conditorem eſſe, neceſſario quoque dabunt etiam mali eſſe opificem. Nam & ipſum malum in illis rebus eſt ex ſententia eorum, quae vere ſunt & exiſtunt.* Quae poſtquam dixit *Athanaſius*, ad degeneres quosdam Chriſtianos oratione delabitur, quos ejusdem portenti amor ceperit: Οἱ δὲ ἀπὸ τῆς αἱρέσεων ἐκπεσόντες τῆς ἐκκλησιαστικῆς διδασκαλίας, καὶ οἷον ἐν πίστει ναυαγήσαντες, καὶ αὐτοὶ μὲν ὑπόστασιν ᾗ κακῷ καταψευδῆσαι εἶναι. *Quidam vero haeretici, ab eccleſiae doctrina devii, & in fide naufragi, ipſi quoque ita delirant, ut malum vere ſubſiſtere dicant.* Atque hujus generis haereticorum non una, etiam ante natos Manichaeos, familia exſtitit: quae, tantum abeſt, ut philoſophorum inter gentes notitiam fugerint, ut ab his interdum notatae ſint ac reprehenſae. (*a*) *Celſus* id Chriſtianis crimini dat, *quod Deum exſecrabilem eſſe credant, Deo magno contrarium.* ὅτι ἐναντίῳ τῷ μεγάλῳ Θεῷ θεὸς καταρατὸς. *Plotinus* vero peculiarem in hoc genus *librum* exaravit, qui *nonus* eſt *Enneadis ſecundae* in *Operibus* ejus, atque a *Porphyrio* hoc indice inſignitus eſt: πρὸς τοὺς γνωστικούς, *in Gnoſticos.*

Ceterum, ſi qui forte ſint, qui tantum apud ſe valere negent ea, quae adhuc con-

ſiſſe, ut *Zoroaſtrem* ſenſiſſe vult *Baylius.* Ipſe *Thom. Hyde l. c. cap. 9. p. 164.* non diſſitetur, eſſe ſectam *Dualiſtarum* inter Perſas, quae bina ſibi Numina aequis viribus praedita & ex ſe ipſis exiſtentia placanda eſſe ducat. Forte alii etiam in illis exſtiterunt, quibus tertia placuit opinio, & malus Deus eodem loco habitus eſt, quo daemonum a Chriſtianis princeps habetur. Sed minorum ejusmodi familiarum ratio nulla ducitur, quum generatim de gentis alicujus religione & ſacris diſceptatio inſtituitur. Ex his, quid de illis judicandum ſit, quae *Cudworthus* hic diſſeruit, per ſe liquet. Pieraque ille bene: nec erat, cur doctiſſimi quidem viri ab eo hac in re monerent diſcedendum eſſe. Quod reliquum eſt, nomina, quae Perſae binis hisce genitis impoſuere, *Arimanius* & *Oromaſdes*, non ſecus ac inter Aegyptios *Oſiris* & *Typhon*, nomina veterum belli ducum aut regum eſſe arbitror, quorum res geſtas & ingenium, extincta rerum antiquarum memoria, Perſae ad religionem & res divinas accommodarunt. Non indignae lectu ſunt conjecturae, quas *Godofr. Guil. Leibnitius* hac de re propoſuit *Eſſais de Theodicée §. 138. p. 285 ſ.*

(*x*) *Diſciplinam*] Verba *Fauſti* apud *Auguſtinum l. c. Cap. 4. p. 237.* haec ſunt: *Scitas ſi quaeras, non plus erunt, quam duae, id eſt, gentium & noſtra, qui eis longe diverſa ſentimus.*

(*y*) *Atticum*] Haec omnia, quae in *Plutarchum* hic acerbe dicuntur, quemadmodum accipienda ſint, ex illis, quae ſupra monuimus, conſtabit. Perperam intellexit vir doctiſſimus *Plutarchi* opinionem, quem ab eorum dogmate, quibus bini videntur patres eſſe Dii, alter bonus, malus alter, longe fuiſſe remotum, controverſia vacet. Sed nec ſolus hic errat, verum multos in doctiſſimis & hujus & ſuperioris memoriae viris ejusdem peccati ſocios habet. Omnium inſtar *Petr. Baylius* erit, quo nemo tamen ſagacius veterum ſapientum ſcita exploravit, qui nil veritus eſt *Plutarchum* ad Manichaeos amandare. Vid. *Dictionnaire hiſtor. v. Manicheens T. III. p. 1895. Not. C.* & alias. Quod de *Plutarcho* dico, id ad *Numenium* etiam & *Atticum* pertinet, qui multo aliter ſenſerunt, atque putat *Cudworthus.* Recte vero hic reprehenditur eo nomine *Plutarchus*, quod multos ſecum ſentire de origine mali ſcripſerit, quibus nihil tamen ejus opinionis in mentem venit. Idem & ipſe vituperat *Baylius l. c. p. 1898.* ut ven. *Wolfium* & alios nunc taceam.

(*z*) *Athanaſium*] *Oratione contra gentes T. I. Opp. p. 6.*

(*a*) *Celſus*] Apud *Origenem Lib. VI. contra*

Digitized by Google

contra *Plutarchum* diſſeruimus, ut ab ejus ſibi diſcedendum eſſe putent ſententia in hac cauſſa, illi hoc unum tamen aſſentientur nobis: Si omnes antiquarum gentium Theologi binos profeſſi eſſent Deos, bonum atque malum, certum fore, eos ſine controverſia falli, qui ceteros, quos venerati ſunt Deos vetuſti populi, pro naturis per ſe ab aeterno exſiſtentibus ab illis eſſe habitos, exiſtimant. Eamque ſic ſi de Numinibus ſuis cenſuiſſent veteres, non duo rerum omnium principia, ſed tot habuiſſent, quot publice coluerunt Deos. *Plutarchus* quidem, nili forte ſecum ipſo diſſenſit, in hac eſſe debuit ſententia, nullum Deorum, ſi a duplici illo principio diſceſſeris, bono maloque, tam alte poſitum eſſe ab ullo Theologorum veterum, ut ex nemine natus, initii expers, ſuique ipſius fons & origo videretur. Nam ad ipſum quod attinet hunc philoſophum, nullum omnino, quin ita docuerit, dubium eſt. Qui, tametſi ſuperſtitione devinctus erat gentium, omniaque eorum Numina Deorum cultu & honore afficiebat, in primis vero *Delio Apollini*, cujus ſeſe ſacerdotem profitetur, ſtudebat, nullum tamen ex commentitiis hiſce Numinibus aeternum principiique & originis neſcium credidit, praeter bonum illum malumque Deum, contra nativos eſſe Deos omnes (θεοὶ γενητοὶ) (*b*) teſtatus eſt. Neque cauſſae aliquid nobis eſt, cur ceteros, qui multitudinem Deorum venerati ſunt, alienos ab eo fuiſſe hac in re, conjiciamus. Sed & Manichaeis idem placuit; quos, praeter binos illos Deos, quibus ſolis aeternitatis adſcribebant gloriam, innumerabiles obſervaſſe alios Deos, ſacrae gnaros hiſtoriae non praeterit.

Adhuc igitur nemo nobis inter falſarum religionum amatores obvenit, qui multos eſſe Deos ex nulla cauſſa natos, verum ſua exſiſtentes virtute, exiſtimaverit. Sed nunc hominem in medio ſiſtemus, qui non modo dogmatis iſtius de πολλαῖς ἀρχαῖς, *de multis principiis* mentionem fecit, ſed id quoque confutandum ſibi eſſe duxit. *Ariſtoteles* is eſt: quem nemo tamen credat propterea hoc ulcus tetigiſſe, quod tum omnes populi ex eo laborarent. Odio flagrabat homo eorum, qui *Pythagorae* & *Platonis* legebant veſtigia: quorum ideirco de exemplis rerum ſeu ideis, qui & *numeri* nonnumquam vocantur, placita ut inviſa redderet & odioſa, hac ea ratione interpretabatur. Quod quidem tanto facere ipſi licebat ſecurius, quanto notius erat, *ideas*, certo licet ſenſu, a Platonicis principia nominari. Quidquid id eſt, ipſum dogma hoc ſolide ab *Ariſtotele* ex conſideratione rerum, quae obtingunt in hac rerum natura, refellitur. Verba ejus haec ſunt: (*) Οἱ δὲ λέγοντες, τὴν ἀντικειμένην πρῶ-

(*) Metaphyſ. Lib. XIV. C. 10. (p. 486. T. IV. Opp.)

Celſum p. 363. Recte ſeſe habent omnia, quae hic de antiquis traduntur Gnoſticis. Dudum enim, antequam prodirent Manichaei, inter Chriſtianos fuerunt, qui malum aliquem Deum hunc orbem condidiſſe dicerent.

(*b*) *Teſtatus eſt*] Vid. *Rualdum* in *Vita Plutarchi Cap.* 9. Veteres Chriſtiani ſcriptores, qui religionis ſuae cauſſam contra multorum Deorum cultores tuentur, hinc ſapius *Plutarcho* adverſus eos auctore utuntur.

(*c*) *Simpliciſſimum*] Verum eſt, *Ariſtotelem ultimo Metaphyſicorum Capite* contra eos diſputare, qui plura vellent eſſe rerum principia. Hos autem in aliquot claſſes diſtribuit. Primum eſſe ait, qui Deo materiam fecit. Alios deinde affirmat nec bonum nec malum in principiis numerare. Reliquas ſectas, quum obſcurius ab eo proponantur, omitto. His omnibus hanc generaliorem opponit rationem, eos, qui duo ponant contraria principia, cogi, ut his aliud maius praficiant principium, et ad unam ideireo cauſſam poſtremo referant omnia. Καὶ τοῖς, ait, δυσὶ ἀρχὰς ποιοῦσιν ἄνευ ἀνάγκη ἄρχειν κυριωτέραν εἶναι. *Illis, qui duo faciunt principia, neceſſe eſt, ut aliud principalius principium eſſe fateantur.* Interjectis nonnullis, quibus contra numeros & rerum ſpecies diſputat, ea ſequuntur verba, quae hic leguntur, & extrema ſunt *Librorum Ariſtotelis Metaphyſicorum*. Ne haec ſecus, atque de-

Digitized by Google

πρῶτον ἀ μαθηματικὸν, καὶ ἄτοπος ἀεὶ ἄλλην ἐχομένην οὐσίαν καὶ ἀρχὰς ἑκάστης ἄλλας, ἐπεισοδίῳ ἢ ὃ πανὸς ἐστὶν ποιοῦσι (κἂν γὰρ ἡ ἑτέρα τῇ ἑτέρᾳ συμβάλλῃ ἔστε, ἢ μὴ ἔστε) καὶ ἀρχὰς πολλὰς· τὸ γὰρ ἄριστα ἀ βούλεσθαι πλημμελῶς κακῶς· Οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη· εἷς κοίρανος. *Qui numerum mathematicum primum esse dicunt, & ita semper aliam antiquam substantiam & alia cujusque rei principia, illi rerum universitatem similem faciunt poëmati, cujus partes male inter se cohaerent, (nihil enim altera confert alteri, sive sit, sive non sit,) & principia multa. At, quae vere sunt, nolunt male gubernari. Non est bonus multorum principatus: unus esto princeps.* Explodit hic *Aristoteles* non modo sententiam eorum, qui πολλὰς ἀρχὰς, *multa rerum* introducant *principia*, sed etiam diserte ab uno derivat omnia capite: quin hoc ipso affirmat capite, bonum esse illud principium, non vero malum. Igitur perspicuum est, etsi gentium aemulatus sit superstitionem *Aristoteles*, multisque Diis supplicaverit, eosque etiam alicubi levitatis ac dementiae postulaverit, qui uni tantum Jovi hostias esse immolandas dictitent, haud tamen eum sic a veri aberrasse regula, ut vel tales esse Deos crederet, quales multi hodie 252
sibi fingunt, naturas nimirum nec ortas, nec ulli subjectas, vel, quod eum fecisse *Plutarchus* perhibet, duo rerum universitati daret principia, alterum benignum natura, alterum malevolum & vitiosum. At vicissim *Platonis* & *Pythagorae* sectatoribus injuriam omnino infert Stagirita, quum eos isto, quem diximus, errore contaminatos esse, tradit. Non inficior, certo sensu *ideas*, ut exempla rerum omnium, *principia* fuisse ab illis vocata. Sed iidem tamen, id quod ipse fatetur hoc capite *Aristoteles*, esse ἄλλην ἀρχὴν κυριωτέραν, *aliud excellentius & superius principium*, praecipiebant. Qua quidem formula id ipsum indicabant, quod ἓν illis alioquin, *unum*, aut μονὰς dicitur. Deum nimirum unum, eumque (*c*) simplicissimum.

Ergo multa, quae ad institutam pertinent rationem, feliciter a nobis expedita sunt. Primo enim ex illis, quae de generatione Deorum antiqui vates cecinerunt, nihil omnino eos agere, demonstravimus, qui inanes veterum gentium Deos in naturis sempiternis, nec umquam natis numeratos fuisse, persuadere laborant aliis. Quumque hoc argumentum non esse cerneremus aptissimum ad omnes eorum suspiciones funditus exstirpandas, qui in templa gentium turbam aeternorum Deorum introducunt, majori hoc negotium a nobis diligentia tractandum esse, rati sumus. Itaque, cunctis antiquitatis vestigiis curiose exploratis & indagatis, id unum nobis reperire licuit, paucos quosdam cum ex Deorum inanium cultoribus, tum ex semi-

Chris-

decet, intelligantur, sequentia velim animadverti. (I.) *Aristoteles*, dum unum esse defendit principium, longe alia id facit ratione, quam illi, qui *Christum* ducem sequuntur. Quamvis enim unum esse profiteatur Deum, ex quo pendeant universa; hunc tamen Deum non dominari materiae, putat, aut eam ex nihilo finxisse, sed indissolubili & aeterno cum materia & rebus omnibus, quae cernuntur, vinculo colligatum esse. Ergo, si omnia perpendas accurate, unum illud *Aristotelis*, pro quo pugnat, principium tota haec erit rerum universitas ex Deo constans & materia. (II.) Tum temporis, quum haec scriberet *Aristoteles*, inter Graecos illa Manichaeorum sententia de binis Diis, adversis semper signis concurrentibus, ignota fuisse videtur. Nec enim hoc in capite, quo eos confutat, qui plura fingerent principia, hujus dogmatis meminit Stagirita. Nominat eos, qui materiam, qui species rerum seu ideas, qui numeros Deo sociarent: at binorum Numinum nullam habet mentionem. (III.) Quod hic *Cudworthus* ab *Aristotele numeros* & *ideas* pro iisdem haberi, ait, id secus sese habet. Nam diserte τὰ εἴδη & τοὺς ἀριθμοὺς distinguit. (IV.) Nescio quoque, an verum illud sit, quod hic adjicitur, injuriam fecisse *Aristotelem Platonis* & *Pythagorae* discipulis, quum scriberet, plura rerum ab illis constituta esse principia. Nec enim hoc illis tribuit Peripateticorum princeps, plura aequalia ab illis esse principia introducta: quod si faceret, aequitati reniteretur: alia vero ab illis principia inferiora summo Numine esse introducta, ne ipse quidem hic *Cudworthus* negat.

Chriſtianis, binos ejus generis Deos ſive naturas aeternas & intelligentes, quorum alter bonitate, alter malitia plenus ſit, rectorum loco rebus humanis impoſuiſſe, non vero plures. Sed & *Ariſtotelem* ex altera parte contra eos ſerio decertantem vidimus, qui plura principia ſive Deos haud factos comminiſcerentur. Quam ille dimicationem certe non auſus fuiſſet ingredi, ſi tum temporis omnium haec fuiſſet populorum communis opinio. Non ignoro quidem, fuiſſe ex antiquioribus Chriſtianis aliquos, qui in diſputationibus contra ſimulacrorum cultores valde eos irriſerint, quod multos Deos eſſe crederent per ſe ab aeterno exſiſtentes. Sed neminem ego ſentio fuiſſe, qui hanc eis ſerio exprobraret opinionem; contra omnes idcirco tantum ad hanc delati videntur controverſiam, ut nihil eorum praetermitterent, quae commoveri poterant, atque adverſariis abundanter (*d*) ſatisfacerent.

Ut haec omnia ſatis ſint aperta & manifeſta, longe tamen apparebit clarius, quidnam ſit de toto hocce negotio judicandum, numque tanta fuerint antiquiores populi amentia, ut cohortem quamdam aut turbam Deorum omni lege ſolutorum
253 & ex infinito tempore exiſtentium res humanas procurare putarent, ſi ſummam religionis eorum breviter exhibuero, diverſaque Deorum, quibus ſacra fecerant, genera luſtravero.

Omnes, quos coluit antiquitas, Dii certis, ſi quid ego ſentio, claſſibus comprehendi poſſunt. Principio multos eorum homines fuiſſe vita functos, ſive animas potius hominum, qui decefferant, extra omnem controverſiam poſitum eſt. Hoc genus Graeci *Heroës*, Latini *Manes* vocabant: in quod *Hercules*, *Aeſculapius*, *Liber*, *Caſtor*, *Pollux*, *Quirinus*, & alii, referri debent. Non Graeci tantum & Romani commentitios hujus notae Deos venerati ſunt, verum etiam Aegyptii, Syri, atque Babylonii. Quare (*e*) ſacer codex ſacrificia gentium deſpectus cauſſa *ſacrificia mortis* nominat: quae denominatio ſacrificia mortuis oblata hominibus ſignificat, non vero, quod multis placuiſſe video, victimas ſimulacris & ſtatuis vitae omnis expertibus mactatas. Eamdem propter cauſſam multa, quae religioſiſſime obſervabant Deorum ſacerdotes, ſacra funebris pompae referebant ſpeciem, luctuque & lamentationibus tota repleta erant. Qua de re luculentum ex-

(*d*) *Satisfacerent*] Vide, quae ſupra ſcripſimus *ad hujus Capitis* §. 11. 12.

(*e*) *Sacer codex*] *Pſ.* 106. 28. *Et comederunt ſacrificia* מתים *mortuorum.* Quae verba *Jo. Spencerus de legibus ritualib. Hebraeor. Lib.* II. *Cap.* 37. *p.* 580. *T.* I. *ed. recentiſſimae* ſic interpretatur: *Mortuorum, hoc eſt, idolorum, quae: Baalim aut heroum defunctorum ſimulacra fuerunt.* Hanc expoſitionem, omiſſo *Spenceri* nomine, qui in eadem, qua ipſe, academia docebat, *Cudworthius* hic repudiat. Ad eumdem *Spencerum* potiſſimum pertinent, quae paullo poſt de cauſſis, cur Judaeorum ſacerdotibus interdictum fuerit barbam & caput radere, monet. Vide *Lib.* II. *de legibus ritual. Cap.* 18. *p.* 394. *ſ.*

(*f*) *Poëta*] *Lucanus Pharſal. Lib.* VIII. *vſ.* 133.

(*g*) *Xenophanem*] Refert *Plutarchus de Superſtitione p.* 171. *T.* II. *Opp.* Εἰ μὲν θεοὶ εἰσιν, μὴ θρηνητέον· εἰ δὲ ἄνθρωποι, μὴ θεοῖς ἀναθετέον. *Si Dii ſunt, nolite illos lugere; ſi vero homines, nolite illis ſacrificia offerre. Ariſtoteles Rhetoricor. Lib.* II. *Cap.* 24. *p.* 589. *T.* III. *Opp.* ideatis de cultu Leucothoae noſtra conſulentibus *Xenophanem* hoc reſpondiſſe perhibet. Nil obſtat, nobis idem dixiſſe philoſophum hunc putemus.

(*h*) *Interpretibus*] Lege bonis perenditas *Dan. Georgii Mylii Diſſertationes de divinitate principum*, quae in *Diſſertationibus* ejus conjunctim editis exſtant *p.* 83 *ſ.*

(*i*) *Creati*] Homines fuiſſe, quos veteres coluere populi, Deos, & Chriſtianorum & aliorum ſatis expeditum eſt teſtimoniis & rationibus. Conſule ex his *Ciceronem* tantum *Libris de natura Deorum*, ex illis *Lactantium*, *Cyprianum*, *Tertullianum*, & omnes praeterea, qui pro ſacris Chriſtianis contra Deorum inanium cultores olim dimicarunt. At qua ratione factum ſit, ut homines vita functos divinis afficerent honoribus, quos ipſa mors divinitatis docebat expertes fuiſſe, non aeque luculentum & perſpicuum eſt. Mihi quidem ſic videtur. Ar-

Digitized by Google

exstat *Baruchi* vatis testimonium: (*) *In domibus ipsorum sedent sacerdotes, tunicis discissis indui, rasis barbis & capitibus, retectoque capite, rugiuntque clamantes coram Diis suis, ut solent in epulo ad mortuum cadaver facto.* Atque sunt viri docti, qui horum rituum nonnullis sacerdotibus Iudaeorum ideirco suspicantur interdictum esse, ne istis Deorum mancipiis pares esse viderentur quodammodo. Quod de Babyloniis *Baruchus*, id quoque de Aegyptiis (*f*) poëta scriptum reliquit:

Et quem tu plangens hominem testaris Osirin.

Et praeterea (*g*) *Xenophanem Colophonium* hunc morem graviter in Aegyptiis vituperasse, accepimus, quos sic monuisse fertur: Εἰ θεὸς νομίζουσιν, οὐ θρηνεῦν, εἰ δὲ θρηνοῦσι, μὴ θεὸς νομίζουσι. *Si Deos esse ducerent, quos colerent, plorare eos desinerent; sin flere velint eos, pro Diis amplius non haberent.* Nihilo tamen minus turpis ista consuetudo homines in Deorum referendi numerum longius postea serpsit ac progressa est: neque vivis etiam hominibus, (*h*) Imperatoribus nimirum, statuas atque templa dedicare, populos puduit. Ne quid nunc de eo commemorem, quod civitates ipsas hominumque collegia & societates aliquando Diis adscribere non sunt veriti. Ipsa certe Roma, id quod paucos fugit, *Diva* salutata est. Tam ego vero neminem imprudentem esse arbitror, ut hos homines aut hominum sodalitates, quibus stultitia & libido populorum divinos honores erogavit, pro Diis perennibus & ex nulla caussa natis fuisse habitos, sibi persuadeat. Nec enim vel φύσει θεοὶ, *Dii natura facti* fuerunt, verum hominum unice arbitrio & voluntate (*i*) creati.

Alteram veterum Deorum classem nobiliores & majores spectabilis hujus universitatis seu mundi corporei partes, quibus anima inesse credebatur, constituunt, sol nimirum, luna, stellae, quin ipsa quoque terra, quam variis nominibus, *Vestae*, *Cybeles*, *matris Deûm*, aliisque insigniebant. Neque horum Deorum aliquis credi potuit per se ex omni aeternitate fuisse. Nam, quod (*k*) *Aristoteles* ante suam aetatem ab omnibus receptum fuisse testatur, totam hancce universitatem ge- 254
ne-

(*) Cap. 6. v. 30. 31.

Antiquissimis persuasum fuit populis, esse genios & daemones, quorum supremus Deus opera in administrando terrarum orbe & humanis rebus procurandis uteretur, quosve nonnunquam ad homines salutis & utilitatis caussa mitteret. Quodsi igitur aliquem ceteris hominibus potentia aut virtute & ingenio majorem & excellentiorem conspicerent, hujus corpore genium ejusmodi sive daemonem concretum esse, eumque divinitus missum, superstitiosi ducebant. Dissipato corpore, ex sententia eorum genius ille ad istum ordinem, unde descenderat, revertebatur; nec tamen curare desinebat ea, quae ad populum, cui praefuerat olim, pertinerent. Hinc illae supplicationes, hinc honores, hinc sacrificia, magnis viris & regibus a populis, quos rexerant, post fata decreta & exhibita. Beniniores si fuerant & benefici reges & heroës, e melioribus geniorum familia, si crudeles, severi & inclementes, ex deteriorum ordine ad nos profecti videbantur. Nam & malignos arbitrabantur genios rebus interesse nonnunquam humanis. Auxit populorum superstitionem supremorum imperantium versutia, qui e re sua fore cernebant, ut divinae a suis crederentur originis, adulatorum levitas, placendi studium, & quae sunt hujus generis alia. *Catullus de nuptiis Thetis & Pelei vs. 65. f.*

Praesentes namque ante domos invisere castas
Nerent, ut sese mortali ostendere coetu
Coelicolae, nondum spreta pietate, solebant.

Adde omnino *Plutarchum de Iside & Osiride p. 370. T. II. Opp.*

(*k*) *Aristoteles*] *Libro de coelo* I. *Cap.* 10. *p.* 632. *T.* I. *Opp.* Πάντες μὲν δὴ τὸν οὐρανὸν ἅπαντες ἴσασι γενόμενον. *Omnes coelum fatentur factum esse.*

(*l*) Ex-

Digitized by Google

neratam esse, seu initium habuisse, id vulgo gentibus persuasum erat.

Ad tertiam familiam Deorum illos retulerim, quos *daemones*, *genios*, & *Lares* vocabant, sive Deos aetherios & aërios, animales, neque oculis cernendos, quos excellentioris quidem naturae esse, quam homines, at infra tamen coelestes mundanosque Deos positos, arbitrabantur. Atque haec Numina quoniam certae tantum partes videbantur totius universitatis, quam totam coepisse dicebant aliquando, immo ne praecipuum quidem in eo locum tenere putabantur, sine ullo dubio in Θεοῖς γεννητοῖς, *Diis gentis* tantum numerati sunt.

Quartum genus Deorum, cui sacra faciebant veteres populi, affectionibus constat sive proprietatibus rerum atque naturarum certarum. In his *virtus* erat, *pietas*, *felicitas*, *veritas*, *fides*, *spes*, *justitia*, *clementia*, *amor*, *desiderium*, *sanitas*, *pax*, *honor*, *fama*, *libertas*, *memoria*, *somnus*, *nox*, pluresque aliae: quibus omnibus superstitio aras templaque olim consecraverat. Ista Numina quis, quaeso, sanus credere potuit per se exsistere, quum propria destituta natura aliarum tantum rerum virtutes vel partes essent? Ceterum, qui hanc Deorum turbam excogitarunt, hos nihil feciſſe aliud, verisimile est, quam ut unius illius divinae virtutis, potentiae, ac providentiae, quae per totum terrarum orbem commeat, bonaque non minus, quam mala, dispensat mortalium, varios diversosque effectus personarum habitu condecorarent, atque Deorum Dearumque formis vestitos (*l*) exhiberent.

Restat una Deorum classis; quae, tametsi nomina habeat personis naturisque per se constantibus propria, vel hanc tamen propter causſam perennis, originis expers, nullique supremo Numini subjecta censeri haud potuit, quod singula ejus membra certis muneribus, officiis, locis, atque provinciis alligata sunt, quarum ipsis migrare fines haud licuit, ne aliorum rationes perturbarent, sed conjunctim omnes suavem quemdam naturae totius concentum & consensum efficerent. Unus ex his Diis coelo praesidet solus: alius aërem moderatur: tertius maris gubernat motus: quartus terrae atque inferorum imperium sustinet. Hic Deus vel Dea sapientiae & eruditionis tutelam gerit: ille eloquentiae habet administrationem: alius ab hoc justitiam legesque civiles curat. Hic belli Deus est, ille deliciarum
255 atque voluptatum custos: hic terrae frugibus praepositus est, ille vino: ut cetera eorum omittam munera. Jam ex se ipso quaerat velim aliquis consideratus & ratione praeditus, an fieri ullo modo potuerit, ut naturarum intelligentium, aeternarum, nullique parentium multitudo sponte sua tam concinnum atque admirabilem sibi ordinem praeferibere potuerit: an tot Deos, ex se ipsis natos, aequabilique utentes potentia, sine ullis rixis, contentionibus, & bellis terrarum orbis imperium tam scite inter se partitos esse, probabile sit: an denique proclive creditu sit, numerosam istam Deorum turbam in administrandis universitatis hujus rebus tantam adhuc servare potuisse concordiam. Mihi quidem, haec omnia attentius ex-

(*l*) *Exhiberent*] Ego vero haec Numina inde putem ortum habuisse, quod Romani veteres putarent, rebus omnibus, & minutissimis etiam, certa praesidere Numina. Quumque alias res appetant homines, alias vero, ut inimicas sibi, aversentur, inde evenit, ut & bonis & malis rebus Numina darent. Ita, qui templum *pietati* dedicavit, is mihi videtur Deum spectasse illum, cujus munus est pietatem in hominum accendere animis. Qui *febrem*, *metum*, & *pavorem* consecrarunt, illi ea placare voluerunt Numina, quae metum propellere, pavorem animis fugare, febres corpore ejicere valerent. Manavit hujus opinionis nonnihil ad ipsos civitatis Christianae conditores, quorum multos & vitiis & virtutibus omnibus peculiares daemones & genios praefecisse, qui vel hominum mentes vitiis certis imbue-

Digitized by Google

expendenti, ſic videtur, nullos ex Deorum cultoribus, niſi rationi voluiſſent nuntium mittere, tam magnifice de Numinibus ſuis ſentire potuiſſe, ut ea tot naturas ortus neſcias, reapſe diſtinctas, ac per ſe exſiſtentes putarent. Neque ullos ego ab hac regula Deos exceptos volo, non hos *majorum gentium* Deos, non *viginti ſelectos*, non *duodecim Conſentes*, quos nominabant. Ne ipſos quidem tres illos Deos, qui nonnumquam *Jupiter coeleſtis*, *maritimus*, & *terreſtris* vocantur, tam auguſto eſſe loco a quoquam poſitos, arbitror, tametſi, (*m*) *Maximo Tyrio* auctore, *Homerus* univerſi terrarum orbis procurationem inter eos diſtribuerit. Τριχθὰ Ὁμήρου δέδαηται πᾶν πέλαγος· Ποσειδῶν μὲν ἔλαχε πολιὴν ἅλα ναίεμεν αἰεὶ, Ἅιδης δ' ἔλαχε ζόφον ἠερόεντα, Ζεὺς δ' ἐρανόν. *Homerus trifariam diviſit omnia: Neptuno tribuitur, canis ut vivat ſemper in undis aequoris; Pluto incolit triſtes caliginis umbras; Jupiter vero coelum.* Neque aliam de tribus iſtis Romanorum vel Samothracum Numinibus, quibus una in Capitolio rem divinam faciebant, *Jove*, *Minerva*, & *Junone* ſententiam foveo.

Equidem, quoties numeroſum illud Deorum, quibus priscus orbis ſupplicavit, agmen animo contemplor, vix me contineo, quin inde natum illud eſſe ſuſpicer, quod cognitionem rerum naturalium atque divinarum temere conjunxerunt veteres. Nam aut totum mundum animatum eſſe, cenſuerunt, atque ſupremum Deum: ex quo conſequitur, omnes mundi partes totidem eſſe viventia Dei membra. Aut vero ſaltim orbem hunc ſpeculum eſſe divinitatis aut ſpectabilem inviſi Dei imaginem, opinati ſunt: ex quo diverſas ejus partes omnesque naturae effectus tot eſſe declarationes & ſimulacra divinae potentiae ac providentiae, elicitur. Ita quum cenſerent, haud ſibi fas judicabant eſſe, univerſam, quam naturae divinae deberent, reverentiam hac una generaliori neque ſatis explicata profeſſione concludere, eſſe numen aliquod ſupremum, quod ſub nullius mortalium adſpectum cadat, resque omnes & produxerit & gubernet: Contra omnia, in quibus divina virtus hominibus ſeſe ſpectandam & admirandam praebuerit, ſeparatim conſiderari debere, divinique honoris partem aliquam ſuo jure poſcere, exiſtimabant. Atque huic ut tanto commodius obtemperarent opinioni, placebat illis θεογονίαν, ſeu de rebus naturalibus partibusque naturae rerum, tamquam de perſonis, verba facere, Deorumque etiam & Dearum illis nomina imponere. Sed hoc ita tamen faciebant, ut conſilium hujus inſtituti ſine negotio ſapientiores perſpicerent, atque omnes illos Deos nil eſſe viderent, quam varias unius ſupremi Numinis divinaeque virtutis & potentiae notiones & denominationes; quam virtutem per totam rerum naturam intentam eſſe & commeantem, ſuaque ubivis veſtigia relinquere atque prodere, ſtatuebant. Hanc *Balbus* (*n*) apud *Ciceronem* ſententiam his verbis tangit: *Videtisne, ut a phyſicis rebus tracta ratio ſit ad commentitios & fictos Deos?* Quamque *Celſus* Chriſtianis aeque ac Judaeis id vitio verteret, quod unum tantum Deum colerent, *Origenes* hanc ipſam adhibet rationem ad petulantiam hu-

buerent, vel etiam contrariis virtutibus exornarent, ex antiquis monumentis conſtat. Inſpice *Hermae Paſtorem*, & quae ad hunc librum *Jo. Bapt. Cotelerius* notavit. Is *angelos aequitatis*, *poenitentiae*, *triſtitiae*, & aliarum virtutum & cupiditatum commemorat. *Recognitiones Clementis Lib.* IV. *C.* 13. *p.* 541. *C.* 30. *p.* 546. *Lib.* V. *C.* 32. 33. *p.* 554. *&c.* & quae reverendiſſ. *Jo. Potterus ad Clementem Alexandr.* collegit *Tom.* I. *p.* 174.

(*m*) *Maximo Tyrio*] *Diſſ.* XVI. *p.* 163. De his ceterum omnibus Diis *Gerh. Jo. Voſſius* in *Libro de origine & progreſſu idololatriae* conſule.

(*n*) *Apud Ciceronem*] *De natura Deorum Lib.* II. *C.* 28. *p.* 2995. *T.* IX. *Opp.*

T 2 (*o*) *Ex-*

Digitized by Google

minis coërcendam, negans, fieri ullo modo posse, ut gentium Dii tot esse credantur Numina distincta, sempiterna, nec ullius imperio parentia: (*) Δεικτέον πρὸς αὐτὸν, πῶς αὐτὸν δυνατόν ἐστι τὸν πλῆθος τῶν καθ' Ἕλληνας θεῶν, ἢ τοὺς λεγομένους ἡμιθέους ὑπάρξαν καὶ εἶναι Μουσῶν ἡμᾶς ἀπὸ Διὸς τῆς Μούσας. ἢ Θάμυδον τὸν Ὠλῆνα, ἢ τὰς Χάριτας ἀπὸ γοητείας αὐτόχθονάς τινας δυνάσθαι καθ' ἑαυτὰς ἐξετάσαι· ἀλλ' ἢ δυνήσεται τὰ Ἑλλήνων ἀναπλάσματα (σωματοποιοῦντα δοκοῦντα ἀπὸ τῶν πραγμάτων) δεικνύειν ἀληθῆ. *Ipse igitur Celsus videbit, quemadmodum esse istam Deorum multitudinem, quibus & Graeci & reliqui barbari sacra faciunt, demonstrare queat. Ostendat, obsecro, nobis, istam Mnemosynen, quas ex Jove Musas peperisse dicitur, aut illam Themidem, ex qua Horae dicuntur esse genitae, naturas esse vere existentes & subsistentes, aut Gratias illas, quae semper nudae perhibentur esse, si possit, personas esse doceat per se constantes. Numquam vero nobis probaverit, ista Graecorum figmenta, (quae nihil esse videntur, quam res naturalis,*

(*) Lib. I. contra Celsum p. 18. ed. Cantabr.

(o) *Existentes*] Verti ego totum hunc *Origenis* locum, ut sensus Graecae orationis poscit: verba vero, de quibus hic agitur, ex sententia *Cudworthi* reddidi. Versio illa Latina *Origenis Librorum contra Celsum*, quae a *Gelenio* primum elaborata, postea a *Spencero* emendata est, infinitis laborat vitiis, multis in locis plane obscura est & sensus expers, non raro sententias *Origeni* attribuit, a quibus plane remotas fuit, denique nihil minus est, quam bona versio. Merebatur vero tam insigne opus, quod ab homine profectum est, cui parem vix habuit Christiana civitas, melius haberi, & a viro exornari & Graecarum litterarum & veteris Christianorum disciplinae historiaeque peritissimo. Itaque, quum eximia cum utilitate eruditum hunc forte laborem conjunctum intelligerem, coepi ante aliquot annos consilium *Origenis* hunc librum nova versione, nec paucis observationibus illustratum edendi, in quibus & ea explicarem, quae ad rem pertinent criticam, & opinionibus dogmaticoque illius aetatis, Celso pro tot nimis, quam Origenis, argumentis lucem afferrem. Non minimam quoque laboris partem prodiisse. Veram postea ad alia me studia ipsa necessitas perduxit, hic ut illius conatus iere curam abjicere prorsus debuerim: ad quem tamen, simulatque licuerit, redire constitui. Vel ex isto autem specimine, quod *Cudworthus* hoc in loco dedit, manifestum est, quanta saepe interpretes illi, quos dixi, *Origenis*, inscitia dicam aut insciti, opus hoc aggressi fuerint. Paullo melius locum reddidit *Boulterius* in *Versione Gallica: Il ne faudroit jamais nous prouver, que ces Fantaisies des Grecs, auxquelles on attribuoit des corps, fayent des divinités reelles.* Aliquid tandem haec verba significant, & a lectoribus intelligentur. Sed his tamen & hic peccavit vir alioqui elegantissimus & doctissimus. Primum verba, εἰ δὲ ὑποστάσεις, prorsus omisit, nescius fortassis, quidnam ea sibi vellent. Deinde Graecum verbum σωματοποιοῦντα, male vult significare *certis aliquid attribuere.* Hujus enim vocabuli vim hoc in loco esse *in personas convertere*, & ipsa res docet, &, si vixero, ad hunc locum *Origenis* aliquando docebo. Propius igitur ad sententiam *Origenis Cudworthi* accedit interpretatio. Veram nec is exacte placet. Primo nomen πράγματα hic vult significare res physicas seu membra & affectiones naturae: quod quemadmodum probari queat, me quidem praeterit. Deinde *Origenes* tametsi allegoris vehementer favebat, haud tamen physicis illis allegoris, in quas S. nici & alii Deorum convertebant historiam, magnam dabat pretium: quippe quas aperte contemnit. *Lib. IV. contra Celsum p. 196. f.* Mihi prorsus, facilis, & Graecis verbis convenientissima videtur haec versio verborum *Origenis: Quae videntur ex rebus in personas mutata esse.* Id ibi vult nimirum: Graecos ex rebus ipsis Deos seu personas fecisse, aut res personarum habita exornasse. Adde, de *Mnemosyne*, de *Themide* & *Gratiis* haec tantum verba esse accipienda.

(p) *Naturis*] Non diffiteor, totam istam rationem fabulas & historias Deorum ex physica interpretandi, quam doctissimus vir hic sequitur, nunquam mihi placuisse. Scio, multos esse etiam ex illis, qui reconditis & interioribus imbuti sunt litteris, quibus nihil videtur esse certius & verius. Nec ignoro, non ita pridem eruditissimum ceteroquin virum, *Andr. Christ. Eschenbachium*, peculiari Libro, quem *Epigenes* seu *de poëseos Orphicae* inscripsit, *Norib.* 1702. 4. ad eam curam incubuisse, ut omnibus illis fidem faceret, quae recentiores Platonici de veterum fabularum arcanis sensibus, invita plerumque Minerva, excogitarunt. Ne quid nunc de iis dicam, quae *Girbertus Cuperus* in *Harpocrate*, & multi alii passim monuerunt. Sed certus quoque sum, si fundamenta harum explicationum attentius perpendere voluissent viri doctissimi, eos sine negotio fuisse perspecturos, nihil esse in hac tota re

les, perſonarum habitu indutae,) *tot Deos eſſe* (per ſe (*o*) exſiſtentes.) Poſtrema haecce verba ſic nuperus *Origenis* editor reddidit: *Sed numquam poterit* (*Celſus*) *Graecorum figmenta, quae validiora fieri videntur, ex rebus ipſis Deos eſſe arguere.* Sed haec mihi prorſus eſſe obſcura, fateor. Credo ego, verbum σωματοειδῆς quod interpres reddidit *validiora fieri*, idem apud *Origenem* ſignificare, quod σεσωματωμένας. Neque dubito propterea, quin id ipſum ſenſerit *Origenes*, quod eum paullo ante ſentire diximus: Commenta Graecorum, ceterorumque populorum barbarorum, quae idem ſunt, quod commentitii & ficti Dii, a *Balbo* commemorati, nihil reapſe eſſe, quam res naturales. habitu perſonae veſtitas & condecoratas, neque igitur tot Numina ſeparatim exſiſtentia per ſe, ſed varias tantum notiones & appellationes unius, quod toti praeſidet terrarum orbi, (*p*) Numinis.

Huic arti Deos commentitios ingenio formandi, qui ex antiquis operam da- 257
bant teres fabulas exponendi ratione, quod illis magnopere queat probari, qui rectum obliquo valent ſecernere. Tota enim res ad auctoritatem philoſophorum quorumdam redit, qui nimis ſunt recentes, quam ut recipi queant omnia, quae de antiquiſſimorum ſapientum praeceptis ex ſuo narrarunt nobis ingenio. Antiquiſſimi populorum, tam Graecorum, quam barbarorum Dii homines fuerunt, rerum geſtarum gloria & magnitudine inter ſuos inclyti, legibusque, inſtitutis, inventis, aliisque rebus, de gentibus praeclare meriti, quos grati & memores acceptorum beneficiorum animi poſt fata ad Deorum evexere faſtigium. Quanam de cauſſa id factum ſit, ſupra jam tetigi. Daemones nimirum aut ex eorum ordine genios, quibus tutelam & adminiſtrationem hujus orbis commiſiſſet Deus, mortali corpore *Jovis*, *Apollinis*, *Iſidis* ad certum tempus concluſos fuiſſe opinabantur, ut populorum res tanto curare poſſent melius. At nec omnis prorſus exaruerat inter plerasque gentes Dei naturalis cognitio; nec deerant ſenſim, qui, quum ratione uterentur, intelligerent, in Diis nullo modo antiquos illos heroës haberi poſſe, ſi vera eſſent omnia, quae de ortu eorum factisque referrentur. Itaque homines ſemipoëtae & ſemiphiloſophi primum exſtitere, qui hiſtoriam Numinum illorum cum phyſicis, quae in unaquaque gente vigebant, praeceptis conjunxerunt, Deosque illos non modo ex chao & nocte in ipſo rerum omnium exordio genitos eſſe, cecinere, verum etiam familiam veluti quamdam Deorum, certa ratione diſtributam, excogitarunt. Hinc illae *Theogoniae*, quarum nobis adhuc exempla reſtant: quas qui ſtudioſe legerit, is cito, ſi relictus ſibi ſit, intelliget, miſtificam eſſe in illis & interdum prorſus ineptam veteris hiſtoriae & ſcientiae naturalis, qualis olim fuit, confuſionem, figuris poëticis exornatam & amplificatam. Procedente vero tempore, pluribus exortis ſapientiae profeſſoribus & rerum naturalium ſcrutatoribus, haec via paullatim deſerta eſt. Etenim nimis erant abſurda & ridicula, quae de Diis carminibus ſuis *Homerus*, *Heſiodus*, & reliqui poëtae intexuerant, quam ut ferri poſſent a viris rectae rationis ſtudioſis & ſupra vulgus ſapientibus. Itaque, ſi horum acta res fuiſſet arbitrio, omnia haec de Diis carmina & narratiunculae penitus ejectae e civitatibus, religioque longe a vulgari diverſa introducta fuiſſet. Exemplo hic eſſe poſſent inſtar omnium *Socrates* & *Plato:* quorum hic & in *Euthyphrone p.* 18. & aliis in locis illum graviſſime poëtis ſuccenſentem inducit, & ipſe e republica, quam animo finxerat, omnem vatum familiam una cum carminibus ſuis ſevere proſcribit, *de republica Lib.* II. *p.* 430. *ſ.* Bina vero obſtabant, quo minus, quod hi cupiebant philoſophi, commode & ſine periculo fieri poſſet. Primum incredibilis erat *Heſiodi*, *Homeri*, ceterorumque poëtarum auctoritas, quorum libri pueris in ſcholis explicabantur, & omnis ſapientiae pleniſſimi a Grammaticis & Rhetoribus, qui victum ſibi ex carminum interpretatione quaerebant, ferebantur. Deinde publicae religiones, caerimoniae, & dies feſti illis Deorum hiſtoriis nitebantur; quas convellere velle, hominis fuiſſet ſibimet ipſi necem & interitum exoptantis. Periculoſiſſimum certe erat, cum ſophiſtis & ſacerdotibus certamen ſuſcipere: nec tam magno erant multi animo, quo *Socrates*, qui utrisque bellum indicebat, invidiam nihil & mortem curans. Itaque prudentiores hanc ineibant, quae tutior erat, rationem, ut res geſtas Deorum ad res naturales & phyſicas traherent, longeque alia, quam verba prae ſe ferrent, antiquos poëtas inculcare voluiſſe, contenderent. Ita & ſibi & rationi & philoſophiae ſuae quodammodo conſulebant. Veriſſima haec eſſe, vel ea ſatis indicant, quae *Euſebius de praeparat. evangel. Lib.* I. *Cap.* 9. *p.* 30. *ſ.* & *Plato de republica Lib.* II. *p.* 429. tradidere. Via hac ſemel patefacta, innumerabiles eam ingreſſi ſunt, quorum quisque ſuo modo Deorum hiſtoriam interpretatus eſt. Nomina praecipuorum, quorum hodie amiſſa ſunt opera, collecta ſunt ex Graecis monumentis a *Thoma Gale* in *Notis ad Phurnutum de natura Deorum p.* 236. qui

bant Theologis, illi duplicem sequebantur viam. Interdum enim de ipsis rebus
258 naturalibus, omissis omnibus fabulis & narratiunculis, nulla quoque nominum immutatione facta, tamquam de personis, loquebantur, Deorumque sic ac Dearum aggregabant numero: cujus quidem moris satis multa paullo ante exempla proposuimus. Saepenumero vero, nonnullis harum rerum si propria darent vocabula, personas designantia, sapientius sese facturos putabant. Ita prudentiam *Minervam* dixerunt, oceanum *Neptunum*, fruges *Cererem*, vinum *Bacchum*. Horum autem vocabulorum, id quod animadverti velim, non una semper potestas est. Proprie quidem divinas illas virtutes sive naturas indicant, quas oculis quidem cerni non posse, at variis tamen rebus naturalibus praepositas esse, veteres ducebant. Hae naturae Dii sunt illi re vera atque Deae, (*q*) qui δωτῆρες ἐάων, *bonorum distributores & largitores*, malorum vero depulsores, audiunt. Sed nonnumquam improprie de ipsis rebus naturalibus hae voces etiam adhiberi solent: ex quo evenit, ut haec divinae bonitatis, virtutis, ac potentiae specimina & documenta, quoniam personarum adepta sunt ornatum, interdum quoque, sed parum juste ac legitime, Dii Deaeque salutentur. Nemo aptius & clarius hoc veterum Deorum numerum amplificandi artificium enarravit, quam *Musonius*; cujus idcirco verba recitabimus: Ἰσέον, ἐπ πάντα οἱ Ἕλληνες, ἃ ἰώμαν ἔχοντα εἶναι, οὐκ ἄλλ ἐπιστάσας θεῶν ἢ δύναμιν αὐτῶν ἐνεργεῖν εἰδέναι, εἰ δ ἐπιμαλῶ τι τε ἢ δύναμιν ἔχον καὶ ἐπιστατοῦν τῶν ἀνθρώπων.

(*) In Hesiod. p. 1.

Pharnutus ipse in hoc ordine est. Neque id mirum cuiquam videbitur, qui hominum rationes & ingenia non ignorat. Etenim, ut taceam, ita plerosque mortalium esse affectos, ut nihil eis facilius persuaderi possit, quam hoc, omnem sapientiam cum antiquis sepultam esse, posteros nil, nisi umbram eius, complecti, philosophis & novarum disciplinarum conditoribus in primis opportuna erat & utilis haec ratio ad dignitatem & gloriam decretis & inventis suis conciliandam. Nemo scilicet nescit, in varios sensus, si allegoriis & mysticis interpretationibus locus concedatur, quamlibet flecti posse historiam. Finge, si placet, *Julii Caesaris* aut *Alexandri M.* historiam fabulam esse a philosopho quodam ingeniose contectam, ut occulta & recondita ratione veritatem doceret: quid, obsecro, hoc contorto, fiet? Impetu quasi facto, omnes ad interpretationem huius fabulae philosophi convolabunt, nec quisquam, nisi prorsus careat ingenio, sua frustra decreta in illa quaeret. Personam copias hic atomorum simulacra & imagines dicet esse, si cum *Gassendo* & aliis sentiat; ille formarum & qualitatum. Galliam, quam subegit *Caesar*, ille cum prima materia, hic cum aethere, alius fortasse cum *Empedoclis* amicitia & discordia componet. Quamobrem, quum hoc semel Graecis & aliis populis visum esset, magnarum veritatum semina in Deorum latere historiis, quorum vim, semotis involucris, sapiens extendere valeat, quicumque novis opinionibus studebant, hi nihil prius habebant, quam ut eas in vetustis carminibus diu ante figmentas esse demonstrarent. Quod si persuassissent aliis, tutos sese satis fore prospiciebant animo a populari odio & multitudinis insectationibus, quae infinitum historiis illis pretium ponebat. Quae qui secum cogitat, is e re & commodo philosophorum fuisse sentiet, ut haec opinio maneret, quae securum ipsis contra quosvis insultus latibulum praebebat. Itaque omnes philosophi *Homerum* in suas trahere partes conati sunt: quod, qui hodie extat, *Heraclidis de Allegoriis Homeri Liber* non sine admiratione quadam docebit. Vid. *Thom. Gale Scriptores mythologici p.* 407. *s.* Ipse *Epicurus* hanc viam sequebatur, quod ex *Lucretio* discees, qui *Lib.* II. *vs.* 598. *s. p.* 369. quae de matre Deum Graeci poëtae cecinerant, physice interpretatur, quo a religione publica suas non abhorrere doceret opiniones. Nulli vero inter Graecorum philosophos studiosiores in hoc genere fuerunt Stoici, quorum diligentiam in Deorum historiis ex sententia sua exponendis suaviter, praeter alios, irridet *Cicero Libro* III. *de natura Deorum c.* 23. 24. *s. p.* 3088. *s.* Post natum servatorem, quum in disputationem addictus esset universus Deorum cultus, hac explicatione fabularum & enodatione nominum Deorum nihil inveniebant Deorum amici utilius & salutarius ad effugiendam vim argumentorum, quibus Christiani sacra Deorum oppugnabant, resque suas juvandas, quae sensim collabebantur. Quumque illi philosophi, quos *recentiores* vulgo *Platonicos* nominant, in eo toti essent in primis, ut publice inter po-

Digitized by Google

ζειν· εἶναι Ἥφαιστον ἐκάλουν τὸ τε ἁμαυρὸν τῦτο πῦρ, καὶ τὴ ἐπιστατοῦσαν ταῖς ἀπ' αὐτοῦ ἐνεργειαις τέχνας· καὶ Δήμητραν τὴν σῖτον καὶ τὰς καρπὰς, καὶ τὴν δωρεμβλίαν ταῦτας θεὰν καὶ ἐπιστατοῦσαν αὐτοῖς· καὶ Διόνυσον τὴν φυτικὴν καὶ τὴν ἔφορον τῦ φυτικῦ θεὸν· καὶ τὴν Διώνυσον τὴν οἶνον καὶ τὴν ἀλλοίωσιν τῦτον θεὸν, ὃν καὶ ἀπὸ τῦ διδόναι τὴν οἶνον ὁ Πλάτων ὠνόμασε, καὶ Διδύνυσον τῦτον ποιῶν, εἶτα καὶ Διώνυσον· καὶ Εἰλείθυιαν τὰς τόκους καὶ τὰς ἐφορώσας τοὺς τόκους θεάς· καὶ Ἀφροδίτην τὴν συνουσίαν καὶ ἐπιστατοῦσαν ταύτῃ θεὸν· ἀφ' οὗ τοῦτο καὶ Μοῦσαι ἔλεγον τὰς τῶν λογικῶν τέχνας, οἷον Γραμματικὴν, Ἀστρονομίαν, Κωμῳδίαν, Τραγῳδίαν, καὶ τὰς ἐφόρους καὶ παρόχους τούτων θεάς. *Sciendum eſt, Graecos* (paganos) *exiſtimaſſe, quidquid vim aliquam, virtutem, & efficientiam haberet, illud vim iſtam ſine Deorum auxilio & providentia minime exercere poſſe. Hinc & rem ipſam, in qua virtutem illam ineſſe vident, Numenque illi rei praefectum & praepoſitum uno eodemque nomine appellare ſolent. Ita Hephaeſtum ſeu Vulcanum nominant tam ignem illum, quo utimur, quam Deum, qui artibus illis praeſidet mechanicis, quae ignis beneficio & ope carere nequeunt. Nomen Demetra ſeu Ceres & frugibus* 259 *tribuitur terrae frumentoque, & illi Divae, quae fruges iſtas largitur. Athena ſeu Minerva cum ipſam ſapientiam, tum Deam, ſapientiae praeſidem, ſignificat. Dionyſus ſeu Bacchus & vini nomen eſt, & Dei illius, cujus benignitati debetur vinum: quare Plato nomen hoc ita interpretatur, ac ſi idem eſſet, quod vini largitor. Simili ratione & partus mulierum & Deas, ad quas partuum cura pertinet, Ilithyiam ſeu Lucinam nuncupant. Coitus & Dea coitui & amori praepoſita uno vocabulo Aphrodite ſeu Venus dicitur. Nec alia*

populos receptis ſuperſtitionibus opem ferrent, quas verbi divini vis in orbe terrarum ubique diſſeminata plane fregerat, idcirco nulli his ſagaciores & argutiores erant in rebus geſtis Deorum aut ex morum doctrina aut ex naturali philoſophia interpretandis. Teſtantur id *Porphyrii*, *Proeli*, *Plotini*, *Juliani*, aliorumque ejus generis, quae ad nos pervenerunt, monumenta, plena explicationibus ejusmodi, futilibus plerumque & inficetis, certe coactis & omni ſale vacuis. Quas quum hodie multos, eosque eruditos viros, magni video facere, miror, non recordari eos, a Chriſtiani nominis inimicis eas eſſe profectas, qui deſperatae Deorum cauſſae nullo alio modo, quam ineptis illis ſubtilitatibus, quarum nullam reddere rationem valebant, ſubvenire poterant. Quamquam hoc jam ſatis futilitatem & levitatem omnium iſtarum allegoriarum indicat, quod nulli magis inter ſe diſſentiunt, quam elegantes hi, ſi Diis placet, veterum fabularum interpretes, quibus nihil fieri poteſt inconſtantius. Viderint ergo ante omnia, quibus veteres Deos rerum naturas, non figuras eſſe placet Deorum, quemnam horum conjectorum ſequi velint, priusquam, ut ſecum ſentiamus, poſtulent. Longe melius antiquiſſimi rei Chriſtianae defenſores hanc hoſtium veritatis calliditatem & verſutiam perſpiciebant, utpote qui in omnibus fere libris, quos pro veritate ſacrorum Chriſtianorum olim conſcripſerunt, iſtos allegoriarum architectos turpitudinis & inſcitiae convicerunt: nec alia de cauſſa hanc totam haruſpicinam inventam eſſe docuerunt, quam ut deformitas antiquarum ſuperſtitionum aliqua ratione velaretur. Lege ex Graecis *Athenagoram* in *Apologia Cap.* 18. *p.* 80. & *Euſebium Praeparat. euangel. Lib.* II. *Cap.* 4. *p.* 67. *ſ.* maxime vero, qui reliquos fere omnes perſpicuitate & argumentorum pondere vincit, *Clementinorum* auctorem *Homil.* VI. *Cap.* 17. *ſ. p.* 675. *ſ.* coll. cum *Recognit. Clementis Lib.* X. *Cap.* 30. *p.* 595. *ſ. T.* I. *Patr. Apoſt.* Ex Latinis conſulere juvabit *Arnobium Libro* III. *adv. gentes p.* 147. & *Lib.* V. *p.* 225. *ſ. Prudentium Hymno* X. *de coronis p.* 119. *Lactantium divinar. inſtitut. Lib.* II. *c.* 10. *p.* 229. Haec licet ita ſint, haud tamen negem, figuras poëtarum, resque alias effecisse, ut Dii alii paullatim antiquis illis adderentur, quos nemo pro hominibus habeat, niſi velit deſipere. Exempla in ſequentibus apparebunt. Conferri ceterum poſſunt ea, quae de hac re ante me vir longe doctiſſimus, *Jo. Clericus*, monuit *Bibliath. choiſie Tom.* VII. *p.* 92. item ea, quae *Biblioth. univ. & hiſtor. Tom.* I. *p.* 245. in hiſtoriam Jaſonis & Herculis, *Tom.* III. in hiſtoriam Adonidis, *Tom.* VI. *p.* 55. in myſteria Cereris, nec non in *Notis ad Heſiodum* de plerisque Graecorum Diis ingenioſe animadvertit. Mitto *Sam. Bochartum*, Abbatem *Banierium*, aliosque eximii nominis viros, quibus paria in mentem venere.

(q) *Qui* δωτῆρες] *Heſiodus* in *Theogonia vſ.* 111. *p.* 21.

Οἵ τ' ἐν τ' οὐρανῷ ἠδὲ κατὰ χθονὸς εὐρυοδείης,
δωτῆρες ἐάων·

Muſae, ait, *celebrate Deos, qui ex Coelo & Tellure nati ſunt, bonorum datores.*

Digitized by Google

alia nominis Muſarum eſt ratio, quod non modo artes rationales, Rhetoricam, Aſtronomiam, Poeſin, verum etiam Deas, quae has artes tuentur & promovent, deſignat. Hanc poſteriorem ſi adſciſcamus notionem, atque varias naturae rerum ſeu mundi corporei partes Deos Deasque, figurate licet & parum apte, vocatas eſſe putemus, nemo erit, opinor, tam a ratione relictus, quin ſtatim intelligat, antiquiores populos, qui mundum ipſum generatum atque ortum eſſe, nil dubitarunt, commentitiis hiſce Diis haud potuiſſe aeternitatem adſcribere. Sin autem verius & magis proprie haec nomina eſſe uſurpata judicemus, naturasque illis deſignari autumemus rationis compotes, quae, tametſi oculorum fugiant ſenſum, rebus tamen praeſint naturalibus, easque diſtribuant & moderentur, turba certe quaedam Deorum ſeparatim exſiſtentium ex hac naſci nobis opinione videtur. Sed aut ego fallor, aut hi Dii nihil fuerunt, praeter id, quod *Balbo* (r) apud *Ciceronem Deus* vocatur *pertinens per naturam cujuſque rei.* Quod ſi recte ſuſpicor, Numina illa gentium ceu totidem conſiderari debent nomina, aut notiones atque formae unius ſupremi Numinis, cujus immenſa virtus, potentia, & providentia per totum permeat terrarum orbem, variisque ſeſe modis in eo contemplandam praebet.

Praeter eos, quos modo enumeravimus, nullos habuerunt antiquiores populi Deos, quos religioſis ſibi colendos eſſe honoribus ducerent. Non equidem inficias ſum, ſtatuas, imagines, & ſimulacra Deos etiam interdum nominari: ſed, praeterquam quod id nullo jure ſit parumque legitime, nemo unus tam amentes fuiſſe putabit veteres, ut hoc Deorum genus, quod artificis manu e ſaxo ſculptum, aut ex arbore dolatum eſſe, non ignorabant, ſempiternum initiique expers cenſuerint. Quae quum ita ſint, totum illum veterum Deorum exercitum, qui tantum nobis hodie terroris & exercitationis parit, aut ex variis compoſitum & conſcriptum eſſe concludimus unius ſupremi Numinis appellationibus & notionibus, cujus quippe varia dona, virtutes, atque in hoc orbe veluti molitiones perſonarum deſignare ſolebant veteres nominibus; aut vero ex naturis conſtare intelligentibus, at inferioris ordinis, ab uno celſiſſimo & maximo Numine conditis. Quare, quotquot ceteris ſapientia praeſtabant inter populos antiquiores, hi unum tantum profitebantur Deum, ex nulla cauſſa ortum, atque neceſſario exiſtentem, non vero plures. Ex quo perſpicuum eſt, non illud Deorum cultoribus crimini dandum eſſe, quod multis ſupplicaverint naturis ex infinito tempore exiſtentibus, nullique cauſſae ſuperiori ſubjectis, verum hoc, quod, ſecus atque res & ratio ipſa flagitat, cultum ſummi rerum conditoris cum conditarum & genitarum rerum cultu temere quodammodo confuderint. Cui ſententiae noſtrae ſi quis multitudinem & popalum op-

(r) *Apud Ciceronem*] *De natura Deor. Lib.* II. *C.* 28. *p.* 2996. *T.* IX. *Opp. Sed tamen*, inquit, *his fabulis ſpretis ac repudiatis, Deus pertinens per naturam cujusque rei, per terras Ceres, per maria Neptunus, alii per alia, poterunt intelligi.*

(s) *Macrobius*] Suſpicor, hunc *Macrobii* locum ob oculos ipſi verſatum eſſe, qui exſtat *in Somnium Scipionis Lib.* I. *Cap.* XVII. *p.* 87. *Deum vero, quod non modo immortale animal ac divinum ſit, plenum inclytae ex illa puriſſima mente rationis, ſed quod & virtutes omnes, quae* ILLAM PRIMAE OMNIPOTENTIAM SUMMITATIS *ſequantur, aut ipſe faciat, aut ipſe contineat, ipſum denique Jovem veteres vocaverint.*

(t) *Simplicius*] *Hier. Wolfius*, ut plerique ſapientis hujus & eruditi auctoris, parum apte hunc locum redidit. Itaque ſimplicius & apertius philoſophi mentem expoſui. Quod vero doctiſſimus *Cudworthus* cenſet, his eos verbis confutari, qui, quod Manichaei vulgo feciſſe putantur, duo eſſe cre-

Digitized by Google

opponat, is vero plebis, quando religionis res agitur, exquirendumque eſt, quae ſumma ejus fuerit, nullam poſſe rationem haberi, audiet.

Ita vero, ut diximus, rem ſeſe habere, Deique profeſſores in antiquis gentibus unum tantum Θεὸν ἀγένητον, *unum Deum a nemine factum & genitum*, coluiſſe, vel ex eo ſine controverſia colligitur, quod infinitam potentiam in ſupremi Numinis eſſe perfectionibus, crediderunt: id quod ſupra demonſtratum a nobis eſt. Ad illos enim quod attinet, qui multos quondam Deos putarunt eſſe, at nullum eorum ſempiternum & ex nulla cauſſa genitum, verum omnes natos atque factos, hos ego ſupremae in Deum impietatis recte inſimulari arbitror. Multos qui ſibi fingunt Deos, neque ortos, neque ex alio genitos & factos, hi nullum ex illis omnipotentem ſtatuere poſſunt: id vero eſt infinitam poteſtatem prorſus ex rerum natura tollere ac delere. Quare (*s*) *Macrobius*, qui *omnipotentiam ſummi Dei* dixit, 260
recte atque ſapienter loquutus eſt, eo quod in nullius rei naturam haec cadat perfectio, quam in unius ſupremi Numinis, quod originem ſuam nulli refert acceptam, ſed ex omni aeternitate fuit neceſſario. (*t*) *Simplicius* quoque, tametſi plures eſſe Deos putaret, hoc argumento tamen Manichaeorum compreſſit inſaniam, duosque ſectae hujus Deos, nulli ſubjectos alii, ideirco ferri non poſſe, disputavit, quod ſic infinita poteſtas auferetur, & ex orbe proſcriberetur. (*) Ἀναπαίζουσι δύο λέγοντες τῶν ὅλων ἀρχάς, (τὸ τε ἀγαθὸν καὶ τὸ κακὸν.) καὶ τὸ ἀγαθὸν παρ' αὐτοῖς λεγόμενον Θεὸν μηκέτι πάντων εἶναι λέγειν, μηδὲ ὡς παντοκράτορα δικαίως ὑμνεῖν, μηδὲ δυνάμιν αὐτῷ τῆς ἀκρατείας καὶ ὅλης ἀναιρέσεως, ἀλλὰ τὸ ἥμισυ τῆς ὅλης δυνάμεως, εἴπερ ἄρα καὶ τοῦτο. *Qui duo rerum omnium principia, bonum alterum, alterum malum, eſſe dicunt, concedere coguntur, bonum illud principium, quod ipſi Deum vocant, non eſſe rerum omnium cauſſam, neque poſſint illud ut omnipotens celebrare, neque ſummam & univerſam ei potentiam attribuere, ſed dimidiam tantum ei poteſtatem aſſignare valent, ſi modo & hoc facere illis licet.* Praetermitto nunc, quod ſupra itidem oſtendimus, eos, qui Deum quondam inter gentes vetuſtas oppugnarunt, eorum unice ſententiam aggreſſos eſſe, qui unum tantum ſupremum Deum toti rerum univerſitati praeſidentem profitebantur. Ex quo, ut arbitror, patet, talem in animo Deum habuiſſe illos, qui tum temporis plures eſſe Deos cenſebant.

Id vero in primis obſervatu dignum arbitror, tam fuiſſe olim hanc rem inter omnes notam & tritam, ut *Faustus* etiam *Manichaeus* ſcribere non ſit veritus, Chriſtianos atque Judaeos, quod unum Deum ſtatuerent, ex quo ceterae res omnes manaſſent, id ab ethnicis acceptum habere, neque ſecus ideirco, ac familias aut ſectas ex ſinu profanorum populorum egreſſas, ſpectari debere: (†) (*v*) *Vos*, inquit, *deſciſcentes a gentibus, Monarchiae opinionem primo vobiſcum divulſiſtis, id eſt*,

(*) In Epictet. Cap. 4. (potius in Cap. 34. p. 164. ed. Salmaſii.)
(†) S. Auguſtinus contra Fauſtum Lib. XX. (Cap. IV. p. 237. T. VIII. Opp.)

credíderunt principia aeterna & aequalia, id vix ipſi aſſentior. Obſtant huic ſententiae, niſi fallor, haec verba *Simplicii*: Καὶ τὸ ἀγαθὸν παρ' αὐτοῖς λεγόμενον Θεὸν. *Bonum, quod ipſi Deum vocant.* Ex his enim liquet, bonum principium Deum tantum eſſe ſalutatum ab illis, quos caſtigat *Simplicius*, non item malum: quod quidem argumento eſt, fuiſſe eos ex illorum ordine, qui, quod *Plutarchus* memorat *de Iſide & Oſiride* p. 369. melius principium *Deum*, deterius vero *daemonem* appellabant, aut, quod idem eſt, diſparis eſſe ordinis & poteſtatis bina ſua principia, praecipiebant.

(*v*) *Vos, inquit*] Haec *Fauſti* verba non continuata ſerie apud *Auguſtinum* leguntur, ſed collecta hinc & inde ſunt a viro docto ex ſermone *Fauſti*, qui ibi legitur,

(*x*) *De*

Digitized by Google

ut omnia credatis ex Deo. Estis sane schisma, nec non & priores vestri Judaei. De opinione Monarchiae in nullo etiam ipsi dissentiunt a paganis. Quare constat, vos atque Judaeos esse schisma gentilitatis. Sectas autem si quaeras, non plures erunt, quam duae, gentium & nostra. Haec falso dici ac inepte prorsus, nemo est, quin statim sentiat. Ecquis enim sibi sanus persuadeat, Christianos & Judaeos doctrinam de uno Deo a simulacrorum cultoribus accepisse traditam, quam ipsa hominibus natura instillare videtur? Sed id tamen inde luculenter apparet, ita vulgo cunctis persuasum fuisse populis, Deos omnes naturam suam uni supremo Numini debere. Quod si ita est, neque plures esse censuerunt Deos non genitos nec factos, neque etiam, quod *Plutarchum* fecisse vidimus, binos humanis rebus Deos, unum bonum, alterum vero malum, praefecerunt. Quo quum imbutus esset dogmate *Plutarchus*, huc eum devenisse, nil mirum est, ut Deum omnium rerum unam esse negaret caussam. Sic enim *Libro* (x) *de defectu oraculorum*: Οἱ μὲν ἀδενὸς ἁπλῶς ἢ Θεὸν, οἱ δ' ἐμοῦ πᾶσαν αἰτίαν πεῖσαι, ἀστοχοῦσι δ' μετρίου καὶ πρέποντος. *Quidam nullius rei, alii omnium in universum rerum caussam Deum faciunt: utrique a mediocritate & decoro aberrant.* Verum portentosum hocce dogma, uti Graecis antiquioribus ignotum fuit, ita etiam, renitentibus omnibus philosophis, altiores agere radices inter gentes haud potuit. Ex quo efficitur, minime illud impedire, ne vera esse universe censeantur, quae *Faustum* de populorum religione perhibere audivimus. Ipse certe *Augustinus*, quum responderet homini, huic ejus nil dubitavit sententiae accedere: (*) *Si quis ita dividat, ut dicat, eorum, qui aliqua religione detinentur,*
261 *aliis placere unum Deum colendum, aliis multos; per hanc differentiam & pagani a nobis remoti sunt, & isti cum paganis deputantur, nos autem cum Judaeis. Hic forte dicatis, quod multos Deos vestros ex una substantia perhibetis: quasi pagani multos suos non ex una asserant; quamvis diversa illis officia & opera & potestates attribuant, sicut etiam apud vos alius Deus expugnat gentem tenebrarum, alius ex ea capta fabricat mundum.* &c. Idem, multis interjectis aliis, ita persequitur hoc argumentum: (†) *Discat ergo Faustus, Monarchiae opinionem non ex gentibus nos habere, sed gentes non usque adeo ad falsos Deos esse dilapsas, ut opinionem amitterent unius veri Dei, ex quo est omnis qualiscumque natura.*

§. XIV. Ergo, quae adhuc a nobis disputata sunt, id quidem extra controversiam collocant, quae plures olim veneratae sunt Deos, gentes vocabulum *Dii* non eo cepisse sensu, quem antea indicavimus, ut Θεοὺς ἀγεννήτους καὶ αὐθυπάρκτους, *Deos ex nullo genitos, atque sine ulla caussa existentes*, intelligerent, sed aliam ac diversam illi verbo notionem subjecisse. Nomen enim *Deus* ex illis est, quae Graeci τὰ πολυσχεῖς λεγόμενα, *vocabula, quae variis usurpari solent significationibus*, vocant. Atque illi ipsi, quibus omnis ceteroquin exosa est religio & divinitas, *Deum* tamen *Deosque* singulari quodam atque peculiari sensu, de quo tamen omnium non una est & con-

(*) Lib. XX. C. 10. (p. 241. T. VIII. Opp.)
(†) Lib. XX. contra Faust. C. 19. (p. 246.)

(x) *De defectu oraculorum*] T. II. *Opp.* p. 414.
(y) *Divinae particeps*] 2. *Petr.* I. 4. Διὰ τούτων γενηθῆτε θείας κοινωνοὶ φύσεως. Dubito vero, an ista *Petri* verba huc apte trahantur. Nec enim sancti omines hic Dii appellantur, quod Stoicum & Platonicum magis, quam Christianum, est, sed, quod orationis contextus declarat, proxime ad Dei naturam, qui sanctissimus est, accedere dicuntur, si sanctitati operam dent, & corruptos saeculi mores sincera pietate exuant.

(z) *Bel-*

Digitized by Google

cors opinio, profiteri non recuſant. Neque his, qui pro Deo propugnant, una ſemper atque eadem vocis hujus obverſatur ratio. Sacer codex coeleſtes genios interdum *Deos* nominat. Igitur vocabulum *Dii* mentes interdum in eo deſignat ſive naturas intelligentes homine excellentiores, immortales, ſanctas, & beatas. Aliis in locis viri principes atque magiſtratus *Dii* audiunt, quae vocabuli notio minor etiam eſt priori. Quin etiam pii & Deo placentes viri hoc honeſtantur nomine: quos (y) *divinae participes naturae* dici, notum eſt. Ita (z) *Boëthius*, celeberrimus inter Chriſtianos philoſophus: *Omnis*, inquit, *beatus Deus*, *ſed natura quidem unus*, *participatione vero nihil prohibet eſſe quam plurimos.* Viciſſim vero alio ſenſu tam homines, quam genii *Deorum* indigni judicantur nomine: quod quidem tum fit praecipue, quum de religioſo cultu decernitur. *Tu Dominum Deum tuum coles unice*, haec ipſius Dei vox eſt, *atque ipſi ſoli ſervies.* Secus vero illi, quibus plures olim placuit Deos adſciſcere. Etenim hi *Deum* atque *Deos* quando nominant, id una indicant, ejus eſſe dignitatis naturas iſtas, ut cultu pio atque religione honorari debeant. Quod ſi cogitemus, hanc Dei ex mente eorum, qui ſuperſtitionibus olim dediti erant, definitionem in univerſum habebimus: *Deus eſt natura intelligens, homine praeſtantior, ex materia ſenſus experte haud procreata, tamque alte poſita, ut juſtis a mortalibus honoribus affici debeat.* Verum generalis haec deſcriptio, ubi deinceps ad diviſionem atque diſtributionem Deorum deſcenditur, varie circumſcribitur & coarctatur. Talis, qualem modo definivimus, Deus aut ἀγέννητος eſſe poteſt, *ex nulla cauſſa procreatus*, atque propria virtute ideirco exiſtens, aut γεννητὸς, *generatus atque productus*, eaque de cauſſa ſuperiori cuidam naturae, ex qua prodiit, ſubjectus. Illa ſi valeat notio, ſapientes olim viri inter Deorum cultores unum tantum Deum, id quod planum fecimus, profeſſi ſunt; quem propterea Θεὸν κατ' ἐξοχὴν nominarunt. Notum eſt *Thaletis*, quod (a) *Laërtius* ſervavit, effatum: Πρεσβύτατον τῶν ὄντων ὁ Θεὸς, ἀγέννητον γάρ. *Antiquiſſimum eorum omnium, quae ſunt, Deus eſt: ingenitus enim eſt.* Sin vero hanc ſequamur notionem, certum eſt, multorum eos Deorum religione devinctos fuiſſe, aut, quod 262
idem eſt, multas eſſe naturas ſapientiae & rationis compotes, cenſuiſſe, quae, tametſi aliquando initium habuerint, homines tamen multum auctoritate & virtute ſuperent, ideoque ab illis ſancte ac religioſe coli & obſervari debeant. Ex his intelligitur, & plurium Deorum, & unius ſupremi Numinis cultores commode veteres gentes dici poſſe, pro eo nimirum, ac vox *Deus* accipitur. Sic ipſe *Onatus*, *Pythagorae* diſcipulus, ſententiam ſuam apud *Stobaeum* explicat: (*) Δοκεῖ δέ μοι καὶ μὴ εἷς εἶ μὲν ὁ θεὸς, ἀλλ' εἷς μὲν ὁ μέγιστος καὶ παντοκράτωρ, καὶ ὁ κρατίστων ἁπάντων· οἱ δ' ἄλλοι πολλοὶ ὠφέλιμοι καὶ δυνάμιν· βασιλεὺς γὰρ πάντων αὐτῶν ὁ καὶ κρατεῖ καὶ μεγέθει καὶ ἀρετῇ μείζων· οὕτως γὰρ καὶ εἷς ὁ πεποίηκεν τὰ σύμπαντα κόσμον· τοὶ δ' ἄλλοι οἱ θεοί εἰσι κατ' ὑφορίαν οὐ τι ἓν πάντες πεπαγότες, καὶ λέγω ὑπατθίοντες τῷ πρώτῳ καὶ νοητῷ. *Neque mihi unus videtur eſſe Deus, verum unus quidem maximus ac ſummus Deus, rerum uni-*
ver-

(*) Eclog. phyſ. Lib. I. p. 4. (ed. Plantin.)

(z) *Boëthius*] *De conſolat. philoſ. Lib.* III. p. 72. *f.* In *Boëthio* hanc loquendi rationem non miror, quem libri ejus docent praeter modum *Platoni* fuiſſe deditum. Stoicis nimirum & Platonicis uſitatum eſt, homines Deos appellare, quoniam id, quod principatum tenet in homine, mentem nimirum ſeu animam rationis compotem, ex ipſo Deo fluxiſſe, & partem eſſe Dei, opinantur. Quam partem ſi bene curaverit homo, & a corpore abduxerit, tum vero eum Deo plane ſimilem fieri, imo totum Deum, exiſtimant.

(a) *Laërtius*] *Lib.* I. *Segm.* 35. *p.* 21. *f.*

Digitized by Google

versitatem gubernans; alii autem praeterea multi, diversis virtutibus praediti. Imperat autem omnibus Deus is, qui robore, magnitudine, ac virtute praestat. Hic ille Deus est, qui universum mundum arcet, moderatur, & continet. Reliqui vero Dii sunt, qui per coelum eodem, quo tota rerum universitas, motu decurrunt, primum & intelligibilem illum Deum ordine sequentes. Haud, quos *Onatus* hic inducit, sed aut *plures* ejus *Dii* corpora sunt coelestia, id quod prorsus perspicuum est, seu stellae, quas animatas putavit esse. Haec ipsa vero, quae descripsimus, verba, multo etiam luculentius ea, quae sequuntur, alio a nobis loco producenda, declarant, exstitisse *Onati* aetate, qui, spretis omnibus, quibus sacra publice fiebant, Numinibus, unum tantum Deum cultu ac honore prosequuti sint. Atque ex hoc mihi *Anaxagoras* certe videtur fuisse numero. Namque unam, eamque perfectissimam mentem, quam nos Deum nominamus, quum rerum universitatem moderari praecciperet, reliquos, quibus populi serviebant, Deos, solem, lunam, stellas, divinitate simul omni privatos volebat. Solem igitur globum pronuntiabat ignium esse; lunam saxis atque terra constare dicebat: neque de ceteris vel errantibus stellis vel infixis coelo magnificentius sentiebat. Inter ipsos antiquiores Aegyptios, id quod suo loco probabitur, non defuerunt, quibus eadem de Deo placuit opinio. Ut nunc *Proclum in Timaeum Platonis* (†) scriptum reliquisse, mittam, minus semper inter mortales certatum atque dubitatum fuisse, de uno Deo, quam de pluribus. His igitur *Onatus* occurrit, sibique videri affirmat, praeter unum supremum Deum, multos esse alios minores Deos sive naturas intelligentes, quas cultu & religione afficere deceat.

Ut haec certa sint, fieri tamen posse non diffiteor, ut unum aliquis supremum profiteatur Numen, & nihilominus alios etiam Deos non genitos atque per se existentes, praeter illum maximum Deum, esse tueatur. Ita *Plutarchum* paullo ante principi & summo Deo animam quamdam ratione & consilio destitutam (ψυχὴν ἄνουν) sive daemonem, potestate quidem illo inferiorem, at aeternitate parem, adjunxisse vidimus. Quocirca, ne quis idem forte placuisse suspicetur illis, qui altissimo Numini multos alios addiderunt ignobilioris generis Deos, id arbitror his adjiciendum esse, qui ceteris olim sapientia praestiterunt, non modo unum summum Deum atque omnium Deorum potentissimum (κρατήσειν πάντων) veneratos esse, verum etiam illum ipsum Deum infinita potentia valentem, omniumque rerum ceterarum fontem unicum atque caussam dixisse. Ex quo haud dubie consicitur, unum tantum eis fuisse Deum sempiternum & ex nulla caussa natum vel procreatum (θεὸν ἀγήνητον καὶ αὐτοπάτορα.) *Maximus* quidem *Tyrius* omnes sic censuisse populos, auctor est: (*) Ὅτι θεὸς εἷς καὶ πάντων βασιλεὺς καὶ πατήρ, καὶ θεοὶ πολλοί, θεοῦ παῖδες, συνάρχοντες θεῷ. *Deum esse unum, regem omnium & patrem. Huic multos additos esse Deos alios, qui supremi illius filii sint & quasi in imperio collegae.* Et quid aliud, quaeso, poëtae sibi voluerunt, tam Graeci, quam Latini, quorum his *Jupiter* toties *hominum pater atque Deorum*, aut *hominumque satorque Deorum*, illis vero Ζεὺς πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε vocatur? Jam quid de *Theogonia* dicam, cujus supra mentionem fecimus? cujus quidem summam atque argumentum plerique omnes hoc

(†) p. 206. (*) Diss. I. p. 5. (ed. Lugd. 1631. 8.)

(b) *Herodotus*] *Historiar. Lib.* II. *Cap.* 53. p. 109. Eodem loco etiam, quae paullo post sequuntur,
(c) Ὅς, τε φ] *Plato in Timaeo p.* 526. *Opp.* verba extant.

(d) *Non*

Digitized by Google

hoc esse tradiderunt, γεννητὸς θεὸς εἶναι, *Deos esse genitos*, aut, ut (*b*) *Herodotus* rem explicat, ὅτι ἕκαστος θεῶν ἐγένετο, *quemlibet Deorum generatum esse*. Quam tamen neminem sic accipere decet sententiam, ac si nullum omnino *Theogoniarum* conditores Deum esse putassent sempiternum & ex se ipso natum. Namque istam si complexi fuissent opinionem, Deum sustoliissent penitus. Id igitur unum indicare volebant, Deos omnes, qui secreti ac distincti essent ab eo, quem θεὸν sive θεῶν, *Deum* sive *divinitatem* vocabant, procreatos atque generatos esse.

Sed ne sic quidem fortassis omnibus persuasero, neminem paullo sapientiorem 263
inter gentes verae religionis inopes exstitisse, quin omnes Deos, uno excepto, genitos atque procreatos esse duceret, unumque tantum Deum ex nulla re alia natum, sed per se ex omni aeternitate exsistentem, fateretur. Itaque, ut omnes dubitandi causas praecidam, hoc in primis animadverti velim, *Theogoniam* veterum populorum, quam praedicabant, nullo discrimine a *Cosmogonia* eorum disjunctam esse, utramque vero hoc significare, certo tempore mundum cum Diis ipsis constructum atque conditum esse. Atque hujus ego sententiae principem auctorem *Platonem* sisto. Is, de κοσμογενίᾳ sive mundi constructione in *Timaeo* disputaturus, primo res omnes in duo genera distribuit. Nonnullas enim ait perennes esse, nec a quoquam factas, alias vero genitas atque factas. Illud genus voce οὐσία, hoc vocabulo γένεσις designat. Postea res immutabiles ac aeternas a rebus genitis hac in primis in re diserepare, subjicit, quod illae sciri queant, atque demonstrationem ferant, hae vero fide tantum atque opinione imbibantur. (*c*) (*) Ὅ, τι γὰρ πρὸς γένεσιν οὐσία, τοῦτο πρὸς πίστιν ἀλήθεια. *Quod enim ad generationem est essentia, id ad fidem est veritas.* Quibus explicatis, tantam lectores rerum evidentiam tamque apertam veritatis demonstrationem haud a se exspectare posse, monet, ubi nunc de rebus genitis, Diis nimirum atque mundo spectabili, commentandum sit, quantam animo percipere possent, si de rebus sempiternis & immutabilibus suscepta esset disputatio. (†) Ἐὰν οὖν, ὦ Σώκρατες, πολλὰ περὶ πολλῶν εἰπόντων περὶ θεῶν καὶ τῆς τοῦ παντὸς γενέσεως, μὴ δυνατοὶ γενώμεθα πάντη πάντως αὐτοὺς αὑτοῖς ὁμολογουμένους καὶ ἀπηκριβωμένους λόγους ἀποδοῦναι, μὴ θαυμάσῃς· ἀλλ' ἐὰν ἄρα μηδενὸς ἧττον παρεχώμεθα εἰκότα, ἀγαπᾶν χρὴ μεμνημένον, ὡς ὁ λέγων, ὑμεῖς τε οἱ κριταὶ φύσιν ἀνθρωπίνην ἔχομεν· ὥστε περὶ τούτων τὸ εἰκὸς μῦθον δεδεγμένους πρέπει μηδὲν ἔτι πέρα ζητεῖν. *Quum ergo, o Socrates, multa de Diis mundique generatione a multis dicta sint, ne mireris, obsecro, si rationes de iis probatissimas exactissimasque efferre non possum. Satis enim factum putare debebis, si non minus probabiles, quam quivis alius, rationes attulerim. Aequum est, meminisse, & me, qui differam, & vos, qui judicabitis, homines esse, ut, si probabilia dicentur, nihil amplius requiratis.* Igitur, id quod manifestum est, *Plato* Deos non ad eas refert naturas, quas voce οὐσία complectitur, perennes atque nullo modo mutabiles, sed ad illud genus, cui γένεσιν tribuit, eorumque generationem & ortum cum ortu conjungit mundi, cujus quippe partes sint. Neque est, cur hoc aliquis in *Platone* demiretur. Primo enim non minus, quam ceteri Deorum cultores, totum hunccce mundum, quem spectamus, *Plato* Deum esse censuit, atque (*d*) non modo θεὸν εὐδαίμονα, *Deum beatum*, verum etiam, antequam conderetur, θεὸν ἐσόμενον, *Deum fu-*

(*) p. 23. (†) p. 29.

(*d*) *Non modo θεὸν*] *Plato* in *Timaeo Cap.* 18. θεῶν τοῦ τότε ἐσόμενον θεὸν λογιζόμενος. *Deus is, qui erat, de aliquando Deo futuro cogitans.* Et, p. 241. *ed. Fabricii.* Οὗτος δὲ πᾶς ἦν καὶ λογισμὸς

futurum vocavit. Quamquam id minime propterea fecit philosophus, quod materiam hujus mundi, sive bruta prorsus habeatur & vita omni vacua, sive fictricis cujusdam naturae tantum particeps, Deum esse putaret. Nihil enim *Plato* in Diis haberi voluit, quod anima vacaret. Verum animal esse opinatus est hunc mundum, mente ratione praedita instructum, immo omnium animantium, quae corpore constant & anima, praestantissimum. (*) Οὕτως ἐν δὴ καὶ λόγου τὸν τοῦτον δεῖ λέγειν, τόνδε τὸν κόσμον ζῶον ἔμψυχον ἔννουν τε τῇ ἀληθείᾳ διὰ τὴν τοῦ θεοῦ γένεσιν. *Quocirca, sicut ratio nobis haec probabilis persuadet, dicendum est, hunc mundum animal esse, idque intelligens, re vera divina providentia constitutum.* Hinc ex animali Deus evasit continuo mundus. Quare binos *Platonem* Deos introduxisse, toto licet disjunctos genere, perspicuum est: unum genitum, totam nempe hanc rerum universitatem, in quo inesse mentem judicabat; alterum, cujus providentia mundum esse factum, animantisque ac Dei natura donatum, praedicabat. Qui quidem Deus alius, quam sempiternus atque immutabilis, esse nullo modo potest, ideoque non ad γένεσιν, verum ad οὐσίαν referri debet. Jam, quod ad majores atque nobiliores attinet hujus universitatis partes, solem, lunam, atque stellas, eos veteres quoque, ac in his *Platonem*, suis esse mentibus animatas credidisse, atque in Diis numerasse, dubitatione caret ac controversia. Certe *Plato* sidera dicere θεοὺς δεκτοὺς καὶ ὁρωμένους, *Deos natos atque adspectabiles*, appellat. Quid? quod coelestibus his Diis terram addebant, quam *Plato* Deum sive Deam esse, non dubi-
264 tavit. Qua quidem de re (e) vetusta *Timaei* exempla testantur, quibus *Cicero* & *Proclus* usi sunt. Τὴν δή, τροφὸν μὲν ἡμετέραν, εἰλουμένῳ δὲ ὡς ἐπὶ τὰ πάντες πόλου πυμάτου, φύλακα καὶ δημιουργὸν νυκτός τε καὶ ἡμέρας, ἐμψυχωσάμενον, πρώτην καὶ πρεσβυτάτην θεῶν, ὅσοι ἐντὸς ὀφανοῦ γεγόνασι. *Jam vero terram, altricem nostram, quae tractato axi sustinetur, diei noctisque effectricem, eamdemque custodem, antiquissimam Deorum cohibit esse*

(*) p. 30.

interjectis nonnullis: Διὰ πάντα ἐν ταῦτα τέλειον τόνδε θεὸν ἐγεννήσε. *Sic Deus ille aeternus hunc perfecte beatum Deum procreavit.* Versio *Ciceronis* est.

(e) *Vetusta Timaei exempla*] In nostris, quibus hodie utimur, *Platonis* exemplis hoc in loco, qui *Cap.* 25. *p.* 248. exstat, legitur: πάντων τῶν γεγενημένων σωμάτων. *Cicero* vero, id quod ex Latina eius versione patet, quam hic Graecis addidi, & *Proclus* legerunt: θεῶν. Ita etiam *Chalcidius* legit, qui *Platonis* locum *Comm. in Timaeum p.* 248. sic vertit: *Terram —— antiquissimam & eximiae dignitatis Deam, ex eorum numero, qui intra mundi ambitum continentur, Deorum.* Et hanc ego lectionem alteri receptae credidem omnino praeferendam esse. Etenim, interjectis nonnullis de stellis, ita orationem terminat *Plato*: Ἀλλὰ ταῦτα τὰ ἱκανῶς ἡμῖν· ταύτης δὲ τὰς περὶ θεῶν ἁπάντων καὶ γενῶν αὐτοῖς φύσεως ἴσμεν τέλος. *Sed haec satis sunt dicta nobis; quaeque de Deorum, qui cernuntur, quique orti sunt, natura praefati sumus, habeant hunc terminum.* Quibus ex verbis liquet, terram quoque ab ipso inter Deos illos, qui cernuntur & orti sunt, de quorum quippe generatione differuerat, numeratam esse. Nec aliter *Diogenes Laërtius* legit, qui *de vitis philos. Lib.* III. *Segm.* 75. *p.* 211. inter *Platonis* scita hoc refert: γῆν δὲ πρεσβυτάτην εἶναι τῶν ἐν τῷ οὐρανῷ θεῶν. Simili prorsus ratione, ut omittam alios, *Plotinus Lib.* II. *de dubiis animae Ennead* IV. *Lib.* IV. *Cap.* 22. *p.* 414. Adde his *Ciceronis* locum ex *Libro* I. *de natura Deor. C.* 12. *p.* 2898. *Idem (Plato) & in Timaeo dicit, & in legibus, & mundum* Deum *esse, & coelum, & astra, &* Terram, *& animos, & eos, quos majorum institutis accepimus.* Emendent igitur, si placet, *Platonis* locum Critici. Suspicor ego, lectionem, quam nostri habent hodie codices: γεγόνασι, ex *Timaei Locri de anima mundi Libello* in *Platonem* ab audaciori quodam Critico introductam esse. *Timaeus* nimirum hic *p.* 552. *ed. Thom. Gale* inter *Opuscula veterum mytholog.* de terra haec habet: Πρεσβυτάτη δὲ ἐκείνη τῶν ἐνόντων ἐνταῦθα ΣΩΜΑΤΩΝ. *Antiquissima vero est omnium, quae in hac universitate sunt,* Corpus. Quem in locum quum vir quidam doctus incidisset, secumque reputasset, *Platonem in Timaeo* non tam suas, quem *Timaei illius* anti-

qui

esse eorum, qui intra coelum gignerentur. Hic vel ideo terram in Diis sive animalibus haberi debere, *Plato* existimare videtur, quod ea quotidie circum axem suum convertatur. (*f*) *Plutarchus* vero ex *Theophrasto* narrat, ab eodem, quum senesceret, alteram quoque partem Pythagoraeae disciplinae fuisse adscitam, sic ut terram quoque, stellarum vagarum instar, annuo circa solem spatio volvi, nil dubitaret. Quam qui sequitur opinionem, is terram esse ἓν τῶν ἄστρων, quae (*g*) *Plotini* voces sunt, *stellarum unam*, necesse est, existimet. Hoc si verum est, extrema aetate multo minus quaerere *Platoni* licuit, utrum terra, quam stellarum errantium censebat esse similem, Diis connumeranda sit, nec ne. Lunam certe excludere non potuit, quam *Orpheus* dudum alium esse orbem habitabilem praecepit, quod hi ejus versus, (*b*) a *Proclo* recitati, testantur:

Μήνηδε δ' ἄλλην γαῖαν ἀπείρονα, ἣν τε Σελήνην
Ἀθάνατοι κλήζουσι, βροτοὶ δέ τε Μήνην,
Ἔνθι πολλὰ ὄρεα ἔχει, πολλὰ ἄστεα, πολλὰ μέλαθρα.

Quorum versuum haec est sententia: *Deus, quum mundum fabricaretur, praeter* 265
hanc, quam nos incolimus, terram, aliam construxit vastam & late patentem terram, quam Dii immortales Selenen vocant, at mortales homines Menen seu Lunam. In hac multi sunt colles vallesque, multae etiam urbes atque domus. Atque his adduci *Proclus* sese passus est, licet ceteroquin *Pythagoras* placitis non nimis fuisse videatur deditus, ut lunam esse (*i*) γῆν αἰθερίαν, *terram aetheriam*, diceret. Tantum apud hominem reverentia potuit erga *Orpheum* ejusque dogmata, ex veteri quae superfunt (*k*) memoria.

Praeter haec, ne quid alicujus momenti intactum reliquisse videretur in *Cosmo-*

go-

qui sententias, exponere, nil dubitavit, quin vitium esset apud *Platonem* in vocabulo ἔτι, & loco ejus ex *Timaeo* scribendum esset σωμάτων.

(*f*) *Plutarchus vero*] In *Quaestion. Platonicis* p. 1006. ita de *Platone Plutarchus*: Θεόφραστος δὲ καὶ πρεσβύτερον, τῷ Πλάτωνι πρεσβύτερον γενόμενον μετανοῆσαι, καὶ ἐπιστρέψαι πρὸς τὴν γῆν τὴν μέσην χώραν ἐν τάξει. *Theophrastus porro etiam id narrat, Platonem jam natu grandem poenitentia fuisse ductum, quod terram non suo in loco, sed in medio universitatis, collocasset.* Similia vero in *Vita Numae T.* I. *Opp.* p. 312. perhibet, *Platonem* affirmans postremis vitae annis medium universitatis locum naturae cuidam excellentiori, quam terra est, attribuisse. Haec si vera sunt, id quidem inde licet colligere, *Platonem*, aetate gravem, ignem, quod Pythagoraeos fecisse non ignotum est, in medio mundi loco collocasse, in quo antea terram reposuerat. Nec ego repugnem, si quis nomine excellentioris illius rei, cui *Plato* medium assignavit mundi locum, ipsum omnis lucis & caloris fontem, solem, intelligi debere, existimet. Ita enim maximi nominis Pythagoraeis vitium esse, non ignoro. Illud vero dubito, an ex his *Plutarchi* locis consequatur, *Platonem* eamdem foviisse sententiam, quam recentiori aetate *Nic. Copernicus* renovavit, terram circa solem, stellae instar vagae, moveri, quod inde doctissimus *Cudworthus* elicit. Nam qui e medio mundi loco terram expellit, is non propterea statim in stellis eam errantibus habet, quae solem quotannis obeunt. Metuo, ne vir longe doctissimus etiam hic suarum opinionum amori plus dederit, quam par fuisset.

(*g*) *Plotini voces*] Lege hunc *Libro* II. *de dubiis animae Ennead.* IV. *Lib.* IV. *Cap.* 22. *p.* 414. ubi multis terram & animatam esse, non secus atque stellae, & Deum, disputat. At cave credas, *Plotinum* terram in stellis habuisse: id enim negat *Libro de coelo Ennead.* II. *Lib.* I. *Cap.* 7. *p.* 101.

(*h*) *A Proclo*] *Comm. in Timaeum Platonis Lib.* IV. *p.* 283. Adde, quae idem *Proclus*, *Lib.* V. *p.* 292. differit de hac terra aetheria.

(*i*) Γῆν αἰθερίαν] *Loc. indic. Macrobius Lib.* I. *in Somnium Scipionis Cap.* 11. *p.* 58. *Lunam*, inquit, *aetheriam terram physici vocaverunt, & habitatores ejus lunares populos nuncuparunt: quod ita esse, plurimis argumentis, quae nunc longum est enumerare, docuerunt.* Ad quem locum, quae *Isaacius Pontanus* observavit, legisse juvabit.

(*k*) *Memoria*) Habeo, quae generatim hic moneam,

Digitized by Google

gonia Timaeana Plato, de Deorum quoque poëticorum ortu sive generatione sub nomine daemonum verba facit. *Jovem* intelligo, *Junonem*, *Tethyn* & *Phorcyn*, *Saturnum* & *Rheam*, eorumque similes. Hi vero Dii nulli videntur esse alii, quam reliquae hujus universitatis partes, quibus anima deest, resque naturales, personis atque simulacris veluti Deorum, id quod antea jam animadvertimus, condecoratae atque vestitae. Quod quidem totum negotium a poëtis istis variis commentis plurimisque translationibus, quibus res naturales occultantur, ingeniose obscuratum est. *Plato* quidem, ne (*l*) a civitatis suae legibus aversus diceretur, totus in eo est, ut aliquam his poëtarum de Deorum generatione fabulis auctoritatem comparet. Quamobrem a Divorum eas filiis ad posteros manasse perhibet, quos quidem nemo sanus rerum earum imperitos fuisse dixerit, quae ad parentes suos pertinent. Sed, quod praeclare observavit (*m*) *Eusebius*, homo sine dubio versutus & callidus id, quod probare videtur, reapse irridet. Omnia enim, quae de Diis feruntur, in fabulis atque nugis ab eo numerata esse, id ex eo satis intelligitur, quod ea non modo (*n*) ἀιὰ ἀναγκαίων ἀποδείξεων, *sine necessa-*
266 *riis demonstrationibus*, sed etiam ἀιὰ εἰκότων, *sine probabilibus argumentis*, suscepta atque introducta esse dicit. Ut haec ita sint, hujus tamen fallaciae nihil (*o*) *Proclo* in mentem venit; qui, *Platonem* sine fuco & simulatione loquutum esse, nil dubitans, totam istam Numinum a vatibus confictorum sive daemonum familiam, quos *Plato* memorat, Deos esse censet infra lunam positos, etiamsi *Plato* terrae jam antea mentionem fecerit, atque γενεσιουργοὺς θεοὺς, *Deos generationis auctores*, nominat. Videtur vero animata rerum elementa & principia istis nominibus Deorum significari credidisse. *Jupiter* hinc ipsi non is est, qui multis videtur aliis, Deorum pater & princeps, sed aether tantum animatus: *Junonis* vero nomine aërem animatum indicari, arbitratur. In quem locum delatus, longam satis inchoat disputationem *Proclus*, ut non modo stellas, sed etiam quidquid infra lunam est elementorum & corporum, animatum esse, persuadeat. Εἰ γὰρ ὅλον ὁ κόσμος θεὸς ἔμψυχος ἐστὶν, ἀδύνατον ἦν τὸ συμπληρώσεων αὐτὸν μερῶν ἄνευ καὶ ἀτελοῦς εἶναι· εἰ δὲ καὶ θεῶν πάντων μετέχει καὶ θεοειδὴς, θείαν ἔλαχε φύσιν· εἰ δὲ τοῦτο, καὶ εἰκόνας πάντων ἐμπεπλήκασιν αὐτοῦ· εἰ γὰρ μὴ ὁ κόσμος ἅπασι μέσων ψυχῶν καὶ νόων μετέχει τὸ μὲν ὅλος ψυχῆς καὶ ἓν ὅλος νοῦ, πῶς ἐκεῖ τούτων εἴδωλα τὰ στοιχεῖα; πῶς δὲ πολὺ μᾶλλον ταῦτα ἅπασι δὴ πάντων μέσων τὰ τάξιν μετ-

ἐπ-

neam, nonnulla. (I.) Non invitus concesserim, id, quod huic disputationi fundamenti instar subiicit vir doctissimus, verum esse certa ratione, *Theogonias* veterum nihil esse, quam *Cosmogonias*: modo illud adjiciatur, quod perspicuum est ex *Hesiodo* & aliis, poëtas, a quibus *Theogoniae* illae sunt compositae, philosophorum sententias & veteres historias temere miscuisse, ex ingenio quoque multa utrisque addidisse inepta atque inicepta. Dixi jam hac de re supra. (II.) Illud ipsum vero quemadmodum ex eo probetur, quod *Plato* in *Timaeo*, quum mundi enarrat ortum & fabricam, Deorum simul, quos esse putabat, generationem exponit, equidem aegre intelligo. Neque enim, si quid iudicando valeo, sic firmiter concludere licet: *Plato* Deos simul esse natos narrat, quum nasceretur & a Deo compararetur mundus. Ergo omnes *Theogoniae* veterum fuerunt *Cosmogoniae*. (III.) Neque, si id verum esset, inde statim constaret, veteres huic Deorum generationi & orbis constructioni unum summum Deum praeposuisse. Multos enim eorum, qui *Theogonias* exararunt, in hac fuisse sententia, suspicor, ex fortuita & temeraria rudis & indigestae materiae commotione cum reliqua universa, tum omnem Deorum, quos populi venerabantur, turbam emersisse. Ipse id *Cudworthus* non uno largitur loco. (IV.) Quod vir doctissimus ait, *Platonem*, si extrema aetate crediderit, terram solem circumire motu annuo, non potuisse non fateri, terram Deum esse, id non simpliciter, verum ex *Platonis* scitis & decretis interpretemur, necesse est. Persuasum huic erat philosopho, nullum sine anima motum fieri posse. Omnem vero animam divi-

nae

Digitized by Google

εἰκὸς δὲ μιᾶς ἕκαστον θείας; *Quodsi enim totus mundus beatus quidem Deus est, nulla certe ejus pars aut Deo aut providentia destituta esse poterit. Quodsi vero omnes res Dei sunt & providentiae participes, necesse est, divinam eas naturam habere: & si hoc ita est, certos Deorum esse ordines oportet, illis praesidentium. Quodsi enim coeli, quoniam mente valent & anima, unius illius mentis & animi partem aliquam habent, quidni de elementis idem decernere atque constituere liceat, ea per medios quosdam Deorum ordines unius illius divinitatis esse compotia, quae in toto inest mundo?* Qua etiam adductus fuit sententia, ut paullo ante in veteres quosdam naturae exploratores, qui secus senserunt, vehementer inveheretur, quos ipsum *Aristotelem* sequutum esse censet. Audiamus hominem ipsum differentem: Πολλοῖς δὲ φυσιολόγων ἄψυχα εἰκῇ φερόμενα καὶ ἀπρονόητα τῶνδε τὰ στοιχεῖα νενόμικεν· τὸ μὲν γὰρ θεῖόν τι καὶ ἐν αὐτοῖς τάξιν τινὰ καὶ θεῶν μετέχειν ἀμελήσαι, ἢ ἢ ἥκιστα ὡς πολυμεταβόλων καὶ ἀΐδιον καὶ ἀπρονόητον ἀπολιπεῖν· οἷς ἢ καὶ Ἀλεξίπολις ὕστερον ἐβόᾳσε, ταῖς ἀφανίσιν περιφοραῖς μόνον ἐπιμένοντας τοὺς ἀκινήτους αἰτίους, εἶτ ἐκτὸς εἶεν, εἶτ πλείους, ἄψυχα ἢ τὰ στοιχεῖα τοῦτα καταλείπων. *Multi veterum physicorum elementa animata esse, & providentia quadam regi & gubernari, negarunt. Quamvis enim coelestia corpora propter eximium, quem servant, ordinem mentis & Deorum non esse expertia, professi sint; hunc tamen, qui infra lunam positus est, mundum* (aut genesin) *ultro citroque ferri sine providentia, existimarunt. Atque horum postea vestigia pressit Aristoteles, qui coelestibus tantum orbibus, sive octo, sive pluribus, immobiles praefecit intelligentias, inferiora vero omnia elementa vita & anima vacua reliquit.* Postremo tot licet in *Timaeo* Deos enumeret mundanos *Plato*, quos una cum hoc orbe putat genitos esse, haud tamen, id quod perspicuum est, eos plane praeterit silentio, quibus proprium est *daemonum* vocabulum, quorumque tam frequens alioquin memoria apud eum occurrit. *Proclo* quidem hoc persuasum fuisse videtur; sed qui modo verba statim consequentia attentius intuebitur, is manifestam in illis daemonum reperiet mentionem: (*p*) Ὅσοι φαίνονται, καθ' ὅσον ἂν ἐθέλωσι, θεοί. *Qui toties, quoties volunt, apparent nobis, Dii, aut qui pro lubitu apparere nobis, & vicissim disparere possunt.* Attingit quoque generationem & ortum eorum, quem cum mundi conjungit ortu. Denique, nonnullis interjectis, θεοὺς νέους, *Deos juniores*, salutat eos, quorum hoc ait officium esse, ut res humanas procurent & administrent. (*q*) Καὶ δὴ δώσομεν ὅτι κάλλιστα καὶ ἄριστα τὸ θνητὸν ἀμφιεσμένοι ζῷον, ὅτι μὴ κακῶν αὐτὸ ἑαυτῷ γίγνοιτο αἴτιον.

nae putabat esse originis. Igitur, si terram circa solem moveri censuit, hoc etiam censuerit, oportet, inesse in ea animum, & ideirco Deum aliquem aut divinum quiddam in ea reconditum latere: si quidem constanter & reliquis praeceptis suis convenienter docere voluit.

(*l*) *A civitatis suae legibus*] Ex civitate sua *Libro de legibus* ejicit *Plato*, id quod notum est, propter impietatem poëtarum de Diis fabulas.

(*m*) *Eusebius*] Vid. ejus *Praeparat. evangel. Lib.* II. *Cap.* 7. *p.* 75. 76.

(*n*) Ἄπιστα ἀποφαίνειν] Ipsa haec sunt philosophi verba in *Timaeo Cap.* 26. *p.* 249. Ἀδύνατον δὲ θεῶν γενητῶν ἄπιστον, πειθοῦς δὲ οὐκ ἀνάγκαιον ἀπόδειξιν λέγειν. Quae Cicero ita vertit: *Difficile est, a Diis ortis fidem non habere, quamquam nec argumentis nec rationibus certis oratio eorum confirmatur.* Ii Deorum filii, quibus *Plato* etiam sine rationibus fidem esse judicat habendam, veteres poëtae sunt, qui *Theogonias* conscripsere, quos aliis in locis graviter vituperat, & in civitate ferendos esse negat. Quod vel solum argumento est, ludere hoc in loco & jocari *Platonem*, ideoque tantum Numinum poëticorum mentionem facere, ne impietatis apud magistratus, sicut *Socrates*, accusari posset. Quamquam ex eo id jam satis elucet, quod hunc locum de Diis poëticis non tractat, sed brevissime tantum attingit, nec vel verbo dictarat, quales illos esse putet & cujus naturae generisque Deos.

(*o*) *Proclo*] *Comm. in Timaeum Platonis Lib.* IV. *p.* 287.

(*p*) Ὅσοι φαίνονται] In *Timaeo Cap.* 26. *p.* 248.

(*q*) Καὶ κατὰ) *Ibid. Cap.* 29. *p.* 252.

(*r*) Quae-

ἄριστον. *Ut pro viribus eniterentur, ut, quam optime fieri posset ac pulcherrime, animal istud mortale regeretur: nisi quatenus ipse sua culpa sibi aliquid miseriae* (r) *quaereret.*

267 Atque haec ex *Platonis Timaeo* sufficiant. Sunt vero & alia in scriptis ejus effata, ex quibus idem illud, quod diximus, elucet. Prae ceteris commemorari debet celebris (s) *Libro de legibus decimo* locus, quo *Theogoniae* veterum iterum meminit, eamque impiis quam plurimis & flagitiosis fabulis corruptam & inquinatam esse, conqueritur: Εἰσὶν ἡμῖν ἐν γεγράμμασι λόγοι κεῖνοι, οἱ μὲν ἔν τισι μέτροις, οἱ δὲ καὶ ἀνὰ μέτρων, λέγοντες περὶ θεῶν, οἱ μὲν παλαιότατοι, ὡς γέγονεν ἡ πρώτη φύσις οὐρανοῦ τε καὶ πάντων, προϊόντες δὲ τὰ δεύτερα ἀπὸ πολὺ θεογονίαν διεξέρχονται, γεγράμμοί τε ὡς πρὸς ἀκροατὰς ἡμῖν λεγόμενοι. *Feruntur apud nos sermones partim metro, partim soluta oratione conscripti: quorum antiquissimi primam coeli aliorumque naturam Deorum factam fuisse affirmant, & ab hoc initio progressi, ad Deorum generationem veniunt, quorum etiam commercia & consuetudines narrant.* Hic personam, quam adsciscit alioquin, deponit philosophus. Nam quum alias, quae veteres poëtae de *Theogonia* cecinerunt, (t) ἀκούσεσθαι continere, sive physice exponi debere, doceat, hic aperte totum institutum sibi displicere magnopere, profitetur, quodque Diis humana vitia & perturbationes attribuuntur, id omnem penitus virtutem atque pietatem in animis hominum exstinguere, affirmat. Utcumque est, *Theogoniam* ex mente veterum a *Cosmogonia* nec genere nec tempore differre, ex hoc loco satis intelligitur. Deorum enim generatio nulla hic est, quam coeli generatio, solis, lunae, ceterarumque ejus partium.

Sed non est, cur longius ad hanc rem probandam argumenta conquiramus. Ipsa enim *Hesiodi Theogonia*, quam *Platonem* in primis spectasse, certum est, extra omnem eam controversiam collocat. Is autem *Hesiodus* an princeps hoc de argumento litteris aliquid consignaverit, equidem nescio: at nullum hujus generis scriptum carmine ejus antiquius exstare hodie, id explorate cognitum habemus. (v) Sic igitur ille:

Χαίρετε, τέκνα Διὸς, δότε δ' ἱμερόεσσαν ἀοιδήν·
Κλείετε δ' ἀθανάτων ἱερὸν γένος, οἱ τ' ἔσαν ἐξ
Οἱ γῆς ἐξεγένοντο, καὶ ἐρεμνῆς ἀστερόεντος,
Νυκτός τε καὶ οἳ πόντου, οὓς δ' ἀργυρέη τέκε πόντος.

Σί·

(r) *Quaereret*) Mihi vero *Precli* videtur sententia verior esse, praecipientis, *Platonem* de illis naturis, quas proprie daemones Platonici vocant, nihil in *Timaeo* tradidisse. Nec contrarium probant, quae hic a doctissimo viro afferuntur ex *Timaeo* dicta. Primum enim dictum ad Deos pertinet poëticos, quod, qui *Platonem* attentus inspexerit, confestim intelliget. *Plato* primum de ortu illorum Deorum commentatur, qui in oculos & sensus incurrunt, siderum nimirum, coeli, terrae, & reliquorum. Tum ad eos, quos poëtae cecinerunt, Deos accedit *Cap.* 26. *Jovem*, *Rheam*, *Saturnum*: quos credendum esse ait & exsistere, & certa ratione ortos esse, quoniam antiqui poëtae, quibus, tamquam Deorum filiis, nefas sit fidem derogare, id scriptum reliquerint. His expositis, Deum inducit Deos oratione quadam compellantem. *Hos igitur*, inquit, *omnes Deos, qui vel semper videntur, vel nonnunquam pro iubitu oculis sese nostris offerunt, Deus ita aliquatus est.* Duplex igitur genus esse Deorum, affirmat: alterum eorum, qui semper oculis cernuntur, coelum, stellae, terra; alterum eorum, qui interdum tantum comparent. Hi Dii illi sunt, de quibus ante dixerat, quos fingunt poëtae in terris olim versatos esse cum hominibus, nec raro viris probis & sapientibus manifestos fieri. Nil ergo hic de daemonibus exstat scriptum, nec Dii illi, qui nonnunquam videntur, hi sunt daemones. In altero vero loco *Dii juniores*, quibus summus & altissimus Deus humani generis curam & administrationem committit, pariter sunt, non daemones,

Digitized by Google

Εἴπατε δ' ὡς τὰ πρῶτα θεοὶ καὶ γαῖα γένοντο,
Καὶ ποταμοὶ, καὶ πόντος ἀπείριτος, οἰδμασι θύων.
Ἄστρα τε λαμπετόωντα, καὶ οὐρανὸς εὐρὺς ὕπερθεν,
Οἵ τ' ἐκ τούτων γένοντο θεοὶ, δωτῆρες ἐάων.

Salvete, natae Jovis, date vero amabilem cantilenam. 208
Celebrate quoque immortalium divinum genus, ſemper exiſtentium,
Qui tellure prognati ſunt, & coelo ſtellato,
Nocteque caliginoſa, quos item ſalſus nutrivit pontus.
Dicite inſuper, ut primum Dii & terra facti fuerint,
Et flumina, & pontus immenſus, aeſtu fervens,
Aſtraque fulgentia, & coelum latum ſuperne,
Et, qui ex his nati ſunt, Dii, datores bonorum.

Nihil ſentiat, neceſſe eſt, qui ex hiſce verſibus Deorum generationem non animadvertit *Heſiodo* eamdem eſſe, quem ortum terrae, coeli, ſiderum, fluminum, lacuum, ceterarumque rerum, quae ex his natae ſunt: inter quas nymphas eſſe atque daemones, de quibus alias *Heſiodus* loquitur, veri valde ſimile eſt. Muſis ita, ſicuti vidimus, invocatis, poëta ſtatim a chao, tartaro, & amore, ceu rerum omnium initiis, exorditur: inde, quemadmodum terra & nox ex chao, aether & dies ex nocte, coelum ſtelliferum, montes, lacus, ceteraeque rerum naturae partes exſtiterint, perſequitur. Quae omnia, tametſi Deorum referre videantur ortus, reapſe tamen mundi hujus initia & generationem poëtico ſermonis genere adumbrant. Neque aliter de reliquo carmine ſentiendum eſt; quod ego quidem naturae cauſſas & principia, fictis tecta nominibus, fabulisque occultata poëticis, exponere, perſuaſum prope habeo. Ita dudum is jam cenſuit, cujus antiqua exſtant in *Heſiodum ſcholia*, quorum hoc initium eſt: Ἴσθι, ὅτι ὁ περὶ τῆς Θεογονίας λόγος φυσικὴν ἔχει τῶν ὄντων ἀπαγγελίαν. *Sciendum eſt, tota ſub Theogonia phyſicam rerum declarationem latere.* Ad ſummam: Dii, quos *Heſiodus* canit, partim mundi hujus membra ſunt, quibus animam ineſſe putabant veteres, partim reliquae res naturales, quas licentia carminis perſonarum habitu inducit, Deorumque ac Dearum nominibus minus legitime ac vere (*x*) inſignivit.

Ne-

ſed Dii coeleſtes *Platonis*, ſtellae & ſidera.

(*s*) *Libro*] *Libro de legibus* X. non procul ab initio *p.* 664. Hoc vero loco, quod vir doctiſſimus hic affirmat, non tam acriter in has fabulas invehitur, ſed hoc tantum ponit: propter antiquitatem illas non facile reprehendi poſſe, at nec pro veris nec pro utilibus haberi debere. Multo vehementius vero & liberius iſta de Diis commenta caſtigat *Libro* II. *de republica p.* 430. & in *Euthyphrone p.* 49.

(*t*) Ὑπονοίας] Neſcio, quonam loco id aperte conceſſerit *Plato*, veteres illas fabulas veritatum naturalium imagines & ſimulacra eſſe. Non dubito, quin vir doctiſſimus hunc philoſophi locum, haec ſcribens, in animo habuerit, qui exſtat *Libro* II. *de republica p.* 430. Θεομαχίας, ἔφην, καὶ ὅσας Ὅμηρος πεποίηκεν, ἃ οὐκ ἀποδεκτέον εἰς τὴν πόλιν, οὔτ' ἐν ὑπονοίαις πεποιημένας, οὔτ' ἄνευ ὑπονοιῶν. *Pugnae Deorum, quas Homerus finxit, non ſunt recipiendae in civitatem, ſive allegorias contineant, ſive careant arcanis ſenſibus.* Hoc vero in loco non affirmat *Plato*, ſenſus occultos in his pugnis Deorum latere reconditos, ſed rem omnem in medio relinquit.

(*u*) *Sic igitur ille*) *Theogoniae vſ.* 104. *ſ. p.* 19. *ed. Clerici.*

(*x*) *Inſignivit*] Non totam hic exhaurit vir eximius *Heſiodi Theogoniam.* De qua licet aliquoties jam ſententiam dixerim, & alio loco copioſius differere conſtituerim; non poſſum tamen, quin eorum, quae hic dicta ſunt, illuſtrandorum cauſſa ſignificem, eſſe in hoc carmine tria diſtingue-

Digitized by Google

Neque vero ſolos ita Graecos fortaſſe de ortu hujus mundi ſenſiſſe, putandum eſt. Eadem opinio in reliquorum populorum, quos barbaros appellavit Graecia, inhaeſit animis. Cuncti generationem mundi Deorum eſſe generationem judicaverunt, ſeu, quod idem eſt, mundum ipſum variasque ejus partes pro Diis habuerunt. De Perſarum Magis *Diogenes Laërtius* haec ſcripta reliquit: (*) Διαφέρειν δὲ τὴν τῶν θεῶν τε καὶ γενέσεως, ἐξ ὧν καὶ πῦρ εἶναι καὶ γῆν καὶ ὕδωρ. *Eos de Deorum ſubſtantia & ortu varia differere, quos & ignem terramque & aquam eſſe arbitrentur.* (y) Ergo hi, quod *Proclum* etiam feciſſe, paullo ante vidimus, elementa animata Deos eſſe, putarunt, atque Deos hos una cum ipſo mundo certo tempore exortos atque genitos eſſe, nil dubitarunt. Veteres Aegyptios non modo mundum ſtato tempore natum credidiſſe, ſed etiam ſoli, lunae, ceterisque naturae partibus divinos honores arroguſſe, praeter eumdem *Laërtium*, lecuples auctor *Diodorus* eſt. Novi, eumdem *Diodorum* de nonnullis Aegyptiorum Diis ſcribere: οἱ μὲν ἀΐδιον ὑπάρχειν, *eos aeternam habere generationem.* (z) (†) Verum hos ego Deos nullos opinor eſſe
269 alios, quam coeleſtia Numina, ſolem, lunam, & ſtellas, quibus ideo aeternitatis tribuiſſe gloriam videtur, ut a ceteris eos heroibus ſive ſemi-Diis, quos hominum opinio in coelum extulit, ſecerneret. Horum enim poſtea naturam his verbis explicat: Οἱ θνητοὶ ὑπάρξαντες, διὰ δὲ τὸ σύνεσιν καὶ κοινὴν ἀνθρώπων εὐεργεσίαν παρὰ πάντων ἀθανασίας. *Hi natura quidem ſunt mortales, ſed propter animi ſolertiam & beneficentiam erga homines univerſos immortalitatem adepti ſunt.*

Haec qui attentus ſecum expenderit veterum teſtimonia, is, nil equidem dubi-

(*) In Prooem. p. 2. (Segm. 6. p. 5. ed. Meibom.)

(†) In Perſarum ſacrificiis μάγου δέ τινος παρεόντος ἐπαοιδὴ θεογονίη, Magorum quidam adſtans Theogoniam (i. e. Cosmogoniam) aecinit. *Herodotus* Clio n. 132. (Lib. I. p. 55.)

guenda, nec ullo modo inter ſe confundenda: (I.) Veterem Graeciae hiſtoriam, quam, niſi totus fallor, poëta ſemper cum ſcitis aetatis ſuae phyſicis componit. Ad hanc e. c. quae de *Jove* & *Saturno* narrat, pertinent; tametſi & in his philoſophiae antiquioris de ortu hominum veſtigia appareant. (II.) Dogmata & decreta veterum ſapientiae profeſſorum de rerum omnium ortu, de primorum hominum ſtatu & generatione, aliaque. (III.) Poëtae ipſius commenta & figuras, verbi cauſſa, quae de *vi*, *robore*, *praelio*, & aliis poëta canit, ea vident omnes rerum eſſe nomina, quibus habitus perſonae licentia poëtica impoſitus eſt. Atque hic poëtarum mos de rebus & naturis animа vacuis, tamquam de perſonis, differendi turbam Deorum apud imperitos mirifice amplificavit & auxit. Exempla forte alias dabo.

(y) *Ergo hi*] Luculentior eſt, ex quo id patet, apud *Herodotum* locus *Hiſtor. Lib.* I. *Cap.* 131. *p.* 55. Θύουσι δ' ἥλιῳ τε καὶ σελήνῃ καὶ γῇ καὶ πυρὶ καὶ ὕδατι καὶ ἀνέμοισι· τούτοισι μὲν δὴ μούνοισι θύουσι ἀρχῆθεν. *Perſae ſoli lunaeque ſacrificant, & telluri, igni, aquae, atque ventis: hisque ſolis ſacra faciunt jam inde ab initio.*

(z) *Verum hos ego*] Non erat, cur hoc timidius, non ſecus ac ſi conjiceret tantum, *Cudworthus* affirmaret. Nihil enim certius, ſi *Diodoro* fides habenda ſit. Namque is *Biblioth. hiſtor. Lib.* I. *Cap.* 11. *p.* 10. vetuſtiſſimos Aegyptios primum ſolem & lunam pro Diis aeternis & coeleſtibus habuiſſe, tum in eumdem numerum ſpiritum, ignem, terram, oceanum, aerem congeſſe, perhibet. De quibus Diis poſtquam diſſerit, *Cap.* 13. *p.* 12. ita orationem claudit: ἅπαν δὲ τὸν ἐν ἅπασι θεὸν καὶ τοὺς ἀϊδίους ἰσχύσαντας τοῦτον τὸν τρόπον Αἰγύπτιοι. Hic *Dii ſempiternum ſpatium ſortiti* illa ſunt Numina, quae cum ipſo mundo ſunt orta & genita. Tum ad terreſtres accedit Aegyptiorum Deos, quorum aliquos reges fuiſſe dicit.

(a) *Apud Ciceronem*) *De natura Deor. Lib.* III. *Cap.* 13. *p.* 3075. *T.* IX. *Opp.*

(b) *Ariſtoteles*) *Libro de coelo* I. *Cap.* 10. *p.* 632. *T.* I. *Opp.* Πάντων μὲν οὖν (τὸν οὐρανὸν) ἀεὶ τὸν αὐτὸν εἶναι φατέον. *Omnes coelum ſeu mundum affirmare factum eſſe.* De *Platone* ſigillatim *extremo capite hoc* id affirmat.

(c) *At qui ex recentioribus*) Videndus eſt praeceteris *Proclus in Timaeum Platonis.* Nihil antiquius erat Platonicis hiſce recentioribus, quam ut concordiam inter omnes antiquos philoſophos efficerent, quo Chriſtianis occurrerent, qui contra

to, quin a virorum ceteroquin doctiſſimorum diſceſſurus ſit ſententia, qui omnes veterum de Deorum ortu fabulas de heroibus ſive ſemi-Diis capiendas eſſe unice, arbitrantur, neque quemquam veterum Deorum in illis locum accepiſſe, ſuſpicantur, praeter eos, quos *Cotta* (*a*) apud *Ciceronem Deos mortalibus natos matribus* vocat, qui, quum homines eſſent *humano more geniti*, mortalium opinione coelitibus aggregati ſint. Tanta enim eſt *Theogoniae* veterum amplitudo, ut omnes veterum inferiores Deos ambitu ſuo contineat, quorum aliquos ſpectabilis hujus mundi partes animatas eſſe, ſolem, lunam, ſidera, terram, docuimus. Ex quibus efficitur, *Theogoniam* antiquitatis aut ipſam eſſe *Cosmogoniam*, aut ejus ſaltim partem. Sed haec tamen non impediunt, quo minus veterum de Diis narrationibus & fabulis multum ex antiqua hiſtoria heroumque rebus geſtis admiſtum eſſe, auctoresque earum phyſicam cum hiſtoria perpetua colligatione contexuiſſe, fatear.

His explicatis, proximum eſt, ut oſtendam, quae de mundi ac Deorum ortu tradiderunt veteres, ſic eſſe interpretanda: Mundum una cum Diis certo tempore ἐκ μὴ ὄντων factum eſſe, ſeu, quum antea non eſſet, certo tempore exſiſtere coepiſſe. Id ut obtineam, hoc velim in primis animadverti, id quod inferius copioſe demonſtrabitur, neminem olim ſapientiorem inter gentes exſtitiſſe, qui rerum univerſitatem ex chao prodiiſſe, ſtatueret. Atque (*b*) *Ariſtoteles* ante ſe nullum teſtatur dubitaſſe, mundum hunc certo tempore coepiſſe, ſigillatim vero *Platonem* hujus vindicem ſententiae fuiſſe, perhibet. (*c*) At qui ex recentioribus *Platonis* amplexi ſunt diſciplinam, in eam plerique omnes incubuerunt diligen- 270
tiam,

verſias & rixas veterum ſapientum ſolebant irridere, nec poſtremo in illis argumentis loco numerare, ob quae ſpernendam eſſe philoſophiam pugnabant. Lege, quae hac de re ſcripſi in *Diſſ. de turbata per recentiores Platonicos eccleſia.* Itaque, quum *Ariſtoteles* pro aeternitate ſtetiſſet mundi, ipſique hoc dogma ejus certis de cauſſis, de quibus paullo poſt, ſuum feciſſent, conſentaneum erat inſtitutis eorum, omni ope in eo elaborare, ut *Plato*, quo neminem de rebus a conſpectu hominum remotis ſapientius decreviſſe cenſebant, idem plane ſenſiſſe videretur. Ipſi vero, ſi quis rem diligenter expendat, nec *Ariſtotelis* omnino amplectebantur ſententiam, nec *Platonis*, ſed peculiarem quamdam & ſibi propriam fovebant opinionem. Mundum nimirum opificium quidem eſſe tuebantur Dei, quod nusquam *Ariſtotelem* aſſeveraſſe conſtat, verum aeternum, nec ullum unquam fuiſſe tempus, quo Deus illum non condidiſſet, ſeu, ut idem aliis explicem verbis, quibus *Ammonius* hac in cauſſa apud *Zachariam Mitylenaeum Dialogo de opificio mundi p.* 229. utitur, Θεὸν ἴδιον ποιητικὸν ἀΐδιον, τὸν δὲ κόσμον ἀΐδιον γενόμενον, *Deum aeternum eſſe effectorem, mundum vero ab aeterno factum.* Atque hoc *Zacharia*, ut id praetereundo moneam, nemo veterum ſcholae illud recentioris Platonicae dogma vel luculentius expoſuit, vel fortius profligavit. Sunt in ipſis generis hujus de Deo & rebus divinis praeceptis, quae poſcunt, ut ita quis de mundo & ejus ortu ſentiat, ſi aſſentiri velit illis: qua de re alias. Nunc id tantum moneo, veri eſſe ſimillimum, ut in hanc ſententiam ita ſecta ingrederetur, cum disputationibus Epicureorum contra veteres Platonicos, tum metu, ne Chriſtiani vincerent, ſi concederetur certo tempore mundus eſſe generatus, effectum eſſe. Epicurei quanto ſtudio & *Platonis* de mundo certo tempore a Deo condito ſententiam oppugnaverint, *Velleji* vel maxime apud *Ciceronem de natura Deor. Lib. I. Cap. 9. p.* 2891. oratio oſtendit, qui: *Ab utroque*, inquit, *ſciſcitor, cur mundi aedificatores repente exſtiterint, innumerabilia ante ſaecula dormierint —— Iſto igitur tam immenſo ſpatio, quaero, cur Pronoea veſtra ceſſaverit. Laboremne fugiebat? At iſte nec attingit Deum, nec erat ullus, quum omnes naturae Numini divino —— parerent. Quid autem erat, quod concupiſceret Deus mundum ſignis & luminibus, tamquam aedilis, ornare? Si, ut Deus ipſe melius habitaret; antea videlicet tempore infinito in tenebris, tamquam in gurguſtio, habitaverat.* Importunos igitur ut diſputatores hos effugerent, qui multum antiquioribus Platonicis moleſtiae exhibuerant, mutandam ſibi eſſe hac in parte veterem diſciplinam juniores Platonici, decernendumque, Deum ex omni aeternitate mundum condidiſſe, rati ſunt. Chriſtianis vero, ſi hoc iliis daretur, Deum & materiam per innumerabilia ſaecula diſjuncta fuiſſe, quamvis utraque ex infinito exſtitiſſent tempore, perſpiciebant facile viam patefactam iri dogma ſuum de mundo ex nihilo a Deo condito faci-

tiam, ut contrariam ex *Timaeo* ejus elicerent ſententiam. Quos, dudum eſt, quod *Plutarchus* jam reprehendit, cujus ipſa verba juvat ſubjicere: (*) Οἱ πλεῖστοι τῶν χαυλίων Πλάτωνι, φεύγουσι καὶ δεδιασιν, ἅπτεσθαι καὶ ἐπιβαίνειν, ὡς δεινὸν καὶ ἄρρητον εἰσβάλλοντες εἰς τελεταλίπειαν καὶ ἀθεότητα, τὴν τε ἔκκαυσιν τὴν τε τοῦ ψυχροῦ αὐτῶ ἥψεσιν καὶ σύπασιν, ὧν ἐξ ἀϊδίου συμπεσόντων, καὶ τὸ ἄτακτον χάος ἔσχε βίας ἐχθίων. *Plerique Platonis ſectatores vehementer timent, atque aegre ferunt, omniaque moliuntur, vique pervertunt Platonem, exiſtimantes, tamquam flagitioſam & infandam ſententiam illam occultandam eſſe, quae mundum non ſecus, atque animam ejus generatam eſſe, neque ex infinito tempore exſtitiſſe talem, qualis nunc eſt, ſtatuit.* Ego vero, quidquid illi contenderint ingenio, neminem ita fore hebetem, arbitror, ut, ſi modo *Timaeum* inſpexerit, difficulter intelligat, *Platonem* nihil ſibi rei voluiſſe cum illis, qui mundum initio carere credunt, atque certo eum tempore conditum exiſtimaſſe. (*d*) In ipſo libelli exordio haec duo in diverſis ac contrariis generibus ponit, τὸ ἀεὶ ὄν, *id, quod ſemper eſt*, & τὸ γένεσιν ἔχον, *id, quod genitum ſive factum eſt.* Mundum igitur quum deinceps affirmet eſſe genitum, fieri nullo modo potuit, ut eum ſempiternum eſſe duceret. Ipſam deinde quaeſtionem, cujus res hic agitur, tam apte tamque expedite propoſuit, ut nihil, quo confugiant, reliqui fecerit illis, qui aliter cum, ac ſenſit, ſentiſſe velient. Πότερον ἦν ἀεὶ, γένεσιν οὐδεμίαν ἔχων ἀρχὴν ἔχων ἀδεμίαν, ἢ γέγονεν, ἀπ' ἀρχῆς τινος ἀρξάμενος; *Semperne fuit mundus, nullo generatus ortu, an ortus eſt ab aliquo temporis principatu?* Cui quidem aperte ita reſpondet quaeſtioni: γέγονεν, *factus eſt, aut coepit.* His in primis accedit quod ipſum quoque tempus aliquando initium habuiſſe aut conditum eſſe, diſertis affirmat verbis: (*e*) χρόνος δ' ὢν μετ' οὐρανοῦ γέγονεν, ἵνα ἅμα γεννηθέντες ἅμα καὶ λυθῶσιν, αἴ ποτε λύσις τις αὐτῶν γίγνηται. *Tempus vero coelo aequaevum eſt, ut una orta una etiam diſſolvantur, ſi modo diſſolvi ratio fasque patiatur.* Taceo id, quod pariter ſine ullo praecipit circuitu, materiam confuſiſſime commotam fuiſſe, antequam mundus hic tam recte atque eleganter compoſitus produceretur: (*f*) Πᾶν, ὅσον ἦν ὁρατὸν, σύμπαν, οὐχ ἡσυχίαν ἄγον, ἀλλὰ κινούμενον πλημμελῶς καὶ ἀτάκτως εἰς τάξιν αὐτὸ ἤγαγεν ἐκ τῆς ἀταξίας. *Quidquid erat, quod in cernendi ſenſum caderet, id ſibi aſſumſit, non tranquillum & quietum, ſed immoderate agitatum & fluctuans, idque ex inordinato in ordinem adduxit.* Quibus verbis id ipſum, quod omnes olim ſentiſſe gentes verae religionis expertes, paullo ante notavimus, profitetur, mundum hunc ex chao extractum & conſtructum eſſe. Quodſi vero auctoritatibus hac in cauſſa agendum ſit, equidem *Ariſtotelem* arbitror multo fuiſſe aptiorem ad *Platonis* diſciplinam dictionemque recte percipiendam, atque ulli ex recentioribus Platonicis, quorum aetatem aliquot *Plato* ſaeculis ſuperat. Quamquam non ſolus nobis ad teſtimonium dicendum *Ariſtoteles* adeſt, ſed & alii. Nam ut (*g*) *Philonem* omittam Judaeum, (*h*) *Plutarchus* & *Atticus*, uterque Platonicis imbutus praeceptis, nec non (*i*) *Alexander Aphro-*

(*) De Pſychogonia Platon. p. 1013.

lius defendendi, & in animos hominum introducendi. Ergo, ne id fieret, Deum & materiam ſempiterno & indiſſolubili veluti copulabant vinculo.

(*d*) *In ipſo exordio*] Cap. 12. p. 235.

(*e*) Χρόνος δ' ὢν] Cap. 21. p. 245. Verſio *Chalcidii* eſt. Ceterum haec *Platonis* de ortu temporis verba in primis etiam urget contra Platonicos juniores *Zacharias Mitylenaeus Dial. de opificio mundi* p. 189.

(*f*) Πᾶν, ὅσον] *Timaei Cap.* 14. p. 237.

(*g*) *Philonem*] *Libro, quod mundus ſit incorruptibilis*, p. 941. *Opp.* Ex quo loco patet, eum tum fuiſſe in Aegypto, qui ita *Platonis* interpretaretur.

Digitized by Google

Aphrodiſius, homo nulli ex Peripateticis ingenio cedens, ſecundum nos judicant.

His quod opponant teſtimoniis, qui *Platonem* aliter docuiſſe ferunt, nihil ha- 271
bent, praeter duos ejus ex *tertio* & *ſexto de legibus Libro* locos. Altero horum locorum philoſophus *Cliniam* & hospitem Athenienſem ſic de rerum publicarum originibus inducit colloquentes: (*) Πολιτικὰς δ' ἀρχὰς πῶς πόλεις φαμὲν γεγονέναι; ΚΛ. Λέγεις δὲ, πόθεν; ΑΘ. Οἶμαι μὲν ὅσα χρόνου μήκους τε καὶ ἀπειρίας καὶ τῶν μεταβολῶν ἐν τῷ παντὶ· ΚΛ. Πῶς λέγεις; ΑΘ Φέρε, ἀφ' ὧν πόλεις τ' εἰσὶ καὶ ἄνθρωποι πολιτεύμενοι, δοκεῖς ἄν ποθὲ καταυτὰ χρόνου πλῆθος, ὅσον γέγονεν; ΚΛ. Οὐκοῦν ἄπειρόν γε ἀδαμῶς· ΑΘ. Τόδε γε ὡς ἄπειρον τὸ ἀμήχανον ἂν εἴη ΚΛ. Παίνυ μὲν οὖν τοῦτό γε. ΑΘ Μῶν γε ἂν ἃ μύριαι μὲν ἐπὶ μυριάσιν ἡμῖν γεγόνασι πόλεις ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ, καὶ τὰ αὐτὰ ἢ ἃ πλείους λέγειν σπάνις ἐφάπτεται, πεπολιτευμένα δ' αὖ πάσας πολιτείας πολλάκις ἑκάστας· καὶ τότε μὲν ἐξ ἐλαττόνων μείζους, τοτὲ δ' ἐκ μειζόνων ἐλάττους, καὶ χείρους ἐκ βελτιόνων γεγόνασι, καὶ βελτίους ἐκ χειρόνων; *Civilis autem diſciplinae quodnam fuiſſe initium dicemus?* CL. *Undenam dicis?* ATH. *Rem equidem, a longo & infinito tempore, variisque rerum in eo mutationibus.* CL. *Quo pacto id ais?* ATH. *Age, dic, ſi habes, ex quo urbes civilesque inſtitutiones homines coeperunt, quantum temporis ſpatium praeceſſerit.* CL. *Nequaquam id facile.* ATH. *Infinitum utique hoc & impoſſibile cogitatu.* CL. *Sic eſt omnino.* ATH. *Nonne innumerae in hoc tempore conditae ſunt civitates, totidemque deſtructae, quae omni civilis vitae conditione paſſim uſae ſunt, factaeque modo majores e minoribus, modo minores e majoribus, pejores quoque ex melioribus, & contra ex pejoribus meliores?* Verum hic ſi *Plato* temporis praeteriti infinitatem inculcare voluit, hoc nobis concedant, neceſſe eſt, quibuscum certamen nobis hic eſt, *Platonem* aetate gravem, quum *Commentarium de legibus* conſcriberet, priſtinam deſeruiſſe ſententiam, quam, *Timaeum* componens, olim tenuerat. Hoc vero ſi feciſſet, ipſa quidem ab homine flagitaſſet ratio, ut iſtam animi mutationem hoc loco indicaret: quod tamen minime fecit. Dicam, quod res eſt. *Proclus*, qui vocem ἀπειρία urget, ut *Platonem* hoc in loco docuiſſe demonſtret, infinitum praeteriiſſe tempus, ſententiam mihi philoſophi videtur pervertiſſe. Credo ego, hoc unum ſignificare *Platonem* velle: tantum a mundi ortu temporis effluxiſſe, quantum nullius mortalium ingenium exputare queat aut comprehendere, eo quod, id quod hoc ipſo addit loco, hominum genus aliquoties abſumtum prorſus, variisque terrarum orbis converſionibus, commemorabili praeſertim totius mundi eluvione, quae contigerit olim, exſtinctum ſit. Videamus nunc alterum ex *ſexto de legibus Libro* locum: (†) Ἡ τῶν ἀνθρώπων γένεσις ἢ τὸ παράπαν ἀρχὴν ἐδεμίαν εἴληχεν, οὐδ' ἕξει ποτέ γε τελευτὴν, ἀλλ' ἦν τε ἀεὶ, καὶ ἔσται πάντως· ἢ μήκος τι τῆς ἀρχῆς, ἀφ' ὧν γέγονεν, ἀμήχανον ἂν χρόνου, ὅσον γεγονὸς ἂν εἴη. *Hominum generatio vel nullum prorſus unquam initium habuit, nec terminum habitura eſt, ſed fuit omnino ſemper, & erit: aut, ſi coepit, inaeſtimabili jam ante nos temporis magnitudine coepit.* Hoc philoſophi dictum prius illud non mediocriter illuſtrat. Fallor enim, aut concludede-

(*) P. 676. ed. Steph. (p. m. 585. ed. Ficini.) (†) P. 781. (p. m. 625.)

rentur ſententiam, quemadmodum recentiores poſtea Platonici fecerunt: quibus *Philo Ariſtotelis* in primis auctoritatem opponit.

(*h*) *Plutarchus & Atticus*] Ille *Libro de animae procreat. ex mente Timaei p.* 1013. 1014. *T.* II. *Opp.* hic in excerptis nonnullis, quae *Euſebius* ſervavit *Praepar. evangel. Lib.* XV. *Cap.* 6. *p.* 801.

(*i*) *Alexander Aphrodiſius*] *Comm. in Libros Metaphyſ. Ariſtotelis p.* 181. *ed. Lat. Pariſ.* 1506. *fol.* Iis auctoribus, qui hoc dedecus a *Platonis* memoria depellere ſtuduerunt, ex ipſis Platonicis *Hieocles*, de quo infra, ex Chriſtianis doctoribus *Zacharias Mitylenaeus*, *Auguſtinus*, nec pauci alii, ſi res id flagitaret, adjungi poſſent.

Digitized by Google

dere nobis licet, ἄπειρόν τι καὶ ἀμήχανον in illo hanc minime vim habere, ut tempus immensum omnisque expers initii significet, sed tale tantum designare tempus, cujus initium tantopere remotum a nobis est, ut nullius id cogitatio & ingenium valeat consequi. Hoc enim loco vox ἀμήχανον haud dubie hoc sensu capitur. Sic igitur existimo: *Plato*, quum canescceret, *Libram*que *de legibus* in litteras referret, mundum quidem coepisse aliquando, nil dubitavit, verum ortum ejus infinito paene intervallo a nostris distare temporibus credidit: aut forte, quo importunis *Aristotelis* aliorumque clamoribus contra *Timaeum* occurreret, opinionemque hoc libello propositam de mundi novitate invidia quodammodo liberaret, tutius fore duxit, si ista ratione loqueretur, mundique annos ad calculos haud revocari posse, (*k*) decerneret.

272 Hoc vero loco illud in memoriam revocari velim, quod aliquoties significavimus, nihilque omnino controversiae habet, fuisse inter eos, qui tam Deorum, quam mundi olim ortum crediderunt, homines ab omni religione Deique cognitione aversos. Voce nimirum *Deus* genus hoc non uno modo abutebatur. Quidam, in quibus *Anaximander* fuit, mundos inanimos, ex materia sensus omnis experte paullatim genitos, & in eamdem revertentes, Deos dixerunt. Alii, ad quos *Anaximenes* & *Democritus* pertinent, esse quidem non inficiati sunt animalia naturasque intelligentes homine nobiliores, verum eas & nasci & perire, haud aliter quam homines, censuerunt: atque his illi naturis Deorum imponebant vocabulum. De *Anaximene* nominatim (*l*) *Augustini* exstat testimonium, quod subjiciam: *Anaximenes omnes rerum causas infinito aëri dedit, nec Deos negavit, an tacuit: non tamen ab ipsis aërem factum, sed ipsos ex aëre ortos, credidit.* Igitur hi omnes Deos, ne uno quidem excepto, & natos esse, & interire putabant posse, neque ullum sibi θεὸν ἀγένητον, aut naturam quamdam consilii compotem, ac per se ex aeternitate existentem, obtrudi patiebantur. Rerum vero omnium principium, quod solum originis expers esset, unam esse censebant materiam, vita & sensu omni vacantem. Quam qui sequuntur opinionem, illi nullo prorsus pacto locum aliquem in Dei professoribus tueri possunt. Haec vero minime sic velim intelligi, ac si omnes, qui Deos esse genitos quondam docuerunt, cum Dei & religionum irrisoribus componi debeant. Sicut enim non omnes, qui mundi olim ortum professi sunt, idcirco etiam divinam esse naturam crediderunt: ita quoque inter eos, qui Diis initium tribuerunt, exstiterunt nonnulli, qui, tametsi omnes inferiores mundanosque Deos aliqua ratione conditos aut genitos esse crederent, unum tamen simul supremum Deum asserucrunt, a quo omne principium omnemque removebant originem, (θεὸν ἀγένητον καὶ ἀυτοπάτορα) & a quo ceteros omnes esse Deos or-

(*k*) *Decerneret*] Sapientis est, quid philosophus aliquis de natura rerum senserit, ex istis ejus libris aestimare, quibus dedita opera naturalem persequutus est scientiam, non vero ex illis, in quibus de re civili praecepit, aut alia exposuit. *Plato* igitur quum in *Timaeo* maxime dogmata sua de rebus naturalibus exposuerit, ex hoc libello fas est eas addiscere, non vero ex *Libris de legibus*, aut aliis: nec, si in aliis forte libris nonnulla ipsi excidissent, quae *Timaeo* repugnare viderentur, licentia inde nobis nasceretur *Timaeum* perverteudi, & ita explicandi, ut istis dictis conveniens fore arbitramur. Contra, quae in aliis libris de rebus physicis dicta sunt, nisi res ipsa secus fieri jubeat, ad eorum normam sunt exigenda, quae in *Timaeo* disseruit. Contrariam plane viam ineunt recentiores Platonici: quippe qui ex *Libro de legibus*, & aliis, quibus rerum naturalium praetereundo meminit *Plato*, nonnulla eruunt dogmatibus suis primo aspectu amica, & ad horum deinde rationem & sensum *Timaeum* totum componunt.

(*l*) *Augustini*] *De civitate Dei Lib.* VIII. *Cap.* 2.

Digitized by G

ortos ducebant. Qui sic inter *Theogoniarum* conditores senserunt, illi, quo a ceteris discernantur, quos impietatis adversus Deum postulavimus, non male *divini* appellari possunt.

Atque his divinis *Theogoniae* assertoribus *Platonem* esse connumerandum, equidem manifestum esse arbitror. Si qui forent, quibus haec res minus expedita videretur, eos loci, quos supra ex *Timaeo* attulimus, abunde refellerunt. Quibus tamen dictis, ne quis minus sibi satis esse factum conqueratur, duos hic addemus alios. (*m*) Alter exstat *p.* 34. atque sic se habet: οὗτος δὴ πᾶς ὁ ἀεὶ λογισμὸς θεὸν περὶ τὸν ἐσόμενον θεὸν λογισθείς· Ὁ in hoc loco, uti scripsimus, legendum est, quod etiam *Aldus* expressit, non vero ὅπως, ut *Stephanus* legit, qui *Ficini* editionem temere secutus est. Neque aliter, quod ex hac ejus versione patet, *Cicero* hunc locum legit: *Haec Deus is, qui semper erat, de aliquando futuro Deo cogitans, laevem eum effecit & undique aequabilem.* Post quae verba sic statim versio *Ciceronis* pergit: *Sic Deus ille aeternus hunc perfecte beatum Deum procreavit.* Binos, id quod evidens est, hic *Plato* Deos commemorat, unum genitum, sive mundum animatum, quem alias θεὸν γενητὸν vocat, alterum aeternum, seu *innatum & infectum Deum*, a quo mundus genitus & procreatus sit. Rectius fortassis rem illis efferemus loquendi modis, quos proprios sibi *Plato* voluit. Unum inducit Deum, qui ad γένεσιν referri debet, seu caput naturae illius, quam generationem vocat. Hic, quum nihil sine caussa possit exsistere, ortus atque genitus sit oportet ex caussa quadam. Alterum nominat Deum, qui vere atque proprie οὐσία est, *natura immutabilis.* Hic alterius Dei sive naturae rerum procreator est, omnibusque idcirco rebus initium attulit. Alterum videamus locum, (*n*) qui *p.* 41. *Timaei* legitur: Ἐπεὶ οὖν πάντες, ὅσοι τε περιπολοῦσι φανερῶς, καὶ ὅσοι φαίνονται, καθ' ὅσον ἂν βούλωνται, θεοὶ, γένεσιν ἔσχον, λέγε πρὸς αὐτοὺς ὁ τόδε τὸ πᾶν γεννήσας· τοῖς, θεοὶ θεῶν, ὧν ἐγὼ δημιουργὸς πατήρ τε ἔργων, ἃ δι' ἐμοῦ γεγένηται. *Quando igitur omnes, & qui moventur, palamque se ostendunt, & qui eatenus nobis declarantur, quoad ipsi volunt, creati sunt, tum ad eos is Deus, qui omnia genuit, fatur haec: Vos, qui Deorum satu orti estis, attendite: quorum ego operum parens effectorque sum, quae per me facta.* In his ego verbis voces θεοὶ θεῶν, etsi non ignorem, ad alias *Proclum* conjecturas propendere, *Ciceronem* praeclare reddidisse opinor: *Dii, qui Deorum satu orti estis.* Isti vero Dii, quorum progenies hi Dii procreati, sive animatae stellae daemonesque dicuntur, non dubito, quin ἀΐδιοι illi θεοὶ, sive *sempiterni Dii* sint, quorum alio *Timaei* loco mentionem *Plato* injicit, quando mundum vocat (*o*) τῶν ἀϊδίων θεῶν γεγονὸς ἄγαλμα, *factum seu genitum Deorum aeternorum simulacrum.* Neque (*p*) *Ciceronem* ego aliter esse capiendum arbitror, quum mundos a Diis seu consilio Deorum esse factos ait, quam de his ipsis Diis, 273

2. *p.* 147. *T.* VII. *Opp.* Lege de hoc *Augustini* loco *Observationes Halens. Tom.* II. *Obs.* XIX. *p.* 440.

(*m*) *Alter exstat*] *Timaei Cap.* 18. *p.* 241.

(*n*) *Qui p.* 41.] *Timaei Cap.* 26. *p.* 249. Versio *Ciceronis* est.

(*o*) τῶν ἀϊδίων] Haec verba in *Timaeo* exstant *Cap.* 21. *p.* 245. *f.* At non de ipso mundo, sed de anima mundi praedicantur, quod orationis contextus ostendit. *Chalcidius* ita ea vertit: *Factum a se simulacrum immortalis divinitatis.* Ἀΐδιοι θεοὶ hoc in loco sunt aeterna rerum simulacra seu species, quas recentiores Platonici θεοὺς νοητοὺς vocant. Deum enim *Plato* in hoc libello ubivis docet mundum & animam mundi ad aeternum quoddam exemplum comparasse & construxisse. Illustrat hunc locum id, quod in extremo hoc libello (*p.* 502. *Opp.*) mundus ipsi dicitur εἰκὼν τοῦ νοητοῦ θεοῦ, *imago Dei intelligibilis.* Mundum nimirum Deum esse censebat. Igitur & aeternum mundi exemplum Deum vocare debebat, eumque, quoniam mente tantum & cogitatione comprehenderetur, νοητὸν.

(*p*) *Ciceronem*] Nescio, quibusnam locis *Ci-*

Digitized by Google

Diis. Cujus vero naturae ſint hi ſempiterni, quos *Plato* vocat, Dii, qui ſectatoribus ejus θεοὶ ὑπερκόσμιοι, *Dii ſupramundani*, dicuntur, ſi quis ſciſcitetur, diſtincte reſpondendum eſſe, arbitror. Vox γένητος, ſi preſſe & anguſte definiatur, ex ſententia *Platonis* & *Ariſtotelis* deſignat procreationem rerum ἐξ οὐκ ὄντων, certo tempore factam. Quam qui recipit notionem, eum omnes illos Deos ἀγενήτους decet vocare, eo quod nullo non tempore fuerint, neque eſſe aliquando coeperint. Sed ideirco tamen *Plato* non omnes etiam putavit αὐτοφύεις & αὐθυπάρκτους, naturas eſſe ex nulla re alia ortas ac per ſe conſtantes, aut prima rerum principia, verum uni tantum hanc gloriam aſſeruit. Quemadmodum enim, quod *Proclus* olim de *Platone* affirmavit, meo quidem judicio prorſus egregie dictum eſt: (*) ἐπὶ ὁ Πλάτων ἐπὶ μίαν ἀρχὴν ἀνάγει πάντα, *Plato ad unum omnia principium revocat*, ipſam etiam materiam: ita etiam omnes eum Deos ex uno ſupremo derivaſſe Deo, prorſus exploratum eſt. Quamobrem omnes, quos *aeternos Plato* nominat, Dii, ſi ab uno diſceſſeris, certa quidem ratione haud procreati ſunt, ſive γένητοι, ſi nimirum vox γενητὸς ſpectetur πρός τι, idque denotet, quod tempore quodam ortum eſt. Verum hoc non impedit, quo minus alio ſenſu geniti ſint, γένητοι nimirum ἀπὸ αἰτίας, quae *Procli* eſt diviſio, ex ſuperiori quadam cauſſa procreati. Nec enim niſi unus eſt ἀγένητος hoc ſenſu Deus, unum Numen, quod ex nulla cauſſa ore-

(*) In Timaeum p. 116.

cero ex ſua ſententia decreverit, *mundos a Diis & Deorum conſilio conſtructos eſſe.* Quodſi vero id alicubi ſcripſit *Cicero*, certus ego ſum, eum de aeternis illis Diis, quos recentiorum Platonicorum ſchola finxit, ne cogitaſſe quidem ita praecipientem. Nondum aetate *Ciceronis* tam ſubtiles & acuti erant *Platonis* interpretes, quales poſt ejus tempora, ſaeculo maxime ſecundo & tertio, repente exorti ſunt.

(q) *Sequebantur*] Vereor, ne haec omnia quae de *Platonis* hic diſputata ſunt Diis, multis propius ad manes & vanas juniorum Platonicorum ſubtilitates, quam ad *Platonis* mentem & ſententiam, accedere videantur. (I.) Etenim nobiles illae & in recentiorum *Platonis* amicorum libris frequentiſſimae Deorum diſtinctiones in ὑπερκοσμίους, ὑπερουρανίους, ἐπουρανίους καὶ νοητούς, & neſcio quos alios, a *Platone* nusquam diſerte traditae ſunt, ſed ab his inventae & ex eo erutae, qui id ſibi datum credebant ſaeculo ſecundo, tertio, & quarto, ut, quae *Plato* de Diis & rebus divinis paſſim ſcripſerat, ad artis formam aliquam revocarent, & ad ſuas notiones, ſiccas plerumque & ſterili acumine plenas, accommodarent. Similiter diſtinctio illa inter id, quod καθ' αὑτὸ χρόνον, & id, quod ἀπ' αἰτίας γενητὸν ſeu genitum eſt, a *Platone* nusquam inculcata eſt, ſed a *Plotino*, *Proclo*, & aliis hujus generis philoſophis in medium prolata, quo commodius contra adverſarios ſententias, quas animo complexi erant, tuerentur. Atque ut multa alia genus hoc a Chriſtianis mutuatum eſt; ita ſuſpicor, Chriſtianorum de aeterna filii Dei generatione dogma occaſionem illis praebuiſſe hanc diſtinctionem conficiendi. Male meo quidem judicio ſibi conſulunt, qui ex *Procli Introductione in Theologiam Platonicam*, & ex aliis ejusmodi libris *Platonis* de Deo & rebus divinis ſenſus metiuntur. Quibus quidem libris non id exponitur, quod reapſe *Plato* docuit, ſed quod eum docuiſſe volebant homines ventoſi & metaphyſicis inflati ſomniis, qui *Platonem Chriſto*, ſervatori noſtro ſanctiſſimo, ſemper opponebant, novumque diſciplinae genus condere ſtudebant, quod Chriſtianae diſciplinae progreſſus moraretur. Nullam vero certam normam in *Platone* interpretando hanc familiam ſequutam eſſe, ſed unice ingenii ſui commentis obtemperaſſe, vel diſſentiones illae, in quibus poſiti ſunt, declarant. Citius enim gryphes equis junxeris, aut Aegyptios illos, quos *Juvenalis* de Diis ſuis tam crudeliter dimicaſſe memorat, ſibi conciliaveris, quam concordiam inter *Procli*, *Plotini*, *Jamblichi*, *Porphyrii*, & aliorum, de mente *Platonis* ſententias fanxeris. Nec id mirandum eſt, quae voluerunt, in *Platone* univerſa hos magiſtros reperiſſe. Nam, ut taceam, nil difficile & arduum hominibus eſſe, qui ingenio, quo valent, abutuntur, tanta eſt *Platonis* obſcuritas & incertitudo, ut incredibile dictu ſit. (II.) Quod ad illam ſigillatim orationem attinet, quam in *Timaeo Plato* ſummum omnium Deum ad minores & inferiores Deos habuiſſe fingit, mirum illa in modum interpretum fatigavit ingenia, totque fere peperit expoſitiones, quot ad eam explicandam accеſſerunt homines, non alieno, ſed ſuo, judicio utentes. Speciminis loco ea poſſunt legi, quae

Jac.

Digitized by Google

ortum eſt. Haec ſi probe reputemus, duo *Platonem* conſtituiſſe Deorum inferiorum genera, perſpectum habebimus. Quorum quidem alterum Deos complectitur mundanos, Θεὸς ἐγκοσμίους, quos omnes una cum ipſo mundo ſtato tempore praedicabat natos eſſe: atque hi proprie ad iſtam Deorum generationem ſeu θεῶν γέννησιν pertinent, quam *Plato* interdum nominat. Alteram claſſem conſtituunt θεοὶ ὑπερκόσμιοι καὶ ἀίδιοι, *Dii ſupramundani & aeterni*, qui omnes pariter, ſi unum demas, ex uno ſupremo nati ſunt Numine, ex quo, tamquam cauſſa ſua, pendent unice. Sed de his *inferioribus*, at *aeternis* tamen, quos Platonici ac Pythagoraei laudarunt, Diis infra diſſerendi locus dabitur. Hic id unum obſervari volumus, in *Platonis*, quem antea deſcripſimus, loco diſerte commemorari tam θεοὺς γένεσιν ἔχοντας, *Deos ortos*, ſive una cum ipſo mundo genitos, quam unum τὸν πάντα καὶ τὸν παντὸς γεννήσαντα, qui & omnes illos Deos & rerum univerſitatem conſtruxit, ac propterea ipſemet non poteſt non ἀγέννητος, *non genitus* eſſe. Id ipſum clarius his poſtea verbis exprimit: Καὶ ὁ μὲν δὴ τοῦτον πάντα διεκόσμησε, μένων ἐν τῷ ἑαυτοῦ καὶ τρόπον ἕνα· μιμούμενος δὲ τοὺς παῖδες ἢ ὁ πατρὸς τάξιν, ἐπέβαλλο αὐτῷ. Quae ſic Latine vertit *Cicero*: *Atque is quidem* (*Deus*,) *qui cuncta compoſuit*, *conſtanter in ſuo manebat ſtatu*; *qui autem erant ab eo creati* (*Dii*,) *quum parentis ordinem cognoviſſent*, *hunc* (*q*) *ſequebantur.*

Sed

Jac. Thomaſius de Stoica mundi exuſtione Diſſ. III. §. 22. *p.* 41. *ſ.* de ea commentatus eſt. Nos eam tantum partem attingemus, quam hic *Cudworthus* in rem ſuam pertraxit. In qua quidem duo conſideranda ſunt. (I.) Quinam illi ſint Dii, quos ſummus Deus compellat. (II.) Qua de cauſſa Θεοὶ θεῶν, *Dii Deorum* appellentur. Primam mihi quaeſtionem recte diremiſſe videtur *Cudworthus*, qui hos Deos illos eſſe in primis opinatur, quos Platonici ἐγκοσμίους dicebant, ſidera nimirum, coelum, ſolem, lunam, ſtellas. Ita etiam *Proclus Comm. in Timaeum p.* 298. & ex Chriſtianorum doctoribus *Athenagoras* in *Apologia Cap.* 6. *p.* 27. *Platonem* interpretatus eſt. Atque ipſe *Plato* hanc extra controverſiam collocat expoſitionem. Extrema nimirum orationis illius, qua Deus altiſſimus ad homines condendos juniores Deos exhortatur, haec verba ſunt: Ἀναγκάζειν ζῶα. καὶ γενάσι, τὸ θεῖον τε διδοὺς κεκλήσθω, καὶ θνητὰ πάλιν ἀκουσθω. *Cicero* ſic reddidit: *Ita orientur animantes*, *quos & vivos alatis*, *& conſumtos ſinu recipiatis.* Ex his ergo verbis liquet, eos hic Deos ſummum Numen alloqui, qui defunctorum hominum animos, ſi quidem recte ſeſe geſſerint, excepturi eſſent. Hoc autem officium ſtellis a *Platone* attributum eſſe, quae paullo poſt ſequuntur *Cap.* 28. *p.* 251. perſpicue docent. *Ille*, inquit ex *Ciceronis* verſione, *qui recte & honeſte curriculum vivendi a natura datum confecerit*, *ad illud aſtrum*, *quocum aetus fuerit*, *revertetur.* Non poſſum, quin hac data occaſione indicem, eamdem in *Timaeo*, quam conſtat Aegyptios & multos alios philoſophos foviſſe, de ortu humani generis opinionem *Platonem* tueri, homines videlicet a ſole reliquisque ſideribus certa lege procreatos & ex elementis productos eſſe. Verum hanc ſententiam ex inſtituto philoſophiae ſuae refingit, & rhetorico quodam ornatu amictam ſiſtit, neque Deum a tanto munere excludit; quod plerique alii fecerant, & poſt eum fecerunt. Deum primo rudem & inordinato motu agitatum materiae molem in ordinem coëgiſſe, praecipit: tum ſolem, lunam, ſidera condidiſſe, mente & intelligentia praedita, quae Deos vocat ſpectabiles & juniores: his rurſus ſideribus id negotii dediſſe, ut homines fingerent, atque corpus animamque in illis ſociarent: ſidera paruiſſe his Dei mandatis, atque ex quatuor elementis corpus, tum & ex ſe ipſis animos dediſſe hominibus. Ita quid ſignificant? Haec, ni fallor, ſi figuras demas rhetoricas: Primi homines vi & calore ſolis & aſtrorum e materia educti atque generati ſunt: *hisque*, ut *Ciceronis* verbis reliqua explicem, *animus datur eſt ex illis ſempiternis ignibus*, *quae ſidera & ſtellas vocatis*, *Somnio Scipionis Cap.* 3. *p.* 3976. *T.* XI. *Opp.* aut ſcintilla quaedam divina immiſſa. Progredior nunc ad alterum: quaenam cauſſa fuerit *Platoni*, cur *Deos Deorum* nominet hos coeleſtes Deos ſeu ſtellas animatas. Rejicit *Procli* conjecturas doctiſſimus *Cudworthus*: nec id injuria. Cenſet *Proclus Comm. in Timaeum Platonis p.* 298. ſtellas ideirco Deorum Deos vocari, quod corporum ſuorum Dii ſint; quae corpora & ipſa divinitatis honorem ſint conſequuta. Cui opinioni, juſto certe ſubtiliori, ante quam aſſentiamur, aequum eſt, ut *Proclus* nobis corpora ſtellarum demonſtret aliis in locis *Deos* a *Platone* nominatos eſſe. *Cudworthus* igitur ſtellas Θεοὺς θεῶν propterea dici judicat, quod a Diis ὑπερκοσμίοις ſeu *ſupramundanis* & ἀιδίοις eſſent conditae ex *Platonis* ſen-

274 Sed fortaſſis *Plato* ſolus ita docuit? Minime vero. Quotquot enim inter pris-
cos Dei profeſſores ingenio & ſapientia excelluerunt, *Platoni* hac in re aſſenſi
275 ſunt, Deosque mundanos nil dubitarunt conditos eſſe atque procreatos. Mundum nimirum variasque ejus partes, quibus omnibus ineſſe mentem cenſebant hi ſapientes, Deos appellabant. Igitur, quam in ore frequenter habebant, Deorum generatio, ea nihil illis erat, niſi ſpectabilis hujus mundi a Deo olim ſuſcepta & perfecta conſtructio & coagmentatio. Tota vero haec doctrina commode ad tria revocari poteſt capita. Primo nempe mundum hunc certo tempore conditum eſſe, neque ſemper & ab aeterno exſtitiſſe, ſed coepiſſe aliquando, ſtatuebant. Hanc ipſam deinde mundi fabricationem Deorum etiam generationem eſſe, contendebant: quod ideo faciebant, quoniam, uti diximus, orbem hunc ejusque membra non modo animata eſſe perhibebant, verum etiam in Diis numerabant. Poſtremo unum, eumque ſempiternum neque ex ulla re alia natum, Deum (Θεὸν ἀγένητον καὶ ἀΐδιον) & mundum hunc & Deos condidiſſe, praecipiebant. Nihil hic a nobis temere dici, vel unus inſtar omnium teſtis nobis erit (*r*) *Ovidius Naſo*; quem tanto minus recuſare teſtem licebit, quod & ſimulacrorum cultui eum fuiſſe deditum, nemini, qui *Faſtos* ejus ceteraque carmina legerit, dubium eſſe poteſt, & ante natum Servatorem deceſſiſſe, inter omnes conſtat. Neque cauſſae eſt aliquid, quare eum non tam ſuam, quam communem populorum aetatis ſuae, ſententiam expoſuiſſe, negemus. Hic igitur, quod primum hujus dogmatis caput eſt, coepiſſe mundum aliquando, & ex chao extractum eſſe, hiſce verſibus luculenter & copioſe explicat:

Ante mare & terras, &, quod tegit omnia, coelum
Unus erat toto naturae vultus in orbe,
Quem dixere chaos, rudis indigeſtaque moles,
Nec quidquam, niſi pondus iners, congeſtaque eodem
Non bene junctarum diſcordia ſemina rerum.
Nullus adhuc mundo praebebat lumina Titan,
Nec nova creſcendo reparabat cornua Phoebe,
Nec circumfuſo pendebat in aëre tellus,

Pon-

ſententia. Huic vero divinationi ipſe Deus apud *Platonem* loquens obſtitit, qui Deos, quos affatur, ſuum eſſe opus, diſerte pronuntiat, non autem aliorum Deorum. Vocat enim ſe κατέρα & δημιουργὸν Numinum illorum, ad quae verba facit. Praeterea, num Platonicum hoc vel vetus vel recentius ſit dogma, Deos coeleſtes generatos eſſe a Diis ſupramundanis, vehementer dubito. Nec enim apud aliquem Platonicum id me legere, memini. Sapientius, ſi quid harum rerum intelligo, illi, quorum *Proclus* meminit, qui vocabulis Θεοὶ Θεῶν hoc *Platonem* ſignificaſſe perhibent, ſtellas expreſſas eſſe imagines aliarum ſtellarum *idealium* ſeu ἐιδικῶν, ut verbo utar Platonico, *Deorum*. Conſtat enim inter eos, qui has litteras attigerunt, *Platonem* ſempiterna rerum omnium exempla, & ideirco Deorum quoque ſuorum, cogitatione eſſinxiſſe. Verum, fateor, durum quoque mihi videtur & a ſimplicitate remotius, ſic verba *Platonis* interpretari: *Vos Dii, qui aliorum Deorum, τῶν ἄλλων γε νίκην, imagines & ſimulacra eſtis.* Ego quidem, ſi minus ingenio & acumini ſuo dediſſent egregii viri, qui loci huius ſenſum indagarunt, multo eos facilius rem omnem expedituros fuiſſe, exiſtimo. Dii, quorum Deos *Plato* ſtellas appellat, mihi videntur terra, aqua, ignis, & reliquae orbis hujus adipectabilis eſſe partes. Terram paullo ante vidimus a *Platone* Diis eſſe annumeratam. Hoc autem vocabulo tam late veteres utuntur, ut univerſum eo naturae vim & omnia, quae terra comprehendit, ſignificent. Vid. *Gerh. Joh. Voſſius de origine & progreſſu idololatriae Lib.* II. *P.* II. *Cap.* 51. *p.* 217. Stellis vero poteſtatem in terram, aquam, ignem, aërem dediſſe *Platonem*, manifeſtum eſt ex

Ponderibus librata fuit, nec brachia longo
Margine terrarum porrexerat Amphitrite,
Quaque erat & tellus, &c.

Mundus poſtquam ex chao conflatus erat, Dii etiam una cum mundo nati ſunt & orti. Haec altera pars eſt opinionis, quam perſequimur. Eam vero his verſibus indicat *Ovidius:*

Neu regio foret ulla ſuis animalibus orba, 276
Aſtra tenent coeleſte ſolum (*s*) FORMAEque DEORUM.

Tertium reſtat momentum. Ut confuſum illud ac male digeſtum chaos admirabilem hanc aptiſſimamque mundi machinam ex ſeſe pareret, non temerarius quidam materiae motus effecit, non levium ac individuorum corpusculorum concurſio fortuita: ſed unius ſupremi Numinis, quod nulla finxit cauſſa, mandatum & providentia totum opus gubernavit ac perfecit, ſingulisque mundi partibus propria attribuit animantia: mare piſcibus replevit, terram hominibus incolendam dedit, coelum Deorum voluit eſſe domicilium. Haec ita enarrat *Ovidius:*

Hanc Deus & melior litem natura diremit.
Nam coelo terras, & terris abſcidit undas,
Et liquidum ſpiſſo ſecrevit ab aëre coelum. &c.
Sic ubi diſpoſitam, QUISQUIS *fuit* ILLE DEORUM,
Congeriem ſecuit, ſectamque in membra redegit,
Principio terram, ne non aequalis ab omni
Parte foret, magni ſpeciem glomeravit in orbis;
Tum freta diffudit, rapidisque tumeſcere ventis
Juſſit, &c.
Sic onus incluſum numero diſtinxit eodem
Cura Dei: &c.

Qui *Ovidium* Anglico expreſſit carmine, eruditiſſimus *Sandyſius Deum* atque *meliorem*

ex illis, quae paulo poſt de fabricatione corporum humanorum a ſtellis tradit. Quodſi igitur ſtellae in rerum naturae partes, quas & ipſas pro Diis habuit *Plato*, vim habent & imperium, vides, quam commode & apte *Dii Deorum*, qui, quum ipſi Dii ſint, aliis tamen Diis ad arbitrium ſuum leges ferant, nominentur. Si de Diis quoque poëticis, de quibus paullo ante *Plato* dixerat, Jove, Saturno, & reliquis verba iſta capere malis, ne ſic quidem, ut arbitror, peccaveris. Etenim & horum Deorum, quos *Plato*, non ſecus ac homines, genitos olim eſſe tradit, ſidera Dii ſunt; quippe quae ad generationem & ortum eorum, non ſecus ac reliquorum hominum, omnia fere contulerunt.

(*r*) *Ovidius*] *Metamorphoſ. Lib.* I. *vſ.* 5. *f.*

(*s*) *Formaeque Deorum*] *Formae Deorum* ipſi ſunt *Dii.* Accommodate ad hunc locum *Cicero de Natura Deor. Lib.* II. *cap.* 2. *p.* 2955. *Saepe Faunorum voces exauditae, ſaepe viſae* FORMAE DEORUM. Hi vero *formae* a poëta, ut arbitror, dicuntur, quoniam ſolida Diis eſſe corpora, negabant veteres, ſed ſpecies tantum & formas humanorum corporum. *Nec tamen*, ita *Velleius* apud *Ciceronem de natura Deorum Lib.* I. *Cap.* 18. *p.* 2907. *T.* IX. *Opp. ea ſpecies* (Deorum) *corpus eſt, ſed quaſi corpus, nec ſanguinem habet, ſed quaſi ſanguinem.* Adde *Cap.* 27. *p.* 2918. *Species quaedam eſt Deorum, quae nihil concreti habet, nihil ſolidi, nihil expreſſi, nihil eminentis, ſitque pura, levis, pellucida.* Quibus verbis tametſi ea, quam Epicurei de Diis habuerunt, opinio exprimitur: ſimilia tamen reliquos vulgo omnes, qui Deos eſſe credebant, ſentiſſe, neminem praeteribit rerum antiquarum peritum.

Digitized by Google

rem naturam his in verſibus unum idemque eſſe cenſuit: nec id ſine veri fecit ſimilitudine. Ego vero, naturam atque Deum differre, neque ſecus, ac opificem ejusque inſtrumentum, haec duo ab *Ovidio* ſpectata eſſe, puto. Deum ſcilicet & naturam genitricem orbis compoſitioni praefecit vates, *Ariſtotelem* imitatus, qui in *Phyſicis* haec ſcripta reliquit: Νοῦς καὶ φύσις αἴτιον τοῦδε ὁ παντός. *Mens & natura ſimul cauſſa ſunt* (t) *univerſitatis.*

Haec quum ſatis aperta ſint, unum tamen, quod illis addam, habeo. *Ovidius* quidem unum tantum Deum aliquoties nominat, quem *mundi fabricatorem*, *rerum opificem*, *mundi melioris originem* ſalutat. At idem tamen, ubi hominum deſcribit ortum ex more eorum, qui Diis ſerviebant, a Deo quidem fatetur genus eſſe conditum mortalium, verum *in effigiem moderantum cuncta Deorum* illud eſſe figuratum, adjicit. Audiamus ipſum vatem:

Sanctius his animal mentisque capacius altae
Deerat adhuc, & quod dominari in cetera poſſet:
Natus homo eſt: ſive hunc divino ſemine fecit
Ille opifex rerum, mundi melioris origo:
Sive recens tellus ſeductaque nuper ab alto
Aethere cognati retinebat ſemina coeli:
Quam ſatus Iäpeto miſtam fluvialibus undis
Finxit in effigiem moderantum cuncta Deorum.

277 Haec ne perturbent aliquos, equidem non ſine cauſſa vereor. Namque duo haec, unum Deum totius eſſe orbis omniumque hominum effectorem, & Deos tamen cuncta moderari, in quorum etiam effigiem formati ſint homines; haec, inquam, duo manifeſto inter ſe pugnare videntur. Univerſam igitur ut praecidamus dubitandi cauſſam, hoc omnes, velim, obſervent, veterum Theologos minores atque inferiores Deos minime a rerum hujus orbis gubernatione ac adminiſtratione ſecluſos voluiſſe, verum ſuam ſingulis provinciam veluti aſſignaſſe. Hinc fit, quod a (v) *Maximo Tyrio* συνάρχοντες Θεῷ, *collegae Dei in imperio*, & ab ipſo *Platone* τῷ μεγίστῳ δαίμονι συνάρχοντες, *cum maximo daemone ſimul regnantes*, vocantur. Quapropter, quod Dii hunc orbem moderari ſaepenumero dicuntur, id ita eſt accipiendum, ut ſub vocabulo *Dii* & unus ille Deus ſupremus & inferiores ſimul Dii deſignati eſſe credantur. Quod autem ad illa minorum Deorum capita attinet,

(t) *Univerſitatis*] Quo haec intelligas, lege *Diſſ. de natura genitrice*, & quae nos ad ejus §. 20. obſervavimus.

(v) *Maximo Tyrio*] *Diſſ.* I. *p.* 5. *ed. Lugd.* 1631. 8. Locus *Platonis* ſedulo licet quaerentem fugit.

(x) *Putabant*] *Cuncta moderantes Dii*, in quorum *effigiem*, *Ovidius* ait, *fictos eſſe homines*, nec, quod vir doctiſſimus opinatur, coeleſtes ſunt Dii ſeu ſtellae, neque Dii *Platonis* aeterni, verum Dii illi, quos poëtae in coelo fingebant habitare, & eadem, qua homines, forma praeditos eſſe. Mens & ſententia poëtae haec eſt: Animanti illi rationis participi, quem hominem vocant, eamdem eſſe formam datam, quam ipſi haberent Dii, Jupiter, Saturnus, Apollo, corporaque noſtra ad exemplum Numinum conformata eſſe. Haec ita eſſe, vel id ſatis docet, quod *Ovidius Prometheum* ait, quem *Japeto ſatum* vocat, *in effigiem Deorum* ex terra aqua macerata homines finxiſſe. *Prometheum* vero quis dixerit homines ad ſtellarum aut Deorum aeternorum normam comparaſſe? Aut, quis hominem ex luto aqua temperato conflatum ad ſtellarum & aeternorum Numinum imaginem confingi potuiſſe, ſibi perſuaſerit?

(y) *Lactantius*] *Divinar. inſtitut. Lib.* I. *Cap.* 5. *p.* 40. Adde haec ejus, quae apud *Lactantium* eodem loco leguntur, verba: *Non intel-*

gis

net, quorum non secus, atque supremi Numinis, similitudinem referre homines, *Ovidius* perhibet, hi vel coelestes Dii sunt, aut sidera mentibus animata, quorum antea vates meminit, aut vero sempiterni, quos *Plato* inducit, Dii. Nam & hos antiqui una cum supremo Deo hunc orbem esse fabricatos, (x) putabant.

Quodsi, *Ovidio* dimisso, reliquam eorum lustremus turbam, qui de ortu atque generatione Deorum verba olim fecerunt, non paucos in illis offendemus, quibus eadem in animo insedit opinio, unum esse summum Deum, ex nulla re alia genitum, qui & mundum & reliquos omnes Deos produxerit ac condiderit. In his *Strabo* est exempli caussa, qui quum mundum dixisset esse ἀπὸ φύσεως ἅμα καὶ ἀπὸ προνοίας λεγόν, *naturae simul & providentiae opus*, non secus ac *Ovidius*, qui a *Deo & meliori natura* eum esse ortum perhibet, de providentia sive Deo sic commentati pergit: (*) Τὸ δὴ ἀπὸ προνοίας, ὅτι βελτίονι καὶ αὐτὸν ποικιλώτερόν πως ἔσται καὶ μυρίων λέγων δημιουργὸς, ἐν τοῖς πρώτοις ζῶα γηγενῆ, ὡς πολὺ διαφέροντα τῶν ἄλλων, καὶ τούτων τὰ κράτιστα, θεούς τε καὶ ἀνθρώπους, ὧν ἕνεκεν καὶ τὰ ἄλλα συνίστησι· τοῖς μὲν γὰρ θεοῖς ἀπέδειξε τὸν οὐρανὸν, τοῖς δὲ ἀνθρώποις τὴν γῆν. *Providentiae vero, quia, quum ea variatrix quaedam sit & plurimorum operum conditrix, in primis animalia creavit, quae longe ceteris praestarent, atque horum praestantissima, Deos atque homines, quorum gratia cetera sunt constituta. Diis itaque coelum, hominibus vero terram incolendam dedit.* Neque aliter *Senecae* visum est, cujus haec de Deo verba (y) *Lactantius* habet: *Hic quum prima fundamenta molis pulcherrimae jaceret, & hoc ordiretur; quo neque majus quidquam novit natura, nec melius: ut omnia sub ducibus irent, quamvis ipse per totum se corpus intenderat, tamen ministros regni sui Deos genuit.* Reliquorum testimonia, eo quod aequiori ea loco proferri posse video, nunc quidem praetermitto. Pauca tamen de *Homero* & *Hesiodo* adjungam. Utrique enim non semel *Platoni* & *Aristoteli* in suspicionem veniunt, ac si illis, quae de ortu Deorum cecinere, divinam plane naturam sustulissent. Sed, ut *Aristotelem* omittam, re diligentius expensa, utrumque criminis hujus absolvisse, veri multo similius est, poëtas hos ita Deos statuisse generatos esse, ut unum simul Deum profiterentur, qui mundum ceteramque Deorum familiam effecerit, quam Deum prorsus negasse. Sic ut sentiam, non iis modo rationibus adducor, quas superius, quum *Hesiodum* purgarem, attuli, verum hoc etiam in primis, quod utrosque alicubi Deos, quos genitos dicunt, immortales fateri, videam: quae quidem professio non cadit in hominem, qui Deum esse 278
negat. Sed & alia, quibus eos defendam, in promtu sunt, quorum partem loco magis opportuno explicare mecum (z) constitui. Ceterum hic, quod supra me pro-

(*) Lib. XVII. p. 809. (p. m. 767.)

gis auctoritatem ac majestatem judicis tui? Rector orbis terrarum coelique & Deorum omnium Deus: a quo ista Numina, quae singula adoramus & colimus, suscepta sunt. In homine Stoico haec minime miranda est opinio. Nec enim philosophia, quam profitebatur, ut aliter sentiret, patitur.

(z) *Constitui*] Hic ea legisse juvabit, quae jam supra *Cap.* 3. §. 17. 18. dicta, & a nobis observata sunt. (I.) Iis, qui *Hesiodum* inter Atheos retulerunt, hic *Lactantium* socio, qui *divinar. instit. Lib.* I. *Cap.* 5. *p.* 52. *Hesiodus*, inquit, *non a Deo conditore sumit exordium, sed a chao, quod est rudis inordinataeque materiae confusa congeries: quum explanare ante deinde coeperit chaos ipsum, unde, quando, quomodo esse aut constare coepisset. Nimirum, sicut ab aliquo artifice disposita, ordinata, effecta sunt omnia: sic ipsam materiam factam esse ab aliquo, necesse est. Quis igitur haec, nisi Deus, fecerit, cujus potestati subjacent omnia? Sed refugit hoc ille, dum horret incognitam veritatem.* Quomodo aliquis *veritatem*, quam ipse non novit, seu *incognitam horrere* queat, quod de *Hesiodo* perhibet hic *Lactantius*, ipse viderit, aut alii explicent. Id ex hoc vero perspicuum est loco, vitium fuisse *Lac-*

Digitized by Google

probare memini, repetendum eſt, quos *Homerus* & *Heſiodus* genitos eſſe dicunt, Deos amplius aliquid deſignare, atque eos, quos *Plato* dicit ortos eſſe. Nec enim animatae tantum hujus mundi partes ſub illis occultantur, ſed etiam reliquae res naturales, quibus licentia poëtarum habitum perſonae nominaque Deorum & Dearum parum proprie ac legitime impoſuit. Verum haec deinceps latius: nunc rem inſtitutam perſequamur.

Mirum forte nonnullis videbitur, eos, qui ſic olim Deorum credebant ortum, ut ſimul unum eſſe ſummum putarent Deum, nonnumquam tamen *Chaos* ſive *Oceanum* principem & ſeniorem Deorum, *Noctem* vero matrem ac genitricem eorum dicere. Idem enim facere ſolent, qui nullum non Deorum procreatum volunt eſſe, ſummumque Numen commentum appellant hominum. Verum hi quoque, ſi ſequentia legerint, mirari deſinent. Igitur principio rem ipſam concedimus. Deorum enim principem *Oceanum* non modo *Homerus* & *Heſiodus*, verum omnes quoque Dei aſſertores, qui priſcis fuere temporibus, (*a*) auctore *Epicharmo*, dixerunt. *Noctem* vero Deorum parentem (*b*) *Orpheus*, quem in Dei profeſſoribus omnes habent, *Hymno de nocte* vocat:

Νύκτα Θεῶν γενέτειραν ἀείσομαι, ἠδὲ καὶ ἀνδρῶν.

Noctem concelebro genitricem hominumque Deumque.

Sed falluntur, qui exiſtimant, eos vocabulo *Dii* tam amplam ſubjeciſſe poteſtatem, ut, quod eos feciſſe notum eſt, qui dogmate de generatione Deorum ad ſummam abutebantur impietatem, omnes omnino Deos iſta voce comprehenderent. Contra, quum ab eorum plane abhorrerent ſententia, qui nullam eſſe cenſebant divinam naturam ortus expertem, resque omnes ex *chao* & *nocte* ſive bruta materia, pulſu neſcio quo temere commota & agitata, procreatas eſſe unice, disputabant, vocabulo *Dii* inferiores tantum mundanosque Deos, quibus idem fuiſſe putabant initium, quod huic orbi, remoto ſummo Deo, deſignabant. Cauſſam vero, cur ſic, uti diximus, docerent, hanc in primis habuere. Vetuſtiſſima eſt
279 opinio, quae omnium prope gentium animos olim occupaverat, id quod aliquoties jam animadvertimus, rerum univerſitatem ex chao primum prodiiſſe. Hanc non minus illi probabant, qui Deum ex orbe proſcribebant, quam iſti, quibus Deum effectorem mundo praeſuiſſe placebat. Inter Graecos *Orpheus* & *Linus*, ac deinde *Hoſtatio*, *Heſiodum* nullius ſummi Numinis mentionem in *Theogonia* feciſſe, nec cognitam habuiſſe rerum creationem. (II.) *Immortales* quod *Homerus* & *Heſiodus* Deos ſuos vocant, id neſcio an omnem ab illis impietatis adverſus Deum ſuſpicionem removeat. Nam, ut multa praetermittam alia, nec quaeſtionem illam attingam: utrum, qui Deum tollit, perenne nihil & immortale credere poſſit; quis illud etiam *immortale* dici neſcit, cui longum permanendi & vivendi aſſignatum eſt ſpatium? Ita *immortalis fama* & *memoria*, quam ſibi pollicentur multi, quid eſt, niſi diuturna memoria? Atque Stoici, quod propius ad hanc rem ſpectat, Deos ſuos immortales dicebant, quos certis tamen & longis intervallis oriri & occidere, opinabantur.

(*a*) *Auctore Epicharmo*] Haud dubie illos *Epicharmi* verſus intelligit, quos *Diogenes Laërtius* in vita *Platonis Lib.* III. *Segm.* 10. *p.* 170. recitat, & in his tertium:

Ἀλλὰ λέγω μὲν χάος πρῶτον γενέσθαι τῶν Θεῶν.

Sed fertur Chaos primum Deorum genitum eſſe.

Adde *Orpheum Argonaut. vſ.* 334. *p.* 24. *Hymno in Oceanum p.* 179. & in *Fragm. p.* 245. *ed. Eſchenbachii.*

(*b*) *Orpheus*] *P.* 99. *Opp.* Idem *Orpheus* in *fr.*

Digitized by Google

Homerus & *Heſiodus* dogma hoc a majoribus acceptum diſſeminaverant & propagaverant. Aſſenſus erat ei *Epicharmus*; *Thales* item, *Anaxagoras*, *Plato*, ceteriqúe philoſophi, qui cultum Dei atque religionem ſuſceperant, ſuis illud placitis adſcripſerant. Antiquitatem vero ejus his (*c*) *Euripides* verſibus cecinit:

Οὐκ ἐμὸς ὁ μῦθος, ἀλλ' ἐμῆς μητρὸς πάρα,
Ὡς ἡμέρας τε γαῖά τ' ἦν μορφὴ μία,
Ἐπεὶ δ' ἐχωρίσθησαν ἀλλήλων δίχα,
Τίκτουσι πάντα, κἀνέδωκαν εἰς φάος,
Τά τ' ἐνδένδρα, πτῆνα, θῆρας, ὅσ' ἁλμὰ τρέφει,
Γένος τε θνητῶν.

Non hic meus, ſed matris eſt ſermo meae,
Figura ut una fuerit & coeli & ſoli,
Secreta quae mox ut receperunt ſtatum,
Cuncta ediderunt haec in oras luminis,
Feras, volucres, arbores, ponti gregem,
Homines quoque ipſos.

Nec ego quemquam fore putem, ſi modo cuncta rite ponderet, quin divinitus hanc opinionem primum eſſe patefactam, atque a Moſe poſteris traditam, fateatur. (*d*) Ecquis enim mortalium tantum ſibi potuit arrogare, ut, quae, antequam ullus eſſet homo, evenerint, ſibi eſſe cognita, contenderet? Hoc de ortu mundi dogma illi etiam, quos diximus, probabant; qui cum unum reverebantur Deum ſempiternum nullique cauſſae ſubjectum, tum praeterea multos inferiores Deos, quorum praecipuos ſtellas eſſe ducebant animatas, una cum ipſo mundo genitos atque ortos eſſe, praedicabant. Quamobrem conſentaneum erat, ut corporeas ſaltim Deorum illorum, quos una cum orbe putabant exſtitiſſe, partes nocte atque chao recentiores & ex hiſce ortas eſſe, ducerent. Quidquid enim eſſet corporum, id ex tenebricoſo informique chao progreſſum judicabant eſſe. Juvat id (*e*) *Plutarchi* illuſtrare teſtimonio, qui, (*) Τὸν μυχαλῶ, inquit, ἐπιθειάζειν λέγουσιν ὑπὸ Αἰγυπτίων τυφλὸν ἔναι, ὅτι τὸ σκότῳ ἢ φωτὶ ἡγεῖτο πρεσβύτερον. *Murem araneum divinos reperiſſe honores apud Aegyptios ajunt propter coecitatem, quod tenebras luce antiquiores ii arbitrentur.* Neque aliter illis ſentire integrum erat de daemonibus, qui-

(*) Sympoſ. Lib. IV. Qu. 5. (p. 670. T. II. Opp.)

Argonaut. vſ. 339. *p.* 24. inter alia Numina invocat ἄχραντα νυκτὸς ἀμαυρὰ, *tenebras noctis opacae.* His adde, quae ex *Orpheo* eadem de re *Proclus in Timaeum Platon. Lib.* II. *p.* 63. affert.

(*c*) *Euripides*] Verſus hos ex *Menalippe*, *Euripidis* Tragoedia, quae periit, ſervavit *Diodorus Siculus Biblioth. hiſtor. Lib.* I. *Cap.* 4. & ex eo *Euſebius Praeparat. euang. Lib.* I. *Cap.* 5. *p.* 20. Conſer *Joſ. Barneſium* in *Fragmentis Euripidis*, quae ſuae Tragici hujus editioni ſubjecit, *p.* 429. *ſ.* De chao ceterum, quod antiquiſſimi credidere populi, ut nunc alios taceam, multa *Hugo Grotius* teſtimonia congeſſit ad *Lib.* I. *de verit. relig. Chriſt. p.* 29. *ed. celeberrimi Koecheri.*

(*d*) *Ecquis*] Hanc ego rationem exigui putem momenti eſſe ad id probandum, quod hic inculcat vir doctiſſimus, veterum de chao doctrinam a *Moſe* ad reliquos fluxiſſe populos. Etenim multorum hanc eſſe temeritatem, ut ſibi ea eſſe nota profiteantur, quae ante natos homines gesta ſint, aut materiae contigerint, antequam componeretur, notiſſimum eſt. Atheos novimus eſſe plures tam vefanos, ut omnes materiae motus radio veluti dimetiantur, quibus eam agitatam eſſe fin-

gant,

Digitized by Google

quibus quippe ſua etiam *corporea* tribuebant *vehicula*. Quare, quod ex *Numenio* refert (*f*) *Porphyrius*, veteres Aegyptii daemones pingebant naviculis impoſitos marique fluctuantes. Τὰς δ' Αἰγυπτίους διὰ τοῦτο τοὺς δαίμονας ἅπαντας οὐχ ἑστῶτας ἐπὶ στερεᾶ, ἀλλὰ πάντας ἐπὶ πλοίου. *Aegyptii quoque hanc ob cauſſam omnes daemones non in ſolido ſtabilique poſuere, ſed ſuper navigium.* Simplices vero horum inferiorum Numinum partes, quae corpore vacant, ſive mentes hi philoſophi ex chao ſeu materia concretas eſſe, non poterant praecipere. Atque aliud illis erat principium, *Amor* nempe, unde hos derivare licebat Deorum animos, ſic ut divinitus conditi, Deumque ipſum parentem habere viderentur. Sed video tamen, alio ſenſu etiam mentium divinarum genitricem noctem vocari potuiſſe. Quod enim his perſuaſum erat ſapientibus, animos omnes ex nihilo, ἐξ οὐκ ὄντων, procreatos eſſe, id hac formula commode ſignificari, ſentio. Haec forte cauſſa fuit, quare inter *Orphei* carmina (*g*) *Dialogus inter mundi effectorem & noctem* exſtitit. Quidquid id eſt, antiqua illa doctrina, quae chaos & amorem orbis terrarum ſciſcit eſſe principia, nulla plane ratione religioni olim inimica fuit, aut Deum ſuſtulit, neque amorem ex chao natum eſſe, decrevit. Idque ego vel ex eo manifeſtum opinor eſſe, quod amor, aeque ac chaos, *Moſen* auctorem habeat praecipuum. Nam qui ab eo memoratur, *ſpiritus aquis incubans, easque agitans*, id eſt, chaos commovens, ſive Deum ipſum ſignificet, materiam nulla re alia interveniente cientem, ſive aliam naturam quamdam, non a materia, ſed ab ipſo Deo, profectam, animam mundi exempli cauſſa aut naturam genitricem, certe is ipſe amor eſt, quem veterum commentarii toties praedicant. Ex quo evenit etiam, ut, quod *Porphyrius* perhibet, antiqui Deorum cultores aquam divinitus aſſlatam aut coeleſtis alicujus ſpiritus compotem eſſe, crediderint. (*) Ἡγοῦντο γὰρ παρεζώσθαι τῷ ὑδατι τὰς ψυχὰς θεοπνόῳ ὥλῃ ὡς φησιν ὁ Νουμήνιος, διὰ τοῦτο λέγειν καὶ τὸν προφήτην εἰρηκέναι, ἐμφέρεσθαι ἐπὶ τοῦ ὕδατος θεοῦ πνεῦμα. *Animas aquae, quae divino ſpiritu fovetur, aſſidere putabant, ut ait Numenius, ideoque prophetam dixiſſe, ſpiritum Dei ferri ſuper aquas.*

Recte me eorum interpretari ſententiam, qui mundum aeque atque Deos olim genitos putarunt eſſe, ipſis nonnullorum ex hoc genere teſtimoniis demonſtrare poſſum. Mitto *Simmiam Rhodium* & *Parmenidem*. Sufficient unius *Orphei*, ſive quisquis demum ſit, antiquiſſimi certe *Argonauticorum* ſcriptoris, verſus, quibus ita *chaos* & *amorem* copulat:

(†) Πάντα μὲν ἀρχαίου χάεος μελιηδέα μῦθον,
Ὡς ἐπάμειψε φύσις, ὅς τ' ἐρανὸς εἰς πόλον ἵκται,

(*) De antro Nymph. p. 256. (†) P. 17. ed. Steph. (p. 31. ed. Eſchenbach.)

ſunt, priusquam hanc, quam videmus, formam nanciſceretur.

(*e*) *Plutarchi teſtimonio*] Huic multa veterum alia poſſunt addi dicta, ex quibus plerasque gentes opinatas eſſe apparet, noctem die priorem eſſe. Collegit plerasque *Hugo Grotius ad Lib.* I. *de verit. relig. Chriſtian.* §. 16. *p.* 49. Adde *Jo. Chriſt. Wolfium ad Origenis Philoſophumena p.* 180.

(*f*) *Porphyrius*] *Libello de antro Nymphar. p.* 56, *ed. Cantabr.*

(*g*) *Dialogus*] Ex *Dialogo inter Jovem & noctem*, qui in Orphicis olim carminibus lectus fuit, apud *Proclum* & alios veteres verſus quidam adhuc exſtant, quos ex illis excerpſit *Andr. Chriſt. Eſchenbachius Libro de poëſi Orphica p.* 29. *ſ.*

(*h*) *Ariſtoteles*] In his *Ariſtotelis* verbis omittit quaedam vir doctiſſimus. Poſt vocabulum enim ὕστερα haec apud *Ariſtotelem* legas: φύσεως ἐξ ἀνάγκης. Quae ſi ſuo collocentur loco, ſenſus verborum anguſtior erit, atque vult vir eximius; hic nimi-

rum:

Γῆς τ' ἐρυσίφρων γλίσιν, πυθμέν' ἅπαντος,
Πρεσβίστατόν τε καὶ αὐτοτελῆ πολύμηδιν Ἔρωτα,
Ὅσσα τ' ἔφυσαν ἄπαντα, διέκρινε δ' ἄλλον ἀπ' ἄλλου.

Cecini primum quidem vetusti chaos tristem hymnum,
Quomodo distribuerit elementa, & quomodo coelum ortum natum sit;
Terraeque vastae natales, profunditatemque maris,
Antiquissimumque & perfectissimum multi consilii Amorem,
Et quaecumque generaverit omnia, secreveritque aliud ab alio.

Hic amorem primo videas πολύμηδιν vocari, *plenum sagacitatis & consilii*; id quod naturam hac voce indicari docet per se constantem & ratione praeditam: deinde πρεσβύτατον, *antiquissimum omnium*; quod chao vetustiorem fuisse habitum declarat: postremo αὐτοτελῆ, *per se perfectum, aut ex se ipso natum.* Quae si omnia colligamus, id inde sine controversia puto consequi, amorem, a quo *Orpheus* cum sectatoribus mundi repetere solebat origines, nullum esse, praeter ipsum supremum atque aeternum Deum, aut certe naturam quamdam efficientia instructam, summoque Numini obsequentem, quae totam rerumuni versitatem, omnesque Deos, quibus initium tribuebant, quatenus materia constant, ex chao atque nocte produxerit. Neque aliter (*h*) *Aristoteles* in *Metaphysicis* non eo modo loco, quem supra transtulimus, sed etiam alio deinceps, summam doctrinae hujus explicat: (*) Ἕτεροι δέ τινες, ἐξ ὧν ἡ ἀρχὴ τῆς κινήσεως, ὅσοι ἢ νῦν ἢ ἐρωτα ποιοῦσιν ἀρχλν. *Alii vero quidam, unde principium motus, intellectum aut amorem principium illud faciunt.* Sed qui huic generi oppositi erant, atque mundi Deorumque ita tuebantur ortum, ut in Deum re- 281
ligionesque essent injurioſi, quorum supra ex *Aristophane* retulimus doctrinam, multo aliter hac quidem in parte sentiebant. Namque generatim res omnes, id quod *Aristoteles* etiam alicubi testatur, ex nocte prodiisse, (ἐκ νυκτὸς πάντα γεγονέναι) affirmabant, neque ullum Deorum nobiliori loco volebant esse natum, quin ipsum quoque amorem ex ovo noctis in lucem exire faciebant. Quam ego quidem sententiam nihil esse censeo, quam foediſſimam antiquioris disciplinae Mosaicae corruptionem, praetereaque talem, ut ratione nullo modo comprehendi queat. Quidquid enim natura complectitur, ipsa tamen materia vita & mente vacante demta, id haec disciplina longe alio sensu, atque supra commemoravimus, ex nihilo eduxit. Quam quidem rem copiosius infra (*i*) persequemur.

Constat igitur jam, nisi fallor, quemadmodum vulgo antiquiores Theologi de 282
Diis

(*) Lib. I. C. 6. p. 849. (Opp. T. IV. p. 273.)

rum: *Eos, qui Empedoclem sequantur, seu amicitiam & contentionem quatuor elementis addant, solere motus omnis principium vel a mente vel ab amore repetere.* Ex his autem verbis quemadmodum efficiatur, veteres amorem non secus, atque Deum, spectasse summum & principem, unde omnia exstiterint reliqua, equidem ignorare me fateor.

(*i*) *Persequemur*] Magnam observationum & animadversionum copiam illis, quae vir doctissimus hic disputavit, subjicere possem, nisi vererer, aut in reprehendendo nimis acrem & ingeniosum, aut in commentando diffusum nimis & copiosum nonnullis me vilum iri. Quocirca ea tantum hic in litteras referam, quae nonnihil ponderis habere puto ad veterum de ortu rerum & Deorum opiniones & sententias declarandas. (I.) Facile doctissimo viro concesserim, poetas, qui *noctem* & *Oceanum* Deorum esse parentes dixere, inferiorum tantum & mundanorum Deorum natales & ortum designasse, siquidem aliud esse summum & praepo-

Digitized by Google

Diis rerumque omnium originibus praeceperint. Multos certe Deos esse, conce-
283 debant. Universae autem familiae unum praeficiebant ἀρχηγὸν Deum, seu Numen or-

tens Numen existimarunt, unde orta & nata sint omnia. Tale vero Numen utrum esse crediderint, nec ne, id quidem in controversiam vocatur, nec extra eam hic omnino ponitur. Mihi quidem, veterum monumenta & religiones accurate lustranti, visi sunt Dii patrii omnium fere populorum habiti esse a cultoribus suis pro illis hominibus, quos ex se & sua sponte terra protulerit in rerum omnium exordio. Haec nempe omnium fere gentium inlsedit animis opinio, terram ab aethere siderumque virtute foecundatam ex sinu suo generis humani primitias variis in locis protrusisse. [Vid. praeclarum locum *Aurelii Victoris de orig. gent. Rom. c. 1. p. 3. ed. Arntzenii.* Hinc Brutus, quum matrem juberetur ab oraculo osculari, terram osculatus est: quod eius factum paucissimi recte intelligunt. Vid. *Schottus ad Aurel. Victor. de viris illustr. Cap.* 10. *p.* 94. Nec aliud voluere Galli, quum dicerent, *se Dite patre*, i. e. ex terra, *natos. Jul. Caesar B. G. L.* VI. *c.* 18. *p.* 310. Plura longe exempla vid. *Diss. melees.* 1740. *T. 1. p.* 139. *f.*] Nihil aliud connubium illud coeli & telluris, de quo *Hesiodus* in *Theogonia vs.* 146. *p.* 27. & reliqui Theogoniarum scriptores eecinerunt, indicat, quam hoc ipsum, vim coeli in primo rerum omnium ortu effecisse, ut terra homines proferret robore, specie, & virtute praestantissimos. Hinc erat, quod tot sese populi pro *Aboriginibus* & ex terra editis haberi vellent, nec quisquam sibi multum super hac re pugnandum esse cum illis duceret. Romani, Germanis licet alioquin non nimis amici & aequi essent, hanc tamen illis gloriam non invidebant. *Ipsos Germanos*, inquit *Tacitus*, *indigenas crediderim*, *de morib. German. Cap.* 1. *p. m.* 585. Hi vero primi homines, quos vim coeli & terrae genuisse, temere sibi persuadebant, cum Diis vulgo componebantur, & cum pro conditoribus suis, tum pro Diis a populis habebantur, quod divinam in illis & immortalem vim fuisse censebant, qua carerent, qui lege postea naturae ordinaria ex femina & mare generati essent. Vestigia huius opinionis, nisi totus fallor, in illa fabula de initiis & origine divinationis apparent, quam *Cicero* memoriae prodidit *Lib.* II. *de divinatione Cap.* 23. *p.* 3208. *Tages quidam in agro Tarquiniensi*, *quum terra araretur*, *& sulcus altius esset impressus*, *exstitit repente*, *& affatus est eum*, *qui arabat*, *quumque concursus factus esset hominum*, *Etruscos totam haruspicinae disciplinam edocebat.* Vides hic hominem e terra ortum, qui tanto reliquis praestat hominibus, ut futurorum scientiam & divinationem calleat, verbo, Deus sit aliquis. *Hesiodus Theogoniae vs.* 154. 155. *p.* 28.

Ὅσσοι δ' γαίης τε καὶ ὑραυοῦ ἐγγεγάασιν,
Ἀντιθέων γενεὴν·

Quotquot tellure & coelo procreati sunt,
Potentissimi filiorum sunt.

Idem populis de primis conditoribus suis, quos pariter e terra judicabant prognatos esse, sensus erat, quorum incredibilem fuisse potentiam & virtutem existimabant, dignamque idcirco, quam religiose colerent, & publicis caerimoniis venerarentur. *Hesiodi* Dii magnam partem, si ab illis discedas, quos aut licentia effinxit poëtica, aut res potius, quam Deos, jure dixeris, primi sunt homines e terra procreati. Vid. *Theogoniae vs.* 150. *f. p.* 27. & passim. Ac, ut reliquas omittam gentes, Germanos nostros in eadem fuisse sententia, *Tacitus* probat. *Celebrant*, inquit, *carminibus antiquis Tuistonem*, DEUM TERRA EDITUM, *& filium Mannum.* Quid luculentius? *De morib. German. C.* 1. Nec indigna observatu, quae de *Semnonibus*, Suevae populis, *Cap.* 29. *p.* 602. idem auctor scripta reliquit, eos singulari reverentia locum illum coluisse, e quo gentis primum parentem, quem pro Deo colebant, prodiisse existimaverint: *Eoque omnis superstitio respicit*, *tamquam inde* INITIA GENTIS, IBI REGNATOR OMNIUM DEUS. Igitur hoc quidem exploratum est, patria veterum populorum Numina nil nisi homines illos fuisse singulares & valentissimos, quos terram primum coeli virtute gravidatam produxisse autumabant: illud vero dubium, num, praeter haec, unum etiam Deum coluerint, reliquorum omnium parentem & auctorem.

(11.) Ceterum, quae de *nocte*, Deorum matre, & *chao* aut *Oceano*, Deorum patre, poëtae antiqui perhibent, ea, si ad rationem revocentur, exemplo sunt, rerum magis naturam, quam Deorum saepenumero ab illis esse monstratam & declaratam, aut res ipsas & praecepta veterum physica personarum nominibus vestita. Quod nisi quis animo semper praesens habeat, *Theogonias* somnia putabit esse hominum mente & ratione captorum. Veteres physici, Phoenicum non minus, quod ex *Sanchoniathone* constat apud *Eusebium Praepar. evangel. Lib. I. Cap.* 10. *p.* 33. quam aliorum populorum, omnia rerum initia confusa primum & indigesta jacuisse, nec ullam fulsisse tum lucem, at paullatim postea fuisse secreta, & ex illa rudi rerum congerie aeternaque nocte, virtute aetheris terram foecundantis, prodiisse naturas aliquas nobiliores & praestantiores, praeceperant. Id quum poëtice efferre vellent homines justo ingeniosiores, res in personas converterunt, chaosque patrem, noctem fuisse matrem Numinum, dixerunt, immo chaos & noctem, quod plane absurdum & ridiculum, inter Deos retulerunt. Quorum dictorum vim quum non assequerentur posteri; nec meminissent, qui haec ea-

Digitized by Google

ortus omnis & initii expers. Atque hoc reliquam Deorum turbam una cum ipso mundo conſtruxiſſe, judicabant. Quamobrem neque mundum neque Deos exor- 284
dio

tradidiſſent, poëtas eſſe, quibus quaelibet audendi poteſtas ſemper fuiſſet, tam fuerunt inſiceti & ſui immemores, ut non modo hymnis noctem, quam Deam eſſe putabant, ſed etiam ſacrificiis & caerimoniis colerent & placarent. Tantam hominibus innatam eſſe vecordiam! Plura poëtici hujus moris res in perſonas commutandi exempla in ſequentibus occurrent, & paſſim apud *Heſiodum* exſtant.

(III.) Idem fere de *amore* dixerim, quem poëtae ut Deorum celebrant antiquiſſimum, tametſi vir doctiſſimus nulli parcat hic ſtudio, ut vel ipſum eum eſſe Deum, vel naturam aliquam genitricem, demonſtret. Dixi jam ſupra tantum hac de re, quantum neceſſe videbatur, *ad Cap.* 3. §. 18. nec ſententiam muto. Amor mihi veterum poëtarum vis eſſe videtur genitrix, quam in rerum natura ineſſe exiſtimabant veteres naturae ſpeculatores, cui vero poëtae accommodarunt ea, quae de Deo amoris & de Venere inter Graecos ferebantur. Id quo pateat evidentius, cum ea, quae vir doctiſſimus hic diſputavit, ſub examen modeſte vocabo, tum meae ſententiae ex illis potiſſimum, quae de Venere & Amore *Heſiodus* cecinit, praeſidia comparabo. Ut vir doctus probet, amorem veterum non ex chao prodiiſſe, ſed naturam eſſe meliorem, quae litem elementorum diremerit, & terrarum orbem compoſuerit. [Vid. hic quae de amore ex veterum ſcriptis erudite quidem, verum ſine judicio congeſſit *Battierius in Muſeo Helvetico Tom.* IV. *p.* 346. *ſ.*]

(I.) Amorem hunc non differre ab illo *ſpiritu*, contendit, qui, *Moſe* auctore, aquis in ipſo rerum initio incubabat. Non ignoro, in mentem idem veniſſe aliis magni nominis & ingenii viris, in quibus primas facile tenet *Hugo Grotius* in *Notis ad Lib.* I. *de verit. relig. Chriſt. p.* 31. Addatur b. *Jo. Andr. Schmidius Diſſ. de ovo mundano Cap.* 3. §. 4. 5. & *Edm. Dickinſonus* in *Phyſica veteri & vera Cap.* 5. §. 2. *p.* 56. Sed aſſumunt hoc doctiſſimi viri, non probant. Neque enim, quonam planum fieri poſſit argumento, intelligo, ſi tenuem aliquam ſimilitudinis umbram excipias, *ſpiritum*, de quo *Moſes* loquitur, & *amorem Orphei* & *Heſiodi* non diſcrepare, &, quae hi de amore ſuo tradiderunt, ea ex *Moſe* translata eſſe.

(II.) Veteres, teſte *Porphyrio*, credidiſſe, obſervat, ineſſe ſpiritum aliquem in aquis. Longum nimis foret de tota *Porphyrii* ratione differere. Sufficiet ad inſtitutum meum, ſi rem generatim ſpectem. Veteres, fateor, Aegyptii in primis, immo Judaeorum haud pauci, mentem ſeu naturam aliquam genitricem in aquis eſſe, quae corpora cuncta formet atque perficiat, exiſtimabant. Non id *Porphyrii* tantum conſtat teſtimonio, verum etiam eruditi illius ſcriptoris Chriſtiani, a quo *Recognitiones Clementis* facculo, ut arbitror, tertio exaratae ſunt, quem Judaeum fuiſſe Alexandrinum, eumque philoſophiae veteris valde peritum, alias oſtendi. Dignus eſt, quem adſcribam, inſignis locus, quoniam hanc rem univerſam praeclare illuſtrat. *Aquis*, inquit, *ineſt vis quaedam ſpiritus a Deo dati ex initio; cujus opere habitus futuri corporis in ipſo ſtatim ſemine formari incipit, & per culmum ſpicamque reſtitui: turgeſcit etenim ex humore ſeminum grano, per anguſtos quosdam venarum meatus vis illa ſpiritus, quae ineſſe aquis data eſt, utpote incorporea, tranſcurrens, ad incrementum ſemina ſuſcitat, & creſcentium ſpecies formas. Miniſterio igitur humidi elementi, cui vitalis ille ſpiritus inſitus ſemper & ingenitus eſt, efficitur, ut non ſolum reparetur, ſed ut per omnia ſimilis ſpecies & forma his, quae jam fuerint, feminibus redeat. Recognit. Clem. Lib.* VIII. *C.* 26. *p.* 571. *T.* I. *PP. Apoſtol.* Similia aliis etiam in locis legas, *Lib.* X. *C.* 32. *p.* 595. *Lib.* V. *C.* 8. *p.* 556. Adde *Clementina Homil.* XI. §. 22. *p.* 704. Hanc doctrinam, non ego video, cur veteres ex *Moſis* verbis hauſiſſe credendum ſit, quum nihil impediat, quo minus exiſtimemus, eos ex conſideratione virtutis, quam aqua habet, ad eam opinionem perveniſſe. Sed ſi quis tamen cum *Cudworthо Moſen* illis acrius diſputet auctorem exiſtitiſſe dogmatis hujus, haud ego multis verbis repugnabo. *Numenius* apud *Porphyrium* ad *Moſis* verba provocat. Idem facit *Clementinorum* ſcriptor, qui *Homil.* XI. §. 22. *p.* 704. Τὸ δ' ὕσωρ, inquit, ἀχ ὑπὸ πνεύματος δ' τὴν κίνησιν ἴσχει, ἢ τὸ πνεῦμα διὰ τοῦ ὕδατος πεπομπεύει· διὸ τὴν ἀρχὴν ὑπ' ἐκείνου ἴσχει· ὅτως γὰρ ὁ προφήτης εἶπεν Μωσῆς, κ. τ. λ. *An non vero aqua per ſpiritum movetur, atque ſpiritus a Dei cunctorum opifice initium exſtantiae habet? Sic enim dixit Moſes propheta &c. Et ſpiritus Dei ferebatur ſuper aquas.* Sit hoc, ſi nonnullis ita videtur, argumento, qui haec Aegyptios & alias gentes edocuerit, *Moſen* fuiſſe, etiamſi ſecus ipſe ſentiam. Hoc vero ii largiar, nondum tamen, quid me cogat, video, ut & hoc concedam, poëtarum *amorem* & hunc *Moſis ſpiritum* nullo diſcrimine ſejunctos eſſe. Namque ex eo, quod veteres, duce *Moſe*, ad hanc delati ſunt ſententiam, vim genitricem in omnibus ineſſe aquis, hoc minime conſequitur, poëtas quoque, quae de amore ſcripta reliquere, *Moſi* unice accepta referre debere.

(III.) *Parmenidis*, *Simmiae*, *Orphei*, *Ariſtotelis* auctoritates teſtatur. De *Parmenide* & *Simmia* ſupra jam dixi *ad Cap.* 3. §. 18. *Ariſtotelem* nihil huc afferre adjumenti, paullo ante probavi. Reſtat igitur, ut in *Orphei* de amore ſententiam inquiram. Ipſi vero verſus illi, quos ex eo affert

dio carere, verum certo prodiiſſe tempore, perſuaſum habebant. Unum tamen erat, quod *Platonem Pythagoraeque* ſectatores a reliquis ſecernebat hujus opinionis de-

vir doctiſſimus, abunde docent, non ita eum praeclare de amore ſenſiſſe, ut ipſe arbitratur. Etenim amoris ortum, tametſi magnificis eum exornet vocabulis, poſt chaos, poſt elementorum diſtributionem, poſt terrae denique & maris initia collocat. Hoccine viſum ipſi fuiſſe declarat, amorem ex chao quoque, una cum aliis rebus, natum eſſe? Sed alios iam *Orphei* verſus dabo, ex quibus mens & ſententia ejus multo etiam luculentius elucet. Exſtant illi eodem libro, in *Argonauticis* v. 12. *ſ. p.* 3.

Ἀρχαίη μὲν πρῶτα χάος ἀμήχανον ἀνάγκη,
Καὶ Κρόνον, ὃς ἐλάχυνεν ἀπειρεσίοιο ὑφ' ὅλκοῦ
Αἰθέρα, τῷ δ' ἀδυῆ ἔσωτέν κυδιόων Ἔρατο,
Νυκτὸς ἀεργυφέης πατέρα κλυτόν.

Cecini antiqui primum chaos maximam neceſſitatem,
Et Saturnum, qui produxit immenſis tractibus
Aethera & geminum conſpicuum deiectabilem
Amorem,
Noctis aeternae parentem inclytum.

Ipſum chaos hac foedius eſſe diſciplina non potuit. Primum chaos fuit ex mente ejus & neceſſitas: utraque haec res Saturnum genuit: Saturnus aethera. Poſt hos amor demum exortus eſt, qui noctem peperit. Tolle figuras poëticas, & hanc habebis ſententiam: Aeterna quadam fati lege, quae confuſa jacebant, rerum initia in certum coacta ſunt ordinem: quo facto, tempus exſtitit, quod antea nullum erat. Longo intervallo leviores partes, in altum ſublatae, aetherem efficerunt, cujus virtus facultatem genitricem in reliqua materia excitavit. Quae quum ita ſint, non a me impetro, ut doctiſſimi viri de amore ſententiam probem. Ex mea nunc exponam opinione. Credo ego, id quod ſupra iam profeſſus ſum, amorem eorum, qui *Theogonias* exararunt, non eſſe Deam aliquem aut perſonam vel naturam, ſed rem, facultatem nimirum procreatricem, cum materia coniunctam, cui licentia poëtarum perſonae iniecit habitum. Id quo probem, hoc mihi primum ſumo, quod omnes facile dabunt, qui litteris imbuti ſunt, phyſica veterum praecepta magnam partem carmine expreſſiſſe & figuris deformaſſe verius, quam expoliviſſe, antiquos vates. Res ipſa id docet; nec illi refragantur, in quibus ſumma eſt rerum antiquarum peritia, *Grotius*, *Clericus*, *Bochartus*, *Salmaſius*, & alii. Hoc autem ſi ita ſit, id inde conſequitur, ex ſcitis illis antiquorum phyſicis, quae apud plerosque populos fuere eadem, explicandam eſſe poëtarum ſententiam, & quid figurata eorum oratio ſibi velit, ex illis intelligi debere, qui ſine figuris aperte opiniones & dogmata antiqua enarrarunt. In his vero duo eminent in primis, *Diodorus Siculus* & *Sanchoniathon* ille, quisquis demum fuerit, ex quo multa depromſit *Euſebius Praeparat. evangel. L.* I. *C.* 10. *p.* 33. *ſ.* Utrumque ſi conſulamus, verum illud eſſe, quod de amore dixi, apparebit. Miſſo nunc *Sanchoniathone*, ea tantum, quae *Diodorus Siculus* his de rebus ex veterum populorum ſententia retulit, breviter commemorabo. Is ergo *Biblioth. hiſtor. Lib.* I. *Cap.* 10. *p.* 18. rerum origines ita narrat: Unum coeli terraeque primum fuiſſe vultum: poſtea diſceſſiſſe corpora: leviora & magis ignea, ad loca ſublimia evecta, ſidera & ſolem effeciſſe; graviora in imo ſubſediſſe, & terram primo ediditſe, at lutoſam & mollem, coaluiſſe vero eam igne ſolis: eumdem ſolis calorem tantum valuiſſe, ut in extremitate terra innumerit, & foetus conceperit variis in locis: his foetibus advenifſe alimentum noctibus ex circumfuſa nebula: poſtremo, ruptis peliculis, varias animantium formas prodiiſſe: at hanc gignendi vim ſenſim amiſiſſe terram: itaque alia lege nunc homines & animalia gigni. Haec auctoritate firmat *Diodorus Euripidis*, *Anaxagorae* diſcipuli. Haec, ſi placet, cum iis confer, quae *Heſiodus* ſcripſit & reliqui veteres de chao & amore, & ſenties, etiamſi non eadem prorſus omnes cecinerint, ad illa tamen pleraque revocari poſſe, nec *amorem* idcirco eſſe aliquid, quam vim genitricem in materia excitatam. [Alias commenticitur explicationes *Schukford Biblioth. Britann. T.* X. *P.* I. *p.* 143. *ſ.*] Verum evidentius ex ipſo id cognoſcemus *Heſiodo*, cujus *Theogoniae* partem illam, quae huc pertinet, qua fieri poterit, brevitate illuſtrabo, ut aliis, qui veterum explorare cupiunt ſententias, & *Heſiodum* nova luce illuſtrare, viam muniam quodammodo. Tria is primo rerum principia ponit *v.* 116. *ſ. p.* 21. *chaos*, *tellurem*, & *amorem*. Tum ex *chao erebum* & *noctem* natas eſſe, perhibet *v.* 123. *p.* 23. ex *nocte rurſus diem* & *aetherem*, *v.* 124. *Tellurem* hinc canit *v.* 125. 126. *coelum* peperiſſe, *montes*, *pontum*, & alia: poſtea *coelo* miſtam generaſſe *Oceanum* & multa Numina, quorum nomina praetereo. Quae hic de *chao* & ejus natis, *erebo*, *nocte*, *die*, & *aethere* vates perhibet, omitto. Nec enim ad meum inſtitutum pertinent, nec, ut verum fatear, credibile eſt, poëtam ſic, uti decebat, veterum placita hic enarraſſe, verum omnia pervertiſſe & adulteraſſe. *Chaos* apud omnes veteres confuſiſſimam rerum omnium congeriem ſignificat: ille vero *tellurem*, & quae ex *tellure* nata ſunt, *coelum*, *Oceanum*, & alia a *chao* ſejungit: quod quidem docet, *tellurem* apud *Heſiodum* id fere ſignificare, quod reliqui veteres *chaos*

Digitized by Google

defensoribus. Illi enim, quum hoc ceteris assentirentur, mundum mundanosque Deos certo temporis momento procreatos esse, aliquod nihilominus *Deorum supra-*

mun-

vocant, *chaos* vero longe alia notione, quam ipse fortasis ignoravit, adhibitum esse. Sed haec nunc relinquo, & ad reliqua pergo. Quum *Hesiodus* tria primum posuisset principia, *chaos*, *tellurem*, & *amorem*, nullas tamen *amori* postea partes in illis, quas enarrat, generationibus tribuit, quin etiam ne *amoris* quidem & factorum ejus meminit, verum simpliciter, quidnam *chaos*, quidnam *tellus* ex se genuerint, exponit. Judices hic omnes esse velim aequos rerum existimatores, haecne sint documento, *amorem* non rem esse separatam & per se agentem, sed vim aliquam & facultatem in *chao* & *tellure* insitam, & utrumque principium hoc ad generandum animantem & excitantem? Gignit *chaos*: gignit etiam *tellus*. In utroque ergo necesse est fuerit vis aliqua gignendi & pariendi. Hoc ergo, quum *amorem* induxit, *Hesiodus* significat: bina sui se rerum principia, & utrumque interiori quadam generandi facultate valuisse. Persequar jam & ea, quae de rebus ex *tellure* genitis perhibet, quo & sententiae meae plus roboris ac firmamenti comparem, & rationem ostendam, quam illis esse secundam arbitror, qui antiquos, quos dixi, poëtas explicare volunt.

Tellus primum *coelum* ex se gignit stellis fulgidum, *Theogoniae vs.* 126. 127. id est, partes materiae leviores & igneae secessérunt a reliquis, & loca sublimiora petierunt, ex quibus coelum & sidera exstiterunt. Deinde parit *vs.* 129. *s. montes* & *pelagus*. Sensus fabulae hic est, ut opinor: Tellus mollior & lutea variis in locis depressa est, ut valles & profunda exsisterent: quo facto, aqua, quae totam antea tegebat terram, ad illa profunda dimanavit, & montes passim apparuerunt.

Tum *tellus coelo*, quod ex se antea pepererat, missa multa Numina, & postremo *Saturnum vs.* 133. *s.* genuit, nec non *Cyclopes*, & multos alios, quos enumerare nihil juvat, *vs.* 139. Hic poëta incipit fabulas & historias, quae de Diis inter Graecos, de Saturno, de Jove, de Cyclopibus, ferebantur, cum scitis antiquorum physicis confundere, ac Deorum historiam ad istius aetatis naturalem philosophiam accommodare. Interim, quidnam ex veteri physica sub his lateat involucris, investigatu haud est arduum. Ita erat antiquis persuasum, quod ex *Diodoro* & aliis jam cognovimus, vim coeli & siderum terram mollem adhuc & recentem fecundasse, ut ea cum alia produceret animantia, tum homines in primis procrearet robustissimos & divina virtute praeditos, paucis, eos, quos pro Diis deinceps habuere populi, in quorum terris nati dicebantur. Quod enim jam antea indicavi, Dii Graecorum patrii magni *Hesiodo* sunt illi & immortales homines, quos ipsam matrem terram in lucem quondam edidisse, prisci credebant.

Coelum vero liberis suis iniquum se praebebat, nec eos e terra prodire semper patiebatur *vs.* 155. 156. Historiae veteris hic doctissimus vir, *Joannes Clericus*, *Notis ad Hesiod. p.* 28. videt vestigia: non item ego, sed antiquioris physices, id quod universi carminis series & res ipsa testatum facit. Coeli & siderum vis, quae primis illis temporibus vehementissima erat, & terrae nimiam inducebat siccitatem, ne foetus illi, quos terra sinu suo conceperat, ad justam maturitatem pervenirent, & in lucem prodirent, impediebat.

Ad dolos igitur *terra* confugit, & versuto *Saturno*, filio suo, falcem asperis dentibus tradit, qui parentis genitalia defecuit, ne terram inire posset amplius, *vs.* 161. - 184. Quaerant hic retrusa mysteria doctissimi viri, aut veteris historiae reliquias venerentur: mihi, si figuras & personas licentia poëtae effictas detraxerim, omnia plana videntur & aperta. Saturnus & falx Saturni tempus est. Universae vero orationis haec simplex sententia: Longum & diuturnum tempus quum effluxisset, coelum genitalia amisit, id est, vim illam, qua valebat initio, acerrimam & igneam ex terra procreandi homines paullatim diminutam & exstinctam sensit. Quaero omnes, qui nec a ratione nec ab eruditione relicti sunt, num quid veterum scitis & ipsi carmini convenientius & in se simplicius sit hoc sensu? At sermonis & moris poëtici ignaros ista falx asperis dentibus, Saturni vocabulum, illa coeli genitalia, falce defecta, mirifice conturbarunt, ut exitum vix reperire potuerint: quem certe reperissent, si rem sibi esse recordati essent cum poëta, eoque vulgi religionem cum sapientum placitis argute nimis componente.

Illa Saturni genitalia falce resecata mare excepit: ex spuma vero circa illa in mari enata *Venus* generata est, quam *amor* comitatur, *vs.* 189. - 206. Veterum de natura rerum placita poëta hic iterum fabulis Graecorum de Venere & amore temperat. Venus haud dubie femina quaedam fuit aut regina Cypri. *Hesiodus* vero, quoniam hanc Venerem aetate sua amori praefectam esse & generationi, atque Deam censebant Graeci, ideo historiam ejus & ortum, quod institutum ejus postulabat, cum ipsis rerum initiis conjungit & jociat. Nos in instituto pergemus, & veterum, quae sub his integumentis recondita sunt, dogmata ornatu poëtico nudabimus. Vis vero genitrix, sic decet poëtam intelligere, qua coelum infractum erat olim, non omnis exaruit, sed ex coelo ad aquam translata est; in qua veteres plerique, quod paullo ante ostendimus, genitricem spiritum inesse credebant. Jam igitur, qui antea coeli ipsius & siderum virtute gignebant-

ram habeat, ex infinito semper fuisse tempore, tametsi formae rerum saepius commutatae fuerint.

De Chaldaeis, qui & ipsi mundum ortum aliquando habuisse negarunt, *Diodorum Siculum* auctorem habemus: (*) Οἱ δὲ ἐν Χαλδαίοις τὸν μὲν κόσμον φύσιν ἀΐδιον φασιν εἶναι, καὶ μήτε ἐξ ἀρχῆς γένεσιν ἐσχηκέναι μηδ' ὕστερον φθορὰν ἐπιδέξεσθαι. *Chaldaei naturam mundi aeternam esse affirmant, statuuntque, eam nec ortum habuisse aliquando, nec tempore quodam interituram esse.* Haec autem tota natio, aeque ac *Aristoteles*, Deo religionique minime propter hanc sententiam inimica fuit: quod ex his, quae statim priora consequuntur, *Diodori* verbis elucet: Τήν τε τῶν ὅλων τάξιν καὶ διακόσμησιν θείᾳ τινὶ προνοίᾳ γεγενῆσθαι, καὶ τῶν ἐκάστοις τοῖς ἐν οὐρανῷ γινομένων, οὐκ ἀπὸ τύχης, οὐδ' αὐτομάτως, ἀλλ' ἀφ' ὡρισμένης τινὸς καὶ βεβαίας κατακοσμήσεως θεῶν κρίσει συντελεῖσθαι. *Credunt etiam, ordinem & dispositionem mundi divina quadam providentia constitutam esse, neque aliquid eorum, quae in coelis fiunt & eveniunt, temere vel casu fieri, verum certo quodam & firmiter lato Deorum judicio contingere.* De recentioribus quidnam Platonicis dicemus? Quorum quidem universam familiam *Aristotelis* de mundi perennitate sententiam omnino approbasse, neminem doctiorum praeterit. Quin etiam procedebant longius, nec modo mundum ipsum corporeum omnesque Deos inferiores & mundanos ἀγήρατα esse, atque semper ex infinito exstitisse tempore, asseverabant, sed etiam hominum ceterorumque animantium mentes sempiternas esse, docebant. Namque hoc sine controversia sibi dari volebant, nullam animam corpore sive mundo recentiorem aut aetate inferiorem esse. Qua in re ne magistro suo viderentur adversari, id maximopere contendebant, ut ex illis, quae *Plato* dixerat de mundo, eamdem sententiam (*p*) elicerent.

237 Sed hanc juniorum *Platonis* sectatorum de mundi aeternitate sententiam ne perverse interpretentur ac exponant, omnes necesse est sibi caveant. Id quidem certum est, genus hoc cum ipsum mundum, tum minores Deos atque animos negasse genitos esse: neque dubium est, angustiori notione vocabulum ἀγήρατος in hoc dogmate ab illis acceptum esse, sic ut rem eo designaverint nullo tempore natam, sed

(*) Lib. II. p. 82.

perpauci foverunt philosophi. Quam propter causam omnes ante se recte affirmat *Aristoteles* coelum dixisse genitum, nullos aeternum: isto nimirum sensu, quo ille coelum aeternum esse credebat. Posterior autem ratio Pythagoraeis illis & aliis arrisit, qui ante *Aristotelem* aeternitatis mundi fautores fuisse perhibentur: quod, si res id posceret hoc in loco, ex illis, quae apud veteres scripta de scitis eorum leguntur, ostendere liceret. In *Epicharmi* certe versibus, si recte ponderentur, manifestum est, non *Aristotelis* de mundi aeternitate opinionem, sed illam, quam posteriori loco posui, propositam esse. Is vero Pythagoraeus erat.

(*p*) *Elicerent*] De Platonicorum recentiorum sententia paullo ante dixi: quae nunc non repetam. Si ex libris, quos habemus, *Platonis*, maxime ex *Timaeo*, sententia hominis metienda sit, id quod fas esse puto, nullum omnino est dubium, quin mundum conditum & a Deo generatum esse putaverit. Itaque delirabant juniores Platonici, qui ex illis, quae exstant, *Platonis* voluminibus, invita plane veritate, dogma suum de mundi aeternitate probare conabantur. At num ita senserit, uti scripsit, divinus *Plato*, id *Aristotelis* locus facit ambiguum, quo *Platonem* & amicos ejus testatur professos esse, sese, quae de mundi ortu docerent, non ideo docere ac si mundum reapse putarent ortum esse, sed rudiorum tantum & infirmiorum institutendorum gratia tradere. Dignus est, qui describatur, locus ex *Lib.* I. *de coelo Cap.* 10. p. 632. *T.* IV. *Opp.* Ἃ δὲ τινες βούλονται ἐπιχειρεῖν ἐπιφέρειν ἐκείνοις, ὡς λεγόντων, ἄφθαρτον μὲν εἶναι, γενόμενον δέ, οὐκ ἔστιν ἀληθές· ἁπλοῦς γάρ φασι τοῖς τὰ διαγράμματα γράφουσι καὶ σφαῖραν εἰρηκόσι περὶ τῆς γενέσεως, οὐχ ὡς γενομένου τοῦ, ἀλλὰ διδασκαλίας χάριν, ὡς μᾶλλον γνωσθησόμενον, ὅστις τὸ διάγραμμα γράψειεν ἢ σφαῖραν. *Subsidium autem, quod quidam eorum, qui dicunt, mundum incorruptibilem quidem esse, attamen factum esse, sibimet ipsis enituntur ferre, verum non esse videtur. Inquiunt enim, & se,* per-

ſed ex omni aeternitate exſiſtentem. Ex hoc autem nullo modo efficitur, credidiſſe hos philoſophos, mundum, Deos, & animos nullam omnino ſui cauſſam habuiſſe, aut ex ſe ipſis natos eſſe, aut, ut Graeci dicunt, αὐτογενεῖς καὶ αὐθυπάρκτους εἶναι. Unum enim, ſummum, nullaque ex re alia natum cenſebant eſſe Deum, qui non tempore quidem, at natura tamen, ceteris rebus omnibus prior & ſuperior, earumque cauſſa, fons, & origo eſſet. Ita *Plotinus* ſectae, cui deditus erat, ſententiam enarrat: (*) Νῦν μὲν αὐτῷ εἶναι, οὐχ ὡς χρόνῳ πρότερον αὐτῷ ὄντα, ἀλλ' ὅτι καὶ νῷ ἐστι, καὶ φύσει πρότερον ἐκείνου, καὶ αἴτιον τούτου, οἷονεὶ καὶ παράδειγμα εἰκόνος, καὶ ὡς ἐκείνου ὄντος καὶ ἀϊδίου ἀεὶ πάντα τὸν τρόπον. *Mens ante mundum eſt, non ac ſi tempore praecederet, ſed quoniam hic eſt a mente, mentisque natura prior eſt, quam mundus, cauſſaque mens exſiſtit mundi, ac velut principalis forma & exemplar mundi, inquam, hujus, velut imaginis per exemplar illud exſiſtentis, eodemque modo in le perpetuo ſubſiſtentis.* Alio loco rem eamdem his verbis perſequitur: (†) Οὐ τοίνυν ἐφθάρτο, ἀλλ' ἐγένετο καὶ γενητοῦ, ὅσα φασὶ τὰ λόγοι, οὐδὲ φθαρήσεται, ἀλλ' ἢ ὅσα ἔχει εἰς ἄ. *Quaecumque igitur generata eſſe dicuntur, illa non ſunt aliquando facta,* (non habuerunt exſiſtendi principium & initium) *at fiebant tamen olim, & fient* (alio nimirum ſenſu:) *neque ullo modo corrumpentur quaedam, praeterquam illa, quae habent,* (ſimplicia principia, ex quibus ſunt compoſita,) *in quae diſſolvantur.* Negat, id quod ex his perſpicuum eſt dictis, philoſophus, mundum factum eſſe, ſi quidem haec vox ſignificet, certo tempore exortum eſſe. Idem vero, ſi vox aliter ſumatur, mundum fieri perpetuo, fatetur, eo quod ex Deo ſemper pendeat, ex eoque, tamquam ex cauſſa ſua, fluat & emanet. Haec ratio eſt, quare alio loco rationem atque modum, quo mundus a Deo profectus ſit, ita deſignet: (§) Οὐκ ὀρθῶς οἱ φθείρειν καὶ γεννᾶσθαι αὐτόν· ἔστι δὲ τρόπῳ τὸ παράπαν τοῦτο, οὐκ ἐθέλουσι σκοπεῖν, οὐδ' ἴσασιν, ὅπη ἐστὶν ἐκεῖνο ἐκφάνσει, καὶ μήποτε τὸ ἄπαν ἐκλείψει. *Non recte illi ſentiunt, qui mundum hunc interiturum putant, & genitum eſſe opinantur. Nolunt enim intelligere, quisnam modus ille ſit, quo mundus effectus eſt, neque ſciunt, quatenus divinus ille mundus lucet, eatenus inde mundum hunc emicare, neque defecturum unquam.* Similiter (q) *Proclus:* qui & mundum ſta-

(*) Ennead. III. Lib. II. C. 1. (Lib. I. de providentia p. 255.)
(†) Enn. II. Lib. IX. Cap. 3. (contra Gnoſtic. p. 201. Verſio mea eſt.)
(§) Enn. V. Lib. VIII. C. 12. (de pulcritudine intelligib. Libro p. 554. Omiſit in his *Plotini* verbis aliqua *Cudworthus.*

perinde ut geometrae, qui deſignationes deſcribunt, de generatione mundi dixiſſe, non quaſi aliquando mundus eſſet ortus, ſed inſtitutionis gratia, quia diſcentes magis cognoſcunt, ſi ut deſignationem viderint factam. Rejicit quidem & repudiat *Ariſtoteles* hanc Platonicorum, & ipſius forte *Platonis* interpretationem ſententiae ſuae: ſed hinc tamen liquet, ut vere & ex animo de hac re judicaverit *Plato*, id explorate ſatis non eſſe cognitum. Tanto vero minus mirandum eſt, exſtitiſſe poſtea aeternitatis mundi aſſertores, qui quoniam *Platonis* auctoritatem ſibi videbant ad invidiam effugiendam eſſe neceſſariam, quae litteris hac de re conſignavit *Plato*, ad ingenii ludos referre nil debitarunt. Probant id *Philonis Judaei* verba haec, quae *Libro de mundi aeternitate p.* 941. *Opp.* legas: Τοῖς δ' οὐκ ἀφιλοσόφοις, κατὰ Πλάτωνα γενητὸν λεγόντων τὸν κόσμον, ἢ τὸ λαμβάνειν γένεσιν ἀρχήν, ἀλλὰ τὸ εἶναι ἐγένετο, μὴ ὡς ἔστιν, ἢ τὸν ὑφηγούμενον συσκιάζειν τρόπον, ἢ ὅτι τὸ σὺν γενέσει καὶ μεταβολῇ τὰ μέρη θεωροῦμεν. *Quidam autem ſophiſtice interpretantur, apud Platonem genitum dici mundum, non quo habuerit generationis principium, ſed quo, ſi factus eſt, non aliter, quam ibi dictum eſt, confieri potuerit: quandoquidem partes ejus generari & mutari videmus.* Clementius de his *Platonis* interpretibus judicium tuliſſet *Philo*, ſi aut ſciviſſet, aut recordatus fuiſſet, ipſum forte *Platonem*, certe primos ejus diſcipulos, quos vidit *Ariſtoteles*, non aliter ſenſiſſe, atque ipſos praecepta ſua de ortu mundi cum figuris Mathematicorum, quas rudioribus proponunt, compara ſe.

(q) *Proclus*] Hujus adhuc exſtant *duodeviginti argumenta*, quibus Chriſtianorum doctrinam de mundo a Deo certo tempore condito, non autem aeterno,

probare memini, repetendum eſt, quos *Homerus* & *Heſiodus* genitos eſſe dicunt, Deos amplius aliquid deſignare, atque eos, quos *Plato* dicit ortos eſſe. Nec enim animatae tantum hujus mundi partes ſub illis occultantur, ſed etiam reliquae res naturales, quibus licentia poëtarum habitum perſonae nominaque Deorum & Dearum parum proprie ac legitime impoſuit. Verum haec deinceps latius: nunc rem inſtitutam perſequamur.

Mirum forte nonnullis videbitur, eos, qui ſic olim Deorum credebant ortum, ut ſimul unum eſſe ſummum putarent Deum, nonnumquam tamen *Chaos* ſive *Oceanum* principem & ſeniorem Deorum, *Noctem* vero matrem ac genitricem eorum dicere. Idem enim facere ſolent, qui nullum non Deorum procreatum volunt eſſe, ſummumque Numen commentum appellant hominum. Verum hi quoque, ſi ſequentia legerint, mirari deſinent. Igitur principio rem ipſam concedimus. Deorum enim principem *Oceanum* non modo *Homerus* & *Heſiodus*, verum omnes quoque Dei aſſertores, qui priſcis fuere temporibus, (*a*) auctore *Epicharmo*, dixerunt. *Noctem* vero Deorum parentem (*b*) *Orpheus*, quem in Dei profeſſoribus omnes habent, *Hymno de nocte* vocat:

Νύκτα Θεῶν γενέτειραν ἀείσομαι, ἠδὲ καὶ ἀνδρῶν.

Noctem concelebro genitricem hominumque Deumque.

Sed falluntur, qui exiſtimant, eos vocabulo *Dii* tam amplam ſubjeciſſe poteſtatem, ut, quod eos feciſſe notum eſt, qui dogmate de generatione Deorum ad ſummam abutebantur impietatem, omnes omnino Deos iſta voce comprehenderent. Contra, quum ab eorum plane abhorrerent ſententia, qui nullam eſſe cenſebant divinam naturam ortus expertem, resque omnes ex *chao* & *nocte* ſive bruta materia, pulſu neſcio quo temere commota & agitata, procreatas eſſe unice, disputabant, vocabulo *Dii* inferiores tantum mundanosque Deos, quibus idem fuiſſe putabant initium, quod huic orbi, remoto ſummo Deo, deſignabant. Cauſſam vero, cur ſic, uti diximus, docerent, hanc in primis habuere. Vetuſtiſſima eſt
279 opinio, quae omnium prope gentium animos olim occupaverat, id quod aliquoties jam animadvertimus, rerum univerſitatem ex chao primum prodiiſſe. Hanc non minus illi probabant, qui Deum ex orbe proſcribebant, quam iſti, quibus Deum effectorem mundo praeſuiſſe placebat. Inter Graecos *Orpheus* & *Linus*, ac deinde *Ho-*

tantio, *Heſiodum* nullius ſummi Numinis mentionem in *Theogonia* feciſſe, nec cognitam habuiſſe rerum creationem. (II.) *Immortales* quod *Homerus* & *Heſiodus* Deos ſuos vocant, id neſcio an omnem ab illis impietatis adverſus Deum ſuſpicionem removeat. Nam, ut multa praetermittam alia, nec quaeſtionem illam attingam: utrum, qui Deum tollit, perenne nihil & immortale credere poſſit; quis illud etiam *immortale* dici neſcit, cui longum permanendi & vivendi aſſignatum eſt ſpatium? illa *immortalis fama* & *memoria*, quam ſibi poſticentur multi, quid eſt, niſi diuturna memoria? Atque Stoici, quod propius ad hanc rem ſpectat, Deos ſuos immortales dicebant, quos certis tamen & longis intervallis oriri & occidere, opinabantur.

(*a*) *Auctore Epicharmo*] Haud dubie illos *Epicharmi* verſus intelligit, quos *Diogenes Laertius in vita Platonis Lib.* III. *Segm.* 10. *p.* 170. recitat, & in his tertium:

Ἀλλὰ λέγεται μὲν χάος πρῶτον γενέσθαι θεῶν.

Sed fertur Chaos primum Deorum genitum eſſe.

Adde *Orpheum Argonaut. vſ.* 334. *p.* 24. *Hymno in Oceanum p.* 179. & in *Fragm. p.* 245. *ed. Eſchenbachii.*

(*b*) *Orpheus*] *P.* 99. *Opp.* Idem *Orpheus* in *Ar-*

Digitized by Google

Homerus & *Heſiodus* dogma hoc a majoribus acceptum diſſeminaverant & propagaverant. Aſſenſus erat ei *Epicharmus*; *Thales* item, *Anaxagoras*, *Plato*, ceterique philoſophi, qui cultum Dei atque religionem ſuſceperant, ſuis illud placitis adſcripſerant. Antiquitatem vero ejus his (*c*) *Euripides* verſibus cecinit:

Οὐκ ἐμὸς ὁ μῦθος, ἀλλ' ἐμῆς μητρὸς πάρα,
Ὡς ἥ ἁπάντων τ' ἦν μορφὴ μία,
Ἐπεὶ δ' ἐχωρίσθησαν ἀλλήλων δ' ἔχα,
Τίκτουσι πάντα, κἀνέδωκαν εἰς φάος,
Τὰ δένδρα, κτήνη, θῆρας, ὅσ' ἁλμὰ τρέφει,
Γένος τε θνητῶν.

Non hic meus, ſed matris eſt ſermo meae,
Figura ut una fuerit & coeli & ſoli,
Secreta quae mox ut receperunt ſtatum,
Cuncta ediderunt haec in oras luminis,
Feras, volucres, arbores, ponti gregem,
Homines quoque ipſos.

Nec ego quemquam fore putem, ſi modo cuncta rite ponderet, quin divinitus hanc opinionem primum eſſe patefactam, atque a Moſe poſteris traditam, fateatur. (*d*) Ecquis enim mortalium tantum ſibi potuit arrogare, ut, quae, antequam ullus eſſet homo, evenerint, ſibi eſſe cognita, contenderet? Hoc de ortu mundi dogma illi etiam, quos diximus, probabant; qui cum unum reverebantur Deum ſempiternum nullique cauſſae ſubjectum, tum praeterea multos inferiores Deos, quorum praecipuos ſtellas eſſe ducebant animatas, una cum ipſo mundo genitos atque ortos eſſe, praedicabant. Quamobrem conſentaneum erat, ut corporeas ſaltim Deorum illorum, quos una cum orbe putabant exſtitiſſe, partes nocte atque chao recentiores & ex hiſce ortas eſſe, ducerent. Quidquid enim eſſet corporum, id ex tenebricoſo informique chao progreſſum judicabant eſſe. Juvat id (*e*) *Plutarchi* illuſtrare teſtimonio, qui, (*) Τὸν μυγαλῆ, inquit, ἐπιθειάζουσι λέγουσιν Αἰγύπτιοι τυφλὸν ἔτος, ὅτι τὸ σκότος τοῦ φωτὸς ἡγεῖτο πρεσβύτερον. *Murem araneum divinos reperiſſe honores apud Aegyptios ajunt propter coecitatem, quod tenebras luce antiquiores ii arbitrentur.* Neque aliter illis ſentire integrum erat de daemonibus, qui-

(*) Sympoſ. Lib. IV. Qu. 5. (p. 670. T. II. Opp.)

Argonaut. vſ. 339. *p.* 24. inter alia Numina invocat ἄχραντον νυκτὸς ὄμμα, *tenebras noctis opacae.* His adde, quae ex *Orphico* eadem de re *Proclus in Timaeum Platon. Lib.* II. *p.* 63. affert.

(*c*) *Euripides*] Verſus hos ex *Menalippe*, *Euripidis* Tragoedia, quae periit, ſervavit *Diodorus Siculus Biblioth. hiſtor. Lib.* I. *Cap.* 4. & ex eo *Euſebius Praeparat. euang. Lib.* I. *Cap.* 5. *p.* 20. Conſer *Joſ. Barneſium* in *Fragmentis Euripidis*, quae ſuae Tragici hujus editioni ſubjecit, *p.* 429. *ſ.* De chao ceterum, quod antiquiſſimi credidere populi, ut nunc alios taceam, multa *Hugo Grotius* teſtimonia congeſſit ad *Lib.* I. *de verit. relig. Chriſt. p.* 29. *ed. celeberrimi Koecheri.*

(*d*) *Ecquis*] Hanc ego rationem exigui putem momenti eſſe ad id probandum, quod hic inculcat vir doctiſſimus, veterum de chao doctrinam a *Moſe* ad reliquos fluxiſſe populos. Etenim multorum hanc eſſe temeritatem, ut ſibi ea eſſe nota profiteantur, quae ante natos homines geſta ſint, aut materiae contigerint, antequam componeretur, notiſſimum eſt. Atheos novimus eſſe plures tam vefanos, ut omnes materiae motus radio veluti dimetiantur, quibus eam agitatam eſſe fin-

dant,

quibus quippe ſua etiam *corporea* tribuebant *vehicula*. Quare, quod ex *Numenio* refert (*f*) *Porphyrius*, veteres Aegyptii daemones pingebant naviculis impoſitos marique fluctuantes. Τὸς δ' Αἰγυπτίους λέγ' τοῦτο τοὺς δαίμονας ἅπαντας οὐχ ἑστάναι ἐπὶ στερεᾶ, ἀλλὰ πάντας ἐπὶ πλοίῳ. *Aegyptii quoque hanc ob cauſſam omnes daemones non in ſolido ſtabilique poſuere, ſed ſuper navigium.* Simplices vero horum inferiorum Numinum partes, quae corpore vacant, ſive mentes hi philoſophi ex chao ſeu materia concretas eſſe, non poterant praecipere. Atque aliud illis erat principium, *Amor* nempe, unde hos derivare licebat Deorum animos, ſic ut divinitus conditi, Deumque ipſum parentem habere viderentur. Sed video tamen, alio ſenſu etiam mentium divinarum genitricem noctem vocari potuiſſe. Quod enim his perſuaſum erat ſapientibus, animos omnes ex nihilo, ἐξ οὐκ ὄντων, procreatos eſſe, id hac formula commode ſignificari, ſentio. Haec forte cauſſa fuit, quare inter *Orphei* carmina (*g*) *Dialogus inter mundi effectorem & noctem* exſtitit. Quidquid id eſt, antiqua illa doctrina, quae chaos & amorem orbis terrarum ſciſcit eſſe principia, nulla plane ratione religioni olim inimica fuit, aut Deum ſuſtulit, neque amorem ex chao natum eſſe, decrevit. Idque ego vel ex eo manifeſtum opinor eſſe, quod amor, aeque ac chaos, *Moſen* auctorem habeat praecipuum. Nam qui ab eo memoratur, *ſpiritus aquis incubans, easque agitans*, id eſt, chaos commovens, ſive Deum ipſum ſignificet, materiam nulla re alia interveniente cientem, ſive aliam naturam quamdam, non a materia, ſed ab ipſo Deo, profectam, animam mundi exempli cauſſa aut naturam genitricem, certe is ipſe amor eſt, quem veterum commentarii toties praedicant. Ex quo evenit etiam, ut, quod *Porphyrius* perhibet, antiqui Deorum cultores aquam divinitus aſſlatam aut coeleſtis alicujus ſpiritus compotem eſſe, crediderint. (*) Ἡγοῦντο γὰρ περιζέειν τῷ ὕδατι τὰς ψυχὰς θεοπνόῳ ὁρμῇ ὡς φησιν ὁ Νουμήνιος, διὸ καὶ τὸν λέγειν τὸ προφήτην ἐπιπολάζειν, ἐμφέρεσθαι ἐπάνω τοῦ ὑδατος θεοῦ πνεῦμα. *Animas aquae, quae divino ſpiritu fovetur, aſſidere putabant, ut ait Numenius, ideoque prophetam dixiſſe, ſpiritum Dei ferri ſuper aquas.*

Recte me eorum interpretari ſententiam, qui mundum aeque atque Deos olim genitos putarunt eſſe, ipſis nonnullorum ex hoc genere teſtimoniis demonſtrare poſſum. Mitto *Simmiam Rhodium* & *Parmenidem*. Sufficient unius *Orphei*, ſive quisquis demum ſit, antiquiſſimi certe *Argonauticorum* ſcriptoris, verſus, quibus ita *chaos* & *amorem* copulat:

(†) Πρῶτα μὲν Χάος ἠδὲ μελάμφαλον Ἔρμορ,
Ὡς ἐπάμενοι φάσαν, ἠδ' ὑγρὸν εἰς πόλον ἦλθε,

Γῆς

(*) De antro Nymph. p. 256. (†) P. 17. ed. Steph. (p. 31. ed. Eſchenbach.)

ennt, priusquam hanc, quam videmus, formam nanciſceretur.

(*e*) *Plutarchi teſtimonio*] Huic multa veterum alia poſſunt addi dicta, ex quibus plerasque gentes opinatas eſſe apparet, noctem die priorem eſſe. Collegit pleraque *Hugo Grotius ad Lib.* I. *de verit. relig. Chriſtian.* §. 16. p. 49. Adde *Jo. Chriſt. Wolfium ad Origenis Philoſophumena* p. 180.

(*f*) *Porphyrius*] *Libello de antro Nymphar.* p. 56. *ed. Cantabr.*

(*g*) *Dialogus*] Ex *Dialogo inter Jovem & noctem*, qui in Orphicis olim carminibus lectus fuit, apud *Proclum* & alios veteres verſus quidam adhuc exſtant, quos ex illis excerpſit *Andr. Chriſt. Eſchenbachius Libro de poëſi Orphica* p. 29. *ſ.*

(*h*) *Ariſtoteles*] In his *Ariſtotelis* verbis omittit quaedam vir doctiſſimus. Poſt vocabulum enim ὕστερα haec apud *Ariſtotelem* legas: Φαίνεται δὲ ταῦτα. Quae ſi ſuo collocentur loco, ſenſus verborum angustior erit, atque vult vir eximius; hic nimi-

rum:

Γῆς τ' εὐρυσθενέος γλῶσσαν, πυθμένα τε θαλάσσης,
Πρεσβύτατόν τε θεῶν αὐτοτελῆ πολύμηδιν Ἔρωτα,
Ὅσσα τ' ἔφυσαν ἅπαντα, διήνεμε δ' ἄλλον ἀπ' ἄλλου.

Cecini primum quidem vetusti chaos tristem hymnum,
Quomodo distribuerit elementa, & quomodo coelum ortum natum sit;
Terraeque vastae natales, profunditatemque maris,
Antiquissimumque & perfectissimum multi consilii Amorem,
Et quaecumque generaverit omnia, secreveritque aliud ab alio.

Hic amorem primo videas πολύμηδον vocari, *plenum sagacitatis & consilii*; id quod naturam hac voce indicari docet per se constantem & ratione praeditam: deinde πρεσβύτατον, *antiquissimum omnium*; quod chao vetustiorem fuisse habitum declarat: postremo αὐτοτελῆ, *per se perfectum, aut ex se ipso natum.* Quae si omnia colligamus, id inde sine controversia puto consequi, amorem, a quo *Orpheus* cum sectatoribus mundi repetere solebat origines, nullum esse, praeter ipsum supremum atque aeternum Deum, aut certe naturam quamdam efficientia instructam, summoque Numini obsequentem, quae totam rerumuni versitatem, omnesque Deos, quibus initium tribuebant, quatenus materia constant, ex chao atque nocte produxerit. Neque aliter (*b*) *Aristoteles* in *Metaphysicis* non eo modo loco, quem supra transtulimus, sed etiam alio deinceps, summam doctrinae hujus explicat: (*) Ἕτεροι δέ τινες, ἔθεν ἡ ἀρχὴ τῆς κινήσεως, ὅτι ἢ νῦν ἢ ἔρωτα τοῦτον ἀρχλώ. *Alii vero quidam, unde principium motus, intellectum aut amorem principium illud faciunt.* Sed qui huic generi oppositi erant, atque mundi Deorumque ita tuebantur ortum, ut in Deum re- 281
ligionesque essent injurioſi, quorum supra ex *Aristophane* retulimus doctrinam, multo aliter hac quidem in parte sentiebant. Namque generatim res omnes, id quod *Aristoteles* etiam alicubi testatur, ex nocte prodiisse, (ἐκ νυκτὸς πάντα γεγενῆσθαι) affirmabant, neque ullum Deorum nobiliori loco volebant esse natum, quin ipsum quoque amorem ex ovo noctis in lucem exire faciebant. Quam ego quidem sententiam nihil esse censeo, quam foediſſimam antiquioris disciplinae Mosaicae corruptionem, praetereaque talem, ut ratione nullo modo comprehendi queat. Quidquid enim natura complectitur, ipsa tamen materia vita & mente vacante demta, id haec disciplina longe alio sensu, atque supra commemoravimus, ex nihilo eduxit. Quam quidem rem copiosius infra (*i*) persequemur.

Constat igitur jam, nisi fallor, quemadmodum vulgo antiquiores Theologi de 282
Diis

(*) Lib. I. C. 6. p. 849. (Opp. T. IV. p. 273.)

rum: *Eos, qui Empedoclem sequantur, seu amicitiam & contentionem quatuor elementis addant, solere motus omnis principium vel a mente vel ab amore repetere.* Ex his autem verbis quemadmodum efficiatur, veteres amorem non secus, atque Deum, spectasse summum & principem, unde omnia exstiterint reliqua, equidem ignorare me fateor.

(*i*) *Persequemur*] Magnam observationum & animadversionum copiam illis, quae vir doctissimus hic disputavit, subjicere possem, nisi vererer, aut in reprehendendo nimis acrem & ingeniosum, aut in commentando diffusum nimis & copiosum nonnullis me vilum iri. Quocirca ea tantum hic in litteras referam, quae nonnihil ponderis habere puto ad veterum de ortu rerum & Deorum opiniones & sententias declarandas. (I.) Facile doctissimo virо concesserim, poëtas, qui *noctem* & *Oceanum* Deorum esse parentes dixere, inferiorum tantum & mundanorum Deorum natales & ortum designasse, siquidem aliud esse summum & praeter-

 tens

Diis rerumque omnium originibus praeceperint. Multos certe Deos esse, conce-
283 debant. Universae autem familiae unum praeficiebant ἀρχηγὸν Deum, seu Numen or-

tens Numen existimarunt, unde orta & nata sint omnia. Tale vero Numen utrum esse crediderint, nec ne, id quidem in controversiam vocatur, nec extra eam hic omnino ponitur. Mihi quidem, veterum monumenta & religiones accurate lustranti, viri sunt Dii patrii omnium fere populorum habiti esse a cultoribus suis pro illis hominibus, quos ex se & sua sponte terra protulerit in rerum omnium exordio. Haec nempe omnium fere gentium insedit animis opinio, terram ab aethere siderumque virtute foecundatam ex sinu suo generis humani primitias variis in locis protrusisse. [Vid. praeclarum locum *Aurelii Victoris de orig. gent. Rom. c.* 1. *p.* 3. *ed. Arntzenii.* Hinc Brutus, quum matrem juberetur ab oraculo osculari, terram osculatus est: quod eius factum paucissimi recte intelligunt. Vid. *Schottus ad Aurel. Victor. de viris illustr. Cap.* 10. *p.* 94. Nec aliud volucre Galli, quum dicerent, *se Dite patre*, i. e. ex terra, *natos. Jul. Caesar B. G. L.* VI. *c.* 18. *p.* 310. Plura longe exempla vid. *Diss. melees.* 1740. *T.* I. *p.* 139. *s.*] Nihil aliud connubium illud coeli & telluris, de quo *Hesiodus* in *Theogonia vs.* 146. *p.* 27. & reliqui Theogoniarum scriptores ceciderunt, indicat, quam hoc ipsum, vim coeli in primo rerum omnium ortu effecisse, ut terra homines proferret robore, specie, & virtute praestantissimos. Hinc erat, quod tot sese populi pro *Aboriginibus* & ex terra editis haberi vellent, nec quisquam sibi multum super hac re pugnandum esse cum illis duceret. Romani, Germanis licet alioquin non nimis amici & aequi essent, hanc tamen illis gloriam non invidebant. *Ipsos Germanos*, inquit *Tacitus*, *indigenas crediderim*, *de morib. Germ. Cap.* 1. *p. m.* 585. Hi vero primi homines, quos vim coeli & terrae genuisse, temere tibi persuadebant, cum Diis vulgo componebantur, & cum pro conditoribus suis, tum pro Diis a populis habebantur, quod divinam in illis & immortalem vim fuisse censebant, qua carerent, qui lege postea naturae ordinaria ex femina & mare generati essent. Vestigia huius opinionis, nisi totus falior, in illa fabula de initiis & origine divinationis apparent, quam *Cicero* memoriae prodidit *Lib.* II. *de divinatione Cap.* 23. *p.* 3208. *Tages quidam in agro Tarquiniensi*, *quum terra araretur*, *& sulcus altius esset impressus*, *exstitit repente*, *& affatus est eum*, *qui arabat*, *quumque concursus factus esset hominum*, *Etruscos totam haruspicinae disciplinam edocebat.* Vides hic hominem e terra ortum, qui tanto reliquis praestat hominibus, ut futurorum scientiam & divinationem calleat, verbo, Deus sit aliquis. *Hesiodus Theogoniae vs.* 154. 155. *p.* 28.

Ὅσσοι δὴ γαίης τε καὶ οὐρανοῦ ἐξεγένοντο,
Φερτατοι ἀνδρῶν·

Quotquot tellure & coelo procreati sunt,
Potentissimi filiorum sunt.

Idem populis de primis conditoribus suis, quos pariter e terra judicabant prognatos esse, sensus erat, quorum incredibilem fuisse potentiam & virtutem existimabant, dignamque idcirco, quam religiose colerent, & publicis caerimoniis venerarentur. *Hesiodi* Dii magnam partem, si ab illis discedas, quos aut licentia effinxit poëtica, aut res potius, quam Deos, jure dixeris, primi sunt homines e terra procreati. Vid. *Theogoniae vs.* 150. *s. p.* 27. & passim. Ac, ut reliquas omittam gentes, Germanos nostros in eadem fuisse sententia, *Tacitus* probat. *Celebrant*, inquit, *carminibus antiquis Tuistonem*, DEUM TERRA EDITUM, *& filium Mannum.* Quid luculentius? *De morib. German. C.* 1. Nec indigna observatu, quae de *Semnonibus*, Sueviae populis, *Cap.* 29. *p.* 602. idem auctor scripta reliquit, eos singulari reverentia locum illum coluisse, e quo gentis primum parentem, quem pro Deo colebant, prodiisse existimaverint: *Eoque omnis superstitio respicit*, *tamquam inde* INITIA GENTIS, IBI REGNATOR OMNIUM DEUS. Igitur hoc quidem exploratum est, patria veterum populorum Numina nil nisi homines illos fuisse singulares & valentissimos, quos terram primum coeli virtute gravidatam produxisse autumabant: illud vero dubium, num, praeter haec, unum etiam Deum coluerint, reliquorum omnium parentem & auctorem.

(II.) Ceterum, quae de *nocte*, Deorum matre, & *chao* aut *Oceano*, Deorum patre, poëtae antiqui perhibent, ea, si ad rationem revocentur, exempio sunt, rerum magis naturam, quam Deorum saepenumero ab illis esse monstratam & declaratam, aut res ipsas & praecepta veterum physica personarum nominibus vestita. Quod nisi quis animo semper praesens habeat, *Theogonias* somnia putabit esse hominum mente & ratione captorum. Veteres physici, Phoenicum non minus, quod ex *Sanchoniathone* constat apud *Eusebium Praeparat. evangel. Lib.* I. *Cap.* 10. *p.* 33. quam aliorum populorum, omnia rerum initia confusa primum & indigesta jacuisse, nec ullam fulsisse tum lucem, ac paullatim postea fuisse secreta, & ex illa rudi rerum congerie aeternaque nocte, virtute aetheris terram foecundantis, prodiisse naturas aliquas nobiliores & praestantiores, praeceperant. Id quum poëtice efferre vellent homines justo ingeniosiores, res in personas converterunt, chaosque patrem, noctem fuisse matrem Numinum, dixerunt, immo chaos & noctem, quod plane absurdum & ridiculum, inter Deos retulerunt. Quorum dictorum vim quum non assequerentur posteri, nec meminissent, qui haec tra-

Digitized by Google

ortus omnis & initii expers. Atque hoc reliquam Deorum turbam una cum ipso mundo conſtruxiſſe, judicabant. Quamobrem neque mundum neque Deos exor- 284
dio

tradidiſſent, poëtas eſſe, quibus quaelibet audendi poteſtas ſemper fuiſſet, tam fuerunt inticeti & ſui immemores, ut non modo hymnis noctem, quam Deam eſſe putabant, ſed etiam ſacrificiis & caerimoniis colerent & placarent. Tantam hominibus innatam eſſe vecordiam! Plura poëtici hujus moris res in perſonas commutandi exempla in ſequentibus occurrent, & paſſim apud *Heſiodum* exſtant.

(III.) Idem fere de *amore* dixerim, quem poëtae ut Deorum celebrant antiquiſſimum, tametſi vir doctiſſimus nulli parcat hic ſtudio, ut vel ipſum eum eſſe Deum, vel naturam aliquam genitricem, demonſtret. Dixi jam ſupra tantum hac de re, quantum neceſſe videbatur, *ad Cap.* 3. §. 18. nec ſententiam muto. Amor mihi veterum poëtarum vis eſſe videtur genitrix, quam in rerum natura ineſſe exiſtimabant veteres naturae ſpeculatores, cui vero poëtae accommodarunt ea, quae de Deo amoris & de Venere inter Graecos ferebantur. Id quo pateat evidentius, cum ea, quae vir doctiſſimus hic diſputavit, ſub examen modeſte vocabo, tum meae ſententiae ex illis potiſſimum, quae de Venere & Amore *Heſiodus* cecinit, praeſidia comparabo. Ut vir doctus probet, amorem veterum non ex chao prodiiſſe, ſed naturam eſſe meliorem, quae litem elementorum diremerit, & terrarum orbem compoſuerit. [Vid. hic quae de amore ex veterum ſcriptis erudite quidem, verum ſine judicio congeſſit *Battierius in Muſeo Helvetico Tom.* IV. *p.* 346. *ſ.*]

(I.) Amorem hunc non differre ab illo *ſpiritu*, contendit, qui, *Moſe* auctore, aquis in ipſo rerum initio incubabat. Non ignoro, in mentem idem veniſſe aliis magni nominis & ingenii viris, in quibus primas facile tenet *Hugo Grotius* in *Notis ad Lib.* I. *de verit. relig. Chriſt. p.* 31. Addatur b. *Jo. Andr. Schmidius Diſſ. de ovo mundano Cap.* 3. §. 4. 5. & *Edm. Dickinſonus* in *Phyſica veteri & vera Cap.* 5. §. 2. *p.* 56. Sed aſſumunt hoc doctiſſimi viri, non probant. Neque enim, quonam planum fieri poſſit argumento, intelligo, ſi tenuem aliquam ſimilitudinis umbram excipias, *ſpiritum*, de quo *Moſes* loquitur, & *amorem Orphei* & *Heſiodi* non diſcrepare, &, quae hi de amore ſuo tradiderunt, ea ex *Moſe* translata eſſe.

(II.) Veteres, teſte *Porphyrio*, credidiſſe, obſervat, ineſſe ſpiritum aliquem in aquis. Longum nimis foret de tota *Porphyrii* ratione differere. Sufficiet ad inſtitutum meum, ſi rem generatim ſpectem. Veteres, fateor, Aegyptii in primis, immo Judaeorum haud pauci, mentem ſeu naturam aliquam genitricem in aquis eſſe, quae corpora cuncta formet atque perficiat, exiſtimabant. Non id *Porphyrii* tantum conſtat teſtimonio, verum etiam eruditi illius ſcriptoris Chriſtiani, a quo *Recognitiones Clementis* facculo, ut arbitror, tertio exaratae ſunt, quem Judaeum fuiſſe Alexandrinum, eumque philoſophiae veteris valde peritum, alias oſtendi. Dignus eſt, quem adſcribam, inſignis locus, quoniam hanc rem univerſam praeclare illuſtrat. *Aquis*, inquit, *ineſt vis quaedam ſpiritus a Deo dati ex initio; cujus opere habitus futuri corporis in ipſo ſtatim ſemine formari incipit, & per culmum ſpicamque reſtitui: turgefacto etenim ex humore ſeminum grano, per anguſtos quosdam venarum meatus vis illa ſpiritus, quae ineſſe aquis data eſt, utpote incorporea, tranſcurrens, ad incrementum ſemina ſuſcitat, & creſcentium ſpecies formas. Miniſterio igitur humidi elementi, cui vitalis ille ſpiritus inſitus ſemper & ingenitus eſt, efficitur, ut non ſolum reparetur, ſed ut per omnia ſimilis ſpecies & forma his, quae jacta fuerint, ſeminibus redeat. Recognit. Clem. Lib.* VIII. *C.* 26. *p.* 571. *T.* I. *PP. Apoſtol.* Similia aliis etiam in locis legas, *Lib.* X. *C.* 32. *p.* 595. *Lib.* V. *C.* 8. *p.* 556. Adde *Clementina Homil.* XI. §. 22. *p.* 704. Hanc doctrinam, non ego video, cur veteres ex *Moſis* verbis hauſiſſe credendum ſit, quum nihil impediat, quo minus exiſtimemus, eos ex conſideratione virtutis, quam aqua habet, ad eam opinionem perveniſſe. Sed ſi quis tamen cum *Cudworthio Moſen* illis acrius diſputet auctorem exſtitiſſe dogmatis hujus, haud ego multis verbis repugnabo. *Numenius* apud *Porphyrium* ad *Moſis* verba provocat. Idem facit *Clementinorum* ſcriptor, qui *Homil.* XI. §. 22. *p.* 704. Τὸ δ ὕσαι, inquit, ἀφ' ἑαυτοῦ πνεύματι δι' αὐτῶν κίνησιν ἴσχει, ἢ τὸ πνεῦμα διὰ τοῦ ὕδατος τὰ ὅλα ποιοῦσιν· διὸ καὶ ἀρχὴν ἐξ ἀιδίου ἴσχει· ὅτι καὶ ὁ προφήτης εἶπεν Μωσῆς, κ. τ. λ. *An non vero aqua per ſpiritum movetur, atque ſpiritus a Deo cunctorum opifice initium exſtantiae habet? Sic enim dixit Moſes propheta &c. Et ſpiritus Dei ferebatur ſuper aquas.* Sit hoc, ſi nonnullis ita videtur, argumento, qui haec Aegyptios & alias gentes edocuerit, *Moſen* fuiſſe, etiamſi ſecus ipſe ſentiam. Hoc vero ſi largiar, nondum tamen, quid me cogat, video, ut & hoc concedam, poëtarum *amorem* & hunc *Moſis ſpiritum* nullo diſcrimine ſejunctos eſſe. Namque ex eo, quod veteres, duce *Moſe*, ad hanc delati ſunt ſententiam, vim genitricem in omnibus ineſſe aquis, hoc minime conſequitur, poëtas quoque, quae de amore ſcripta reliquere, *Moſi* unice accepta referre debere.

(III.) *Parmenidis*, *Simmiae*, *Orphei*, *Ariſtotelis* auctoritates teſtatur. De *Parmenide* & *Simmia* ſupra jam dixi *ad Cap.* 3. §. 18. *Ariſtotelem* nihil huc afferre adjumenti, paullo ante probavi. Reſtat igitur, ut in *Orphei* de amore ſententiam inquiram. Ipſi vero verſus illi, quos ex eo affert

Digitized by Google

dio carere, verum certo prodiiſſe tempore, perſuaſum habebant. Unum tamen erat, quod *Platonem Pythagoraeque* ſectatores a reliquis ſecernebat hujus opinionis de-

vir doctiſſimus, abunde docent, non ita eum praeclare de amore ſenſiſſe, ut ipſe arbitratur. Eternum amoris ortum, tametſi magnificis eum exornet vocabulis, poſt chaos, poſt elementorum ditributionem, poſt terrae denique & maris initia collocat. Hoccine vitium ipſi fuiſſe declarat, amorem ex chao quoque, una cum aliis rebus, natum eſſe? Sed alios jam *Orphei* verſus dabo, ex quibus mens & ſententia ejus multo etiam luculentius elucet. Exſtant illi eodem libro, in *Argonauticis* vſ. 12. *ſ. p.* 3.

Ἀρχαίην μὲν πρῶτα χάος ἀμφίγυηλον ἀείσω,
Καὶ Κρόνον, ὃς ἰλόχευσε ἀπειρεσίοισιν ὑφ' ἁλκῇ
Αἰθέρα, καὶ δίφυῆ εὐειδέα κύδιον Ἔρωτα,
Νυκτὸς ἀειγενέτης πατέρα κλυτόν.

Cecini antiqui primum chaos maximam neceſſitatem,
Et Saturnum, qui produxit immenſis tractibus
Aethera & geminum conſpicuum delectabilem
Amorem,
Noctis aeternae parentem inclytum.

Ipſum chaos hac foedius eſſe diſciplina non potuit. Primum chaos fuit ex mente ejus & neceſſitate: utraque haec res Saturnum genuit: Saturnus aethera. Poſt hos amor demum exortus eſt, qui noctem peperit. Tolle figuras poëticas, & hanc habebis ſententiam: Aeterna quadam fati lege, quae confuſa jacebant, rerum initia in certum coacta ſunt ordinem: quo facto, tempus exſtitit, quod antea nullum erat. Longo intervallo leviores partes, in altum ſublatae, aetherem efficerunt, cujus virtus facultatem genitricem in reliqua materia excitavit. Quae quum ita ſint, non a me impetro, ut doctiſſimi viri de amore ſententiam probem. Ego mea nunc exponam opinione. Credo ego, id quod ſupra jam profeſſus ſum, amorem eorum, qui *Theogonias* exararunt, non eſſe Deum aliquem aut perſonam vel naturam, ſed rem, facultatem nimirum procreatricem, cum materia coniunctam, cui licentia poëtarum perſonae injecit habitum. Id quo probem, hoc mihi primum ſumo, quod omnes facile dabunt, qui litteris imbuti ſunt, phyſica veterum praecepta magnam partem carmine expreſſiſſe & figuris deformaſſe verius, quam expoliviſſe, antiquos vates. Res ipſa id docet; nec illi refragantur, in quibus ſumma eſt rerum antiquarum peritia, *Grotius*, *Clericus*, *Bochartus*, *Salmaſius*, & alii. Hoc autem ſi ita ſit, id inde conſequitur, ex fictis illis antiquorum phyſicis, quae apud plerosque populos fuere eadem, explicandam eſſe poëtarum ſententiam, & quid figurata eorum oratio ibi velit, ex illis intelligi debere, qui ſine figuris aperte opiniones & dogmata antiqua enarrarunt. In his vero duo eminent in primis, *Diodorus Siculus* & *Sanchoniathon* ille, quisquis demum fuerit, ex quo multa depromſit *Euſebius Praeparat. evangel. L.* 1. *C.* 10. *p.* 33. *ſ.* Utrumque ſi contulerimus, verum illud eſſe, quod de amore dixi, apparebit. Miſſo nunc *Sanchoniathone*, ea tantum, quae *Diodorus Siculus* his de rebus ex veterum populorum ſententia retulit, breviter commemorabo. Is ergo *Biblioth. hiſtor. Lib.* 1. *Cap.* 10. *p.* 11. rerum origines ita narrat: Unam coeli terraeque primum fuiſſe vultum: poſtea diſceſſiſſe corpora: leviora & magis ignea, ad loca ſublimia evecta, ſidera & ſolem effeciſſe; graviora in imo ſubſediſſe, & terram primo edidiſſe, at lutoſam & mollem, coaluiſſe vero eam igne ſolis: eumdem ſolis calorem tantum valuiſſe, ut in extremitate terra innuerit, & foetus conceperit variis in locis: his foetibus adveniſſe alimentum noctibus ex circumfuſa nebula: poſtremo, ruptis pelliculis, varias animantium formas prodiiſſe: at hanc gignendi vim ſenſim amiſiſſe terram: itaque alia lege nunc homines & animalia gigni. Haec auctoritate firmat *Diodorus Euripidis*, *Anaxagoras* diſcipuli. Haec, ſi placet, cum iis confer, quae *Heſiodus* ſcripſit & reliqui veteres de chao & amore, & ſenties, etiamſi non eadem prorſus omnes cecinerint, ad illa tamen pleraque revocari poſſe, nec *amorem* idcirco eſſe aliquid, quam vim genitricem in materia excitatam. [Alias commentitium explicationes *Schukford Biblioth. Britann. T.* X. *P.* I. *p.* 143. *ſ.*] Verum evidentius ex ipſo id cognoſcemus *Heſiodo*, cujus *Theogoniae* partem illam, quae huc pertinet, qua fieri poterit, brevitate illuſtrabo, ut aliis, qui veterum explorare cupiunt ſententias, & *Heſiodum* nova luce illuſtrare, viam muniam quodammodo. Tria is primo rerum principia ponit vſ. 116. *ſ. p.* 21. *chaos*, *tellurem*, & *amorem*. Tum ex *chao erebum* & *noctem* natas eſſe, perhibet vſ. 123. *p.* 23. ex *nocte* rurſus *diem* & *aetherem*, vſ. 124. *Tellurem* hinc canit vſ. 125. 126. *coelum* peperiſſe, *montes*, *pontum*, & alia: poſtea *coelo* miſtam generaſſe *Oceanum* & multa Naimira, quorum nomina praetereo. Quae hic de *chao* & ejus natis, *erebo*, *nocte*, *die*, & *aethere* vates perhibet, omitto. Nec enim ad meum inſtitutum pertinent, nec, ut verum fatear, credibile eſt, poëtam ſic, uti decebat, veterum placita hic enarraſſe, verum omnia pervertiſſe & adulteraſſe. *Chaos* apud omnes veteres confuſiſſimam rerum omnium congeriem ſignificat: ille vero *tellurem*, & quae ex *tellure* nata ſunt, *coelum*, *Oceanum*, & alia a *chao* ſejungit: quod quidem docet, *tellurem* apud *Heſiodum* id fere ſignificare, quod reliqui veteres *chaos*

ve-

Digitized by Google

defensoribus. Illi enim, quum hoc ceteris assentirentur, mundum mundanosque Deos certo temporis momento procreatos esse, aliquod nihilominus *Deorum supra-*

mun-

vocant, *chaos* vero longe alia notione, quam ipse forte assis ignoravit, adhibitum esse. Sed haec nunc relinquo, & ad reliqua pergo. Quum *Hesiodus* tria primum posuisset principia, *chaos*, *tellurem*, & *amorem*, nullas tamen *amori* postea partes in illis, quas enarrat, generationibus tribuit, quin etiam ne *amoris* quidem & factorum ejus meminit, verum simpliciter, quidnam *chaos*, quidnam *tellus* ex se genuerint, exponit. Judices hic omnes esse velim aequos rerum existimatores, haecne sint documento, *amorem* non rem esse separatam & per se agentem, sed vim aliquam & facultatem in *chao* & *tellure* insitam, & utrumque principium hoc ad generandum animantem & excitantem? Gignit *chaos*: gignit etiam *tellus*. In utroque ergo necesse est fuerit vis aliqua gignendi & pariendi. Hoc ergo, quum *amorem* inducit, *Hesiodus* significat: bina fuisse rerum principia, & utrumque interiori quadam generandi facultate valuisse. Persequar jam & ea, quae de rebus ex *tellure* genitis perhibet, quo & sententiae meae plus roboris ac firmamenti comparem, & rationem ostendam, quam illis esse ineundam arbitror, qui antiquos, quos dixi, poëtas explicare volunt.

Tellus primum *coelum* ex se gignit stellis fulgidum, *Theogoniae vs.* 126. 127. id est, partes materiae leviores & igneae secessérunt a reliquis, & loca sublimiora petierunt, ex quibus coelum & sidera exstiterunt. Deinde parit *vs.* 129 *s. montes* & *pelagus*. Sensus fabulae hic est, ut opinor: Tellus mollior & lutea variis in locis depressa est, ut valles & profunda exsisterent: quo facto, aqua, quae totam antea tegebat terram, ad illa profunda dimanavit, & montes passim apparuerunt.

Tum *tellus coelo*, quod ex se antea pepererat, missa multa Numina, & postremo *Saturnum vs.* 133. *s.* genuit, nec non *Cyclopes*, & multos alios, quos enumerare nihil juvat, *vs.* 139. Hic poëta incipit fabulas & historias, quae de Diis inter Graecos, de Saturno, de Jove, de Cyclopibus, ferebantur, cum scitis antiquorum physicis confundere, ac Deorum historiam ad istius aetatis naturalem philosophiam accommodare. Interim, quidnam ex veteri physica sub his lateat involucris, investigatu haud est arduum. Ita erat antiquis persuasum, quod ex *Diodoro* & aliis jam cognovimus, vim coeli & siderum terram molem adhuc & recentem fecundasse, ut ea cum alia produceret animantia, tum homines in primis procrearet robustissimos & divina virtute praeditos, paucis, eos, quos pro Diis deinceps habuere populi, in quorum terris nati dicebantur. Quod enim jam antea indicavi, Dii Graecorum patrii magni *Hesiodo* sunt illi & immortales homines, quos ipsam matrem terram in lucem quondam edidisse, prisci credebant.

Coelum vero liberis suis iniquum se praebebat, nec eos e terra prodire semper patiebatur *vs.* 155. 156. Historiae veteris hic doctissimus vir, *Joannes Clericus*, *Notis ad Hesiod. p.* 28. videt vestigia: non item ego, sed antiquioris physices, id quod universi carminis series & res ipsa testatum facit. Coeli & siderum vis, quae primis illis temporibus vehementissima erat, & terrae nimiam inducebat siccitatem, ne foetus illi, quos terra sinu suo conceperat, ad justam maturitatem pervenirent, & in lucem prodirent, impediebat.

Ad dolos igitur *terra* confugit, & versuto *Saturno*, filio suo, falcem asperis dentibus tradit, qui parentis genitalia defecuit, ne terram inire posset amplius, *vs.* 161. - 184. Quaerant hic retrusa mysteria doctissimi viri, aut veteris historiae reliquias venerentur: mihi, si figuras & personas licentia poëtae effictas detraxerim, omnia plana videntur & aperta. Saturnus & falx Saturni tempus est. Universae vero orationis haec simplex sententia: Longum & diuturnum tempus quum effluxisset, coelum genitalia amisit, id est, vim illam, qua valebat initio, acerrimam & igneam ex terra procreandi homines paullatim diminutam & exstinctam sensit. Quaero omnes, qui nec a ratione nec ab eruditione relicti sunt, num quid veterum scitis & ipsi carmini convenientius & in se simplicius sit hoc sensu? At sermonis & moris poëtici ignaros ista falx asperis dentibus, Saturni vocabulum, illa coeli genitalia, falce defecta, mirifice conturbarunt, ut exitum vix reperire potuerint: quem certe reperissent, si rem sibi esse recordati essent cum poëta, eoque vulgi religionem cum sapientum placitis arcte nimis componente.

Illa Saturni genitalia falce resecata mare excepit: ex spuma vero circa illa in mari enata *Venus* generata est, quam *amor* comitatur, *vs.* 189. - 206. Veterum de natura rerum placita poëta hic iterum fabulis Graecorum de Venere & amore temperat. Venus haud dubie femina quaedam fuit aut regina Cypri. *Hesiodus* vero, quoniam hanc Venerem aetate sua amori praefectam esse & generationi, atque Deam censebant Graeci, ideo historiam ejus & ortum, quod institutum ejus postulabat, cum ipsis rerum initiis coniungit & sociat. Nos in instituto pergemus, & veterum, quae sub his integumentis recondita sunt, dogmata ornatu poëtico nudabimus. Vis vero genitrix, sic decet poëtam intelligere, qua coelum infractum erat olim, non omnis exanimit, sed ex coelo ad aquam translata est; in qua veteres plerique, quod paullo ante ostendimus, genitricem spiritum inesse credebant. Jam igitur, qui antea coeli ipsius & siderum virtute gignebantur,

Digitized by Google

mundanorum genus comminiſcebantur, cui ſic aeternitatem attribuebant, ut ex uno tamen ſuperiori Deo illud manaſſe, non inficiarentur.

His ita explicatis, ad aliud nos accedere momentum oportet, atque confiteri, inter ipſos Dei profeſſores exſtitiſſe quondam, qui prorſus ab hac diſſenſerint majoris partis opinione, omnemque plane Deorum generationem, quam diximus, ad ineptias retulerint. Hi ſunt illi, qui mundum ſemper ab omni fuiſſe ſtatuebant aeternitate. Mundum enim quoniam negabant aliquando eſſe ortum, conſentaneum omnino erat, ut Deos quoque negarent eſſe genitos.

285 In hac *Ariſtotelem* fuiſſe haereſi, paucos ignorare, puto. Cujus propterea inferiores Dii, ſol nimirum, luna, ſtellae, non poſſunt non eſſe hoc ſenſu ἀγένητοι, nulloque tempore nati, eo quod univerſum mundum ſemper exſtitiſſe ducebat. Si qua fides ipſimet habenda eſt (*k*) *Ariſtoteli*, princeps ille fuit atque auctor hujus ſententiae, inter Graecos ſaltim, nec ante eum quisquam mundum eſſe perennem docuit. Omnes enim ante ſe *mundum* perhibet *feciſſe* aut *generaſſe*, γενητὸν ὑπ᾽ ἀρχῆς & κατασκευήν, id eſt, mundum certo tempore ortum putaſſe: cujus mundi partes quum Dii ſint, quidnam de his ſenſerint, manifeſtum eſt.

Verum aliter viſum eſt illi, qui *Librum* (*l*) *de placitis philoſophorum* conſignavit, & (*m*) *Stobaeo*; quippe qui, praeter (*n*) *Ocellum Lucanum*, quem *Plato* quoque fatetur aeternitatem mundi credidiſſe, alios Graecorum philoſophos, *Ariſtotele* vetuſtiores, hac fuiſſe opinione infectos, ſcriptum reliquerunt. Exſtant certe verſus (*o*) *Epicharmi*, ex quibus, ut a *Grotio* ſunt emendati, haud dubie apparet, cum ipſum mundum ab eo perennem eſſe habitum, tum omnem inferiorum Deorum

tur, homines illa vi fictrice, quae aquam & ſemen, quod aquae genus eſt, animat, procreantur & gignuntur. Illa ſpuma in primis, ex qua Venerem prodiiſſe, poëta canit, haud dubie humani feminis imago eſt, ſignificatque, procreatricem & fictricem in eo facultatem abditam latere. Hoc ex ſpecimine fore omnibus perſpicuum, arbitror, verum illud eſſe, quod aliquoties dixi, *Theogoniarum* ſcriptores phyſica dogmata cum fabulis Graecorum de Diis copulaſſe, aut id egiſſe, ut, quae fama de Diis vulgaribus ferebat, ad philoſophorum referrent dogmata, ingenii praeterea ſui commentis & figuris poëticis, quae facilia ſine his intellectu fuiſſent, mirifice obſcuraſſe, ut veterum atque recentiorum plerique lucem fruſtra in his tenebris quaeſiverint. Noſtram certe interpretationem, ſi nec eruditione aut ingenio, facilitate tamen & perſpicuitate, rerum denique ipſarum cum veterum ſcitis convenientia omnibus fere probaturam eſſe, ſpero.

(*k*) *Ariſtoteli*] *Libro de coelo* I. *Cap.* 10. *p.* 632. *T.* I. *Opp.*

(*l*) *De placitis philoſophorum*] Is enim *Lib.* II. *Cap.* 4. *p.* 886. *Xenophanem* decreviſſe, affirmat, mundum eſſe ἀγένητον καὶ ἀίδιον, *ortus expertem & ſempiternum*. Clarius & fuſius autem hoc dogma *Xenophanis* a *Plutarcho* in *Stromatis* expoſitum eſt, cujus verba *Euſebius* recitat *Praepar. Euangel. Lib.* I. *Cap.* 8. *p.* 23.

(*m*) *Stobaeo*] Qui *Eclog. Phyſ. Lib.* I. *Cap.* 24. *p.* 44. *Xenophanem*, *Parmenidem*, & *Meliſſum* γένεσιν καὶ φθορὰν, *ortum & interitum ſuſtuliſſe*, perhibet. Taceo *Philolaum* & *Ariſtaeum*, quos non obſcure in eadem fuiſſe ſententia, eodem *Stobaeus* loco ſignificat. De *Parmenide* multo clarius iterum *Plutarchus* apud *Euſebium Praepar. Euang. Lib.* I. *Cap.* 8. *p.* 23. Adde *Origenis philoſophumena Cap.* 11. *p.* 86.

(*n*) *Ocellum Lucanum*] Hujus exſtat *Liber* peculiaris *de mundi aeternitate*, inter *Thom. Gale Scriptores veter. mythologicos p.* 501. *ſ.* quem *Philo* Judaeus ſibi lectum eſſe teſtatur *Libro de mundo non interituro Opp. p.* 940. Junge huic *Stobaeum Eclog. phyſ. Lib.* I. *C.* 24. ubi ſimiliter *Ocelli* meminit.

(*o*) *Epicharmi*] Hos *Epicharmi* verſus, ut & eiusdem auctoris alios, ab interitu ſervavit *Diogenes Laërtius de vitis philoſ. Lib.* III. *Segm.* 10. *p.* 170. Incertius vero diſputationibus ſuis doctiſſimi viri, *Marqu.* in primis *Gudius* & *Petr. Petitus*, fecerunt, quomodo intelligi debeant, id quod ex *Aegid. Menagii* diſces *in Laërtium Commentario p.* 142. *ſ.* Interim, quomodocumque explicentur, id ex illis liquet, viſum fuiſſe *Epicharmo*, rerum formas tantum mutari, res ipſas, & in his elementa, quae pro Diis habebat, ex omni fuiſſe aeternitate. *Philonis* jam aetate fuerunt, qui negarent, dogmatis de aeternitate mundi parentem & auctorem eſſe *Ariſtotelem*, idque Pythagoraeis diu

Digitized by Google

rum generationem ſive *Theogoniam* ſpretam penitus ac repudiatam. Videamus carmen hominis: (*)

Ἀλλ' αἰεί τοι θεοὶ παρῆσαν, οὐδέλειπεν δ' ἁ πάσσα. 286
Ταῦτα δ' αἰεὶ πάρεστ' ὁμοῖα, λώ τι Ϝ αὐτῶν αἰεί.
Ἄλλα λέγω μὲν χάος πρῶτον γενέσθαι Ϝ θεῶν
Πῶς ἦ; ἐξ οὐδενὸς γ' ὅτι μηδὲ πῦρ ὄ, τι πρῶτον μόλοι.
Οὐκ ἄρ' ἔμολε πρῶτον οὐδέν, οὐδὲ μὰ Δία δεύτερον.
Τῶν δέ γ' ὧν ἄμμες νῦν λέγομεν ὧδ' ἔσσαι μέλλοι ταῦτα.

Nempe Dii ſemper fuerunt, atque numquam intercident.
Haec, quae dico, ſemper nobis rebus in iisdem ſe exhibent.
Exſtitiſſe ſed Deorum primum perhibetur chaos.
Quinam vero? Nam de nihilo nil pote primum exſiſtere.
Ergo nec primum profecto quidquam, nec fuit alterum:
Sed quae nunc ſic appellantur, alia fient poſtmodum.

Fatetur, plerisque omnibus, qui Deos eſſe cenſuerunt olim, perſuaſum fuiſſe; chaos ante Deos natos exſtitiſſe, Deosque mundanos minorumque gentium ipſo cum mundo in lucem prorupiſſe. Hoc autem ideo ſibi diſplicere, ait, quod ex nihilo fieri nihil poſſit. Quare ſic rationem concludi debere, opinatur, non Deos modo, ſed & omne illud, quod ſtabilem in univerſitate hac & conſtantem naturam

(*) Excerp. p. 478.

ante placuiſſe, affirmarent. Ἔστι δ' οὗτος Ἀριστοτέλης ὁ δόξης τοιαύτης λέγεται, ἀλλὰ καὶ τῶν Πυθαγορείων τινές. *Alii negant, Ariſtotelem auctorem hujus dogmatis, & Pythagoraeis quibusdam id tribuunt, Libro, quod mundus ſit incorruptibilis p.* 940. *Cenſorinum* vero Pythagoraeis omnibus & ipſi *Platoni* ſententiam hanc adſcripſiſſe, *Petr.* jam *Gaſſendus* obſervavit *Phyſices Sect.* I. *Lib.* I. *Cap.* 6. *p.* 162. Quod ad *Platonem* attinet, quemadmodum ex animo is hac de re ſenſerit, etiamſi in ſcriptis, quae exſtant, ortum mundi perſpicue doceat, non nimis certum eſſe, paullo poſt apparebit. De reliquis nunc tantum dicam, qui ante *Ariſtotelem* pro aeternitate ſtetiſſe dicuntur mundi, tametſi *Ariſtoteles* neminem ante ſe hanc opinionem ſequutum eſſe, praedicet. Mihi, veterum monumenta & rem ipſam accurate expendenti, nec mentitus eſſe videtur *Ariſtoteles*, qui ſibi opinionis hujus inventionem arrogat, nec illi quoque prorſus erraſſe, qui jam ante *Ariſtotelem* alios hoc errore imbutos fuiſſe pronuntiant. Duae nimirum inter veteres fuerunt de mundi aeternitate ſententiae, quas nec antiqui ſcriptores, ut ſunt plerique eorum & ordinis & perſpicuitatis parum ſtudioſi, diſtinguunt, nec recentiores, qua fas erat, diligentia ſegregant. Quidam hanc ipſam, quam cernimus, mundi formam, immo totum mundum, ita fuiſſe decernebant ex infinito tempore, ut, ſi leviores demas viciſſitudines & mutationes, quas haud inficiabatur *Ariſtoteles*, ut alias docui, idem ſemper per omnem aeternitatem hic orbis manſerit, nec alius fuerit ante innumerabilia ſaecula, quam hodie eſt. Haec *Ariſtotelis* eſt opinio. Lege *Librum* VIII. *Phyſicorum*, *Metaphyſicorum* XII. *de ortu & interitu Librum* II. Verum alii fuiſſe quidem exiſtimabant mundum tam formae, quam materiae ratione ex omni aeternitate, at ſucceſſionem quamdam aeternam mundorum animo ſibi effingebant, aut, uno mundo ſenſim corrupto & diſſoluto, alterum ſtatim ex eo ortum eſſe, aſſeverabant. In hac multi fuerunt ſententia etiam ante *Ariſtotelem*, *Heraclitus* nimirum, *Empedocles*, *Parmenides*, & multi alii ex Pythagoraeis, poſtea Stoici plerique. Qui ſic ſentiebant, illi certo ſenſu mundum eſſe genitum ſtatuebant, ſed alio perennem nec unquam natum. Quocirca nihil ſibi eſſe rei cum poëtarum chao & cognatis huic ſententiis eſſe volebant. Qua re factum, ut varium ſit de illis veterum teſtimonium, non profanorum tantum auctorum, ſed etiam Chriſtianorum, aliis mundum viſum illis fuiſſe genitum & ortum, aliis aeternum ſcribentibus. Apertam jam vides viam *Ariſtotelem* a mendacio purgandi, & antiquiorum de mundo ſententias recte interpretandi. Priorem opinionem aut nulli ante *Ariſtotelem*, aut certe par-

tam habeat, ex infinito semper fuisse tempore, tametsi formae rerum saepius commutatae fuerint.

De Chaldaeis, qui & ipsi mundum ortum aliquando habuisse negarunt, *Diodorum Siculum* auctorem habemus: (*) Οἱ δ' ἐν Χαλδαίοις τὸν μὲν κόσμον ἀΐδιον φασιν εἶναι, καὶ μήτε ἐξ ἀρχῆς γένεσιν ἐσχηκέναι μήτ' ὕστερον φθορὰν ἐπιδέξεσθαι. *Chaldaei naturam mundi aeternam esse affirmant, statuuntque, eam nec ortum habuisse aliquando, nec tempore quodam interituram esse.* Haec autem tota natio, aeque ac *Aristoteles*, Deo religionique minime propter hanc sententiam inimica fuit: quod ex his, quae statim priora consequuntur, *Diodori* verbis elucet: Τήν τε τῶν ὅλων τάξιν καὶ διακόσμησιν θείᾳ τινὶ προνοίᾳ γεγενῆσθαι, καὶ τῶν ἐκάστοις τῶν ἐν οὐρανῷ γινομένων, οὐχ ὡς ἔτυχεν, οὐδ' αὐτομάτως, ἀλλ' ἀφωρισμένῃ τινὶ καὶ βεβαίως κεκυρωμένῃ θεῶν κρίσει συντελεῖσθαι. *Credunt etiam, ordinem & dispositionem mundi divina quadam providentia constitutam esse, neque aliquid eorum, quae in coelis fiunt & eveniunt, temere vel casu fieri, verum certo quodam & firmiter lato Deorum judicio contingere.* De recentioribus quidnam Platonicis dicemus? Quorum quidem universam familiam *Aristotelis* de mundi perennitate sententiam omnino approbasse, neminem doctiorum praeterit. Quin etiam procedebant longius, nec modo mundum ipsum corporeum omnesque Deos inferiores & mundanos ἀγήρατα esse, atque semper ex infinito exstitisse tempore, asseverabant, sed etiam hominum ceterorumque animantium mentes sempiternas esse, docebant. Namque hoc fine controversia sibi dari volebant, nullam animam corpore sive mundo recentiorem aut aetate inferiorem esse. Qua in re ne magistro suo viderentur adversari, id maximopere contendebant, ut ex illis, quae *Plato* dixerat de mundo, eamdem sententiam (*p*) elicerent.

287 Sed hanc juniorum *Platonis* sectatorum de mundi aeternitate sententiam ne perverse interpretentur ac exponant, omnes necesse est sibi caveant. Id quidem certum est, genus hoc cum ipsum mundum, tum minores Deos atque animos negasse genitos esse: neque dubium est, angustiori notione vocabulum ἀγήρατος in hoc dogmate ab illis acceptum esse, sic ut rem eo designaverint nullo tempore natam, sed

(*) Lib. II. p. 82.

perpauci foverunt philosophi. Quam propter causam omnes ante se recte affirmat *Aristoteles* coelum dixisse genitum, nullos aeternum: isto nimirum sensu, quo ille coelum aeternum esse credebat. Posterior autem ratio Pythagoraeis illis & aliis arrisit, qui ante *Aristotelem* aeternitatis mundi statores fuisse perhibentur: quod, si res id posceret hoc in loco, ex illis, quae apud veteres scripta de scitis eorum leguntur, ostendere liceret. In *Epicharmi* certe versibus, si recte ponderentur, manifestum est, non *Aristotelis* de mundi aeternitate opinionem, sed illam, quam posteriori loco posui, propositam esse. Is vero Pythagoraeus erat.

(*p*) *Elicerent*] De Platonicorum recentiorum sententia paullo ante dixi: quae nunc non repetam. Si ex libris, quos habemus, *Platonis*, maxime ex *Timaeo*, sententia hominis metienda sit, id quod fas esse puto, nullum omnino est dubium, quin mundum conditum & a Deo generatum esse putaverit. Itaque deliirabant juniores Platonici, qui ex illis, quae exstant, *Platonis* voluminibus, invita plane veritate, dogma suum de mundi aeternitate probare conabantur. At num ita senserit, uti scripsit, divinus *Plato*, id *Aristotelis* locus facit ambiguum, quo *Platonem* & amicos ejus testatur professos esse, sese, quae de mundi ortu docerent, non ideo docere ac si mundum reapse putarent ortum esse, sed rudiorum tantum & imperitiorum institutionis gratia tradere. Dignus est, qui describatur, locus ex *Lib.* I. *de coelo Cap.* 10. *p.* 632. *T.* IV. *Opp.* Ἔτι δὲ τινες βούλονται ἰσχυρίζεσθαι ἰσχυρῶς ἐπιφανῶς ἐκεῖνος, ὁ λεγόμενος, ἄφθαρτον μὲν εἶναι, γενόμενον δέ, ὅτι ἔστιν ἁπλοῦς· ὁμοίως γὰρ φασὶ τοῖς τὰ ἀμφιγράφους γράφουσι καὶ σφᾶς ὑφαίνειν καὶ τὸ γενητὸν, οὐχ ὡς γενόμενον τοῦτ', ἀλλὰ διδασκαλίας χάριν, ὡς μᾶλλον γνωζόμενον, οὕτω καὶ τὸ ἀγένητον διαιροῦντας. *Subsidium autem, quod quidam eorum, qui dicunt, mundum incorruptibilem quidem esse, attamen factum esse, sibimet ipsis enituntur ferre, verum non esse videtur. Inquiunt enim, & si-*

per-

ſed ex omni aeternitate exſiſtentem. Ex hoc autem nullo modo efficitur, credidiſſe hos philoſophos, mundum, Deos, & animos nullam omnino ſui cauſſam habuiſſe, aut ex ſe ipſis natos eſſe, aut, ut Graeci dicunt, αὐτογενεῖς καὶ αὐθυπάρκτους εἶναι. Unum enim, ſummum, nullaque ex re alia natum cenſebant eſſe Deum, qui non tempore quidem, at natura tamen, ceteris rebus omnibus prior & ſuperior, earumque cauſſa, fons, & origo eſſet. Ita *Plotinus* ſectae, cui deditus erat, ſententiam enarrat: (*) Νῦν πρὸ αὐτοῦ εἶναι, οὐχ ὡς χρόνῳ πρότερον αὐτοῦ ὄντα, ἀλλ' ὅτι πρὸ νοῦ ἐστι, καὶ φύσει πρότερος ἐκεῖνος, καὶ οἷον τύπος τούτου, ἀρχέτυπον οὖν καὶ παράδειγμα ἐκείνου, καὶ οἱονεὶ ἐκείνου ὄντος καὶ ὑποστάντος ἀεὶ πρὸς τὸ πρότον. *Mens ante mundum eſt, non ac ſi tempore praecederet, ſed quoniam hic eſt a mente, mentique natura prior eſt, quam mundus, cauſſaque mens exſiſtit mundi, ac velut principalis forma & exemplar mundi, inquam, hujus, velut imaginis per exemplar illud exſiſtentis, eodemque modo in le perpetuo ſubſiſtentis.* Alio loco rem eamdem his verbis perſequitur: (†) Οὐ πάντα ἐγένετο, ἀλλ' ἐγένετο καὶ γενητοί, ὅσα γεγενημένα λέγεται, οὐδὲ φθαρήσεται, ἀλλ' ὅσα ἔχει εἰς ἄ. *Quaecumque igitur generata eſſe aiuntur, illa non ſunt aliquando facta,* (non habuerunt exſiſtendi principium & initium) *at fiebant tamen olim, & fient* (alio nimirum ſenſu:) *neque ullo modo corrumpentur quaedam, praeterquam illa, quae habent,* (ſimplicia principia, ex quibus ſunt compoſita,) *in quae diſſolvantur.* Negat, id quod ex his perſpicuum eſt dictis, philoſophus, mundum factum eſſe, ſi quidem haec vox ſignificet, certo tempore exortum eſſe. Idem vero, ſi vox aliter ſumatur, mundum fieri perpetuo, fatetur, eo quod ex Deo ſemper pendeat, ex eoque, tamquam ex cauſſa ſua, fluat & emanet. Haec ratio eſt, quare alio loco rationem atque modum, quo mundus a Deo profectus ſit, ita deſignet: (*) Οὐκ ὀρθῶς οἱ φθείρειν καὶ γεννᾶν αὐτόν· ἔστι γὰρ τρόπῳ τοῦ παντὸς τούτου, ὃν οὐ βέλτιον σιωπᾶν, τὸ ὅσον, ὅτι ἔστιν ἐκεῖνο ἀπαμπέ, καὶ μήποτε τὸ ἄφθαρτον ἀφαιρεῖ. *Non recte illi ſentiunt, qui mundum hunc interiturum putant, & genitum eſſe opinantur. Nolunt enim intelligere, quisnam modus ille ſit, quo mundus effectus eſt, neque ſciunt, quatenus divinus ille mundus lucet, eatenus inde mundum hunc emicare, neque defecturum unquam.* Similiter (q) *Proclus:* qui & mundum ſta-

(*) Ennead. III. Lib. II. C. 1. (Lib. I. de providentia p. 255.)
(†) Enn. II. Lib. IX. Cap. 3. (contra Gnoſtic. p. 201. Verſio mea eſt.)
(§) Enn. V. Lib. VIII. C. 12. (de pulcritudine intelligib. Libro p. 554. Omiſit in his *Plotini* verbis aliqua *Cudworthus.*

perinde ut geometrae, qui deſignationes deſcribunt, de generatione mundi dixiſſe, non quaſi aliquando mundus eſſet ortus, ſed inſtitutionis gratia, quia diſcentes magis cognoſcunt, ſi ut deſignationem viderint factam. Rejicit quidem & repudiat *Ariſtoteles* hanc Platonicorum, & ipſius forte *Platonis* interpretationem ſententiae ſuae: ſed hinc tamen liquet, ut vere & ex animo de hac re judicaverit *Plato*, id explorate ſatis non eſſe cognitum. Tanto vero minus mirandum eſt, exſtitiſſe poſtea aeternitatis mundi aſſertores, qui quoniam *Platonis* auctoritatem ſibi videbant ad invidiam effugiendam eſſe neceſſariam, quae litteris hac de re conſignavit *Plato*, ad ingenii ludos referre nil debitarunt. Probant id *Philonis Judaei* verba haec, quae *Libro de mundi aeternitate p.* 941. *Opp.* legas: Τοῖς δ' οὐκ ὀρθῶς διαζοῦσιν, κατὰ Πλάτωνα γενητὸν λέγεσθαι τὸν κόσμον, ὡ τὸ λαμβάνειν γένεσιν ἀρχὴν, ἀλλὰ τὸ οὕτως ἐγένετο, μὴ ἀεὶ ὑπάρχειν, ἢ τὸν αἰσθητὸν συνεστάναι τρόπον, ἢ ὅλως τὸ εἰ γενητὸν καὶ μεταβολῆς τῆς μέρη θεωρεῖσθαι. *Quidam autem ſophiſtice interpretantur, apud Platonem genitum dici mundum, non quo habuerit generationis principium, ſed quo, ſi factus eſt, non aliter, quam ibi dictum eſt, confieri potuerit: quandequidem partes ejus generari & mutari videmus.* Clementius de his *Platonis* interpretibus judicium tuliſſet *Philo*, ſi aut ſciviſſet, aut recordatus fuiſſet, ipſum forte *Platonem*, certe primos ejus diſcipulos, quos vidit *Ariſtoteles*, non aliter ſenſiſſe, atque ipſos praecepta ſua de ortu mundi cum figuris Mathematicorum, quas rudioribus proponunt, comparaſſe.

(q) *Proclus*] Hujus adhuc exſtant *duodeviginti argumenta*, quibus Chriſtianorum doctrinam de mundo a Deo certo tempore condito, non autem aeterno,

ſtatuit *ſemper gigni atque ex Deo radiare*, ἀεὶ γιγνόμενον καὶ ἀπαυγάζον ἐκ τοῦ θεοῦ, & ex eo mundum aeternum eſſe, concludit, quod Deus aeternus eſt. Quod itaque *Plato*, quem hoc genus in primis ducem & auctorem ſibi adſciverat, de Diis ſuis ſuperioribus & aeternis pronuntiaverat, nullo eos quidem tempore coepiſſe, at unius tamen ſummi Numinis ita parere voluntati, ac ſi ex nihilo ab eo extracti & geniti eſſent, id hi juniores Platonici in ipſum mundum Deosque omnes inferiores quoque cadere, cenſebant. Ex quo perſpicuum eſt, neminem unum in his fuiſſe philoſophis, qui haec duo inter ſe pugnare duceret: *ex infinito tempore exiſtere*, &, *ex cauſſa quadam prodiiſſe & factum eſſe*. Quodſi horum alterum ſic adverſari intellexiſſent alteri, ut utrumque ſimul verum eſſe nullo modo poſſet, certus ego ſum propemodum, iſtam mundi aeternitatem, qua nihil alioquin habebat antiquius, genus hoc prorſus repudiaturum fuiſſe. Nam quod multos video confirmare, neminem unquam mundo aeternitatem attribuiſſe, quin idem divinam eſſe naturam inficiaretur, id tam longe abeſt a vero, ut Platonicos iſtos acriorem Dei contemplationem in hanc unice ſententiam impuliſſe, omni controverſia careat. Dei nimirum, id quod *Proclus in Timaeum* aperte confitetur, (†) ἀγαθὸν διὰ βούλησιν καὶ γόνιμον δύναμις, *eſſentialis bonitas & procreandi potestas, ſeu emanans foecunditas*, ut de mundo ſic ſentirent, commovebat homines.

Ariſtotelem non idem agitabat divinus furor, qui hanc Platonicorum animabat factionem. Ithuc vero frigus hominis nil impedivit, quo minus, uti mediocritatem in omnibus conſectabatur, idem reapſe doceret, atque mundum Deosque omnes inferiores, licet nullo non exſtitiſſent tempore, ex uno tamen ſupremo Deo, tamquam cauſſa, manaſſe, contenderet. Sic certe mentem *Ariſtotelis* expreſſit *Simplicius*: (*) Ἀριστοτέλης μὲν γένεσιν αὐτῷ τοῦ κόσμου, ἀλλὰ κατ' ἄλλον τρόπον ὡς ἀπ' ἀρχῆς. *Non arbitratur quidem Ariſtoteles, mundum eſſe genitum*, (ita ut principium habuerit) *at nihilo tamen minus alio modo ex Deo fluxiſſe eum, ſtatuit.* Et quibusdam interjectis: Ἀριστοτέλης τὸ μὲν εἶναι ἀΐδιον καὶ ἀεὶ κινούμενον αὐτὸν θεὸν λέγων, ὅμως ἀγένητον αὐτὸν ἀπεδείκνυσι. *Ariſtoteles, tametſi Deum eſſe coeli & ſempiterni ejus motus cauſſam ſciſcit, tamen concludit, eum non genitum aut factum eſſe*, id eſt, initio carere. Quamquam id minime reticeri debet hoc loco, *Ariſtotelem*, etiamſi plerumque fidenti prorſus animo mundi tueatur aeternitatem, nonnunquam tamen ſic verba de hac re facere, ac ſi ancipiti diſtractus fuerit cogitatione, nec, quid conſtitui debeat, omni ex parte perſpexerit. Exemplum ex *Libro de partibus animalium* afferemus, ubi de natura ſic commentatur artifice: (§) Μᾶλλον εἰκὸς ἢ ἐφαύλην γεγονέναι ὑπὸ παύτης αἰτίας, εἴ γέγονε, καὶ εἶναι διὰ ταύτην αἰτίαν, μᾶλλον ἢ ζῶα τὰ θνητά. *Quamobrem verisimilius dixerim, coelum & factum eſſe ab ejusmodi cauſſa, ſi factum eſt, & eſſe propter eamdem cauſſam, magis quam animalia caduca & mortalia.* Supra vero declaratum a nobis eſt, quod *Ariſtoteles* naturam vocat artificem, id nihil eſſe, niſi perfectiſſimae mentis, aut potius ipſius Dei, architectam ac inſtrumentum. Quam propter cauſſam haec duo ſaepius conjungit, quando mundi fa-

(†) P. 116. (*) In Ariſt. Phyſ. Lib. VIII. (p. 320. b. ed. Aldi.) (§) Libro I. C. 1. (p. 474. T. II. Opp.)

no, oppugnavit, quibus *Jo. Philoponus* totidem libros contra mundi aeternitatem oppoſuit. Vid. *Jo. Alb. Fabricii Biblioth. Graecae Lib. V. C. 26. §. 13. p. 522.*

Digitized by Google

fabricationem explicat, mentemque ac naturam, id eſt, Deum & naturam, rerum effeciſſe univerſitatem, perhibet.

Quae huc usque diximus, ea ita comparata eſſe arbitror, ut, quamnam illi diſcrepantium habuerint ſententiarum, qui de mundi Deorumque generatione & ortu inter veteres, ab *Ariſtotelis* in primis aetate, philoſophati ſunt, luculenter doceant. Diſſidebant omnino, ſi hoc in diſceptationem vocaretur: utrum mundus Diique initium aliquando habuerint, an vero ſemper fuerint. At omnis ceſſabat concertatio inter eos, ſi hoc unum quaereretur: an mundus Diique nulla ex cauſſa nati eſſent, ſed per ſeſe exſtitiſſent. Nec enim quisquam erat, quin conſentiret: mundum inferioresque Deos, quos ab aeterno fuiſſe, decernebant aliqui, ex uno ſupremo aeternoque Numine, tamquam cauſſa, hauſtos atque profectos eſſe. Ὑπὸ θεοῦ ἀφηγμένα καὶ ἐκκαιόμενα. *Ex Deo producti atque accenſi.* Quocirca, id quod obſervatu dignum eſt, qui ſic Deum profitebantur olim, ut mundum coepiſſe negarent, vocem γενητὸν, *ortum*, *natum*, & *factum*, cujus anceps poteſtas eſt, duplici adhibebant notione. Mundum enim Deosque inferiores certo ſenſu genitos affirmabant eſſe, alio vero negabant. Vocem γενητὸν, ſi vere ſumatur proprieque, ſignificare id ajunt, *quod*, *temporis habita ratione*, *a non eſſe pervenit ad eſſe ac exſiſtere*, (*) τὸ ἐκ μέρους χρόνου ἢ εἰς τὸ εἶναι πάροδον λαχὸν, aut id, *quod*, *quum prius non fuiſſet*, *poſtea tamen fuit*, τὸ ποτὲ μὴ ὂν, ὕστερον δὲ ὄν. Sed eidem vocabulo latiorem paullo vim non diſſitentur ſubjici poſſe, ſic ut denotet τὸ ἐπ' αἰτίας ἠρτημένον, *id*, *quod aliquo modo ex ſuperiori quadam natura*, *tamquam cauſſa ſua*, *pendet*. Quod huic oppoſitum eſt, verbum ἀγένητον pari neceſſe eſt ideirco laboret ambiguitate. Nam aut χρονικῶς ſeu ratione temporis habita uſurpari poteſt: quod ſi fiat, res eo deſignatur, quae ſemper fuit, neque certo temporis articulo exſtitit: aut vero aptum eſt ad rem indicandam ἀπ' αἰτίας ἀγένητον, *quae nullam ſui cauſſam habet*. Quam ſi poteſtatem accipiat, tum eadem gaudet virtute, qua vox αὐθυπόστατον ſeu αὐτογενές: quae vocabula naturam ſignificant, per ſe exſiſtentem & ex ſemet ipſa genitam. Atque iſta verbum hoc notione adhibuerunt quondam, qui ὕλην ἀγένητον, ſeu materiam non eſſe factam affirmabant: cujus doginatis haec erat ſententia, materiam non modo ex infinito fuiſſe tempore, ſed etiam ex nulla ſuperiori cauſſa pendere, verum per ſe neceſſario exſiſtere. Veterum longe plurimi Theologorum, & in his *Plato*, quando mundum Deosque minorum gentium γενητοὺς eſſe docebant, vocabulis γενητὸν & ἀγένητον illam notionem ſubjiciebant, quam priori loco commemoravimus, idque unum ſignificare volebant, coepiſſe aliquando mundum atque Deos, aut certo tempore conditos eſſe. Ut enim, ne 289
Plato ſic ſenſiſſe videatur, juniores Platonici omnem moveant lapidem, multaque miſceant; vel ex eo tamen perſpicuum eſt, non alio ſenſu mundum ab eo γενητὸν vocatum eſſe, quod ei verbo vocabulum ἀϊδίου diſerte opponit. *Ariſtoteles* e contrario, &, qui veſtigia ejus legunt, recentiores Platonici eo ſenſu Deos inferiores ipſumque mundum ἀγενήτους vocant, ut omne principium ab illis removeant, & utrosque ex aeterno tempore velint eſſe. Alteram vero, quam attulimus, vocis ἀϊδίου notionem nemo umquam veterum probavit Theologorum in mundi atque Deorum explicandis originibus. Sive enim ortos eſſe dicerent illos, ſive ſemper putarent exſtitiſſe, γενητοὺς eos tamen ἀπ' αἰτίας, *ex ſuperiore cauſſa procreatos*, confite-

(*) Simplicius in Ariſtotelis Phyſ. fol. 265.

ſitebantur, unumque eſſe tantum θεὸν vere ἀγέννητον, unum Deum omnis principii cauſſaeque expertem praedicabant. Atque hic unus Deus, quem omnium rerum, ſi ab eo ipſo ſecedas, cauſſam eſſe perhibent, idcirco αἰτίας κρείττων καὶ πρεσβυτέρα, *omni cauſſa ſuperior & antiquior*, illis dicitur. Ita *Crantor* ejusque diſcipuli, quibus nulli acrius pro mundi aeternitate propugnarunt, apud *Proclum* decernunt: (*) γεννητὸν λέγεσθαι τὸν κόσμον, ὡς ἀπ' αἰτίας ἄλλης ἠρτημένον, καὶ οὐκ ὄντα αὐτόγονον, οὐδὲ αὐθυπόστατον. *Mundum* (una cum omnibus Diis mundanis inferioribus in eo, etiamſi ab aeternitate ſine principio exſtiterint,) *dici tamen poſſe factum aut genitum eſſe, quoniam ab alia cauſſa productus eſt, neque ex ſemet ipſo natus, aut per ſe exiſtens.* Nec (r) ipſe *Proclus* aliter: qui, quum nihil reliquerit intentatum, quo mundum obtineret, nullo umquam tempore coepiſſe, haud tamen rerum univerſitatem Deosque inferiores negavit eſſe genitos, ſive ex ſuperiori quadam cauſſa progreſſos. Λέγομεν θεῶν γενέσεις, οὐ τὴν ἄρρητον αὐτῶν πρόοδον ἐκφαίνοντες, οὐ τὴν ἀπὸ τῶν ἀδιαιρέτων ἐπὶ τὰς αἰτίας αὐτῶν. *Generationes Deorum id vocamus: quo vocabulo intelligimus non ullam eorum productionem in tempore factam, ſed inenarrabilem eorum proceſſum ex principe ſua ſuperiorique cauſſa.* (s) *Salluſtius* quoque illo ipſo *de Diis & mundo Libro*, quo mundum ab aeterno fuiſſe, principioque carere diſputat, eum tamen, haud ſecus atque reliquos exiliores Deos, ab uno ſummo Numine, quod ὁ πρῶτος ipſi θεὸς, *princeps Deus* audit, factum atque conditum eſſe, concedit. Sic nempe diſſerit: Μεγίστης τῆς δυνάμεως οὔσης, οὐκ ἀνθρώπους ἔδει καὶ ζῶα μόνα ποιεῖν, ἀλλὰ θεούς τε καὶ δαίμονας. *Dei quum maxima ſit facultas, non homines & animantia tantum producenda erant, ſed Dii quoque & daemones.* Quam rem copioſius perſequitur *Capite Libelli decimo tertio,* 290 quod ſic inſcribit: Πῶς τὰ ἀΐδια λέγεται γίγνεσθαι. *Quonam modo ea, quae ſempiterna ſunt, fieri dicantur.* Non ignarus ſum, idque ſaepius jam me profiteri recordor, in-

(*) In Timaeum p. 85.

(r) *Ipſe Proclus*] Explicatius etiam & diſtincidius, quam *Commentario ad Timaeum Proclus* hanc rem perſequutus eſt *Introductione in Theologiam Platonicam*, quae haec ſcribenti ad manum non fuiſſe videtur doctiſſimo viro. Quocirca nonnullos ex ea locos excerpemus, huic negotio in primis convenientes. *Lib.* I. *Cap.* 28. *p.* 66. *f.* multis *Proclus* de ἀγεννησίᾳ, quam vocat, Deorum diſputat, negatque acriter, generationem tribui illis poſſe. Αὗται οἱ θεοὶ γενέσεων ὑπεκκείμενοι, καὶ τῆς κατὰ χρόνον ὑποστάσεως. *Dii collocati ſunt ſupra omnes generationes & ipſam in tempore creatam hypoſtaſin.* Rationem hujus opinionis hanc paullo poſt affert: Τὸ ἀδιαίρετον καὶ ἀδιάκριτον καὶ ἑνωμένον ἀγέννητόν ἐστι. *Quod enim individuum, indiſcretum, & unitum, id non eſt generatum.* Quumque huic ea poſſe opponi non ignoraret, quae apud veteres & ipſum *Platonem* de Deorum generationibus ſcripta exſtant, haec omnia ad rationem & occultos ſenſus eſſe revocanda, praecipit: Ὥστε καὶ εἴ τινες γενέσεις ἐπὶ θεῶν μυθικῶς παράπτωμεν ὑπὸ τοῦ Πλάτωνος λέγεσθαι, —— δεῖ μὲν εἰδέναι, ὅπως τὰ τοιαῦτα λέγηται, καὶ ὡς εἰκόνας ἐοικυίας συμβόλοις ταῦτα σύγκεισθαι. *Quamobrem, quamvis quaedam generationes & ortus in Diis per fabuloſa commenta a Platone dicantur,* —— *non oportet tamen ignorare, quomodo haec dicantur, & quomodo ſymbolicae demonſtrationis cauſſa iſta componantur.* Neque tamen negat, Deorum proceſſum ex cauſſa optima generationem appellari poſſe: Καὶ ὁ πρῶτος θεὸς ἀπ' αἰτίας πρόεισι τῆς ἀρίστης κατὰ χρόνον γένεσιν κυρίως ὀνομάζει. *Et ipſe Deorum progreſſus, a cauſſa procedens optima in tempore, generatio proprie vocatur.* Tum, interjectis nonnullis, rationem ita concludit *p.* 68. Ἀγέννητοι μὲν οὖν οἱ θεοὶ τάξις δ' ἔστιν ὁ αὐτοῖς πρώτων τε καὶ μέσων καὶ τελευταίων προόδων, καὶ ὑπεροχαὶ δυνάμεων, καὶ ὑφέσεις. *Dii itaque ſunt ingeniti: ſed in ipſis eſt ordo & primarum & mediorum & ultimorum progreſſuum, & excellentiae facultatum, & ſummiſſiones.* Alio vero loco non diffitetur, Deum & mundum certo ſenſu generatos eſſe, *Libro* VI. *Cap.* 2. *p.* 341. Οἱ μὲν δὴ ἐγκόσμιοι θεοὶ γενητοί πως εἰσι; *Dii quidem illi, qui verſantur in mundo, quodammodo generati ſunt.* Et paullo poſt Deos & generatos & non generatos vocari poſſe, monet: Ὥστε καὶ γενητοὶ καὶ εἰσὶ καὶ ἀγένητοι. *Quamobrem Dii certa ratione ſunt generati, alia vero non generati.* Haec, ut opinor, confirmabunt & illuſtrabunt ea, quae ab

inter eos, qui Deum olim esse affirmarunt, fuisse, qui non ipsum modo Deum ἀγέννητον καὶ ἀΐδιον, *naturam nec factam nec ex aliquo natam*, vocarent, sed eamdem quoque in materiam conferrent laudem. Sed, quod plerique censent, ab hac omnes fere hos philosophos sententia stetisse, id vereor, ne propius ab errore absit. *Platonem* ex antiquis Christianorum doctoribus aliqui hoc nomine audacter reprehendunt. Sed, cur ita facerent, an probabilem afferre ullam rationem potuissent, equidem vehementer dubito. *Porphyrium* certe, *Iamblichum*, *Proclum*, aliosque *Platonis* amicos non modo acriter hanc opinionem confutasse, animadvertimus, sed etiam reliquis *Platonis* praeceptis nullo plane modo eam convenire, disputasse (*t*) legimus. Quae quum ita sint, sic rationem concludi opinor debere: si vox ἀγέννητον tam late adhibeatur, ut eamdem vim atque potestatem habeat, quam vocabula αὐτοφυὲς & ἀΐδιον, inter veterum populorum Theologos longe plurimos exstitisse, qui, quod Christiani profitentur omnes, idem prorsus decreverint: ἓν μόνον ἀγέννητον ὁ Θεὸς, καὶ ὕλη αὐτὴ, ἂς ἂν ἔσται τις, ἡ ἀγεννησία. *Nulla, praeter Deum, natura est neque facta neque genita, inque eo potissimum consistit essentia divina, quod a nemine orta sit.* Reliquae vero res omnes, ne materia quidem ipsa excepta, conditae a Deo sunt. Ceteri vero omnes, si exiguam eorum demas familiam, qui duo rerum principia aut duo Numina complexi sunt, licet materiam per sese ab aeterno exsistere ducerent, nihilo tamen minus unum tantum esse Deum, quem nulla vis vel caussa externa genuisset, ceteros Deos omnes certo sensu genitos & procreatos existimarunt. Quodsi enim multi destinato Deos tempore factos esse, fateri noluerunt, hoc tamen nil affirmare sunt veriti, excellentiori quadam caussa eos omnes (*v*) prognatos esse.

Nihil restat nobis hac in caussa expediendum, quam ut ostendamus, veteres 291
po-

de duplici potestate vocabulorum γενητὸς & ἀγένητος apud Platonicos recentiores observavit hic vir longe doctissimus.

(*s*) *Sallustius*] *Cap.* 13. *Libri de Diis & mundo p.* 269. inter *Scriptores veteres mythologicos* a *Thom. Gale* coniunctim editos. A *Proclo* disciplinam *Sallustius* hic accepit: & libello hoc eorum philosophorum dogmata, qui recentiores nominantur Platonici, reliquis hujus ordinis multo exponit luculentius & evidentius. Quamquam in multis *Proclum* deserit. Scilicet etiam inter hos philosophos sectae erant, quae mutuis sese vulneribus afficiebant.

(*t*) *Legimus*] Non vero hic recordatur vir eximius, juniores hos, quos laudat, Platonicos disciplinam *Platonis* ad sua decreta temere inflexisse. Neque mihi male judicasse videntur antiqui Christianorum doctores, qui *Platonem* affirmarunt materiam aeque aeternam duxisse, atque ipsum Deum, qui postea materiam digessit, & mundum ex ea construxit. Haec vero infra pluribus.

(*v*) *Prognatos esse*] Quum hac ipsa aetate nostra in scenam haec revocata sit quaestio, magnis olim animorum motibus inter veteres Christianorum doctores & Platonicos agitata: *utrum Deus ab aeterno mundum condere potuerit, nec ne*, neque pauci sint, qui fieri hoc potuisse censeant, viri acutissimi, operae me facturum esse pretium, arbitror, si nonnulla de hoc Platonicorum dogmate ejusque caussis & historia hoc in loco commemorem. [*Caroli Bovilli* Epistola de hoc argumento, qua negat, Deum id potuisse, exstat in *Fabricii Bibl. Lat. med. aevi p.* 932. *f.*] Juniores Platonici Dei quidem opus hunc esse mundum fatebantur, at perenne ac aeternum ejus esse opus, simul asseverabant, aut summum Numen ex omni aeternitate mundum hunc perpetuo fabricatum esse, praecipiebant. Mundo igitur initium adscribebant aliquod, verum, ut *Chalcidii* verbis utar, *non temporarium, sed caussativum*, *Comm. in Timaeum Platonis* §. 23. *p.* 285. Tota haec opinio cum a vulgari remota sit intelligentia, tum ejus generis & naturae, ut, si enarranda sit & explicanda, vocabulis aut novis plane, aut ad inusitatas significationes tractis utendum sit. Ex quo fit, ut nomina *ortus*, *initium*, *aeternus*, *genitus*, *non genitus*, *factus*, *productus*, & similia, dubiam & ambiguam in hujus generis libris significationem habeant. *Coepisse* & *ortum esse* verbi caussa mundum, concedunt: verum haec nomina, quum id faciunt, non id designant, quod vulgo in omnibus linguis, *certo tempore natum* & *eri-*

populos, tametsi multos venerarentur Deos, unum tamen summumque illum Deum
292a ceteris omnibus inferioris notae Diis, quos ortos & genitos putabant esse, soli-

eriri, sed *caussam sui habere, nec ex se ipso natum esse.* Idem vocabulo *aeternus* accidit: quod de Deo adhibitum naturam significat per se existentem, omnisque successionis & mutationis nesciam, at de Diis & mundo usurpatum, res & naturas, quae nullo quidem non extiterunt tempore, verum ex caussa quadam pendent, & successionem mutationemque ex parte non recusant. Quod quoniam non animadverterunt & antiqui & recentiores Christianorum doctores, propterea factum est saepenumero, ut sententias Platonicis illis tribuerent a sciis & decretis eorum plane alienas. Accurate & multis verbis hanc opinionem exposuit, a quo etiam erudite confutata est, *Zacharias Mitylenaeus*, philosophus Christianus, *Dialogo de opificio mundi p.* 207. 213. *f.* At luculentior forte multis erit, si comparationem, qua ipsi animi sui sensus Platonici declaraverint, ex *Augustino* afferam *de civit. Dei Lib.* X. *Cap.* 31. *p.* 203. *Tom.* VII. *Opp. Sicut enim, inquiunt* (Platonici,) *si pes ex aeternitate semper fuisset in pulvere, semper ei subesset vestigium; quod tamen vestigium a calcante factum, nemo dubitaret, nec alterum altero prius esset, quamvis alterum ab altero factum esset: sic, inquiunt, & mundus atque in illo Dii creati & semper fuerunt, semper exsistente, qui fecit, & tamen facti sunt.* Huic si adjungere etiam similitudinem liceat, aeternam tibi finge catenam, multis membris aptis inter se atque connexis constantem. Singula quidem hujus catenae membra ex omni exstiterunt aeternitate, nec principio quodam genita sunt, at ex primo tamen, quod cum nullo colligatum est alio, universa pendent. Primum illum catenae articulum Deum esse cogita nationis Platonicae: reliquos inferiora Numina & mundum esse, arbitrare. Quodsi nondum alicui hae satisfaciant comparationes, is nolim in se aut ingenium suum obscuritatis culpam conferat, sed in rem ipsam, quae clarius exponi & oratione limari vix ac ne vix quidem potest. Ita quum generatim tota haec sentiret familia, lis tamen erat inter eos: utrum Deus ex materia pariter aeterna & sine ulla caussa exsistente ab infinito usque tempore mundum hunc condidisset, an vero ex semet ipso & sola voluntate sua produxisset. Hoc quidem, praeter multos alios, de quibus alio loco, *Hierocles Libro de providentia* apud *Photium Bibliothecae Cod.* CCLI. *p.* 1379. tuebatur: illud nonnulli alii, quos *Hierocles* ibi refellit. Nec enim contra eos ex Platonicis *Hierocles* ibi disputare, qui Deum certo tempore mundum ex aeterna quadam materia construxisse opinabantur, sed adversus illos, qui ab aeterno quidem, sed ex aeterna tamen materia, Deum confecisse mundum, statuebant, ex ipso initio orationis ejus liquet: Οὐ γὰρ ἱκανὸν αὐτὸν εἶναι δοῦναι αὐτοτελῶς ὑπεστῆναι δυνατὸν κόσμον οἰκείᾳ δυνάμει καὶ σοφίᾳ, ΕΞ ΑΪΔΙΟΥ ΕΝΕΡΓΟΥΝΤΑ, ἀλλὰ ἀγενήτου ὕλης συνεργίᾳ. *Deum enim* (hi Platonici) *non posse sustinere mundum propria virtute & sapientia,* AB AETERNO OPERANTEM, *putarunt, sed cooperatione ingenitae materiae.* Ergo Deum *ab aeterno operatum esse*, hi fatebantur gregis Platonici philosophi, at negabant, cum sine materia operatum esse, contra duo esse censebant rerum initia caussae omnis nescia, Deum & materiam.

(II.) Huic Platonicorum dogmati affinis certe ac cognata valde est *Aristotelis* de perennitate mundi sententia. Neque ipsi Platonici aliter videri volebant sentire, id quod ex *Hierocle*, *Proclo*, ceterisque familiae hujus alumnis patet, atque *Aristoteles* olim sensisset. Quam propter caussam doctissimi viri, & nostri etiam hic *Cudworthus*, nil veriti sunt, *Aristotelis* & Platonicorum, de quibus loquimur, dogma sociare, & eodem utrumque loco habere. Ego vero, postquam rite circumspexi omnia, in hanc ingressus sum opinionem, non nihil inter utrosque intersse. Etenim, quum Platonici Deum ex omni aeternitate negotiosum & operosum fuisse scisserent, *Aristoteles* vix aliquid negotiorum Deo suo commisisse videtur, quam contemplationem sui ipsius, & nescio quam ultimi orbis commotionem: quumque illi mundum ex infinito tempore a Deo conditum esse, aut, si malis, emanasse ex Deo, asseverarent, hic de aeterna mundi fabricatione nihil sibi in mentem venire passus est, neque Deum vel scire aliquid eorum voluit, quae in orbe inferiori ex omni aeternitate gesta essent. Praetermitto alia, quae utramque disjungunt sententiam.

(III.) Quocirca, priusquam illud philosophorum genus in Aegypto nasceretur, quod ab *Ammonio* primum saeculo post natum Servatorem altero inchoatum est, & juniorum Platonicorum secta vocatur, hoc ego dogma de mundo a Deo ab aeterno constructo ignotum fuisse, arbitror. In qua me id sententia confirmat, quod *Philo Judaeus*, cujus exstat *de mundo corruptionis experte Libellus*, etiamsi diligenter commemoret eos, qui mundum ante se docuissent aeternum esse, hujus tamen opinionis nullam mentionem facit. Ne quid nunc *Clementem Alexandrinum* commemorem, diligenter philosophorum sententias enumerantem, hanc vero prorsus tacentem. At *Ammonius* hic, quem dixi, postquam a Christianis defecerat, & novam philosophandi rationem, inter Christianorum disciplinam & antiquas populorum superstitiones veluti mediam, decreverat inire, hac quoque in re consilii hujus specimen edidit, nec Christianis plane accedens,

qui

Digitized by Google

licite distinxisse. Quem ut diligenter tractemus locum, cum multa suadent alia, tum hoc in primis, quod eos saepenumero, remoto atque sublato omni inter sum-

qui mundum certo tempore a Deo ex nihilo creatum esse praecipiebant, nec antiquiorum philosophorum turbam, toties a Christianis irrisam & explosam, sequens, qui duo esse rerum aeterna principia, Deum atque materiam, existimaverant. Ex *Ammonii* schola *Plotinus* & multi egregii sunt alii philosophi, a quibus rursus alii disciplinam acceperunt, qui hoc dogma latius disseminarunt, & per aliquot saecula propagarunt: qua quidem de re scripta loquuntur eorum, quae ab interitu servata sunt. Atque ipsas prope Christianorum sanctiores scholas haec occupasset opinio. *Origenes* enim, in *Ammonii* eruditus schola, una cum aliis erroribus hoc etiam imbiberat placitum, quod discipulis suis, quorum maximum fuisse constat numerum, secure rursus instillabat. Testes sunt illi *Origenis* ipsius loci, quos *Petr. Dan. Huetius* produxit in *Origenianis Lib.* II. *Quaest.* XII. §. 4. *p.* 165. & *Methodius Libro περὶ γενητῶν* apud *Photium Biblioth. Cod.* CCXXXV. *p.* 934. Sed falluntur tamen, qui sibi persuadent, prorsus cum *Ammonio* & Platonicis hac in re consensisse *Origenem.* Namque, ut multis in aliis, ita etiam hic temperationem aliquam disciplinae meditabatur Platonicae, ne nimis abiret a Servatoris nostri praeceptis. Mundum & ex omni aeternitate conditum a Deo, & ad infinitum tempus fine ullo interitu permansurum esse, docebant philosophi illi, quibus magistris usus fuerat *Origenes.* Ipse vero, nisi sacris repugnare vellet oraculis, quae mundi perspicue nuntiant interitum & excidium, totum dogma hoc nullo sese modo probare posse, perspiciebat. Itaque alteram retinebat partem, alteram repudiabat. Hoc quidem Platonicis assentiebatur, ex infinito tempore Deum construxisse mundum: verum negabat, eum perpetuo duraturum esse, sed successionem quamdam inducebat mundorum, unoque dissoluto & exstincto, novum a Deo & olim conditum esse, & in posterum conditum iri, pronuntiabat. *Origene* in judicium gravissimorum errorum vocato, haec quoque inter Christianos stare non poterat sententia, & ab iis, qui publicis eum scriptis adoriebantur, simul profligabatur. E quibus *Methodium* jam ante nominavi, ex cujus *Libro περὶ γενητῶν* multa de hoc argumento excerpsit *Photius.* Multo vero in graviorem invidiam adductum est illud ordinis Platonici scitum, controversiis Arianis de divinitate filii Dei commotis. Servatorem enim nostrum Deum esse, inde inter alia probabant doctores Christiani, quod *aeternus* in sacris diceretur Litteris, praeter Deum vero nihil esse aeternum posse, urgebant. Vid. *Athanasii Orat.* II. *contra Arianos p.* 317. 318. *T.* I. *Opp.* Cui argumento quum hoc maxime officeret, quod in decretis erat Platonicis, posse aliquid aeternum esse, & nihilo tamen minus creatum & conditum, non poterant non sacrorum antistites rejicere illud, atque fortiter tueri, Deum ab aeterno nihil creare potuisse. Multa ejus generis veterum scriptorum dicta *Dion. Petavius* collegit in *Dogmat. theol. Tom.* I. *de Deo Lib.* III. *Cap.* 6. *p.* 145. Quid? quod inter Arianos erant, quibus *Psathyrianorum* vulgo nomen dabatur, qui Platonico plane more *Arii* doctrinam interpretabantur, atque filium ex omni aeternitate a patre creatum, nec tamen Deum esse, fatebantur. Auctor est *Theodoretus de fabulis haeret. Lib.* IV. *p.* 387. *T.* II. *Opp.* Quae secta haud dubie tanto vehementius in illam mundi aeternitatem, de qua hic agimus, invehendi coelestis sapientiae magistris occasionem praebuit. Contra firmiter Platonici omnes in veteri persistebant sententia, pro qua & voce & scriptis propugnabant. Quorum quum probaret disciplinam imperatorum facile doctissimus, *Julianus*, hanc etiam suam facere nil dubitabat. Nam quid reliquos referam, quorum nomina satis nota sunt, Platonicos, quos in hac fuisse haeresi, neminem praeterit? Sic igitur *Julianus Orat.* IV. *in solem p.* 132. Ὁ θεῖος οὗτος καὶ περικαλὴς κόσμος, ἀπ' ἄκρας οὐρανοῦ ἕως ἐπὶ μυχοὺς γῆς ἰσχάτης ὑπὸ τῆς ἀϊδίου συνεχόμενος τῆς θεοῦ προνοίας, ἐξ ἀϊδίου γέγονεν ἀγένητος, εἰς τὸν ἅπαντα χρόνον ἀΐδιος. Quae verba sic vertit *Petavius: Divinus iste praeclarusque mundus, qui a supremo coeli fornice ad infima terrarum usque perpetua & immobili Dei providentia continetur, ab aterno citra ullam productionem exstitit, & insequenti tempore deinceps aeternus erit.* In qua ego versione id requiro, quod vocabulum ἀγένητος *Petavius* reddidit: *citra ullam productionem.* Productum enim, non secus ac reliqui Platonici, mundum a Deo profitebatur *Julianus*; id quod cum ex hoc ipso loco, tum ex ejusdem *in solem Orationis* alio dicto *p.* 145. intelligitur: at in tempore negabat eum esse productum. Quare rectius hoc nomen reddi putem & ad Platonici dogmatis normam: *sine initio aut principio.* Ipso imperatore tanto hujus opinionis studio fervente, quodnam reliquorum aetatis istius philosophorum judicium fuerit, conjectu proclive est. Ipsi illi, qui de rebus Christianis omnium sentiebant modestissime, neque divinorum librorum adspernabantur plane auctoritatem, verum praecepta Platonica cum religione Christiana sociare studebant, haud tamen a se impetrare poterant, ut scito huic nuntium mitterent. Exemplum dabit *Chalcidius* ille, interpres *Timaei*, qui multis, iisque doctissimis, viris, neque id sine ratione, Christianis addictus fuisse sacris visus est: cujus ego verba tanto describo libentius,

Digitized by Google

ſummum illud Numen minoresque Deos diſcrimine, utrosque inter ſe veluti confundere, Diisque promiscue terrarum orbis imperium & procurationem committere, multis veterum locis conſtat. *Ovidii* hujus generis dictum ſupra jam protulimus: cui, ſi neceſſe foret, innumerabilia liceret addere, & ex ipſis quidem eo-
293 rum libris, quorum ceteroquin ſapientiam univerſi commendant. Unum inſtar omnium (*x*) *Ciceronem* placet ſiſtere, cujus ex *Libro de legibus primo* haec verba ſunt: *Deorum immortalium vi, ratione, poteſtate, mente, numine natura omnis regitur.* Quam

tius, quoniam ſimul rationes continent, ob quas tantopere haec doctrina Platonicis placuit. Ita vero ille *in Timaeum Platonis Cap.* 1. §. 23. *p.* 284. 285. *Dei operum origo & initium incomprehenſibile. Nulla enim certa nota, nullum indicium temporis, ex quo eſſe coeperunt. —— Cauſſae igitur omnium operum Dei tempore antiquiores: & ſicut Deus per aevum, ſic etiam cauſſae per aevum. Quod ſequitur, ut, quidquid a Deo ſit, id temporarium non ſit; quod temporarium non ſit, nulla temporis lege teneatur. Et tempus immutationem aetatis, morbos, ſenectutem, occaſum invehit. His ergo omnibus, quod a Deo inſtituitur, immune eſt, origoque ejus cauſſativa eſt, non temporaria. Et mundus ſenſilis eſt opus Dei: origo igitur ejus cauſſativa, non temporaria. Sic mundus, ſenſilis licet & corporeus, a Deo tamen factus aeque inſtitutus eſt.* Haec licet ita ſint, fuiſſe tamen videntur in hac ipſa Platonicorum familia, qui hoc dogma publice non eſſe proponendum, ſed de mundo ita, ac ſi eſſet genitus, differendum, autumarent. Certe *Julianus Jamblichum, Chalcidenſem*, ſummae in hac ſecta dignitatis philoſophum, ita feciſſe in libris ſuis teſtatur, quem quin aliqui ſequuti ſint, nullum dubium eſt, tametſi *Julianus* fas eſſe neget, exemplum iſtud imitari. *Οἶδα μὲν*, inquit *Orat. in ſolem* IV. *p.* 146. *καὶ πλάτωνα τὸν μέγαν καὶ μᾶλα τοῦτον τὸν Χαλκιδέα ἰαμβλίχον —— ἄχρις ἐτελεύτησε τῷ γενητῷ προσχρωμένους, καὶ οἷονεὶ χρονικήν τινα τοῦ παντὸς ὑποτιθεμένους —— πλὴν ἐμοὶ γε —— ἐδόκουν οὐ ξυμπαιδεύσεσθαι.* *Non me praeterit, tam magnum Platonem, quam poſt hunc Chalcidenſem Jamblichum —— hypotheſi tenus* (mundum & ſolem) *genitum adhibuiſſe, ac temporariam quamdam effectionem disputationis tantummodo gratia poſuiſſe. —— Mihi vero —— nequaquam haec ſubeunda eſt alea.* Verum non ita multis hoc *Jamblichi* ſcite inſtitutum probaviſſe, ex eo ſatis apparet, quod ſaeculo quinto multo, quam ante, acrius de hoc dogmate publice pugnatum fuit. Qui Platonicam tum & Alexandriae & Athenis profitebantur philoſophiam, non infimi nominis viri, nulli parcebant diligentiae, ut veritatem ejus demonſtrarent. Quod ſtudium *Zachariam Mitylenaeum*, Philoſophum Chriſtianum, accendebat, ut adverſus illud eruditum & ſubtilem *Dialogum*, qui adhuc exſtat, exaxaret *de opificio mundi*. *Proclus*, quo majorem ſchola Platonica non habuit hac aetate philoſophum, publico ſcripto hanc mundi aeternitatem explicabat & tuebatur: cui *Joannes Philoponus*, doctiſſimus Chriſtianorum philoſophus, *duodeviginti libros* hujus argumenti opponebat, quorum paullo ante mentio facta eſt. *Salluſtium* praetereo, *Procli* diſcipulum, qui *Libello de Diis & mundo* itidem pro hoc dogmate propugnat: nec illos commemoro Chriſtianos, qui paſſim in ſcriptis alieni generis illud inſectati ſunt. Deficiente vero ſaeculo ſequenti ſectae Platonicae ſplendore & gloria, & huic ſenſim doctrinae vis omnis & auctoritas erepta eſt. Quod ipſum tamen non impedivit, quo minus *Boëthius* ille, quem tot ſaecula communem fere magiſtrum philoſophi Latini & Chriſtiani venerati ſunt, palam non diſpliceret ſibi hanc ſententiam oſtenderet. Accipe ipſa magni hominis verba ex *Libro* V. *Conſolat. philoſ. p.* 138. *Non recte quidam; qui, quum audiunt, viſum Platoni, mundum hunc nec habuiſſe initium temporis, nec habiturum eſſe defectum, hoc modo conditori conditum mundum fieri coaeternum, putant. Aliud eſt enim per interminabilem duci vitam, quod mundo Plato tribuit, aliud interminabilis vitae totam pariter complexam eſſe praeſentiam, quod divinae mentis proprium eſſe, manifeſtum eſt. Neque enim Deus conditis rebus antiquior videri debet* TEMPORIS QUANTITATE, *ſed ſimplicis potius* PROPRIETATE NATURAE. Habes ipſam Platonicorum, de qua jam ſaepius diximus, diſtinctionem inter *creationem temporariam & cauſſativam.* Nonnullis interjectis: *Itaque*, inquit, *ſi digna rebus nomina velimus imponere; Platonem ſequentes, Deum quidem aeternum, mundum vero dicamus eſſe perpetuum.* Haec ad id ſufficient probandum, quod vir doctiſſimus hic aſſeveravit, non eſſe confeſtim eos ſummae adverſus Deum impietatis accuſandos, qui certa ratione mundum profeſſi ſunt aeternum ſibi videri. Ad obſcuriora ſaecula, & ſcholaſticorum in primis tempora, ne juſto longior ſim, deſcendere nolo. Non praeterit eos, qui harum rerum periti ſunt, diu & acriter in ſcholis olim dimicatum fuiſſe: utrum Deus mundum ex omni aeternitate condere potuerit, nec ne. Quod quidem multi affirmarunt, in magna dignitate & auctoritate poſiti; alii vero negarunt. Lege *Gerh. Jo. Voſſii Theſes hiſtorico-theologic. Diſp.* I. §. 14. *p.* 19. Quin etiam ad noſtram quaeſtio haec aetatem ducta eſt, philoſo-

pho-

Digitized by Google

Quam in sententiam *Libro* etiam *secundo* differit: *Deos esse dominos ac moderatores omnium rerum, eaque, quae geruntur, eorum geri judicio atque numine, eosdemque optime de genere hominum mereri, &, qualis quisque sit, quid agat, quid in se admittat, qua mente, qua pietate religiones colat, intueri, piorumque & impiorum habere rationem, a principio civibus suasum esse debet.* Equidem, quidnam, quum sic loquerentur, spectaverint ingenioli homines, haud esse obscurum, arbitror: Numen illud, quo nullum esse majus & praestantius censebant, minime solum, nullo in auxilium vo- 294
cato

phorumque non minus, quam Theologorum nostrorum, ingenia exercuit: in quibus multi sunt, inter eos quoque, quibus nemo umquam doctrinae male sanae inusit maculam, qui divinam laedi majestatem haud arbitrantur, si mundus ab aeterno factus a Deo credatur esse. Vid. b. *Jo. Herm.* ab *Elswich* in *Jo. Henr.* a *Seelen Philocalia epistolica p.* 410. *f.*

(IV.) De externis, ut ita loquar, caussis, quibus adducti fuerunt Platonici illi, ut de mundo ita praeciperent, quemadmodum diximus, supra jam expositum est. Interiores caussas seu argumenta, quibus hoc dogma communiverunt, suppeditabunt *Origenes Libro* I. περὶ ἀρχῶν, *Sallustius Libro de Diis & mundo Cap.* 13. *Proclus* in *duodeviginti argumentis pro aeternitate mundi*, *Zacharias Mitylen. Dialogo de opificio mundi p.* 213. itemque alii. Quibus ex recentioribus addi velim *Petr. Poiretum*, subtiliter rationes eorum enarrantem, qui ex omni aeternitate mundum a Deo esse conditum decernunt, atque confutantem, *Meditat. rational. de Deo, anima, & malo Lib.* III. *Cap.* 16. §. 9. *p.* 438. *ed.* 1685. add. *p.* 674. 675. Varie sibi consulebant olim, qui hoc ducebantur dogmate, nec una omnes incedebant via Platonici, quod cuilibet manifestum erit, *Plotinum* cum *Proclo* conferenti. At praecipuam tamen omnium rationem in hoc fuisse positam, expensis universis, video, verendum esse, ne Deus fiat mutabilis, si mundus certo tempore ab eo factus esse credatur. Si populariter, subtilitatibus remotis, hac de re differere voluissent, ita sententiam suam, credo, exposuissent: Deus, qualis hodie & nunc est, talis fuit etiam ex omni aeternitate. Nec enim ulla mutatio in principis caussae majestatem cadit. Hodie vero Deus est operosus, rerum omnium providens, dominus totius universitatis, infinite denique potens. Idem ergo fuit ex infinito tempore. Si ex omni aevo operosus fuit, providus, & potens, operari etiam, condere, & administrare aliquid debuit: item, si dominus fuit, adesse etiam oportuit mundum, cui dominaretur. Tolle igitur, mundum ab aeterno fuisse, & stabilitatem unaque constantiamque supremi Numinis tolles. Idem illud de Deo nullo modo mutabili dogma haud dubie in hanc eos sententiam adduxit, ut omnem temporis successionem a Deo sejungerent: qua de re infra. Nec enim intelligere poterant, quemadmodum immutabile posset illud esse, cui praeteritum aliquid vel futurum esset: id quod *Boëthius*, praeter alios, persequutus est *de consolat. philos. Lib.* V. *p.* 137. Ad hanc quum delati fuissent meditationem, ita videntur mihi esse ratiocinati: Tempus, in quo successio est momentorum, mensium, annorum, a Dei prorsus natura est alienum. Finge vero, Deum non ab aeterno, sed certo quodam tempore, mundum fabricatum esse; quid, hoc concesso, consentaneum tibi erit statuere? Illud, opinor: fuisse tempus aliquod, quo Deus solus erat & exsistebat. Hoc vero si dederis, fateberis, tempus quoddam praecessisse mundi compositionem. Deum ergo in tempore collocabis. Ubi vero tempus, ibi successio: ubi successio, ibi mutatio. Deum itaque ne mutabilem facias, fuge Christianorum de mundi constructione sententiam. Sic illi, ut arbitror, Platonici. Equidem nemini, quemadmodum his de rebus sentiendum sit, praecipere velim, qui viros egregie de sacris nostris meritos Platonicis propitios hac in caussa memini: neque mihi id arrogo, ut de horum aliorumque argumentorum virtute judicem. Illud tamen ingenue fateor, satius mihi semper visum esse, has quaestiones, quae ingenium mortalium in captiones inducunt vix explicandas, & infirmiorum conturbant animos, aut prorsus omittere, aut verecunde & timide tractare, illa vero, quae de mundo a Deo condito divinitus afflati homines tradidere, simpliciter & caste amplecti, quam subtilius in mundi ortum Deique infinitas perfectiones inquirere; quod numquam fere sine miseriae & infirmitatis nostrae oblivione fieri solet.

(x) *Ciceronem*] Prior locus exstat *Lib.* I. *de legib. Cap.* 7. *p.* 3303. alter *Lib.* II. *Cap.* 7. *p.* 3343. *Tom.* IX. *Opp.* Ceterum hoc ipso *de legibus Libro Cicero* differte *Lib.* I. *Cap.* 7. *p.* 3304. *supremum Deum, qui hominem generaverit*, quem & *mentem divinam ac praepotentem Deum* vocat, sejungit ac distinguit a *Diis* reliquis, qui rerum universitatem communem cum hominibus veluti civitatem habeant. Qui hos *libros de legibus* sic, uti fas est, legere vult, eum meminisse semper oportet verborum, quae *Cap.* 6. *p.* 3302. exstant: *Quoniam in populari ratione omnis nostra versatur oratio, populariter interdum loqui necesse est.*

Digitized by Google

cato, naturam rerum gubernare, verum haud poſtremam laboris partem adminiſtris delegaſſe ſuis, judicabant. At qui ejusmodi in eorum libris locos, quorum vix iniri poteſt numerus, offenderunt, neque ſuum eſſe duxerunt, veterum de Diis ſententiam percurioſe ſcrutari, eos ego minime miror ita ſeſe abripi paſſos eſſe, ut veteres non ad unum Deum, verum ad plures Deos aequales, eosque non aeternos modo, ſed etiam ex nulla cauſſa genitos, orbis terrarum tam conſtructionem, quam adminiſtrationem retuliſſe ſuſpicarentur. Hi quantopere a vero aberraverint, ſatis, opinor, adhuc a nobis demonſtratum eſt. Sed, ne quid relictum aut intermiſſum videatur, juvabit in extrema hac diſputatione oſtendere, qui ſaepius ſummum Deum minoraque Numina miſcent ac confundunt, veteres auctores haud raro etiam accurate Deum omnium maximum & excellentiſſimum a ceteris ignobilioris naturae Numinibus ſecreviſſe.

Principio varia erant antiquis unius illius, quem maximopere colebant, ſummique Dei nomina, ab hac vel illa ejus virtute variisque operibus, quibus ſeſe conſpicuum hoc in orbe fecit, tracta. Verum his frequenter ad ſuperſtitionem abuſa eſt imbecillitas hominum, ſic ut ex vocabulis totidem ſaepe Numina fingerent, quae alii nullius parere ac obtemperare voluntati putabant, alii certis alligabant legibus. Itaque, praeter haec, alia quoque ſupremo Deo conſecraverant nomina, quibus preſſius vim ejus atque rationem exprimebant, atque eum eſſe unum ſignificabant, qui univerſum terrarum orbem fabricatus eſſet, ſapientiſſimeque moderetur ac gubernet. Ita Graecis ζεὺς aut ζηνὼ audiebat, Latinis *Jupiter* & *Jovis*. Babyloniis *Belus* aut *Bel*, Perſis *Mithras* & *Oromaſdes*, Aegyptiis & Scythis, niſi nos (y) *Herodotus* fallit, *Ammoun* & *Pappaeus*. Atque *Celſum* memini apud *Origenem* concedere, nihil veritatis intereſſe, quonam ex his nominibus appelletur Deus, utrum ζεὺς dicatur, an *Ammoun* aut *Pappaeus*, an alio inſigniatur vocabulo. (*) Κέλσῳ εἰπόντι, μηδὲν διαφέρειν, Δία ὕψιστον καλεῖν, ἢ Ζῆνα, ἢ Ἀδωναῖον, ἢ Σαβαώθ, ἢ (ὡς Αἰγύπτιοι) Ἄμμωνα, ἢ (ὡς Σκύθαι) Παππαῖον. *Celſus rem eſſe nullius momenti putat, utrum ſummum maximumque Deum Dia aut Zena* (cum Graecis,) *aut Adonai & Sabaoth* (cum Judaeis,) *aut cum Aegyptiis Ammoun, aut Scytharum more Pappaeum vocemus.* Secus *Origenes*, qui, religione atque pietate erga Deum commotus, nihil eſſe Chriſtiano homine indignius, contendit, quam iſtiusmodi nominibus Deum compellare, quae ſua quondam ſimulacrorum cultores feciſſent. (z) (†) *Nos quidem*, inquit, *quavis citius ſuſtinebimus tormenta, quam Jovem eſſe Deum fatebimur. Nec enim ignoramus, Graecos hoc ſub nomine malum ſaepe daemonem, non Deo minus, quam hominibus, inimicum, colere. Malumus item morti nos objicere, quam ſupremum Numen Ammoun appellare: quod nomen Aegyptiorum Magi adhibent daemonem evocantes* Λεγέτωσαν ἢ οἱ Σκύθαι, τὸν Παππαῖον θεὸν εἶναι τὸν ἐπὶ πᾶσιν· ἀλλ' ἡμεῖς οὐ πειθόμεθα· πάνυ μὲν τὸν ἐπὶ πᾶσι θεὸν, ὡς ἢ Φίλον τῷ λαχόντι τῶν Σκυθῶν ἑρμηνεῦσαι, καὶ τὸν ἴδιον αὐτῶν, οὐ Δία λέγοντες, οὐκ ὀνομάζοντες τὸν θεὸν, ὡς χρεὼν ἐνόμιζε, τὸν Παππαῖον Σκυθῶν

(*) Lib. V. contra Celſ. (p. 261.) (†) P. 262.

(y) *Herodotus*] Is *Hiſtor. Lib.* IV. *Cap.* 59. p. 240. hoc tantum ſignificat, ſua quidem ſententia Scythico ſermone *Jovem πάντων*, *omnium optime Pappaeum* vocari poſſe, id eſt, Deum Scythicum: *Pappaeum* non nimis prudenter cum illo Deo componit, quem Graeci *Jovem* nominabant. Ex quo id quidem efficere nobis licet, *Pappaeum* illum, quem Scythae colebant, ſupremum inter Numina gentis illius gradum obtinuiſſe, acgre vero hoc, *Pappaeum* hunc ſummum fuiſſe omnium & praepotens Numen, aut vocabulo *Pappaeus* rerum omnium conditorem & moderatorem Scythas appellaſſe.

Digitized by Google

Θεὸν δὲ τὸ πατρικὸν ἑκάστοις ἐᾶν, καὶ λέγειν, καὶ τοῦτον Δία καλεῖν, ἢ ἕκαστος ἐπιθυμεῖ, ὀνομάζειν, οὐκ ἀμαρτάνειν. *Ac Scythae licet Pappaeum ſuum Deum eſſe illum, qui praeeſt omnibus, dicant; nos tamen illis morem haud geremus. Deum quidem eſſe fatemur ſummum & omnium moderatorem: at Pappaei eum nomine appellare nolumus, quod illi proprium eſt daemoni, qui ſolitudini Scythicae, populo & ſermoni Scythico praepoſitus eſſe cenſetur. Interim, qui appellativum illud nomen, quod in lingua Scythica, Aegyptiaca & reliquis omnibus vocabulo Deus reſpondet, ſummo Numini tribuet, is minime peccabit.* Hic *Origenes* uni ſummo Numini, quod *Pappaeum* vocent, Scythas ſupplicare, diſerte perhibet. Idem facere teſtatur Aegyptios, apud quos *Ammoun* divinae naturae vocabulum eſſe tradit. Neque Graecos eum de hac laude detrudere voluiſſe, ullo modo credibile eſt; tametſi *Jovem* ſive ζῆνα eorum daemonem, fervore mentis elatus, atque erga verum Deum pietate accenſus, nominet, quoniam, id quod ſuo loco declarabitur, iſtis ſub nominibus, quae diximus, ζῆνα, *Jupiter*, *Ammoun*, *Pappaeus*, malignum ſaepe genium latuiſſe, atque a Deorum profeſſoribus reapſe cultum eſſe, nullo modo negari poteſt.

Non ego ab illis recedendum puto, qui Graecos nomen ζῆνα, Latinos vocabulum *Jupiter* phyſice interdum adhibuiſſe, eoque (*a*) *aetherem* deſignaſſe, docent. Largior, id factum eſſe; nec aliam fuiſſe cauſſam illis, ſentio, qui ζῆνα a ζάω derivant, aut loco ζῆνα Δῆνα ſcribunt, idque a δάω repetunt, cur has notationes comminiſcerentur, praeter hanc ipſam ſignificationem. Ex eodem fonte formulae illae Latinorum notiſſimae manarunt: *ſub Jove & ſub Dio.* *Cicero:* (*) *Jovem*, inquit, *Ennius nuncupat, ita dicens:*

Adſpice hoc ſublime candens, quem invocant omnes, Jovem.

Hinc etiam augures noſtri quum dicunt: Jove fulgente, Jove tonante, dicunt enim: coelo fulgente, tonante. Quas ego quidem loquendi formas ex eo primum fuiſſe natas ſuſpicor, quod ultimis humani generis temporibus coelum quidam, aetherem, & aërem mentis eſſe compotem, Deumque omnium ſummum & maximum cenſuerunt. Habeo etiam, cur illis faveam, qui voces has hiſtorice ſaepenumero uſurpari, ac heroëm quemdam aut hominem, opinione mortalium Diis aggregatum, denotare ſtatuunt; cujus quidem incunabula quidam inter Cretes, alii vero inter Arcades quaerunt. Scio, (*b*) *Callimachum* Cretenſibus vehementer ſuccenſere, quod Jovis apud ſe gloriarentur ſepulcrum exſtare, eumque propterea mortalem facerent:

Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται· καὶ γὰρ τάφον, ὦ ἄνα, σεῖο
Κρῆτες ἐτεκτήναντο· σὺ δ' οὐ θάνες· ἐσσὶ γὰρ αἰεί.

Cretes ſemper mendaces: tuum enim, rex, ſepulcrum
Exſtruxerunt. Tu vero non es mortuus: ſemper enim es.

Sed

(*) De nat. Deor. Lib. II. p. 223. Lamb. (Cap. 25. p. 2992. T. IX. Opp.)

laſſe. Quae *Celſus* & *Origenes* de hoc Deo refe-runt, unius *Herodoti* videntur auctoritate niti.

(*a*) *Nos quidem*] Non haec ipſa ſunt *Origenis* verba, ſed eorum ſententia tantum. Agit de re eadem contra *Celſum Origenes Lib.* I. *p.* 18. 19. *ed. Cantabr.*

(*a*) *Aetherem*] Conſule, quae *Gerh. Jo. Voſſius* obſervavit ex veterum ſcriptis *de origine ac progreſſu idololatriae Lib.* II. *Cap.* 84. *p.* 268.

(*b*) *Callimachum*] *Hymno in Jovem. vſ.* 8. 9. *p.* 4. *ſ.*

Digitized by Google

Sed idem tamen vates, quod (c) *Origenes* & *Athenagoras* obſervant, mortis exordium a Jove non removet, quando eum in Arcadia natum eſſe perhibet: Ἀρχὴ γὰρ θανάτου ἡ ἐπὶ γῆς γένεσις. *Mortis enim principium hic noſter in terra ortus eſt.* Habeant hanc, qui gentium de Diis explorant fabulas, generalem veluti praeſcriptionem & normam, multum in eas ex phyſicorum ſcitis & rationibus, neque pauca ex veteri hiſtoria irrepſiſſe, atque cum veterum ſententiis de divina natura temere ſociata & conjuncta fuiſſe. Sed haec tamen omnia non obſtant, ne viros in Graecia ſapientiae prae ceteris laude florentes vocabulo ΖΕΥΣ unum illum ſummumque Deum haud raro indicaſſe, pro certo habeamus, qui & toti rerum naturae & Diis omnibus minoribus unus parens atque auctor exſtiterit. Videamus, quemadmodum *Porphyrius* apud *Euſebium* mentem eorum explicet; (*) Τὸν Δία τὸν νοῦν τοῦ κόσμου ὑπολαμβάνουσι, ὃς τὰ ἐν αὐτῷ ἁπάντων περιέχοντα, ἔχων τὸν κόσμον. *Jovem* (Graeci) *hujus mundi mentem eſſe credunt, quae mundum ipſum in ſeſe complexa, quidquid in eo continetur, procrearit.* A quo non abhorret id, quod apud (d) *Maximum Tyrium* legitur: Καλῶ τὸν μὲν Δία νοῦν πρεσβύτατον καὶ δεσποτικώτατον, ᾧ πάντα ἕπεται καὶ πείθεται. *Jovem antiquiſſimam dic principemque eſſe mentem, quam ſequuntur omnia, cui parent reliqua.* Sed & ipſe *Euſebius*, quem cautionem in primis adhibuiſſe conſtat, ne plura, quam ipſa neceſſitas flagitaret, Deorum cultoribus tribueret, in hanc poſtremo ſententiam deſcendere non dubitat: (†) Ἔστω δὴ ΖΕΥΣ μηκέτι τὸ πυρώδης καὶ αἰθέριος οὐσία, ὅσπερ τοῖς παλαιοῖς ἐνομίζετο, καθὰ τὸν Πλούταρχον, ἀλλ' αὐτὸς ὁ ἀνωτάτω νοῦς, ὁ τῶν ὅλων δημιουργός. *Eſto ſane Jupiter non jam ignea aetheriaque natura, ut veteres, auctore Plutarcho, ſtatuebant, ſed potius mens illa ſuprema, rerum molitrix univerſarum.* (e) *Phurnutus* quidem *Jovem* mundi interpretatur animam; quod ex his ejus verbis intelligitur: Ὅσπερ ἡμεῖς ὑπὸ ψυχῆς διοικούμεθα· οὕτω καὶ ὁ κόσμος ψυχῇ ἔχεται καὶ συνέχεται αὐτῇ· καὶ αὕτη καλεῖται ΖΕΥΣ, αἰτία οὖσα τοῖς ζῶσι τοῦ ζῆν· καὶ διὰ τοῦτο βασιλεύει ὁ ΖΕΥΣ λέγεται τῶν ὅλων. *Ut nos gubernamur ab anima; ſic & mundus animam habet, a qua, ne diffluat, continetur. Mundi autem anima* ΖΕΥΣ, *id eſt, Jupiter appellatur: & haec cauſſa vitae eſt omnibus, quae vivunt: propterea Jupiter rex omnium eſſe dicitur.* Verum haec minime nobis adverſantur. Duplex olim de Deo inter gentes opinio viguit. Nam quum alii animum eum putarent eſſe ab omni corpore ac materia penitus ſecretum & abſtractum, erant alii, quibus eum placebat materiae alligare, mundique animam dicere. Sed utrique tamen Jovem ſive ΖΕΥΣ rerum omnium ſupremum eſſe moderatorem ac gubernatorem, conſentiebant. Haec cauſſa eſt, quare *Plato* in *Cratylo* duo illa vocabula, ΖΗΝΑ & Δία, non conjungit modo & ſociat, ſed etiam unius eſſe perhibet originis: (§) Σωπάμεθα εἰς ἓν δηλοῖ τὴν φύσιν τοῦ θεοῦ· ἢ γάρ ἐστιν ἡμῖν καὶ τοῖς ἄλλοις πᾶσιν, ὅσπερ ἐστὶν αἴτιον μᾶλλον τοῦ ζῆν, ἢ ὁ ἄρχων τε καὶ βασιλεὺς τῶν πάντων· συμβαίνοι ἂν ἐρθῶς ὀνομάζεσθαι ἅπαντας, τῷ θεὸς εἶναι, διὰ τὸ ζῆν αἰεὶ πᾶσι τοῖς ζῶσιν ὑπάρχει, διαλαμβ-

(*) Praep. euang. L. III. (Cap. 9. p. 100.)
(§) P. 396. Steph. (p. 262. ed. Ficini.)

(†) Praep. euang. L. III. C. 13. (p. 119.)

(c) *Origenes & Athenagoras*] Hic in *Legatione pro Chriſtianis Cap.* 26. *p.* 121. ille *Libro* III. *contra Celſum p.* 137. *Origenis* ſunt & Graeca illa verba, quae paullo poſt conſequuntur.

(d) *Maximum Tyrium*] *Diſſ.* XXIX. *utri melius de Diis ſenſerint, poëtae an philoſophi, p.* 290.

(e) *Phurnutus*] *Libro de natura Deor. Cap.* II. in *Thomae Gale Scriptor. veter. mythiolog. p.* 141. Omiſſa ſunt hoc in loco a *Cudworthio* nonnulla. Etenim poſt voces καλεῖται Ζεὺς haec legas apud *Phurnutum*: πάντων δὲ τὸ σύζυγον καὶ αἴτιον κ. τ. λ.

(f) *Ergo Platonem*] Hanc ego mallem *Platonis*

Digitized by Google

λητ) δίχα (ἅσπερ λέγω) ἢν ὀν τὸ ὄνομα, τῷ Διὶ ᾗ ζῆν. *Quae* (nomina) *conjuncta & compoſita naturam Dei declarant. Nulla enim nobis ceterisque omnibus vivendi magis cauſſa eſt, quam princeps rexque omnium. Quapropter decens nomen eſt hic Deus conſecutus, per quem vita ſemper viventibus omnibus ineſt. Sectum autem in duo eſt unum nomen, (ut dico) Δία videlicet atque ζῆνα.* Quae hic *Plato* diſputat, ea ex *Heſiodi* ceterorumque vatum antiquorum *Theogoniis* labefactare & convellere, non difficile erat. In his enim *Theogoniis* Jupiter filius Κρόνου ſeu Saturni dicitur: quae ſi vera ſint, *Platonis* cadere ſententiam neceſſe eſt, qui Jovem ſive ζῆνα rerum omnium conditorem omnisque vitae auctorem eſſe autumat. His ut ſeſe laqueis expediat *Plato*, primo breviter repellit eos, qui Jovem Saturni dicerent eſſe filium: Κρόνου υἱὸν ἀκούσαντά τις ἴσως μὲν ἂν τὴν διάνοιαν ὑπερήφανον οἰήσεται καὶ ἀπρεπῆ ἐξαίφνης. *Hunc Saturni filium quum quis audiat, inſolens id forte & contumelioſum putabit.* Deinde vero paullo latius hanc rem explicat, omnesque intendit ingenii nervos, quo in hac veterum *Theogonia* philoſophiae ſuae recondita eſſe ſemina, obtineat. Itaque Jovem illum ſive ζῆνα, quem *Herodotus* canit, tertiam fingit eſſe divinae, quam commentus eſt, triadis ὑπόστασιν ſive perſonam, proprieque ſuperiorem mundi animam ſignificare, affirmat. Εὔλογον δή, μεγάλης τινὸς ἀμφρονίας ἔκγονον εἶναι τὸν Δία. Κορὸς γὰρ τὸ καθαρὸν αὐτῆς καὶ ἀκήρατον ἔστι τοῦτο· ἔστι δ' ἐστὶ κρόνου υἱὸς, ὡς λέγω. *Verum probabile eſt, magnae cujusdam intelligentiae prolem Jovem eſſe. Quod enim κορὸς vocatur, non puerum ſignificat, ſed puritatem mentis ipſius & ſinceram integritatem. Eſt autem is κρόνου aut coeli filius, ut fertur.* (f) Ergo *Platonem* ſi audire placeat, tres illi poëtarum Dii, *Uranus*, *Chronos*, & *Zeus*, ſeu *Coelius*, *Saturnus*, & *Jupiter*, ſimulacra erunt trium divinarum hypoſtaſeôn, quas ipſe inducere ſolet, atque τ' ἀγαθὸν, νῦν, καὶ ψυχὴν, *ſupremum Deum, perfectam intelligentiam, ſummam mentem* appellare. Quam quidem ejus comparationem *Plotinus* pluribus non uno in loco explicat & perſequitur, ut *Ennead.* V. *Lib.* I. *C.* 4. & *Ennead.* V. *Lib.* VIII. *C.* 13. Interim tria haec *Platonis* principia, quae ceteroquin ex ſententia ejus ut tres inter ſe diſtinctae certisque gradibus diſtantes ſpectari debent, a Platonicis ſaepenumero conjunctim ponuntur ad unam illam, qua nulla major eſt & excellentior, divinam vim & naturam deſignandam. Ipſe vero *Plato* vocabulum ζῆνα ſingulis his principiis interdum applicat: quod his verbis *Proclus in Timaeum* obſervat; (*) Λέγομεν, ὅτι πολλαχοῦ μὲν εἰσι τάξεις ἐν θεοῖς παρὰ Πλάτωνι τοῦ Διός· ἄλλος γὰρ ὁ δημιουργὸς ζεὺς, ὡς ἐν Κρατύλῳ μέμνηται, καὶ ἄλλος ὁ πρῶτος τῆς Κρονίας τριάδος, ὡς ἐν Γοργίᾳ λέγει, καὶ ἄλλος ὁ ὑπερκόσμιος, ὡς ἐν τῷ Φαίδρῳ θεραπεύει, καὶ ἄλλος ὁ ἡγεμών, εἴτε ἐπὶ τῆς ἀπλανοῦς, εἴτε ὁ ἐν τῇ Ἰωτίμῳ πεδίῳ. *Hoc itaque dico, Jovis varios eſſe apud Platonem ordines. Nonnumquam enim Jupiter ſeu ζεὺς ſignificat opificem mundi, ut in Cratylo, interdum principem Saturniae triados perſonam, ut in Gorgia, alias ſuperiorem mundi animam, ut in Phaedro, denique aliquoties inferiorem coeli* ani-

297

(*) P. 295.

(f) Plu-

mis interpretationem junioribus, a quibus profecta eſt, Platonicis, *Plotino* & ceteris reliquiſſet vir doctiſſimus, quam ſuam feciſſet. Nec enim quamvis *Plato* Saturni, Jovis, & Coeli loco iſto mentionem faciat, ullum ego ibi veſtigium video trium illorum principiorum, multo minus cum tribus his Platonicorum principiis tria Graecorum Numina componi, cerno. Peſſimi meo judicio *Platonis* interpretes ſunt, qui poſt natum Servatorem Platonicorum adoptarunt ſibi vocabulum. Quorum quidem animi quoniam tribus illis principiis toti erant infecti & imbuti, ideo ubivis ea quoque ſagacius, quam fas erat, in *Platone* venabantur, cujus quippe praecepta videri volebant unice inculcare.

Digitized by Google

animam. Quamquam, quod bona cum *Procli* gratia monuerim, ille ζεύς ſive *Jupiter*, quem in *Cratylo* memorat philoſophus, quoniam ſuperiorem mundi animam ſignificat, parum proprie δημιεργὸς ſive *opifex* dicitur. Iſthuc enim nomen *Plato* proprium eſſe voluit principio, quod *mentem* vocat ſive νοῦν, ſecundoque inter λογικὰς ἀρχὰς loco collocat.

A philoſophis ad multitudinem Graecorum digredimur, quae plures olim Deos coluit. Haec ſive Deum putaverit animum eſſe a mundo penitus ſegregatum, (νοῦν ἀχώριστον ἀπὸ κόσμου) ſive mentis inſtar eum incolere mundum duxerit, ſine ulla tamen controverſia voce ζεύς ſummum vulgo Numen patremque & regem Deorum, hoc an illo ſenſu, non dixerim, denotavit. Teſtes ſunt ſolemnes eorum, qui vota faciebant, precationes, in quibus Jupiter rex atque pater frequenter ſalutabatur: ζεῦ πάτερ, ζεῦ ἄνα. *O Jupiter parens, o Jupiter rex.* Sic apud (g) *Platonem* in *Alcibiade* antiqui cujusdam vatis preces exſtant peregregiae, neque ſine juſta cauſſa commendatae a *Platone*, quibus Jupiter regis compellatur nomine: ζεῦ βασιλεῦ.

ζεῦ βασιλεῦ, τὰ μὲν ἐσθλὰ καὶ ἐχομένοις καὶ ἀνεχθέσι
Δόμμι δίδυ· τὰ δ' δεινὰ καὶ ἐχομένοις ἀπάλαξον.

Jupiter rex, optima quidem nobis & voventibus & non voventibus tribue: mala autem pos-

(g) *Platonem*] In *Alcibiade ſecundo* ſive *de precatione p.* 40.

(h) *Irrepſiſſet*] Eamdem de nominis *Sabazius* origine conjecturam *Gerh. Jo. Voſſius*, qui multis de hoc Deo agit, & proponit & erudite tuetur *de origine & progreſſu idololatr. Lib.* II. *Cap.* 14. *p.* 110. cujus veſtigia poſtea preſſerunt alii. Vid. *Elias Schedius de Diis Germanis p.* 340. Ego vero, quae de Numine hoc memoriae prodita ſunt ab antiquis auctoribus, hanc funditus evertere divinationem, exiſtimem. (I) Omnes conſentiunt, ex Thracia hunc Deum primum ad Graecos, poſtea ad Romanos, quod inſcriptiones apud *Gruterum* teſtantur, delatum eſſe. Num Thraces credibile eſt Judaeorum coluiſſe ſummum Numen? (II) Sacra eius flagitiorum omnium atque ſcelerum plena erant, propter nocturnas pervigilationes, compotationes, & turpiſſimos plane, quos requirebant, ritus. Haec cauſſa erat, cur *Ariſtophanes Sabazium* hunc civitate cenſeret ejiciendum eſſe: quod & *Cicero* obſervat *Lib.* II. *de legib. C.* 15. *p.* 3363. 3364. Conf. *Ariſtophanis Veſpae* ſub exordium. Haec cauſſa, cur non alium eſſe hunc Deum, quam Bacchum aut patrem Liberum plerique arbitrarentur tam Graecorum, quam Romanorum. Vid. *Macrobius Saturnal. Lib.* I. *Cap.* 18. *p.* 288. *Cicero de natura Deor. Lib.* III. *Cap.* 23. *p.* 3086. Adde *Jamblichum de myſteriis Aegyptior. Sect.* III. *Cap.* 9. *p.* 69. Haec denique ratio, cur Romani, quod *Valerius Maximus* refert, cultu Dei hujus ſuorum civium mores corrumpi nollent. Vid. *Adr. Turnebus ad Ciceronem de legibus p.* 3364. [*Euſebius Praepar. Euang. Lib.* II. *cap.* 3. *p.* 64.] (III) Myſteria erant Deo huic conſecrata, *Sabazia* dicta, in quibus, *Arnobio* auctore *Lib.* V. *contra gentes p.* 215. *aureus coluber conſecratis in ſinum dimittebatur, & eximebatur rurſus ab inferioribus partibus.* Quidquid dicant viri longe doctiſſimi, qui *Cudworthum* & *Voſſium* ſequuntur, numquam ego a me, ut credam, impetravero, tam ſpurci & obſcoeni Numinis & celtiſſimi, quem Hebraei colebant, Dei vel *minimam* eſſe cognationem, aut a ſanctiſſimo nomine *Zabaoth* tam flagitioſi Dei vocabulum repetendum eſſe. Neque tamen ideo illorum probo ſententiam, qui *Euſtathii* & *Stephani* auctoritate ducti, a *Sabis*, Thraciae vel Phrygiae populis, nominis hujus natales repetunt. Etenim, ut fruſtra quaeri adhuc nominis ejus gentem in Thracia & Phrygia omittam, aeque mihi ſcite hoc factum eſſe videtur, ac ſi quis *Apollinis* nomen a populis Graeciae, Apollineis dictis, profectum eſſe aſſeveraret, aut *Herculis* vocabulum a neſcio quibus *Herculeis*, Aſiae incolis. Populos ab illis, quos pro Diis habebant, aut potius a conditoribus ſuis, accepiſſe nomina, non ignoro: at Diis nomina propria impoſita eſſe a gentibus, a quibus colebantur, non recordor. Teutones a *Teut*, quem Dei inſtar venerabantur, dictos eſſe, ſcio: at abſurdum putem exiſtimare, Deum ideo *Teut* fuiſſe appellatum, quod Teutonum genti cultus ejus placuerit. Non majus eorum opinioni pretium ſtatuo, qui cum *Turnebo* a βακχεύειν, quod idem ajunt eſſe, quod *bacchari*, ductum hoc eſſe arbitrantur vocabulum. Multo enim

poſcentibus quoque abeſſe jube. Sed quis hujus generis exempla omnia enumeret, quorum infinita prope multitudo eſt? Nos, miſſis reliquis, hoc unum monendum ducimus, inter cetera Graecorum, quibus ſummum afficiebant Deum, nomina hoc etiam fuiſſe: *Zὰς Sabazius.* Quod ego quidem vocabulum ab Hebraea voce *Saḃaoth* vel *Adonai Tſebaoth*, quae *Dominum exercituum*, coeleſtium nimirum, aut ſummum orbis totius moderatorem & arbitrum ſignificat, deſcendiſſe, ſuſpicor. Quare factum etiam opinor, quod *Ariſtophanes* Dei hujus, tamquam advenae & peregrini Numinis, meminerit, quod fas eſſet exterminari Graecia, in quam furtim non ita pridem (*b*) irrepſiſſet. Nam, quod ſuo loco latius declarare ſtatui- 298
mus, varia unius Dei nomina ſic inter Graecos vulgo accipiebantur, ac ſi totidem diverſos deſignarent Deos. Πᾶν ex illis quoque nominibus erat, quibus Graecis Deum iſtum, quem unum toti praeſidere terrarum orbi, resque omnes humani generis procurare cenſebant, honeſtare, in more poſitum erat. Verum haec alias. Nunc a Graecis ad Latinos propero.

Inter hos quin nomen *Jupiter* & *Jovis* ita ſaepenumero ſit adhibitum, ut ſupremus totius rerum univerſitatis parens atque moderator eo ſignificaretur, equidem dubitare neminem poſſe arbitror. Aſſentietur nobis, quisquis ea modo verba cogitaverit, quae adjungi vulgo ſolebant huic vocabulo. *Optimus* enim & *maximus* quotidie dicebatur Jupiter. *Virgilius* autem una cum aliis *Jovem* ſaepe *omnipotentem*

---

enim eſt probabilius, vocabulum Σαβάζιος ortum accepiſſe a cultu hujus Dei *Sabazii*, quam nomen *Sabazius* ab iſto vocabulo deſcendere, quemadmodum verbum *bacchari* a fanaticis *Bacchi* caerimoniis ductum eſt, non autem *Bacchus* a nomine *bacchari*. [At *Pelloutier Hiſt. des Celtes T.* II. *p.* 276. *ſ.* lepide diſputat, Sabazium eſſe ſupremum Germanorum Deum Taut, & a voce *Sauffen* nomen ejus derivat, quaſi dicas *Saufaus.*] Sed quid aliorum divinationes & conjecturas perſequor? Dicam potius, quid de *Jove Sabazio* ipſemet ſentiam. *Sabazius* meo judicio rex fuit perantiquus Thracum, qui gentem illam variis affecerat beneficiis, & poſt fata propterea inter Deos relatus erat. Ita ut ſtatuam, non modo *Cicero* facit, qui *Lib.* III. *de natura Deor. Cap.* 23. *p.* 3086. illum Bacchum perhibet, cui *Sabazia* ſunt inſtituta, *regem Aſſae praefuiſſe*, verum etiam ipſi ritus & myſteria honori ejus dedicata poſtulant. Etenim certiſſimus ego ſum, Deos illos, quorum olim nomine peragebantur myſteria, homines fuiſſe rebus bene ac praeclare geſtis inter Graecos, Syros, Aegyptios inclytos: quorum ne interiret memoria, grata poſteritas dies feſtos certosque ritus, quibus beneficia, quorum illi auctores fuerant, adumbrabantur, inſtituit. In *Sabazii* ſacris video vinum meracius ſumſiſſe conſecratos, aureumque ſerpentem in ſinum illis immiſſum, & poſtea exemtum eſſe. Illud documento mihi eſt, *Sabazium* illum, quisquis demum fuerit, Thraces & Phryges artem vites ſerendi ac colendi edocuiſſe: hoc in eam fere me inducit ſententiam, ut eundem remedia contra- ſerpentum vim & morſus omneque venenum excogitaſſe, & populo ſuo aperuiſſe, judicem, id quod aptiſſime ilta ſignificat caerimonia. Graeci, quibus omnia placebant, quae libidines alebant, & novarum praeterea rerum innata veluti cupiditas erat, poſtquam horum ſacrorum adepti erant notitiam, in civitatem ea recipere nil dubitabant, nec tamen ſine magna virorum gravium ac ſapientum indignatione, id quod loci oſtendunt *Ariſtophanis*, qui populi mores barbaris iliis & libidinoſis ſacris contaminari, iniquiſſime ferebant. Moris autem Graecis erat, ut, quemcumque in populo quodam videbant ſupremo inter reliqua Numina loco eſſe, eum cum Jove ſuo conferrent, & Jovem quoque nuncuparent: cujus inſtituti paullo ante ex *Herodoto* exemplum dedi. Inter Thraces itaque quoniam *Sabazium* hunc reliquis Diis omnibus praeferri audiverant, ideirco Jovis ei nomen attribuere, & *Jovem* cum *Sabazium* appellare non verebantur. Exemplum hoc Romanorum poſtea non pauci ſequuti ſunt, poſtquam *Sabazii* ſua quoque feciſſent ſacra, id quod inſcriptiones *Jovi Sabazio* dedicatae declarant. Sed hoc multis tamen invitis fiebat: qui, quod ſacra *Jovis* & *Sabazii* myſteria levi diſſare diſſimilitudine, animadvertebant, ſatius eſſe ducebant, *Liberum patrem* vel *Bacchum* cum *Sabazio* illo componere. *Macrobii* & *Ciceronis* hac de re dicta paullo ante indicavi. Hac ego ratione de omnibus fere peregrinis Diis, quos Graeci & Romani civitate donarunt, & cum Diis patriis temere confuderunt, judicandum eſſe arbitror.

(*b*)

Digitized by Google

tem appellare non dubitat. Ipſam vocem *Jupiter* & *Jovis* (*i*) *Cicero*, qui Latinae putabat eam originis eſſe, a *juvando* vel *juvans pater* eſſe ortam conjicit. Ego vero ab Hebraeis illam potius repetendam, atque divini nominis, quod a quatuor, quibus conſtat, litteris *tetragrammaton* vulgo nominant, progeniem eſſe duxerim. Licet enim vocales, quibus nomen iſthuc quondam animatum fuit, parum hodie ſint cognitae; id tamen omni caret controverſia, illud vel *Jovah*, vel *Jahvoh*, vel
299 Ἰαώ & Ἰάω, aut non diſſimili prorſus ratione, pronuntiatum eſſe. Contractionem qui amabant, hi *Jah* tantum dicebant. Sicut enim gentes verae religionis ignarae, praeter *appellativa*, quae Grammaticis vocantur, *propria* quoque Dei habebant nomina; ita & Hebraeis ejusmodi erant: quae, quoniam ab ipſo Deo tradita erant, naturam ejus mirifice exprimebant, eumque neceſſario ex omni aeternitate exſiſtere, ſignificabant.

His explicatis, proximum eſt, ut declaremus, Graecos ceterosque inanium Deorum cultores non his modo propriis nominibus ſupremum deſignaſſe Numen, ſed etiam ea, quae *appellativa* dicuntur, nomina ſic ſaepe in oratione poſuiſſe, ut non communiter Deum quemdam, ſed κατ' ἐξοχὴν, proprie ſive eminentiori modo illum, quem diximus, maximum omnium Deum ſignificarent. Ita vox ὁ Θεὸς aut Θεὸς hanc non raro vim apud Graecos habet, ut non Deorum aliquem, Θεῶν τινα, aut ex Diis unum, ſed Deum proprie ſic dictum ſeu Deum nulli ſubjectum alii indicet. Argumento ſunt ex ipſis illis, quos alio licet in hoc capite conſilio protulimus, veterum loci aliquot. *Ariſtoteles*: Τί γὰρ, inquit, ἂν κρεῖττον ἢ ἐπιστήμης, πλὴν ὁ Θεὸς; *Quid itaque ſcientia praeſtantius eſt, praeterquam Deus?* Idem felicitatem in virtute praecipue conſiſtere, praecepturus; Ἕπου, inquit, συνωμολογημένον ἡμῖν μάλιστα τῇ τοῦ Θεοῦ φύσεως. *Hanc nos fateri rem oportet, ſi naturam Dei contemplemur*. Neque alia vocis Θεὸς in hoc *Thaletis* effato eſt notio: Πρεσβύτατον πάντων ὁ Θεὸς· ἀγέννητος γάρ. *Antiquiſſimum rerum omnium Deus eſt: eſt enim ingenitus.* Cui id addimus, quod a *Maximo Tyrio* ſupra ſcriptum vidimus: Πολλοὶ Θεοὶ παῖδες Θεοῦ καὶ συνάρχοντες Θεῷ. *Multi Dii ſunt Dei filii, qui cum ipſo gubernant.* Reliquos hujus generis locos, qui ſuum jam in antecedentibus locum nacti ſunt, ut hic repetamus, nil opus eſt. Quodſi vero novos addere placeret, nimia propemodum eorum copia nos obrueret. (*k*) *Antiphanes*, ut exempla ex multis pauca proferamus: Θεὸς, inquit, ἐοικὲ οὐδενί· διόπερ αὐτὸν εἰδεῖς ἐκμαθεῖν εἰκόνος δυνατόν. *Deus nulli ſimilis eſt: quare nemo naturam ejus ex imagine quadam diſcere poteſt.* (*l*) *Socratis* hoc notum eſt dictum: Εἰ ταύτῃ φίλον τῷ Θεῷ, ταύτῃ γενέσθω. *Si Deo iſthuc placet, fiat ita.* (*m*) *Epictetum* ſic monuiſſe ſuos accepimus: Σὺ μόνον μέμνησο τὰ καθολικά· τί ἐμόν; τί οὐκ ἐμόν; τί θέλει με ποιεῖν ὁ Θεὸς νῦν; *Tu tantum memento generalia iſta: Quid meum eſt? quid non meum? Quid me Deus facere nunc vult?* Quamquam quid eſt, cur haec cumulemus? Quorum quidem tanta vis in Graecis auctoribus occurrit, ſive illos, qui ſoluto, ſive iſtos, qui numeris illigato ſermonis genere ſcripſerunt, adeas, quantam brevius nullo modo capit ſpatium.

Ita-

(*i*) *Cicero*] Ex mente vero non ſua, ſed Stoicorum, qui aetherem Jovis nomine ſignificari tradebant, *de natura Deor. Lib.* II. *Cap.* 25. *p.* 2992. *T.* IX. *Opp.* Derivationem, quam vir doctus hic affert, vocabuli *Jovis* a nomine *Jehovah* multi quoque alii probant: qua de re nunc non eſt diſſerendi locus. Vid. ex multis *El. Schedius de Diis German. p.* 338. 340.

(*k*) *Antiphanes*] In *Hug. Grotii Excerptis vet. Tragic. & Comicor. p.* 632.

(*l*) *Socratis*] Notiſſima haec *Socratis* reſponſio *Critoni* data, mortis horam inſtare nuntianti, quam *Epictetus* toties apud *Arrianum* laudat, apud *Platonem* in *Critone p.* 370.

(*m*)

Digitized by Google

Itaque pergimus, atque Graecos, quos vocem θεὸς demonſtravimus ſaepius ſummi omnium Numinis notam eſſe voluiſſe, ita vocabulum θεοὶ ſic ſaepenumero uſurpaſſe animadvertimus, ut ejus auxilio inferiores Deos a ſummo, quo nihil excelſius & majus eſt, Numine ſecernerent ac diſtingueren. Quis vulgarem illam precandi atque exclamandi formulam neſcit? Ὦ Ζεῦ καὶ θεοί! *O Jupiter atque Dii!* Quis hanc obteſtandi rationem? Πρὸς Διὸς καὶ θεῶν. *Per Jovem & Deos.* Nec (n) *Euripidem* haec conſuetudo fugit civium ſuorum, cujus haec verba ſunt:

Ἀλλ' ἔστιν, ἔστ', κἂν τις ἐγγελᾷ λέγω,
Ζεὺς καὶ θεοί, βρότεια λώβαν' εἰσορᾷ πάθη.

Eſt, (ſint licet, qui rideant,) eſt Jupiter
Superique, caſus qui vident mortalium.

Vident omnes, niſi fallor, in his dictis *Jovem* Deum omnium ſupremum, vocabulum vero θεοὶ inferiora deſignare Numina, ab illo prorſus ſejuncta. Sed non omittendus eſt *Platonis* ex *Phaedone* locus, quo verba haec, θεὸς & θεοί, ſic etiam collocata leguntur, ut illud Deum omnium maximum, initiique non minus expertem, quam interitus, hoc vero, praeter Deos, nihil aliud ſignificet. (*) Ὁ δέ γε θεὸς, ὦμαι, ἔφη ὁ Σωκράτης, καὶ αὐτὸ τὸ τῆς ζωῆς εἶδος πᾶς ἂν ὁμολογήσειε, μηδέ ποτε ἀπόλλυσθαι· πᾶς γὰρ πάντων μᾶλλον τοῦτο (ἔφη) ἀθάνατον γε, καὶ ἐπ, ἐγᾦμαι, πᾶς θεῶν. *Deum vero, inquit Socrates, & ipſam vitae ſpeciem, & ſi quid aliud eſt immortale, indiſſolubile quoque eſſe, omnes, ut arbitror, conſitebuntur: univerſi, ait Cebes, per Jovem homines, & multo magis ipſi, ut arbitror, Dii.* (†) Verum dabitur deinceps alia exempla proponendi locus, quibus idem, quod diximus, roboratur, vocem θεοὶ ſic ſumi ſaepenumero, ut inferiora tantum deſignet Numina, excluſo principe Deorum. Nunc tantum & illud huc pertinere, quod antea declaravi, moneo, Graecos, quae de *Theogonia* ſeu Deorum generatione cecinerunt, commenta de ſolis inferioribus Diis intelligi voluiſſe.

Quemadmodum verbum θεὸς ſingulari ſaepe ratione Deorum omnium parentem & principem ſignificat; ita nomini δαίμων eadem interdum poteſtas ſubjecta cernitur. Exemplum locus ille praebet (o) *Callimachi*, quem antea imperfectum dedimus:

—— —— Εἰ θεὸν εἴδες
Ἴσθ', ὅτι καὶ ῥίζαν δαίμονι πᾶν δυνατόν.

—— —— *Si Deus eſt tibi notus,*
Hoc etiam noris, omnia poſſe Deum.

Parem hic voces, θεὸς & δαίμων, vim habent. Utraque Dei nota eſt illius, quo nihil

(*) P. 106. (p. 397. ed. Ficini.)
(†) Plato de rep. Οὐχ ὑπὸ θεῶν πώς ἀμελεῖται, ὃς ἂν προθυμεῖται δίκαιος γίγνεσθαι καὶ ἐπιτηδεύων ἀρετὴν, εἰς ὅσον δυνατὸν ἀνθρώπῳ ὁμοιοῦσθαι θεῷ. Nunquam ille Diis neglectus erit, qui, quantum in poteſtate poſitum eſt hominis, ut Deo ſimilis fiat, enitetur.

(m) *Epictetum*] Apud *Arrianum Comm. de diſp. Epicteti Lib.* IV. *p.* 385. *ed. Cantabr.*
(n) *Euripidem*] Vid. *Grotii Excerpta vet. Tragic. & Comicor. p.* 417.
(o) *Callimachi*] Vid. *Fragmenta Callimachi a Rich. Bentlejo* collecta *p.* 372.

Digitized by Google

nihil excellentius & ſuperius eſt. Nihil dico de celebri illo (p) alius poëtae dicto, quo vox δαίμων eodem exſtat ſenſu:

—— —— Τεῖς δ' ἀλιτροῖς
Ἴιν ἀλλ' ἠβὴ γαίῃ παπὰ μίγεια θέηλο δαίμων.

At (q) *Homerum* non poſſum, quin indicem, uno eodemque loco voces θεὸς & δαίμων promiſcue ſic adhibere videri, ut in nullum, niſi in ſupremum utraque Deum conveniat. En ipſa verba:

Ὅππτ' ἀνὴρ ἐθέλῃ πρὸς δαίμονα φωτὶ μάχεσθαι,
Ὅν κε θεὸς τιμᾷ, τάχα οἱ μέγα πῆμα κυλίσθη.

Quoties homo vult, adverſo Numine, pugnare,
Quem Deus honorat, mox in eum magna clades devolvitur.

Adde aliam Graecorum formulam, qua Jovem ſeu Deorum maximum ſolebant ſalutare. Θεὸς nempe αὐτὸς, hunc unum indicaturi, dicebant. Auctor (r) *Homerus* eſt *Libro nono Iliados:*

—— Οὐδ' εἰ κέν μοι ὑπόσχηται θεὸς αὐτὸς,
Γῆρας ἀποξύσας, θήσειν νέον ἠβάσκειν.

—— *Neque, ſi mihi promitteret Deus ipſe,*
Senectutem abradens, effecturum me juvenem puleſcentem.

Cer-

(p) *Alius poëtae*] Hic quisnam ſit, haud mihi explorare, quantamcumque diligentiam adhiberem, licuit.

(q) *Homerum*] Exſtant hi verſus *Iliad. Lib.* P. vſ. 98. *ſ. p. m.* 199. Interpretationem autem, quam vir doctus hic ſuppeditat, ut approbem, nullo modo a me impetro. Neque enim, ſi quid judicare valeo, verbum δαίμων, nec vocabulum θεὸς ſummum & celſiſſimum omnium Deum hoc in *Homeri* loco ſignificat. Δαίμων, id quod evidens eſt, ad Hectorem hic refertur, & *virum* ideirco *divinum* ſeu magnum & felicem heroa denotat. Θεὸς vero ex Deorum numero aliquem deſignat, dictaque haec eſt ſententia: Nihil adverſus eum humanas valere vires, cui Deus aliquis, Mars, Jupiter, Apollo, aut alius, auxilium ferat. Daemonem hic eximium ſignificare virum, cui veterum non ignotae ſunt opiniones, nemo unus admirabitur. Scilicet antiquorum longe plurimis perſuaſum erat, *daemones*, qui vocabantur, aut omnes, aut certe plurimos animas eſſe magnorum & praeclarorum hominum corpore ſolutas & liberatas. Lege *Sextum Empiricum Lib.* I. *adv. Phyſic.* §. 74. *p.* 568. *Chalcidium Comm. in Timaeum Platonis* §. 135. *p.* 330. *Diogenem Laërtium Lib.* VIII. *Segm.* 32 *p.* 514. Hominem igitur, in quo *daemon* habitat, ab *Homero* vocari *daemonem*, non eſt, cur novum aut ſingulare alicui videatur. Quamquam & δαίμων hic idem eſſe poteſt, quod *felix* & *beatus*. Sicut enim κακοδαίμων Graecis *infelicem hominem*, ita εὐδαίμων, & nonnumquam nomen δαίμων abſolute poſitum *felicem* indicat. *Deum* porro *ſummum Deum* hic non eſſe, id ſatis eſt argumento, quod de illo proprie Deo ſermo ſit *Homero*, qui pugnantem juvare credebatur Hectorem. Is autem Apollo erat. Plura ejus generis veterum dicta, quibus δαίμων ita ponitur, ut ſummum omnium Numen deſignare videatur, ante *Cudworthum* jam collegit *Augustinus Steuchus Lib.* VIII. *de perenni philoſ. Cap.* 22. Sed pleraque eorum, quae affert, aliena ſunt ab inſtituto. Itaque dabo unum, quem apud in primis eſſe ad hanc notionem vocabuli δαίμων probandam puto, *Orphei* locum, ex *Procli Comm. in Timaeum Platonis Lib.* II. *p.* 95. ſumtum:

Ἓν πρᾶτον, εἷς ΔΑΙΜΩΝ γένηαι, μέγας ἀρχὴ ἁπάντων.

Unum imperium, unus Daemon, mundique magna vox.

(r) *Ho-*

Digitized by Google

Certe *Cyrillus*, Alexandriae antiſtes, non aliter hoc dictum *Homeri* interpretatus eſt: (*) Οὐ γὰρ πᾶν φησιν, εἰ καὶ θεῶν τις ὑπέσχετό μοι ἕξ μὲν γήρως ἀποπαλιὼ, πολυαιγοέλιον δὲ νεότητα, πεύσεται ἢ τὸ χρῆμα μένῳ τῷ ἐπὶ πάντας θεῷ κ. τ. λ. τὸ γὰρ τοι θεὸς αὐτὸς οὐκ ἐφ' ἑνὶ τῶν ἐκ μυθικῆς πλάσεως ἐπινοῶ, αὐτὸν δὲ δὴ μᾶλλον καταμηνύειν ἂν τὸν ἀληθῶς ὄντα θεόν. *Non enim dicit, etiamſi Deorum aliquis promittat mihi ſenectutis liberationem & juventutis reverſionem, ſed tantum iſtud reſervavit ſoli, qui ſuper omnes eſt, Deo. Nam illud, Deus ipſe, non ad aliquem ſictitiorum Deorum referri poteſt, ſed illum Deum potius ſignificat, qui vere exiſtit.* Idem (*s*) in *duodecim tabularum* legibus loquendi genus uſurpatum eſſe, accepimus: *Deos adeunto caſte, opes amovento: ſi ſecus faxint, Deus ipſe vindex erit.* Quibus in verbis legislator vocem *Dii* tam late patere jubet, ut ſupremum non minus Deum, quam inferiora Numina, denotet; verum vocibus: *Deus ipſe*, ſic utitur, ut unus eo, quo nihil majus & auguſtius eſt, Deus ſignificetur. Atque, niſi fallor, apud (*t*) *Euripidem* ὁ δαίμων αὐτὸς de illo ipſo adhibetur, quem diximus, Deo:

Λύσει με ὁ δαίμων αὐτὸς, ὅταν ἐγὼ θέλω.

Quam vocem ſic reddidit *Horatius:*

Ipſe Deus, ſimulatque volet, me ſolvet.

Sed cavendum eſt, ne, quando verba δαίμων & δαίμονες in veterum monumentis deprehendimus, idem ſemper ea ſignificare putemus, quod θεὸς & θεοί. Daemones enim plerumque vocantur naturae Diis dignitate atque gradu inferiores, ad quas, ſi quidem vox capiatur latius, heroës etiam pertinent. Non ego daemones iſtos in-

(*) Contr. Julian. Lib. I. (p. 27. ed. Spanhemii.) Ita & Juſtinus M. ad Graec. p. 22. (ed. Colon.)

(r) *Homerus*] *Iliad. Lib.* I. *vſ.* 448. *p.* 102. Nomen θεὸς hic ſummum indicare videri Deum, quod *Cyrillus* & *Juſtinus* volunt, equidem concederim. Inde vero ut probetur, θεὸς αὐτὸς ex illis fuiſſe vocabulis, quibus Graeci ſummum hoc Numen compellarunt olim, fateor, me fugere. Finge, noſtrum aliquem dicere: *Si vel ipſe Deus hoc mihi permitteret, non tamen facerem*; idne documento eſſe poſſet, IPSE DEUS nomen apud nos celſiſſimi illius, quod veneramur, Numinis eſſe? Forma orationis eiusmodi verbum IPSE flagitat.

(s) *In duodecim tabular.*] *Ciceronis* potius hae leges ſunt, quas ſanxit *Lib.* II. *de legibus Cap.* 8. *p.* 2345. *T.* IX. *Opp.* Neque hic locus, ut arbitror, probat, Romanos formulam, IPSE DEUS, adhibuiſſe, quum celſiſſimum in primis indicare Numen vellent. Puto enim, intelligere omnes, hoc ſibi velle *Ciceronem*: Deum ipſum, ſi vel homines id omittant, injurias ulturum eſſe, ſibi a profanis hominibus illatas. Quid? quod ne hoc quidem certum eſt, explicationem legis, quam vir doctus dat, veram eſſe. Mihi *Ciceronis* eſſe mens haec videtur: Deos omnes, qualescunque demum ſint, lege civitatis conſtitutos, caſte adeundos eſſe. Id ſi quis facere negligat, homines quidem facinus illud celari poſſe, quibus animorum receſſus haud pateant, non autem Deum illum, cujus violata ſit religio. Ipſum itaque illud Numen, cujus ſacra polluiſſent homines, ſceleris vindicem fore. Non ergo neceſſe eſt, ſummum Deum hic intelligi, quum quilibet Deus commode his verbis deſignetur.

(t) *Euripidem*] Verſus eſt in *Bacchis vſ.* 497. *p.* 384. *ed. Canteri.* Ὁ δαίμων autem αὐτὸς in illo non ſummum Deum, ſed, quod aperte tota docet oratio, *Bacchum* denotat. Ipſe Bacchus, at perſonatus, Pentheo, qui carcerem ipſi comminatus erat, reſpondet, ipſum Deum Bacchum ſeſe ex cuſtodia liberaturum eſſe. *Horatium* hunc verſum Latine expreſſiſſe, antiquus jam Scholiaſtes *Horatii* obſervavit, & res ipſa id docet. Verum ſenſus longe alius verborum eſt apud *Horatium*, quam apud *Euripidem*. Vid. *Andr. Dacierius Remarques ſur l'Horace Tom.* VII. *p.* 442. Ceterum male hic legitur: *Simulatque volet.* Apud *Horatium Lib.* I. *Epiſt.* 16. *vſ.* 78. exſtat: *Simulatque volam.*

interdum Deos appellari negem. At crebrius tamen *ἡμίθεους semideos*, quam Deos, vocari eos, extra controverſiam poſitum eſt. Inde fit, ut θεοὶ καὶ δαίμονες, *Dii & daemones*, ſic ſaepenumero in oratione conjungantur, ut naturas tamen plane diverſas ſignificent. Quam vocis δαίμων notionem *Platoni* obverſatam fuiſſe, neceſſe eſt, quum amorem non eſſe Deum, ſed daemonem tantum concluderet. Sed de his daemonibus infra pluribus verbis diſſeremus.

302 Sunt praeterea non uni veterum loci, quibus nomen θεῖον, ſed ſubſtantive ſumtum, ut Grammatici loquuntur, ſummi omnium Numinis nota eſt. Teſtem primo ludo hunc (v) *Epicharmi* locum:

Οὐκ ἔστι θεῖον· τοῦτο γιώσκειν σε δεῖ.
Λύτὸς ἐφ' ἡμῶν ἐπόπτης· ἀδυνατεῖ δ' οὐδὲν θεός.

Res nulla eſt, Deum quae lateat: ſcire quod te convenit
Ipſe eſt noſter introſpector: tum Deus nihil non poteſt.

Addo alium (x) *Platonis*, qui: πέφυκε, inquit, ἥδιστος καὶ λύπης ἥκιστος τὸ θεῖον. *Deus valde & a voluptate remotus eſt & a dolore.* Adeſt tertius teſtis, *Plotinus*, cui ſupremum Numen τὸ ἐν τῷ παντὶ θεῖον, *id, quod divinum eſt in univerſo*, appellare viſum eſt. Plura piget referre teſtimonia, quorum longe uberrimam meſſem antiqui ſcriptores offerunt. Omnium inſtar juvabit (y) *Henrici Stephani* de hac vocis θεῖον notione ſententiam audire, quo viro nemo caſtius atque diligentius in veterum verborum vim atque poteſtatem inquiſivit. Sic igitur ille: *Redditur etiam τὸ θεῖον ſaepe Deus, ſed ita tamen, ut intelligendum ſit, non de quolibet Deo ab ipſis etiam profanis ſcriptoribus dici, verum de eo, quem intelligerent, quum θεὸν dicebant quaſi κατ' ἐξοχήν, ad differentiam eorum, qui multi appellatione θεῶν includebantur, ſummum videlicet ſupremumque Numen, & quaſi dicas θεὸν θεῶν ὕπατον καὶ ἄνακτα, ut loquitur de Jove Homerus.*

Quae nominis θεῖον notio interdum apud Graecos erat, eamdem & verbum δαιμόνιον aliquando habuiſſe, conſtat. Vim nimirum illam atque rationem divinam ſignificabat nonnumquam, ex qua totius orbis terrarum penderet imperium. Exempla in promtu ſunt. Vetus memorat (z) *Herodotus* proverbium: Ὅτι τὸ θεῖον φθονερόν. *Deus bonis alienis invidet.* Cujus quidem haec erat ſententia: *Deus, ut homines diuturna nimis felicitate gaudeant, vix patitur, ſed hilaritatis ſemper modum triſtitia temperat.* Id dictum *Ariſtoteles* paullo aliter hoc modo effert: φθονερὸν τὸ δαιμόνιον. Igitur idem eſt δαιμόνιον, quod θεῖον. Forte hic (a) *Iſocratis* ex *Oratione ad Demo-*

(v) *Epicharmi*] Apud *Clementem Alexandr. Stromat. Lib.* V. *p.* 708. Verſio *Grotii* eſt in *Excerptis vet. Comic. & Tragic. p.* 481.

(x) *Platonis*] Hunc locum ab *Henr.* ſumſit *Stephano*, qui nec ipſe indicat, ubi hoc ſcriptum *Plato* reliquerit. *Theſauro Graecae linguae Tom.* I. *p.* 1534. Exſtat vero pronuntiatum hoc *Epiſt.* III. *Platonis p.* 708.

(y) *Henr. Stephani*] In *Theſauro Graec. linguae Tom.* I. *p.* 1534.

(z) *Herodotus*] Non ut proverbium haec verba memorat *Herodotus*, ſed Amaſis ad tyrannum Polycratem epiſtolam exhibet *Lib.* III. *C.* 40. *p.* 176. in qua haec inter alia perſcripta ſunt: Ἐμοὶ αἱ σαὶ μεγάλαι εὐτυχίαι οὐκ ἀρέσκουσι, τὸ θεῖον ἐπιστάμενος ὡς ἐστὶ φθονερόν. *Magnae tuae proſperitates non mihi placent, qui intelligo, quam invidum Numen ſit. Ariſtoteles* autem quonam loco hoc dictum proferat, quod hic ipſi tribuitur, malui ignorare, quam immenſo labore per tot *Ariſtotelis* volumina, & incerto quidem eventu, quaerere.

(a) *Iſocratis*] In hoc *Iſocratis* loco, qui exſtat

Digitized by Google

nicum locus non aliter accipi debet: Τίμα τὸ δαιμόνιον ἀεὶ μὲν, μάλιστα δὲ μετὰ τῆς πόλεως. *Cole Deum semper, at maxime cum civitate in publicis sacrificiis.* At multo validius est, quod nunc afferam, ad hanc rem confirmandam *Epicteti* dictum: (*) Μία ὁδός ἐστιν εὐμοιρίας· τοῦτο καὶ ὄρθρου, καὶ μεθ' ἡμέραν, καὶ νύκτωρ ἐσὶ προέχεσθαι, ἀποτάσσεσθαι τῶν ἀπρεαιρέτων, τὸ μηδὲν εἶναι ἡγεῖσθαι, τὸ εὐροεῖσθαι πάντα τῷ δαιμονίῳ καὶ τῇ τύχῃ. *Una via est ad felicitatem: hoc & mane & interdiu & noctu in promtu sit: ut rebus externis cedas, ut nihil proprium judices, ut omnia Deo commendes & fortunae.* Luculentissimus omnium, nec ullo idcirco modo praetermittendus est (*b*) *Demosthenis* locus, quo vocabula θεοὶ & δαιμόνιον conjunctim ita cernuntur collata, ut illud Deos inferiores, hoc Deorum parentem & principem sine ulla controversia designet: Εἴσονται οἱ θεοὶ καὶ τὸ δαιμόνιον ὅτι μὴ περὶ δικαίων ψηφιούμενον. *Dii & divinitas observabunt illos, qui injustas* 303 *ferunt sententias.* Nihil videat, oportet, qui utrosque, & minores Deos, & summum Numen, hic indicari, aegre percipit. Ex his etiam intelligitur, vocem δαιμόνιον, si ad Grammaticorum expendatur regulas, non esse ex illis vocibus, quas diminutas vocant, quod multis tamen placere video, sed, non secus atque θεῖον, vocabulum adjectivum, substantivi forma atque habitu indutum. At in veterum tamen monumentis δαιμόνιον aeque, ac δαίμων, a quo prius illud descendit, de certo quodam naturarum genere frequentissime legitur adhibitum, quod praestantia & dignitate Diis cedit, tametsi Deorum nonnumquam nomine compelletur. Ex eo genere *Socratis* erat, cujus tanta est celebritas, δαιμόνιον. Sed qui aptius nos erudire possit, quaenam vera vocis δαιμόνιον potestas sit apud veteres, quorum libros hodie legimus, praeter *Socratem*, fore neminem, arbitror, qui, tametsi vulgo daemone comitatus quodam haberetur, a *Melito* tamen in supremae erga Deum impietatis judicium adductus est. Igitur insignem ejus locum afferemus ex *Apologia*, quam in litteras *Plato* retulit: (†) Ἔστιν ὅστις ἀνθρώπων, ὦ Μέλιτε, ἀνθρώπεια μὲν νομίζει πράγματα εἶναι, ἀνθρώπους δὲ οὐ νομίζει; οὐκ ὅστις ἵππους μὲν οὐ νομίζει, ἱππικὰ δὲ πράγματα κ. τ. λ. οὐκ ἔστιν, ὦ ἄριστε ἀνδρῶν· ἀλλὰ τὸ ἐπὶ τοῦτο ἀποκρίναι· ἔσθ' ὅστις δαιμόνια μὲν νομίζει πράγματα εἶναι, δαίμονας δὲ οὐ νομίζει; οὐκ ἔστιν· ἀλλ' ἔγωγε δαιμόνιά γε νομίζω σοῦ τὸν λόγον· εἰ δὲ μή, δαιμόνια νομίζω, καὶ δαίμονας δήπου πάντη ἀνάγκη νομίζειν με εἶναι· τοὺς δὲ δαίμονας ἢ ἔκ τινων θεῶν ἡγούμεθα εἶναι, ἢ θεῶν παῖδας; *Estne quisquam, o Melite, qui humana quidem esse putet, homines vero nequaquam? aut num aliquis est, qui equestria quidem esse concedat, equos esse neget? Non est quisquam, o virorum optime. Sed ad haec satin respondes. An est quisquam, qui daemonum quidem opera opinetur esse, daemones autem minime? Nullus. Daemonia autem ego, ut tu ipse confiteris, esse statuo. Quodsi daemonia esse puto, necessarium est omnino, putare me, daemones quoque esse. Daemones autem arbitramur aut Deos esse, aut Deorum filios.* In novi vero foederis libris, si

(*) Arrian. Lib. IV. C. 4. p. 387. (ed. Cantabr.)
(†) P. 27. Steph. (p. 363. ed. Ficini.) Multa omissa sunt ex his verbis *Platonis*, & alia quaedam immutata.)

stat *Orat. ad Demonic. p. m. 9.* δαιμόνιον non summum omnium Numen, sed generatim illam divinitatem, quam quaelibet colit civitas, significat. Id cum ex tota orationis serie, tum ex ratione patet, quam *Isocrates* praecepto huic addit: Οὕτω γὰρ ἅμα τοῖς θεοῖς θύσεις, καὶ τοῖς νόμοις πείθοι. *Sic enim apparebit, te simul & Diis immolare, & legibus obtemperare.* Θεοὶ nimirum & δαιμόνιον vim eandem habent apud *Isocratem.*

(*b*) *Demosthenis locus*] Illum reperi in *Orat.* περὶ παραπρεσβείας p. 266. *ed. Graecae Basil.* 1532. *fol.*

Digitized by Google

Origenis, *Eusebii*, ceterorumque antiquiorum doctorum auctoritatibus standum sit, nomina δαίμονες & δαιμόνια nusquam benignam aliquam significant & beneficam naturam, sed malignos semper genios hominumque generi inimicos.

Praeter haec, quae recensuimus hucusque, vocabula, aliae quoque Deorum cultoribus in ore versabantur descriptiones atque definitiones summi Numinis, quae, quoniam in nullum ex Diis alium convenire poterant, satis illud evidenter ex inferiorum Deorum turba eximebant. Ita nonnumquam dicitur ὁ δημιουργὸς, *opifex*, *fabricator*, *effector hujus mundi*, ὁ ἡγεμὼν & πατὴρ καὶ ἐφεστὼς, *supremus rerum universitatis princeps ac gubernator*, ὁ πρώτιστος & πρῶτος θεὸς Graecis, *primus Deus* Latinis, ὁ πρῶτος νοῦς, *mens prima*, ὁ μέγας θεὸς, *magnus Deus*, ὁ μέγιστος δαίμων & ὁ μέγιστος θεῶν, *Deus maximus*, *Deorumque maximus*, ὁ ὕψιστος, *altissimus*, ὁ ὑπατος θεῶν, *Deorum summus*, ὁ ἀνωτάτω θεὸς, *Deus omnium maxime captum transscendens*, *princeps ille Deus*, θεὸς θεῶν, *Deus Deorum*, ἀρχὴ ἀρχῶν, *principium principiorum*, τὸ πρώτιστον αἴτιον, *prima causa*, ὁ πὰτὴρ τὸ πᾶν γεννήσας, *genitor & conditor universi*, ὁ κοσμήτωρ & πατὴρ, *mundi totius moderator*, *summus rector*, & *dominus*, ὁ ἐπὶ πᾶσι θεὸς, *Deus*, *qui praesidet omnibus*, ὁ θεὸς ἀγέννητος, αὐτογενὴς, αὐτοφυὴς, αὐθυπόστατος, *Deus neque factus*, *neque genitus*, *sed per se sine ullo exsistens initio*, μονὰς, τὸ ἓν καὶ αὐτὸ ἀγαθὸν, *ipsa unitas atque bonitas*, τὸ ἐπέκεινα τῆς οὐσίας & τὸ ὑπερέχον, *id*, *quod omnibus rebus*, *quae vere sunt*, *superius est*, τὸ ἐπέκεινα νοῦ, *id*, *quod mentem omnem ac intelligentiam superat*, *summum illud & aeternum*, *neque mutabile*, *neque interiturum*, ἀρχὴ καὶ πέρας καὶ μέσον ἁπάντων, *initium*, *finis*, & *medium rerum omnium*, ἓν καὶ πάντα, *unum & omnia*, *Deus unus & omnes*. Plura ejus generis nomina, necesse non est, ut enumerem. Hoc tamen adjiciam, verbum ἡ πρόνοια seu *providentia*, quando φύσει sive *naturae* opponitur, nonnumquam summum illud Numen, de quo loquimur, apud veteres designare. Quae vox quoniam feminei generis est, ideo, qui religionem omnem contemnebant penitus, Epicurei occasionem ex ea capiebant Deum absurde ac ridicule vocandi *anum fatidicam* (c) *Pronoeam*. Haec omnia similiaque Dei nomina quum in eorum reperiantur libris, quos nemo negat Deorum quamdam coluisse multitudinem, quaedam etiam frequentissime in illis occurrant, id quod demonstrandum recipimus, equidem, quod obstet, nihil video, quo minus concludamus, veterum ex sententia Deum omnium summum & maximum a reliqua Deorum minorum & inferiorum turba prorsus fuisse secretum ac remotum.

304 §. XV. Credo equidem, quae adhuc a nobis disputata sunt, negotium, quod instituimus, omnino conficere, neque, lectis his, dubitare amplius quemquam posse,

(c) *Pronoeam*] Id facit *Cotta*, Epicureus, apud *Ciceronem de natura Deor. Lib.* I. C. 8. *p.* 2890. *T.* IX. *Opp.* Nec hi tamen Deum in universum ita vocabant, sed illum, qui Stoicis proprius erat, Deum.

(d) *Produxerit*] Non dubito, fore multos, quibus haec testimonia eorum, qui cum Christianis publice quondam congressi sunt, minus habere dignitatis & auctoritatis videantur, quam negotium hoc requirit. Infinitis constat exemplis, rixis atque disputationibus de re sacra commotis, illis, qui veterum errorum suscipiunt patrocinium, nihil antiquius esse, quam ut omnem ab illis foeditatem removeant, & iniquas eue querimonias eorum, qui antiquas religiones turpitudinis arguunt, demonstrent. Cui ut satisfaciant instituto, plerumque majorum instituta & dogmata prorsus inflectunt, & secus interpretantur, atque semper antea intellecta sunt. Revocemus ea nobis in memoriam, quae illis gesta sunt temporibus, quibus *Lutherus* Pontificis decreta & inveteratas Germaniae superstitiones adoriebatur: cujus qui sese studiis objiciebant ex grege Romano, illi vera esse negabant omnia, quae *Lutherus* de antiquae religionis deformitate scripserat, coactusque sui religionem & doctrinam longe aliam fingebant, atque reapse fuerat. Idem certe fecerunt illi, qui pri-

poſſe, quin illi, quibus excellentior quaedam ratio fuit ingeniumque ſublimius, tametſi pluribus ſupplicarent Diis, unum tamen ſupremum, omnipotentem, nec ex ulla cauſſa natum, profeſſi ſint Deum. At ſunt tamen plurimi, quibus omnia citius, quam hoc ipſum perſuadeas. Cujus ego pertinaciae hanc eſſe cauſſam ſuſpicor, quod Chriſtianos vocabulo *Deus* hanc vim ſubjicere vulgo vident, ut naturam eo ſignificent per ſe ex infinito tempore exſiſtentem. Quare in hanc ingrediuntur ſententiam, idem eos feciſſe olim, quorum animos multorum Deorum metus atque reverentia conſtrictos tenebat. Igitur, ut, ſi fieri poſſit, radicitus hunc errorem ex mentibus hominum evellamus, an his etiam majora ſententiae noſtrae praeſidia comparare liceat, videbimus. Hoc autem primo multum ad ſententiae noſtrae confirmationem conducere, arbitror, quod in longis illis litibus & concertationibus, quae poſt introductam inter homines religionem Chriſtianam hujus defenſoribus cum ſuperſtitionum antiquarum patronis fuerunt, nemo eorum, qui aperto Marte Chriſtianos adorti ſunt, atque pro Deorum propugnarunt religione, iſtam, quam ſibi fingunt plurimi, Deorum per ſe exiſtentium, neque ulla ex cauſſa procreatorum multitudinem, occaſione data, profeſſus eſt. Contra omnes, qui Chriſtiana ſacra oppugnarunt, abhorrere video ab ea, & aperte confirmare, unum ſibi placere Deum eſſe, qui nulli ortum debeat, ipſe vero totum terrarum orbem virtute ſua (*d*) produxerit.

Notum eſt, paucis poſt exortam Chriſtianam religionem annis, celebrem illum *Apollonium Tyanaeum* vixiſſe, rerumque a ſe mirabiliter geſtarum fama terrarum orbem compleviſſe. Atque hunc hominem, ſi minus certum & exploratum, veri tamen ſimillimum eſſe reor, infernalem genium aſtute excitaſſe, ſingularique virtute ad prodigia quaedam efficienda armaſſe, eo unice propoſito, ut eſſet, qui de miraculis *Chriſti*, Servatoris noſtri, factis ſuis detraheret, atque labefactatis Chriſtianorum virtute turpiſſimis ſuperſtitionibus auxiliam ferret. Inter varios certe, qui de vita commentati ſunt *Apollonii*, auctores aliqui, & in his nominatim *Philoſtratus*, id unum videntur ſpectaſſe, ut hominem, quem laudandum receperant, ſic oratione fingerent & formarent, quo ſanctimonia vitae non minus, quam miraculis, Servatorem noſtrum quam aptiſſime referret. Itaque (*e*) *Eunapius* inſcriptionem Hiſtoriae *Apollonii*, quam *Philoſtratus* compoſuit, libro ipſi parum convenire, cenſet: ſatius autem futurum fuiſſe, arbitratur, ſi, omiſſo indice, quem libro praefixit: Ἀπολλωνίου βίος, *Vita Apollonii*, ſe θεῖα εἰς ἀνθρώπους ἐπιδημία, *Dei ad homines adventum*, enarraturam eſſe, in voluminis fronte ſignificaſſet. Nec enim, inquit, homo aut philoſophus erat *Apollonius*, ἀλλά τι θεῖον ἢ ἀνθρώπου μεῖζον, *verum* 395 *ine-*

primis rerum Chriſtianarum ſaeculis pro Deorum cultu & religione contra veritatis profeſſores verba fecerunt, maxime philoſophi illi, qui juniores vulgo vocantur Platonici. Qui quum actum fore intelligerent de omni erga Deos reverentia, ſi, quae Chriſtiani de veterum ſacrorum impietate & turpitudine monebant, populorum inſtillarentur animis, nec ipſi tamen ulla ratione graviſſimis publicarum religionum maculis patrocinium praeſtare aut vellent aut poſſent, univerſam omnino refingebant religionem publice receptam, atque callide ac verſute, quod infinitis oſtendere poſſum exemplis, ad ſapientiſſima Chriſtianorum praecepta accommodabant. Quae quum ita ſint, ita mihi dudum viſum eſt: Quemadmodum ex illorum libris, qui adverſus *Lutherum* & eius amicos ſcripſerunt, nemo ſapiens religionem illam aeſtimat, quae ſaeculo decimo quarto & quinto viguit: ita nec ex philoſophorum illorum ſcriptis, qui ſaeculo ſecundo, tertio, & quarto deſperatis Deorum rebus opem tulerunt, de opinionibus nobis & ſententiis populorum judicare licet, qui ante natum Servatorem & primis Chriſtianae diſciplinae temporibus inanibus Diis ſacra fecerunt.

(*e*) *Eunapius*] In *Vitis Sophiſtarum Proocm. p. 6. 7. ed. Plantin.*

(*f*) *Mar-*

medium aliquid inter Deum atque hominem. Fuit id quoque ſemper in more poſitum Deorum amicis & defenſoribus, id quod multis ex veterum apparet teſtimoniis, ut hiſtoriae *Jeſu Chriſti* vitam opponerent *Apollonii*, & utrumque inter ſe conferrent & componerent. Exſtat (*f*) *Marcellini* ad *Auguſtinum* epiſtola, qua nullum eſſe locum ſignificat, quem vehementius ſuperſtitionum vindices in Chriſtianos urgeant, quam hunc ipſum, atque *Auguſtinum*, quomodo occurrendum illi ſit, rogat. *Nihil amplius Dominum, quam alii homines facere potuerunt, feciſſe vel egiſſe, mentiuntur: Apollonium ſiquidem ſuum nobis & Apulejum, aliosque magicae artis homines in medium proferunt, quorum majora contendunt exſtitiſſe miracula.* Et quis, quaeſo, eruditiorum *Hieroclem* ignorat, quem doctiſſimi hominis nomine honeſtat *Euſebius*, librum exaraſſe contra Chriſtianos, Φιλαλήθης ſeu Λόγοι Φιλαλήθεις inſcriptum, in eoque vehementer elaboraſſe, ut non modo *Apollonius Chriſto* virtute ſimilis & potentia, verum etiam major atque excellentior videretur? Recitabo ipſa *Hieroclis*, ut ab (*g*) *Euſebio* referuntur, verba: Ἄνω καὶ κάτω θρυλοῦσι, σημεῖα τὸ Ἰησοῦ, ὡς τυφλοῖς ἀναβλέψαι ποιοῦντος, καὶ νεκροὺς ἐγείραντος. *Ultro citroque jactant, laudibusque Jeſum tollunt, ut qui coecis videndi dederit facultatem, & alia id genus miranda praeſtiterit.* His dictis ad illos provocat, qui prodigiis olim & miraculis inter populos inſigne nomen adepti ſunt, atque in primis ad *Apollonium Tyanaeum*: cujus poſtquam late atque copioſe expoſuerat miracula, ſic rationem poſtremo concludit: Τούτων ἕν τίνα τῶν ἐμνήσθην; ἵνα εἴῃ συγκρίνειν τὴν ἡμετέραν ἀκριβῆ καὶ βεβαίαν ἐφ' ἑκάστῳ κρίσιν καὶ τὴν τῶν Χριστιανῶν κουφότητα. εἶπερ ἡμεῖς μὲν τοὺς ποιοῦντας θαύματα, εἰ θεῖον, ἀλλὰ θείοις κεχαρισμένον ἄνδρα ἡγούμεθα. Οἱ δὲ ὀλίγας περιττὰς πράξεις τοῦ Ἰησοῦ θεὸν ἀναγορεύουσι. *Quo ergo fine iſta commemoro? Nempe ut liceat contendere invicem accuratum noſtrum ſolidumque judicium de re quavis & animi in Chriſtianis levitatem. Quandoquidem nos quidem tam magna operatum non Deum tamen, ſed Deorum amicum, eſſe, arbitramur. Illi viciſſim ob exiguas quasdam praeſtigias Jeſum Deum eſſe praedicant.* Haec *Euſebius* ſilentio praetermittit. Itaque non poſſum, quin *Lactantii* huc verba transferam, quibus ſcite atque luculenter hanc hominis caſtigat temeritatem. Non nominat quidem *Hieroclem Lactantius*: ſed facile patet, uti opinor, ipſas, quas retulimus, *Hieroclis* voces repreſſas & caſtigatas eſſe. Sic vero: (*) *Apparet nos ſapientiores eſſe, qui mirabilibus factis non ſtatim fidem divinitatis adjunximus, quam vos, qui ob exigua portenta Deum credidiſtis.* —— *Disce igitur, ſi quid tibi cordis eſt, non* (†) *ſolum idcirco a nobis Deum creditum Chriſtum, quia mirabilia fecit, ſed quia vidimus, in eo facta eſſe*

(*) De Juſtit. Lib. V. C. 3. (p. 543.)
(†) Hanc vocem non habent codices, quos vidi, *Lactantii.*

(*f*) *Marcellini*] In *Epiſtolis Auguſtini Ep.* 136. *ex divis. Benedict. T.* II. *Opp. p.* 304.

(*g*) *Euſebio*] *Libro adv. Hieroclem Cap.* 2. *p.* 429. ad calcem *Philoſtrati ed. Olearii.*

(*h*) *Sidonius Apollinaris*] *Epiſtolar. Libro* VIII. *Ep.* 3. *p.* 462. 463. Locum ipſum & alia Chriſtianorum, hunc *Apollonium* non mediocriter laudantium, dicta in peculiari *Diſſ. de varia Apollonii Tyanaei exiſtimatione*, quae in *Obſervationibus* meis *hiſtorico-criticis* exſtat, jam dudum attuli. Non obſcurae ſunt hiſtoriae ſacrae perico rationes, quibus tot magni inter Chriſtianos viri adducti ſunt, ut tam eximiis laudibus nebulonem & ineptum philoſophum afficerent. Primum amore philoſophiae Platonicae & Pythagoricae, cujus profeſſor fuerat *Apollonius*, multi ardebant. Deinde philoſophis multis & ſapientibus viris, ut *Socrati*, vim adfuiſſe divinam, putabant, nec omnes e beatorum domiciliis, quod ſatis notum eſt, proſcribebant philoſophos. Tum daemonum ingentem eſſe poteſtatem, Platonicorum imbuti praeceptis, exiſtimabant, hosque certos diligere homines, & omni ope ad-

Digitized by Google

esse omnia, quae nobis annuntiata sunt, (*) *vaticinia prophetarum. Fecit mirabilia. Magum putassemus, ut & vos nuncupatis, & Judaei tum putaverunt, si non illa ipsa facturum Christum, prophetae omnes uno spiritu praedicassent. Itaque Deum credimus non magis ex factis operibusque mirandis, quam ex illa ipsa cruce, quam vos, sicut canes, lambitis, quoniam simul & illa praedicta est. Non igitur suo testimonio, (cui enim de se dicenti potest credi?) sed prophetarum testimonio, qui omnia, quae fecit ac passus est, multo ante cecinerunt, fidem divinitatis accepit: quod neque Apollonio, neque Apulejo, neque cuiquam Magorum potest aliquando contingere.* Quod ad vitam moresque hujus attinet *Apollonii*, consentaneum fuisse, vident omnes, ut is, in quo spem omnem recuperandae dignitatis posuerat rex inferorum, virtutis atque continentiae non modicam prae se ferret speciem. Itaque Pythagoraei adscisebat personam *Apollonius*, quam ita graviter ac decore sustinebat, ut diu post fata ejus (*s*) *Sidonius Apollinaris*, professione licet Christianus, non secus fictarum ejus virtutum ful- 306
gore captus fuerit, ac si a praestigiatore hoc excantatus esset. At facile sentiunt, quos nec imperitia harum rerum, neque partium impedit studium, nihil divini illius luminis, quod in Servatore nostro fulgebat, qui omnium aetatum philosophos longo post se reliquit intervallo, ex hoc emicuisse homine. Quid? quod etiam ab illis multum superetur, quorum virtus atque probitas in ipsis gentibus a vera religione alienis olim spectata fuit: e quibus unum tantum *Socratem* nomino. Dici enim vix potest, quanta sese in verbis non minus, quam factis, hominis arrogantia, quam vana mentis elatio, ne quid de reliqua ejus amentia dicam, manifesto tangendam praebeat. Atque id (*i*) *Eusebius* ex ipsa *Philostrati Historia*, quae multis ceteroquin mendaciis referta est, ostendendum sibi sumit: Οὐδ' ἐν ἐπιεικέσι γε μετρίοις ἀνδράσιν ἄξιον ἡγεῖται, οὐχ ὅπως τῷ σωτῆρι ἡμῶν Χριστῷ παραβάλλειν τὸν Ἀπολλώνιον. *Non inter bonos quidem, imo nec mediocris indolis viros eum censeri jure posse, nedum ut Salvatori nostro Christo Apollonium conferre deceat.* Itaque, si vera sunt, quae de rebus mirabilibus ab eo factis memoriae prodita sunt, magicis artibus in primis valuisse hominem, &, quae viribus humanis superiora egit, *Necromantiae*, quam vocabant, beneficio perfeciisse, nullo modo dubitandum est. Neque est, quod dicat aliquis, hanc a Christianis unice profectam esse contumeliam, quibus semper fuerit odio *Apollonius*. Namque ipsis Deorum cultoribus, quum vivere nondum desiisset, γόης vulgo seu (*k*) *praestigiator* audiit: criminis magiae apud Domitianum Imperatorem (*l*) accusatus est: denique, id quod ex *Origene* discimus, *Moe-*

ri.

(*) Alii, vaticinio.

adjuvare, statuebant. Postremo verebantur, ne, si omnes, quos ethnici magni faciebant, viros contemnerent plane & ad inferos amandarent, animos eorum praeter modum exacerbarent, & Christianae religionis incrementis obsisterent. Hinc ipse *Eusebius*, *Hieroclem* repellens, non audet tamen aspere in *Apollonium* invehi, quem potius magnum fatetur virum fuisse, sed historicum ejus potius, *Philostratum*, irridet & exagitat.

(*i*) *Eusebius*] *Adv. Hieroclem Cap.* 4. *p.* 431.

(*k*) *Praestigiator audiit*] Hoc ipse *Philostratus* memoriae prodidit *Vitae Apollonii Lib.* IV. *Cap.* 18. *p.* 156. quo sacris Eleusiniis praefectum noluisse narrat *Apollonium* ad mysteria admittere, *quod sibi fas haud esset*, μοῦναι γόητα, *incantatorem initiare.* Plura ejus generis testimonia de *Apollonii* inter ipsas gentes verae religionis ignaras infamia in *Diss. de existimatione Apollonii Observat. histor. crit. Lib.* I. *p.* 271. *s.* in medium attuli.

(*l*) *Accusatus est*] Teste iterum *Philostrato Vitae Apollonii Lib.* VIII. *Cap.* 7. *p.* 327. ubi oratio exstat, quam purgandi se hoc crimine causa recitasse fingitur a *Philostrato.*

Digitized by Google

ragens; ex illis unus, qui vitam ejus compoſuerunt, *Philoſtrato* ſuperior, & Deorum ſimiliter religione devinctus, Magis eum connumerare non dubitavit. (*) Περὶ μαγείας φαμὲν, ὅτι ὁ ἐκλελοιδορημένος ἐξετάσας, πότερόν ποτε καὶ φιλόσοφοι ἅλωτοί εἰσιν αὐτῇ, εἰ μὴ, ἀπὸ τῶν γεγραμμένων Μοιραγένει περὶ Ἀπολλωνίου τοῦ Τυανέως, μάγου καὶ φιλοσόφου, ἀπομνημονευμάτων· ἐν οἷς ὁ μὴ Χριστιανὸς, ἀλλὰ φιλόσοφος, ἔφησεν, ἁλῶναι ὑπὸ τῆς ἐν Ἀπολλωνίου μαγείας οὐκ ἀφανεῖς τινας φιλοσόφους, ὡς πρὸς γοητα αὐτὸν εἰσελθόντας, ἐν οἷς, οἶμαι, καὶ περὶ Εὐφράτου πάνυ διαβόητα καὶ τοῦ Ἐπικουρείου. *De Magia hoc tantum dicimus: quicumque vult cognoſcere, utrum & philoſophi capi ab ea poſſint, an non, legat ſcripta Moeragenis, qui memoriae prodidit Apollonii illius Tyanenſis, Magi & philoſophi, res memorabiles: ubi non Chriſtianus, ſed philoſophus, ait captos ab Apollonii magia non ignobiles philoſophos, quum tamquam ad praeſtigiatorem acceſſiſſent; & in his, opinor, etiam de famoſo illo Euphrate narrat & quodam Epicureo.* Neque aliam ſine ullo dubio cauſſam (*m*) *Philoſtratus* habuit, cur *Moeragenem* hunc vehementer aſpernaretur, multarumque rerum, quae ad *Apollonium* pertinerent, rudem ac ignarum fuiſſe, diceret. (ὁ δὲ Μοιραγένης ἠγνόει τὰ πεπραγμένα.) Talem nimirum exhibuerat *Apollonium Moeragenes*, qualis reapſe fuerat, atque magiae notis inuſtum in omnium conſpectu poſuerat hominem. At *Philoſtratus* e contrario hoc ſibi in primis negotii putabat datum eſſe, ut tam grave ab eo crimen depelleret. Quo labore tamen tam ſcite ac feliciter functus eſt, ut in ipſa ejus narratione ſatis inveniant argumentorum, quibus accuſationem muniant, qui Mago meliorem fuiſſe negant *Apollonium*. Atque hic eſſe melioris notae hiſtoricos, recordor, qui *Veſpaſianum* quoque Alexandriae feciſſe miracula, ſcriptum reliquerunt. *Per eos menſes*, *Taciti* haec verba ſunt (†), *multa miracula evenere, quis coeleſtis favor & quaedam in Veſpaſianum inclinatio Numinum oſtenderetur. Ex plebe Alexandrina quidam, oculorum tabe netus, genua ejus advolvitur, remedium coecitatis expoſcens gemitu, monitu Serapidis Dei, quem dedita*
307 *ſuperſtitionibus gens ante alios colit. Precabaturque principem, ut genas & oculorum orbes dignaretur reſpergere oris excremento. Alius manu aeger, eodem Deo auctore, ut pede ac veſtigio Caeſaris calcaretur, orabat.* Compoſitis, quae hac ex occaſione naſcebanban-

(*) Contra Celſum Lib. VI. p. 302. (†) Hiſtor. Lib. IV. p. 111.

(*m*) *Philoſtratus*] *Hiſtor. Apollonii Lib.* I. *Cap.* 3. *p.* 5. 6.

(*n*) *Philoſtratus*] Vid. cum copioſe *Hiſtor. Apollonii Lib.* V. *C.* 27. *p.* 209. *ſ.* Adde *Lib.* VIII. *Cap.* 7. *Sect.* 2. *p.* 329. De re ipſa & miraculis *Veſpaſiani* paullo poſt dicam.

(*o*) *Joſephus ipſe*] *De bello Judaico Lib.* V. *Cap.* 5. §. 4. *p.* 390. *T.* II. *Opp.*

(*p*) *Cogitabat*] Ego vero nullus dubito, quin haec *Veſpaſiani* miracula, quae Alexandriae feciſſe perhibetur, inter conſilia referenda ſint imperatoria, quae cupidus novi regni formandi Imperator ad plebem circumveniendam excogitavit: idque vel ex ipſis *Taciti* & *Suetonii* narrationibus de his miraculis conſtare, arbitror. Ille enim his prodigiis *favorem & inclinationem Numinum* erga novum Imperatorem demonſtratum eſſe, hic *auctoritatem & majeſtatem novo principi*, quae ipſi defuiſſet, acceſſiſſe, perhibet. Vid. *Taciti Hiſtor. Lib.* II. *C.* 82. §. 5. Quae ſatis, quo conſilio haec geſta ſint, ſignificant. Multum ſcilicet intererat *Veſpaſiani*, ut Aegyptus, provincia copioſiſſima & potentiſſima, in verba eius omnino juraret. Itaque comparandum erat aliquid, quod populi animos ipſi conciliaret. Nulla vero gens, id quod *Tacitus* aperte fatetur, ſuperſtitionibus magis erat dedita, quam Aegyptii: qui non modo Deos rebus humanis ſaepenumero intervenire, verum etiam virtutem ſuam illis impertiri, exiſtimabant, quos in primis caros haberent, & in amicis ſuis numerarent. Si qui itaque dignitatem ſibi inter Aegyptios parere ſtudebant, ili hoc in primis curabant, ut cum Dils conſuetudinem habere, & vim humana ſuperiorem accepiſſe ab illis viderentur. Quod quum non ignoraret *Veſpaſianus*, nihil efficacius fore judicabat, ad Alexandrinorum ſtudia ſibi acquirenda, quam ſi factis quibusdam oſtenderet, ſe Diis, & Aegyptiis maxime Diis, quorum princeps Se-

bantur, disputationibus nonnullis, utrumque, quod rogabatur, perfeciſſe Imperator legitur: *Statim converſa ad uſum manus & coeco reluxit dies. Utrumque*, addit auctor, *qui interfuere, nunc quoque memorant, poſtquam nullum mendacio pretium.* Uſus eſt *Veſpaſianus* familiariter *Apollonio* hoc, quem magiae poſtulavimus. Alexandriae vero una cum *Veſpaſiano* tum temporis fuiſſe eum, neque pauca ibi feciſſe miracula, (*n*) *Philoſtratus* auctor eſt. Quid ſi itaque, quae geſta ſunt a *Veſpaſiano*, conſilio ejus & auxilio potiſſimum eſſe geſta, ſuſpicemur?

Quidquid id eſt, nos facere non poſſumus, quin aliud infernalis genii ſtrategema in his *Veſpaſiani* factis oſtendamus, qui, ut famam miraculorum *Chriſti* extenuaret, hominesque a *Meſſia* fide complectendo abſterreret, certe notionem ejus obſcuraret & perverteret, qua ſolet eſſe aſtutia, unice videtur fieri curaſſe. Fama toto fere percrebuerat terrarum orbe, ſic eſſe in fatis, ut rex quidam Judaea profectus omnibus dominaretur populis: quod oraculum haud dubio *Meſſiam* praedicebat. Atqui cacodaemon fore ſperabat, ut, ſi miraculis celebritatem & famam adipiſceretur *Veſpaſianus*, hujus potius imperium iſta vaticinatione praeſignificatum eſſe, plerique omnes crederent, quippe quem in Judaea conſtabat primum Imperatorem ſalutatum eſſe. Accedebat, quod (*o*) *Joſephus* ipſe adulandi ſtudio ad *Veſpaſianum* jam turpiter retulerat. Quod inſtinctu ſive monitu Serapidis rem totam eſſe geſtam, *Tacitus* perhibet, id multo etiam magis ſuſpicionem noſtram confirmat. Serapis enim ipſe erat inferorum princeps, cujus quoque amicum atque conſiliarium fuiſſe *Apollonium*, probabile eſt. Igitur quis hujus calliditatem atque dolos in hoc negotio difficulter aſſequitur? *Apollonium* & *Veſpaſianum* virtute quadam res efficiendi mirabiles inſtruebat, ut eſſent, quorum vim & opera *Chriſti* poſſet opponere miraculis. Iſtis vero artibus omnipotentis Dei conſiliis, qui rem Chriſtianam ſtabilitam in orbe terrarum cupiebat, intercedere, quamque occupaverat in tot gentes tyrannidem communire atque ſartam tectam ſervare (*p*) cogitabat.

Haec licet ita ſint, tantum tamen honori *Apollonii* favere, quantum nobis li- 308
cet,

Serapis erat, curae eſſe. Itaque miſeri quidam homines, pretio coëmti, coecitatem luminum & vitium manus mentiebantur, Deumque Serapin ſibi per quietem, ut auxilium a novo peterent Imperatore, mandaſſe, fingebant. Quibus quum mederi viſus eſſet *Veſpaſianus*, nemo dubitabat Aegyptiorum, quin is eſſet ille, quem Dii Aegyptiorum & ipſe Serapis imperio dignum judicaſſent, ſatiusque vitam & patrimonia perdere, quam Serapidis familiari reſiſtere, putabant. Latius haec perſequuti ſunt viri meritiſſimi & judicioſiſſimi, *Jo. Clericus Hiſtoriae eccleſ. Saec.* II. *ad A.* 138. *p.* 611. *Chriſtoph. Aug. Heumannus* pecul. *Diſſ. de miraculis Veſpaſiani Poeciles Tom.* II. *Libr.* III. *p.* 427. *ſ.* & nuper ex Anglis vir eruditus, *Jac. Serces*, *Traité des Miracles p.* 276. - 298. quorum ſcrinia compilare nolo. Ipſa etiam ejus ſunt generis, quae *Veſpaſianus* feciſſe dicitur, miracula, ut dolis & fraudibus viam undique aperiant. Et quamvis eſſent forte inter Aegyptios, qui fallacias iſtas perſpicerent; nemo tamen ita veritati favebat, ut hanc ſibicum vitae jactura duceret aperiendam eſſe. Etenim laniatus haud dubie ac diſcerptus a ſacerdotibus Serapidis & plebe fuiſſet, qui auſus fuiſſet miracula haec in dubium revocare. Non ergo inferorum principem advocandum huc eſſe arbitror, ut horum prodigiorum pateat ratio: neque *Apollonii Tyanaei* auxilio indiguiſſe centeo Imperatorem, ut haec opera perficeret. Ordo enim ſacerdotum Aegyptiorum abundabat hominibus aſtutis & callidis, quibus aeque facile erat, fictis populum miraculis fallere, atque multis hodie eſt in Italia & Hiſpania, qui Romanam religionem ſequuntur. Lege quaeſo, quae *Ruſinus Hiſtor. eccleſ. Lib.* II. *Cap.* 23. de oraculo & templo Serapis narrat, nec dubitabis, ſceleratam & nefariam fuiſſe familiam ſacerdotes Dei hujus Aegyptii. Quodſi tamen aliquis non plane nullas fuiſſe maligni genii in hoc negotio partes contendat, exiſtimetque, inſtrumenta eum & mancipia ſua, ut hanc adornarent fabulam, eo conſilio incitaſſe, quo miraculis *Jeſu Chriſti* & legatorum ejus noceret, non equidem prorſus huic re-

cet, ſtatuimus. Quamobrem non fuiſſe hominem ex plebejis illis Magis, quorum omnia turpitudine atque obſcoenitate tecta ſunt, credemus. Eximemus eum ex ordine eorum, qui non modo peſſimis libidinibus atque vitiis ſemet ipſos contaminant, atque omnia ad voluptates referunt nefarias, ſed etiam, quo votorum ſuorum compotes fiant, geniis, quos malignos atque atros eſſe ignorant, lubentes ſeſe vitamque ſuam addicunt. Dabimus e contrario, ad nobiliorem illam Magorum familiam pertinere *Apollonium*, qui *Theurgos* vocare ſemet ipſos conſueverant. Quidnam inde homo fructus capiet? Scio, genus hoc graviora certo modo fugiſſe vitia, neque rem ſibi eſſe cum aliis, quam benignis beneficisque geniis, exiſtimaſſe. At hi tamen ipſi, quum inanis gloriae mirifice appetentes, vanaque inflati eſſent de ſe opinione, prodigiis etiam famam unice conſequi, ceterosque mortales virtute ſuperare ſtuderent, juſtiſſimo Dei judicio infernali genio ejusque ſatellitibus & miniſtris traditi ſunt, a quibus inſidioſe circumventi, & rationibus ſuis apti (q) redditi ſunt. Quisquis demum fuerit *Apollonius*, id nemo negat, rebus eum Deorum vehementer ſtuduiſſe, atque, ne prorſus concideret ſimulacrorum religio, cunctis providiſſe viribus. A *Pythagorae* enim Samii mente edoctum ſeſe dicebat eſſe, qua lege atque jure Dii, tam illi, qui ſub adſpectum non cadunt, quam adſpectabiles, (r) colendi eſſent, cum quibus etiam verſatum ſeſe eſſe affirmabat. Quam propter cauſſam (s) *Vopiſco amicus verus Deorum* dicitur, id eſt, verus antiquae ſuperſtitionis, quam Chriſtiani deteſtabantur, amicus, quae ſuperſtitio non unum verum Deum, ſed plura venerari jubebat Numina. Tot tantisque infamiae notis quum inuſtus ſit *Apollonius*, nihilo tamen minus unum, ſempiternum, ſummumque omnium Deum eſſe, ſine controverſia ratus eſt. Qua de re nemo unus dubitabit, qui modo orationem ejus, qua ſe apud *Domitianum* purgare ſtatuerat, legerit, in
309 qua Deum hunc diſerte ὁ τῶν ὅλων & ὁ πάντων δημιουργὸς θεὸς, *rerum omnium conditorem & parentem*, vocat. Exhibet hanc orationem (t) *Philoſtratus*, qui & alio loco eum inducit perhibentem, ſummam atque ſingularem Indorum & Aegyptiorum in hoc

pugnaverim. Certe, quod *Veſpaſianus* oris excremento coecum ſanaſſe dicitur, id imitatio mihi videtur miraculi ejus eſſe, quod Servator noſter feciſſe legitur *Joh.* 9. 6. *ſ.* Ex his, quid de altera conjectura doctiſſimi viri ſentiam, quae ad notiſſimum illud oraculum de rege ex Judaeis venturo pertinet, magnam partem jam liquet. Ipſum ego hoc oraculum, quod *Tacitus*, *Suetonius*, *Joſephus* memorant, non magni fecerim, nec putem multum conducere, ut egregii ceteroquin viri volunt, ad religionis Chriſtianae veritatem confirmandam. Sed haec forte alias.

(q) *Redditi ſunt*] Magiam nimirum Platonici juniores dividebant in *Goëtiam* & *Theurgiam*. Illam deteſtabantur, hanc commendabant. *Auguſtinus de civit. Dei Lib.* X. *Cap.* 9. *p.* 187. *Tom.* VII. *Opp. Conantur iſta diſcernere, & illicitis artibus deditos alios damnabiles, quos & maleficos vulgus appellat, hos enim ad* Goetiam *pertinere, dicunt; alios autem laudabiles videri volunt, quibus* Theurgiam *deputant.* Ex quibus, quid ſibi velint, quae de *Apollonii* magia *Cudworthus* perhibet, intellectu proclive eſt. *Theurgiae*, quam vocabant, praecepta, rationes, & ritus nemo copioſius expoſuit *Jamblicho* in celeberrimo *de myſteriis Aegyptiorum Opere.* Ceterum videtur vir doctiſſimus, dum *Apollonium Theurgis* connumerat, fateri, eſſe disciplinam ejusmodi, & fuiſſe olim, genios beneficos ſibi certis caerimoniis conciliandi: hanc disciplinam ex recentioribus Platonicis nonnullos calluiſſe: neque eam turpem atque deteſtandam eſſe habendam: ſummum vero Numen, quod ad nominis ſibi famam comparandam & ad flagitia haec doctrina philoſophi abuterentur, malignis permiſiſſe geniis, ut bonorum loco apparerent, & miſeros ita homines deciperent. Non ſum ego neſcius, in ipſis eſſe Chriſtianorum tam antiquis, quam recentioribus doctoribus, qui haec omnia cum *Cudworthо* probent: idem vero, cur omnem *Theurgiam* ad fraudes, ineptias, & ingenii humani ludibria referant, ſummo ingenio viris graviſſimas eſſe cauſſas, novi. *Auguſtinus loc. indic.* utramque exſecratur magiam, & *Goëtas* aeque ac *Theurgos* ri-

Digitized by Google

hoc dogmate conſenſionem fuiſſe: *τὸ μὲν ὅλων φύσεώς τε καὶ οὐσίας Θεὸν δημιουργὸν εἶναι, ἕνεκα δὲ εὐθυμηθῆναι ταῦτα οὕτως τὸ ἀγαθὸν εἶναι αὐτόν. Deum rerum univerſarum ac naturae totius auctorem eſſe, hujus autem ſententiae animo concipiendae rationem hanc, quod* BONUS *ſit ille.* Plurima ceteroquin fuiſſe, quae in ſcitis Indorum exſecrati ſint Aegyptii: at hanc tamen illorum ſententiam his vehementer probatam fuiſſe. (u) Ipſe *Apollonius Tyanaeus*, ſapientiae apud Indos antiſtiti, veram expoſiturus de Deo atque mundo philoſophiam, ſic eſſe praecipit omnino ſentiendum: Univerſum huncce orbem unum eſſe ingens animal, atque maximae haud diſſimilem navis, in qua multi verſentur gubernatores, quibus unus omnium ſcientiſſimus annisque ceteris gravior praepoſitus ſit, a quo reliqui mandata accipiant: in qua multi quoque ſint claſſiarii, rei nauticae periti, quorum alii per foros & conſtratum navis curſant, alii malum ſcandunt, alii funes ordinant. *Ἐν ᾗ δὴ μὲν πρώτῳ καὶ πλεοτάτῳ ἕδρας ἀποδοτέον θεῷ φύσεως τῆδε ξῴου, ᾧ δὴ ὑπ' ἐκείνῳ θεοῖς, οἵ τοι μέρη αὐτῆς κυβερνῶσι· καὶ τ' ποιητῶν ἀποδεχόμεθα, ἐπειδὴ πολλοὺς μὲν φάσκουσιν ἐν τῷ οὐρανῷ θεοὺς εἶναι, πολλοὺς δὲ ἐν θαλάττῃ, πολλοὺς δὲ ἐν πηγαῖς τε καὶ ναύμαχοι, πολλοὺς δὲ καὶ ὑπὸ γῆν, εἶναι δὲ καὶ ὑπὸ γῆς πολλούς. In qua*, inquit, *primus ac perfectiſſimus locus Deo tribuendus eſt, hujus animalis genitori. Ei proximus Deorum eſt, qui partes ejus gubernant. Poëtarum enim probamus doctrinam, quando plurimos in coelo quidem Deos eſſe dicunt, multos etiam in mari, multos in fluminibus fontibusque, in terra praeterea multos, imo & eſſe ſub terra.* Elegantem hic expreſſam vides imaginem veterum de Deo praeceptorum, quibus non Indi tantum vates & Aegyptii, ſed etiam Europaei, tam Graeci, quam Latini, fuerunt imbuti. Unum eſſe omnes fatebantur ſummum Numen, effectorem atque conditorem hujus univerſitatis. Principi iſti Deo multos ſubjiciebant inferiores Deos, quos genitos dicebant eſſe, ſeu naturas intelligentes homine praeſtantiores. Horum eſſe docebant diverſas mundi partes gubernare atque moderari. Quamobrem eis cultum etiam quemdam & honorem ab hominibus deberi, praecipiebant. Atque haec de *Apollonio Tyanaeo* ſufficere (x) arbitror.

Scrip-

tibus fallacibus daemonum obſtrictos eſſe cenſet *ſub nominibus angelorum.*

(r) *Colendi eſſent*] Hoc apud *Philoſtratum Vit. Apollonii Lib.* I. *C.* 32. *p.* 40. a *Pythagora* ſeſe didiciſſe, ait *Apollonius*, id eſt, ut vulgaris haec loquendi ratio explicari debet, ex diſciplina *Pythagorae* hauſiſſe, Nusquam vero memini, id ſibi arrogare *Apollonium*, *animum* aut *mentem* ipſius *Pythagorae*, quod hic vir doctus ſignificat, ſemet eruditiſſe ac inſtituiſſe. Contra *Philoſtratus Lib.* I. *C.* 7. *p.* 9. *Euxenum* quemdam Pythagoricis praeceptis impertiiſſe *Apollonium*, memorat.

(s) *Vopiſco*] In *Vita Aureliani Cap.* 14. *p.* 578. *ed. Obrechti.*

(t) *Philoſtratus*] *Libro* VIII. Uterque locus, quem hic teſtatur vir doctus, conjunctim legitur *Cap.* 7. *Sect.* 7. *p.* 337.

(u) *Ipſe Apollonius*] Fallitur vir doctiſſimus, quod hanc orationem, quae apud *Philoſtratum Hiſt. Apollonii Lib.* III. *C.* 35. *p.* 126. exſtat, ipſius eſſe opinatur *Apollonii*. Eſt enim *Jarchae*, ſapientum Indorum antiſtitis.

(x) *Arbitror*] Ab eo tempore, quo in litteras haec retulit *Cudworthus*, in res *Apollonii Tyanaei* multo diligentius a doctiſſimis viris, Anglis, Gallis, Germanis, inquiſitum eſt, quoniam, qui ſublatam volunt ſanctiſſimam Servatoris noſtri religionem, in hoc homine magnum ſibi putant praeſidium eſſe conſtitutum ad vim miraculorum *Chriſti* labefactandam, & obſoletum illud *Hieroclis* & Platonicorum carmen de *Chriſti* & *Apollonii* ſimilitudine ad nauſeam occinere nobis non deſinunt. Nec tamen una eſt eruditiſſimorum hominum de prodigiis *Apollonii* hujus ſententia; quorum alii ad daemonum, quod hic *Cudworthus* cum innumeris facit aliis, potentiam & virtutem, alii ad fraudes & fallacias, alii ad fabulas, alii ad naturalem neſcio quam magiam rem omnem referunt, alii denique, quid ſentiant, non conſtituunt. Conſulant velim, qui de hac opinionum varietate cupiunt eruditi, virum longe doctiſſimum b. *Godofr. Olearium Praefatione Vitae Apollonii* a *Philoſtrato* exaratae praemiſſa, & quae ipſe olim *Diſſ. de exiſtimatione Apollonii* diſſerui. Mihi ea tantum hic tangere propoſitum

Digitized by Google

310 Scriptis nemo ſacra Chriſtiana ante *Celſum* aggreſſus eſt, quem *Adriano* Imperatore fuiſſe accepimus. Is vero tam inſigni erga Deos ardebat ſtudio, ut Judaeos gra-

eſt, quae ad *Cudworthi* noſtri ſententiam propius pertinent, &, quid ipſe de hoc homine, quem ſine ſine collaudant religionum adverſarii, ſtatuam, enarrare. Igitur ingenue primum profiteor, non placere mihi doctiſſimum virum, quod *Apollonium* ope malignorum geniorum multa perfeciſſe miracula, &, quod majus eſt, inferorum principem hunc hominem excitaſſe, ut miraculis Servatoris noſtri lucem ſuam & robur adimeret, exiſtimat. Tardior ego ſum, ne quid diſſimulem, ad fidem illis adjungendam, qui in poteſtate poſitum eſſe putant cacodaemonis homines aut praeſtigiis aut veris miraculis pro lubitu deludere, ideoque ſtatim, ubi quid novi & inuſitati contigiſſe audiunt, ex inferis rationes ejus & cauſſas repetunt. Viderint, quibus iſta arridet opinio ne magni illius argumenti, quod a Servatoris noſtri ducitur miraculis ad confirmandam religionis noſtrae veritatem, virtutem aut evertant penitus, aut labefactent & diminuant. Multo vero aegrius ab animo meo impetro, ut credat, ſanctiſſimum Numen, quod ſaluti generis humani per *Jeſum Chriſtum* & ejus doctrinam conſultum volebat unice, paſſum eſſe, ut eodem tempore, quo legati & amici Servatoris orbem terrarum peragrabant, & miraculis tam ſuis, quam Servatoris noſtri populorum animos ad obedientiam flectebant, hoſtis ejus & adverſarius de ſuis pariter aliquem ad populos mitteret, & virtute miracula faciendi eo propoſito inſtrueret, ut divina conſilia interverterentur, &, quos Deus ſalvos eſſe volebat, perirent. Scio, *Hug. Grotium* multosque alios me longe majores nihil hic inveniſſe, quod offendat. At ego, quo diutius hanc opinionem cogito, eo certiorem fieri me, ſentio, in divinam benignitatem, providentiam, & ſapientiam eam valde iniurioſam eſſe. Inter homines illi parum providi & a ſapientia remoti habentur, qui machinationibus hoſtium ſuorum, quibus reſiſtere poſſunt, aut ſilentio aut ignavia favent, etiamſi, quonam illae ſerpant, non ſemper intelligant. Regem quisnam, quaeſo, niſi mentis emotae, laudaret, qui eodem tempore, quo ſaluberrimas ſubjectis ſibi populis leges ferret, vicini hoſtis ſatellitem libere per omnes vagari provincias, & contrariis edictis corrumpere cives ſuos ſineret? Et Deum ego exiſtimem, quo nihil ſapientius, nihil hominum amantius, nihil potentius, nihil denique magis providum, permiſiſſe, ut furcifer quidam & imbellis nebulo eodem tempore, quo ipſe homines ad ſe adducere per ſanctiſſimos viros maximopere ſtudebat, ab inferorum rege poteſtate armatus prodigia patrandi per magnam culti orbis partem mitteretur, ut, quas ipſe exſtinctas cupiebat, inſanas ſuperſtitiones ſtabiliret, aut contra Dei voluntatem Deorum cultum fulciret & roboraret? Equidem citius omnia, quam hoc ipſum, mihi perſuaſerim.

(II.) Ego *Apollonium* nullus dubito hominem fuiſſe natura fanaticum, at vehementer ſimul arrogantem, & *Pythagorae*, aut magni certe ſapientis famam & nomen ſibi colligendi cupidine inflammatum. Quum ingenio laboraret minus caſtigato, nec judicio perpolito, juvenisque in *Pythagorae* incideret diſciplinam, id a ſe perfacile impetravit, ut inſtituta iſta unice probaret & amplecteretur, quae ſomniis atque viſis hominum fanaticorum alendis & nutriendis in primis apta ſunt. Quumque idem gloriam & laudem praeter modum appeteret, *Pythagoramque* tantam factis ſuis & moribus conciliaturum eſſe famam, intelligeret, quantam philoſophorum nemo alius, hanc demum tutiſſimam ſibi ratus eſt ad dignitatem & exiſtimationem viam, ſi ad ejus unice exemplum totam vitam componeret. Hinc illa itinera ad remotos populos, ad Indos, Babylonios, Aegyptios; hinc illa miracula & prodigia; hinc hominum aegrotorum ſanationes; hinc coma, veſtitus ſingularis, & alia. Nempe his omnibus *Pythagoras* nobilis & inclytus factus fuerat. Tota *Philoſtrati Hiſtoria*, & quae usquam alias de hoc homine memoriae ſunt prodita, hanc ejus effigiem ad vivum expreſſam eſſe, teſtantur.

(III.) Ad miracula quod ſigillatim attinet hominis, illud quidem haud auſim negare, multa eſſe ab eo variis in locis patrata, quae ſummam multitudini admirationem pepererint. Diu enim ante *Philoſtratum*, id quod alio demonſtravi loco, non amici modo, verum etiam inimici *Apollonii*, etiamſi de cauſſa prodigiorum ejus diverſa ſentiant, hoc tamen faſſi ſunt, haud pauca publico ab eo eſſe gesta, quae viris etiam non ineptis mirabilia viſa ſint. In primis id, quod *Origenes* ex *Moeragene* retulit, ſcriptore parum amico *Apollonio*, commemorabile eſt. Locum *Cudworthius* jam dedit. Itaque eum illis facere nequeo, doctiſſimis ceteroquin viris, qui totam ejus hiſtoriam a fabulas amandant, & *Philoſtratum*, quae ſcripſit, univerſa mendacia eſſe, cenſent. Quibus ſi aſſentiendum foret, ex veteri vix reſtaret aliquid memoria, quod audacter aliquis non poſſet aut inficiari, aut in controverſiam vocare. Levitatis notam, quo decet virum ſapientem, ſtudio fugio, nec mihi fruſtra veras illud *Epicharmi* decretum eſſe dictum ſino: Nervos eſſe ſapientiae, nil temere credere. Nec tamen illorum probare poſſum inſtitutum, qui ſacris Chriſtianis multum aſſerri a ſe auxilii putant, ſi, quae literis apud veteres conſignata exſtant de nonnullis eximiis hominibus, audacter omnia cum fabulis & mendaciis componant: quos ego, dum omnem veteris hiſtoriae *fidem labefactant*, ipſi Cun-

Digitized by Google

graviter propterea vituperaret, quod *Moſis* dolo ſeſe paſſi eſſent induci, ut, repu- 311
diatis Diis, unum eſſe Numen crederent: (*) Ὅτι τῷ ἡγεμόνι σφῶν ἐπόμενοι Μωϋσῇ αἱπ-

(*) Origen. Lib. I. p. 17. 18.

Chriſtianae religioni nocere potius arbitror. Quae cumque vero feciſſe fertur prodigia *Apollonius*, ea partim ad artis medicae, qua valebat, peritiam, partim ad fraudes & praeſtigias refero, quibus populum tum temporis circulatores & magi circumvenire ſolebant. Pythagoraeus erat *Apollonius*. Haec vero natio medicinae ex praeſcripto magiſtri ſingularem dabat operam, morbosque pertinaciſſimos expellere edocta erat. Lege *Jamblichum de vita Pythagorae Cap.* 29. *p.* 139. *Cap.* 34. *p.* 194. *Cap.* 35. *p.* 212. Adde *Porphyrium* in *Vita Pythagorae p.* 37. 38. Juventutis praeterea non mediocrem partem in ſano Aeſculapii celeberrimo apud Aegas inter Dei hujus ſacerdotes conſumſerat. Vid. omnino *Philoſtratum Hiſtor. Apollonii Lib.* I. *Cap.* 7. 8. 9. *p.* 8. *ſ.* At quem, quaeſo, fugit rerum veterum vel mediocriter peritum, Aeſculapii ſacerdotibus praeſtantiores olim non fuiſſe medicos, eo quod omnis Dei hujus religio ſanationibus & morborum curationibus unice niteretur? Vid. *Arnobius Lib.* I. *contra gentes p.* 35. 36. *Lucianus* in *Philopſeude T.* II. *Opp. p.* 333. Eximiam itaque quum adeptus eſſet artis medicae ſcientiam *Apollonius*, & illas obiret Orientis provincias, in quibus ingens medicorum & eſt hodie, & fuit olim penuria, ita ut Diis putarentur ſimillimi, quibus vitiis datum erat corporum mederi, facile apud rudem & imperitam multitudinem aliquot curationibus obtinuit, ut ingentium prodigiorum auctor Aeſculapius aut Chiron alter ab univerſis haberetur. Ita ſeſe rem habere, vel id documento eſt, quod diſcipulus *Apollonii*, *Alexander* ille, de cujus fraudibus *Lucianus* in *Pſeudomanti* expoſuit, eadem plane via & ratione, medicinam nimirum faciendo, & Aeſculapii ſeſe familiarem mentiendo, famam apud populos ſibi comparavit. Vid. *Luciani Pſeudomantis T.* I. *Opp. p.* 750. Reliqua quae fecit *Apollonius* miracula, ea illis facta eſſe contendo artibus, quibus tum temporis multi nebulones, qui ſe Magos dicebant, incautam plebem decipiebant. Infinita veterum exſtant teſtimonia, ex quibus intelligitur, diſciplinam aliquam id aetatis fuiſſe fictis prodigiis lucrum & famam captandi. *Celſus* ille, ad quem *Lucianus Pſeudomantin* inſtituit, peculiari volumine de his artibus Magorum commentatus erat, auctore *Luciano l. c. p.* 761. quod interiiſſe, vehementer dolendum eſt. *Apollonium* vero hanc fallendi diſciplinam egregie calluiſſe, diſcipulus ejus *Alexander* oſtendit, quem *Lucianus* dicere ait *p.* 750. πᾶσαν τραγῳδίαν, *omnem Apollonii Tyanaei tragoediam*, noviſſe. Igitur, qualis hic *Alexander*, talis noſter *Apollonius*. *Alexandri* artes & dolos ex *Luciano* diſces. Ex eodem ergo, qua via & lege tantam nominis claritatem adeptus ſit *Apollonius*, intellige. Nec corvus certe corvo ſimilior, ſi *Philoſtratum* & *Lucianum* inter ſe conferas, quam *Alexander Apollonio*: qui ſi in ejusmodi incidiſſet ſcriptorem, qualis *Lucianus*, verſutum hominem & callidum, eadem haud dubie, qua *Alexander*, infamia hodie laboraret. Artem hanc unde hauſerit *Apollonius*, nemo requiret, qui modo meminerit, inter ſacerdotes Deorum hominem a teneris verſatum fuiſſe: quo genere nihil erat aſtutius & callidius in fingendis miraculis & prodigiis.

(IV.) Pleraque, quae *Philoſtratus* de eo memorat, miracula commode ad alterum horum capitum referentur, ſi quis aequo ad hanc cauſſam animo accedere, & praeſertim ea, quae de *Alexandri* dolis & praeſtigiis retulit *Lucianus*, ad *Philoſtrati* narrationes accommodare ſtudeat. Si quae vero ſunt, quae hac via nequeunt explicari, ridicula certe ſunt & puerilia, apertasque ſecum falſitatis notas ferunt. Fidem facient, qui nuperrime in haec *Apollonii* miracula ex inſtituto inquiſivere, celeberrimi viri, Abbas *Houteuillius la Religion Chrétienne prouvée par les faits p.* 441. *ed. Paris.* 1722. 4. & *Jac. Serces Traité des Miracles p.* 290. quorum obſervationes, quum ſpatium & inſtitutum repugnent, nec amplificare nec deſcribere placet. De *Philoſtrato* breviter quaedam dicam, ut levitas pateat hominis, quem aliqui ſacris ſcriptoribus, qua ſunt incredibili dementia, prope anteponere audent. Totum primum opus eo ſcriptum eſſe conſilio, perſpicuum eſt, ut haberent, qui ſaeculo tertio Chriſtianae civitatis incrementis reſiſtebant, philoſophi Pythagoraei ac Platonici, quem Servatori noſtro, tot inclyto miraculis, quodammodo opponerent. Rhetor deinde & Sophiſta qui mediocri reliquarum ſcientiarum notitia praeditus erat, nullam juſti ordinis rationem habuit, non tempora rite diſpoſuit, non pauca certis hiſtoriae Romanae documentis contraria protulit, geographicis ſeſe erroribus contaminavit, multa denique ex *Plinio*, *Ctesia*, & aliis ſcriptoribus protulit, quae hodie a ſanioribus omnibus irridentur. Quorum ego omnium exempla dediſſem extra controverſiam poſita, ſi mihi licuiſſet, quas juvenis exorſus ſum, in *Philoſtratum Exercitationes* perficere. Poſtremo tam inſectus & infeſtus eſt *Philoſtratus*, ut ipſemet imprudens tollat aliquando & deſtruat, quae de ſuo lectores credere jubet *Apollonio*. Sapientiſſimum, immo Deum fere, fuiſſe *Apollonium*, in exordio ſtatim operis perhibet: & hunc ipſum tamen deinceps hominem ad Indos facit proficiſci, ut ex ſapientibus illius re-

gio-

αἰτόλοι καὶ πιμ̃ῆς, ἀγχίνοις ἀπάταις ψυχαγωγηθέντες, ἵνα ἑνόμισαν εἶναι θεόν. *Hi miseri bubulci & pastores, Mosi, duci suo, obedientes, & rusticis ejus fraudibus circumventi, in eam ingrediebantur sententiam, ut unum esse tantum sibi persuaderent Deum.* Idem
312 tamen multis, quos putabat esse, Diis unum esse praefectum ceteris excellentiorem, diserte fatetur: quem quidem interdum ὁ μέγιστος θεὸς, *Deum maximum*, alias ὁ πρῶτος θεὸς, *primum Deum*, nonnumquam ὁ ὑπερουράνιος θεὸς, *Deum supra coelos positum*, appellat: ut nunc reliqua omittam nomina. Hunc ipsum Deum infinite potentem esse, acerrime defendit ac tuetur, sic ut Christianos etiam ideo ferendos esse neget, quod divinae virtuti limites statuerent, malum ipsi genium opponendo: (*) Σφάλλουσι δὲ ἀπιθάνως ἄτοπα καὶ περὶ παιδὸς ὁ μεγίστου ἄγγελον ὁμοίως λοιὸν θείων κινημάτων πεπλανημένον, πειθόμενοι τῷ θεῷ ἑκάστου πατὰ, Δημόδολόν τινα καὶ γλώττῃ Ἑβραΐδι Σατανᾶν ὀνομάζοντες ὁ αὐτόν· ἄλλως μὲν ἐν παντελῶς θεοπρεπῆ πᾶσιν καὶ καθ' ὅσα λέγειν· ὅτι δὲ ὁ μέγιστος θεὸς, βουλόμενός τι ἀνθρώποις ὠφελῆσαι, ὑπεμπόδιστον ἔχει, καὶ ἀδύνατον. *Errores fovent valde impios, in quos per summam, qua laborant, ignorantiam inciderunt, quae effecit quoque, ut aenigmata, quibus res occultantur divinae, perperam intelligerent. Volunt, Deum habere adversarium, quem diabolum & Hebraeo sermone Satanam appellant. Id vero de Deo nefarium est cogitatu, quem hoc dogma ad mortalium conditionem deprimit. Ergo maximus Deus, quum benefacere vult hominibus, inimicum offendit consiliis suis resistentem, & ea intervertentem.* (y) Ipso illo loco, quo pro Diis eorumque cultu disertissime verba facit, sic tamen de supremo commentatur Deo: Θεὸς μὲν ἀδαμῆ ἀδαμᾶς ὑπολειπτέον, ἔπι μεθ' ἡμέραν, ἔτ' ἐς κοινὸν, ἔτ' ἰδίᾳ, λέγῳ τε ἐν παντὶ καὶ ἔργῳ ἀμνεκτέον, ἀλλά γε καὶ μὴ τάδε καὶ χωρὶς ἡ ψυχὴ ἀεὶ πειθοῦς σεμνὸς ἔστω. *Nefas est, Deum umquam deserere, sive die, sive publice, sive privatim, sed in omni sermone & opere meminisse ejus decet. Quidquid suscipiamus aut faciamus, animus noster semper cum Deo esse debet.* Haec scite admodum dicuntur, neque aptioribus verbis a Christiano efferri potuissent.

Secundum *Celsum* nemo libris atque scriptis Deorum causam fortius ac animosius egit *Malcho*, nobilissimo ex Tyriis philosopho, quem Graeci *Porphyrium* nominarunt. Namque libris quindecim, magnae molis opere, neque mediocri elaborato industria, opes Christianorum profligare conatus est. Et hoc *ipso* tamen homine, nescio, an ullus Christianorum gravius atque ferventius contenderit, unum

(*) Origen. Lib. VI. p. 303.

gionis discat aliquid. Quam haec sibi belle & egregie respondent? Divinus homo, qui linguam etiam bestiarum novit, qui recessus animorum pervidet, qui miraculis Deum aequat, sapientiae cognoscendae causa ad Brachmanes proficiscitur, qui tam erudite cum eo colloquuntur, ut non sanos fuisse homines non sanus juret Orestes. Sed mitto reliqua, quorum messem in promtu habeo non exiguam, & unum tantum, in quod casu, diebus his *Philostratum* evolvens, incidi, speciminis causa commemoro. Avium & brutorum animantium voces intellexit *Apollonius*, si *Philostratum* audias, qui hanc artem ab Arabibus eum accepisse narrat *Lib.* I. *Cap.* 20. *p.* 25. & passerum linguam aeque ipsi fuisse notam, atque hominum sermonem, non illepido ostendit exemplo *Lib.* IV. *C.* 3. *p.* 141. Rem ipsam non admiror, sed libenter credo, *Apollonium*, qui Pythagoricis imbutus erat institutis, sibi haec & alia arrogasse. Etenim, quum Pythagoraci iisdem bestias, quibus homines, uti animis, asseverarent, &, quae nunc in hominis habitat corpore, animam post fata ejus in leonem forte aut passerem migraturam esse, praeciperent, par erat, ut bestiis quoque & avibus usum qualemcumque saltim rationis & linguae genus quoddam concederent, atque, ne res nimis videretur incredibilis, *Pythagoram* ipsum & alios ex ejus sectatoribus viros egregios hanc linguam intellexisse, gloriarentur. At *Philostratum* admiror, qui hoc laudi ducit *Apollonio*, ita sui tamen oblitum esse, ut alio in loco aperte fateretur, aves sonum quidem humani sermonis imitari posse; at nihil eorum, quae loquantur,

Digitized by Google

unum esse summum Numen, unum ἀγένητον sive sempiternum ac a nullo genitum rerum omnium principium? *Plutarchum* atque *Atticum*, quos tria supra commemoravimus rerum initia per se existentia posuisse, bonum Deum, malum animum sive daemonem, & materiam, strenue ac ingeniose adoritur, resque omnes, cujuscumque demum generis sint, ne ipsa quidem materia excepta, ab una mente sapientissima & perfectissima manasse, sive a sempiterno ortusque omnis experte Deo, magna animi contentione demonstrare connititur. Summam, qua hoc studuit perficere, ratiocinationis *Proclus* exhibet *in Timaeum Platonis p. 119.*

A Porphyrio si discedamus, praeter *Hieroclem*, quem Christiani magnopere metuerent, nemo adversarius exstitit. Verum hic in primis sese illis infestum praebuit, disciplinamque sanctiorem convellere voluit peculiari libro, quem inscriptum fuisse *Eusebius* testatur φιλαλήθης, *veritatis amans*. Quae quidem inscriptio modestior visa fuit illa *Celsi*, qui volumini in Christianos exarato hunc indicem dederat: ἀληθὴς λόγος, *sermo verus*. Exstat adhuc libri hujus *Hieroclis* confutatio, quam ab *Eusebio Pamphili* compositam esse, cum nostrorum codicum testimonio, tum *Photii* auctoritate constat, qui nomen ejus in codice suo (z) reperit. Quod si ita est, aut *Porphyrio* aequalis fuerit, aut paullo post eum vixerit, qui *Philalethen* illum confecit, *Hierocles*, necesse est. Hunc ipsum praeterea *Hieroclem Lactantius* videtur notare, sic verba faciens: (*) *Alius eamdem materiam mordacius scripsit, qui erat tum e numero judicum, & qui auctor in primis faciendae persecutionis fuit: quo scelere non contentus, etiam scriptis eos, quos afflixerat, insequutus est. Composuit enim libellos duos non contra Christianos, ne inimice insectari videretur, sed ad Christianos, ut humane ac benigne consulere videretur: in quibus ita falsitatem Scripturae sacrae arguere conatus* 313
est, tamquam sibi esset tota contraria. —— Praecipue tamen Paulum Petrumque laceravit, ceterosque discipulos, tamquam fallaciae seminatores, quos eosdem tamen rudes & indoctos fuisse, testatus est. Quidnam causae fuerit *Lactantio*, cur *Hieroclis* nomen omitteret, equidem haud constituo: at non alium, quam *Hieroclem*, & his & consequentibus ab eo verbis lacessitum esse, certissimum arbitror. Duo vero me praecipue, ut id credam, adducunt. Primo *Lactantius* hunc Christianorum hostem vix ulla in re diligentius elaborasse, docet, quam ut *Apollonium* cum Servatore nostro conferret: *Quum facta Christi mirabilia destrueret, nec tamen negaret, voluit ostendere*

(*) De Justit. Lib. V. C. 2. (p. 358.)

tur, percipere, nec certa quadam lingua sensa mentis prodere. De *Euxeno* scilicet, *Apollonii* praeceptore, ita loquitur: Τὰς δὲ Πυθαγόρου δόξας ἐγίνωσκεν, ὥσπερ αἱ ὄρνιθες, ἃ μανθάνουσι παρ' ἀνθρώπων· τὸ μὲν χαῖρε, καὶ τὸ εὖ πράττοι, καὶ τὸ Ζεὺς ἵλεως, καὶ τὰ τοιαῦτα αἱ ὄρνιθες εὔχονται, ὅτι εἰδῶσιν ὃ, τι λέγουσιν, ὅτε λέγουσι, ἢ πρὸς τοὺς ἀκούοντας, ἀλλὰ ἰδιοφωνοῦσι τὴν φύσιν. *Pythagorae dogmata Euxenus ita noverat, sicut aves ea, quae dicunt ab hominibus. Salve enim, & bene tibi succedat, & Jupiter propitius sit, & hujusmodi alia aves precantur, neque quid dicant scientes, neque bene hominibus cupientes, sed linguam tantum ad numeros compositam habentes. Lib. I. Cap. 7. p. 9.* Belle profecto! Hoccine est semet ipsum deferere, & tacite veluti profiteri, mendacia esse, quae de sermone avium ab *Apollonio* intellecto in ipso scripta exstant opere? Ita fit: mendaces, quos omnium maxime memores esse decebat, suae ipsimet saepenumero infamiae praecones sunt.

(y) *Ipso illo loco*] *Origenes Libro* VIII. *contra Celsum p.* 419.

(z) *Reperit*] Haec contra *Jo. Jonsium* observat, qui *de scriptor. Histor. philos. Lib.* III. C. 18. *p.* 102. errare affirmat eos, nullo licet argumento ductus, qui *Eusebio Pamphili* hunc in *Hieroclem* librum tribuunt. Vide, quae paullo post differit, & adde, quae de hac re b. *Godofr. Olearius* erudite monuit *Prolegom. ad hunc librum p.* 416. *Photii* locus est *Biblioth. Cod.* XXXIX. *p.* 24.

Digitized by Google

oſtendere, Apollonium vel paria, vel etiam majora feciſſe. Mirum, quod Apulejum praetermiſerit, cujus ſolent & multa & mira memorari. Et ex hoc inſolentiam Chriſti voluit arguere, quod Deum ſe conſtituerit: ut ille verecundior fuiſſe videretur, qui, quum majora faceret, (ut hic putat) tamen id ſibi non arrogaverit. Deinde ipſum libri *Hieroclis*, quem diximus, indicem memorat *Lactantius: Quum talia ignorantiae ſuae deliramenta fudiſſet, quumque veritatem penitus excidere connixus eſt, auſus eſt libros ſuos nefarios ac Dei hoſtes Φιλαλήθεις annotare.* Qui non ita pridem *Hieroclem* emiſit, (*a*) vir longe doctiſſimus haec verba *Lactantii* cum illis confert, quibus paullo ante duos hunc Chriſtianorum adverſarium compoſuiſſe libros dixerat, atque ex utrisque non inepte concludit, integrum voluminis hunc fuiſſe titulum: Λόγοι φιλαλήθεις πρὸς Χριστιανούς. Ac priori quidem libro ſuſpicor *Hieroclem* ea in Chriſtianos tela conjeciſſe, quibus antea jam *Porphyrius* pugnaverat; altero vero, quem *Euſebius* tantum aggreſſus eſt, novas poſuiſſe Chriſtianis inſidias, atque *Apollonium*, quod dedita opera nemo fecerat antea, cum *Chriſto*, ſervatore noſtro, comparaſſe. Igitur, quod narrat (*b*) *Epiphanius*, fuiſſe, quum *Diocletianus* vexaret Chriſtianos, Alexandriae praefectum quemdam, *Hieroclem* nomine, id de hoc ipſo dictum eſſe, quem deſcribit *Lactantius*, propemodum mihi perſuadeo: quippe qui a *Lactantio* non modo *ex numero* fuiſſe *judicum*, atque *praecipuus faciendae perſequutionis auctor*, ſed etiam librum in Chriſtianos compoſuiſſe perhibetur, quo, praeter alia ſcelera, *Apollonium* miraculis aequiparare *Chriſto* (*c*) auſus fuerit. Quodſi *Philalethis* auctor, de quo adhuc diſſeruimus, ab illo non differret *Hierocle*, cujus duo libri exſtant philoſophici, *Commentarius in aurea carmina*, & *de fato & providentia*, reverentiam erga plures Deos haud ei fuiſſe impedimento, quo minus unum tamen ſupremumque Deum coleret, ex utroque facile libello declarari poſſet. Verum (*d*) *Photius Hieroclem* refert, qui *de fato & providentia* expoſuit, *Jamblichi* &, qui hoc recentior eſt, *Plutarchi Athenienſis* feciſſe mentionem. Quae quum legiſſet *Jonſius*, neque dubitaret, eumdem, qui de fato ſcripſit, *Hieroclem* etiam adverſus Chriſtianos decertaſſe, ab *Euſebio Pamphili* negavit profectam eſſe, quam habemus, *Philalethis* confutationem, aliique *Euſebio* juniori adſcribendam eſſe, judicavit. Huic autem conjecturae nemo tribuet aliquid, qui modo *Philalethis* hujus *Lactantium* jam meminiſſe, cogitaverit. Ex hoc enim apparet teſtimonio, fieri nullo modo poſſe, ut is, qui Chriſtianis bellum intulit, *Hierocles* idem ſit, ac ille, qui doctrinam de
314 fato perſequutus eſt. Accedit (*e*) *Aeneae Gazaei* in *Theophraſto* auctoritas. Is primo quidem *Hieroclem* quemdam inducit Alexandrinum, a quo ſeſe inſtitutum eſſe di-

(*a*) *Vir doctiſſimus*] Is *Jo. Pearſonus* eſt, qui *Hieroclis Comm. in aurea carmina Pythagorae* eruditiſſimis inſtructum *Prolegomenis* Londini tum ediderat, quae noviſſimae *Petri Needhami* editioni Cantabrigienſi quoque praemiſſa ſunt. Vid. haec *Prolegom. p.* 15. & confer *Olearii Philoſtratum p.* 420. Ceterum de *Hieroclis* aetate & aliis, quibus idem fuit nomen, poſt *Cudworthum* & *Pearſonum* diligenter & accurate verba fecerunt *Jo. Alb. Fabricius Bibliotb. Graec. Lib.* II. *Cap.* 12. *p.* 459. *ſ. Godofr. Olearius Prolegom. ad Librum Euſebii contra Hieroclem p.* 413. *Petr. Needham Praef. ad novam Hieroclis editionem*, *Andr. Dacerius Prolog. ad Gallic. Hieroclis verſion. p.* 424. *Petr. Bayle Dictionnaire hiſtor. v. Hierocles T.* II. *p.* 1162. ad quos illos abire jubeo, qui his rebus litteratis delectantur.

(*b*) *Epiphanius*] *Haeref.* LXVIII. *Meletian.* §. 2. *T.* I. *Opp. p.* 717.

(*c*) *Auſus fuerit*] His binis argumentis ex *Lactantio* ſumtis non elicitur, *Hieroclem*, qui adverſus Chriſtianos ſcripſit, & illum, qui Alexandrino praefectus fuit, non differre. Etenim *Lactantius* illum, quem memorat, Nicomediae ita omnia in Chriſtianos admiſiſſe, perhibet, non autem Alexandriae. Veri tamen ſimile arbitror, illum *Hieroclem*, qui antea Nicomediae Chriſtianos vexaverat,

Digitized by Google

cit, quemque magnificis exornat laudibus: Ἀλλ' εἰπέ μοι, ἔστι παρ' ὑμῖν εἰσιν οἱ τὰ φιλοσοφίας δεικνύντες τὰς τελετάς, οἷος ἦν Ἱεροκλῆς ὁ διδάσκαλος; *Sed dic mihi: superantne apud vos, qui philosophiae mysteria perinde enarrent, uti Hierocles magister noster?* Hunc ego *Hieroclem* illum opinor esse, qui *de fato & providentia* reliquit *Commentarium*: nec fortassis *aureorum carminum Expositio* ad alium, quam hunc, auctorem referenda est. Postea, quum in mentionem *Aeneae* incidisset *Apollonii Cappadocis* sive *Tyanaei*, alium commemorat *Hieroclem*, ab illo diversum, eum nimirum, qui memoriam rerum mirabiliter ab *Apollonio* gestarum tam insolenti ostentatione celebraverit. Verba haec sunt: (*) Ὁ Ἀπολλώνιος τὸ ψεῦδη λέγων ἐλέγχεται· Ἱεροκλῆς δέ, οὐχ ὁ διδάσκαλος, ἀλλ' ὁ περιαλόγως τὰ θαυμάσια, ἄπιστον καὶ τοῦτο προστίθησιν. *Apollonius mendacis arrogantiae notam jure subit. Hierocles vero, non noster ille praeceptor, sed miraculosarum rerum jactator, indignum hoc etiam fide adjicit.* Horum alterum *Commentarium in aurea* elucubrasse *carmina*, equidem probabile judico. Nam qui Christiani eum opus esse censent, hi suaviter quidem somniant. Verum utri tribuendus sit, id per veterum monumentorum inopiam nobis hodie non integrum est decernere. Quidquid id est, illum ipsum *Hieroclem*, qui tam graves cum Christianis inimicitias gessit, Deorumque rebus tam solers ac versutus adfuit, unius supremi Numinis fuisse cultorem, ex ipso perspicuum esse dico *Lactantio*. Legantur haec ejus verba: *Quam tandem nobis attulisti veritatem, nisi quod assertor Deorum eos ipsos ad ultimum prodidisti? Prosequutus enim summi Dei laudes, quem regem, quem maximum, quem opificem rerum, quem fontem bonorum, quem parentem omnium, quem factorem altoremque viventium confessus es, ademisti Jovi tuo regnum, eumque summa potestate depulsum in ministrorum numerum redegisti. Epilogus ergo te tuus arguit stultitiae, vanitatis, erroris. Affirmas, Deos esse, & illos tamen subjicis & mancipas ei Deo, cujus religionem conaris evertere.* Hujus quaenam vis sit ratiocinationis *Lactantii*, fateor, me ingenio non assequi. *Hieroclis* enim *Zeus* sive *Jupiter*, id quod hoc etiam in loco significatur, idem erat, qui summus omnium Deus. Cui tametsi omnes minores Deos subjiceret ille, tamquam ministros, quibus illius unice obtemperandum sit voluntati, his tamen ipsis Diis religionis atque pietatis officia deberi, contendebat. Atque hoc erat dogma illud, in quod disputandum fuisset in primis (*f*) *Lactantio*. Verum mittimus haec, atque id unum animadverti jubemus in verbis *Lactantii*: *Hieroclem*, cujus exquisita fuit in Christianos crudelitas, qui acerbam illam, quam diximus, in eos atque vehementem disputationem in litteras retulit, qui pro Diis eorumque honoribus tanta depugnavit acrimonia, hunc, inquam, *Hie-*

(*) P. 24.

rat, ab Imperatore praemii loco Alexandrinam postea praefecturam accepisse; quae urbs Christianis abundabat, & magistratum idcirco requirebat vigilantissimum.

(*d*) *Photius*] *Biblioth. Cod.* CCXIV. *p.* 554. Conf. *Jonsius de scriptor. histor. philos. Lib.* III. *Cap.* 18. *p.* 101. & *Needhamus Praef. ad Hieroclem p.* 18.

(*e*) *Aeneae Gazaei*] In *Theophrasto p.* 7. *ed. Barthii.*

(*f*) *Lactantio*] Quonam jure hic *Lactantius* accusetur, incertum est, quoniam *Hierocli* non exstat amplius in Christianos liber. Assumit hic doctissimus *Cudworthius*, *Hieroclem* existimasse, illum, quem Graeci & Romani Jovem dixerunt, supremum illud esse, quod universis rebus praesit, Numen. Sed assumit tantum, non vero probat. Forte *Hierocles* Jovem distinxit a Deo omnium celsissimo, & inter minora Numina retulit: quod si fecit, ut certe videtur fecisse, recte sese habet *Lactantii* argumentatio, & Jovis causam *Hierocles* omnino prodidit. Quamquam & alio modo, si res id flagitaret, *Lactantius* defendi posset.

*Hierocli*em eo ipso, quo Diis consulere volebat, libro unum summum professum esse Deum, eumque regem seu totius mundi moderatorem, maximum, orbis opificem, omnis boni fontem, rerum omnium genitorem, vitae denique omnis auctorem & conservatorem nuncupasse.

Omnium, quibus umquam colluctata est disciplina *Christi*, hostium princeps facile est *Julianus* Imperator. Eum, nihil est, quod impellere potuerit, ut, quae probabat, dogmata dissimularet, aut adscitis aliunde coloribus adulteraret. Nam & Imperator erat, & incredibili Christianorum ardebat odio, & Deorum immortalium religione atque cultu nihil prius aut antiquius habebat. Et hunc ipsum tamen *Julianum* ab eorum stetisse partibus, demonstrabo, qui unum supremumque
315 Deum (*g*) reverentur. Videamus primo, quemadmodum libro, quem in Christianos scripsit, communem eorum sententiam proponat, qui Deorum, ut ipse, religionibus erant dediti: (*) Οἱ δὲ ἡμέτεροι φασι, τὸ δημιουργὸν ἁπάντων μὲν εἶναι κοινὸν πατέρα καὶ βασιλέα, νενεμῆσθαι δὲ τὰ λοιπὰ τῶν ἐθνῶν ὑπ' αὐτῷ ἐπαρχίαις καὶ πολίχναις θεοὺς, ὧν ἕκαστος ἐπιτετραπται τῶν ἑαυτῶν λαχὸν εἰκείας αὐτῶν· ἐπειδὴ δὲ ἐν μὲν τῷ πατρὶ πάντα τέλεια, καὶ ἓν πάντα, ἐν δὲ τοῖς μεριστοῖς ἄλλη παρ' ἄλλῳ κρατεῖ δυνάμις. *Nostri enim opificem ajunt omnium communem esse parentem ac regem, reliquas vero gentes ab illo distributas gentium rectoribus ac urbium curatoribus Diis, quorum unusquisque fines suos administrat, ut ipsi congruit. Nam quum in patre quidem omnia perfecta, & unum omnia sint, in particularibus vero alius alia vi polleat.* Eodem deinceps libro ipsis etiam Judaeis sanctius & castius de summo Numine Deorum sentire cultores, contendit: (†) Ὡς εἰ μὲν ὁ προσεχὴς τῷ ἡμετέρῳ δημιουργὸς, ὁ κηρυττόμενος ὑπὸ τῶν Μωσίως, ἡμεῖς ὑπὲρ αὐτοῦ βελτίους ἔχομεν δόξης, εἰ μόνον μὲν ἐκεῖνον ὑπελαμβάνομεν ἁπάντων δεσπότην, ἐνηρχέτην ἂν ἅπαντες, εἰ πεγχάνομεν μὲν ὑπ' ἐκεῖνον, εἰσὶ δ' ὅσπερ ὑπάρχοι βασιλέως, ἕκαστος τῶν ἑαυτοῦ λεγεωνίων ἐπιτετραμμένος φροντίδα, καὶ ὁ καλούμενος αὐτὸν ὑδὲ ἀνημεσίστως τὸν ὑπ' αὐτὸν θεὸν καθιστᾷ. *Si proximus mundi opifex est ille, qui a Mose praedicatur, nos de illo melius sentimus, qui putamus, communem eum esse universorum dominum, alios autem gentibus praepositos, qui sub illius quidem imperio sunt, sed tamquam imperatoris legati suam quisque vicem diverse obeuntes, neque ipsum aliorum Deorum, quos subjectos habet, partiarium statuimus.* Quidnam, quaeso, hi duo *Juliani* loci declarant? Aut ego nihil video, aut hoc clare significant, ex *Juliani* sententia omnes illos Deos, quorum religionem abrogari vetabat, nullos esse, nisi summi Dei, a quo totum factebatur orbem constructum esse, administros.

Plura

(*) Cyrill. contra Julian. L. IV. p. 115. (ed. Spanhemii.) (†) P. 146. (p. 143. Spanh. edit.)

(*g*) *Reverentur*] Nihil id vero mirum est. Nam *Julianus* Platonicorum recentiorum disciplinae totus erat addictus, quos omnes supra jam monui religionem popularem ex ingenio suo refinxisse, & ita immutasse, ut nec nimis absurda, nec Christianae religionis nimis videretur esse dissimilis. Quapropter cuncti, qui hanc sectam amplexi olim sunt, summum esse atque aeternum Numen, professi sunt. Fuisse autem *Julianum* ejusmodi Platonicum, copiose docui *Diss. de turbata per recentior. Platon. ecclesia* §. 14. *p.* 25. & observavit quoque *Ezech. Spanhemius Praef. ad opera Juliani p.* 12. & *Praef. ad Gallic. versionem Caesar. Juliani p.* 3.

(*h*) *Videtur*] Haec ego de cognatione & convenientia philosophiae *Juliani*, & disciplinae, quam Christiani profitentur, magno homini excidisse nollem. Ingens enim discrimen est inter aeternum τοῦ λόγου generationem, quam religio Christiana credendam proponit, & inter hanc solis ex Deo sempiternam progressionem, quam *Julianus* & reliqui Platonici tuentur. Tota Platonicorum natio rerum omnium, quae cernantur & in sensus incurrunt, exempla, species, ac imagines ex omni aeternitate a natura divina productas esse, constituebat. Hinc & solis, qui nos calore suo recreat, aeternum Deo exemplum esse observatum, non

Digitized by Google

Plura ſi quis deſiderat hujus rei argumenta, is *orationem* ejus adeat, quam *in laudes ſolis*, magni ex opinione ipſius in adſpectabili hoc orbe Dei, compoſuit. Sole enim longe excellentius & praeſtantius Numen eſſe, quod rebus omnibus initium dederit, ſine ullo fatetur circuitu: (*) Εἷς μὲν ὁ τῶν ὅλων δημιουργὸς, πολλοὶ δ' οἱ κατ' οὐρανὸν περιπολοῦντες δημιουργοὶ θεοί. *Unus quidem eſt omnium rerum opifex, plures autem qui in coelo circumferuntur, opifices Dii*, quorum medium ſol occupat. Hic unum ſummum Deum, & ſimul multos eſſe minores Deos, clariſſime confirmat. Alio ejusdem orationis loco antiquos vates, qui ſolem ex Hyperione genitum eſſe docuerint, voce *Hyperion* ſummum rerum omnium opificem indicaſſe, perhibet: (†) Τὸν πάντων ὑπερέχοντα πάντων, ἐπέκεινα, καὶ ἐν πᾶσι, καὶ δι' ὃν ἔστιν πᾶσι ἰσόν. *Omnibus eminentem & excellentem Deum, qui omnibus excellit, quem circum & cujus gratia ſunt univerſa.* Atque hunc ipſum Deorum principem, quem rerum omnium appellat Regem, ita plenius alio loco deſignat & deſcribit: (§) Οὗτος πάντων, εἴτε τὸ ἐπέκεινα ἕνα καλεῖν αὐτὸν θέμις, εἴτε ἰδέαν τῶν ὄντων, ὃ δὴ φησι τὸ νοητὸν σύμπαν, εἴτε ἕν, ἐπειδὴ πάντων τὸ ἓν δοκεῖ εἶς πρεσβύτατον, εἴτε ὃ Πλάτων εἰώθειν ἀποκαλεῖν τὸ ἀγαθόν· αὐτὴ δ' ἂν ἡ μονοειδὴς τῶν ὅλων αἰτία, πᾶσι τοῖς οὖσιν ἐξηγεμὼν καλόν τε καὶ τελειότητος, ἰσότητός τε καὶ ἀναλλοιώτου ἀμηχάνου, καὶ ἣ ἐν αὐτῷ μόνιμον πρωτουργὸν οὐσίαν ἥλιον, θεὸν μέγιστον, ἀνέφηνεν. *Hic igitur, quem ſive id, quod ultra mentem ſit, appellare fas eſt, ſive eorum, quae ſunt, ideam ac formam, ſive potius unum, quoniam antiquiſſimum omnium videtur unum, ſive quod bonum a Platone nominari ſolet: illud, inquam, ſimplex omnium rerum & uniforme principium, quod omnibus, quae ſunt, pulcritudinis, perfectionis, conjunctionis, & immenſae virtutis princeps ac auctor eſt, ſecundum primariam in ſeſe manentem ſubſtantiam ſolem, maximum Deum, ex ſe ipſo produxit.* Quare *Dionyſius Petavius* probe mihi ac praeclare totius *orationis* hujus argumentum his expreſſiſſe verbis videtur: (††) *Vaniſſimae hujus & loquaciſſimae diſputationis myſterium eſt, a principe ac primario Deo* νοητὸν *quemdam & archetypum ſolem editum fuiſſe, qui eamdem prorſus* ἰδέαν *& τάξιν in genere* τῶν νοητῶν *habeat, quam in* αἰσθητῷ *ille, quem videmus, ſolaris globus obtinet. Tria itaque diſcernenda ſunt, princeps ille Deus, qui* πατὴρ *a Platone dicitur,* ὁ νοητὸς ἥλιος, ὁ φανερὸς θεός. Hic ego philoſophum & Imperatorem Deorum ſtudioſiſſimum tam prope abeſſe a Chriſtianorum dogmate, miror, quod exſtinctum tamen omni contentione cupiebat. Cenſet, aeternam mentem ſive intelligentiam ex principe rerum omnium parente genitam eſſe. Multumne inter ſcitum hoc, & quae Chriſtiani de λόγῳ praecipiunt, intereſſe (*b*) videtur? 316

non poterat non exiſtimare. De his rerum aeternis exemplis ſeu mundo νοητῷ etſi multa ſubtiliter & acute philoſophari ſolent, *Proclus* in primis in *ad Theologiam Platonicam Introductione*, & *Plotinus*; certus tamen ego ſum, neſciviſſe homines, quales proprie eſſent hae perennes rerum in ſenſus cadentium formae, nec explicare potuiſſe, utrum naturae illae eſſent per ſe conſtantes, an vero animi tantum divini, ut ita loquar, notiones. Utcumque eſt, id quidem apertum eſſe reor, dogma illud nil commune habere cum *Juliani* de ſole intelligibili ineptiis. Quis unquam Chriſtianorum, in quibus ſana mens & ratio fuit, aeternum filii Dei in tempore geniti & adſpectabilis facti exemplum, ideam, & formam ex Deo procreatam eſſe, aſſeveravit? Quis filios Dei binos eſſe dixit, ut *Julianus* ſoles, alterum νοητὸν ſeu *intelligibilem*, alterum αἰσθητὸν ſeu *ſenſibus patentem*? Aliud profecto, immo longe aliud ac diverſum eſt, putare, ex infinito tempore naturam aliquam per ſe conſtantem divinamque perionam ex uno ſimpliciſſimoque Deo eſſe genitam, idque modo a nullo explicando mortalium; aliud rei alicujus, quae ſenſus afficit, aeternam ſpeciem & ideam in Deo vel extra Deum

(*) P. 262. (ed. Petavii, Spanhemii vero p. 140.) (†) P. 136. (ed. Spanh.)
(§) p. 248. (ed. Spanh. p. 132.) (††) P. 274.

tur? Sed haec nunc non quaerimus: id quidem dubio vacare, ut opinor, demonſtravi, Imperatorem hunc, quo nemo ardentius veteres ſuperſtitiones Deorumque ſacra revocare in orbem voluit, omnes ex uno Deos eſſe genitos ſtatuiſſe, neque multa idcirco ſempiterna nullique ſubjecta Numina credidiſſe.

Reſtat, ut de reliquis philoſophis virisque eruditis dicamus aliquid, qui poſt *Conſtantinum*, inclinatis jam & prope jacentibus Deorum rebus, ſacris Chriſtianis infeſti non eſſe deſierunt. In his *Jamblichus*, *Syrianus*, *Proclus*, *Simplicius*, pluresque fuerunt alii: quos omnes ſi qui negarent unum toti rerum univerſitati architectum & parentem praepoſuiſſe, nae illi in magna rerum veterum verſarentur ignoratione. *Maximus Madaurenſis Auguſtino* aequalis fuit Diisque praeter modum amicus. Is vero cum ſuam, tum ceterorum, qui Deorum everti religiones aegerrime ferebant, ſententiam his verbis declarat: (*) *Equidem, unum eſſe Deum ſummum, ſine initio, ſine prole, naturae ceu patrem magnum atque magnificum, quis tam demens, tam mente captus neget eſſe certiſſimum? Hujus nos virtutes per mundanum opus diffuſas multis vocabulis invocamus, quoniam nomen ejus cuncti, proprium videlicet, ignoramus. Ita fit, ut, dum ejus quaedam quaſi membra carptim variis ſupplicationibus proſequimur, totum colere profecto videamur.* Finem vero epiſtolae hac formula facit: *Dii Te ſervent, per quos & eorum atque cunctorum mortalium communem patrem univerſi mortales, quos terra ſuſtinet, mille modis concordi diſcordia venerantur.* Eadem aetate *Longinianus* vixit, Deorum itidem cultor, ſed *Maximo* moderatior: qui, rogatus ab *Auguſtino*, quidnam de vera Deum placandi & ad felicitatem perveniendi ratione ſentiret, reſpondit: (†) *Per minores Deos perveniri ad ſummum Deum, non ſine ſacris purificatoriis.* Praeter vitae caſtitatem & integritatem, ſacris quibusdam caerimoniis & purgationibus opus eſſe ducebat homini, qui Deo familiaris eſſe vellet. Eadem, qua haec ſcribit, epiſtola ſummum omnium Deum *unum* nuncupat, *univerſum*, *incomprehenſibilem*, *ineffabilem*, & *infatigabilem* (*i*) *creatorem.*

317 Sed nec hos ſolum, verum omnes omnino, qui Diis ſtudebant, nullo modo Deorum aeternorum & aequalium multitudinem quamdam invocaſſe, locuples auctor nobis eſt *Arnobius.* Is enim conquerentes facit eos de Chriſtianorum iniquitate, quod tanti criminis atque levitatis falſo & malitioſe ab illis infimularentur. (§) *Fruſtra nos*, inquiunt, *falſo & calumnioſo inceſſitis & appetitis crimine, tamquam inficias eamus,* DEUM *eſſe* MAJOREM, *quum a nobis & Jupiter nominetur, &* OPTIMUS *habeantur &* MAXIMUS, *quumque illi auguſtiſſimas ſedes & Capitolia conſtituerimus immania.* Has ut querimonias *Arnobius* comprimat, primo quidem, quanta laboret vulgaris de Deo doctrina confuſione, docet, neque fieri non poſſe, declarat, quin infinitae ex poëtarum de Diis fabulis naſcantur tenebrae, in quibus res geſtae veterum heroum atque dogmata de Deo unum veluti diſciplinae corpus conſtituant. Addit, vehementer mugari eos, qui Jovem, cujus pater & mater, avus &

(*) Ep. XLIII. (†) Ep. XXI.
(§) Lib. I. p. 19. (p. 28. ed. Heraldi.)

ſuiſſe. Cum Socinianorum aut Arianorum diſciplina componi poſſe quodammodo *Juliani* philoſophiam, praeclare intelligo; non item cum illa, quae recte ſentientibus Chriſtianis placet, de filio Dei ſententia. Etenim non aegre concedet *Arii* aut *Socini* aſſectator, filii illius Dei, qui certo tempore in Judaea natus eſt, ideam aut formam ex omni aeternitate in Deo fuiſſe.

(*i*) *Creatorem*] Utraque & *Maximi* & *Longiniani* epiſtola legitur inter *Auguſtini Epiſtolas*: illa eſt XVI. *p.* 15. *T.* II. *Opp.* haec CCXXXIV. *p.* 641. Verba, quae hic exſtant: *Per minores Deos*

& avia carminibus publice celebrentur, omnipotentem esse Deum, contendant. *Nam Deus omnipotens mente una omnium & communi mortalitatis assensu neque genitus scitur, neque novam in lucem aliquando esse prolatus, nec ex aliquo tempore coepisse esse vel saeculo. Ipse enim est fons rerum, fator sacculorum ac temporum. Non enim ipsa per se sunt, sed ex ejus perpetuitate perpetua & infinita semper continuatione procedunt. At vero Jupiter, ut vos fertis, & patrem habet & matrem, avos & avias, nunc nuper in utero matris suae formatus.* Deinde, postquam, ut opinor, secum reputaverat *Arnobius*, aut plane rejici haec veterum poëtarum commenta a viris sapientibus, aut in habitum figuramque formari similitudinum & imaginum aliarum rerum, totam hanc disputandi rationem ingenue dimittit, neque Jovem verum illum esse omnipotentem Deum, quem Christiani quoque colant & venerentur, negat. Sed haec, quae concesserat, continuo ad Christianorum refert commoda. Injustissimos enim mortalium Deorum esse concludit patronos, qui, quum eumdem, quem Christiani, Deum revereantur, tantis tamen hos calamitatibus atque miseriis excrucient. *Sed sint, ut vultis, unum, nec in aliqua vi Numinis & majestate distantes, ecquid ergo injustis nos persequimini odiis? Quid, ut ominis pessimi, nostri nominis inhorrescitis mentione, si quem Deum colitis, eum & nos? aut quid in eadem caussa vobis esse contenditis Deos, inimicos atque infestissimos nobis? Etenim, si una religio est nobis vobisque communis, cessat ira coelestium.* Haec ita diluere studebant Deorum cultores: *Sed non idcirco Dii vobis infesti sunt, quod omnipotentem colatis Deum, sed quod hominem natum, & quod personis infame est vilibus, crucis supplicio interemtum, & Deum fuisse, contenditis, & superesse adhuc creditis, & quotidianis supplicationibus adoratis.* Sed respondet *Arnobius: Si vobis jucundum est, amici, edissertate, quinam sint hi Dii, qui a nobis Christum coli, suam credant ad injuriam pertinere: Janus Janiculi conditor, & civitatis Saturniae Saturnus auctor? Fauna, Aesculapius, Mercurius? &c. Illi ergo Christum coli, & a nobis accipi & existimari pro Numine, vulneratis accipiunt auribus? & obliti paullo ante sortis & conditionis suae, id, quod sibi concessum est, impertiri alteri nolunt? Haec est justitia coelitum? hoc est Deorum judicium sanctum? Nonne istud livoris est & avaritiae genus? non obtrectatio quaedam sordens, suas eminere solummodo velle fortunas, aliorum res premi, & in contenta humilitate calcari? Natum hominem colimus? Quid enim? Vos hominem nullum colitis natum? non unum & alium? non innumeros alios? quinimo non omnes, quos jam templis habetis vestris, mortalium sustulistis ex numero, & coelo sideribusque donastis? Concedamus interdum, manum vestris opinationibus dantes, unum Christum fuisse de nobis, mentis, animae, corporis, fragilitatis, & conditionis unius: nonne dignus a nobis est tantorum ob munerum gratiam Deus dici, Deusque sentiri? Si enim vos Liberum, quod reperit usum vini, si, quod panis, Cererem, si Aesculapium, quod herbarum, si Minervam, quod oleae, si Triptolemum, quod aratri, si denique Herculem, quod feras, quod fures, quod multiplicium capitum superavit compescuitque natrices,*

Deos &c. non sunt *Longiniani*, sed argumentum, quod epistolae huic in exemplis *Augustini* praemittitur. Ego vero his saeculi quarti, quinti, & sexti auctoribus de religione veteri non esse multum credendum, arbitror. Illa enim aetate, qua fractae jam erant ita & debilitatae Deorum opes, ut vix securi essent a poenis & supplicüs, qui simulacris more majorum supplicabant, antiquarum religionum amici non modo, quibus poterant, viribus eas exornabant, sed etiam conciliatores exsistebant aliqui, qui Christianos & Deorum cultores aut nullo aut modico discrimine distare, nec idcirco esse, cur in hos illi saevirent, contendebant. Ita semper humanis comparatum fuit rebus: Sectae jacentes atque pressae religionis illius, quae publicis munita est legibus, formam & instituta aemulantur & imitantur quodammodo, ne atrae nimis ac deformes rerum videantur dominis.

(k) *Lac-*

ces, Divorum retuliſtis in coelum; honoribus quantis officiendus eſt nobis, qui ab erroribus nos magnis, inſinuata veritate, traduxit? Nihil ego in hac argumentatione requiro, ſi ad eos unice retundendos valere debuit, quorum tum temporis animi a *Chriſti* erant diſciplina averſi. Longe majori enim jure ob beneficia, quae mortalibus exhibuit, in Deorum aggregari numerum *Chriſtus* potuit, quam *Bacchus*, *Ceres*, aut *Hercules* in eum relati ſunt. At qui tantam hujus rationis vim eſſe putat, ut religioni Chriſtianae ſufficiat extra omnem falſitatis ſuſpicionem collocandae, nae hunc ego vehementer falli judico. Majora poſtulantur ab eo, qui perfectam &
318 omnibus numeris abſolutam ſacrorum Chriſtianorum defenſionem ſpondet: nec id ipſe videtur ignoraſſe *Arnobius*. Fateor, non leviter commotos fuiſſe animo Deorum amicos, quum *Chriſtum* in crucem audirent actum eſſe. Sed hoc tamen in primis non quaerebatur in iſtis concertationibus: An recte facerent Chriſtiani, quod hominem in cruce exſtinctum Deum eſſe putarent. Quae tantopere Chriſtianos & Deorum tutores disjungebat, controverſia haec una erat: Num tolerari poſſent homines, qui eos omnes, quibus, praeter unum & infinite potentem Deum, minora alia Numina placebat colere, deteſtandi arguerent erroris, quumque ipſimet mortalem divinis afficerent honoribus, aliorum tamen Deos contumeliis & maledictis lacerarent. Sic *Celſus* litem conſtituit apud *Origenem*: (*) Εἰ μὲν δὴ μηδένα ἄλλον ἐθεράπευον ἢ τὸν Θεὸν, ἢν ἄν τις αὐτοῖς ἴσως πρὸς τὰς ἄλλας αἰτίας λέγων· νυνὶ δὲ τὰ ἐναντία φαίνεται τούτων ὑπεναντιούμενοι, καὶ ἡμῶν ἐδὲν ὠφελεῖν νομίζουσι καὶ τὸν Θεὸν, εἰ μὴ ὑπ' αὐτῶν θεραπεύοιτο. *Si ipſi hi Chriſtiani nullam, niſi unum, colerent Deum, juſtam forte nos vituperandi cauſſam haberent. Jam vero ipſimet divinis honoribus hominem non ita pridem genitum afficiunt, & nihilo tamen minus ſibi perſuadent, nullam ſeſe Deo injuriam inferre, hunc miniſtrum ejus colentes.* Quem ut *Origenes* repulerit, id vero deinceps copioſius conſiderabimus.

Ne quis vero eorum in hac cauſſa judicia requirat, qui principem in antiquis Chriſtianorum doctoribus locum tenent, loquentes audire nonnullos eorum juvabit. Itaque *Clemens* primum *Alexandrinus* in medium prodeat. Namque is non modo gentes Diis ſervientes, Graecos ſaltem, vero ſupplicare Deo, quin ipſum, quem Chriſtiani, Deum, parum licet legitime, venerari, concedit, ſed etiam *S. Petri* hoc ipſum auctoritate confirmare non dubitat: (†) Ὅτι δὲ κατ' ἐπίγνωσιν ἴσασι τὸν Θεὸν, ἀλλὰ κατὰ φαντασίαν, Ἑλλήνων οἱ δοκιμώτατοι, Πέτρῳ ἐν τῷ κηρύγματι λέγει· γινώσκετε οὖν, ὅτι εἷς Θεὸς ἐστιν, ὁ ἀρχὴν πάντων ἐποίησε καὶ πέρας ἐξουσίαν ἔχων. κ. τ. λ. *Quod autem Deum norunt, non per agnitionem, ſed per qualemcumque ejus manifeſtationem, Graecorum probatiſſimi, dixit Petrus in praedicatione:* Cognoſcite ergo, unum eſſe Deum, qui fecit omnium principium, & finis habet poteſtatem. Τοῦτον τὸν Θεὸν σέβεσθε, μὴ κατὰ τοὺς Ἕλληνας, οἳ δηλονότι τὸν αὐτὸν σφῶν ἡμῖν σεβόντων Θεὸν, οὐ τὸν παρ' Ἕλλησι δοκίμων, ἀλλ' ὃν κατ' ἐπίγνωσιν παντελῆ τὸν ἐκ τοῦ υἱοῦ παραδοθέντα μεμαθηκότων. *Hunc Deum colite, non ut Graeci, utpote quod eumdem, quem nos, colunt Deum viri probi apud Graecos, ſed non perfecta cognitione, ut qui a filio datam non didicerint traditionem.* Μὴ τοίνυν, φησὶ, σέβεσθε, οὐκ εἶπεν, Θεὸν, ὃν οἱ Ἕλληνες, ἀλλὰ μὴ κατὰ τοὺς Ἕλληνας, τὸ τρέπον τὸ τοῦ σεβάσματος ἐναλλάττων ἐπὶ Θεῷ, οὐχὶ δὲ ἄλλον καταγγέλλων. *Ne colatis, inquit, igitur, non dixit, Deum, quem*

(*) Lib. VIII. p. 385.
(†) Strom. VI. p. 635. (Cap. 5. p. 759. ed. Potteri.)

(k) *Lactantius*] Depromta ſunt, quae ſequuntur, ex *Libro de ira Dei Cap.* 11. *p.* 934.

(l) *Alio*

quem Graeci, sed ne colatis, ut Graeci. cultus Dei mutans modum, non autem alium Deum annuntians. Τί ἔν ἐστι τὸ μὴ κῆ τὰς Ἕλληνας ; αὐτὸς Δίφασφίσε Πέτρος ἐπιφέρων. —— μορφώσαντες ξύλα καὶ λίθους, χαλκὸν καὶ σίδηρον, χρυσὸν καὶ ἄργυρον —— σέβουσι, —— καὶ νεκρὰ νεκροῖς προσφέρουσιν, ὡς θεοῖς. *Formant ligna & lapides, aes & ferrum, aurum & argentum, eaque colunt,* —— *& mortua mortuis offerunt, tanquam Diis.* Addit locum alium ex libro, qui sub nomine *Petri Praedicatio* veteribus notus fuit: Μηδὲ κῆ Ἰουδαίως σέβεσθε κ. τ. λ. *Neque colite, ut Judaei &c.* Σαφῶς γάρ, οἶμαι, ἐδήλωσεν ὁ ἕνα καὶ μόνον θεὸν ἐκ μὲν Ἑλλήνων ἐθνικῶς, ἐκ δὲ Ἰουδαίων Ἰουδαϊκῶς, καινῶς δὲ ἐφ' ἡμῶν καὶ πνευματικῶς γινωσκόμενον. *Aperte enim, ut arbitror, ostendit, unum & solum Deum a Graecis quidem gentiliter, a Judaeis autem Judaice, nove autem a nobis cognosci & spiritualiter.* Ὅτι ὁ αὐτὸς θεὸς ἀμφοῖν τοῖν διαθήκαιν χορηγὸς, ὁ καὶ τὴν Ἑλληνικὴν φιλοσοφίας δοτὴρ τοῖς Ἕλλησιν, δι' ἧς ὁ παντεπόπτης παρ' Ἕλλησι δοξάζεται, παρέσχετο. *Idem enim Deus suppeditavit utrumque testamentum, & Graecis etiam dedit philosophiam Graecam, per quam omnipotens a Graecis gloria afficitur.*

Alter testis (*k*) *Lactantius* sit *Firmianus.* Nam & is aliquot in locis largitur, qui Deos olim coluerunt, summum tamen Numen professos esse. *Summum Deum & philosophi, & poëtae, & ipsi denique, qui Deos colunt, saepe fatentur.* Ex quo efficit, ceteros omnes, quos pietate ac religione vulgo persequerentur, Deos unius summi maximique Dei tantum ministros, & ab eo conditos esse. Quapropter, quod in illis desideraret, hoc unum habebat, famulos & satellites istos summi Numinis Deos tamen audire, atque tali jure coli, quali neminem oporteret coli, nisi Deum illum, a quo res omnes reliquae fluxissent. (*l*) Alio loco, postquam eos, qui plurium Deorum arbitrio, quorum nulli juris aliquid in alterum esset, hunc orbem regi dicerent, aeque sapienter id facere monuerat, atque si contenderent, in 319
uno corpore humano multas esse mentes unius imperio subjectas, sic pergit: *Quod quia intelligunt isti assertores Deorum, ita eos praeesse singulis rebus ac partibus, dicunt, ut tantum unus sit rector eximius. Jam ergo ceteri non Dii erunt, sed satellites ac ministri, quos ille unus, maximus, & potens omnium officiis his praefecit, ut ipsi ejus imperio & nutibus serviant. Si universi pares non sunt: non igitur Dii omnes sunt. Non enim potest hoc idem esse, quod servit, & quod dominatur. Nam si Deus est nomen summae potestatis, incorruptibilis esse debet, perfectus, impassibilis, nulli rei subjectus. Ergo Dii non sunt, quos parere* UNI MAXIMO DEO *necessitas cogit.* Addamus aliud (*m*) ex *eodem Libro* hujus generis pronuntiatum: *Nunc satis est demonstrare, summo ingenio viros attigisse veritatem, ac prope tenuisse, nisi eos retrorsum infatuata pravis opinionibus consuetudo rapuisset, qua & Deos alios esse opinabantur, & ea, quae in usum hominis Deus fecit, tamquam sensu praedita essent, pro Diis habenda & colenda credebant,* nominatim stellas. (*n*) Nec ita multo post: *Quodsi,* inquit, *cultores Deorum eos ipsos se colere putant, quos summi Dei ministros appellamus, nihil est, quod nobis faciant invidiam, qui unum Deum dicamus, multos negemus.*

Tertius testimonium dicat *Eusebius Caesareënsis*; qui, quid suo tempore de diis senserint, qui Christianorum invidebant rebus, his verbis exponit: (*) Ἕνα γὰρ διὰ θεὸν παντὶῳ διωκέμενοι τὰ πάντα πληροῦν, καὶ διὰ πάντων διήκειν, καὶ πᾶσιν ἐπιστατεῖν· ἀσεμά-

(*) Praepar. euang. Lib. III. C. 13. (p. 121.)

(*l*) *Alio loco*] *Divinar. instit. Lib.* I. *Cap.* 3. *p.* 25.

(*m*) *Ex eodem libro*] *Cap.* 5. *p.* 40.

(*n*) *Nec ita multo post*] *Cap.* 7. *p.* 51.

μάτας ἡ ἢ ἀφχὰς ἐν πᾶσιν εἶ, ἢ ΔΙ᾽ ἁπάντων διήκεις· ἢ τῶν εἰκότως ΔΙᾺ Τ δεδημιουργῆσθαι φασί. *Deum, quum unus ipſe ſit, omnis generis virtutibus univerſa compleſſe, ac per omnia diffuſum, rebus quoque omnibus praeſidere; adeoque ipſum, qui ſine corpore ſenſibus obnoxio rebus inſit omnibus, omnesque pervadat ac permeet, ſeſe per ea, quae diximus, jure ac merito colere venerarique, defendant.* Hoc *Euſebii* dictum curioſius deinceps contemplabimur, ubi diſtinctius religionis ethnicae, quam dicunt, naturam & indolem enodabimus.

(o) *Auguſtinum* jam audivimus aperte profitentem, non usque adeo a veri deſciviſſe regula, qui Deos plures aſſererent, ut unius ſummi Numinis, quod univerſam rerum naturam procreaverit, cognitionem penitus amiſiſſent, ſed omnes Deos ab uno arceſſiviſſe, quo majus nihil ſit ac ſublimius. Ergo *Paulum* tantum *Oroſium* poſtremo producemus, quem *Auguſtino* aequalem fuiſſe novimus. (†) Is vero: *Philoſophi*, inquit, *dum intento mentis ſtudio quaerunt ſcrutanturque omnia, unum Deum auctorem omnium repererunt, ad quem unum omnia referrentur: unde etiam nunc pagani, quos jam declarata veritas de contumacia magis, quam de ignorantia, convincit, quum a nobis diſcutiuntur, non ſe plures ſequi, ſed ſub uno Deo magno plures miniſtros venerari, fatentur. Reſtat igitur de intelligentia veri Dei per multas intelligendi ſuſpiciones confuſa diſſenſio, quia de uno Deo omnium paene una eſt* (p) *opinio.*

320 Sufficiunt haec, ut arbitror, ad veram eorum ſententiam declarandam, qui plures ſibi Deos ducebant religioſe invocandos eſſe, ac, ſi minus fortaſſis omnium, eorum certe, qui poſt exortam Chriſtianam religionem vixerunt, opinionem haud dubie oſtendunt. Multos eſſe Deos, diſputabant. Sed Deorum vocabulo illas omnes honorabant naturas, quae ſupra hominum fortunam eſſent poſitae, rationeque gauderent. *Deum*, ait *Hieronymus*, *quidquid ſupra ſe eſſet, gentiles putabant.* Quare ſimul unum omnium potentiſſimum & maximum ſuſpiciebant & adorabant Deum, a quo reliqua manaſſent omnia, quam ipſe ex nulla re alia natus eſſet aut genitus.

§. XVI. Qui haec contra eſſe cupiunt, ac diximus, eos unum habere locum, intelligo, ad quem ſe recipiant. Sint haec, uti vis, fortaſſe reſpondebunt: verum gentes ſuperſtitioſae, poſtquam coeleſtis doctrinae lumen mortalibus illuxerat, veteres correxerunt atque limarunt veluti, ne nimis deformes appare-

(†) Hiſtor. Lib. VI. Cap. 1. (p. 416. ed. Fabricii.)

(o) *Auguſtinum*] *Libro* XX. *contra Fauſtum Manich. Cap.* 19. *p.* 246. *T.* VI. *Opp.*

(p) *Opinio*] Veterum Chriſtiani gregis doctorum de religione ethnica teſtimonia non eodem omnia loco ſunt habenda, verum caute ponderanda. Sunt in illis aliqua, quae religionis illius vanitatem, levitatem, & amentiam ita deſcribunt, ut modum etiam nonnullis excedere videantur. At rurſus illi, qui tam acerbe de ſacris judicant popularibus, quum e re ſua id eſſe vident, veterum, poëtarum in primis & philoſophorum, de rebus divinis ſcita tam amoenis pingunt coloribus, ut proxime a Chriſtianis abfuiſſe videantur. Cujus quidem rei hae ipſis fuerunt rationes. (I.) Philoſophis & poëtis, nihil erat inter antiquos illos populos praeſtantius & nobilius. Itaque ſperabant, fore, ut religionem Servatoris multo citius amplecterentur, tolerarent ſaltim, Deorum cultores, ſi, quos unice colebant & venerabantur, philoſophos & poëtas antiquos eadem cum Chriſtianis ſenſiſſe, intelligerent. (II.) Verebantur, ne, ſi illos, quos dixi, veteres ſapientiae profeſſores e coelo proſcriberent omnes, & ad cacodaemonis amandarent civitatem, Chriſtiani nominis odium & moleſtiae diſcipulorum Servatoris crescerent. Ergo malebant benigne de philoſophis & poëtis judicare, quam, gravioribus ſententiis in hoc genus latis, invidiam ſibi majorem apud populum concitare. (III.) Novis

rerent, religiones. Qui ante natum Servatorem Deos ſacrificiis placabant, multo ſecus ſentiebant, atque poſteri eorum. Verum hi, quo probabiliorem redderent ac vendibiliorem, quam ſequebantur, diſciplinam, neque prorſus Chriſtianis, fortiter eam invadentibus, ſuccumberent, ornamentis opus ſibi eſſe rati ſunt, quae veritatis ſurripuere profeſſoribus. Qui ſuperiora legerit, eum ſatis jam arbitror intelligere, quanti haec exiſtimanda ſit oratio. Sed dandum eſt aliquid hominibus, quos praejudicata opinio totos ſibi vindicavit & aſſeruit. Ducto itaque ab antiquiſſimis temporibus principio, ex veterum demonſtrare ſtudebo commentariis, neminem umquam ſapientiorem tam pervicaci animo ad Deorum ſeſe cultum applicuiſſe, quin idem unum, ſummum, omnisque legis & cauſſae expertem Deum ceterorum Deorum turbae praeficeret, nec, qui ante natum vixerunt Servatorem, aliter hac de re, atque eos, qui poſt ejus adventum fuerunt, ſenſiſſe.

Scio, fuiſſe (*q*) aliquos, qui, quum idem, quod ego, ſibi negotium ſumſiſſent, praecipuum cauſſae praeſidium in Sibyllinis carminibus notiſſimisque libris illis, qui *Hermetis Trismegiſti* nomen prae ſe ferunt, poſuerint. Ego vero, quoniam horum librorum auctoritatem in ultimum paene diſcrimen non ita pridem a viris doctiſſimis adductam novi, aliam plane viam inire conſtitui. Valeant Sibyllina carmina; valeat *Hermes*; & illa quoque (*r*) Deorum oracula valeant, quae a Chriſtianis conficta eſſe, veriſimile nonnullis videri poſſet. Mihi nullis uti placet monumentis, praeterquam illis, in quorum vetuſtatem atque fidem nulla cadere prorſus poteſt ſuſpicio. Ut de Sibyllinis tamen quid ſentiam carminibus, expromam, binis ego modis, qui in eorum inquirunt dignitatem, a vero aberrare, arbitror. Sunt, qui tanto eorum ducuntur ſtudio, ut omnia, quae Sibyllina hodie dicuntur, carmina ſine ulla dubitatione recipiant, tamquam a Sibyllis profecta. Quod ego quidem genus nimis eſſe hebes ac obtuſum opinor, eo quod in iſta Sibyllinorum verſuum, qua hodie utimur, collectione multa eſſe commentitia & futilia, vel ipſa doceat inſpectio. Erat ſcilicet olim nonnullis eorum, qui *Chriſtum* videri volebant conſectari, in more poſitum, ut piis dolis atque fallaciis ſtuderent, veritatemque Chriſtianae religionis mendaciis & inficetis ingenii ſui inventis communiri poſſe, temere & abſurde (*s*) putarent. Quam quidem rem cum haec car- 321
mina, de quibus loquimur, tum multa exempla alia, quae ſilentio nunc praeter-
eo,

vitatis accuſabant religionem Chriſtianam, id quod ex *Apologiis* Chriſtianorum doctorum conſtat, qui Diis ſtudebant, & majorum ſacra repudiari poſſe negabant. Ad hoc telum retundendum nullum aptius cenſebant eſſe remedium antiſtites Chriſtiani, quam ſi dogmata ſua vetuſtiſſimis ſapientibus, *Socrati*, *Homero*, *Platoni*, *Ariſtoteli*, & omnibus, quorum magna erat inter gentes auctoritas, jam dudum placuiſſe, aſſeverarent. De gravitate harum rationum nunc quidem differere nolo: id vero pono, nili qui eas ſemper ob oculos habuerit poſitas, neminem ea, quae de philoſophorum & poëtarum religione & ſentibus *Clemens*, *Origenes*, *Lactantius*, *Minutius*, *Athenagoras*, reliqui ſcripſerunt, vero ſuo aeſtimaturum eſſe pretio. Multi certe a *Clemente*, *Lactantio*, & aliis inter unius Dei refe-

runtur profeſſores & Chriſtianae diſciplinae fautores, quos iis, qui omnes contemnunt religiones, & Deum a natura non ſejungunt, ſatius fuiſſet adſcribere.

(*q*) *Aliquos*] *Auguſtinum Eugubinum* intelligit, *Mutium Panſam*, & alios, qui concordiam veteris religionis ethnicae & diſciplinae Chriſtianae ex inſtituto demonſtrare ſtuduerunt. Quamquam & idem jam fecerunt primorum temporum doctores, *Clemens*, *Juſtinus*, *Lactantius*, totque alii.

(*r*) *Deorum oracula*] Quae a *Juſtino M. Oration. ad Graecos*, *Euſebio* in *Praepar. evangel.* & aliis producta ſunt.

(*s*) *Putarent*] Turpis iſte mos, quem merito vir doctiſſimus exſecratur, ex Aegypto ad reliquos greges Chriſtianos una cum aliis malis di-

Digitized by Google

eo, extra omnem controverſiam collocant. Nihil eſt hoc inſtituto perverſius aut ignobilius. Nam & ipſi hi fallaciarum architecti, ſe cauſſae ſuae facultate parum confidere, hoc more teſtabantur: neque ullam rationem excogitare potuiſſent, quae falſitatis nomine totam religionem Chriſtianam magis redderet ſuſpectam, ſeris in primis nepotibus, quam hanc ipſam. Quod quidem tantum apud animum meum valet, ut ipſum inferorum principem, qua eſt verſutia & calliditate, has ſacris Chriſtianis ſtruxiſſe inſidias, conjiciam. Atque haec reputanti mihi non ille videtur deſipere, qui in diſceptationem vocaret: utrum religionis Chriſtianae veritas ac divinitas ex eo dilucidius appareat, quod aperta vis infenſiſſimorum ejus hoſtium nihil prorſus adverſus eam profecerit, an vero hoc divinam ejus virtutem potentius declaret, quod ex dolis fallaciisque illorum, qui malis eam defendebant artibus, nihil detrimenti vel infamiae ceperit. Sed ad Sibyllina redeo carmina. Sunt contra alii, qui omnia, quae de rebus Chriſtianis in his ſcripta ſunt oraculis, ad veteratorum commenta referunt, acriterque negant, in antiquis vaticinationibus Sibyllinis, quae in quindecimvirorum datae erant cuſtodiam, aliqua de *Chriſto* ejusque regno ac doctrina praedicta fuiſſe. In his agmen (*t*) *Blondellus* ducit, vir longe doctiſſimus, qui multa in hanc disputavit ſententiam. Sed ex *quarta* tamen *Virgilii Ecloga* ſine ulla controverſia conſtat, creditum fuiſſe tum temporis, in Sibyllae Cumaeae carminibus de novo quodam florentiſſimoque regno feliciſſimoque terrarum orbis extrema ejus aetate ſtatu oracula quaedam exſtare:

Ultima Cumaei venit jam temporis aetas,
Magnus ab integro ſaeclorum naſcitur ordo,
Jam redit & virgo, redeunt Saturnia regna,
Jam nova progenies coelo deſcendit alto.

Ci-

manavit. Tanta quidem eſt ingenii humani perverſitas, ut etiam ſine inſtitutione per ſe ad eiusmodi flagitia deſciscere potuerint degeneres Chriſtiani: at certus tamen ſum, ſcabiem Aegypti & corruptos mores Alexandrinorum in hanc mentem potiſſimum doctores Chriſtianos impuliſſe. Alexandrini Judaei, quod vel *Artſeae* docet *Hiſtoria* aut *Liber ſapientiae*, ut multa omittam eius generis alia, eum ante natum ſervatorem exempla hujus dederant improbitatis, & varia, invita veritate, commenti erant partim ad religionis ſuae praeſtantiam demonſtrandam & contra adverſariorum inſultus communiendam, partim ad fratrum animos confirmandos. Ex his quum multi poſtea ad Chriſtianos acceſſiſſent, idem ſibi, quod antea, credebant eſſe licitum, libroſque confingebant Hermeticos, Sibyllinos, & alios, ut apud imperitam multitudinem plus adjumenti & auctoritatis rebus Chriſtianis conciliarent. Nec enim, qui hos commentitios attentus inſpexit libros, dubium eſſe ulli poteſt, quin ab hominibus Judaeis compoſiti ſint. Ipſi autem Judaei peſſimam hanc conſuetudinem, ut opinor, acceperunt cum a philoſophis Alexandrinis docentibus, tum a ſacerdotibus Aegyptiis. Sacerdotes Aegyptios & ſapientes, adſcito *Hermetis* nomine, multos edidiſſe libros, ipſe fatetur *Iamblichus de myſteriis Aegyptior.* Cap. 1. *p.* 1. Quibus adde, quae ex *Galeno* & *Diodoro Siculo* obſervavit *Jo. Alb. Fabricius Biblioth. Graec. Lib.* VI. *Cap.* 12. §. 2. *p.* 128. Hos imitabantur Platonici & Pythagoraei, quorum in ſcholis tritiſſimum hoc dogma erat, non peccare, qui dolis & mendaciis veritati ſubveniat: id quod copioſius docui *Diſſ. de turbata per recent. Platonicos eccleſia* §. 26. *ſ. p.* 54. Atque hi philoſophi jam ante natum Servatorem & primis rei Chriſtianae ſaeculis magna in auctoritate poſiti erant inter Aegyptios, & publice juventutem Alexandriae inſtituebant: neque principes Judaeorum magiſtri, quod *Philonis* ſatis declarat exemplum, diſciplinam ab illis accipere verebantur. Poſtea & Chriſtiani ſuos eorum committebant fidei. Faciunt haec, ut arbitror, non nihil ad diminuendam moris hujus a Chriſtianis ſuſcepti, quem rectiſſime alioquin vir doctiſſimus detestatur, improbitatem. Temporum enim ſuorum qui, dum fallit, inſtituta ſequitur, eaque a viris ſapientiae laude celeberrimis probata, is, tametſi plane excuſari nullo modo queat, aliquanto tamen majorem habet excuſationem, atque ille, quem ſola mentis malitia incitat, ut fu-

Digitized by Google

Ciceronis deinde tempore, id quod ipſemet ſcriptum reliquit, erant, qui ad *Caeſa-* 322
rem pertinere contendebant, quae in Sibyllinis libris de novo quodam regno praenuntiata legebantur. (*) *Sibyllae verſus obſervamus, quos illa furens fudiſſe dicitur: quorum interpres* (†) *nuper falſa quadam hominum fama dicturus in ſenatu parabatur, eum, quem re vera regem habebamus, appellandum quoque eſſe regem, ſi ſalvi eſſe veliemus.* *Cicero*, qui Romanis rebus nec optandum eſſe regem, neque ferendum, ſi exoriretur forte, exiſtimabat, tam impatienter hanc interpretationem carminis Sibyllini poſt fata ferebat *Caeſaris*, ut non ipſis tantum Sibyllinis libris, ſed & interpretibus ac lectoribus eorum invidiam creare propterea nil dubitaret. *Hoc ſi eſt in libris*, inquit, *in quem hominem & in quod tempus eſt? Callide enim, qui illa compoſuit, perfecit, ut, quodcumque accidiſſet, praedictum videretur, hominum & temporum definitione ſublata. Adhibuit etiam latebram obſcuritatis, ut iidem verſus alias in aliam rem poſſe accommodari viderentur. Non eſſe autem illud carmen furentis, tum ipſum poëma declarat, (eſt enim magis artis & diligentiae, quam incitationis & motus) tum vero ea, quae ἀκροστιχὶς dicitur, quum deinceps ex primis verſuum litteris aliquid connectitur. Quamobrem Sibyllam quidem ſepoſitam & conditam habeamus, ut, id quod proditum eſt a majoribus, injuſſu ſenatus ne legantur quidem libri.* Ad extremum haec addit: *Cum antiſtitibus agamus, ut quidvis potius ex illis libris, quam regem, proferant, quem Romae poſthac nec Dii nec homines patientur.* Spem hanc *Ciceronis* eventus quidem fefellit, neque diu rege caruit Romanorum respublica: nihil quoque habuit, cur dubitaret vir diſertus, an in Sibyllinis verſibus oraculum aliquod de novo inter homines ſtabiliendo imperio exſtaret. Attamen, qui hanc vaticinationem Romanis novum polliceri regem tum temporis putabant, pariter in errore verſabantur. Longe enim aliud a Sibylla regnum fuiſſe promiſſum, illa ſatis oſtendit, quam *Virgilius Eclega quarta* producit, deſcriptio ejus; tametſi vates aſſentatorie totum iſtud ad *Sa-*

(*) Cicero de div. Lib. II. (C. 54. p. 3238. T. IX. Opp.)
(†) L. Cotta quindecimvir.

cum aliis faciat. Neque ſoli hoc ſe crimine contaminarunt *Chriſti* aſſectatores, quod inepte ſibi perſuadent religionis noſtrae adverſarii. Nam & philoſophi a Chriſtianis averſi, & illi, qui ſe Chriſtianos eſſe mentiebantur, Gnoſtici eodem tempore pari audacia falſa excogitarunt *Zoroaſtris*, *Orphei*, *Meſi*, & multorum aliorum ſcripta. Vid. *Porphyrius* in *Vita Plotini Cap.* 16. *p.* 118. & *Clemens Alex. Stromat. Lib.* I. *C.* 15. *p.* 357. Quod quidem facinus iterum oſtendit, non tam animi quoddam inſigne vitium, aut ipſius religionis naturam, id quod ſtulte ac ridicule criminantur Servatoris noſtri hoſtes, Chriſtianos adduxiſſe, ut fraudibus ejusmodi ſibi conſulerent, quam mores & inſtituta ſaeculi, auctoritatemque magnorum virorum: quibus quidem rebus citius, quam fas eſt, etiam illi parere ſolent, quibus nec ſapientia ceteroquin nec virtus deeſt.

(*t*) *Blondellus*] *Opere de Sibyllis* Gallico *Pariſ.* 1649. 4. non nimis exiguo, ſi dictionem ſpectes, at doctrina & eruditione maxima refercto. Multi fuerunt & ſunt inter Britannos viri longe doctiſſimi, quibus hoc *Blondelli* diſplicet opus, quoniam ad priſcorum eccleſiae doctorum, qui Sibyllinis carminibus contra Deorum cultores uſi ſunt frequentiſſime, infamiam pertinere, putant, ſi nihil exſtitiſſe de *Chriſto* ſcriptum credatur in antiquis Sibyllinis voluminibus. Igitur, non ſecus ac *Cudworthus*, de iſta quidem quam habemus hodie, Sibyllinorum carminum collectione parum praeclare ſentiunt, at non dubitant tamen, quin in antiquis illis carminibus, quae Romani aſſervarunt, multa de *Chriſto* lecta fuerint oracula, Deusque feminis quibusdam futurum Meſſiae regnum praeſignificaverit. Vid. ex multis *Guil. Beveregius* in *Codice canon. illuſtrato Cap.* 14. §. 10. *p.* 61. *ſ.* & *Humphr. Prideaux Hiſtoire des Juifs Tom.* V. *Liv.* IX. *p.* 190. viri celeberrimi, qui eandem, quam hic *Cudworthus*, ingrediuntur viam, & iisdem rationibus rem agunt, de qua loquimur. Nec multum diſſentit, etiamſi de auctore horum carminum aliter cenſeat, *Ignacus Voſſius*, *de Sibyllinis oracul. Cap.* 8. *p.* 66.

Saloninum referat oraculum. Quamobrem, quod Sibylla cecinit, imperium novum aureumque saeculum, id ego Messiae sive Servatoris nostri regnum tempusque introductae religionis Christianae significare, arbitror. Ceterum, quod de Sibyllinis versibus idem habet *Cicero*: (†) *Valeant ad deponendas potius, quam suscipiendas religiones*, id plus valuisse carmina haec ad delendas, quam ad amplificandas Deorum religiones, videtur indicare. Quare nescio, an is male conjecerit, qui, fore, ut, unius Dei religione in orbem introducta, veteres labefactarentur ac tollerentur superstitiones, in his versibus fuisse praesignificatum, existimaverit. Quod si mirum videatur alicui, feminas superstitione devinctas Diisque amicas *Christi*, Servatoris nostri, adventum multo ante praedixisse, is mirari desinet, si *Balaamum*, Magum aut praestigiatorem Syrum, eumdem clare praenuntiasse, meminerit. Quamquam quid hac opus est responsione? Incertum enim est, anne ex sacris vatibus hausta sint omnia, quae de *Christo* Sibylla memoriae prodidit. Quanam ratione id factum sit, equidem haud dixerim: at, quod Sibyllina vates iisdem figuris ac similitudinibus futuras illas delicias, quas spondet, adumbrat, quibus sacer codex, id ego satis declarare judico, quibusnam ex rivalis hortos ea suos irrigaverit. Liceat unam tantum apponere formulam:

(v) —— *Nec magnos metuent armenta leones,*
Occidet & serpens, &c.

Sed nec omittenda est *Ciceronis* querimonia, divulgari nimis Sibyllina poëmata, molestе ferentis. Haec enim, tametsi *quindecimviri* vigiles his libris atque custodes dati essent, emanasse tamen ex illis aliqua in vulgus, publiceque fuisse lecta, argumento est. Atque haec ipsa, quae ex penetralibus exierant, exempla occa-
323 sionem dedisse suspicor hominibus, quos imprudens rei Christianae ac praeposterum studium ad pias fraudes mendaciaque officiosa audenda stimulabat, ut, quae ipsimet excogitaverant, plurima ceteris carminibus sinceriоribus audacter adderent. Nisi enim sedem veluti quamdam ac fundamentum in ipsa veritate positum habuisset haec tanta fallacia, quemadmodum aut concipi primum, aut deinde longe lateque fluere potuisset, temporeque roborari, id vero nullo plane modo intelligitur. Accedit *Celsi*, hostis Christianorum, testimonium, qui Sibyllam maluisset a Christianis divinis honoribus ornari, quam Servatorem nostrum, *Jesum Christum*. Is enim quum audisset, Sibyllae auctoritate Christianos in primis ad Deo-

(*) De Div. L. II. l. c.

(v) *Nec magnos*] *Virgilii* versus sunt *Eclog.* IV. vs. 22. 24.

(x) *Celsus*] Vid. *Origenis Lib.* V. *contra Celsum p.* 272.

(y) *Diceretur*] Quae de Sibyllinis carminibus dici possent, exhausit prope omnia vir eximius, *Jo. Alb. Fabricius*, *Biblioth. Graecae Libro* I. Ergo, quae hic disputavit doctissimus *Cudworthus*, missis omnibus aliorum conjecturis & sententiis, breviter tantum attingam. Putat ille, id quod multi etiam alii Britannicae gentis faciunt, qui fidem antiquorum ecclesiae doctorum contemni nolunt, in vetustissimis Sibyllae carminibus de servatore nostro & eius regno lecta fuisse quaedam oracula, idque partim ex *Virgilio*, partim ex *Cicerone* probat. In sententiae huius veritatem non placet nunc inquirere: nec, si placeret, commode fortassis id fieri posset, quoniam antiqua illa carmina aut plane perierunt, aut cum recentioribus confictisque carminibus ita hodie sociata sunt, ut discerni nullo modo queant. Utrumque vero, quod ad eam firmandam vir doctissimus adhibet, argumentum leve mihi videri, non diffiteor. *Virgilius*, aut totus ego fallor, aut hoc tantum canit, *magni* illius *ani*,

Digitized by Google

Deorum religiones evertendas uti, non hoc eis exprobrat, quod omnium, qui circumferrentur, ejus generis verſuum ipſi eſſent auctores, verum hoc unice, quod intruſiſſent in ea quaedam Chriſtianis parentibus nata: (*) Ὑμεῖς δὲ καὶ Σιβυλλαν, ἣ χρῶνταί τινες ὑμῶν, εἰκότως ἂν μᾶλλον πεπείκατε ὡς θεοῦ παῖδα, νῦν δὲ παραγγέλλειν μὲν εἰς τὰ ἐκείνης πολλὰ καὶ βλάσφημα εἰκῇ δώκατε. *Vos vero potiori jure Sibyllam, qua multi veſtrum auctore utuntur, tanquam Dei filiam praedicare potuiſſetis: nunc vero vos in carmina ejus multa intruſiſtis Deo indigna & impia.* *Origenes*, quo hanc diluat accuſationem, honorique Chriſtianorum pro viribus conſulat, *Celſum* negat oſtendere potuiſſe, quaenam eſſent illa, quibus Chriſtiani Sibyllina depravaſſent carmina; quodſi enim puriores & antiquiores producere potuiſſet codices, quibus illi deſuiſſent loci, quos in rem ſuam *Chriſti* ſectatores tum convertebant, hominem id minime omiſſurum fuiſſe. Ego vero illa aetate incorrupta & antiquiora reperta eſſe exempla, atque in ea *Celſum* caſu incidiſſe, multo eſſe arbitror probabilius: quibus quidem, ut vitiatorum Sibyllae carminum Chriſtianos poſtularet, excitatus homo fuit. Utcumque eſt, non omnes illi, qui *Chriſtum* iſtis temporibus profitebantur, ex Sibyllinis carminibus, quibus Deorum coarguerent aſſertores, argumenta ſumſiſſe videntur. Docent hoc ipſa *Celſi*, quae attulimus, verba, quibus aliqui tantum ab eo accuſantur: ἣ χρῶνταί τινες ὑμῶν: *quibus veſtrum utuntur aliqui.* Sed nec omnes Chriſtiani Sibyllam divinitus afflatam eſſe, concedebant. (x) *Celſus* enim quum ſectae inter Chriſtianos, *Sibylliſtarum* dictae, mentionem feciſſet, *Origenes* ſignificat, hoc nomine ab illis Chriſtianis, *qui Sibyllam vatem negarent fuiſſe divinam*, eos infamari, qui Sibyllinis auctoritatibus Chriſtianam communire religionem conniterentur. Credo, qui in hac opinione erant, metuiſſe, ne divinis aliquid detraheretur oraculis, ſi vero Numine fuiſſe plena Sibylla (y) diceretur. Nos, quod ante monuimus, nihil plane loci dabimus his carminibus inter auctores eos, quibus antiquiſſimos Deorum cultores unum ſummum profeſſos eſſe Deum, convincemus. Quamvis enim fortaſſis in ipſa illa, quae ad nos pervenit, Sibyllinorum carminum collectione quaedam ſint antiqua meliorisque notae; haec tamen qui a fallis ſecernere queat, nemo unus hodie tam ſagax eſt. Sed unum, facere non poſſum, quin huc transferam Sibyllae oraculum, a *Pauſania* ſervatum: ex quo etiam, ut id quaſi praeteriens indicem, intelligitur, non tam arcte concluſa fuiſſe haec carmina, quin nonnulla eorum ex cuſtodia ela- 324
berentur, & in vulgus emanarent. Narrat (z) *Pauſanias*, cladem Athenienſium ad Aegos Potamos his inter alia verbis a Sibylla praedictam fuiſſe:

Καὶ

(*) Origenes contra Celſum L. VII. p. 369.

ni, quem vocabant veteres, imminere exitum: mox igitur omnia fore nova, aureaque tempora reditura eſſe talia, qualia poëtae fingebant Saturni fuiſſe temporibus. Hoc ſi in Cumaeo carmine ſcriptum exſtitit, id quidem in eo lectum fuit, quod pervulgatum erat inter antiquos, magno anno vertente, ſeu, ut *Ciceronis* verbis in *Somnio Scipion.* utar, *quum ad idem, unde ſemel profecta ſunt, cuncta aſtra redierint*, novam plane orbis terrarum faciem futuram, & novum hominum genus exoriturum eſſe. Ita Stoici ſentiebant, ita Platonici, ita alii. Nec ego video, quomodo de *Chriſti* regno vaticinatam eſſe Sibyllam, inde queat probari, etſi magnis ita viſum eſſe non neſciam hominibus. *Cicero* ex Sibyllinis libris de rege quodam prolatum eſſe in ſenatu oraculum, refert. Quibus vero, obſecro, rationibus efficietur, ut nil dubitemus, *Chriſtum* regem illo oraculo praenuntiatum fuiſſe? *Cicero* obſcurum, ambiguum, & flexiloquum illud effatum fuiſſe, declarat, *temporum hominumque definitione ſublata.* Nobis igitur, quod in ſe incertum erat olim, ratione certum facere licebit hodie?

(z) *Pauſanias*] In *Phocicis* ſeu *Libro X. Graeciae Cap. 9. p. 820. ed. Kuhnii.*

(a) Ex-

Καὶ τότ' Ἀθηναίοισι βαρίστενα κήδεα θήσει
Ζεὺς ἰψιβρεμέτης, ὅστις κεράτῳ ἐνὶ μέγιστον.

Ac tum Cecropidis luctum gemitusque ciebit
Jupiter altitonans, rerum cui summa potestas.

Cui loco aliud (*a*) ex eodem scriptore antiquae vatis Palladeae oraculum adjicere possem, quo Dei aeternitas atque immutabilis natura plane ac perspicue declaratur:

Ζεὺς ἦν, Ζεὺς ἐστι, Ζεὺς ἔσται, ὦ μεγάλε Ζεῦ.

Juppiter est, fuit, atque erit: o bone Juppiter alme.

Praeter ea, quae Sibyllae tribuuntur, carmina, alia quoque exstant ipsorum Deorum illorum, quibus supplex fuit antiquitas, oracula, unum summum maximumque Deum esse testantia. Ex his vero illa, quae post natum Servatorem dicuntur fusa, quum deficerent jam pleraque oracula, nec non ea, quae in Christianorum tantum leguntur libris, tametsi magnam partem ex *Porphyrii de oraculis Libro* desumta sint, omnem a se fraudis suspicionem depellere nequeunt. Quamobrem nec his pugnabimus. Sed nil tamen impedit, quo minus unum Apollinis Clarii oraculum ex (*b*) *Macrobio* proferam, quo non modo unus summusque Deus laudatur, sed etiam Hebraeo nomine *Jaob* appellatur.

Φράζεο τ' πάντων ὕπατον θεὸν ἔμμεν Ἰαώ.

Decet te summum maximumque Deorum omnium Jao appellare.

Bene satis haec dicta forent, nisi Clarius hicce daemon callide ad solem has laudes transferre studeret, ac si is unus ille maximusque Deus verusque *Jao* esset. Exstat & aliud antiquum (*c*) Jovis Dodonaei oraculum, *Themistocli* datum, quod, adjuncta *Themistoclis* interpretatione, non male huc referri posset. Jubet oraculum *Themistoclem πρὸς τὸ ὁμώνυμον τοῦ Θεοῦ βαδίζειν, ad cognominem Deo illi proficisci.* Id *Themistocles* de Persarum rege judicat esse dictum: Μεγάλως γὰρ ἀμφοτέρους εἶναί τε καὶ λέγεσθαι βασιλέας. *Utrosque enim magnos reges* (diverso licet modo) *& esse & vocari.*

Qui *Hermetis* hodie *Trismegisti* nomine splendent, libri communibus eruditorum hominum, quos recentior vidit aetas, suffragiis confixi jacent, neque est, qui vel aliquam eorum partem antiquo *Hermeti* audeat asserere. Sed repugnat (*d*) *Athanasius Kircherus*, nihilque in illis, nisi quod castum ac sincerum, deprehendi, con-

(*a*) *Ex eodem scriptore*] *Phocicis Cap.* 12. *p.* 828.
(*b*) *Macrobio*] *Saturnal. Lib.* I. *Cap.* 18. *p.* 290.
(*c*) *Jovis oraculum*] Refert illud *Plutarchus* in *Vita Themistoclis T.* I. *Opp. p.* 225. Mihi vis hujus oraculi ad id probandum, quod vir doctus certum esse vult, nulla prope videtur esse. Contra res ipsa docet, totum hoc oraculum a *Themistocle* aut confictum esse, aut, si vere redditum fuit, sacerdotibus Jovis suppeditatum, quo regi Persarum, quem sibi conciliare studebat, eo melius adulari posset.
(*d*) *Athan. Kircherus*] In *Oedipo Aegypt. & Obelisco Pamphilio p.* 35. *f.*
(*e*) *Siderum cultor*] Ita *Dinon* & *Hermodorus* nomen *Zoroaster* expoluerunt, teste *Diogene Laertio Prooem. Segm.* 8. *p.* 6. quos *Scaliger* & alii re-

contendit. Nos quidnam de his libris ſentiamus, opportuno magis loco inferius explicabimus.

Populi, qui orientem ſpectant ſolem, neminem habent Theologorum, qui vel antiquitate, vel gloria nominis, vel denique ſtudio erga Deos *Zoroaſtre* clarior ſit. Graecis, quem *Orpheo* hoc in genere anteponant, nullus omnino eſt. *Zoroaſter* ita remotus eſt ab hominum memoria, ut mirifice ſcriptores inter ſe diſſideant, qui aetatem ejus conſtituunt. Multos vero Deos ipſi fuiſſe cultos, tam certum habetur vulgo, ut ſint etiam, qui ipſo ejus nomine, quod poſt fata eum accepiſſe demum putant, hanc rem ſignificari velint. *Zoroaſter* enim ajunt idem eſſe, quod (*e*) *ſiderum cultor.* Sono certe ſi vocabuli hujus poteſtas metienda ſit, verbum *Ster* ſive *Eſter* Perſarum ſermone ſtellam denotare, indubitatum eſt. 325
Fueruntque praeterea doctiſſimi viri, qui multa in Europaeis linguis vocabula uſu quotidiano teri, obſervarunt, quorum tamen in Perſia inveſtigandae ſint origines. Attamen, quum Orientis incolas *Zertooſt* & *Zaraduſt* ſcribere, *Agathiam* vero *Zaradem* vocare, quem ceteri *Zoroaſtrem*, videam, propius a veritate putem abeſſe, qui *Ster* terminationem eſſe judicant, a Graecis additam. Sed defendat, quod quisque ſentit: mihi ſatis eſt, ſi philoſophum hunc multos coluiſſe Deos demonſtravero. Id vero (*f*) *Plato* teſtatur, qui *Zoroaſtris* μαγείαν ſive *magiam* nihil fuiſſe aliud docet, quam Θεῶν θεραπείαν, *Deorum cultum.* Quod dum refero *Platonis* dictum, non poſſum, quin ſimul animadverti jubeam, vocem μαγείαν ſenſu primum bono acceptam eſſe, quod & *Porphyrius* hiſce verbis affirmat: (*) Πλεῖ γε μὴν παῖς Πέρσαις οἱ περὶ τὰ θεῖα σοφοὶ καὶ τοῦτο θεράποντες Μάγοι μὲν προσαγορεύονται. *Apud Perſas quidem rerum divinarum ſapientes & Numinis miniſtri Magi appellantur.* Quemadmodum vero Magiae fundamentum certam quamdam naturae cognationem & convenientiam eſſe ferunt: ita etiam antiqui Perſarum & Chaldaeorum Magi, id quod (*g*) *Pſelli* conſtat teſtimonio, συμπαθῆ εἶναι τὰ ἄνω πρὸς κάτω, *cognatas & convenientes ſibi eſſe res ſuperiores & inferiores*, affirmabant. Atqui naturas illas excellentiores, quae cerni oculis nequeunt, quo ſibi placabiles atque benignas redderent, una pietate, ſanctimonia, religioſisque caerimoniis opus ſibi eſſe, primum videntur conſtituiſſe. Fateor interea, non uni, omnipotenti, ſummoque Deo pietatem eorum tantum addictam fuiſſe, ſed multis etiam aliis Numinibus: neque hoc inficior, plurimos ex *Zoroaſtris* diſcipulis non ita multo poſt exceſſum ejus divinum hoc Magiae genus turpiter adulteraſſe, in ejusque locum primum *theurgicam*, quam vocant, *Magiam*, poſtremo γοητείαν ſive artem incantamentis & veneficiis nocendi, cui ſoli hodie *Magiae* nomen imponitur, ſubſtituiſſe. Quantacumque vero Deorum, quos *Zoroaſter* obſervavit, multitudo fuerit, eum tamen ab unius ſummique Numinis profeſſione ſeſe non paſſum eſſe abſtrahi, *Eubuli* nos haud dubitare finit teſtimonium, quod *Porphyrius Libro de antro Nympharum* poſteris prodidit: (†) Πρῶτος μὲν, ὡς ἔφη Εὔβουλος, Ζωροάστρης ἀνέθηκεν ἐν τοῖς πλησίον ὄρεσι σπήλαιον ἐν τῷ

(*) De abſtin. Lib. IV. p. 165. (†) p. 254.

recentiorum ſequuti ſunt. Vide de aliis vocabuli hujus interpretationibus & de ipſo *Zoroaſtre* magnum virum, *Jo. Alb. Fabricium Biblioth. Graec. Lib.* I. *Cap.* 36. *p.* 244. & quos ille nominat.

(*f*) *Platone*] In *Alcibiade* I. *Opp. p.* 32. Ὧν ἡ μὲν μαγεία τις ἐστὶν τῆς Ζωροάστρου τοῦ Ὡρομάζου· Ἐπὶ δὲ τούτου Θεῶν θεραπεία. *Primus* (Magorum) *magicam Zoroaſtri Oromaſii filii docet: eſt autem illa Deorum cultus.*

(*g*) *Pſelli*] In *brevi dogmat. Chaldaicorum declaratione*, quae ad calcem exſtat *Sibyllinorum oraculorum ex edit. Servat. Gallaei, Amſtelod.* 1689. 4.

Digitized by Google

ἄντρον ὄρεσι τῶν Περσίδος, ἀνθηρὸν καὶ πηγὰς ἔχον, ἀνιερώσατο ὁ πρῶτος εἰς παντὸς τῶν κόσμων πατρὸς καὶ ποιητοῦ Μίθρα, εἰκόνα φέροντος αὐτῷ τῶν σπηλαίων τῶν κόσμου, ὃν ὁ Μίθρας δημιουργήσῃ. *Quando-quidem, auctore Eubulo, Zoroaſter primus omnium in montibus Perſidi vicinis antrum natiuum, floridum, fontibusque irriguum in honorem creatoris patrisque omnium Mithrae conſecravit; ita ut antrum conditi a Mithra mundi figuram ei praeberet.* Quantum *Eubuli* hoc dictum momenti hac in cauſſa habeat, is demum recte comprehendet, qui ab hoc ipſo *Mithrae Hiſtoriam* multis voluminibus copioſe perſcriptam eſſe, id quod alio loco (*b*) *Porphyrius* teſtatur, ſecum cogitaverit. Hoc enim nullius fuiſſe, niſi hominis, qui univerſam Perſarum religionem imbibiſſet animo, & explorate cognitam habuiſſet, res ipſa ſatis, ut opinor, declarat. Itaque vel haec ſola nos adducere poteſt *Eubuli* auctoritas, ut *Zoroaſtrem*, veteresque Magos, quibus *Mithrae* myſteria accuratius perſpicere datum erat, Deum quemdam ſole majorem atque praeſtantiorem *Mithrae* deſignaſſe vocabulo, credamus, (*) πάντων nimirum πατρὸς καὶ ποιητοῦ, *parentem atque conditorem omnium rerum, ſeu totius mundi*, cujus partem ſol conſtituit: licet Perſae ceteroquin communiter ſolem in Dei loco habuerint & coluerint. Sed hi tamen Magi ſolem Dei, quem ſummum ducebant, vivam ac ſpirantem veluti imaginem putabant eſſe: quamobrem ſidus hoc colendo ipſum ſe-
326 ſe Deum venerari arbitrabantur. Neque alia illis cauſſa erat, cur ignem ſibi caſte adeundum eſſe judicarent, id quod (*i*) *Maximus Tyrius* teſtatur, quam quod eum ſummi Numinis ſimulacrum & ſpeciem eſſe, perſuaſum haberent. Ad quam ſententiam illud, quod (*k*) in magicis oraculis eſt, referri debet:

Εἰσὶ πάντα πυρὸς ἐκ νοὸς ἐκγεγαῶτα.

Omnia ex uno nata ſunt igne,

id

(*) Mithras ille, qui vocabatur ὁ κρύφιος Θεὸς, *Deus abſconditus*, non erat ſol ille, quem oculis adſpicimus.

(*h*) *Porphyrius*] *Libro* IV. *de abſtinentia a carnib.* §. 16. *p.* 165.

(*i*) *Maximus Tyrius*] Nullus ego dubito, quin hunc locum vir egregius intelligat, qui *Diſſ.* XXXVIII. *p.* 371. exſtat: Περσαι τὸν πῦρ, ἄγαλμα ἡγούμενοι, ἀκόρεστον καὶ ἀδηφάγον. *Perſae ignem colunt, imaginem, quae unum durat diem, rem voracem atque inſatiabilem.* Agit ibi *Maximus* de ſimulacris & imaginibus, quas varii ſibi finxerint populi, naturae divinae. Perſis ait ignem ſignum eſſe Dei. Hoc vero ſignum comparat veluti cum reliquorum populorum ſimulacris, quae ex lapide ſculpta aut ex metallo conflata erant, & multa idcirco ſaecula permanere poterant: a quorum natura quoniam longe diſtat ignis, qui cito fit, & cito perit, ideo ἄγαλμα ἡμέρου, *ſimulacrum Dei, quod diem duret*, aut brevi tempore exſtinguatur & pereat, illum appellat. Interpres reddidit: *elementum quotidianum*; quod recte iam reprehendit *Gerh. Jo. Voſſius de idololatria Lib.* II. *Cap.* 64. *p.* 237.

(*k*) *In magicis oraculis*] Quae *Zoroaſtri* vulgo tribuuntur, *Sect.* II. *vſ.* 29. *p.* 1179. in *Stanleji Hiſtor. philoſ.*

(*l*) *Inſcriptio iſta*] Plures exſtant huius generis inſcriptiones. Vid. *Anton. van Dale Diſſert.* IX. *ad antiquit. & marmora p.* 16. *ſ.* & *Ezech. Spanh. mius Obſerv. ad Juliani Caeſares p.* 144. In veteri lapide Lugduni Gallorum reperto, quem erudite illuſtrat *Jacob. Martini*, monachus familiae Benedictinae, in praeclaro *de veteri Gallorum religione Opere Cap.* 32. *p.* 418. nomen Soli omittitur, & ſimpliciter legitur: Deo Invicto Mithr.

(*m*) *Inſcriptione*] Apud *Gruterum* in *Theſauro inſcription. p.* 34. *n.* 5. Multo plures veterum locos, ex quibus conſtat, *Mithram* Perſis nil, niſi ſolem, fuiſſe, collegit *Thom. Gatakerus* in *Adverſar. miſcellan. Cap.* 21. *p.* 659. *T.* I. *Opp.*

(*n*) *Scaliger*] *De emendatione tempor. Libro* VI. *Cap. de hebdomadibus Danielis p.* 588. quem *Gerh. Jo. Voſſius de idololatria Lib.* II. *Cap.* 10. *p.* 133. *Seldenus de Diis Syris Syntagm.* II. *p.* 179. *Schedius de Diis Germanis p.* 146. & alii ſequuntur. *Thom. Hyde* vero *de veteri Perſar. religione Cap.* 4. *p.* 67. nomen hoc a vocabulo Perſico *Mihr* derivat, quod *amorem* & *miſericordiam* ſignificat. *Adr. Reelandus de veteri lingua Perſica P.* II. *Diſſ. miſcel.*

id eſt, ex uno ſummo Numine. *Julianus* quoque Imperator, quem ſtudio erga ſolem nulli conſtat Perſarum ceſſiſſe, eſſe tamen fatebatur Numen aliquod corporis expers, quod ſole longe majus atque excellentius eſſet. Haec licet ita ſint, haud aegre tamen conceſſerim, fuiſſe inter Perſas, qui, quum mentem ſine corpore meditando non poſſent conſequi, igneam hujus mundi partem, in primis ſolem, mentis atque conſilii compotem fecerint, unumque ſummum Deum atque *Mithram* eſſe, cenſuerint. Argumento eſt (*l*) inſcriptio iſta: *Deo ſoli invicto Mithrae:* neque *Heraclitum*, *Hippocratem*, atque Stoicorum familiam inter Graecos hanc foviſſe ſententiam, ignotum eſt. Quidquid id eſt, *Mithram*, ſive corpus ei dederint, ſive detraxerint Perſae, pro Deo omnium ſupremo atque maximo ab illis eſſe habitum, id prorſus exploratum eſt. Sic enim *Heſychius*: Μίθρης, ὁ πρῶτος ἐν Πέρσαις Θεός. *Mithras*, *princeps apud Perſas Deus.* Quocirca etiam in (*m*) inſcriptione *omnipotens* dicitur: *Omnipotenti Deo Mithrae.* Hunc primum, ſummum, & infinite potentem Deum *Artabanus* in colloquio cum *Themiſtocle* habito his verbis agnoscit: (*) Ἡμῖν μὲν πολλῶν νόμων καὶ καλῶν ὄντων, κάλλιστον ἐστὶ, τὸν βασιλέα καὶ σεβεσθαι εἰκόνα Θεοῦ δὲ τὸ πάντα σώζοντος. *Quum multae nobis & praeclarae leges, haec tamen omnium eſt pulcerrima, regem venerari, & tamquam Dei illius, qui omnia ſervat, imaginem revereri.* (*n*) *Scaliger* praeterea, nonnullique alii *Mithra* Perſarum lingua *magnus* ſignificare, *Mithra* vero *major* ſive *maximus*, perhibent. Quae ſi vera ſint, (nec enim, quibus viri docti rationibus nixi, haec referant, ſcio,) ipſa vox *Mithras Deum majorem* ſive *maximum* denotat. Igitur (*o*) *Herodotum*, qui Perſarum *Mithram* a *Mylitta* ſive *Venere* non diſcrepare, auctor eſt, repudiare jubet ratio: cu- 327
jus ex eo natus fortaſſis error eſt, quod vox *Mader* ſive *Mether* apud Perſas eamdem, quam apud Syros verbum *Mylitta*, notionem habet, *matremque* ſignificat. Si qui vero ſunt, quibus *Herodotum* ſpernere nimis durum videtur, illi ſuſpicentur licet, Ve-

(*) Plutarch. in Themiſtocle (T. I. Opp. p. 227.)

Non noſtrum inter vos tantas componere lites.

cell. p. 198. nomen hoc ipſum eſſe cenſet vocabulum Perſicum *Mihr*, quod non *amorem* modo, verum etiam *ſolem* denotet: cui nuper aſſentitus eſt ex *Cudworthi* civibus vir longe doctiſſimus, *Thom. Hutchinſon*, *Indice philol. ad Xenophontem* p. 685. *Abr. Hinckelmannus Detectione fundam. Boëhmiani* p. 122. *Mithra* vocabulum Perſicum *Mader* putat eſſe, quod Graeci pronuntiaverint μήτηρ, Latini *mater*, Germanice *Moder*, aut *Mutter*. *Jac. Martini Religion des Gaulois Liv.* II. p. 421. ad Armeniorum confugit linguam, & *Mithras* repetit a vocabulo *Mither*, quod Armenis *ſolum & unicum Dominum* denotet.

(*o*) *Herodotum*] *Hiſtor. Lib.* I. *C.* 131. *p.* 55. Is vero *Mithram* a ſole diſtinguit. Poſtquam enim Perſas ſoli lunaeque ſacra facere dixerat, ſubjicit, eos quoque *Uraniam* venerari, ab Aſſyriis Arabibusque edoctos, eamque *Mithram* appellare. Negant id recte factum eſſe doctiſſimi viri, quos paullo ante laudavimus, quum infinitis conſtet teſtimoniis, *Mithram* apud Perſas ſolem fuiſſe. Iidem Venerem cum *Mithra* male componi ab eo, arbitrantur. Vid. *Gatakerus Adverſar. miſcell. Cap.* 22. *p.* 661. Quodſi erravit *Herodotus*, vulgaris Graecorum conſuetudo barbarorum populorum Deos cum ſuis contendendi Numinibus errorem utrumque peperit. *Mithrae* audiebat a Perſis vim gignendi & procreandi attribui. Ergo, quum non ignoraret, a Graecis eamdem generandi virtutem ad Venerem referri, temere decrevit, *Mithram* Perſarum & *Venerem* Graecorum non differre inter ſe. Quumque Venerem & ſolem nullo modo poſſe pro uno Numine ex mente Graecorum haberi ſecum conſideraſſet, *Mithran* ratus eſt Perſarum a ſole diſtinguendum eſſe. Verum expendenti mihi omnia dubium viſum fuit, an juſtam omnino cauſſam *Herodotum* accuſandi habuerint eruditiſſimi viri. Obſervavit jam *Jac. Gronovius* in *obſervationibus ad Herodot. p.* 536. *Herodotum* non dicere *Mithram*, ſed *Mithran*, neque ideo vocabulum hoc *commune aliquid habere cum virili appellatione, quam Perſae credantur ſoli attribuiſſe ſub nomine & titulo Mithrae.* Tentabo, num plus aliquanto lucis afferre huic rei poſſim. Principio Deam feminam illam eſſe, de qua *Herodotus* loquitur, *Mithran*, quoniam cum Ve-

Venerem ab eo commemoratam eſſe ✻ Ἀφροδίτην οὐρανίαν, *Venerem coeleſtem* ſive *amorem*. Certe apud eum diſerte vocatur *Urania*. Quo nomine tametſi ſint, qui nihil aliud, quam lunam, deſignari putent; ego tamen ſummi Numinis, veri coele-

Venere componitur ab eo *Urania*, perſpicuum eſt. Solem vero, *Mithram*, virilis Dei perſonam ſuſtinuiſſe apud Perſas, & nomen *Mithras* masculi eſſe generis, ex inſcriptionibus & multis aliis conſtat teſtimonis. Probabile hinc ſit, *Herodoti Mithran* differre ab illo Numine, quod Perſae *Mithras* nominarunt. Non minus deinde certum eſt, lunae cultum venerationi ſolis a Perſis fuiſſe additum, nec ſecus, atque ſolis uxorem, ſpectatam eſſe lunam. Qua de re, quae non ita pridem erudite monuit *Jac. Martini Religion des Gaulois Livr.* II. *p.* 421. velim conſuli. Adde monumenta vetera de cultu *Mithrae* apud *Anton.* van *Dale* in *Diſſ. ad antiqu. & marmora p.* 16. *ſ.* aere expreſſa, in quibus ſemper utraque cernitur & ſolis & lunae effigies. *Mithras* ergo *Deus* ſicuti ſol dictus fuit; ita luna, individua ſolis ſocia, *Dea Mithra*, ipſis fuiſſe videtur vocata: nec id ſine auctore dicitur, quum *Deae Mithrae*, id quod *Martini loc. cit. p.* 424. oſtendit, apud veteres, *Ambroſium* & *Coſſiodorum* in primis, exſtet mentio. Quae quum ita ſint, equidem purum prope *Herodotum* peccati illius, cujus a viris doctis accuſatur, pronuntio, quod nomen *Mithras* ſoli eripuerit, & ad aliam Deam tranſtulerit. Nec enim ſolem *Mithras* a Perſis vocari negavit, verum Deam quamdam *Mithran* a Perſis, praeter ſolem, coli ſignificavit; id quod verum eſſe vidimus. Non tamen is ego ſum, qui nihil plane *Herodotum* hic admiſiſſe velim. Primum recte id factum nego, quod *Mithran* Perſarum Deam eandem eſſe cenſuit, quam *Venerem* Graecorum. Deinde, quod lunam a *Mithra* diſtinxit, id opinor errore non carere. Soli enim & lunae quum Perſas ſacra facere dixiſſet, ſubjicit, eos & *Venerem coeleſtem* ſeu *Mithran* venerari. At ſi Perſis, id quod veri eſt ſimillimum, Dea quaedam fuit, *Mithra* dicta, luna certe fuit. Non ignoro, vulgo viris doctiſſimis perſuaſum eſſe, *Venerem coeleſtem* non diſcrepare a luna: quod ſi ita ſe haberet, nihil commiſiſſet *Herodotus*, *Venerem* hanc cum *Mithra* contendens. Verum, ut haec multum ſpeciei & roboris habeat ſententia, *Herodotus* ei tamen haud deditus fuit, qui aperte lunam a Venere coeleſti diſtinguit.

(*p*) *Crediderim*] De *Mithra*, Perſarum Deo, & ejus ſacris ac myſteriis multis hoc in loco non juvat exponere, quum id dudum fecerint viri eruditione & judicio inſignes, in quibus *Phil.* a *Turre* eminet in *Monum. veteris Antii*. Sufficiet ad inſtitutum meum, ſi & ea illuſtravero, quae hic disputata ſunt a doctiſſimo viro, & quid ipſemet, inita & ſubducta ratione, de *Mithra* ſentiam, ediſſeram. (I.) Mediam vir doctiſſimus viam ingreſſus eſt inter eos, qui ſolem ſummum & unicum Perſarum fuiſſe Deum arbitrantur, & illos, qui numquam ſolem pro Deo habitum eſſe a Perſis, ſed civili tantum honore affectum, aut Dei ſimulacrum reputatum eſſe, aſſeverant. Concedit, Perſarum multos ſoli, tamquam ſummo Deo, ſupplicaſſe: viros vero ſapientes, a *Zoroaſtre* inſtitutos, majus aliquod & ſole multo excellentius Numen animo concepiſſe. Prudenter ita inſtituit. *Thom. Hyde*, civis *Cudworthi*, nulli pepercit diligentiae, ut hac etiam ex parte Perſarum a ſuperſtitione purgaret religionem, ſolemque Numinis loco ab hoc populo numquam eſſe cultum, doceret, *de veteri Perſarum religione Cap.* 4. Verum hoc ego quidem totius antiquae hiſtoriae fidem eſſe reor labefactare, quum tot fere ſint graves & locupletes, qui contrarium teſtantur auctores, quot ex antiquis Perſarum res attigerunt. Lege, qui *Hydei* ſententiam oppugnavit, *Phil.* a *Turre* in *Monumentis veteris Antii p.* 194. E contrario neque hoc ullo modo credibile eſt, omnes Perſas tam fuiſſe hebetes ac inſanos, ut, praeter fulgidum illud ſidus ſolis, nullum eſſe majus & praeſtantius Numen ſecum conſtituerent. Igitur haec ſeſe facile probabit hominis doctiſſimi ſententia.

(II.) *Zoroaſtrem* contendit voce *Mithrae* unum, ſummum, & altiſſimum illum Deum, qui ſolem & omnia ſidera condidit, intellexiſſe, non vero ſolem; idque *Eubuli* confirmat teſtimonio. Melius ego, id quod ex illis patet, quae ſupra de religione inter Perſas ab eo ſancita diſſerui, & paullo poſt diſferam, de *Zoroaſtre* ſentio, quam multi alii: neque negem, ſummum ipſum profeſſum eſſe Numen, binis rerum principiis, bono atque malo, majus & ſuperius. Fatebor quoque, ſi quis poſcat, vero mihi videri conſentaneum, *Mithram* ſummum a *Zoroaſtre* Deum appellatum eſſe, cujus imaginem & vivens ſignum ſolem eſſe cenſuerit. *Eubuli* vero teſtimonio num hoc effici queat, id vero non mediocriter dubito. *Eubulus* hic Platonicus erat; quod *Longini* conſtat teſtimonio apud *Porphyrium de vita Plotini Cap.* 20. *p.* 127. 128. Igitur non aliter verba ejus capere decet, quam diſciplinae Platonicae natura & ratio patitur. At Platonici juniores patrem & auctorem rerum omnium ſolem eſſe, opinabantur, cujus virtute materiam ſubactam profitebantur eſſe & univerſa genita. Vid. ex multis *Zachar. Mitylenaeus Dialogo de opificio mundi p.* 173. 176. 184. Ergo, quod *Eubulus* affirmat, *Zoroaſtrem Mithram*

Digitized by Google

leſtisque amoris, matris atque nutricis rerum omnium, notam & ſignum illud primum fuiſſe, (p) crediderim.

Zoroaſter veteresque Magi alio quoque ſummum Deum nomine feruntur compel- 328
laſſe,

thram exiſtimaſſe Ψ πάντων eſſe πατρὸν καὶ πατέρα, *rerum omnium parentem & conditorem*, id minime docet, *Mithram* vitium ipſi fuiſſe Numen a ſole diverſum & ſole praeſtantius & excellentius, ſed confirmat potius id, quod aliunde conſtat, *Mithram* & ſolem unum idemque Numen eſſe. Quod enim de *Mithra* hic praedicaſſe dicitur *Zoroaſter*, id ſoli tribuebat *Eubulus* cum ſociis, quibus nihil erat praeterea antiquius, quam omnium gentium & populorum ſacra ex ſua interpretari philoſophia.

(III.) Haec licet ita ſint, eſſe tamen fateor in antiquis auctoribus teſtimonia, ex quibus effici videtur poſſe, Perſas ſaltim recentiores Numen aliquod ſole majus & auguſtius invocaſſe. Teſtes dabo locos aliquot, qui legenti ſeſe obtulerunt. *Xenophon de expedit. Cyri Libr.* VIII. *p.* 647. ita *Cyrum* inducit precantem: Ζεῦ πατερ, καὶ Ἥλιε, καὶ πάντες θεοὶ, δέχεσθε τάδε. *Tu Jupiter patrie, tuque ſol, ac vos Dii univerſi, accipite haec ſacra.* Similis huic eſt precatio *Darii*, Perſarum regis, quam *Plutarchus* affert *Libro* II. *de fortuna Alexandri M. Tom.* II. *Opp. p.* 338. Εἰ δ' οὖν τὰ ἐμὰ, Ζεῦ πατερ Περσῶν, καὶ Βασίλειοι θεοί· *Sin vero actum eſt de rebus meis, o patrie Perſarum Jupiter, Diique regii.* His in precibus *Jupiter patrius* cum perſpicue a ſole diſtinguitur, tum ante ſolem nominatur: quod argumento eſt, majores illi Deo honores, quam ſoli, a Perſis datos eſſe. Sed ne quis ſuſpicionibus locus ſit, hunc Jovem eodem forte gradu poſitum fuiſſe a Perſis, quo ſolem, alium *Xenophontis* locum afferam, qui omnem fere dubitationem eximet, *Lib.* I. *p.* 65. 66. *ed. Hutchinſoni. Cyrum* refert *Xenophon* precatum eſſe Veſtam patriam, Jovem patrium, & reliquos Deos: quo facto, fulgura tonitruaque fauſta regi oblata fuiſſe. His narratis, ſubjicit: Τούτων δ' φανέντων, ἐδόκει ἔτι μᾶλλον εὐπροθύμους ἑκάστους ἐπιέναι τὰ ΤΟΥ ΜΕΓΙΣΤΟΥ ΘΕΟΥ σημεῖα. *Quae quum apparuiſſent* (fulgura,) *alio praeterea nullo capto augurio, perrexere, quaſi neminem* MAXIMI DEI *ſigna latere poſſent.* Patet ex his verbis, maximum fuiſſe Perſis illum, qui fulgure & tonitru aut terreret mortales, aut nonnumquam exhilaret, ſi caſte ad eum acceſſiſſent. Haec vero vis tonandi & fulgurandi, neſcio, ad quem Deum pertinere queat, quam ad illum *Jovem patrium*, cui ſupplicaverat *Cyrus*. Quocirca, ſi *Xenophonti* fides eſt, fuit Perſis Deus quidam ſole major, quem exiſtimarunt fulgure & tonitru praeſentiam & majeſtatem ſuam indicare. *Herodotus Hiſtor. Lib.* I. C. 131. *p.* 55. & *Strabo Geograph. Lib.* XV. *p.* 695. hunc Perſarum Jovem ipſum eſſe coelum, perhibent. Τὸ κύκλον πάντα τὸν οὐρανὸν Δία καλέουσι, inquit *Herodotus. Omnem ambitum coeli Jovem nuncupant.* [Rectiſſime: Nam Orientales fere omnes Deum lucem volunt eſſe ubique expanſam.] Sed ne hi perſuaſione decepti fuerint, metuo. Nulla erant Perſis, id quod notum eſt, templa, quod parietibus includi Deos nefas putabant. *Cicero de legibus Lib.* II. *Cap.* 10. *p.* 3352. *T.* IX. *Opp.* Sub patente igitur coelo, manibus oculisque ſublatis, Deorum implorabant auxilium. Hic mos Graecos facile in hunc inducere potuit errorem, ut Perſas ipſum coelum ſummi loco Numinis venerari, crederent. Utcumque eſt, id tamen ex his liquet dictis, Perſis majorem ſole & praeſtantiorem fuiſſe Deum, nec audiendos eſſe *Heſychium* & alios ſcriptores veteres, qui principem & altiſſimum Perſarum Deum ſolem fuiſſe, ſcriptum reliquerunt.

(IV.) Sed nunc paullo liberius de *Mithra* Perſarumque religione philoſophabor. In qua re ſi quid forte pecco, veniam facile mihi daturos, ſpero, qui non ignorant, quanta nocte ac caligine res hodie cinctae ſint veterum populorum. Antiquiſſimorum igitur Perſarum tres fuiſſe Deos, primum conſtituo, *Oromasdem*, *Arimanium*, & *Mithram*. Haec tria deinde Numina heroas, reges, duces magnitudine rerum geſtarum & beneficiis fuiſſe inclytos, homines, verbo, quos favor & metus populorum in coelum extulit, nullus dubito. Omnes enim populi quum primos conditores ſuos & auctores divinis poſt fata honoribus affecerint, equidem, de Perſis cur aliter ſentiendum ſit, quid cauſſae ſit, non intelligo. *Arimanium* & *Oromasdem* [de Etymologia binorum horum nominum vid. *Beauſobre Hiſt. de Manich. p.* 169.] magnos fuiſſe homines & belli duces clariſſimos, praeter alios, *God. Guil. Leibnitius* jam oſtendit *Eſſais de Theodicée P.* I. §. 138. *p.* 285. Adde *Caſp. Abelii Antiquitates Teutonicas & Saxon.* nuper Germanice editas *cap.* 1. §. 6. *p.* 22. Igitur in *Mithrae* res tantum inquiram. Hunc ego vero validum & robuſtum fuiſſe arbitror virum, aut regem, qui equis, canibus, ferarumque venatione in primis delectatus eſt, provinciamque Perſarum beſtiis, latronibus, aliisque malis liberavit, ut populus ſecurius deinceps habitaret & commodius. Animam ejus in ſolem Perſae putarunt translatam eſſe; quam idcirco, memores beneficiorum ab eo acceptorum, poſt fata ita coluere, ut ipſum colere ſolem viderentur. Hanc opinionem non temere ſumtam eſſe, ſed rationibus non plane ſpernendis firmari poſſe, quae nunc afferam, ut opinor, docebunt. Mitto id, quod

ſem aliquoties ſignificavi, patrios uniuscujusque populi Deos nullos eſſe, quam gentis auctores & conditores. Taceo quoque, exploratum eſſe, nomen *Mithras* ex illis eſſe nominibus, quae in Perſia vicinisque regionibus viris imponebantur, [Michra, Labdaci filius, in diſp. Archelai cum Manete apud *Zaccagnium Monum. p.* 67. *Hagenbuch. Epiſtolas Epigraph. p.* 241, 242, 266.] eo quodprobabile multis videri poſſe intelligam, eos, qui hoc nomine uſi ſunt, religionis erga Deum cauſſa illud a parentibus ſuis accepiſſe. At imagines, myſteria, ſacrificia teſtabor *Mithrae*, ut, quod cupio, obtineam. Primum Perſae veteres *Mithram* pingebant ut robuſtum virum, gladio cinctum, & tiara Perſica tectum, qui tergo tauri inſidet, feramque beſtiam hanc comprimit, coërcet, enſe conficit, additis canibus, qui taurum ſimul adoriuntur. Vide aliquot ejusmodi imagines apud *Anton.* van *Dale Diſſ.* IX. *in antiquit. & marmora Diſſ.* I. *p.* 18. *ſ.* In nonnullis ſimulacris adſtat etiam leo, verum mitis, ſerpens, & ſcorpio. [Mithram veteres dicunt furem boum & latronem fuiſſe. Vid. *Hiſt. de l'Acad. des Inſcript. T.* VI. *p.* 365. *ſ.* ubi & *Moſſejus* voces Nasia Sebesion explicare vult, quae in nonnullis ſaxis Mithrae dicatis leguntur.] Quaero ex omnibus, qui rerum vel mediocriter periti ſunt, num quid melius referre queat venatorem & ferarum beſtiarum domitorem? Si nihil eſſet aliud, haec me ſola imago genus & res geſtas *Mithrae* ſatis doceret. Non ignoro, viros longe doctiſſimos poſſe *Statii* veterem interpretem ſimulacra haec eſſe contendere rerum naturalium, virum ſolem, bovem lunam ſignificare, totum vero ſignum praeſtantiam ſolis prae luna exhibere. *Sol*, inquit interpres *Statii*, *lunam minorem potentia ſua & humiliorem docens, taurum inſidens cornibus torquet.* Vid. *Voſſius de idololatria Lib.* IX. *Cap.* 9. *p.* 776. *Martini Religion des Gaulois Liv.* II. *Chap.* 34. *p.* 456. Sed his illi aſſentiantur interpretationibus, quibus ratione non placet uti. Equidem in exponendis veterum religionibus ſimplicitatem eſſe ſequendam arbitror, nec tam ſubtili ingenio antiquos fuiſſe populos, cenſeo, ut res notas omnibus atque perſpectas neſcio quibus occultarent ſimulacris & imaginibus. Solem luna praeſtantiorem & meliorem eſſe, adſpectus docet, & ruſtici ſciunt, tonitores, atque mulieres. Quis ergo ſanus ſibi perſuadeat, veteres Perſas hanc rem, quae cujusvis patet oculis, nec ullis obſcura eſt, niſi lumine captis, imagine aut ſigno tam longe petito ſuos edocere voluiſſe? Et quid taurus commune habet cum luna? Quid ſibi canes volunt venatici, taurum ſimul invadentes? Quid reliqua? Si taurus ideo ſignum eſt lunae, qua cornua habet, ut luna, vereor, ne hircus eodem jure aut vir gregis ipſe caper ab aliis pro lunae imagine habeatur. Et quid de ipſa dicam notione, quam in ſigno ineſſe volunt? Appello omnes, quos ratio non fugit: Hieroine poteſt, ut rationis alicujus compos exiſtimet, imaginem viri taurum trucidantis aptum eſſe ad ſolis prae luna dignitatem demonſtrandam? Idem de aliis imaginis hujus explicationibus dictum velim. Recentioribus philoſophis Grammaticisque in more id poſitum eſt, ut veterum populorum rationes ex ſuo ſenſu metiantur. Quare etiam monumenta eorum aliarum rerum ſigna eſſe, contendunt; ne ſcilicet abſurde prorſus & inepte ſenſiſſe, aut alias ſaltim, quam ipſi, ſententias de Diis fovviſſe videantur veteres. At his explicationibus viri tamen docti omnia tribuunt. Ex quo evenit, ut antiqua ſacra plane ſaepenumero pervertant, multoque nobis ſapientiores barbaros illos populos, atque reapſe fuerunt, ſiſtant. Qui ſi omnia rite circumſpicere ac ponderare vellent, haud dubie intelligerent, paucas eſſe in expoſitionibus iſtis, quas *Plotinus*, *Proclus*, *Jamblichus*, totque alii afferunt, quae non ſuam ipſae infirmitatem & imbecillitatem prodant.

Alterum argumentum victimae mihi praebent, quas Perſas *Mithrae* immolaſſe, memoriae proditum eſt. Equi Deo huic ſacri erant, & mactabantur publice: quod innumeris veterum, *Xenophontis*, *Philoſtrati*, *Herodoti*, & aliorum liquet teſtimoniis. Vid. *Voſſius de idololatr. Lib.* II. *Cap.* 9. *p.* 132. *Sam. Bochartus* in *Hierozoico Lib.* II. *Cap.* 10. *p.* 175. Hoc ego ſic interpretor: *Mithras* mirifice, dum in vivis eſſet, equis delectatus eſt, ſine quibus nec ferae beſtiae domari poſſunt, nec praelia commode committi. Quum itaque deceſſiſſet, Perſae equos ipſi & ejus memoriae ſacros eſſe juſſerunt. Fuit antiquiſſimis praeterea populis perſuaſum, defunctorum umbras iisdem rebus in altero illo, quem, corpore diſſoluto, ingrederentur, orbe capi atque duci, quibus in hac vita pretium aliquod ſtatuiſſent. Quis neſcit, ad rogos belli ducum & militum inter Germanos aliosque populos equos trucidatos eſſe, ut haberent in illis ſempiternis ſedibus, quibus uterentur ad pompam & delectationem? Perſae itaque, quem vivum noverant in deliciis habuiſſe equos, *Mithrae* regi fas judicabant nova ſemper equorum agmina, ut veteri continuo voluptate in ſolis ſui poſſet imperio, mactare & immolare. Ab hac quidem ſententia multum abſunt tam veteres, quam recentiores. *Herodotus*, *Ovidius*, & alii equos ſoli propter celeritatem fuiſſe conſecratos, exiſtimant. *Ovidius Faſtor. Lib.* I. *vſ.* 383.

Placat equo Perſis radiis Hyperiona cinctum,
Ne detur celeri victima tarda Deo.

Sed hanc rationem nullam eſſe, atque eo demum tempore excogitatam, quo rerum veterum obliterata jam erat memoria, equidem nullus dubito. Quodſi enim Perſae in victimis ſoli deligendis celeritatis habere rationem voluiſſent, multo convenientius fuiſſet, aquilam, aut aliam ex avibus, quae velo-

Digitized by Google

velocitate multum ſuperant equos, *Mithrae* Deo conſecrare. Et quidni lepores, velociſſimum animal, quidni cervos, quibus nihil fugacius, quidni aliam viliorem & parabilem beſtiam generoſo & pretioſo, eidemque utiliſſimo, animali praetuliſſent? Certe, quo diutius ego haec cogito, eo minus ambigo, veriorem vix afferri poſſe cauſſam cultus huius *Mithrae* praeſtiti, quam ipſam illam a me datam. Interea Perſas ipſos facile crediderim, ut fit inter homines, verae paullatim cauſſae oblitos fuiſſe, cur maiores ſanxiſſent equos ſoli eſſe immolandos, turbatisque antiquis varias propter cauſſas religionibus, aliam & falſam in ejus locum rationem ſubſtituiſſe.

Ad myſteria *Mithrae* progredior, unde novum, nec exiguum naſcitur opinionis, quam profeſſus ſum, praeſidium. Principio hoc ego quidem controverſia vacare, arbitror, myſteria, quae vocantur, ritus fuiſſe ideirco inſtitutos, ne memoria periret veterum beneficiorum, inventorum, ſatorum, rerumque geſtarum, quibus primi populorum conditores, aut alii praeclari homines decus, nomen, & famam inter ſuos ſibi comparaverant. Neque haec cuiquam ſententia mirabilis videri poterit, qui vel ſingula myſteria attentus inſpexerit, vel etiam hac noſtra aetate cogitet ludos, dies feſtos, ſolemnesque ritus anniverſarios conſtitui ad memoriam victoriarum aliarumque magnarum rerum ad poſteros propagandam. Non me fugit, a ſacerdotibus longe alias myſteriorum rationes jam olim eſſe datas, nec philoſophos neſcio inſtituta illa cum ad morum doctrinam, tum ad res traxiſſe naturales & phyſicas: quorum quidem auctoritati parendum ſibi eſſe, duxerunt plerique veteris eccleſiae doctores & doctiſſimi quoque recentioris memoriae homines. Verum hae rationes, ſi cum ipſis tantum myſteriorum comparentur ritibus, ipſae ſatis de falſitate ſua teſtantur, nec modo coactae prorſus & violentae ſunt, verum etiam ineptae plerumque & inanes. Taceo varietatem & diſcordiam ſummam, in qua poſiti ſunt, qui myſteria vel ex doctrina phyſica vel morali interpretantur: quae diſſenſio ſola argumento nobis eſſe debet, omnes illas argutas expoſitiones fundamento carere, nec ante confictas eſſe, quam poſteros religionum puderet a majoribus temere ac imprudenter ſuſceptarum. Quae quum ita ſint, *Mithras*que inter illa ſit Numina, quibus myſteria dedicavit antiquitas, ipſa mihi res hoc primum declarare videtur, Deum hunc inter homines quaerendum eſſe. Sed id ipſum, ſi myſteria *Mithrae* paullo intueamur curatius, multo fiet luculentius. Ad nulla difficilior fuit aditus ſacra, quam ad haec *Mithrae* myſteria. Qui his initiari cupiebant, eos infinitos antea cruciatus, diuturnas explorationes, & varias ſuſtinere calamitates oportebat, ſic ut octoginta exquiſitorum ſuppliciorum genera vetuſtus auctor numeret, cujus locum *Bernh. Montfauconius Diario Italico Cap.* 14. *p.* 201. protulit, quae ſubeunda fuerint illis, quos myſteria *Mithrae* ſpectandi deſiderium inceſſerat. Vid quae ex antiquis auctoribus collegere *Phil. a Turre* in *Monumentis veteris Antii*, *Ezech. Spanhemius ad Juliani Caeſares p.* 138. 144. *Jo. Ern. Grabius Spicilegio Patr. & haereticor. Saec. II. p.* 240. *Jo. Seldenus de Diis Syris Syntagm. I. p.* 170. & alii multi. Tot autem ſepimentis ac moleſtiis hanc *Mithrae* religionem vallandi & muniendi hanc unam fuiſſe cauſſam ſacerdotibus, apertum eſt, ut profanum ab illis vulgus & promiſcuam multitudinem arcerent, nec niſi perpauci ſacrorum illorum participes fierent, quorum conſtantia, taciturnitas, & animi durities perſpecta ſatis & explorata eſſet. Nam qui hoc a ſe impetrare poterant, ut aliquot annos cupidine rituum quorundam cognoſcendorum mille perferrent injurias & ludibria, citiusque mortis adire periculum, quam conceptum ſemel deſiderium dimittere vellent, hos confidere poterant antiſtites, inſpectis ſacris, nihil admiſſuros eſſe, quod a ſapientia alienum, & in contemtionem vulgi arcanam illam religionem adducere poſſet, nec loquacitate ſua invidiam *Mithrae* conflaturos. Reſtat ergo, ut quaeramus, cur tam paucos, nullosque, niſi probatae fortitudinis & conſtantiae viros, ad antra ſua intromitti voluerint. Dicant, quidquid velint, de inſtituti hujus cauſſis doctiſſimi viri: equidem nullus dubito, quin unus ille metus, ne, perſpectis occultis his religionibus, pateret omnibus, homines fuiſſe, reges, heroës, utilium rerum inventores, quibus illa ſacra erant dedicata, effecerit, ut tam cauti eſſent ac providi in admittendis ad initiationes hominibus *Mithrae* ſtamines. Etenim, hi ritus ſecreti quum nihil eſſent, quam rerum priſcis temporibus geſtarum imitationes aut repraeſentationes, id quod etiam antiqui doctores Chriſtianorum perſpexere, verendum erat, ne hinc diſcerent ſpectatores, homines fuiſſe, qui publice colerentur, Deos, totamque religionem non de coelo deſcendiſſe, ſed in terris natam eſſe. Nec alia de cauſſa univerſam myſteriorum diſciplinam putem introductam eſſe. Ritus nempe, qui antiquiſſimis temporibus communes omnibus & publici erant, a conſpectu paullatim hominum a callidis ſacerdotibus ſubmovebantur, atque difficillimis aſperrimisque cingebantur legibus & juribus, quum pertimeſcerent, ne populo ad contemtionem & neglectionem Deorum viam monſtrarent.

Hominem igitur quum fuiſſe *Mithram*, ipſa ejus declarent myſteria, reliquum eſt, ut, qualis fuerit homo, ex caerimoniis intelligamus in illis myſteriis utitatis; quippe quae mores & facta illorum, quorum ſacra erant memoriae, adumbrare ſolebant. Pugnae vero, certaminis, & venationis genus quoddam in his myſteriis, ut nunc reliqua omittam, fuiſſe exhibitum, extra controverſiam poſitum eſt. Generatim id oſtendit *Commodi* Imperatoris facinus,

Digitized by Google

nus, quem, quum Mithriacis initiaretur ſacris, *Lampridius* verum commiſiſſe homicidium auctor eſt, quum fictum tantum fuiſſet committendum, *Vita Commodi Cap.* 9. *p.* 128. *Sacra*, inquit, *Mithriaca homicidio vero polluit, quum illic aliquid ad ſpeciem timoris vel dici vel fingi ſolea.* Ergo, quibus his intereſſe ſacris conceſſum erat, illi alios ſtrictis armis venantium & bellantium more aggrediebantur, & praelium veluti quoddam committebant. Idem *Julius Firmicus Maternus* confirmat *de errore profanar. religion. p.* 414. ubi *clypeo, lorica, gladio, & haſta armatos conjecratos fuiſſe* in his myſteriis homines, refert. Quemadmodum id factum ſit, dilucidius jam fiet. Principio antrum illud, in quo haec myſteria peragebantur, variis ferarum beſtiarum figuris, leonum, taurorum, aprorum, canum, equorum, exornatum erat. Patet id, ut alia taceam, non modo ex diſerto *Hieronymi* loco, quo *Gracchum*, urbis Romae praefectum, *ſpecum Mithrae & omnia ejus portentuoſa ſimulacra evertiſſe*, narrat *Ep. ad Laetam Tom.* IV. *Opp. ed. Martian. p.* 591. ſed etiam ex ipſis illis ſimulacris beſtiarum, quae una cum ſignis *Mithram* indicantibus ad Tigurum Helvetiorum non ita pridem effoſſa ſunt, & a *Bernh. Montfauconio & Jac. Martini Religion des Gaulois Tom.* I. *Livr.* II. *p.* 442. aere expreſſa exhibentur. Repertum quoque fuit una cum his animalium figuris lato venabulum ferro, ejus plane ſimile, quo *Mithras*, tauro inſidens, beſtiam trucidat. Deinde, qui myſteriis his initiabantur, illis variarum belluarum imponebantur nomina. Teſtis eſt, praeter alios, *Porphyrius de abſtinentia Lib.* IV. *Cap.* 16. *p.* 165. Τὸν δὲ καινότερα ἡμῶν τὸν πρὸς τὰ ζῶα κοινωνίαν ἀφ' ἑαυτῶν ζώων ἡμᾶς μιμεῖσθαι παίδευον. *Noſtram enim cum animalibus convenientiam ſubinnuentes*, (ſacerdotes *Mithrae*) *eorum nominibus nos indigitare ſolebant.* Addit idem, κόρακας leones fuiſſe dictos, feminas lcaenas, miniſtros corvos. Sed nec nomina ſufficiebant ferarum. Animalium quoque formas induere decebat, & pellibus leonum, urſorum, aliarumque beſtiarum tegi, beluarum item iſtarum mores & indolem imitari, qui haec ſacra accedebant. Auctorem iterum habemus ex *Eubulo Porphyrium loc. indic. p.* 166. Ὁ γὰρ τὰς λεοντικὰς . . . ἁλλαμοῦσίων ἐσθῆτι πανοδαπὰς ζώων μορφάς. *Qui enim his ſacris leoninis initiatus eſt, omnimodis animantium figuris induitur.* Simulacrum hominis ejusmodi pellibus ferinis cincti apud *Montfauconium* exſtat *Antiquité expliquée Tom.* III. *Fig.* 50. & apud *Martini loc. indic. p.* 470. Viguit hic mos diu etiam poſt introductam in Gallias religionem Chriſtianam, ut Kalendis Januariis, quae *Mithrae* olim ſeu ſoli ſacrae fuerant, homines beſtiarum pelles induti villas obirent & circumcurſitarent: quod ex ſermone quodam veteri de Kalendis Januariis, quem *Caeſario* Benedictini tribuunt, in *Append. ſermonum Auguſtini Tom.* V. *Opp. p.* 164. intelligitur: *In iſtis diebus miſeri homines, &, quod pejus eſt, aliqui baptizati ſumunt formas adulteras, ſpecies monſtruoſas.* —— *Quis enim ſapiens poterit credere, inveniri aliquos janae mentis, qui* —— *in ferarum ſe velint habitum commutare? Alii veſtiuntur pellibus pecudum, alii aſſumunt capita beſtiarum, gaudentes & exſultantes, ſi taliter ſe in ferinas ſpecies transformaverint.* Quem turpem barbarumque morem ex *Mithrae* ſacris retinuiſſe Gallos, non male ſuſpicatur doctiſſimus *Martinius.* Jungamus haec omnia inter ſe, atque *Mithrae* ſimul imaginem in memoriam nobis revocemus, nec, quid geſtum ſit in myſteriis *Mithrae*, requiremus amplius. Venatio quaedam in illis committebatur. Sacerdotes in primis & antiſtites, nec non famuli ac miniſtri eorum ferarum varii generis belluarum formas & imagines adſciſcebant. Initiati vero, armis & venabulis inſtructi, fictas hasce beſtias ad ſpeciem adoriebantur & conficiebant. Quod ignorans aut negligens *Commodus* Imperator, ſacerdotem ejusmodi pellibus involutum, quem ſimulate tantum truncare leges ſacrorum jubebant, vere occidit & interemit. Jam ſi illud certum eſt, quod paullo ante docuimus, ritus myſteriorum mores & res geſtas eorum retuliſſe, ad quorum memoriam conſervandam comparata erant, alium non fuiſſe *Mithram*, decernendum nobis eſt, quam robuſtum hominem & venatorem, qui provinciam Perſarum feris beſtiis liberavit, vitamque incolarum hoc pacto tutiorem & meliorem reddidit: ob quod meritum divinos ipſi honores grata poſteritas inſtituit. Non moror alias harum beſtiarum Mithriacarum interpretationes, etiamſi illis etiam placeant, de quorum ceteroquin honoribus & virtutibus nihil detractum cupio. *Porphyrius loc. indic.* aliquot affert explicationes ejusmodi. Quosdam ait exiſtimare, haec animalia *ad Zodiaci circulum reſpexiſſe.* Et ipſe huic non inimicus eſſe ſententiae videtur, *de antro Nymphar. p.* 254. *Celſus* etiam apud *Origenem Lib.* VI. *p.* 290. 291. in ſacris *Mithrae* coeli ſiderumque rationes & curſus ſignis & imaginibus ob oculos fuiſſe poſitos, affirmat. Nuperrime vir longe doctiſſimus, *Jac. Martini*, huic opinioni ſeſe addictum oſtendit *Religion des Gaulois Tom.* I. *p.* 436. *ſ.* Sed non animadvertunt doctiſſimi viri, qui hanc ſuam eſſe volunt ſententiam, pugnam, id quod ante docui, adverſus ficta haec animalia in ſacris Mithriacis ſuſceptam fuiſſe: quod ſimulatum certamen neſcio qua lege aut modo ad duodecim ſigna coeli & ad certos ſiderum ſtatus referri queat. Nec iidem attendunt, in illis animalibus, quae effoſſa eſſe in Helvetia, paullo ante indicavi, eſſe quaedam, quibus nulla ſiderum reſpondent nomina, aprum exempli cauſſa & tigrem: quibus neſcio an hic honos umquam ſit habitus, ut inter aſtra reciperentur. Alii, quod itidem *Porphyrius* ex *Palla* obſervat, homines variorum animalium formis veſtitos ſignificaſſe, cenſent, varii

Digitized by Google

rii generis corporibus humanos concludi ſolere animos, illaque corpora, quibus utimur, iisdem laborare affectionibus, quibus beſtiae rationis inanes. Multum huic noſtra memoria opinioni tribuit vir eximius, *Phil.* a *Turre*, in *Monumentis veteris Antii.* Verum ſcholam illa manifeſto Platonicam redolet, & a novis illis *Platonis* diſcipulis ſine ullo dubio excogitata eſt, qui concordiam univerſarum religionum meditabantur, quo rebus Chriſtianorum nocerent, atque ſcita & decreta ideirco ſua in remotiſſimis regionibus & omnibus omnium populorum ſacris, invita & reluctante veritate, quaerebant.

Ita veterum Perſarum ante *Zoroaſtrem* ſeſe habebat religio. *Arimanius*, *Oromasdes*, *Mithras*, homines praeclari & rebus geſtis inclyti, quorum animi ad ſidera migraſſe putabantur, populares erant, quibus ſacra publice fiebant, Perſarum Dii. In his primas *Mithrae* deferebant, cujus mentem propter eximias virtutes ad ſolem abiiſſe, judicabant. *Zoroaſter* autem, philoſophus, [Vid. de nomine & doctrina Zoroaſtris *Beauſobre Hiſt. de Manich. p.* 163. & fuſius *p.* 316. *L. I. c.* 6.] quum in hac gente exſtitiſſet, avitam hanc religionem, ut omnes fere conſuevere philoſophi, ad decreta ſua & praecepta accommodavit, auctoritateque, qua valebat, perfecit, ut ſacerdotum plerique hanc veteris religionis emendationem probarent ac ſuſciperent. Qua id factum ſit aetate, nec quaero, nec certo poſſe conſtitui arbitror: fabulas item & varia Graecorum de hoc homine commenta praetereo, quum in iiſdis congerendis alii me longe doctiores otii ſui partem dudum conſumſerint. Rem ipſam tantum perſequar; quam veri valde ſimilem eſſe, mecum fatebuntur omnes, qui cuncta diligenter ponderaverint, humanique generis naturam habuerint cognitam. Is ergo *Zoroaſter* philoſophando aut alia ratione, mea quidem ſententia, ad hanc delatus erat doctrinam: Unum eſſe, ſummum, altiſſimumque Deum, omnis mali expertem, cujus naturam ſol & ignis omnium optime referant: ex hoc vero ſummo Numine, neſcio quo modo, bina prodiiſſe alia, quorum alterum bonis omnibus mortales impertiret, alterum rebus noxiis & perniciosis delectaretur, non tam Dei tamen maximi, quam ſua ipſius culpa & vitio. Hanc ille diſciplinam cum antiqua Perſarum religione componebat, *Mithramque*, *Arimanium*, & *Oromasden*, Numina popularia, non ſecus ac poſtea Graeci fecere ſapientes, ad ſuas ita rationes aptabat, ut *Mithram* ad ſummum, quem ipſe profitebatur, Deum, reliquos ad bina inferiora Numina ſua, bonum & malum, traheret. Obtemperabant multi auctoritati ejus: verum alii a patrum religione ſeſe omnino divelli non patiebantur. Hinc illa veterum auctorum diſſenſio, quorum alii ſolem ſummum & unicum fuiſſe Perſis Numen, alii ſupremi Numinis imaginem, perhibent. Utrumque certa ratione verum eſſe, non dubitaverim. Haec illorum erat opinio, qui *Zoroaſtris* ſcita complexi erant; illa populi & eorum, qui aegre animum a rebus, quae cernuntur, avocabant. Sacra *Mithrae* inſtituta tollere non poterat *Zoroaſter*, neque populus & ſacerdotes ipſi hos ritus ſibi paſſi fuiſſent eripi. Itaque mutationem tantum & emendationem eorum moliebatur, ut inſtitutis & opinionibus ſuis magis viderentur conſentanea. *Zoroaſter*, teſte ex *Eubulo Porphyrio de antro Nymphar. p.* 253. 254. primum in montibus Perſicis antrum *Mithrae* dedicavit. Quid haec ſibi velint, evidens eſt. Philoſophus hic, quum intelligeret, ſi ſacra *Mithrae* univerſae multitudinis oculis, quod antea factum erat, exponerentur, & cunctis illis intereſſe liceret, fore, ut multi perciperent ex illis, *Mithram*, quem Perſae venerarentur, non eſſe maximum illum *Zoroaſtris* Deum, ſive imaginem ejus, ſolem, ſed antiquum hominem, prudenter ſtatuit, in loco remotiſſimo, in ſpelunca nimirum, eaque in montibus ſita, ea in poſterum celebranda eſſe. Recordor hic *M. Antonini* Imperatoris factum quod *Julius Capitolinus Cap.* 23. *Vitae ejus p.* 83. memoriae his verbis prodidit: *Sacra Serapidis a vulgaritate Peluſiae ſubmovit*, id eſt, cultum Serapidis, qui publicus antea Peluſiae fuerat, privatum & ſecretum eſſe voluit. Verendum eſſe nimirum perſpiciebat Imperator ſagaciſſimus, ne exilis & abjecta de Deo Serapide opinio apud Aegyptios naſceretur, Chriſtiani praeſertim his ritibus abuterentur ad Deorum religiones evertendas, ſi haec publica manerent ſacra. Simile quid ſine ullo dubio *Zoroaſtri* viſum eſt: nec omnes illae caerimoniae arcanae, quae myſteria vocantur, alio ex fonte manarunt, quam ex metu, ne aut Deorum deſpicientiam commoverent, aut religionem a ſapientibus introductam concuterent. Interea honeſta inſtituti hujus ratio non defuit *Zoroaſtri*, ut arbitror. Namque ſpeluncae obſcuritatem in hanc omnium optime cogitationem inducere poſſe homines, fortaſſis praedicabat, ut magnitudinem beneficii illius, quod *Mithrae* ſeu ſolis lumen illis praeſtaret, recte aeſtimarent. Sed ut hominum natura novitatis eſt avida, nec itinerum diuturnitate & moleſtiis populus deterretur facile a rebus illis ſpectandis, cum quibus ſummam conjunctam eſſe putat religionem: ita hoc *Zoroaſtris* decretum de ſacris *Mithrae* in antro remotiſſimo celebrandis haud tantum valuiſſe videtur, quin ingens multitudo tamen ad illam ſpeluncam confluceret. Quocirca ad aliud aut ipſe aut diſcipuli ejus confugere remedium, quo populum ab his ſacris arcerent. Tot illis nimirum pericula, tot cruciatus, tot ſupplicia propoſuerunt ſubeunda, qui ſpectatum admitti vellent, ut pauci omnino eſſent, qui contemplationem myſteriorum tantis miſeriis, laboribus, & aerumnis redimere vellent. Ita *Zoroaſtris* religio varie tamen poſtea corrupta & depravata fuit, poſtquam Perſis major cum aliis populis,

Digitized by Google

332laſſe, eumque *Oromasdem* ſive *Ormisdam* vocaſſe. Scio, (q) *Platonem Oromasdem* genitorem fuiſſe *Zoroaſtris* cenſuiſſe: verum alii veterum multo aliter. Audiamus, quid *Porphyrius* in *Vita* ſcribat *Pythagorae*; ne quid nunc de *Plutarcho*, aliisque dicam: (*) Παρῄνει μάλιστα δ' ἀληθεύειν· τοῦτο γὰρ μόνον δυνάσθαι τοὺς ἀνθρώπους ποιεῖν θεῷ ὁμοίους, ἐπεὶ καὶ αὐτὸς ὁ θεὸς, ὡς αὐτὸς ὁ Μάγων ἐπωνύμιος, ὃν Ὡρομάσδην καλοῦσι, ἔοικεν τὸ μὲν σῶμα φωτὶ, τὴν δὲ ψυχὴν ἀληθείᾳ. Haec ego verba ſic interpretor: *Pythagoras veritati in primis eſſe ſtudendum praecipiebat: ſolum enim illud homines Deo ſimiles reddere poſſe. Nam & Deum ipſum, uti ex Magis cognoverat, quem Oromasden illi vocant, quoad corporea quidem lumini, quoad incorporea veritati ſimilem eſſe.* Erunt fortaſſe, qui haec verba aliter explicabunt, *Porphyrium*que hic perhibere putabunt, *Oromasden* vere ex corpore & anima compoſitum eſſe. Quod ſi ita eſſet, idem foret, qui *Mithras* vulgo fuiſſe creditur, ſol nimirum animatus & mentis compos. Sed hanc expoſitionem vel id ſatis refellit, quod in veterum de *Zoroaſtre* fabulis & ſcitis fuiſſe, (r) *Plutarchus* retulit: ἔτι ἀπέχειν τὸν ἥλιου πολὺ, ὅσον ὁ ἥλιος τῆς γῆς ἀφέστηκε, *Oromasdem tam longe a ſole remotum eſſe, quam ſol diſtat a terra.* Deus igitur Perſis *Oromasdes* fuit ſole longe praeſtantior, fons nimirum lucis omnisque boni, idque ipſum, quod *Plato* τ' ἀγαθὸν, *primum bonum*, nuncupat. Ex quo evenit, ut primum menſis cujusque diem, *Scaligero* auctore, *Oromasda* vocarent Perſae, ideirco haud dubie, quod is rerum omnium eſſet principium. Hoc ergo ratum nobis primo ſit, *Zoroaſtrem*, veteresque Magos unum ſummumque

(*) P. 191. (p. 41. ed. Küſteri.)

Graecis praeſertim, conſuetudo interceſſit: ex quorum religionibus nonnulla in ſuas retuliſſe Perſas recentiores, facile, ſi liceret, oſtendi poſſet. Haec mihi in Perſarum veterum religionem inquirenti, &, quae de illa ſcripta exſtant, ad rationis & moris humani normam expendenti, in mentem venerunt. Certa eſſe omnia, nec ulli dubitationi patentia, haud equidem dixerim. Ex tanta enim rerum veterum caligine lucem ſpondere, hominis eſſe juſto audacioris, arbitror. At pleraque ad veritatis ſimilitudinem eſſe propenſiſſima, conceſſuros eſſe, arbitror, qui, quid omni geſtum ſit inter homines aetate, conſiderant, &, quam viam ſequi vulgo ſoleant rerum novarum architecti, non ignorant. Dicam, quod ſentio: Qui de veterum religionibus verba faciunt doctiſſimi & celeberrimi viri, illi nimis mihi oculis, nimis auctorum verbis, nimis Graecorum & Romanorum auctoritati, nimis denique memoriae & lectioni ſuae, minus vero, quam par eſt, rationi, minus naturae humanae conſiderationi, minus poſtremo, populorum dare ſolent moribus. Sed haec alias.

(q) *Platonem*] Is *Alcibiade* I. *Opp. p.* 32. *Zoroaſtrem* filium vocat τὸν Ὡροστάδου. Sed incertum eſt, an hoc nomine ille *Oromasdes*, quem ſecundo inter Deos ſuos loco Perſae collocabant, indicetur. Quemadmodum enim inter Perſas & Aegyptios fuerunt, quibus *Mithras* nomen fuit; ita nil dubito, quin etiam in illa gente exſtiterint, quibus parentes nomen *Oromasdes* impoſuerint.

(r) *Plutarchus*] *Libro de Iſide & Oſiride p.* 370. *T.* II. *Opp.*

(s) *Colviſſe*] (I.) Nec, *Porphyrius* quid ſibi velit, intelligo, nec, quid viri magni interpretationes doceat, aſſequor. Quid id ſit, *Deum quoad animam veritati ſimilem eſſe*, dixerint alii. Mihi veritas res eſſe videtur, cui alia natura ſimilis eſſe nequeat, quam ipſa non per ſe conſtet ac ſubſiſtat. Sed id moris eſt Platonicis illis, Pythagoraeis, & aliis, ut multa ſaepe dicant, quorum ipſi vim ignorant, & tumore quodam orationis ineptias vix ferendas tegant. Quod qui non animadvertunt, illi magna ſaepe myſteria in verbis quaerunt nihil ſignificantibus. Similiter, quid ſit, *Deum quoad corporea luci, quoad incorporea veritati ſimilem eſſe*, ut *Cudworthus* verba illa explicat, plane neſcio. Nusquam memini, σῶμα θεῶ res corporeas, ψυχὴν ejus *res incorporeas* ſignificare. Quid vero in Deo *corporea*, quid *incorporea* ſint, & qua ratione haec veritatem, illa lucem referant, id aeque difficile mihi videtur intellectu, atque dubium Pythiae oraculum. Interim ex hoc loco, Magos Deo corpus & animam attribuiſſe, diſco: quod & alios feciſſe, non ignotum eſt. (II.) Ex eo, quod Magi corpus & animam *Oromasdi* tribuerunt, non ſequitur ſtatim, quod doctiſſimus ſibi vir perſuadet, *Oromasden* fuiſſe illis ſolem animatum. Nec enim, ut credamus, neceſſe video, eos, qui corpus Deo adſcribunt,

Digitized by Google

que Deum, binis ſub hiſce nominibus, *Mithras* & *Oromasdes*, latentem, (*s*) coluiſſe.

Hic autem Perſarum *Mithras*, id quod neutiquam hoc loco praetermitti debet, τριπλάσιος vulgo ſive *triplex* vocabatur. Sic enim (*t*) *Dionyſius*, cui perperam *Areopagitae* cognomen tribuunt: Καὶ, inquit, εἰσέτι Μάγοι τὴν μιμήσωιτο τριπλασίου Μίθρου πλοῦτον. *Et iamnum Magi triplicis Mithrae ſeu ſolis memoriam recolunt.* Cui ſimile aliquid de *Oromasde* apud (*v*) *Plutarchum* legitur: Ὁ μὲν Ὡρομάζης τρὶς ἑαυτὸν αὐξήσας. *Oromazes triplicavit ſeſe.* Ex quo id ipſum, quod paullo ante obſervavimus, novo roboratur argumento, *Mithram* & *Oromasdem* duo eſſe tantum unius ejusdemque Dei (*x*) nomina. Graeci *Dionyſii* interpretes, dum in cognominis *triplex*, quod *Mithrae* datum a Perſis fuit, originem inquirunt, ad *Ezechiae* adſcendunt tempora, quibus diem productum atque triplo fere mirabiliter auctum eſſe, ſacrae nos edocent Litterae. Magos enim hoc animadvertiſſe quoque prodigium autumant, eoque incitatos fuiſſe, ut non modo Deum ſuum *Mithram*, id eſt, ſolem τριπλάσιον ſive triplicem nominarent, ſed etiam in tantae rei memoriam ſacra anniverſaria inſtituerent. Verum dudum eſt, quod (*y*) doctiſſimi homines hac nihil notatione fingi poſſe ineptius oſtenderunt. Quocirca proxime ad veritatem accedere videntur, qui ſublimioris cujusdam myſterii, doctrinae nimirum de Trinitate, rudimenta in Perſarum diſciplina latuiſſe recondita, ex hoc ipſo concludunt vocabulo. Et (*z*) *Gerh.* quidem *Jo. Voſſius* triplicem Perſarum divinitatem cum ea, quam

333

bunt, cum ſole eum componere. (III.) Nec, quod *Plutarchus* tradit, *Oromasden* a ſole diſtare, id argumento eſt, *Oromasden* Deum fuiſſe ſole majorem & omnis luminis fontem. Namque hoc tantum apud *Plutarchum* ſcriptum extat, *Oromasden* longe diſceſſiſſe a ſole, ut ſtellas condere poſſet. Qui diſcedit intervallo quodam ab aliquo rei cujusdam cauſſa, is non major ſtatim illo eſt, a quo ſeſe removet & digreditur. (IV.) *Mithram* contra *Oromasde* majorem a Perſis & excellentiorem fuiſſe habitum, plurimi veterum docent loci, quos afferunt, qui de *Mithra* ex inſtituto expoſuerunt. (V.) *Mithram* denique & *Oromasden* duo eſſe unius Dei nomina, diſertis *Plutarchi* & aliorum veterum auctorum repugnat teſtimoniis; quae ſpernere, & conjecturas ſequi ſuas, neſcio, an ulli liceat. Non negaverim, fuiſſe fortaſſis inter Perſas, qui haec duo inter ſeſe Numina confuderint. Sed in religionibus veterum explorandis prima earum fundamenta ſpectanda ſunt, non vero, quemadmodum a non nullis intellectae ſint aut depravatae, curandum.

(*t*) *Dionyſius*] *Epiſtola* VII. *ad Polycarpum p.* 91. *T.* II. *Opp.*

(*v*) *Plutarchum*] *De Iſide & Oſiride p.* 370. *T.* II. *Opp.*

(*x*) *Nomina*] Neque hoc ego argumentum magni eſſe momenti arbitror ad id probandum, quod nos credere vult vir magnus, *Oromasden* & *Mithram* bina unius tantum Dei eſſe nomina. Nam, ut reliqua omittam omnia, *Dionyſius* ſolem vocari τριπλάσιον a Magis memorat: at *Oromasdes* & a *Plutarcho* & ab ipſo *Cudworthо* a ſole diſtinguitur & ſegregatur. Sol autem quare τριπλάσιος dictus ſit, paullo poſt apparebit.

(*y*) *Doctiſſimi homines*] *Gerh. Jo. Voſſius de idololatria Lib.* II. *Cap.* 9. *p.* 131. *Jo. Seldenus de Diis Syris Prolegom. p.* 31. & alii.

(*z*) *Gerh. Jo. Voſſius*] *De orig. & progreſſu idololatr. Lib.* II. *Cap.* 9. *p.* 131. Sed male hic a doctiſſimo viro ſententiam *Voſſii* exponi, ipſa magni viri docebunt verba: *Fortaſſe* τριπλάσιον *dictum* (*Mithrae* ſacrum) *obtria illa in Deo eximia, ſapientiam ratione intellectus, bonitatem ratione voluntatis, & potentiam in exſequendis omnibus.* Non igitur *Voſſius* in nomine τριπλάσιος veſtigia trium in Deo perſonarum quaerit, ſed ſuſpicatur tantum, tres eximias in Deo perfectiones, ſapientiam, bonitatem, & potentiam, hoc forte vocabulo obſcure indicatas eſſe, nec usquam indicat, has tres virtutes notas eſſe, quibus tres divinitatis perſonae inter ſe diſcernantur. Praeterea non ſciſcit aut decernit *Voſſius*, ſed conjicit & opinatur. Conjecturae vero huic parum ab ipſo tributum fuiſſe, indo ſatis patet, quod ſtatim alias affert divinationes. *Sic etiam*, pergit, *dici potuit ab triplici ſolis effectu, calore, lumine, & diſtinctione temporis, vel ab triplici dierum menſura, quia alii pares, alii breviores, alii longiores.* Nullam ego harum ſuſpicionum probo: at poſteriores tamen ſuperiori propterea videntur eſſe meliores, quia ad ſolem pertinent, cui proprie nomen illud τριπλάσιος a Dio-

Digitized by Google

334 quam Chriſtiani profitentur, Trinitate componere nil dubitat, tresque in uno Deo ὑποστάσεις ſive perſonas, quarum notae diſcernentes ſint *ſapientia*, *bonitas*, & *potentia*, ſub his involucris occultari, lubens concedit. Quodſi vero ex *Zoroaſtris* ſive Magorum haec res metienda ſit oraculis, Perſarum Trinitas non tam Chriſtianis placitis, quam *Pythagorae* ac *Platonis* diſciplinae cognata videtur, qui tres naturas ordine non minus & gradu, quam re ipſa, diſtinctas profeſſi ſunt. Binas harum naturarum priores (*a*) hi verſus continent:

Πάντα γὰρ ἐξετέλεσσε πατὴρ, καὶ νῷ παρέδωκε
Δευτέρῳ, ὃν πρῶτον κλῄζουσι νόημα βροτῶν.

Quorum haec eſt ſententia: *Cuncta enim perfecit pater, & menti tradidit ſecundae, quam primam vocant gentes hominum.* (*b*) *Pſellus* haec ita exponit oracula: Τῷ πάσαν πτίσιν δημιουργήσαντι ὁ τελάρχης πρώτῳ πατὴρ, παρέδωκε τούτῳ τῷ νῷ· ὅτινα νῦν τὸ ξύμπαν γένος ἀνθρώπων, ἀγνοοῦντες τὴν πατρικὴν ὑπεροχὴν, θεὸν πρῶτον καλοῦσι. *Primus Triadis pater, quum univerſam abſolviſſet creationem, menti eam tradidit. Hanc vero mentem, quoniam paterna eminentia humano generi univerſo ignota eſt, primum vulgo vocant Deum.* Quibus dictis, quantum hac in re inter Magorum ſive Chaldaeorum & Chriſtianorum interſit Theologiam, his verbis declarat: Πλὴν τὸ παρ' ἡμῖν δόγμα ἐναντίας ἔχει, ὡς αὐτὸς ὁ πρῶτος νοῦς, ὁ υἱὸς ὢν μεγάλου πατρὸς, τὴν πτίσιν πᾶσαν δεδημιούργηται. *Huic autem dogmati noſtra plane contraria eſt ſententia. Nos enim primam mentem, quae magni patris eſt filius, univerſam perfeciſſe putamus creationem. Pater enim in libris Moſis filio quidem exemplum ſeu ideam creationis explicat: at filius ipſe opifex ejus eſt.* Patet hominis, ut arbitror, ſententia. Perſarum aut Chaldaeorum Theologos δημιουργὸν ait ſive *mundi Architectum* primam divinae Triadis perſonam eſſe, ſtatuere: ſecus Chriſtianos & *Platonis* aſſectatores, qui hunc δημιουργὸν ſecundo loco collocent. Quamobrem, quum *Pletho* hoc oraculum ad Chriſtianorum & Platonicorum ſcita vellet accommodare, non potuit, quin aliam ejus comminiſceretur expoſitionem; quam quidem ſubjicere placet: Ὁ γὰρ πατὴρ ἅπαντα ἐξετέλεσε, τὰ νοητὰ δηλαδὴ εἴδη, (ταῦτα γάρ ἐστιν ἐκπεπλεσμένα τε καὶ πλήρη) καὶ τῷ μεθ' ἑαυτὸν δευτέρῳ θεῷ παρέδωκεν, ἄρχειν δηλαδὴ καὶ ἡγεῖσθαι αὐτῶν. *Pater perfecit res omnes, id eſt, ideas intelligibiles, (hae enim res il-*

Dionyſio datum eſt, quum illa ad ipſum ſpectet ſummum Deum, cui nemo veterum vocabulum hoc impoſuit. *Voſſii* loco doctiſſimum civem ſuum, *Jo. Seldenum*, nominare *Cudworthus* potuiſſet, qui ab ſententia hac non ſeſe alienum oſtendit *de Diis Syris Prolegom. p.* 31. ubi, poſtquam interpretum *Dionyſii* ſententiam expoſuerat, haec ſubjicit: *Alia longe erant triplicis Mithrae myſteria, &, ſi fas ſit dicere, ſanctiora, quam quae hujusmodi peterent exordia.* Planius etiam *Elias Schedius de Diis Germanor. p.* 330. Recentius *Petr. Dan. Huetius* in *Quaeſt. Alnetanis Lib.* II. *Cap.* 3. *p.* 98. *Triplex ille*, aperte profitetur, *Perſarum Mithra, Dionyſio memoratus, videtur ſimulacrum eſſe quoddam Trinitatis.* Verum viros, in quibus ſumma fuit rerum & litterarum veterum cognitio, hanc ſuam facere opinionem potuiſſe, miror: quibus non ignotum fuiſſe, arbitror, veteres tam ſolem, quam lunam triplici finxiſſe facie. De ſole teſtis eſt *Macrobius Saturnal. Lib.* I. *Cap.* 20. *p.* 298. qui Aegyptios, ut teſtentur, ſeſe ſub *Serapis* & *Iſidis* nomine nil niſi ſolem colere, *ſimulacris* horum Deorum Tricipitis *animantis ſpeciem* adjungere, refert. Ergo triplex tum facies ſolis ſignum erat. Lunae Perſas *triformem* dediſſe *vultum*, *Julius Firmicus* teſtatur *de errore profanar. religion. p.* 413. *Perſae & Magi omnes Jovem dividunt in duas poteſtates, — & mulierem quidem triformi vultu conſtituunt.* Nec *Virgilii* verſus hic multos fugit *Aeneid. Lib.* IV. *vſ.* 511.

Tergeminamque Hecaten, tria virginis ora.

Quare triplicem ſoli lunaeque vultum veteres dederint, non niſi conjecturis indagatur. [Vid. *Jablonsky Pantheum Aegypt. T.* I. *p.* 115. *ſ.*] *Julianus Orat.* IV. *in ſolem p.* 148. & *p.* 157. ſolem ut-

Digitized by Google

illae ſunt, quae perfectae ſunt & omni ex parte abſolutae) *tradiditque eas ſecundo Deo, ut ab eo gubernentur. Quapropter, quod ab hoc Deo productum eſt ad exemplum ejus proprium & intelligibilem eſſentiam, id neceſſario quoque ſummo parenti ſuam debet originem. Hunc autem ſecundum Deum hominum generationes vulgo habent pro primo, quoniam altius non adſcendunt animo, quam ad illum, a quo mundus eſt conditus.* Eſt omnino, cur haec paullo dici probabilius putem: quod qui mecum facient, illi alteram in Magorum ſeu Perſarum Trinitate perſonam, non ſecus atque in ea, quam Platonici & Chriſtiani probant, mundi eſſe fabricatorem atque effectorem, cenſebunt. Et hunc ipſum *Mithram* illum eſſe vere judico, de quo *Eubulum* audivimus 335
differere.

Tertia ſupereſt hypoſtaſis. Eam in Chaldaico quodam ſeu magico, quod apud (*c*) *Proclum* eſt, oraculo reperio, atque ψυχὴν ſeu mundi animam vocari video:

—— Μετὰ δ' πατρικὰς ἀγορὰς
Ψυχὴ ἐγὼ ναίω.

Poſt vero paternas conceptiones anima ego habito. Mens enim, quae hic memoratur, *paterna*, id quod *Pſellus* ſignificat, altera eſt, quam antea nominavimus, hypoſtaſis. Ὁ πατρικὸς νοῦς, ὁ δεύτερος δηλαδὴ θεὸς, ὁ τῆς ψυχῆς δημιουργὸς. *Paterna mens ſecundus eſt Deus, & ipſe animae demiurgus aut conditor.* Quae quum ita ſint, equidem ſic eſſe de hac univerſa re opinor ſentiendum: *Oromasdes* & *Mithras* duo nomina ſunt, quae promiſcue non raro uſurparunt Magi, quum totam communiter indicare vellent divinitatem. Sed hanc ipſam divinitatem tribus contineri judicabant naturis, ſive triplicem eſſe. Ergo, quod in ea primum habebant, id proprie *Oromasdem*, quod proximum, id *Mithram* vocaſſe videntur. Huic ego ſententiae *Plethonis* auctoritate fidem facio; qui hoc etiam adjungit, tertiam in Perſarum Trinitate hypoſtaſin voce *Arimanius* deſignari, idque ex ipſo eruit *Plutarcho*: Φασὶ γὰρ Ζωροάστρην, ὡς τριχῇ τὰ ὄντα διέλει, καὶ τῇ μὲν πρώτῃ καὶ τῶν μερῶν Ὡρομάζῃ ἱδρύσῃ· τόπον δ' εἶναι τὸ ὑπὸ τοῦ λευκοῦ πάντες καλούμενον· τῇ δ' ἐσχάτῃ Ἀριμανίῳ, Μίθρην δὲ τὴν μέσην· καὶ τόπον δ' ἂν εἶναι τὸ δεύτερον τῶν καλουμένων ὑπὸ τοῦ λευκοῦ. *Zoroaſtrem dicunt trifariam res omnes diviſiſſe, & primum quidem locum Oromasdi aſſignaſſe, qui*

triplicem fingi propter triplicem ejus virtutem & efficientiam, opinatur. Ταῦτά σοι, inquit, καθ' ἃ τριττὴν τοῦ θεοῦ δημιουργίαν ὁ τοσοῦτος ἥλιος —— γράψαι πρός σε ἐτολμησα. *Haec ſunt, quae pro triplici Dei* (ſolis) *efficientia tribus maxime noctibus elucubrata —— auſus ſum ad te ſcribere.* Verum, quae de triplici hac ſolis virtute differit Imperator, ſubtiliora ſunt, quam ut vera & ſine controverſia videri queant. *Jac. Martini* non ita pridem tres ſolis facies tria anni tempora, tot enim numerabant veteres, retuliſſe autumat *Religion des Gaulois T. I. p.* 425. Mihi id, quod *Macrobio* jam in mentem venit, ſequi placet, quo nihil eſt ſimplicius & apertius, tres ſolis lunaeque facies triplex tempus, praeſens, praeteritum, & futurum, deſignaſſe. Utcumque eſt, id quidem certum eſſe ex his & exploratum arbitror, unde nomen τριπλάσιος ſeu *triplex* fluxerit, quod *Mithrae* ſeu ſoli datur a *Dionyſio*. Nec minus inde conſtat, quum ſoli proprium fuerit cognomen hoc, ad tres in Deo perſonas aeque commode & apte illud trahi, ac ſi quis *Virgilio* trinum Deum fuiſſe notum, ideo contenderet, quod Hecaten ſeu lunam *tergeminam* appellavit. Ipſe doctiſſimus *Cudworthus* hanc deſerit ſententiam, quum paullo poſt *Mithram* alteram perſonam Perſicae Triadis fuiſſe diſputat.

(*a*) *Hi verſus*] In *Oraculis Zoroaſtri* adſcriptis *Sect.* II. *vſ.* 27. 28. *p.* 1179. *ed. Stanleji.*

(*b*) *Pſellus*] Hic & *Plethо Commentarios in oracula* compoſuerunt *Zoroaſtris*, qui adhuc exſtant, neque paucis referti ſunt Platonicis commentis.

(*c*) *Proclum*] Exſtat hic verſus in *Zoroaſtris Oraculis*, ut hodie a viris doctis digeſta ſunt. *Sect.* VI. *vſ.* 150. *p.* 1184. ſed non ita, ut hic, diſpoſitus eſt, quod ad ipſam rem nihil facit.

Digitized by Google

qui pater in oraculis dicitur, infimum Arimanio, medium vero Mithrae; & hunc eſſe illum, qui iisdem in oraculis mens ſecunda vocatur. Qua occaſione, quam belle inter ſe *Platonis & Zoroaſtris* conveniant Trinitas, ſic ut non tam re quodammodo, quam verbis, pugnent, obſervat. Quod ſi recte ſeſe habet, id quod alterum eſt in *Platonis* Triade, ſempiterna nimirum illa mens, cui rerum omnium obverſantur ſpecies, quamque *Plato* mundi hujus facit fabricatorem, nullus eſt alius, quam ipſe *Mithras*, quod ante diximus, quem *Eubulus mundi opificem, parentemque, & effectorem omnium rerum* appellat. Tertia vero, quam Magorum laudant oracula, hypoſtaſis, ſi ab eo non differt Deo, quem *Arimanium* vocarunt Perſae, hoc ideo haud dubie nomen accepit, quoniam inferior hicce mundus, in quo animae verſantur corporibus colligatae & ad peccandum proclives, omnium malorum & miſeriarum, aegritudinum, morborum, mortis denique ſedes eſt ac domicilium. Ab hac *Heſychius* non videtur alienus ſententia fuiſſe, qui, Ἀρειμάνης, inquit, ὁ Ἅιδης παρὰ Πέρσαις. *Arimanius apud Perſas eſt Ades*, id eſt, Pluto aut Orcus. Quamquam hoc *Theopompo* debet, qui pariter apud (*d*) *Plutarchum Arimanium Haden* ſive *Plutonem* dicit. Ex quo apparet, *Plutonem* hunc, quem apud *Homerum* in divinitate ornat tertium locum, eumdem in Perſarum divina Triade habuiſſe. Hic ille *Arimanius* eſt, quem Perſarum rex, quum (*e*) *Themiſtoclem* ad ſe transfugiſſe accepiſſet, compellaſſe legitur: Κατηξιώσω τοὺς πολίτας φρένας δοῦναι τῷ Ἀρειμανίῳ, ὅπως ἐλαύνωσι τοὺς ἀεὶ τῶν ἑαυτῶν. *Deprecabatur Arimanium, ut ſimiles ſemper hoſtibus ſuis cogitationes inſtillaret optimos & praeſtantiſſimos ſuorum ejiciendi.* Certe, quod *Plutarchus* de *Mithra* perhibet: Διὸ καὶ Μίθρην Πέρσαι τὸ μεσίτην ὀνομάζουσι. *Igitur Perſae Mithram appellant mediatorem*: id in eam magis nos impulit cogitationem, ut *Mithram* ex Perſarum ſententia ſecundum in triplici divinitate locum tenuiſſe, ſuſpicemur, quam ut *Plutarcho* ipſi fidem habeamus, qui *Mithram* Deum eſſe vult ex nulla cauſſa genitum, qui duos inter illos contrarios Deos, alterum
336 bonum, alterum malum, medius veluti conſtitutus fuerit, atque conciliatoris partes (*f*) obierit.

Verum ſint, qui *Plutarchum*, nonnullosque alios ſibi eſſe potius audiendos exiſtiment, quos *Zoroaſtrem*, veteresque Magos duo naturae totius conſtituiſſe principia, bonum & malum, lucem & tenebras, malumque quemdam ex omni aeternitate daemonem Deo ſummo adjunxiſſe, id eſt, idem, quod *Plutarchus* ipſe atque Manichaei deinceps ſenſerunt, docuiſſe, audacius aſſeverare, notum eſt; haud idcirco tamen cauſſa noſtra fiet deterior. Vel ſic enim Magos unum omnis boni fontem

(*d*) *Plutarchum*] *De Iſide & Oſiride p.* 370. Graeci, quibus moris erat barbararum gentium Diis eadem tribuere nomina, quibus ſuos compellabant Deos, & utrosque temere inter ſe confundere, quum ea, quae de *Arimanio* tradebant Perſae, in nonnullis conſentanea illis eſſe intelligerent, quae de *Plutone* Graeci perhibebant, non veriti ſunt *Plutonis* nomen dare *Arimanio*, quaſi unus idemque eſſet uterque Deus.

(*e*) *Themiſtoclem*] Apud *Plutarchum* in *Vita Themiſtoclis p.* 326. Vel hic ipſe vero declarat locus, *Arimanium* pro malorum omnium parente & auctore a Perſis fuiſſe habitum. Flagitat enim ab eo Perſarum rex, ut perniciosis & peſtiferis cogitationibus hoſtium ſuorum animos imbuat. Ergo, quidquid mali molirentur aut meditarentur homines, id *Arimanio*, quidquid autem fructuoſi & ſalutaris, id *Oromasdi* tribuendum eſſe, judicabant.

(*f*) *Obierit*] Tota haec de Perſarum & *Zoroaſtris Trinitate* diſputatio quantum apud me valeat, ex illis perſpicuum eſt, quae de Perſarum ſacris & religione paullo ante commentatus ſum. Nec *Zoroaſtris*, quae vocantur, *oracula* ea eſſe puto, ut ex illis veterum Perſarum de rebus divinis doctrinae cognoſci queant: nec omnino Perſas triplicem Deum quemdam coluiſſe, arbitror, quum tot veterum dicta doceant, *Mithram*, *Oromasdem*, & *Arimanium* & officiis & univerſa natura diſtinctos fuiſſe.

Digitized by Google

tem atque parentem ſuſpexiſſe, manifeſtum erit, atque ſub illum omnia ſubjeciſſe, excepto tantum illo, quod naturae ac perfectionibus ejus ita repugnat, ut inde nullo modo procedere potuerit: *malum* intelligo. Verum Magos longe aliter fortaſſis ſenſiſſe, atque multis hodie videntur, valde fieri probabile, jam antea diximus. Principio nimirum malum & tenebras cum bono & luce permiſtas eſſe, quum inferior hicce orbis noſter componeretur, primarium familiae hujus fuiſſe dogma, opinor. De qua boni malique copulatione quo aptius philoſophari poſſent, utrique formam atque habitum perſonae impoſuerunt. Deinde ſigillatim malos in hoc orbe daemones verſari, docere videntur voluiſſe. Nam & horum in antiquis Magorum oraculis memoria occurrit, in quibus θῆρες χθονὸς, *beſtiae terrae*, & χθόνιοι κυνες, *canes terreſtres*, vocantur. Atqui daemonum illorum princeps & caput nonnumquam fortaſſis ὁ πονηρὸς δαίμων Περσῶν, *malus Perſarum daemon*, abſolute nominatus eſt, eo quod ab illo, quem *diabolum* Chriſtiani dicunt, haud differret. His omnibus denique, quae recenſuimus, iſtud praepoſuerunt Numen, quod *Arimanium*, *Haden*, & *Plutonem* appellabant, tertiam nimirum triplicis, quam ſibi fingebant animo Perſae, divinitatis perſonam. His ego legibus Magorum de ortu mali doctrinam ſtetiſſe, arbitror: quam divinationem noſtram id juvat in primis, quod Perſarum Theologi Deum infinite potentem eſſe, confeſſi ſunt, ſicut ex eorum patet inſcriptionibus. Id vero eis non fuiſſet integrum, ſi, quod Manichaeos feciſſe accepimus, malum aliquod ab aeterno una cum Deo principium exſtitiſſe, legis omnis & cauſſae expers, praecepiſſent. Accedunt & alia, quae hic praetermittere, nefas foret. Qui *Plotini* aetate rem Chriſtianam conturbabant, *Gnoſtici* mundum hunc non quidem a vitioſo quodam principio, quod ex infinito tempore per ſe exſtitiſſet, conſtructum eſſe credebant; attamen mentem aliquam peccato antea infectam hoc opus perfeciſſe, dicebant. Quam opinionem quum a *Platonis* abhorrere ſcitis animadverterent, *Zoroaſtrem* ejus opponebant auctoritati, cujus librum quemdam producebant, Ἀποκαλύψεις Ζωροάστρου, *Patefactiones Zoroaſtris*, inſcriptum. Sed (*g*) *Porphyrius*, quod ipſe memoriae prodidit, peculiari libro generis hujus levitatem caſtigabat, atque volumen illud, quod *Zoroaſtri* adſcribebant, antiquitatem mentiri, & turpe Gnoſtici ingenii excrementum eſſe, demonſtrabat. Ita vero ſimul declarabat, antiqui illius *Zoroaſtris* doctrinam, quod Gnoſticorum faveret delirationibus, nihil omnino continuiſſe. Jam ſi vetuſtis ex auctoribus quaeramus, quemadmodum ex omni parte conſtituta fuerint & diſpoſita, quae de binis ſuis Magi olim principiis docuerunt, tantam ubique 337

fuiſſe. Quare vero plerique populi ires olim primarios venerati ſint Deos, id alio in loco probabili ratione declarabo. Sanctius tamen & melius vir doctiſſimus inſtituit, quam illi, qui ipſam Chriſtianorum Trinitatem in tribus his Perſarum nominibus inveniſſe ſibi viſi ſunt: quod poſt *Plethonem* *Hugo Sanfordus* fecit, Anglus, *de deſcenſu Chriſti ad inferos Lib.* II. *Sect.* 37. teſte *Thom. Gataker* in *Adverſariis miſcellan. Cap.* 22. *p.* 662. *Phil. Mornaeus de veritate relig. Chriſt. Cap.* 6. & alii; quos refellit *Jac. Thomaſius Diſſ. de Perſarum Platonicorumque Trinitate* §. 23. *p.* 67. in *Chriſt. Thomaſii Hiſtoria ſapient. & ſtultitiae Tom.* III. Quamquam, quae hic vir doctiſſimus de *Mithra* triplici & aliis rebus diſſeruit, non mihi univerſa probari, quae ſupra diſſerui, ſignificant. Non mihi licet hic longiori eſſe, &, quae ab aliis expoſita ſunt, omnia vel repetere vel confutare.

(*g*) *Porphyrius*] *Vita Plotini Cap.* 16. *p.* 119. *ed. Fabricii.* Memorat & *Clemens Alexandr. Stromat. Lib.* I. *p.* 357. *Prodici* ſectatores, quos in Gnoſticis fuiſſe notum eſt, gloriatos eſſe, arcanos ſeſe *Zoroaſtris* libros poſſidere. Sed quae hic *Cudworthus* de cauſſa profert, propter quam hos libros confinxerint Gnoſtici, nullis auctoris antiqui teſtimoniis, ſed unice conjectura nituntur, quemadmodum & alia eorum, quae hic erudite diſſerit.

(*h*) *Pla-*

Digitized by Google

que deprehendimus inconſtantiam, ut, ubi nobis inſiſtendum ſit, vix appareat. Quae *Theodorus*, qui *de Perſarum Magia* commentatus eſt, apud (*b*) *Photium*, & *Eudemus* apud (*i*) *Damaſcium* de eorum diſciplina perhibent, tam ab omni ratione relicta & averſa ſunt, ut verear, ne in lectorum peccem patientiam, ſi ea retulero. Neuter tamen horum Perſarum *Arimanium* ſive *Satanam* daemonem eſſe dicit ex nullo genitum & per ſe exſiſtentem. Arabes vero, qui de *Altanavviah*, ſic enim vocant bina illa Perſarum principia, alterum natura bonum, alterum malum, in litteras aliquid retulerunt, Magorum principibus perſuaſum eſſe, perhibent, *lucem* eſſe *Kadiman*, id eſt, Deorum primum & vetuſtiſſimum, tenebras autem Deum tantum ex alio genitum (*). Quae ſi vera ſunt, ecquid clarius, quam mali atque tenebrarum principium gradu & aetate infra boni atque lucis parentem ab hoc genere poni? *Abulfeda* vero diſciplinam *Zoroaſtris*, quem veterem Magorum doctrinam inſtauraſſe ferunt, hac ratione explicat: *Deum luce & tenebris antiquiorem eſſe, earumque conditorem unum eum eſſe, nec ſocium habere; bonum autem & malum, probitatem & nequitiam e commixtura lucis & tenebrarum contigiſſe, quae niſi mixta fuiſſent, mundus nequaquam exſtitiſſet, nec ceſſuram mixtionem, donec lux tenebras vincat; deinde lucem mundum ſuum, tenebras autem ſuum ſibi liberum & integrum habituras.*

Affert *Euſebius* definitionem Dei, quam *Zoroaſter* confeciſſe dicitur. Ea mihi, ſi longiorem haec res declarationem poſceret, novum ſuppeditaret argumentum, quo philoſophum hunc, multorum licet Deorum ſtudioſus fuerit, unum tamen ſummum atque maximum coluiſſe Numen, confirmarem. Sed nil vetat tamen, ipſam hic exhibere deſcriptionem: (†) Θεός ἐστιν ὁ πρῶτος ἄφθαρτος, ἀΐδιος, ἀγέννητος, ἄμερής, ἀνομοιότατος, ἀγαθῶν ἀγαθώτατος, φρονήσεων φρονιμώτατος· ἔστι δὲ καὶ πατὴρ δικαιοσύνης, αὐτοδίδακτος, τέλειος, καὶ ἱερᾶς φυσικῆς μόνος δρατής. *Deus eſt princeps omnium, expers interitus, ſempiternus, ſine ortu, ſine partibus, maxime diſſimilis, omnis boni moderator, integerrimus, bonorum optimus, prudentium prudentiſſimus, legum aequitatis ac juſtitiae parens, ſe tantum praeceptore doctus, perfectus, & ſacrae vis phyſicae unus inventor.* *Euſebius* totidem verbis eam exſtare ſignificat in volumine quodam, cujus index: *Sacra monumentorum Perſicorum collectio*, *Oſtanem*que praeterea, celebrem in primis Magum, & *Zoroaſtri* vehementer deditum, eamdem in *Oſtateucho* ſuo (*k*) proferre.

Saepius in illis, quae adhuc a nobis de *Zoroaſtre* atque Magis diſputata ſunt, oraculorum injecta eſt mentio, quae nonnullis *Magica* audiunt, & ad *Zoroaſtrem* refe-

(*) Pocock Specimen Hiſtor. Arab. p. 146. 147. 148.
(†) Praep. euang. L. I. (Cap. 10. p. 42.).

(*b*) *Photium*] *Bibloth. Cod.* LXXXI. *p.* 199.
(*i*) *Damaſcium*] Intelligit *Opus Damaſcii*, philoſophi Platonici, nondum editum περὶ τῶν πρώτων ἀρχῶν, ſeu *de primis principiis*, cujus ipſi codex manu exaratus lectus fuit. Excerpta ex hoc *Opere* non ita pridem dedit *Jo. Chriſtoph. Wolfius*, vir de omni litterarum genere meritiſſimus, in *Anecdotis Graecis Tom.* III. *p.* 195. in quibus §. 11. *p.* 259. ipſe hic locus, ad quem *Cudworthus* provocat, de Magis Perſarum ex *Eudemo* legitur. Quamquam eumdem jam ante *Thom. Hyde de veteri Perſarum religione p.* 291. teſtatus erat & attulerat. Hic ipſe ceterum locus, ſi recte expendatur, confirmat ea, quae ſupra *ad* §. 13. de Magorum religione & inſtitutis diſſerui: ex quibus etiam, quidnam ſentiendum ſit de illis, quae hic a doctiſſimo viro proferuntur, conſtare poterit. Ad conjecturas pleraque redeunt, nec ipſe vir eximius diffitetur, quae de diſciplina Magorum apud veteres ſcripta exſtant, plurimum habere dubitationis & inconſtantiae.
(*k*) *Proferre*] Omiſſa ſunt quaedam in hac defini-

Digitized by Google

referuntur, aliis vero *Chaldaica* vocantur. Igitur operae me facturum esse puto pretium, si rationes hic eorum breviter declaravero. Si qua via foret celeberrimis istis oraculis fidem illam atque vetustatem, quam sibi dari volunt, asserendi, non esset, cur majora requirerent testimonia, qui vel *Zoroastrem* Persarumque Magos, vel Chaldaeos etiam non unum modo summum excellentissimumque Deum, qui & fecerit & moderetur omnia, coluisse, sed etiam hunc unum Deum certa ratione triplicem censuisse, contendunt.

Id quidem omni vacat dubio, spernendos esse illos, qui vix aliquam illis vetustatem arrogari patiuntur. Namque (*l*) *Synesius* laudat ea aliquoties, atque ἱερὰ 338
non modo λόγια, *sacra* vocat *oracula*, sed etiam magnam eorum aetate sua dignitatem fuisse ac auctoritatem, indicat. Idem nonnulla affert oracula, quae in exemplis *Plethonis* & *Pselli*, quibus utimur hodie, desiderantur. Ex quo efficitur, reliquias restare tantum nobis illorum, atque membra veluti quaedam. Christianorum si quis forte conjecerit ex officina, quemadmodum de Sibyllinis carminibus non pauca, haec prodiisse oracula, eum vel hoc in primis confutabit, quod multi philosophorum, qui Christianos insectabantur, auctoritates eorum frequenter adhibuerint, neque leve illis posuerint pretium. Exemplo erit *Damascius*, ex quo multa *Patricius* collegit hujus generis oracula, quae in *Pselli* atque *Plethonis* deerant exemplis. Memini quoque, (*m*) *Photium* referre, ubi *Libri Hieroclis*, quem *de fato & providentia* composuit, argumentum explicat, quartam hujus voluminis, quod septem continebatur libris, partem in eo unice versatam fuisse, ut *oracula, quae vocantur, & Platonis dogmata inter se conciliaret*, τὰ λεγόμενα λόγια εἰς συμφωνίαν συνάγων, εἰς Πλάτωνα ἐξομοιῶν. Nec ego dubito, quin haec *Hieroclis* oracula ipsa illa Magorum sive Chaldaeorum fuerint carmina, quorum res hic agitur. Namque solent, qui ex illis proferunt aliquid, philosophi λόγια saepenumero ea simpliciter nuncupare: quod vel ex hoc *Procli in Timaeum Platonis* loco intelligitur: (*) Ὑπὸ τοῦ Πλάτωνος καὶ Ὀρφέως ἡ λογίων πίστις ἡ πατρὸς ὑμνεῖται ὃς πάσης πατρὸς ἀνδρῶν τε θεῶν τε· ἡρώων μὲν τὴν πλῆθύν τε θεῶν, ψυχὰς δὲ πέμπων εἰς ἡλίους ἀνδρῶν. *Conditor universitatem a Platone, quam ab Orpheo & oraculis Deorum pater hominumque dicitur, qui & multitudines producit Deorum, & animos demittit, quum generantur homines.* Exstant aliis quoque locis apud *Proclum* horum oraculorum fragmenta, eodemque nomine λόγια (*n*) vocantur. Idem vero philosophus splendidius nonnumquam illis vocabulum impertit, atque θεοπαράδοτον Θεολογίαν & μυσταγωγίαν, *Theologiam divinitus traditam & patefactam*, nominat. Qua quidem verborum magnificentia (*o*) *Jamblichum* recordescriptione verba. Deus in illa apud *Eusebium* dicitur quoque sub initium κεφαλὴν ἔχων ἱεράκειον, *caput habens accipitris*, & sub finem φυτικὸς καὶ σοφός, *naturalis & sapiens*. Sed totam ego hanc definitionem ad ea retulerim, quae a Graecis diu post *Zoroastrem* inventa sunt, ut tanti hominis auctoritate sua corroborarent dogmata.

(*) P. 97.

(*l*) *Synesius*] *Libro* praesertim *de insomniis* passim. Interpres etiam hujus libri Graecus, *Nicephorus*, in *Scholiis p.* 363. *f.* cum magni facit haec oracula, tum illustres quosdam ex illis locos describit. Sed diu ante *Synesium Nicolaus Damascenus* jam in *Excerptis Valesianis p.* 460. τὰ Ζωροάστρου λόγια memorat; si modo haec illa sunt, quae nunc habemus.

(*m*) *Photium*] *Biblioth. Cod.* CCXIV. *p.* 553.

(*n*) *Vocantur*] Idem fit apud *Synesium Libro de insomniis p.* 138. 140. & apud alios auctores.

(*o*) *Jamblichum*] *Vita Pythagor. Cap.* 1. *p.* 1. 2. *ed. Kusteri.*

recordor *Pythagorae* quoque ſapientiam laudaſſe, cujus non poſtrema pars a Chaldaeis atque Magis manaſſe putabatur. Ἐκ θεῶν αὐτὰς ἀναδεδεῖσθαι τὸ κατ' ἀρχάς. *Quum origo quoque ejus a Diis promanarit, nefas fuerit eam aliter, quam ipſorum ope ac auxilio, capeſſere.* Nec *Porphyrio* ignota fuerunt haec oracula. Docet id abunde *Liber* ejus, quem περὶ τῆς ἐκ λογίων φιλοσοφίας, *de philoſophia ex oraculis*, conſcripſit: qui liber, quum pluribus conſtaret partibus, unam habuit hoc indice inſignem: τὰ τῶν Χαλδαίων λόγια, *Chaldaeorum* (p) *oracula.* Quae ſi forte quis oracula ab his noſtris differre ſuſpicetur, eum infra idoneis, ut hanc ſuſpicionem dimittat, rationibus compellemus. *Pſellus* dogmatum eorum nonnulla, quae his Chaldaeorum continentur oraculis, *Platoni* etiam & *Ariſtoteli* probata fuiſſe, perhibet. Sed hoc ita quemquam accipere nolim, ac ſi ipſi Graeci verſus, qui nunc exſtant, iſtorum philoſophorum aetate jam exſtitiſſent. (q) Ego contra, *Suidae* fretus auctoritate,
339 *Julianum*, Chaldaeum & theurgicis diſciplinis imbutum, filium *Juliani*, philoſophi, qui *de daemonibus rebusque teleſtargicis* ſcripſit aliquid, primum haec Magorum ſive Chaldaeorum oracula Graecis illigaſſe numeris, exiſtimo. *Suidae* verba haec ſunt: Ἰουλιανὸς ἐπὶ Μάρκου τοῦ Ἀντωνίου τοῦ βασιλέως ἔγραψε θεουργικὰ τελεστικὰ λόγια εἰς ἔπη. *Julianus ſub Marco Antonino Imperatore floruit, & oracula theurgica & teleſtica verſibus ſcripſit.* Neque eſt, quod aliquem moveat, *theurgicorum* hic *oraculorum* fieri mentionem. Quod enim ex illo Magiae genere, quod *Theurgiam* vocabant, aliquid Theologiae ſublimiori his in oraculis admiſtum ſit, id cum ea, quae de circulo Hecataeo in illis leguntur, tum alii loci ita declarant aperte, ut nullus omnino controverſiae locus relictus ſit. Quae vel ſola res iis repeliendis ſufficit, qui Chriſtianorum ingeniis hanc totam deberi judicant oraculorum farraginem. Nihilo tamen minus, id quod antea jam obſervavimus, unum in illis ſupremumque Deum, patrem atque conditorem omnium rerum, celebrari, teſtatiſſimum eſt. Non uno ille vero nomine appellatur. Nunc *pater* audit & *paternum principium*; nunc id, quod mente tantum & cogitatione conſequimur, (r) ὃ χρὴ σὺ νοεῖν νόῳ ἀνδί, *quod oportet intelligere ſolo mentis*: alias (s) *unus* ille *ignis*, unde res omnes fluxerunt, dicitur. Quod oraculum quando *Pſellus* interpretatur, his verbis utitur: Πάλιν τὸ ἓν ὄν,

(p) *Oracula*] Quae de *Porphyrio* hic traduntur, incerta ſunt omnino. Conſtat *Aeneae Gazaei* in *Theophraſto p.* 56. teſtimonio, *Porphyrium* in libro quodam Chaldaeorum oracula produxiſſe, ut illis probaret, materiam eſſe genitam. Etiamſi vero probabile ſit, haec Chaldaeorum oracula non differre ab illis, quae hodie *Zoroaſtris* nomen inſcriptum habent; id tamen minus apertum in Libro de philoſophia ex oraculis a *Porphyrio* haec oracula adhibita eſſe. Veri contra ſimilius, haec Chaldaea oracula in *Libris ſex*, quos περὶ ὕλης ſeu *de materia Porphyrius* exaravit, ab eo fuiſſe allata. Vid. *Luc. Holſtenius de vita & ſcriptis Porphyrii Cap.* 9. *p.* 56. Ceterum *Porphyrium* τὰ λογία expoſuiſſe, *Marinus* quoque auctor eſt in *Vita Procli Cap.* 26. *p.* 61.

(q) *Ego contra*] *Franc. Patricii* ſententiam hic ſequitur vir doctiſſimus, a quo haec *Oracula* eſſe edita, notum eſt. Sed adverſus eam *Petr. Lambecius* jam diſputavit *Prodromi Hiſtor. litter. Lib.* I. *Cap.* 7. *p.* 93. nimiamque conqueſtus eſt hanc eſſe licentiam, vocabulum γράφειν ſic interpretari, ac ſi *Suidas* ſcripſiſſet μεταφράζειν ſeu *vertere.* Ipſe igitur *Julianum* hunc parentem & auctorem opinatur eſſe *Oraculorum* illorum, quae *Zoroaſtris* dicuntur hodie. *Lambecium* rurſus oppugnandum, & pro *Patricii* & *Cudworthi* ſententia dicendum ſibi eſſe duxit vir magnus, *Jo. Alb. Fabricius*, *Biblioth. Graec. Lib.* I. *Cap.* 36. §. 11. *p.* 251. qui de his *Oraculis* copioſius diſſerit. Mihi nec *Lambecii* nec *Patricii* omnino placet ſententia. *Suidae* locus non de verſione quadam aut explicatione *Oraculorum* Chaldaicorum a *Juliano* compoſita loquitur, ſed philoſophum hunc, quem in Magis veterum multi numerant, λόγια, *praecepta brevia*, ut ego interpretor, eaque verſibus illigata, de rebus theurgicis exaraſſe, tradit. Λόγια enim recentioribus Graecis dicuntur pronuntiata ejusmodi brevia, quae non inter ſe connexa & colligata ſunt; quae-

ἓν τὰ, τά τε νοητὰ καὶ αἰσθητὰ, ἀπὸ μόνου Θεοῦ τὴν ὑπόστασιν ἔλαβον, καὶ εἰς μόνον Θεὸν ἐπιστρέφεται κ. τ. λ. ἄπταιστον ἂν τὸ λόγιον καὶ πολλῆς ἅμα καὶ ἡμετέρας δόγματος. *Omnia, sive mente tantum & ingenio comprehendantur, sive in sensus incurrant, essentiam suam a solo Deo accipiunt, & ad solum Deum revertuntur. Quare vituperari non potest hoc oraculum, & nostrae doctrinae plenum est.* Sigillatim hoc, quod animadvertatur, dignum est, haec ipsa oracula materiam pariter ex Deo esse ortam, neque ἀγέννητον seu originis expertem esse, disertissime profiteri. Auctor nobis hujus rei *Proclus* est *in Timaeum Platonis* (*): qui postquam affirmaverat, esse ἓν πάντων αἴτιον, *unam rerum omnium causſam*, & τὸ ἀγαθὸν, πάντων αἴτιον ὄν, εἶναι καὶ ὕλης αἴτιον, *ſummum illud bonum, quod rerum omnium cauſſa eſt, materiae quoque cauſſam eſſe*, pondus atque robur praecepto huic ex oraculis conciliat. Ἀπὸ τούτης καὶ τῆς τάξεως καὶ τὰ λόγια φησὶν ἡ πολυπίκιλον ὕλης· ἔνθεν ἄρθμιοι θνητοῖς φύονται γένεσις πολυποίκιλος ὕλης. *Ex hoc ordine oracula quoque generationem derivant materiae his in verbis: Inde* (id eſt, ab uno ſupremo Deo) *affatim exſilit origo variae materiae.* (*t*) Hoc oraculum ex illis esse, quae *Magica* dicuntur sive *Chaldaica*, cum per se patet, tum ex (*v*) *Aeneae Gazaei* liquet testimonio, qui *Porphyrium* illud in his numerasse oraculis significat: οὐ γὰρ ἀγένητον οὐδὲ ἄναρχον ἡ ὕλη· τοῦτό σοι καὶ Χαλδαῖοι διδάσκουσι, καὶ ὁ Πορφύριος· ἐπιγνοὺς ἂν καθόλου τὸ βιβλίον, ᾧ εἰς μέσον προάγει τῶν Χαλδαίων τὰ λόγια, ἐν οἷς γενητὴν τὴν ὕλην ἰσχυρίζεται. *Neque materia generationis & principii expers; quod & Chaldaei & Porphyrius te docent. Ille enim integrum librum conſcripſit, quo Chaldaeorum oracula producit, quibus materiam eſſe genitam profitentur.*

Trinam in iisdem oraculis divinitatem induci, ex iis, quae antea disputavimus, jam constat. Sed quid obstat, quo minus (*x*) *Procli* id ipsum testimonio roboremus? οὕτω γὰρ καὶ ἡ θεοπαράδοτος Θεολογία φησὶ συμπεπληρῶσθαι τὸν κόσμον ἐκ τῶνδε τῶν τριῶν τελῶν· λέγει γὰρ ἡ ψυχὴ περὶ τοῦ Διὸς ἐκείνου τοῦ δημιουργικοῦ τὸ πᾶν. *Ita illa, quae divinitus nobis eſt tradita, Theologia univerſum mundum ex his tribus perfectum eſſe, tradit: Pſyche nimirum* (ſeu mundi anima) *in illis de Jove iſto, qui mundi architecto ſuperior & major eſt, ita loquitur.* Qui locus ne perperam intelligatur, id, quod ante monuimus, in memoriam revocandum erit, *Theologiam divinitus acceptam & traditam*,

(*) P. 118.

quales *Epicuri* erant κύριαι δόξαι. *Lambecii* vero sententiae quod faveat, in loco *Suidae* nihil video, quum *Juliani Oracula* eadem esse, quae *Zoroastris*, incertissimum sit. Ex suo ergo sensu hominem, qui magnus videri volebat in arcanis Magorum scientiis, leges & praecepta de his nugis conscripsisse, censeo. Ill. *Fabricius*, ut *Patricii* sententiam communiat, (I.) monet, a *Nic. Damasceno* commemorari jam *Zoroastris Oracula*. Id vero rem minime conficit, nisi constet antea, illa, quae *Damascenus* laudat, *Oracula* haec ipsa esse, quae nunc circumferuntur. (II.) Recentioribus Platonicis lecta fuisse *Juliani* scripta, nec illos tamen haec *Oracula Juliano* tribuere, sed longe majoris aestimare. Id quidem, fateor, probat, a *Juliano* non esse scripta illa *Zoroastris Oracula*, quae nunc exstant; non autem ostendit, *Julianum* in Graecum sermonem haec convertisse *Oracula*, & versu expressisse, quae Chaldaei forte soluto sermonis genere scripserant.

(*r*) Ὁ κοσ] *Oraculor. Sect.* III. *vſ.* 58. *p.* 1180.

(*s*) *Unus ignis*] *Sect.* II. *vſ.* 59. *p.* 1179.

Εἰσὶ πάντα πυρὸς ἑνὸς ἀπογεγαῶτα.

Sunt omnia ab uno igne progenita.

(*t*) *Hoc oraculum*] Exstat id in nostra *Collectione Sect.* I. *vſ.* 20.

(*v*) *Aeneae Gazaei*] In *Theophraſto p.* 56. Versionem *Holſtenii*, *Barthii* meliorem, addidi ex *Libro* ejus *de vita Porphyrii Cap.* 9. *p.* 56.

(*x*) *Procli*] *Comm. in Timaeum Platonis p.* 116. *Marinus* in *Vita Procli Cap.* 26. *p.* 62. vocat etiam Διανομὰς λόγων.

Digitized by Google

tam, Ἱερατικὸν Θεολογίαν, quam *Proclus* nominat, haec ipſa eſſe λόγια ſive oracula, in quorum dignitatem & auctoritatem inquirimus. *Procli* teſtimonio inſigne illud, quod ex *Damaſcio Patricius* excerpſit, (y) oraculum adjungere licebit:

Παντὶ γὰρ ἐν κόσμῳ λάμπει Τριὰς, ἧς Μονὰς ἀρχή.

Toto enim in mundo lucet Trinitas, cujus Unitas initium eſt.

Quo quidem, neſcio, an clarius aliquid magisque perſpicuum (z) deſiderari queat.

§. XVII. Ex Aſia in Europam proficiſcimur: a *Zoroaſtre* ad *Orpheum* orationem
34 reconvertimus. Sunt inter eos, qui litterarum ſtudiis aetate noſtra ſummam ſibi nobilitatem pepererunt, qui nullum umquam exſtitiſſe hominem, *Orpheum* nomine, ſibi perſuadent, totamque ejus hiſtoriam fabulam eſſe, cenſent, morum formandorum docendique cauſſa excogitatam. Quodſi vero quaeramus, quibus veterum teſtimoniis haec freta ſtet opinio, quem laudent, neminem habent auctorem, praeter *Ciceronem*, qui de *Ariſtotele* haec ſcripſit alicubi: (*) *Orpheum poëtam docet Ariſtoteles numquam fuiſſe.* Sed ego aut hoc tantum docere voluiſſe opinor *Ariſtotelem*, non fuiſſe talem poëtam, qualis *Orpheus*, qui *Homerum* aetate antecefferit, aut, quae nomen gerunt *Orphei*, carmina longe alio ab auctore profecta eſſe, demonſtraſſe. Fingamus tamen, quae volunt viri docti, dixiſſe *Ariſtotelem*, atque *Orpheum* pro commento habuiſſe eruditorum: majorne itaque & gravior unius auctoritas *Ariſtotelis* nobis erit univerſae vetuſtatis concordi conſenſione? *Orpheum* fuiſſe,

(*) De nat. Deor. L. I. p. 211. (Cap. 38. p. 2940. T. IX. Opp.)

(y) *Oraculum*] Exſtat id in noſtra *Collectione Sect.* I. *cf.* 5.

(z) *Deſiderari queat*] Non perſpicue ſatis, de *Zoroaſtris* quidnam ſentiendum eſſe putet *Oraculis*, vir doctiſſimus explicat. At ex iis tamen, quae disputat, facile colligas, eandem ipſi fuiſſe ſententiam, quam doctiſſimi viri, *Stanlejus*, *Clericus*, *Fabricius*, & alii fovent, qui *Zoroaſtri* quidem male haec adſcribi *Oracula*, at antiquam tamen continere Chaldaeorum de rebus divinis doctrinam, opinantur. Mihi quid de hoc videantur negotio, ſequentia docebunt. (I.) Perſis antiquis temporibus fuiſſe praecepta ſeu λόγια quaedam *Zoroaſtri* vulgo tributa, *Nicol. Damaſcenus* teſtatur *de vita ſua* in *Excerptis Valeſii p.* 160. ubi Perſas inter alia refert juxta λόγια *Zoroaſtris* fanxiſſe, ne cadavera igni comburerentur. (II.) At quae hodie *Zoroaſtris* nomen gerunt *Oracula*, unde illud acceperint, equidem ignorare me fateor. Platonici adoleſcentiores, qui publice interpretari ſolebant haec *Oracula*, teſte *Marino* in *Vita Procli Cap.* 26. *p.* 61. numquam ea, quod ſciam, ad *Zoroaſtrem* retulere, ſed ſimpliciter tantum λόγια, τὰ ἱερὰ λόγια, θεοπαιδικὰ λόγια, denique τὰ λόγια Χαλδαϊκὰ nominare ſolent. *Nicephorus Gregoras*, qui ſaeculo decimo quarto vixit, in *Expoſitione Libri Syneſii de inſomniis* nullum pariter auctorem eorum indicat. Neque *Pſellus* aut *Pletho*, a quibus haec *Oracula* collecta primum & illuſtrata ſunt, ea *Zoroaſtris* eſſe, dixerunt, ſed *Chaldaica* tantum appellarunt *Oracula*, aut Magorum, aut abſolute λόγια, tametſi *Zoroaſtris* dogmata in illis tradi profeſſi ſunt. Ne is quidem, qui Graece primum partem horum *Oraculorum* edidit, *Ludovicus Toletanus*, *Pariſ.* 1538. 4. auſus eſt ea *Zoroaſtri* tribuere; ſed indicem, ex codice ſuo haud dubie, his verbis expreſſit: Μαγικὰ λόγια ἅ λέγει τὸν Ζωροάστρην Μάγον. Igitur ex illis, qui harum litterarum ducuntur ſtudio, cognoſcere velim, quisnam ſibi tantum arrogaverit primus, ut, quae veteres ad nullum referunt auctorem *Oracula*, & Chaldaeis generatim adſcribunt, *Zoroaſtris* nomine ornaret, *Patriciusne*, an forte alius antiquior. Id quidem inde liquet, ex his verſibus qui *Zoroaſtris* metiuntur diſciplinam, eos viam ingredi parum tutam & lubricam. (III.) Ceterum tota horum *Oraculorum* cauſſa valde impedita eſt & propemodum inexplicabilis, nec, quae mens eorum ſit & ſententia, quum exiguas tantum habeamus eorum particulas, ex variis auctoribus decerptas, certo nobis licet decernere. Id quidem dubio caret, fuiſſe Platonicis junioribus ſaeculo jam poſt natum Servatorem ſecundo col-

lec-

Digitized by Google

ſe, *Oeagri* filium, ortu Thracem, qui Graecos princeps ſublimiorem de Diis ſcientiam omnesque ritus, quibus illi colendi ſint, atque occultiſſimorum myſteriorum ſacra docuerit, graviſſimi veterum auctores memoriae prodiderunt. Idem aetatem ejus in ea incidiſſe tempora, quae ante Trojanum fuerunt bellum, perhibent: quod ſi recte teſtantur, Judicum Iſraëlitarum floruit aevo. Omnes ſaltim *Homero* eum & *Heſiodo* antiquiorem faciunt. Denique miſero mortis genere periiſſe, atque a mulieribus diſcerptum eſſe, plerique omnes ſignificant. Quocirca *Herus Pamphylius*, cujus ſomnium *Plato* refert (*), *Orphei* animam, quum in novum ei corpus eſſet commigrandum, in cygno maluiſſe habitare, qui canorum ducitur eſſe animal, fingit, quam ex muliere denuo naſci. Tantum ſcilicet in animo ejus odium in omnes mulierum filios indignum illud facinus feminarum concitaverat, quae violento ipſum modo ſuſtulerant. Sed nec *Plato* ſolus is eſt veterum, qui *Orphei* hiſtoriam ſic, uti narratur, contigiſſe teſtatur. (*a*) *Iſocrates*, qui *Ariſtotelem* pariter aetate ſuperat, *Oratione in laudem Buſiridis* idem facit. Accedit luculentus auctor, (*b*) *Diodorus Siculus*, qui de *Orpheo* haec ſcripta reliquit: *fuiſſe eum virum litterarum ſtudiis vehementer deditum, qui μυθολογίαν ſeu mythicam Theologiae partem didicerit, quumque poſtea in Aegyptum commigraſſet, ad majorem harum rerum cognitionem pervenerit, omniumque Graecorum evaſerit cognitione rituum arcanorum, ſcientiae theologicae, ac poëſeos praeſtantiſſimus.* (†) *Pauſanias* addit, ſumma eum in auctoritate fuiſſe: *εἰς τελετὰς ἀρχαίας ἔχων ἀνεσιν καθαρμὸς, νέων τε ἰάματα, καὶ τροπὰς μηνιμάτων θείων, quod crederetur malarum actionum expiationes, morborum curationes, & irae divinae placationes inveniſſe.* Nec (*c*) *Origenes* hiſtoriam hanc in dubium vocare auſus eſt, tametſi *Celſus*, quum *Orpheum Chriſto*, Ser-

(*) De republ. Lib. X. p. 162. (p. 251. ed. Ficini.)
(†) Lib. IX. p. 586. (p. 786. ed. Kuhnii.)

lectionem aliquam *Oraculorum* aut praeceptorum magicorum, quae a Magis Chaldaeorum ad ſe delata eſſe, & veterem doctrinam philoſophorum orientalium complecti, gloriabantur. Aeque certum eſt, ad illam collectionem pertinere, quae hodie a nobis leguntur, *Oracula*, quum pleraque ex Platonicorum excerpta ſint commentariis. Certum denique, hoc philoſophorum genus ingens his *Oraculis* poſuiſſe pretium: quod non modo tot magnificae, quibus efferuntur ab illis, laudes, ſed etiam *Jamblichi*, *Proeli*, *Syriani*, & aliorum expoſitiones declarant. Utrum vero a Platonicis haec conjecta ſint *Oracula*, an vero de Chaldaeo ſermone in Graecum translata, id controverſum videtur eſſe. (IV.) Equidem in hanc propendeo ſententiam, fuiſſe ſaeculo ſecundo in hoc Platonicorum grege aliquem, qui ex ſuo ingenio omnia haec *Oracula* produxerit. Ita ut ſentiam, faciunt, quae jam proferam. Primum, id quod alio loco planum feci, fraudes atque dolos ejusmodi licitos ſibi eſſe, judicabant magiſtri hi. Deinde in eo tum temporis elaborabant unice, ut, quotquot unquam exſtitiſſent, philoſophos nihil aliud inter ſe discordiae, in primis Orientales eadem, quae *Platonem* & Graecos, docuiſſe, contra Chriſtianos oſtenderent, qui ex rixis philoſophorum veritatem religionis ſuae demonſtrare ſolebant. Quod quidem inſtitutum poſcebat interdum, ut ſapientibus orientalibus multa tribuerent, quae a praeceptis ceteroquin eorum prorſus aliena erant, & ſcripta illis recentiora ſupponerent. Tum ſingularis prorſus eſt cognatio & affinitas horum philoſophorum & *Oraculorum* illorum. Eadem utrimque dogmata: pares utrimque formulae & vocabula. Poſtremo, quae de tribus rerum principiis in his *Oraculis* tam diſerte leguntur, ea recentiorem ſchola Platonicam, niſi fallor, ſapiunt, atque eo ſcripta videntur eſſe tempore, quo philoſophi illi Chriſtianorum de Deo ſcita, quantum fieri poterat, imitari & aemulari ſtudebant, ut deperatis Deorum ſubvenirent opibus. Sed nihil hic decerno, verum conjecturam propono probabilem: quam ſi ſequi quis recuſat, memoribus vel auctoritatibus vel rationibus fretus, is ſuo utatur judicio.

(*a*) *Iſocrates*] *Encomio Buſiridis Orat.* p. 452.
(*b*) *Diodorus Siculus*] *Biblioth. hiſtor. Lib.* IV. C. 25. p. 221.
(*c*) *Origenes*] Lege *Libr.* VII. *adv. Celſum* p. 363.

Digitized by Google

Servatori noſtro; anteferret, peropportunam ei occaſionem praeberet cuncta, quae de *Orpheo* ferrentur, ſpernendi. Ad quae omnia hoc veluti cumulus accedit, quod Graecam vocem θρησκίαν argumento eſſe, (*d*) plerique cenſent eruditorum, Graecos a Thracibus accepiſſe tradita, quae ſumma religione atque caerimonia confici voluerunt, myſteria. Scio quidem, doctiſſimum (*e*) *Voſſium* a *Zamolxi*, non autem ab *Orpheo*, haec omnia fluxiſſe, putare, quae ſacroſancta Graecis erant. Sed hanc conjecturam aetas ſatis refellit *Zamolxidis*, qui *Pythagorae* fertur fuiſſe famulus, cujus aevo jam florebant inter Graecos myſteria. Ac licet (*f*) *Herodotus* in antiquiora hominem reponat tempora; id tamen hanc parum juvat cauſſam, quoniam daemonem fuiſſe eum cenſet, qui, quum Thracibus conſpiciendum ſeſe praebuiſſet, divinis ab illis honoribus affectus eſſet. E contrario conſtans inter Graecos haec fama erat, Thracum ritus, caerimonias, & myſteria, quae colerent, nullius, niſi *Orphei*, inventum eſſe. Sic enim *Suidas*: Λέγεῖ, ὡς Ὀρφεὺς Θρᾷξ πρῶτος ἐπιχωλόγησε τὰ Ἑλλήνων μυστήρια, καὶ τὸν πρὸ αὐτοῦ Θεὸν θρησκεύειν
342 ἐκάλεσεν, ὡς Θρᾳκικὸν ὄντα τὸν ἄρχοντα. *Ferunt vulgo, Orpheum Thracem primum reperiſſe Graecorum myſteria, atque Deum colere vocaſſe* θρησκεύειν, *ut Thracum religionem inventum eſſe doceret.* Quapropter ſic rationem neceſſe eſt concludamus: Fieri quidem potuiſſe, ut in *Orphei* hiſtoriam multa fabuloſa atque ludicra intruderentur propter ſummam hominis vetuſtatem: ſed nihil tamen cauſſae nobis eſſe, quare cuncta, quae de eo monumentis veterum ſunt conſignata, commentis connumeremus, *Orpheum*que exſtitiſſe umquam, (*g*) negemus.

Fuit igitur *Orpheus*. Sed nunc alia naſcitur quaeſtio: Sintne in carminibus illis, quae vocantur vulgo *Orphica*, eique, tamquam auctori, adſcribuntur, nonnulla tantae vetuſtatis, ut, quin ipſius *Orphei* ſint, dubitari nullo modo queat? Veteres ſi hic audire placeat, ſunt certe in illis, qui omnem *Orphicis* carminibus adimere videntur dignitatem. Principio *Herodotus*, Graecorum poëtarum vetuſtiſſimos *Homerum* & *Heſiodum* eſſe, ſibi perſuaſum affirmat eſſe: (*) Οἱ δὲ ποιήσαντα τὰ λεγόμενα καὶ τούτων τὸν ἀνδρῶν γενέσθαι, ὕστερον ἐφασαν. *Quibus viris qui poëtae feruntur exſtitiſſe prio-*

(*) Hiſtor. Lib. II. p. 53. (potius C. 53. p. 109.)

(*d*) *Plerique eruditorum*] Ita *Suidas*, *Plutarchus*, alii, quos *Gerh. Joh. Voſſius* nominat *de origine & progreſſu idololatr. Lib.* II. *C.* 57. *p.* 229. Recentiorum, quibus haec placet notatio, infinita turba eſt.

(*e*) *Voſſium*] *De artis poët. natura Cap.* 13.

(*f*) *Herodotus*] *Hiſtor. Lib.* IV. *Cap.* 96. *p.* 252. 253. Falſum vero eſt, quod vir egregius hic addit, cenſuiſſe *Herodotum*, daemonem fuiſſe *Zamolxin*. Thraces ita credidiſſe, refert: ipſe nil dubitat, hominem fuiſſe philoſophum hunc, qui diu ante *Pythagorae* vixerit tempora.

(*g*) *Negemus*] Conferri poſſunt cum his, quae *Orpheum* vere exſtitiſſe, ut demonſtrent, doctiſſimi viri, *Jo. Alb. Fabricius Bibliothec. Graec. Lib.* I. *C.* 18. *p.* 111. & *Olaus Borrichius de Poëtis Diſſ. prima* §. 17. disputant. Haud aegre mihi ab eruditiſſimis hiſce viris perſuaderi patior, tot veterum auctoritates, qui *Orpheum* fuiſſe docent, unius *Ariſtotelis* anteponendas eſſe judicio. Id vero a me vix ac ne vix quidem impetrabunt, ut credam, *Ciceronis* verba aliter interpretanda eſſe, quam ſic: Docuiſſe *Ariſtotelem*, [probat *Bibl. raiſonnée T.* XIII. *P.* II. *p.* 341.] numquam omnino fuiſſe talem *Orpheum*, qualem veteres auctores celebrent. Convellit eo in loco *Cicero* Epicureorum de natura cogitationum opinionem, qui imagines rerum omnium in orbe circumvolitare & animos hominum pulſare, ex eoque introitu imaginum cogitationes in mentibus exoriri, arbitrabantur. Ejus ut ſententiae futilitatem oſtendat, animadverti jubet, cogitare nos interdum ſolere de rebus fictis & commentitiis, quarum nullae queant eſſe imagines, eo quod numquam res illae exſtiterint: idque *Orphei* demonſtrat exemplo. *Orphei*, inquit, *imago in animum meum ſaepe incurrit*, illius nimirum, quem e Thracia veniſſe in Graeciam, & a mulieribus dilaceratum eſſe, memoriae proditum eſt. Is autem *Orpheus* numquam exſtitit, auctore *Ariſtotele*. Unde igitur imago ejus? unde forma hominis in

priores, posteriores, ut ego opinor, illis fuerunt. Quesnam suspicabimur hic ab eo poëtas designari, nisi *Orpheum, Linum,* & *Musaeum?* Hanc *Herodoti* sententiam (*b*) *Aristoteles* videtur adsciviſſe, quoniam *Libro de anima,* ubi *Orphicorum* carminum mentionem facit, (*) τὰ Ὀρφικὰ καλούμενα ἔπη, *versus* eos vocat, *qui dicerentur Orphici.* (*i*) *Cicero* fuiſſe memorat, qui *Cercopis,* Pythagoraei, omnia illa carmina dicerent, quibus *Orphei* nomen solet inscribi. Neque alios ignotum est exstitiſſe, qui ab *Onomacrito,* ejusdem familiae philosopho, quem Pisistratidarum vixiſſe memoria novimus, hos omnes manasse versus, putarunt. Quam propter causſam aliquoties a *Sexto Empirico* Ὀνομάκριτος ἐν τοῖς Ὀρφικοῖς, *Onomacritus in Orphicis,* laudatur. *Suidas* horum carminum nonnulla *Theogneto,* alia *Timocli,* quaedam *Zopyro* adscripta quondam fuiſſe, (*k*) auctor est. Quorum omnium auctoritate *Grotius* inductus fuit, ut sic constitueret: (†) *Pythagoraeos Orphei & Lini sub nominibus libros, quos ipsi exaraverant, evulgasse, non secus atque Christiani veteres alios librorum suorum Sibyllis, alios Hermeti Trismegisto adscripserint.* Igitur poëmatum Orphicorum totiusque disciplinae, quae ab *Orpheo* manasse dicitur, initia ad unos referenda ducit esse *Pythagorae* discipulos. Sed nec illi, qui in alteram procliviores sunt partem, veterum, quibus rem suam agant, testimoniis distituuntur. Principio (*l*) *Clemens Alexandrinus Heraclitum,* philosophum, ab *Orphicis* carminibus non pauca mutuatum esse, scribit. (*m*) *Platonem* constat *Orphei* hymnos non modo propter singularem suavitatem atque delectationem, quam legentibus afferunt, 343
vehementer commendasse, sed etiam quosdam ex illis ita protuliſſe versus, ut nullam omnino de auctore dubitationem commoveret. Ipse (*n*) *Cicero,* quamvis aliter placuiſſe *Aristoteli* significet, *Orpheum* tamen pro vetustiſſimo omnium vate videtur habuiſſe. Sic enim de *Cleanthe* loquitur: (§) *In secundo* (libro de natura Deorum) *vult Orphei, Musaei, Hesiodi, Homerique fabellas accommodare ad ea, quae ipse de Diis immortalibus scripserat, ut etiam veterrimi poëtae, qui haec ne suspicati quidem sint, Stoici fuiſſe videantur.* (*o*) *Diodorus Siculus* poëma in primis concinnum & egregium composuiſſe *Orpheum,* docet. (*p*) *Justinus Martyr, Clemens Alexandrinus,*

(*) Lib. I. C. 7. §. 7. (§. 12. potius p. 16. T. II. Opp.)
(†) Proleg. ad Floril. Stobaei.
(§) De nat. Deor. Lib. I. p. 201. Lamb. (C. 15. p. 2905.)

in animo meo? Ex his perspicuum est, totam *Ciceronis* concidere argumentationem, & nullam fieri, si alius verbis ejus sensus, quam is, quem expressi, inferatur.

(*h*) *Aristoteles*] Si vere ita sensit *Herodotus,* ut eum hic vir doctus sensiſſe opinatur, vestigia ejus non pressit *Aristoteles. Herodotus* enim *Orpheum* exstitiſſe, post *Homerum* licet & *Hesiodum,* putavit: *Aristoteles* vero, quod *Cicero* tentatur, negavit plane, fuiſſe umquam *Orpheum:* quae sententiae toto genere differunt.

(*i*) *Cicero*] *De natura Deor. Lib.* I. *C.* 38. *p.* 2940. *T.* IX. *Opp.*

(*k*) *Auctor est*] Lege de his *Gerh. Jo. Vossium de poëtis Graecis Cap.* 4. & *Fabricium Biblioth. Graecae Lib.* I. *Cap.* 19. *p.* 117. & *ad Sextum Empiricum p.* 136.

(*l*) *Clemens Alex.*] *Stromat. Lib.* VI. *C.* 2. *p.* 752.

(*m*) *Platonem*] *Orphei* hymnos laudare ob suavitatem videtur *Plato Lib.* VIII. *de legib. p.* 643. sed nulli ab eo versus ibi producuntur. In *Cratylo* vero *p.* 265. binos ex *Orpheo* versus de ortu Deorum exhibet. Ceterum *Orphei* meminit quoque in *Dialogo Ion. p.* 144. & in *Convivio p.* 318. quo loco non obscure ab eo reprehenditur propter inficetas, quas versibus cecinerit, de Diis fabulas.

(*n*) *Cicero*] Non de *Cleanthe,* sed de *Chrysippo* hoc refert *Cicero.* Quamquam parum mihi ponderis habere videtur ad causſam, quae hic agitur, roborandam.

(*o*) *Diodorus Siculus*] *Biblioth. histor. Lib.* IV. *C.* 25. *p.* 221.

(*p*) *Justinus, Clemens, Athenagoras*] Hic generatim *Legat. pro Christianis C.* 15. *p.* 64. 65. *Hu-*

Digitized by Google

nus, *Athenagoras*, & alii, *Homerum* ex *Orphei* carminibus multa decerpſiſſe, & in ſuum tranſtuliſſe poëma, ipſum ſigillatim *Iliados* exordium: Μῆνιν ἄειδε θεὰ, nullos ſeſe dubitare, ſignificant. Poſtremo *Iamblichus* non modo plurimos eſſe auctores, qui veterrimum omnium poëtarum eſſe *Orpheum* teſtentur, perhibet, ſed etiam Dorico eum ſcripſiſſe ſermonis genere, ſubjicit: (*) Αἱ πλείους τ ἱστορίαν ἀποφαίνουσι, τοῦτον τῇ Δωρικῇ διαλέκτῳ χρήσασθαι τὸν Ὀρφέα, πρεσβύτατον ὄντα τ ποιητῶν. *Plures hiſtoriae tradunt, Orpheum, poëtarum antiquiſſimum, Dorica dialecto uſum eſſe.* Cui quidem ſi ſtandum ſit teſtimonio, illas *Orphicorum* carminum particulas, quae libris continentur auctorum, qui alio, quam Dorico, ſcripſerunt ſermonis genere, ab his immutatas & nativa ſua forma exutas fuiſſe, (q) neceſſe eſt. Quod ad veterum, qui his contrarii ſunt, locos attinet, eſt certe, quod reſpondeamus. *Herodotus*, qui, dum Graecorum poëtarum antiquiſſimos *Homerum* eſſe ac *Heſiodum* cenſet, carminibus *Orphicis* novitatis inurere notam videtur, ipſe ſingularem hanc eſſe ſuam, nec uſitatam opinionem, profitetur, quae a vulgari plane remota ſit (r) ſententia. Sed hanc ideo tamen ſuam fortaſſe fecit opinionem *Ariſtoteles*, quod *Pythagorae Orphei*que diſciplinae parum aequus & amicus eſſet. Quod *Grotius* Pythagoraeos ſuſpicatur libris ſuis *Orphei* praefixiſſe nomen, quo majorem illis auctoritatem atque gloriam compararent, id ne intelligi quidem poteſt, niſi tale ante *Pythagoram* ſapientiae genus, quale *Orphei* dicitur, inter homines verſatum, ac vel veteſtis *Orphei* libris, vel ore ſaltem ad poſteros transmiſſum atque propagatum fuiſſe, ante omnia tibi perſuadeas. Hinc & Pythagoraeos conſtanter affirmaſſe accepimus, ante magiſtri ſui aetatem & doctrinam ab *Orpheo* traditam, & poëmata ab eodem conſignata exſtitiſſe. De doctrina *Orphica* vetuſtus ille *Liber*, qui ἱερὸς λόγος ſive *ſacer ſermo* inſcriptus erat, ſi vera ſunt, quae *Proclus in Timaeum* ſcripta reliquit, teſtabatur: (†) Πυθαγόρειος ὢν ὁ Τιμαῖος ὑπὸ τοῖς Πυθαγορείων δόγμασι· αὐτὰ δ' εἰσὶν αἱ Ὀρφικαὶ ἀποδόσεις· ἃ γὰρ Ὀρφεὺς δι' αἰνιγμάτων λόγων μυστικῶς ἀπεδίδωκε. ταῦτα Πυθαγόρας ἐξέμαθεν, τελεσθεὶς ἐν Λεβήθροις τοῖς Θρᾳκίοις, Ἀγλαοφήμῳ τελεσικὰ μεταδιδόντος· ταῦτα γάρ φησιν ὁ Πυθαγόρας ἐν τῷ ἱερῷ λόγῳ. *Timaeus, qui Pythagoraeus erat, Pythagorae ſequitur dogmata: haec autem ita ſunt, quae Orpheus tradidit. Pythagoras enim, quum Orphicis myſteriis ab Aglaophemo initiaretur, ea didicit, quae Orpheus olim myſtice & allegoriis involuta docuerat: idque ipſe ſcriptum reliquit Pythagoras in libro, cui titulum fecit: Sermo ſacer.* Hic *Proclum* ſine ulla haeſitatione *Librum*, cui index erat: ἱερὸς λόγος, *ſacer ſermo*, ad ipſum referre *Pythagoram*, tamquam auctorem, videmus. Veterum quidem haud pauci, & in his *Flavius Joſephus*, *Plutarchus*, *Lucianus*, & *Porphyrius* nihil umquam in litteras retuliſſe *Pythagoram*, teſtantur. *Epigenes* etiam,

(*) De vit. Pythag. C. 34 (p. 195. 196.) (†) P. 291.

Homerum in multis *Orpheum* eſſe ſequutum, perhibet. Iſte idem exemplis non nullis probare ſtudet *Stromat. Lib.* VI. *C.* 2. *p.* 738. & 751. in quibus tamen id, quod hic affertur, requiro. Illud enim, quod ſciam, ſolus *Juſtinus Cohort. ad Graecos p.* 17. *Opp.* produxit, qui tamen non *Homerum* hoc carminis ſui initium ex *Orpheo* ſumſiſſe, ſed eum exordium poëmatis *Orphici* imitatum eſſe tantum, ſignificat.

(q) *Neceſſe eſt*] Eadem probabilitate, aut, niſi fallor, majori, alii haec carminis *Orphici* fragmenta, quae ſermonis Dorici forma carent, conficta, & falſo vetuſtiſſimo vati, *Orpheo*, adſcripta eſſe, contendent.

(r) *Sententia*] *Herodotus*, quum *Homerum* & *Heſiodum* antiquiſſimos ait poëtas eſſe, hac utitur formula: Ἐμοὶ γε δοκέειν. *Ut ego opinor.* Haec vero verba num tanta vi ſint praedita, ut neminem, praeter *Herodotum*, ita ſenſiſſe, ejusque ſententiam novam & inauditam antea fuiſſe, ſignificent, equidem vehementer dubito.

(s) *Exiſtiment*] De his quum accurate & diligen-

Digitized by Google

etiam, cujus locum *Clemens* habet *Alexandrinus*, *ſacrum* hunc *ſermonem Cercopis*, Py- 344
thagoraei cujusdam eſſe, credidit. Verum e contrario *Diogenes Laërtius*, qui *Pythagoram* ſcripſiſſe negent aliquid, ludere ac jocari, putat, *Heraclidem*que nil dubitaſſe, refert, quin ἱερὸς hicce λόγος vere a *Pythagora* conſcriptus ſit. *Jamblichus* eamdem ſequitur ſententiam: quamquam eſſe non diſſimulat, qui *Thelaugis*, filii *Pythagorae*, iſtum eſſe librum (*s*) exiſtiment. Quidquid id eſt, ſive ipſum *Pythagoram*, ſive natum ejus *Thelaugen*, ſive denique *Cercopem* libri hujus auctorem putemus, ſummam eſſe antiquitatem ejus, extra omnem poſitum eſt controverſiam. Et hic tamen liber falſum eſſe *Pythagoram* tradit, ſeſe dogmatum ſuorum haud minimam partem ex iis ſumſiſſe praeceptis, quae ab *Orpheo* tum credebantur profecta eſſe. *Ion Chius* praeterea, id quod *Clemens* prodidit *Alexandrinus* (*), in *Trigrammis* ſuis ipſum retulit *Pythagoram* carmina quaedam *Orpheo* adſcripſiſſe. Atque ab hac nullus abhorret eorum ſententia, qui *Pythagorae* ac *Platonis* ſeſe diſciplinae addixerunt. Probe igitur ſubductis rationibus, unum de duobus verum eſſe videtur, aut ipſum *Orpheum* poëmata nonnulla de rebus philoſophicis ac theologicis exaraſſe, aut vero diſciplinam ejus primum ore quidem ab ipſo eſſe traditam, at deinde, ne periret, aut detrimenti caperet aliquid, verſibus expreſſam eſſe: quos verſus poſteritas ipſius eſſe putavit *Orphei*, ſimiliter atque *aurea carmina*, quae *Lyſis* compoſuit, ipſius *Pythagorae* credita ſunt opus eſſe. Illud ſi quis praeferat, is tamen largiatur oportet, fieri potuiſſe, ut alia quaedam carmina, quod eadem via & ratione de rebus divinis philoſopharentur, eodemque fuſa viderentur inſtinctu, quo Thracicus ille vates agitatus fuit, perperam ejus nomine condecorarentur. Hoc vero ſi quis malit, is *Ariſtotelem* ſciat idem ſenſiſſe, (*t*) *Philopono* teſte, qui ſic verba philoſophi, quae antea in medium adduximus, exponit: Καλυμβίους, εἶπε, ὅτι μὴ δοκεῖ Ὀρφέως τὰ ἔπη, ὡς καὶ αὐτὸς ἐν τῷ περὶ φιλοσοφίας λέγει· αὐτὰ γάρ εἰσι τὰ δόγματα, τοῦτα δέ φασιν Ὀνομάκριτον ἐν ἔπεσι κατατεῖναι. *Ariſtoteles carmina haec vocat vulgo dicta Orphica, quia non ab ipſo videntur Orpheo eſſe ſcripta, id quod ipſe in libro de philoſophia affirmat. Dogmata quidem ipſa ſunt Orphei; verum haec Onomacritum numeris illigaſſe ferunt.* Sed ut quisque velit, ita de his ſtatuat. Nobis in hac cauſſa ſatis eſt, ſi, quod nemo unus negaverit, eſſe in carminibus *Orphicis* nonnulla perveruſta, *Ariſtotele*que, *Herodoto*, & *Platone* ſuperiora, cujuscumque demum auctoris ſint, eademque maximam inter Deorum cultores habuiſſe auctoritatem, pro certo putetur. Namque haec qui nobis dederit, is, ſi ex hiſce verſibus antiquiorum populorum de Deo metiamur ſenſus, aegre nullo modo (*v*) ferre poterit.

Igi-

(*) Strom. Lib. I. p. 333. (p. 397. ed. Potteri.)

genter, indicatis veterum locis, expoſuerit *Jo. Alb. Fabricius Bibliogh. Graecae Lib.* I. *C.* 19. §. 2. *p.* 119. & *Lib.* II. *C.* 12. §. 4. *p.* 452. mihi quidem tacendum eſſe, exiſtimo.

(*t*) *Philopono*] *Comm. in Ariſtotelis Libros* III. *de anima fol.* 2. *edit. Graecae Venet.* 1553. *fol.*

(*v*) *Ferre poterit*] *Orphei* & *Orphicorum* carminum cauſſa infinitis involuta eſt difficultatibus, quas expedire, niſi ſuſpicionibus & conjecturis, ne ſagaciſſimus quidem poterit. Ego, quae hic locus poſtulat, tantum monebo: reliqua ex *Fabricio*, *Borrichio*, *Voſſio*, & aliis petant, quos hanc rem cognoſcere juvat. Vir doctiſſimus binas hic quaeſtiones, quas tamen res ipſa ſejungit, non ſatis accurate videtur diſcernere. Prima eſt: num antiquiſſimis temporibus homo quidam Thrax exſtiterit, *Orpheus* nomine, qui carminibus ſuis Graeciam illuſtraverit, & de Diis multa cecinerit. Altera vero haec: an, quae hodie exſtant, *Orphei* carmina, & quae apud veteres ſcriptores, praeſertim apud antiquos Chriſtianorum antiſtites & juniores Platonicos, leguntur, carminum

Digitized by Google

345 Igitur propius ad rem ipſam accedimus. *Orpheum* ejusque diſciplinam & poëmata multorum Deorum ſuaſiſſe religionem, qui neget, nemo eſt. (*x*) *Juſtinus Martyr Orpheum* trecentos & ſexaginta Deos ſuis propoſuiſſe colendos, narrat. Quapropter & honorifico hoc nomine, niſi quis turpe illud vocare malit, πολυθεότητος πατέρα καὶ πρῶτον διδάσκαλον, *cultus multorum Deorum parens & primus praeceptor*, ab eo (*y*) ſalutatur. (*z*) Idem *Juſtinus Homerum*, quae de Diis cecinit, *Orpheo* accepta referre, putat: Ὅμηρος τὴν πολυθεότητα Ὀρφέως ζηλώσας δόξαν, μυθώδως μὲν πλείονων θεῶν μέμνηται, ἵνα μὴ δόξῃ τὴν Ὀρφέως ἀπᾴδειν ποιήσεως. *Homerus Orphei de pluribus Diis doctrinam aemulatus, fabuloſe quidem multorum Deorum meminit, ne ab Orphei videretur diſcrepare poëſi.* Cum hoc (*a*) *Athenagoras* conſentit, cujus haec verba ſunt: Ὀρφεὺς καὶ τὸ διάφορα θεῶν πρῶτος εὗρε, καὶ τὰς γενέσεις διεξῆλθε, καὶ ἕκαστα πάθεσιν ἐπέσχεν, εἰπών, —— ᾧ καὶ Ὅμηρος τὰ πολλὰ, καὶ μᾶλλον θεῶν μάλιστα ἕπεται. *Orpheus & nomina Deorum invenit primus, & generationes ac geſta ſingulorum carmine proſequutus eſt:* —— *quem & Homerus cum in aliis multis, tum circa Deos maxime ſequitur.* Et quid multis? Quidquid Graecia fabularum de Diis quondam habuit, quidquid ſacrorum rituum & myſteriorum olim obſervavit, id omne dicitur ab *Orpheo* primum inſtitutum & adornatum eſſe. In his autem, quae *Orphei* ferunturesſe, fabulis cum omnes res naturales partesque hujus univerſitatis Deorum induuntur habitu atque forma, tum omnes, quae deformant homines, perturbationes animi, vitia, & commotiones vere atque proprie, non figurate, Diis attribuuntur. Quae quidem res illis quoque iram atque indignationem interdum expreſſit, qui Deorum ceteroquin cultum & religiones probarunt: in quibus (*b*) *Iſocrates* divinam Nemeſin hominis erga Deos impietatem eſſe ultam, exiſtimat: Ὀρφεύς, ὁ μάλιστα ποιητῶν λόγων ἀψάμενος, διεσπασθεὶς ὑπ' ἀλλήλων ἐτελεύτησεν. *Orpheus, talium fabularum praecipuus auctor, in fruſta diſcerptus interiit.* Nec alia de cauſſa dubium ſibi videri, ait (*c*) *Diogenes Laërtius*, an in philoſophorum numerum referendus *Orpheus* ſit, an vero hoc agmine excludendus. Alii decuiſſe *Platonem Orpheum* eamdem propter cauſſam a civitate ſua relegare, cenſent, ob quam *Homero* nihil in ea loci relictum voluit. (*d*) Cauſſa haec erat: *quod de Diis male mentitus eſſet.* Quae dum refero, non poſſum, quin

Orphicorum fragmenta ab antiquo illo vate profecta ſint. Superiorem ego quaeſtionem, quidquid dicat *Ariſtoteles*, ab omnibus illis affirmari debere, arbitror, qui non plane nullum veritatis indicium in tot veterum auctorum teſtimoniis eſſe volunt, a quibus *Orpheus* & ejus carmina laudantur. Equidem, ſi nullus exſtitiſſet *Orpheus*, nulla ejus diſciplina, nulla denique carmina, quaenam poſteris multa ei temere & falſo tribuendi occaſio eſſe potuiſſet, nec ratione, nec conjectura conſequi me poſſe, confiteor. Alteram ita quaeſtionem *Cudworthius* dirimit, ut prudentiam & modeſtiam ejus merito laudare oporteat. Poſcit tantum, ut magna antiquitas & auctoritas *Orphicis* carminibus tribuatur: cuinam vero auctori ſint adſcribenda, id omne relinquit in medio. Ex toto hanc probarem opinionem, ſi vir doctiſſimus ſtatim hic addidiſſet, quod deinceps concedit, non eodem tamen omnia, quae *Orphei* nomen gerunt, numero & loco habenda eſſe. Quaedam eſſe vetuſtiſſima in illis, quae *Orpheo* tribuuntur, non invitus conceſſerim: talia ſunt, quae *Plato*, *Diodorus*, & alii habent: nec diu ante ſervatorem noſtrum carmen fuiſſe quoddam lectum, *Orpheo* tributum, ullo modo negaverim: at quaedam recentiorum fraudes & dolos, niſi fallor, aperte ſapiunt. Aliqua ex illis, quae *Juſtinus M.* & alii ſcriptores Chriſtiani teſtantur, ejus mihi videntur eſſe generis, ut auctorem *Sibyllinorum carminum* potius, quam *Orpheum*, referant, & Chriſtianam manifeſto ſpirent diſciplinam: quod ipſe paullo poſt vir doctiſſimus non diſſitetur. Nec, quae recentioribus Platonicis ita in deliciis erant *Orphica* carmina, ut, *Marino* teſte in *Vita Procli Cap. 26. p. 61.* in ſcholis ea ſuis interpretarentur & inculcarent, magnae fuiſſe antiquitatis, arbitror, ſed, quemadmodum multa alia, ut fallax & doloſum hoc genus erat, ab his philoſophis compoſita, quo finum etiam fuiſſe docerent *Orpheum*. Ex quo de iſtis *Orphei* verſibus, qui apud *Proclum* & alios hujus ſectae exſtant, caute & modice mihi ſentiendum vi-

Digitized by Google

quin hic portentoſum *Orphei* ingenium & inficetam fingendi libidinem ex (*e*) *Damascio* & aliis tribus verbis attingam. Namque hi unum ex principiis, unde derivabat omnia, narrant fuiſſe δράκοντα κεφαλὰς ἔχοντα ταύρου καὶ λεοντος, ἐν μέσῳ δὲ θεοῦ πρόσωπον, καὶ ἐπ' ὤμων πτέρυγας, *draconem bovis & leonis capitibus, quorum medium Dei facies occupat, humeris vero alatis.* Haud dubie Deum quemdam hac imagine corporis expertem & Herculem, cui natura, quam *Ananchen* & *Adraſtean* vocat, ſociata ſit, deſignare voluit. Sed haec tamen omnia nihil impedire potuerunt, quo minus Graecorum maxima pars in hunc *Orpheum*, non tamquam vatem plus, quam neceſſe erat, ingenioſum & fingendi libidine aeſtuantem, ſed in philoſophum aut Theologum longe praeſtantiſſimum, hominemque divino Numine afflatum, intueretur. Quamobrem cuncta, quae de Diis narravit, myſteria eſſe 346
judicarunt, arcanis & reconditis ſententiis referta, neque dubitarunt ſumma cum veneratione proſequi, quem, ut (*f*) *Athenagorae* voces adhibeam, ἀληθέστερον θεολογεῖν, *in explicandis rebus divinis ceteris fide digniorem eſſe*, & Numine plenum fuiſſe, ſtatuebant. Quae hominis exiſtimatio in eam *Celſum* impulit amentiam, ut ſatius futurum fuiſſe, duceret, ſi *Orpheum* Chriſtiani Deum feciſſent loco Servatoris noſtri, *Jeſu Chriſti*, (*) ἄνδρα ὁμολογουμένως ὑπὸ πνεύματος θείου χρησάμενον σοφὸν, καὶ αὐτὸν βιαίῳ θανάτῳ, *virum ſine controverſia divino ſpiritu praeditum, & violenta quoque morte* (ut Chriſtianorum *Jeſus*) *exſtinctum.*

Sed hic ipſe tamen *Orpheus*, qui tot hominum generi magiſtros ſive Deos impoſuit, unum nihilominus ſummum Deum neque factum neque genitum, ex quo res omnes eſſent procreatae atque genitae, profiteri nil veritus eſt. Quod ne temere dictum a me videatur, validis efficere nunc ſtudebo rationibus. Igitur hoc primo velim animadverti, Pythagoraeos atque Platonicos, quae duae familiae religionis atque pietatis in Deum gloriam prae reliquis omnibus ſibi peperérunt, non modo ſummum erga *Orpheum* aluiſſe ſtudium, quem vulgo ὁ θεολόγον, *Theologum*, ſalutabant, ſed etiam plerisque viſos eſſe non mediocrem ſapientiae ac diſciplinae ſuae partem ex ejus ſcitis atque praeceptis hauſiſſe. Conſtat id ſatis ex illis, quae jam ante diſputavimus. Hic tamen novas quasdam auctoritates afferre non pigebit. (*g*) *Por-*

(*) Contra Celſum Lib. VII. p. 367.

videri, apertum eſt. Id quidem omnibus, qui haec *Orphei* fragmenta inter ſe conferent, teſtatum fiet, pugnare ea inter ſe, nec unam de Deo diſciplinam profiteri: quod argumento eſt, a variis ea eſſe auctoribus exarata. De *Orphicis* carminibus, quae integra hodie leguntur, & poſtremo ab *Andr. Chriſt. Eſchenbachio* ſunt edita, tacco. Nihil mihi eorum probum, ſanum, aut vere Orphicum videtur eſſe, tametſi facile patiar, ut ab hac alii ſententia diſcedant.

(*x*) *Juſtinus M.*] *Apologia* II. *pro Chriſtianis* p. 104.

(*y*) *Salutatur*] Patrem cultus plurium Deorum a *Juſtino* vocari *Orpheum*, haud memini. At *primus* ejus *magiſter* dicitur ei *Cohort. ad Graecos* p. 15.

(*z*) *Idem Juſtinus*] *Cohort. ad Graecos* p. 17.

(*a*) *Athenagoras*] *Apologia pro Chriſt.* C. 15. p. 64.

(*b*) *Iſocrates*] In *Laudat. Buſiridis* p. 452.

(*c*) *Diog. Laërtius*] *Prooem. Segm.* 4. p. 5.

(*d*) *Cauſſa haec erat*] *Platonis* expreſſit verba *Lib.* II. *de legibus* p. 429. qui hoc primum in antiquis reprehendendum eſſe poëtis ceniet, quod μὴ καλῶς, *non bene mentiti ſint.*

(*e*) *Damaſcio*] Haec *Damaſcii* verba interea, quae ex *Opere* ejus *de principiis* inedito vener. *Wolfius* excerpſit in *Anecdotis Graecis Tom.* III. p. 254. Confer illud *Orphei* fragmentum, quod *Athenagoras* ſervavit *Legat. pro Chriſtian. Cap.* 16. p. 72.

(*f*) *Athenagorae*] *Apol. pro Chriſtianis Cap.* 15. p. 64.

(*g*) *Porphyrius & Jamblichus*] Vide hunc in *Vita Pythagorae Cap.* 28. p. 122. qui ab *Orphicis* multa *Pythagoram* accepiſſe, probabile videri, fatetur. Sed in *Porphyrio* memoria virum doctum fefellit; quippe qui nec in *Vita Pythagorae*, nec

Digitized by Google

Porphyrius & *Jamblichus* his quatuor uſum eſſe *Pythagoram* teſtantur, Aegyptiis, Perſarum Magis, Chaldaeis, *Orpheo* denique aut ejus ſectatoribus. (*b*) *Syrianus* (*) Ὀρφικὰς καὶ Πυθαγορικὰς ἀρχάς, *Pythagorica & Orphica principia*, conjungit, neque inter ſe diſcrepare, cenſet. Quapropter etiam, quod (*i*) *Suidas* nos edocet, *Librum de concordia Orphei, Pythagorae, & Platonis* exaravit, συμφωνίαν Ὀρφέως, Πυθαγόρου, καὶ Πλάτωνος. *Proclum* in hac cauſſa teſtem jam adduximus: nunc alium ejus locum ex *Commentario in Timaeum* p. 289. dabimus, quo diſerte idem ſignificat. Πυθαγόρειον γὰρ καὶ τὸ παῖς Ὀρφικαῖς ἕπεσθαι θεολογίαις· ἀνωθεν γὰρ ἀπὸ τῆς Ὀρφικῆς παραδόσεως ἡ παρὰ Πυθαγόρου εἰς Ἕλληνας ἡ περὶ θεῶν ἐπιστήμη περιῆλθεν. *Pythagorici moris eſt, Orphicas ſequi genealogias. Inde enim ab Orphei traditione per Pythagoram ad Graecos ſcientia de Diis derivata eſt.* Quid? quod ex ipſo *Cratyli Platonis* loco, quo de notatione vocis σῶμα verba facit, confici poteſt, Orphicam philoſophiam iisdem fuiſſe praeſidiis nixam, quibus ea, quae Pythagorica poſtea & Platonica dicta fuit, ac pertenui diſcrimine utramque ſeparatam fuiſſe: (†) Δοκοῦσι μέντοι μοι μάλιστα θεῖναι οἱ ἀμφὶ Ὀρφέα τοῦτο τὸ ὄνομα, ὡς δίκην διδούσης τῆς ψυχῆς, τοῦτον ἕνεκα ἔχειν, ἵνα σώζηται, δεσμωτηρίῳ εἰκάσαντας· εἶναι οὖν τῆς ψυχῆς τοῦτο αὐτὸ, ἕως ἂν ἐκτίσῃ τὰ ὀφειλόμενα, τὸ σῶμα. *Videntur mihi praeterea Orphei ſectatores nomen hoc ob id potiſſimum poſuiſſe, quod anima in corpore hoc delictorum dei poenas, & hoc circumſepto valloque claudatur, velut in carcere quodam,* σώζηται, *ſervetur. Eſſe itaque volunt hoc ita, ut nominatur, animae* σῶμα *ſervandi gratia clauſtrum, quoad debita quaeque expendat.* Jam quid ex hac conſenſione conſequatur, eccui, quaeſo, minus apertum eſt? *Plato, Pythagoras*, & *Orpheus* ſententiis conjuncti ſunt. Atqui *Plato* & *Pythagoras* ex uno ſupremo Numine reliquam omnem Deorum turbam eſſe natam, praecipiunt. Idem igitur quin *Orpheus* fecerit, nullum dubium eſt.

Huic argumentationi teſtimonium adjungimus *Timothei*, Chronographi, qui *brevem diſciplinae Orphicae ſummam* in *Cosmopoeia* ſua quondam exhibuit, quam (*k*) *Cedrenus* & *Euſebius* in *Chronicis* integram, *Suidas* vero voce *Orpheus* mutilam & imperfectam, omiſſo auctoris nomine, ac ſi ſua eſſet, ad poſteros propagavit. 347 Ἐξ ἀρχῆς διετειχίσθη τῷ κόσμῳ ὁ αἰθὴρ ὑπὸ τοῦ θεοῦ δημιουργηθείς. *Ab initio mundo apparuit aether a Deo creatus: ab omni vero aetheris parte erat chaos & nox obſcura, omniaque, quae ſub ae-*

(*) MS. Coll. Caj. Cantabr. p. 14.
(†) P. 400. Steph. (p. 264. Ficini.)

alias, quod ſciam, *Orphicum* inter praeceptores *Pythagorae* refert.

(*h*) *Syrianus*] In *Comm. ad Lib.* III. XIII. XIV. *Metaphyſ. Ariſtotelis fol.* 59. *b.* & alias, qui Graece nondum editus eſt, ſed ex Latina tantum *Bagolini* interpretatione lucem vidit *Venet.* 1558. 4.

(*i*) *Suidas*] *Voce* Συμπνοὰς *Tom.* III. *Lexici p.* 410. *ed. Kuſteri.*

(*c*) *Cedrenus*] In *Chronographia fol.* 46. *ſ.* Conſ. *Andr. Chriſt. Eſchenbachium* in *Epigene ſeu de poëſi Orphica p.* 87. *ſ.* qui totum hoc *Orphei* fragmentum ex *Cedreno* exhibet, & more ſuo illuſtrat. Cum illis ceterum, quae *Cedrenus* habet, conferri omnino merentur, quae fuſe ex eodem *Timotheo* de *Orphei Theogonia* excerpſit *Jo. Malalas* in *Hiſtoria Chronica p.* 88. *ſ.*

(*l*) Ἐκ τοῦ αἰθέρος] Apud *Malalam p.* 89. haec verba paullo aliter leguntur, at ſenſu prope eodem.

(*m*) *Cujus nomen*] Haec melius apud *Jo. Malalam*, quam apud *Cedrenum*, quem vir doctus ſequitur, leguntur: Οὗ ὄνομα ὁ αὐτὸς Ὀρφεὺς ἐκτόνησε ἐκ τοῦ μαντικοῦ ἰξότος· μὴ τὸν φόνον, τὸν Ἑλληνικὸν ὃν ἐρμηνεύει τῇ κοινῇ γλώσσῃ, Βουλὴ, Φῶς, ζωοδότης. *Cujus nomen Orpheus, ex oraculo edoctus, edixit: neminem eſſari, Ericepeo; quod vulgari idiomate ſignat nobis conſilium, lumen, vitae datorem.*

(*n*) *Eſſe omnia*] Si totum hoc *Orphei* fragmentum deſcripſiſſet *Timotheus*, quantum ei fidei poſſet haberi, multo intelligeretur facilius. Sed, quod recte jam obſervavit *Eſchenbachius* in *Epigene p.* 90. prae-

Digitized by Google

aethere erant, occultavit. Σημαίνων ἢ νύκτα πρωτόγονον. *Quo indicat*, inquit *Timotheus*, *noctem die priorem eſſe*, aut mundum coepiſſe aliquando. Εἰρηκὼς ἐν τῇ αὐτοῦ ἐκθέσει, ἀκατάληπτόν τινα καὶ πάντων ὑπέρτατον εἶναι θεὸν ἀρχήν τε καὶ δημιουργὸν ἁπάντων, καὶ αὐτοῦ δὲ αἰθέρος, καὶ πάντων τῶν (*l*) ὑπὸ τὸν αἰθέρα. *Dicit autem in ſua expoſitione: incomprehenſibilem quemdam eſſe & ſummum omnium rerum, priorem que & creatorem omnium, ipſius etiam aetheris, & omnium illorum, quae ſub aethere ſunt. Terram autem dicit ſub tenebris inviſibilem jacuiſſe, pergitque, lucem, quae aetherem perruperit, illuſtraſſe univerſum mundum, adjungens, lucem illam, quae aethera perruperit, ipſum illud eſſe antea dictum ſummum:* (*m*) *cujus nomen idem Orpheus ſe divinitus audiviſſe perhibet, eſſe conſilium, lucem, & vitam.* Ταῦτα τὰ τρία ὀνόματα (ut *Suidae* hic verbis utar) μίαν δύναμιν ἀποφαίνεται, καὶ ἕν κράτος τοῦ δημιουργοῦ πάντων θεοῦ, τοῦ πάντα ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι. *Haec tria nomina apud Orpheum unam eamdemque vim & potentiam unius illius Dei ſignificant, qui fabricatus eſt omnia, atque univerſa, quae non erant antea, ſive ſpectari poſſent, ſive non, ut eſſent, mandavit.* Concludit *Timotheus* ex his ita: Ὁ δ' αὐτὸς Ὀρφεὺς ἐν τῇ αὐτοῦ βίβλῳ συνέπλεξεν, ὅτι μιᾷ τῶν αὐτῶν τριῶν ὀνομάτων μιᾶς θεότητος τὰ πάντα ὑφέστηκε. καὶ αὐτός ἐστι τὰ πάντα. *Idem Orpheus in eodem libro ſcripſit, a tribus iſtis nominibus, una vero natura divina, omnia facta fuiſſe, Deumque ipſum* (*n*) *eſſe omnia.*

Si qui ſunt, quibus haec nondum ſufficere videntur, ut *Orpheus* unius ſummique Numinis, rerum omnium parentis, profeſſor habeatur, hos ipſi tamen *Orphici* verſus quieſcere jubebunt. Horum vero auctoritate antequam ſententiam communiam, video, quidnam de illis ſentiam, aut rectius ſuſpicer, mihi explicandum eſſe. Itaque fateor, quosdam horum verſuum, non ſecus atque Sibyllinorum, commentitios mihi atque a Chriſtianis aut Judaeis conſictos videri. Numquam ego animum adducere potero, ut, quaecumque *Orphica* dicuntur eſſe ab antiquis Chriſtianorum doctoribus carmina, talia eſſe credat omnia, id eſt, aut ab ipſomet compoſita eſſe *Orpheo*, aut ab *Onomacrito*, aut ab alio quoquam veterum, qui, quae poſteris ore tradiderat praecepta *Orpheus*, ligata oratione expreſſerit, in litteras relata eſſe, putet. De *Moſe* hoc exſtat exempli cauſſa in his verſibus (*o*) oraculum:

Ὃς

proſus is mutavit carminis ordinem, idque unum ſibi datum eſſe credidit, ut ex nonnullis eius partibus hinc & inde decerptis oſtenderet, *Orphei* doctrinam non nimis diſtare a *Moſis* narratione de ortu mundi, tresque in uno ſummo Numine perſonas dudum ab hoc vate credendas fuiſſe propoſitas. Quod quidem hoc teſtimonium ſuſpectum plane reddit ac inutile. Nota eſt recentiorum Graecorum levitas, qui ſcriptoribus antiquis graviſſimas ſaepe non verentur injurias inferre, ut, quod volunt, ex illis probent.

(*o*) *Oraculum*] Exſtat, praeter alios, apud *Euſebium Praeparat. euangel. Lib.* XIII. *Cap.* 12. *p.* 664. 665. una cum aliis *Orphei* verſibus, in quibus & ſequens de *Abrahamo* exſtat oraculum. Omnes illi verſus depromti ſunt, *Euſebio* auctore, ex *Ariſtobuli*, Judaei & philoſophi simul Peripatetici, opere quodam ad Aegypti regem Ptolomaeum exarato. Sed hi ipſi verſus apud *Juſtinum M.* in *Cohort. ad gentes* & *Apologia* II. aliter multo ſeſe habent, neque paucis eorum, qui apud *Euſebium* offenduntur, carent; in quibus & hi de *Moſe* & *Abrahamo* verſus ſunt, quos fruſtra in illo, ut a *Juſtino* exhibetur, fragmento quaeſiveris *Orphei*. Quare perſpicuum eſt, fuiſſe vel Chriſtianorum vel Judaeorum aliquem, qui priſcos *Orphei* verſus ex ſuo ingenio interpolaverit. Mihi Judaeum fuiſſe facinoris hujus auctorem, inde fit veriſimile, quod interpoſiti & recentius adfecti verſus non tam Chriſtianorum, quam Judaeorum res juvant, & ad eos pertinent, quibus nihil habent gravius & ſanctius Judaei, *Moſen* & *Abrahamum*. Neque doctiſſimi viri, *Andr. Chriſt. Eſchenbachii*, conjecturam improbo, qui in *Epigene p.* 148. ipſum *Ariſtobulum*, Judaeum eruditum, quo genti ſuae & eius maioribus decus aliquod & auctoritatem conciliaret, *Orphicum* ſuis commentis commaculaſſe, ſuſpicatur. Certe nec a nationis Judaeae ingenio haec fraus a-

348 Ὡς λέγω ἀρχαίων, ὡς ὑδατογενὴς διέπλασε,
Ἐκ θείου γράμματι λαοῖν ἣ διπλάκια θεσμὸν.

Ut habet sermo antiquorum, ut ex-aqua-ortus descripsit,
Accepta divinitus lege, quae duplicia praecepta continet.

Adjungo aliud, quo (p) *Abrahamum* designari vulgo arbitrantur:

Οὐ γάρ κέν τις τῶν θνητῶν μερόπων κρατέοντα,
Εἰ μὴ μουνογενής τις ἀπαρχὴ φύλα ἄνωθεν
Χαλδαίων· ἤδεε γὰρ εἶδος ἄστρου πορείης.

Non enim quispiam mortalium videre posset eum, qui hominibus imperat;
Nisi unigenitus quidam profectus ab antiqua origine gentis
Chaldaeorum: sciebat enim astri cursum.

Haec si quis *Orphei* esse putaverit, eum ego viciſſim hebetem hominem atque obtusi ingenii vocavero. Ista vero tam aperte falsa necessitatem veluti quamdam intelligentibus afferunt nonnullos etiam ex his versibus alios in suspicionem vocandi; quales sunt, in quibus de divino sermone sic loquitur:

(q) Εἰς ἣ λόγον θεῖον βλέψας, τότε σοφὸς
Ἰθύνων κραδίης πεῖρον κῦτος.

Igitur, quum hominis ingenui sit atque liberali ingenio praediti, nullis uti in re dubia argumentis, quibus ipsemet fidem & auctoritatem adjungere recusat, eos tantum in hac disputatione versus adhibebimus Orphicos, quos illorum nobis libri suppeditant, qui rem Christianam odio habuerunt. Primum in his esto carmen illud, quod *Proclus Commentario in Timaeum Platonis* recitat: (*)

Τέτυκται σοὶ τῷ παιδὶ Διὸς πάλιν ἐντὸς ἐτύχθη
Λιβίῃ θέρεϊ, νὺξ δ' ἀραιὰ ἀγλαὸν ὕψος,

πέν-

(*) P. 95.

horret, quam plura ejusmodi ausam fuisse, praesertim in Aegypto, accepimus, quo rebus suis apud alios populos consuleret; nec ab *Aristobuli* instituto remota est & consilio, quod totum esse fraudulentum & ad Aegypti regem decipiendum accommodatum, res ipsa docet. Hoc enim sibi sumserat eo loco probandum *Aristobulus*, quod ipse vix ignorare potuit, falsum esse, Graecos philosophos & poëtas a Judaeis accepisse omnia, quaecumque sana & sapientia haberent. Ceterum in hoc *Orphei* oraculo alii legunt ὑλογενὴς, quos ego falli nihil dubito.

(p) *Abrahamum*] De *Abrahamo* hoc recte oraculum exponi, ea, nisi fallor, luculenter edocent, quae *Hugo Grotius* in *Comment. ad Matthaeum Cap.* 5. 31. *p.* 95. 96. erudite disputavit; itemque tot veterum testimonia, qui *Abrahamum* Astronomiae peritissimum fuisse volunt, collecta a *Jo. Alberto Fabricio Codice pseudepigrapho vet. Test. Tom.* I. *Cap.* 109. *p.* 350. *f.* & *Tom.* II. *p.* 81. Quare minime putem audiendum esse *Petr. Dan. Huëtium*, qui *Demonstrat. Evangel. Propos.* IV. *p.* 218. ad *Mosen* illud opinatur trahi posse: quam conjecturam hoc satis refellit, quod hic γενογενὴς ex Chaldaeis ortus fuisse dicitur.

(q) Εἰς ἣ λόγον] Hos versus ita reddidit *Franc. Vigerius*, interpres *Praeparationis evangel. Eusebii*, in qua *Lib.* XIII. *Cap.* 12. *p.* 664. 665. & hoc exstat decretum *Orphei*:

Sed

Digitized by Google

Πόντε τ' ἀτρυγέτε, ϗαὶης τ' ἐϵικυδέος εὐρη,
Ὠκεανός τε μέγας, ϗ νειὰς τάρταρα ϗαίης,
Καὶ ποταμοὶ, ϗ πόλος ἀπείρεσίος, ἄλλα τε πάντα,
Παῖτες τ' ἀθάνατοι, μάκαρες θεοὶ, ἠδὲ θέαιναι,
Ὅσσα τ' ἔλω γεγάωτα, ϗ ὕστερον ὀπτέ' ἔμελλεν,
Ἐνθάδε· Ζηνὸς δ' ἐν ϗαστίες σπλάϗ' ἔμειναν.

Fuerunt intra Jovem cum univerſo
Aetherea vaſtitas, & coeli praeclara ſublimitas,
Immenſique maris & telluris inclytae latitudo,
Oceanusque ingens, depreſſaque tartara terrae,
Fluminaque, & pontus ſine fine, & cetera cuncta,
Immortales omnes, beati Diique Deaeque,
Quae fuerint exorta, & quae ventura ſequuntur.
Haec in ventre Jovis rerum compage manebant.

Haec de rerum omnium ſpeciebus, quae in Deo fuerint, antequam orbis conſtrueretur, *Proclus* intelligi debere monet, ordine nimirum naturae: tempore enim mundum & Deum aequales feciſſe putat *Orpheum.* Utcumque eſt, unius Numinis ortu ac initio carentis ſinum & foecunditatem omnia continuiſſe olim, nec Deos tantum Deasque, ſed res omnino omnes, cujuscumque demum ſint generis & naturae, perſpicue in his verſibus (*r*) ſignificatur.

Aliud eodem loco ex *Orphei* carminibus pronuntiatum affert *Proclus*, quod auctor *Libri de mundo* quoque exhibet: Τῶν ἰδεῶν πλήρης ὢν, Δι' αὐτῶν ἐν ἑαυτῷ τὸ ὅλον περιέϗλεϵεν, ὡς ϗ τοῦτο ἐδιδαχθήμενος ὁ λόγος ἐπάγει. *Conditor hujus orbis, plenus quum idearum eſſet, per illas in ſemet ipſo complexus eſt omnia, ut Theologus ille quoque his in verſibus declarat:*

Ζεὺς πρῶτος γένετο, Ζεὺς ὕστατος ἀρϗικεραυνός,
Ζεὺς κεφαλή, Ζεὺς μέσσα· Διὸς δ' ἐκ πάντα πέπτηϗ.
Ζεὺς ἄρσην γένετο, Ζεὺς ἀμβροσίη νύμφη.
Ζεὺς πυθμὴν ϗαίης τε ϗ ἀστερόεντος,

Ζεὺς

Sed ſiva potius divina oracula mente
Excipiens, caſto penitus ſub pectore condas.

At *Juſtinus M. Cohort. ad Graecos p.* 16. & *Apologia* II. *p.* 105. primum verſum non dubitavit ad Chriſtianorum λόγον ſeu aeternum Dei filium referre. Quod intuens *Jo. Langus*, qui *Juſtinum* Latine vertit, hoc modo verſum interpretatur:

Reſpectans verbum divinum, huic totus inhaere.

Mihi *Vigerius* recte ſententiam perſpexiſſe videtur *Orphei*, qui e usu medii perionae, qualis eſt ſanctiſſimum Dei verbum, hic minime meminit. Quocirca nec opus eſt, ut Chriſtianum aliquem hunc verſum *Orphco* ſuppoſuiſſe exiſtimemus. Dicamus potius, *Juſtinum* contra mentem *Orphei* Chriſtianae diſciplinae ſemina in eo quaeſiviſſe.

(*r*) *Significatur*] Verſio, quam addidi huic carmini, Latina *Auguſtini* eſt *Steuchi Eugubini* ex *Opere* eius *de perenni philoſophia* ſumta. *Eſchenbachius* in *Epigene p.* 69. & hoc, & quod ſequitur, oraculum quodammodo illuſtrat: utrumque vero judicat partem eſſe poëmatis illius, quod *Orpheum* Κρατῆρα inſcripſiſſe ferunt. Diligentiſſime beatus hiece vir, quae apud varios ſcriptores diſperſa exſtant, *Orphei* pronuntiata collegit: ſed neo quidem judicio non ſemper feliciter expoſuit. Sequutus eſt plerumque in *Orpheo* explicando juniores Platonico; quos tamen non ignotum eſt ſua potius decreta in antiquis ſcriptoribus, quam veram eorum ſententiam, indagaſſe, inſanoque allegoriarum amore flagraſſe.

(*s*) *Gu-*

Ζεὺς πρωτὸς πάντων, Ζεὺς ἀρσενόθηλυς γεγάμτο,
Ζεὺς πρωτόγονος ἀρσην, Ζεὺς ἠλίου τε καὶ σελήνης,
Ζεὺς βασιλεὺς, Ζεὺς αὐτὸς ἁπάντων ἀρχηγέτης.
Ἐν κρατεῖ, εἷς δαίμων γένετο, μέγας ἄρχων ἁπάντων.

Princeps poſtremusque Jovis, qui fulmine candet:
Ille caput mediumque ſimul, cui cuncta creantur:
Ille ſolum ac coeli ſtellatos ſuſtinet axes:
Mas natus Jovis eſt, natus Jovis integra virgo:
Spiritus eſt cunctis, validusque eſt Juppiter ignis:
Juppiter eſt pelagi radix, eſt lunaque ſolque:
Rex idem, rerumque parens, & originis auctor,
Unica vis, daemonque unus, qui cuncta (s) gubernat.

Hic cum multa alia noſtras aures offendunt, tum hoc in primis, quod Jupiter & vir & immortalis eſſe dicitur puella. Sed hac formula jure quodam ſuo poëta paullo licentius tantum vocem ἀρσενόθηλυς, *mas & femina ſimul*, expoſuit. Quotquot nimirum inter veteres ſublimiorem quamdam conſectati ſunt de divinis rebus ſapientiam, Deum, ut divinam ejus ubertatem vimque generandi atque omnia ex ſeſe producendi efficaciſſime ſignificarent, ἀρσενόθηλυν, *marem* appellarunt & *feminam.* Sic (t) *Damascius*, philoſophus, de hac ipſa *Orphei* diſciplina exponens, cognomen hoc expoſuit: Ἀρσενόθηλυν αὐτὸν ὑπονοήσαντες εἰς ἔνδειξιν τῆς πάντων γονιμικῆς οὐσίας. *Theologi Orphici primum principium vocant marem & feminam ſimul, ut eſſen-*

(s) *Gubernat*] Exſtat hoc oraculum apud multos ſcriptores veteres, nec ab omnibus tamen eodem modo & ordine legitur: quam rem accurate perſequutus eſt *Eſchenbachius* de *poëſi Orphica p.* 72. *ſ.* Ego verſionem *Franc. Vigerii*, planam in primis & facilem, addidi.

(t) *Damaſcius*] Vid. *Wolfii Excerpta ex opere Damaſcii* inedito *de principiis in Anecdot. Graecis Tom.* III. *p.* 254.

(v) *Syneſius*] *Hymno* II. *vſ.* 63. 64. *p.* 318. *Opp. ed. Petavii.* Plura de utroque, quem recentiores in primis ſibi finxere Platonici & Pythagoraei, in Deo Diisque ſexu multorumque veterum conſuetudine Deum marem appellandi & feminam ex variis monumentis collegere viri eximii, *Jo. Alb. Fabricius Bibliograph. antiquar. Cap.* 8. §. 7. *p.* 234. & *Codice apocrypho N. T. Tom.* I. *p.* 361. *b.* atque *Jo. Chriſtoph. Wolfius ad Philoſophumena Origenis p.* 39. Ego, miſſis reliquis, cauſſam, unde mos hic fluxit, indagabo: nec eam inventu eſſe difficilem, arbitror. Ante natum jam Servatorem fuiſſe, notum eſt, qui populares religiones & de tot Diis Deabusque ineptas ſententias ad rationem revocare, & cum decretis philoſophicis componere ſtuduerunt. Poſt natum Servatorem, id quod ex tot apertum eſt monumentis, qui *Pythagoram* & *Platonem* videri volebant ſequi, philoſophi multum in hoc labore temporis & meditationis conſumſerunt. Horum autem inſtituto vix obſtabat aliquid validius, quam feminae & mulieres in Deorum relatae numerum, Juno, Venus, Diana, & reliquae: ex quibus conſtare, plerique contendebant ſapientiores, homines fuiſſe Deos uxoribus junctos, & mulierum olim amore irretitos, quibus idcirco divinos praeſtare honores, infamum & impium eſſet. Ridebant has Deas vehementer Academici & alii philoſophi, qui omni bellum religioni indixerant. *Velleius* apud *Ciceronem de natura Deor. Lib.* I. *C.* 34. *p.* 2932. *Nam*, inquit, *quod & mares Deos & feminas eſſe dicitis, quid ſequatur, videtis.* Exagitabant easdem deinde, qui *Chriſto* nomen dederant, ut turpitudinem religionum vulgarium demonſtrarent. Ex multis unum appellabo teſtem *Arnobium*, qui *Lib.* III. *adv. gentes p.* 132. in Deas gentium magna invehitur acrimonia: *Quid dicitis*, inquit inter alia, *o ſancti atque impolluti antiſtites religionum? Habent ergo Dii ſexus, & genitalium membrorum circumferunt foeditates?* —— *O pura, o ſancta atque ab omni turpitudinis labe diſparata divinitas!* —— *Libet videre, Deas gravidas, Deas foetas, gliſcentibusque per dies alvis, inteſtini ponderis moroſitate cunctari: parturire alias tractu longo, & mamas obſtu-*

Digitized by Google

eſſentiam ejus indicent rerum univerſarum eſſe procreatricem. Neque ipſe (o) *Syneſius*, Chriſtianorum antiſtes pietate ac doctrina nulli ſecundus, tantum eſſe periculi cum hoc nomine conjunctum, putavit, ut ab eo ſibi abſtinendum eſſet. Sic enim in piis illis & elegantibus, quibus praepotentis Dei laudes canit, hymnis:

Σὺ πατὴρ, σὺ δ' ἐσσὶ μάτηρ,
Σὺ δ' ἄῤῥην, σὺ δ' ἔθηλυς.

Tu pater, tu es mater,
Tu mas, tu femina.

Exſtant alii verſus *Orphei*, apud *Proclum* quidem vage diſjecti, ſed ab (x) *Euſebio* conjunctim ex *Porphyrio* exhibiti, quibus mundus tanquam ingens deſcribitur animal, cui Deus vice mentis ſit:

Ἓν γὰρ δίμας βασίλειον, ἐν ᾧ πάντα πάντῃ κέκλειται, 351
Πῦρ ἠδ' ὕδωρ, ἠδὲ γαῖα, καὶ αἰθὴρ, νύξ τε καὶ ἦμαρ,
Καὶ μῆτις, πρῶτος γλύπτωρ, ἠδ' ἔρως παλυπρηπής.
Πάντα γὰρ ἐν μεγάλῳ πλειὼς ταῦτα σώματι κεῖται.
Τῷ δ' ὑπὲρ κεφαλῆς μὲν ἰδὲν ἠδ' ἠΰ πρόσωπα
Οὐρανὸς αἰγλήεις, ἐν χρυσέαις ἀμφὶς ἔθειραις
Ἄστρων μαρμαρέων περικαλλέες ἠερίθονται. κ. τ. λ.

Om-

tricias quaerere: illas telis gravibus & dolorum acuminibus fixas ejulare, & hortari, & inter haec omnia ſuppetias Junonis implorare Lucinae. Itaque Stoici dudum has Deas rejiciebant, Deorumque conjugia turbulentos errores vocabant & aniles ſuperſtitiones, omnia vero ad res naturales & phyſicas trahebant. *Genera*, inquit Stoicus apud *Ciceronem de natura Deor. Lib.* II. *Cap.* 28. *p.* 2996. *T.* IX. *Opp.* CONJUGIA, *cognationes* (Deorum) *omniaque introducta ad ſimilitudinem imbecillitatis humanae —— & creduntur ſtultiſſime, & plena ſunt futilitatis ſummaeque lecitatis.* Subtilius vero poſtea recentiores Platonici negotium hoc aggrediebantur: quorum alii, quae de utroque in Diis ſexu ab imperita plebe dicerentur, de duplici divina potentia intelligi debere, quo Chriſtianorum evitarent tela, praecipiebant; alii antiquos ſapientiae profeſſores Junonem & Jovem comminiſcendo, imagine veluti quadam, adumbrare voluiſſe, conſtituebant, eſſe in Deo vim ex ſe & uno actu producendi omnia, quae conjunctione alioquin maris & feminae in rebus naturalibus efficerentur. Quod ut ſignificarent, Deum *Androgynum* aut marem & feminam ſimul appellabant. Latius hae opiniones, quae ſuam aperte produnt falſitatem, conſequenti manarunt tempore, hominibusque fanaticis & ingenio corrupto utentibus occaſionem ſuppeditarunt neſcio quas ineptias excogitandi, & pro abſtruſa quadam ſapientia illis vendendi, qui cauſſas ignorabant, quae totam hanc rationem pepererunt. Quod ad ipſos *Orphei* verſus attinet, qui locum haec monendi praebent, equidem Platonici eos eſſe hominis, nullus dubito, qui pulcrum duxit, *Orphei* nomine ſectae ſuae ſcita exornare. Idem meum eſt, ſi quod modo meum eſt, de ſequenti oraculo judicium. Diſciplinam utrumque referre mihi videtur Platonicam, non Orphicam.

(x) *Euſebio*] *Praeparat. evangel. Lib.* III. *Cap.* 9. *p.* 100. Non crediderim, quod paullo poſt ſignificat vir doctiſſimus, in his verſibus tertium loco motum eſſe proprio: nec, quae me cogat, ut ita ſentiam, ullam rationem video. Sed vir eximius, quia veteres poëtas omnes *amorem* & *mentem* ipſo chao antiquiores feciſſe, atque haec duo ſummi Numinis apud eos eſſe vocabula, opinatur, ideo graviter fert, *conſilium* & *amorem* hic undae, terrae, nocti ac diei ſociari, ac intra ſummum Numen detrudi. Sed lucalenter, niſi fallor, ſupra jam a nobis oſtenſum eſt, paullo clementius, quam res patitur, de veterum poëtarum diſciplina ſenſiſſe *Cudworthum*, nec licere fabulas eorum ad ſanae rationis praecepta & normam exigere.

Illas igitur *Orphicorum* carminum reliquias, quibus ipſi profani auctores, tamquam certis verisque, non recuſarunt uti, nihi prorſus ſpernere velimus, hoc primo ratum nobis atque exploratum eſſe debet, in ipſis principiis hoc fuiſſe diſci- 352
plinae Orphicae: unum eſſe Deum ſempiternum omnisque initii expertem, a quo ceterae res omnes comparatae ſint atque conditae. Nunc, illud etiam ut pateat, elaborabimus, hanc de uno Deo ſententiam non obſtitiſſe *Orpheo*, quo minus trinam eſſe ſimul judicaret divinitatem, tresque in uno Numine naturas revereretur. *Proclus in Timaeum Platonis*, dum *Platonis* de δημιουργῷ ſeu opifice mundi ſententiam explorat, cum aliorum Platonicorum, tum *Amelii* in primis doctrinam exponit. Fuit autem hic *Amelius Plotini* aequalis, ferturque ea, quae *S. Joannes* in exordio *Hiſtoriae Chriſti* de verbo ſeu λόγῳ praecipit, decretis Pythagoricis & Platonicis (*a*) conſentanea duxiſſe. Sic igitur de eo *Proclus*: (*) Ἀμέλιος μὲν τέλειον ποιεῖ τὸ δημιουργὸν, καὶ νοῦς τρεῖς, βασιλεῖς τρεῖς, τὸ ὄν, τὸ ἔχον, τὸ ἐν ὄν. Ἀμφίβολον δὲ ἔτι, ὅτι ὁ μὲν πρῶτος νοῦς ὅλως ἐστὶν, ὃ ἔστιν· Ὁ δὲ δεύτερος ἔστι μὲν τὸ ἐν αὐτῷ νοητὸν, ἔχει δὲ τὸ πρὸς αὐτὸ, καὶ μετέχει πάντως ἐκείνου, καὶ λέγεται τοῦτο δεύτερος· Ὁ δὲ τρίτος ἔστὶ μὲν τὸ ἐν αὐτῷ, καὶ ἕτερος νοητὸν, (πᾶς γὰρ νοῦς τῷ συζυγοῦντι νοητῷ ὁ αὐτός ἐστιν) ἔχει δὲ τὸ ἐν τῷ δευτέρῳ, καὶ ἑτέρᾳ τὸ πρῶτον· ὅσῳ γὰρ πλείων ἡ ἀπόστασις, τοσούτῳ τὸ ἔχον ἀμυδρότερον. Commemorabilis hiece locus eſt: quamobrem, quem totum huc transferrem, dignum judicavi. Sententia Graecorum verborum haec eſt: *Amelius triplicem eſſe conſtituit mundi hujus architectum, tres mentes, tresque reges: illum, qui eſt, illum, qui habet, & illum, qui retinet. Hae tres mentes hac ratione differunt, ut prima quidem id, quod eſt, eſſentialiter ſit,* (aut omnis ſit perfectio;) *altera ſit quidem id, quod in ſe intelligibile eſt, at habeat tamen primam,* (tamquam rem a ſe diſtinctam,) *& reapſe particeps ſit ejus, ideoque ſecunda exiſtat; tertia ſimiliter id quidem ſit, quod in ſe intelligibile eſt,* (*omnis enim mens non differt ab intelligibili ſuo, quod ipſi reſpondet,*) *at habeat tamen ſecundam, & retineat primam. Quo plus enim natura quaedam a prima recedit, eo eſt obſcurior.* Quae quum dixiſſet, ſic continuo pergit *Proclus*: Τέτταρας ἄν τὰς τρεῖς νοῦς καὶ δημιουργὰς ὑποτιθεὶς καὶ τὰς ἀπὸ τῷ Πλάτωνι τρεῖς βασιλέας, καὶ τὰς παρ' Ὀρφεῖ τρεῖς, Φάνητα, καὶ Οὐρανὸν, καὶ Κρόνον· καὶ ὁ μαίνεσθαι παρ' αὐτῷ δημιουργὸς ὁ Φάνης ἐστίν. *Amelius igitur hic tres mentes ſuas ſeu rerum omnium opifices eosdem eſſe, arbitratur, quos tres Platonis reges, tresque illos, qui Orpheo commemorantur, Deos, Phaneta, Uranum, & Cronum. Is vero, qui Phanes audit apud Orpheum, proprie ipſi videtur eſſe demiurgus ſeu rerum opifex.* Hic *Proclus* quidem ipſe, qui ingenii laſcivientis ſomniis nimis ſaepe obtemperat, *Platonis*que veras ſententias novis temperat portentis, quorum vim fruſtra ſtudeas conſequi, unum aliquod Numen triplici praeficit divinitati. Hoc tamen in *Amelio* ferri poſſe, recte videtur negare, quod is in *Platonis Orpheique* Trinitate principem naturam mundi fabricatorem ſive δημιουργὸν eſſe cenſuerit, quum ad alteram naturam utrique hoc officium condendi mundum retulerint. Atque (*b*) *Syrianus* jam, a quo diſciplinam acceperat *Proclus*, nomen *opifex* in philoſophia *Orphei* mo-

(*) P. 93.

ad tollendam *Orphicorum* carminum diſcrepantiam, remedium, neſcio, an univerſis ſeſe commendaturum ſit. Autumat ille, quod *Orpheus* modo unum canit Deum, modo plures, id declarare, unum ſimul & plures coluiſſe Deos hunc hominem.

(*a*) *Conſentanea duxiſſe*] Lege *Euſebium Praeparat. Euangel. Lib.* XI. *C.* 18. 19. *p.* 540.

(*b*) *Syrianus*] *Comm. in Libros aliquot Metaphyſ. Ariſtotelis p.* 33.

monuerat ad eum proprie pertinere Deum, quem πρωτόγονον sive *primo genitum* appellat *Orpheus.* Qui quidem Deus non alius est, atque id, quod *Platoni* νοῦς seu *divina mens* vocatur. Quod idem quum placeret *Proclo*, recte hisce verbis rationem concluſit: Τίς μὲν οὖν ὁ δημιουργός ἐστι, καὶ ὅτι νοῦς ὁ θεῖος καὶ ὁ ὅλης πατὴρ αἴτιος, εἰρήσθω μὲν ἐκ τούτων, ἃ ὅτως ἐστὶ παρ' Ὀρφέως καὶ Πλάτωνι ὁ καὶτὸς ἀνυμνῆται δημιουργὸς Ζεύς, δῆλα τούτων ὑπαρχόντων. *Haec ſufficiant ad declarandum, quisnam ille ſit mundi opifex. Eſt autem ille divina mens, quae propria eſt & unica cauſſa totius creationis, idemque ille, quem & Orpheus & Plato laudant, Jupiter conditor.* Alter hac in cauſſa teſtis (*c*) *Damascius* nobis eſt, qui *Libro* περὶ ἀρχῶν seu *de principiis*, qui publicam nondum lucem vidit, ubi *Orphei* de Deo explanat ſententiam, τρίμορφον θεὸν seu *triplicis formae Deum* ab eo ſtatui, affirmat. Accedit nobile illud diſciplinae Orphicae fragmentum, ex *Timotheo*, Chronographo, paullo ante productum, quod Deum tria habere nomina, *lux*, *conſilium*, & *vita*, &, quae extant, omnia ab uno Deo ſub tribus his nominibus eſſe facta, perhibet. Quae quum legiſſet (*d*) *Cedrenus*, cujus diligentia praeclarum hoc vetuſtatis monumentum haud ſivit interire, facere non potuit, quin hanc vocem emitteret: Ταῦτα Τιμόθεος συνεγράψατο ὁ χρονογράφος, λέγων τὸν Ὀρφέα πρὸ πολλῶν χρόνων εἰπόντα, Τριάδα ἐμφανῆ δημιουργεῖσθαι τὰ πάντα. *Haec ſcripta reliquit Timotheus, Chronographus, dicens, Orpheum tot retro ſaeculis pronuntiaſſe, Trinitatem conſubſtantialem omnia condidiſſe.* Equidem aliquid in hoc teſtimo-
353 nio ſuſpicionis haerere poſſe, haud prorſus negaverim. Chriſtianus nimirum erat *Timotheus*, vocemque ἐμφανῆ ſigillatim adhibuit, quam *Orphei* reſpuere videtur diſciplina. Sed qui ea tamen expenderit, quae ex ſcriptoribus a *Chriſto* alienis paul-

(*c*) *Damaſcius*] Vid. vener. *Hiſtii Excerpta* ex *hoc Opere Damaſcii* §. 13. in *Anecdot. Graecis T.* III. *p.* 252. 253.

(*d*) *Cedrenus*] Eadem plane legas apud *Jo. Malalam* in *Hiſtoria chronica Tom.* I. *p.* 92.

(*e*) *Negotio*] Ego vero, quod mihi viri pace dixerim, numquam me adduci putiar, niſi melioribus certetur teſtimoniis, ut *Orpheum* tres in uno Deo perſonas aſſeveraſſe credam. Non ignoro, ſocios ipſi eſſe opinionis hujus viros nec ingenio nec doctrina poſtremos. In his eſt in primis, ut antiquiores omittam, itemque eos, quorum *Gabriel Naudaeus* meminit *Apologiae pro magnis viris falſo Magiae accuſatis p.* 138. notiſſimus Jeſuita *Athanaſ. Kircherus*, qui *Oedipi Aegyptiaci Gymn. hieregl. claſſ.* III. *Cap.* 4. *p.* 150. non modo tria illa Dei nomina apud *Orphеum*, Βυθὸν, φῶς & ζωὴν, tres eſſe priores Cabbaliſtarum *Sephiroth* tuetur, ſed etiam *Cap.* 12. *p.* 191. admirabili, aut potius inani, ſubtilitate ex *Orphei* carminibus, alio licet, quam *Cudworthus*, modo, Trinitatem eruit. Neque multum ab hac abeſſe videtur ſententia *Petr. Dan. Huetius Quaeſt. Alnetanis L.* II. *C.* 3. *p.* 95. Sed cur his adſtipulatorem me praebeam, ſi a magna tantorum virorum auctoritate diſcedam, rationem prope nullam reperio. Dicam tantum de illis, quae hic & infra *Cudworthus* noſter de hac re diſputat, praeteritis eorum rationibus, quibus minor fuit eruditionis variae & ingenii ſuppellex. Quod (I.) *Anelius*, auctore *Proclo*, tres *Orphei* Deos, *Phanetа*, *Uranum*, & *Cronum*, tria eſſe *Platonis* principia, exiſtimavit, id parum apud me ponderis habet. Fuit non ita pridem *Paulus Pezronius*, e familia Benedictinorum, qui tres hosce *Orphei* Deos non veritus eſt affirmare tres fuiſſe perantiquos Galiorum ſeu Celtarum reges & heroës, *Antiquité de la nation & de la langue des Celtes p.* 50. Hanc opinionem *Jac. Basnagius* adſcivit, quo *Cudworthi* noſtri ſententiam de Orphica Trinitate labefactaret, *Hiſtoire des Juifs Tom.* IV. *Cap.* 4. §. 4. *p.* 50. Sed hanc ego viam, quae per incertas vocum notationes & obſoleta vocabula ad divinationes ducit incertiores, nimis e ſe lubricam arbitror & ancipitem, quam ut tuto calcari queat. Aliam igitur ineamus. Primum minor eſt *Anelii* auctoritas, hominis Platonici & juſto levioris, quam ut fidem ei ſtatim habere nos oporteat, tres *Orphei* Deos cum *Platonis* tribus principiis componenti. Tota illa Platonicorum natio, quae poſt natum Servatorem floruit, plus valuit ad corrumpendas & depravandas veterum auctorum ſententias, quas ſuis ſemper ſcitis finitimas fuiſſe, contendebant, quam ad illuſtrandas & enodandas. Omnis in hoc erat eorum induſtria, ut ſuam diſciplinam, quam fieri poſſet, aptiſſime ad Chriſtianorum praecepta accommodarent. Hinc exemplo eorum de trina divinitate neſcio quae garriebant: nec minori elaborabant ſtudio, ut perverſiſſam eſſe doctri-

nam

paullo ante protulimus, is vero non omnia esse contemnenda, quae *Timotheus* monet, nec sine caussa dicta esse, quae de triplici *Orphei* divinitate dicit, facili animadvertet (*e*) negotio.

Nondum *Orpheum* ejusque Theologiam dimittimus. Nam quod docuit, *Deum esse omnia*, id tam singulare videtur & admirabile, ut, cur aliquid in eo expendendo ponamus operae, satis esse nobis caussae videatur. Ita vero quod docuerit, ex illis, quos adhuc attulimus, locis perspicuum est, ex quibus, quae huc pertinent, repetere non gravabor, nomine tamen Dei in locum vocabuli ζὰς sive *Jupiter* substituto. Διὸς, inquit, πάλιν ἐστὶς ἐπ'χθη *Hoc universum resque omnes ad illud pertinentes in Deo conditae sunt.* Ζηὸς δ' ἐν γαστέρι σύμπα πέφυκε. *Res omnes una continentur in ventre Dei.* Ζὰς κεφαλὴ, Ζὰς μέσσα. *Deus caput & medium est rerum omnium.* Ζὰς πυθμὴν γαίης κ. τ. λ. *Deus basis est coeli atque terrae: Deus profunditas est maris: Deus spiritus est omnium*, (aut aër ille, quem spiramus:) *Deus vis est ignis, qui domari nequit: Deus est sol, luna, & stellae.* Ἓν τὸ δέμας βασίλειον. *Unum est regium* (aut divinum) *corpus.*

Πάντα γὰ ἐν μεγάλῳ Διὸς κεῖται σώματι κοίλῳ.

Omnes enim res in magno Dei conclusae jacent corpore.

Idem (*f*) *Timotheus* firmat Chronographus, qui hoc in praeceptis *Orphei* fuisse 354
perhibet: Διὰ τ' Διὸς πάντα ἐγένετο, καὶ αὐτὸς ἐστι πάντα. *Omnia per Deum facta sunt, & ipse est omnia.*

Fuit

nam suam omnibusque olim sapientibus approbatam, convincerent. Quare omnes, in quibus aliqua fuerat olim dignitas, *aut clam, aut vi, aut precario* in suas partes trahebant. Plerique praeterea hujus generis, id quod ex monumentis eorum, quae supersunt, constat, magna laborabant imbecillitate judicii, citiusque ingenii ludentis fallaciis, quam sanae justaeque rationis praeceptis obtemperabant. Horum hominum fidei quisnam, quaeso, sapiens sese commiserit? Quae deinde de tribus illis Diis retulit *Orpheus*, eius generis sunt, ut nullo plane modo cum illis colligari queant, quae de tribus principiis Platonici, aut de tribus in uno Deo personis Christianae religionis professores praecipiant. Lege fragmentum illud *Orphei*, quod *Athenagoras* servavit *Apologiae pro Christian. Cap. 16. p. 72.* & quae *Andr. Christ. Ejchenbachius* observavit *de poësi Orphica p. 95. f.* Ego, quod de reliquis veterum *Theogoniis*, idem de illa, quam *Orpheus* exaratse fertur, sentio, confusam esse eam veteris historiae & scientiae, qualis tum erat, naturalis sapientiam: neque aliud opinor vati illi, quisquis demum fuerit, propositum fuisse, quam ut popularem religionem ad ea, quae receperat, de multis rebus naturalibus decreta reflingeret & accommodaret. (II.) *Syriani* & *Damascii* testimonia eodem apud me sunt, quo *Procli* & *Ameli* auctoritates, loco. Indigni sunt hi homines, quibus sapientiores fidem habeant: idque vel ex eo intelligitur, quod de triplici, quam cogitatione sibi depingere solent divinitate tot inter eos sensus fere sunt, quot capita seu philosophi. (III.) *Timotheus* ille Chronographus ex illa est recentiorum Graecorum turba, quae veteri de Graecorum fide proverbio novam addidit auctoritatem, nilque Graecis esse mendacius, confirmavit. Praeterea *Orphei* non produxit versus, quos testes esse voluit sententiae, quam suam fecerat, *Orpheum* unum Deum resque in eo personas cecinisse. Quare, quibus argumentis nixa fuit haec opinio, diiudicare licet nemini. Si nihil aliud in promtu fuit homini, quam hoc, quod *Orpheus* primum principium suum consilium, lumen, vitam vocavit, equidem totam demonstrationem nullius fecerim. Quod aliquis Deum variis compellat nominibus, hoccine statim ostendit, tres eum in uno Deo personas credere? Quam plura quid pluribus opus est verbis? Omnes illi *Orphei* versus, a *Timotheo* prolati, suspecti prorsus sunt, &, nisi plane conficti, certe interpolati. Ut quaenam, obsecro, *ἐκδοσις* illa est seu expositio *Orphei*, cuius ex *Timotheo Cedrenus* & *Malala* mentionem faciunt? Num *Orphei* ipsius, an vero alius? Equidem nullus debito, quin non *Orphei* ipsius, sed recentioris cujusdam Graeci fuerit. Illud autem si ita est, omnia, quae *Timotheus* disputavit, infirma & nulla esse, per se liquet.

(*f*) *Timotheus*] Apud *Cedrenum* & *Malalam* *locis indic.*

Digitized by Google

Fuit haec in universum Graecorum veterum erga Deum pietas, ut res omnes ad eum, tamquam fontem, referrent, Deumque esse omnia, praeciperent. Quod ne cui temere dictum videatur, insignem *Plutarchi* locum ex *Libro de oraculorum defectu* exscribam: (*) Διὸ πάσης ἡδίστας αἰτίας ἔχήσης, εἰ μὲν σφίδρα παλαιᾷ Θαλέτῳ καὶ πιττακῷ τῇ κρίσιν μόνον ἐ νῦν ἀφορίζειν εἰωθότι, τῶν δὲ τὸ πρώτον ἐπιφθεγγόμενα πᾶσι πράγμασι·

ΖΕΥΣ ἀρχή, ΖΕΥΣ μέσσα, Διὸς δ' ἐκ πάντα τέλεται.

Τὰς δ' ἀναγκαίας καὶ φυσικὰς οὐκ ἐπὶ πρόσεσαν αἰτίαις· οἱ δ' ὕστεροι τούτων καὶ φυσικοὶ προσαγορεύόμενοι, τὴν ἀπὸ τῶν ὑπάτων καὶ θείας ἀποπλανηθέντες ἀρχῆς, ἐκ σώματα καὶ πάθεσι σωμάτων, πληγαῖς τε καὶ μεταβολαῖς καὶ κράσεσι τούτων τὸ σύμπαν. *Quum quivis ortus duas habeat causas, antiquissimi Theologi atque poetae soli praestantiori animum advertere dignati sunt, commune scilicet hoc omnibus rebus accinentes:*

Principium Jupiter, medium Jovis, omnia ab ipso.

Ad naturales autem & necessarias causas numquam accesserunt. His posteriores, quibus Physicorum nomen fuit inditum, diverso a prioribus instituto a pulcerrimo illo & divino aberravere principio, atque omnia corporibus, eorumque perpessionibus, collisionibus, mutationibus, mixtionibus accepta ferre maluerunt. Qui hic antiquissimi Theologi ac poëtae vocantur a *Plutarcho*, hi *Orpheus* sine controversia ejusque sunt assectatores. Orphicus enim est versus ille, quem testimonii loco afferri videmus: ex quo simul haec carmina pro vetustissimis ab eo esse habita, liquet. His autem juniores qui ipsi audiunt & physici, primi sunt haud dubio scholae Jonicae philosophi, *Anaximander*, *Anaximenes*, *Hippo*, ceterique: quos deinceps, qui philosophiam Italicam prorsus adulterarunt, corpusculisque ad Deum tollendum turpiter abusi sunt, exceperunt *Leucippus*, *Democritus*, & *Epicurus*. Qua ex re novum id, quod antea confirmavimus, robur accipit, familiae Jonicae philosophos, qui spatium illud, quod *Thaletem* sejungit ab *Anaxagora*, occupant, ad unum omnes impietatis erga Deum auctores & doctores fuisse. Quorum hominum prava adversus Deum disputandi consuetudo effecit, ut vox φυσικὸς, *naturae scrutator*, eodem saepe loco haberetur, quo vocabulum ἄθεος, *Dei hostis & adversarius*. In utrisque, quos diximus, quod vehementer reprehenderet, *Plutarchus* reperit. Physicos, eo quod, spreta divina ratione atque causa, ex naturalibus & necessariis causis, materia nimirum, motu, corporumque qualitatibus cuncta arcesserent, maxima Deum injuria contendit afficere. Orphicos e contrario fanaticum esse genus, censet, quoniam, naturalibus atque necessariis rerum causis penitus neglectis, ad divinam omnia rationem & voluntatem referrent, atque a Deo absorberi veluti omnia, praeciperent. Ex quo efficitur, in illis, quae sacrosancta Orphicis & antiquae Graeciae sapientibus ducebantur, dogmatibus hoc minime postremum fuisse, quod diximus: *Deus est omnia.*

In

(*) P. 436.

(g) *Fanaticis*] *Rob. Fluddum* ejusque sectatores, quorum ingens tum erat in Anglia numerus, itemque *Jacobum Boëhmium* & alios intelligit. Vid. *Fluddii Philosophia Mosaica* in *Praef. Petr. Gassendi*

Digitized by Google

In recentiorum temporum (*g*) fanaticis nonnulli, dum idem defenderent, *Deum* 355
esse omnia, eo levitatis & amentiae progressi sunt, ut omne prorsus inter Deum resque conditas discrimen tollerent, nullam, praeter Deum, exstare aliam naturam, disputantes. Hi cujusvis rei, omnium quoque corporum inanimatorum, naturam ipsius esse Dei arbitrantur naturam, quodque tanta rerum in orbe sit varietas, id inde provenire, judicant, quod in varias sese unus Deus figuras mirabiliter convertat. Stoicis idem olim scitum placuit: *Deum esse omnia*, &: *Omnia esse Deum*. Sed inter horum tamen & illorum sententiam nonnihil interest. Stoici nimirum Deum illud esse putabant in hac rerum universitate principium, quod vim haberet agendi: cui alterum principium, quod patibile dicebant, sive materiam, tam arcte constituebant esse conjunctum, ut utrumque simul unum veluti perfectumque corpus conficeret. Naturas enim corpore vacuas prorsus ejiciebant ex disciplina sua. Sed nec defuerunt ex illis, quibus Deus natura corporis expers & a materia secreta videtur, qui nihilominus certa quadam ratione *Deum esse omnia*, contenderent. Eos intelligo, qui Deum esse tantum putant mundi animam, qui una cum materia unum, integrum, divinumque animal constituat. Jam si quis sciscitetur, quamnam ex his, quas recensuimus, sententiam, huic propositioni: *Deus est omnia*, Orphici subjecerint Theologi, primo quidem istam fanaticorum delirationem, qui nullam esse volunt inter Deum resque conditas differentiam, ab illis omnino removendam esse, certum est. Sunt enim, quae declarant, in effatis eorum, sic eos Deum esse omnia statuisse, ut res tamen alias suis propriis ac a Deo distinctis naturis praeditas extitisse, faterentur. Luculenti instar testimonii aenigma illud est, quod in *Orphicis* effector hujus orbis noctì solvendum proponit:

(*) Πῶς δέ μοι ἐν πᾶσι τὰ πάντ' ἔσται, καὶ χωρὶς ἕκαστον.

Et qua ratione in me omnia erunt, & unumquodque simul separatum.

Hic ἐν πᾶσι τὰ πάντα, *omnia unum*, aut *unum omnia* princeps esse videtur Deus aut divina mens. Sic *Proclus* hanc formulam interpretatur: Τὰ ὅλα περιέχων ὁ Ζεὺς καὶ πάντα μοναδικῶς καὶ νοερῶς. ἔχει τέτταρες χειρμάς, ἐν δὲ ταύταις ἐφίησι καὶ πάντα τὰ ἐγγόνια θεῶν καὶ τὰς μοίρας ἅπασι. *Jupiter, qui hanc rerum universitatem & omnia in semet ipso continet monadice & intellectualiter, juxta Orphica haec oracula, peculiarem subsistendi modum quoque omnibus Diis mundanis & aliis universitatis hujus partibus largitur.* Quod autem χωρὶς ἕκαστον versus iste dicit, id tota est universitas condita & productа una cum omni, qua distinguitur, rerum varietate: quae tamen universitas Orphico stilo, quamquam alio sensu, quem postea declarare constituimus, Deus etiam vocatur. Neque Stoicorum probare potuerunt sententiam, quam sub hisce vocibus occultabant: *Deus est omnia*, *Orphei* sectatores. Illi enim quum naturas corpore liberas esse nullas vellent, hi aperte, quod, praeter *Damascium*, alii quoque testantur, Θεὸν ἀσώματον, *Deum corpore solutum*, profecti sunt. Superest igitur, ut

(*) Proclus in Tim. (Lib. II. p. 113.)

(*g*) *Examen Philos. Fluddanae Cap. 1. p. 229. T. III.* *Orph. Arch. Hinckelmannus in Dissertione fundam. Lechmiani p. 2. f.*

(*m*) *Pro-*

ut de tertia, quam propoſuimus, via diſquiramus. Certum eſt, Orphicae diſciplinae alumnos mundum hunc haud raro *corpus Dei*, ſingulasque partes ejus *membra Dei* vocaſſe, totamque rerum univerſitatem unum eſſe divinum animal, cenſuiſſe. Sed hunc tamen mundum animi atque rationis compotem in ſummi & altiſſimi Numinis loco minime collocabant, verum alium, ut Hermeticis ſeu Trismegiſticis auctoribus audit, δεύτερον Θεὸν, *ſecundum Deum*, aut, ut *Numenius*, aliique Platonici ſolent loqui, τρίτον Θεὸν ſive *tertium Deum* putabant eſſe. Mundi nimirum anima, quem in *Platonis & Pythagorae* triplici divinitate tenet locum tertium, eumdem in Orphica quoque tuetur. Namque duas anteferebant illi naturas Orphici, ab omni prorſus materia ſecretas atque liberas. Quae quum ita ſint, quando ſummum Deum eſſe omnia praedicarunt Orphici, id binis his de cauſſis in primis feciſſe eos, exiſtimare decet. Primo, quum res omnes ex Deo eſſe ortas ſtatuerent, inde eum omnia ſinu olim quaſi continuiſſe, concludebant: ex quo deinceps res omnes ipſum quodammodo Deum eſſe, effici ducebant poſſe. Hanc eorum ſententiam hi verſus Orphici, quos (*h*) *Proclus* & alii habent, declarant:

356 Πάντα τάδε κρύψας, αὖθις φάος εἰς πολυγηθὲς
Μίξειν ἐκ κεφαλῆς περφέρειν, πολυθύσανον ἄζων.

(*i*) *Apulejus* Graeca ſic Latine reddidit:

Namque ſinu occultans, dulces in luminis oras
Cuncta tulit, ſacro verſans ſub pectore curas.

Quid autem ſibi velit oraculum hoc, id ſatis arbitror perſpicuum. *Deum*, inquit, *cum res omnes intra ſuam abditas naturam habuiſſe, aut in ſe continuiſſe ac occultaſſe, deinceps vero protruſiſſe in lucem, effeciſſeque, ut proprias ſingulae naturas adipiſcerentur a ſe diverſas; atque iſto modo mundum procreaſſe.* Altera, cur Deum eſſe omnia docerent Orphici, haec cauſſa erat atque ratio: Mundum a Deo eſſe cenſebant conditum, atque extra Deum reapſe exſiſtere. Sed ideireo tamen non ita eum putabant disjunctum & divulſum eſſe a Deo, ut vitae omnis atque animi expers ſua vi conſiſteret, nec cum divina natura ulla ratione conjunctus atque ſociatus eſſet. Contra vitae quodam genere univerſitatem Deo eſſe copulatam, ex Deo unice pendere, ab eo contineri, conſervari, ſuſtentari, animari atque agitari, paucis, Deum per naturam rerum omnem intentum eſſe & commeantem, exiſtimabant. Argumento eſt (*k*) Orphicus hicce verſus:

— Ἐν

(*h*) *Proclus*] *Comm. in Timaeum Platonis Libro* II. *p.* 95. Legantur iidem verſus apud *Clementem Alexandr. Ariſtotelem de mundo*, *Euſebium*, & alios, ſed non eodem apud omnes modo. Vid. *Eſchenbachius de poëſi Orphica p.* 74.

(*i*) *Apulejus*] *Libro de mundo p. m.* 25.

(*k*) *Orphicus verſus*] Exſtat ille una cum aliis in *Juſtino M. Cohort. ad gentes*, *Apologiaque ſecunda*, in *Clemente*, *Euſebio*, & aliis. Vid. *Eſchenbachius de poëſi Orphica p.* 136. Apud *Juſtinum* autem non ἔστησε legitur, ſed ἔσχισε, quod alium gignit ſenſum.

(*l*) *Sacer Codex*] Loci, quos hic teſtatur, exſtant *Rom.* 11. 36. *Col.* 1. 16. 17. *Actor.* 17. 25. 1. *Cor.* 15. 28. quorum tamen aliqui prorſus alieni ſint ab hoc argumento. Quod verbi cauſſa *Col.* 1. 16. *Chriſtus* dicitur condidiſſe omnia, aut per *Chriſtum* (ἐν αὐτῷ) facta eſſe univerſa, id quemadmodum eorum juvet cauſſam, qui Deum eſſe dicunt omnia, non video. Sed his tamen locis

—— Ἐν δ' αὐτοῖς αὐτὸς περνίσται.

Deus per res omnes sese intendit & permeat.

Inter ipsos Christianos, qui his legibus Deum esse omnia non vererentur affirmare, nonnulli inventi sunt Theologi. Nam qui *Deum* esse docent *explicatum*, aut, quod *Hieronymum* & alios saepe feciisse novimus, res ab eo conditas *radios divinitatis* vocant, aut nihil mihi, aut hoc ipsum sentiisse videntur. Quid? quod ipse (*l*) sacer Codex in hanc manu nos veluti ducere videtur sententiam. *A Deo* enim, *per Deum*, & *in Deum* esse omnia, docemur. Quam sententiam Orphica disciplina his vocibus effert: *Deus est rerum omnium principium, medium, & extremum.* Ἐν αὐτῷ ἐκτίσθη τὰ πάντα, *in eo omnia sunt condita*, *Pauli* vox est. Orphici versus paullo aliter: Διὸς ἐκτὸς ἐτύχθη. Et quid reliqua hujus generis effata referam satis cognita? *Paulus* eodem loco de Deo: Τὰ πάντα, inquit, ἐν αὐτῷ συνέστηκε. *Omnia consistunt in eo.* Idem alias: *In Deo*, ait, *vivimus, movemur, & existimus.* Dicitur Deus ζωοποιεῖν πάντα, *vitam impertiri omnibus*, tempusque venturum esse, quo Deus πάντα ἐν πᾶσιν, *omnia in omnibus*, futurus sit. Quae omnia fidem facere videntur huic scito, Deum certo sensu esse omnia. Ut haec ita sint, mihi tamen dogma hoc plenum videtur esse periculi, atque parum cautos in portenta & flagitia impellere posse. Ac, ut ego quidem arbitror, nulla ex re alia eorum fluxit insania, qui tam inter Graecos & reliquos Europae populos, quam inter Aegyptios & alios, plures aut re vera coluerunt Deos, aut coluisse visi sunt, quam ex eo, quod hoc scitum improvidas hominum mentes occupasset. Qua quidem de re copiosius infra commentandi locus dabitur. Deum enim quum persuasum haberent esse omnia, id non poterant, quin etiam probarent, omnia vicissim esse Deum. Ex hoc deinceps Deum efficiebant in omnibus rebus honorandum esse, in variis nimirum universitatis hujus partibus rebusque naturalibus, sigillatim vero in naturis illis homine nobilioribus, in quibus consilium & ratio esset. His imbuti sententiis primo quidem res omnes Deorum inducebant personis, quod Graeci vocant θεολογεῖν πάντα, remque nullam esse censebant, quin ὑπερφυσικόν τι, *aliquid naturae legibus superius*, aut divinum aliquid contineret: deinde vero pro diversa membrorum hujus orbis partiumque naturae ratione atque indole variis Deum nominibus afficiebant. In coelo stellato & aethere *Jovem* nuncupabant Deum, in aëre *Junonem*, in ventis *Aeolum*, in mari *Neptunum*, in terra locisque terrae subjectis *Plutonem*, 357
in eruditione scientiisque *Minervam* & *Musas*, in bello *Martem*, in voluptate *Venerem*, in frugibus *Cererem*, in vino *Bacchum*: ne quid nunc de reliquis dicam Dei (*m*) nominibus.

Ve-

cis fanatici, quos hic *Cudworthus* tangit, reibus suis succurrere solent. Vid. *Abrah. Hinckelmanni Detectio fundam. Boëhmiani p.* 70.

(*m*) *Nominibus*] Veterum philosophorum longe plurimos in hac fuisse sententia, *Deum esse omnia*, & hanc totam rerum universitatem certa ratione Deum esse, ita hodie exploratum est, ut praestantes ingenio ac doctrina viri paucos ex hoc numero eximant, & tot fere *Bened. Spinosae* magistros, quot alicujus nominis olim sapientes, fuisse, decernant. Nolo ego longum hoc argumentum, quum alia nunc agenda sint, persequi, sed *Orphei* tantum disciplinam, cujus res hic agitur, paucis illustrabo, praesertim quum nomen ejus ab illis omissum esse videam, qui Spinosismi ante *Spinosam* vestigia in antiquis scriptoribus indagarunt. Principio igitur certum est, orationem eorum, qui Deum esse dicunt omnia, & in Deo cuncta esse, commode explicari posse. Etenim, ut de sacri Codicis effatis taceam, fuerunt inter Christianos non exi-

Verum haec alias: nunc quidem hoc unum ut diſputando conſequeremur, ſtuduimus; quod etiam, niſi prorſus fallimur, conſequuti ſumus, ut *Orpheum* intelligerent omnes ejusque diſcipulos, id eſt, totam, quae Diis olim paruit, Graeciam, unum ſummum initiique ac originis expertem Deum, ſive unum, quod ſimul eſſet omnia, Numen profeſſos eſſe. Ex quo perſpicuum eſt, qui plures a Graecis Deos invocatos eſſe ejusdem gradus aequalisque naturae ac poteſtatis, arbitrantur, hos ſententiam eorum non ſic, uti decuerat, perſpexiſſe.

358 §. XVIII. Proximum eſt, ut Aegyptiorum de Deo ſenſus inveſtigemus. Poſtquam enim *Zoroaſtrem* & *Orpheum*, quibus nihil eſt inter veteres, qui plures Deos ve-

exigui nominis doctores, in quos nulla cadit impietatis erga Deum ſuſpicio, quibus iſtam adhibere formulam placuit. Neque hoc aliquid habet controverſiae, eos, qui hoc dogma ſuum faciunt, non eodem illud modo interpretari, aliosque aliis deterius aut melius ſentire, iisdem tametſi vocabulis utantur. Qui *Spinozam* ſequuntur, & qui *Fludd* & Myſticorum veſtigia premunt, utrique Deum eſſe omnia, & omnia eſſe Deum, inculcant. Verum, ſi a verbis diſceſſeris, inter utrumque genus multum eſſe diſcriminis, perſpicies, nec ejusdem hos flagitii, cujus illi ſunt rei, accuſari poſſe, intelliges. Ex quo quidem conſequitur, in explicandis philoſophorum veterum ſcitis, qui ejusmodi quid praeceperunt, cautione opus eſſe, nec eodem omnes loco collocari debere. (II.) Quae quum ita ſint, reſtat, ut videamus quibusnam *Orpheus* ille, ſive verus, ſive fictus, connumerandus ſit, illisne, qui malignum & in Deum injurioſum hanc dogmati ſenſum ſubjecere, an vero his, qui duris verbis ſententias minime condemnandas eloquuti ſunt. Doctiſſimus *Cudworthus* in eo totus eſt, ut ſane atque pure *Orpheum* docuiſſe, nec fanaticis, Stoicis, aut aliis portentis infectum fuiſſe, oſtendat. Vellem, ea hanc in rem attuliſſet vir egregius, quae dubitatione carerent, & princeps ego, qui tantum veteribus, quantum licet, tribuere ſoleo, manus darem. Sed id primum aſſumit, *Orpheum* ita ſenſiſſe, ut juniores Platonicos, nec modo Deum corporis expertem profeſſum eſſe, ſed etiam mundum cum his pro ſecundo aut tertio habuiſſe Deo: quod non video, quibus auctoribus fiat & teſtimoniis. Ex verſibus, qui reſtant, *Orphei* nihil ejusmodi elicias. Platonicis vero ipſis, qui *Orpheum* ſenſiſſe ſecum gloriantur, aeque tuto fidem habere in hac cauſſa licet, atque Chymicis noſtris, qui *Moſen*, *Petrum*, *Paulum*, *Hermetem*, & quidquid umquam ſanctum & eruditum exſtitit, metallorum transmutationi operam dediſſe, ſomniant. Interea tamen, poſtquam hoc ſine teſte idoneo ſumſerat vir egregius, longius etiam progreditur, &, verſibus nonnullis *Orphei* in auxilium vocatus, cauſſas aperire ſtudet, quare *Orpheus* Deum eſſe dixerit omnia. Sed ne ipſos quidem verſus ita exponit, quemadmodum ſeries & contextus totius carminis, id quod mox apparebit, exponi eos volunt: in cauſſis autem explicandis id potius ſpectaſſe videtur, quid *Orpheus* ſentire debuerit, non id, quod reapſe ſenſit. (III.) Omnis haecce cauſſa ex nonnullis *Orphei* verſibus aeſtimari debet, qui apud veteres quosdam ſcriptores exſtant, & ab *Eſchenbachio* *Libro de poëſi Orphica* *p.* 68. *ſ.* collecti ſunt. Hos vero ſi partium ſine ſtudio inſpiciamus, id quidem primum ex illis apparet, auctorem illorum, quisquis demum fuerit, exiſtimaſſe, eſſe aeternum quoddam rerum omnium principium, & in eo recondita & abdita fuiſſe omnia, quae nunc conſpiciuntur, ſeu totum terrarum orbem omnesque in eo naturas latuiſſe. Hoc manifeſto docent verſus illi octo a *Proclo* *Lib.* II. *in Timaeum Platonis* *p.* 95. commemorati, qui ſupra deſcripti ſunt a *Cudworthio*. Initium eſt: **Τῶνος γὰρ τοῦ πυκὶ κ. τ. λ.** Idem ex illis verſibus apertiſſime colligitur, quorum partem hoc ipſo in loco produxit vir egregius, quibus omnia ſinu ſuo occultaſſe dicitur, & poſtea protruſiſſe ſummum Numen. Mitto ejusdem ſenſus, qui apud *Proclum* & *Euſebium* leguntur, reliquos. Is vero Deus, in quo omnia fuerunt ex omni aeternitate, (2) certo tempore ex ſinu ſuo eduxit & protulit terram, maria, Deos Deasque, ſolem, lunam, pauca, omnia. Hoc iidem verſus tanta docent evidentia, ut exceptioni nullus locus relictus ſit. (3) Hinc omnia, quae exſtant, quoniam ex ipſo fluxerunt Deo, Deus ſunt & membra partesque Dei. Hoc late exponit poëta apud *Euſebium* *Praeparat. evangel.* *Lib.* III. *Cap.* 9. *p.* 100. & hunc mundum, tamquam Dei corpus, deſcribit. Coelum ait caput eſſe Dei, oculos ſolem, lacertos, humeros, & pectus tractus aëreos, terram montesque ventrem, & reliqua. Quae, ſi figuras removeas poëticas, hoc quidem aperte ſignificant, nihil eſſe in tota rerum natura, quod ex Deo non emanarit, & partem idcirco ſeu membrum Dei conſtituat. Haec ſi omnia inter ſe conjungantur, facile, quid is, qui *Orpheus* dicitur, de divina ſenſerit natura, intelliges. Aeternum ſibi chaos homo cogitatione depingebat, ſeu Deum & materiam opinabatur ex infinito tempo-

venerati ſunt, nobilius ac praeſtantius, unius tamen & ſummi Numinis religione devinctos fuiſſe, late atque copioſe demonſtravimus, nihil inſtituto noſtro magis eſt conveniens, quam ut illam quoque nationem, quae ceteras omnes gentes ſuperſtitione Deorumque numero vicit, tantae tamen Deorum turbae unum excellentius omnibus celſiſſimumque Numen praepoſuiſſe, planum faciamus.

Quaeſitum fuit inter viros ingenio & eruditione florentes: utrum ab Aegyptiis ad reliquos populos tot Deorum, quibus olim gentium ſeſe addixit ſtultitia, cultus & religio manaſſet, an vero in Chaldaea Deorum incunabula eſſent inveſtiganda? Veterum plerique Aegyptum infandae ſuperſtitionis matrem & altricem eſſe, memoriae prodiderunt. Ipſe (*n*) *Lucianus*, tametſi gente Syrus eſſet, patriaeque ſuae

pore copulata fuiſſe, aut omnia, quae nunc ſunt, in ipſo Deo fuiſſe recondita & abdita: certo vero tempore, ſponte neſcio, an fato, Deum ex ſe ſinuque ſuo produxiſſe illam materiam, atque ita effeciſſe, ut hic orbis, &, quae in eo ſunt, omnia exſiſterent: idcirco omnia, quae exſiſtunt, ignem, aquam, lunam, ſolem, & reliqua univerſa ipſum eſſe Jovem, ſeu ipſum Deum, totamque rerum univerſitatem corpus veluti Dei eſſe: ex eodem Deo fluxiſſe una cum materia ſpiritum neſcio quem, qui per totam fuſus materiam cuncta animet, mentibusque hominum originem & cauſſam praebeat: ipſam denique illam mentem, unde manarunt omnia, ſublimi ſuper aethera loco poſitam eſſe, poſtquam a ſe materiam ſecreverit, nec a quoquam recte cognoſci poſſe mortalium, gubernare vero omnia. *Orpheus* apud *Juſtinum M.* in *Cohort. ad gentes* p. 15.

Οὐδὶ τίς ἰδ' ἕτερον χωρὶς μεγάλου βασιλῆος.
Αὐτὸν δ' οὐκ ὀρόω· πυκὶ γὰρ νέφος ἐστήρικται.

Neque eſt alius, praeter magnum regem.
Ipſum vero non video, quoniam denſa nubes obſiſtit.

Et paullo poſt:

Οὗτος γὰρ χάλκειον ἐς οὐρανὸν ἑστήρικται
Χρυσείῳ ἐνὶ θρόνῳ· γαίης δ' ἐπὶ ποσσὶ βέβηκε.

Hic enim in coelo aheneo ſtabilis ſedet
Super aureo ſolio: pedibus autem inſidit terrae.

Forte addidit etiam, inſtare tempus, quo in Deum omnia ſint reverſura & reditura. Diſtat, fateor, haec ſententia a Stoicorum opinionibus de Deo: differt quoque ab eorum doctrina, qui Deum animam eſſe cenſent mundi, aut naturam per omnem materiam intenſam & commeantem: diſcrepat denique ab impiis *Spinozae* portentis: at minimo, aut nullo remota eſt intervallo a fanaticorum illorum ſcitis, qui res ex Deo emanaſſe, non ſecus praecipiunt, ac ſi ſpectatores ipſimet totius fuiſſent operis. Perantiqua eſt haec de rerum omnium ex Deo emanatione opinio. Placuit illa multis populis orientalibus, quod *Abrah. Hinckelmannus* in *Detectione fundam. Boëhmiani* p. 84. *ſ.* demonſtrare conatus eſt. Recepta fuit dudum Judaeis Cabbaliſtis, quod fuſe ac copioſe docuit *Jac. Basnage Hiſtoire des Juifs Libr.* IV. *Cap.* 7. *p.* 129. & *Cap.* 8. *p.* 159. Neque indigna viſa fuit Indis & Aegyptiis, quam approbarent, quod paullo poſt monebimus. Itaque *Orpheum* illum, cujus carmina laudantur, nil admirandum eſt, eodem dogmate fuiſſe imbutum. Nec tamen una omnium eſt, qui huic aſſentiuntur opinioni, ſententia; verum alii aliis rectius aut pejus ſentiunt. Sunt, qui aeternam rerum ex Deo emanationem profitentur: in quo genere ipſum *Ariſtotelem* aliqui collocant: certius eſt, juniores Platonicos omnes in eo poni debere. Sunt, qui certo tempore ſibi perſuadent hanc emanationem contigiſſe, ut *Weigelius*, *Fluddius*, *Boëhmius*, & alii. Hi rurſus vel ejusdem eſſe naturae res, quae ex Deo manarunt, cujus ipſe Deus eſt, affirmant; quod quidem impium eſt & dictu plane abſurdum: vel Deum, unde res emanarunt, & res ex eo eductas ita, ut corpus & ſpiritum, differre, ſtatuunt; quorum errori, periculoſo licet, facilius veniam dederis. Sunt, qui ſponte Deum ex ſe protuliſſe omnia, opinantur, a nulla re alia coactum. Sunt, qui fato & neceſſitati totum negotium tribuunt, Deumque non potuiſſe non ex ſe mundum generare, credunt. Sunt, qui brevi tempore fluxiſſe omnia ex ſummo Numine, cenſent. Sunt, qui diuturnis intervallis perfectum fuiſſe hoc opus, judicant. Et quis omnia hominum recenſeat ſomnia, non tam ratiocinantium, quam delirantium, & ex puſilli ingenii ſui viribus modicaeque cognitionis copia divinam magnitudinem metientium? Cuinam harum ſectarum *Orpheus* iſte fuerit addictus, quum certa nos deſtituant monumenta, dictu admodum difficile eſt. Mihi proxime omnium ad Indorum illorum acceſſiſſe ſententiam videtur, quam *Franc. Bernierius* explicat *Voyage aux Etats du grand Mogol Tom.* II. *p.* 164. Satis eſt in re tam obſcura conjeciſſe aliquid non prorſus veri diſſimile.

(*n*) *Lucianus*] Non dubito, quin hunc *Lucian*

Digitized by Google

ſuae antiquitates non mediocri cura perſequeretur, Syros tamen & Aſſyrios ab
359 Aegyptiis ſacra ſua fatetur accepiſſe. Ante *Lucianum* (*o*) *Herodotus*, quem *parentem* vulgo dicunt *hiſtoriae*, primos omnium Aegyptios templa ſtatuasque Diis immortalibus dedicaſſe, retulit. Sed utcumque eſt, ſive Aegyptios primos feciſſe Deos credas, ſive Chaldaeos principes ad Deorum aras acceſſiſſe, putes, id quidem controverſia vacat, Graecos & Europae incolas, quos Deorum loco habebant, ex Aegypto aſportaſſe. (*p*) *Herodotus* alicubi duodecim, quos Graeci verebantur in primis, Deos eſſe ortu Aegyptios, perhibet. (*q*) Alio vero loco cuncta prope Deorum nomina ex Aegypto primum in Graeciam tranſiiſſe teſtatur: Σχεδὸν τὰ πάντα τὰ ὀνόματα τῶν Θεῶν ἐξ Αἰγύπτου ἐλθόντα εἰς τὴν Ἑλλάδα. *Omnia fere Deorum nomina ex Aegypto in Graeciam venerunt.* Haec ejus ſententia quemadmodum in ipſo quoque Jove, quem ΖΕΥΣ dicebant, recte ſeſe habeat, tametſi Graecum ſit hoc vocabulum, inferius explanabitur. Ceterum non tam de Diis, quam de multorum Graecorum Deorum nominibus *Herodotum* putem intelligi debere, idque ſibi velle hominem, nominum iſtorum vim in Aegyptiorum lingua quaerendam eſſe. Quod ne temere prorſus affirmaſſe videar, juvat unam tantum conjecturam de nomine Ἀθηνᾶ, quam Deam Graeci alioquin *Palladam*, Latini *Minervam* dicebant, in medium aſſerre. Principio igitur, qui vocabuli hujus origines in Graecia inveſtigarunt, nihil nobis, quod laude dignum ſit, inde retulerunt, ſed aut vim fecerunt verbis, ne vacui prorſus redirent, aut meras curioſis nugas propinarunt. (*r*) *Plato*, poſtquam in *Cratylo* monuerat, veteres allegoriarum *Homeri* interpretes Ἀθηνᾶ cenſuiſſe nihil eſſe aliud, quam νῶν ſive Ἀθάνατον, *mentem* aut *intelligentiam*, at Dei & perſonae habitu donatam, nominis hujus inventores eo ſuſpicatur divinam indicare voluiſſe ſapientiam, Ἀθηνᾶque idem eſſe, quod Θεῶ νόησιν, *intelligentiam Dei* ſive *rerum divinarum cognitionem.* Antiquam nimirum vocabuli formam eſſe judicat Θεονόη, ex quo deinceps Ἀθηνᾶ factum ſit. Sed nec ipſe tamen hanc notationem omni ex parte probat. Itaque novam ipſemet excogitat, atque Ἀθηνᾶ idem eſſe putat, quod νόησις ἐν τῷ ἤθει, *moralis diſciplinae cognitio*: ac ſi olim ſcriptum fuiſſet Ἠθονόη, & haec vox in Ἀθηνᾶ poſtea mutata. Alii Graecorum vocem hanc ἀπὸ τοῦ ἀθρεῖν deſcendere, autumant, eo quod hoc proprium ſapientiae munus ſit, *omnia in unum cogere ac col-*

intelligat ex *Libro de Dea Syria Tom.* II. *Opp. p.* 656. 657. locum: Πλατὼν μὲν γὰρ ἐκβάλλεται, ὡς ἐμοὶ δόξαι, Αἰγύπτιοι λέγουσι Θεῶν τε ἄλλων λαβεῖν —— μετὰ δὲ πολλὸν χρόνον παρ' Αἰγυπτίων λόγου Ἀσσύριοι ἐς Θεοὺς ἤκουσαν· —— καὶ ἔστιν ἱρὰ καὶ ἐν Συρίῃ, ἃ οὐ πολλῷ τοῖς Αἰγυπτίοισι ὑστερηθέντα. *Primi hominum, quos ſcimus, Aegyptii dicuntur Deorum notitiam accepiſſe. —— Deinde non multo poſt Aſſyrii ab Aegyptiis doctrinam de Diis acceperе. —— In Syria quoque ſunt templa non multo Aegyptiis tempore poſteriora.*

(*o*) *Herodotus*] *Hiſtoriar. Lib.* II. *Cap.* 4. *p.* 90.

(*p*) *Herodotus*] *Loco eod. p.* 90. & *Lib.* IV. *Cap.* 50. *p.* 108.

(*q*) *Alio loco*] *Lib.* IV. *Cap.* 50. *p.* 108.

(*r*) *Plato*] In *Cratylo p.* 267.

(*s*) Ἀθηναία] Omnes has nominis Ἀθηνᾶ notationes collegit *Phurnutus* in *Libro de natura Deor. Cap.* 20. *p.* 185. inter *Thom. Gale ſcriptores veterum mythologicos.*

(*t*) *In Timaeo*] *P.* 524. *Opp.*

(*u*) *Notationum aliquae*] Omiſit vir doctiſſimus *Gerh. Jo. Voſſii* conjecturam; qui in hoc quidem conſentit ipſi, nomen Ἀθηνᾶ non ex Graeco ſermone, ſed ex Aegyptio, aut alio peregrino, natum eſſe; ſuſpicatur vero, aut a nomine נָתִן *fortis, perennis*, aut a Chaldaeo נָתַן *meditari, commentari*, deſcendere, proprieque idcirco ſcribi debere Ἀθηνάα ſeu Ἀθηνάη, *de origine & progreſſu idololatr. Lib.* II. *C.* 42. *p.* 199. Non difficile erit homini non plane obtuſi ingenii, novas comminiſci notationes: multo vero facilius, quum haec omnia craſſis circumfuſa ſint tenebris, univerſas aſpernari, & ad inutiles referre virorum doctorum labores. Sed fruatur ſuo quilibet ingenio: mihi aſſenſum licebit ſuſtinere, dum meliora & certiora videam. Interim hoc mihi certum eſt, *Minervam* ſeu

colligere. His placet, olim ſcriptum eſſe Ἀθηνᾶ. Sic vero invitis ſentiunt illis, qui nomen hoc ex θῆλυς & α privante compoſitum eſſe credunt, hac inducti ratione, quod *Minerva* ſive ſapientia, quamvis Dea ſit, cum feminarum tamen moribus & vitiis nihil commune habeat. Rurſus alii originem vocabuli ἀπὸ τῆ μὴ πφυκέναι θήλεσθαι καὶ ἐκπατᾶσθαι ἢ αἱρεῖσθαι repetunt. Tam eximia enim ajunt & generoſa indole virtutem vel ſapientiam eſſe, ut omnem inhoneſtam & indignam ſervitutem prorſus fugiat & repudiet, neque ulli ſeſe improborum jugo ſubjici patiatur. Poſtremo ſunt, qui Ἀθηνᾶ ἀπὸ τῆ αἰθέρος accerſunt, veteresque volunt pronunciaſſe (*s*) Αἰθηρονίαν. Tantam qui Graecorum cernit in nominis hujus natalibus indagandis mobilitatem, ipſarumque divinationum, quas afferunt, futilitatem & duritiam intelligit, is non eſſe nihil nobis cauſſae ſentiet, cur extra Graeciam illud eſſe natum, atque probabiliter, id quod *Herodotus* cenſet, ab Aegyptiis ad Graecos perveniſſe, judicamus. Itaque, ſi placet, periclitemur, an vox reperiri queat Aegyptiaca, quae nomini Ἀθηνᾶ initium dederit. *Plato* (*t*) in *Timaeo*, quum in *Sais*, quod Aegypti eſt oppidum, mentionem incidiſſet, ubi *Solon* tempus aliquod commoratus eſt, *Numen* refert *tutelare urbis hujus Aegyptiorum lingua Neith* vocari. *at Graecorum ſermone, ſic ut affirment Aegyptii*, Ἀθηνᾶ, ἐν τῇ πόλεως Θεὸς ἡγεμὼν ἦν Αἰγυπτηϛὶ μὲν τὸνομα Νεὶθ, Ἑλληνιϛὶ δὲ, ὡς ὁ ἐκεῖνον λόγος, Ἀθηνᾶ. Hoc nomen Aegyptiacum *Neith* quam, quaeſo, facile ſic potuit inverti, ut inde vox Ἀθηνᾶ exſiſteret? Voces peregrinas male plerumque pronuntiare ſolent, qui utuntur illis. Quid ſi igitur vocem *Neith* ſic primo fuiſſe inflexam conjiciamus, ut *Thien* vel Θίν dicerent, poſtea vero, littera α in prima & extrema voce addita, vocabulum Ἀθηνᾶ formatum eſſe? Multo certo plus haec habet opinio probabilitatis, quam *Platonis* Θεονόη vel Ἠθέρη, aut earum, quas antea recenſuimus, (*v*) notationum aliquae. Graecorum exemplum Latini hac in re videntur aemulati eſſe, neque pauca Deorum, quibus ſtudebant, nomina ex Aegypto adſciviſſe. Exempli inſtar vox 360
Neptunus eſto. (*x*) *Varro* nomen hoc, non ſecus ac ſi *Nuptunus* dicendum eſſet, a *nubendo* ducit, quia mare terram obnubat veluti & occultet. *Scaliger*, quem ſequuntur alii, a lavando, ἀπὸ τῆ νίπτειν, deſcendere putat: praecipuum enim, quod aqua praeſtet, munus eſſe, quod ſordes abluat. Quanto verisimilius (*y*) *Bochartus*,

ſeu *Athenan* Jovis, Theſſaliae regis, fuiſſe filiam, litterarum & ſapientiae amore flagrantem, cui parens patrimonii loco urbem illam aſſignavit, quae *Athenae* vocatae ſunt a virginis hujus nomine. Ita ut ſentiam, vel unius me adducit *Apollodori* narratio *Bibliothecae Lib.* III. *Cap.* 13. §. 1. *p.* 222. Haud igitur eos curo, qui aut ipſam ſapientiam, aut neſcio quid aliud magnificum ſub *Minerva* latere, ſibi perſuadent. Haec filia Jovis ex parentis cerebro prognata eſſe dicitur, quoniam prudentia prae ceteris ejus natis & ingenio excelluit. Cerebrum enim quum multi veterum ſedem eſſe putarent animae, illi, qui puellae illius ſapientiam praedicare volebant, non melius ſeſe id facere poſſe, opinabantur, quam ſi dicerent, tantam ejus eſſe prudentiam, ac ſi non lege naturae ordinaria, ſed ex ipſo parentis cerebro, procreata eſſet. Procedente deinceps tempore, is ei honos a civibus ſuis habitus eſt, ut in Dearum referretur numerum, & bonis artibus, litteris, & eruditioni, quarum rerum fuerat amantiſſima, praeficeretur. Majus aliquid & anguſtius qui ſibi videntur in his fabulis cernere, illi viderint, quemadmodum, quae adſciſcunt, ſapientibus probent: mihi numquam magnopere placebunt. *Athena* igitur proprium regiae illius virginis nomen fuiſſe, arbitror, quod illa, teſte *Apollodoro*, urbi a patre ſibi donatae impoſuit. Quaenam vero nominis hujus origo ſit, tum demum nobis licebit, niſi fallor, explicare, quum linguae illius, quae tum temporis in Graecia fuit uſitata, rationes & naturam melius perſpectam habebimus.

(*x*) *Varro*] Vid. de his notionibus *Varronis* & *Scaligeri Voſſius de origine & progreſſu idololatr. Lib.* II. *Cap.* 77. *p.* 259.

(*y*) *Bochartus*] In *Phaleg Lib.* I. *Cap.* 2. *p.* 9. 10. & *Lib.* IV. *Cap.* 30. *p.* 283.

tus, vir longe doctiſſimus, qui ex voce Aegyptiaca *Nephthus* vocabulum *Neptunus* conflatum eſſe, arbitratur? (z) *Plutarchus* enim ait: ὃν Νεφθὺν καλοῦσι τὰ γῆς τὰ ἐσχατιὰ καὶ παρήλια καὶ φανερὰ τῆ θαλάσσης: *Nephthyn eos appellare extremas terrae partes, quae mare attingunt.* Firmat magni hominis opinionem id, quod eodem ſcriptum reliquit loco idem *Plutarchus*, *Iſis* Oſiridis quidem uxorem vocitatam eſſe; at, quae Typhoni nupſerit, ei nomen fuiſſe *Nephthus.* Ex quo quidem hoc effici videtur poſſe, quemadmodum *Iſis* terram ſaepenumero ſignificat, ſive illam, quae terrae praeſidet, Deam, ita *Nephthus* Divae maritimae cognomen fuiſſe inter Aegyptios. Quibus & hoc accedit, quod (*a*) idem auctor prodidit, *Nephthus* ab Aegyptiis interdum Ἀφροδίτην ſive *Venerem* nuncupatam eſſe, haud dubie propterea, quod ex mari Venus fertur prognata eſſe. Sed mittamus haec verborum aucupia, de quibus, ut lubet, quisque ſtatuat. Id longe certius eſt, gentem Aegyptiacam unam omnium religioſiſſimam aut ſuperſtitioſiſſimam cunctis fuiſſe populis habitam, nec ullam, quae pluribus ſacra faceret Diis, majorique ardore religiones eorum tueretur, exſtitiſſe. *Iſocrates* in *Laudibus Buſiridis* magnifice ſanctimoniam & pietatem Aegyptiorum praedicat. (*b*) *Herodotus* vero eſſe eos perhibet θεοσεβείας περιττῶς μᾶλλον πάντων ἀνθρώπων, *in Deos affatim ſupra omnes homines religioſos.* Quam propter cauſſam (*c*) *Apollinis oraculo*, quod apud *Porphyrium* eſt, ſummis exornantur laudibus, ceterisque praeferuntur gentibus, quod *caſte viam monſtrarent ducentem ad Deum & felicitatem*, αἰτιωτάτω εἶδον μακάρων. At in ſacris Litteris Aegyptus *ſuperſtitionis* & *myſticae ſcortationis* nomine peſſime audit: cujus ſceleris foeditatem quo efficacius declararent ſancti homines, Sodomam ei nonnumquam ſociam &

(z) *Plutarchus*] *De Iſide & Oſiride p.* 366.

(*a*) *Idem auctor*] *Eod. loco p.* 355.

(*b*) *Herodotus*] *Hiſt. Lib.* II. *C.* 37. *p.* 102.

(*c*) *Apollinis oraculo*] Exſtat illud totum apud *Euſebium Praeparat. Euangel. Lib.* IX. *C.* 10. *p.* 412.

(*d*) *Apponere ſolent*] Vid. *Apoc.* 11. 8. & ad eum locum interpretes. Adde celeb. viri *Matur. Veiſſiere la Croze Hiſtoire du Chriſtianisme des Indes Liv.* VI. *p.* 436.

(*e*) *Exhibetur*] Non haec *Origenis*, verum *Celſi* ſunt apud *Origenem* verba. Plures veterum ſcriptorum locos, quibus ſacra Aegyptiorum & immenſam ſuperſtitionem eludunt & exagitant, collegere doctiſſimi viri, *Laur. Pignorius Expoſitione menſae Iſiacae p.* 5. 6. & *Herm. Witſius* in *Aegyptiacis Lib.* II. *Cap.* 4. §. 13. *p.* 82. *ſ.* Ego pauca de reliquis, quae hic attinguntur a doctiſſimo viro, rebus moneo. (I.) Utrum a Chaldaeis, an vero ab Aegyptiis Deorum multitudo & ſuperſtitio ad reliquas gentes dimanaſſet, quaerebatur tum temporis a nonnullis eruditis in Anglia viris, qui de *idololatriae* vera notione contra Pontificios diſputabant: quaeſitum idem fuit inter alios. Ad Aegyptios qui hanc putant pertinere infamiam, non paucis veterum uturtur locis, *Luciani* maxime, quae hic exſtant, & *Herodoti* auctoritatibus. Adde *Ammianum Marcellinum Hiſtor. Lib.* XXII. & quae *Henr. Valeſius* ad eum obſervavit *p.* 345. 346. Chaldaeos autem qui criminis hujus accuſant, & Judaeorum & Chriſtianorum multis ſeſe munire poſſunt teſtimoniis, qui vel origines idololatriae ad *Seruchum* referunt: vid. *Jo. Alb. Fabricii Codic. pſeudepigr. V. T. P.* I. *p.* 336. vel *Tharam*, parentem *Abrahami*, primum ſtatuas & ſimulacra Deorum fabricatum eſſe, tradunt: Vid. *Dion. Voſſius ad Maimonid. de idololatr. p.* 7. vel denique *Abrahamum* ob cultum multorum Deorum, in Chaldaea tum temporis natum, patria ejectum fuiſſe, narrant: Vid. *Moſes Maimonides de idololatr. Cap.* 1. §. 6. *p.* 6. *ſ.* Equidem totam hancce controverſiam omitti poſſe arbitror: nec intelligo, cur ab una gente ſtatuendum nobis ſit ad reliquas ſimulacrorum & inanium Deorum cultum fluxiſſe. Tanta eſt humani animi perverſitas & malignitas, tanta ſtuporis noſtri magnitudo, ut plures populos, nullis magiſtris & doctoribus aliunde adſcitis, per ſe ad hanc dementiam deſicere potuiſſe, mihi ſine labore perſuadeam. Atque facile in hanc mecum ingredietur ſententiam, qui modo ſecum cogitaverit, ingentem eſſe ſuperſtitionis & Numinum, quae coluere populi veteres, varietatem & diverſitatem. Alii Chaldaeis, alii Aegyptiis, alii Graecis, alii Gallis Dii fuere: tot etiam fere, quot populi, Deos placandi modi fuere. Haec caerimoniarum & Deorum incredibilis varietas & diſcrepantia nonne luculenter docet, plerasque nationes ſibimet ipſis impietatis & ſuperſtitionis magiſtras fuiſſe, aut in-

Digitized by Google

& comitem (*d*) appónere ſolent. Namque Aegyptii, tametſi omnes illos Deos colerent, quibus Graeci ceterique barbari ſupplicabant, ſtellas, daemones, & heroës divinis proſequerentur honoribus, Diis denique arte factis, quorum ſtatuas gloriabantur animatas eſſe, cultum & honorem adhiberent, hoc tamen peculiare habebant ſibi flagitium, quod omne fere beſtiarum genus, qua mente, nunc non inquiro, conſecrarent. Quae ratio ceteris nationibus, etſi pluribus addictae eſſent Diis, tam abſurda tamen viſa fuit, ut eam publice irridere ac infamia notare nil vererentur. Noti ſunt *Juvenalis* verſus: 361

(*) *Quis neſcit, Voluſi Bithynice, qualia demens*
Aegyptus portenta colat? Crocodilon adorat
Pars haec; illa pavet ſaturam ſerpentibus Ibin.

Origenes, adverſus *Celſum* diſputans, his morem iſtum Aegyptiorum verbis exponit: (†) Παρ' οἷς πρῶτον μὲν ἱερὰ λαμπρὰ πυλῶν, καὶ ἄλσεα, καὶ προπυλαίων μεγέθη τε καὶ κάλλη, καὶ νεὼ θαυμάσιοι, καὶ σκηναὶ πέριξ ὑπερφαεῖς, καὶ θρησκεῖαι μάλα δεισιδαίμονες καὶ μυσηριώδεις· ἰόντι δὲ εἰσιόντι καὶ ἐνδοτέρω γλυφεῖται προσκυνήμασι αἴλουρος, ἢ πίθηκος, ἢ κροκόδειλος, ἢ τράγος, ἢ κύων. *Qui ad Aegyptiorum accedit cultum & ſacra, ejus primum ſeſe oculis offerunt ſplendida & magnifica templa, magno ſumtu adornata, auguſtae porticus, luci venerabiles, ritus religionis & myſteriorum pleni: idem vero ſi ad adyta & interiora pergat, felem, ſimiam, crocodilum, bircum, canem offendit, cui omnis ille bonos (e) exhibetur.*

Tan-

(*) Juven. Sat. XV. (†) Lib. III. adv. Celſ. p. 121.

inter ſuos habuiſſe ineptarum religionum ſuarum auctores, non autem ab uno univerſas nationes populo ſacra & Deorum cultum accepiſſe? (II.) Graecos ab Aegyptiis Deos ſuos & religiones accepiſſe traditas quum vir doctiſſimus affirmat, graviſſimos ſequitur auctores, tam veteres, quam recentiores. Lege, quae *Jo. Marshamus*, aequalis & civis *Cudworthi*, collegit *Canone chronico Aegyptiaco Saec.* I. *p.* 34. *Saec.* VIII. *p.* 113. *Saec.* IX. *p.* 124. 132. *Saec.* X. *p.* 259. *Saec.* XI. *p.* 264. & junge obſervatis ab eo *Athenagorae Apol. pro Chriſtianis* C. 24. *p.* 111. E contrario non deſunt doctiſſimi homines, qui Graecos Aegyptiis, quos coluere, Deos dedilie, ſuſpicantur. Ut verum fatear, neutra mihi placet ſententia. Ipſa Graecorum & Aegyptiorum Deorum hiſtoria oſtendit, utrumque populum patrios ſuos & proprios habuiſſe Deos, Jovemque verbi cauſſa toto genere ab Oſiride Aegyptiorum differre, nec Iſidem cum Minerva componi poſſe, niſi antea, quae de Deabus iſtis memoriae prodita ſunt, ex antiquis libris deleantur. Dii Aegyptiorum reges eorum & perantiqui ſunt heroës, quos rerum geſtarum praeſtantia & beneficiorum multitudo poſteris commendaverat: nec de Graecorum Diis aliter nobis per actiones & facta eorum cogitare licet. Graeci vero quum frequentiſſima poſtea in Aegyptum, aut mercaturae faciendae, aut ceditionis comparandae cauſſa, itinera facerent, nec ullius populi familiaritatem ardentius appeterent, quam Aegyptiorum, factum eſt opinione citius, ut diverſa utriusque populi ſacra & Dii valde alioquin disjuncti temere inter ſe confunderentur. Graeci, quod poſtea Romani ſolebant, exterarum gentium Numina, quae ſuorum non eſſe videbant diſſimilia, Deorum patriorum nominibus appellabant, imperitosque ita in hanc ſenſim inducebant opinionem, eosdem ab utraque gente Deos coli. Oſiris & Jupiter ita differunt, ut Caeſar & Alexander Magnus. At Graeci, quoniam Oſiridi ab Aegyptiis eumdem inter Deos locum dari videbant, quem ipſimet Jovi tribuebant, non verebantur Jovis nomen Oſiridi imponere, & utriusque Dei religionem miſcere. *Neith*, de qua hic agitur, vetus fine dubio erat Aegyptiorum Dea. Graeci vero, qui hanc Deam iisdem fere ab Aegyptiis muneribus praeſici cernebant, quibus ipſi Minervam praeponebant, praecipiti plane judicio *Neith* eſſe *Minervam*, decernebant, unumque ex binis hac ratione Numen conflabant. Idem reliquis Graecorum & Aegyptiorum Diis contigit. Sacerdotes Aegyptii, quibus nihil exſtitit unquam arrogantius, in hac Graecos opinione confirmabant, quamque ſuam gentem omnium videri vellent vetuſtiſſimam, cum omnes reliquos populos, tum Graecos ex Aegypto Deos ſuos.

362 Tantis licet infecti eſſent Aegyptii tamque deteſtandis ſuperſtitionibus; eo tamen usque minime progreſſa eſt eorum levitas & amentia, ut unum eſſe ſummumque omnium negarent Deum. Id ego primum ex eo concludi poſſe, opinor, quod in univerſo paene terrarum orbe ſumma quondam ſapientiae eorum exiſtimatio & fama floruit. Eleis, quod (*f*) *Herodotus* memoriae mandavit, Aegyptii
1 σοφώτατοι ἀνθρώπων, *ſapientiſſimi* vocabantur *mortalium*: (*g*) ex quo etiam auctore his quemdam exornatum fuiſſe laudibus, diſcimus, *Aegyptios quidem ceteris praeſtare ſcientia, eum vero Aegyptiis antecellere.* (*h*) *Moſi* ipſimet magno id honori in ſacris Litteris ducitur, quod in omni Aegyptiorum ſapientia inſtitutus fuerit. Quumque *Salomonis* inſigniter ac praecipue commendare vellet cognitionem, qui (*i*) *Libros Regum* exaravit, divinus auctor, excellentiorem fuiſſe eam dixit *omni ſapientia filiorum Orientis, omnique Aegyptiorum eruditione.* Quos hic *Orientis* nominat *filios*, Magi ſunt in primis Perſarum & Chaldaeorum ſapientes. Neque dubitem, eam in his verbis eſſe dicendi figuram, quae *Climax* dicitur rhetoribus, idque ſacrum ſignificare velle ſcriptorem, *Salomonem* non modo Magis & Chaldaeis eruditione & ſapientia praeſtitiſſe, verum ipſos etiam Aegyptios litteris & doctrina ſuperaſſe. Ex quo *Salomonis* aetate intelligitur Aegyptus omnis in toto orbe doctrinae atque eruditionis praecipuum fuiſſe domicilium, Graecorum vero aut nullam aut perobſcuram exſtitiſſe memoriam, neque ſapientiae nomine hanc gentem tum fuiſſe celebrem. Quamobrem ſpernendum eſſe (*k*) *Philonem* arbitror, qui *Libro de vita Moſis* filiam *Pharaonis Moſen* non ab Aegyptiorum tantum ſacerdotibus inſtitui curaſſe, ſed ex Graecia quoque doctiſſimos accerſiviſſe homines, quorum voce erudiretur, memorat. Ipſi contra Graecorum libri multis poſt *Salomonem* ſaeculis no-

ſuos eſſe mutuatos, audacter, at falſo, aſſeverabant. Neque dubitabant Graeci & Syri vanis hominibus, qui immenſae vetuſtatis annales in promtu ſibi eſſe mentiebantur, & arcana ſua volumina, quae nemini tamen inſpicere licebat, teſtabantur, fidem habere. Quae quidem levitas tot eruditorum virorum diſquiſitionibus occaſionem praebuit, multasque nominum & vocabulorum notationes, nullo fundamento fretas, peperit. Mos hic, quod praetereundo non poſſum, quin obſervem, Graecorum Romanorumque peregrina Numina Deorum ſuorum vocabulis appellandi tot Joves, tot Martes, tot Veneres, tot Mercurios in Theologiam veterum introduxit, quorum apud *Ciceronem de natura Deor. Lib.* III. aliosque ſcriptores antiquos exſtat memoria. Quaelibet enim gens Deorum addicta cultui Deam habebat rebus & votis amantem praefectam: quaelibet unum venerabatur, cui principatum ceterorum Deorum deferebat, Numen: quaelibet belli & armorum curam certo commiſerat Deo. Hos Deos omnes Graeci & Romani *Joves*, *Veneres*, *Martes* ſalutabant, non ſecus ac ſi propterea iidem eſſent, atque illi Dii, quos ipſi his nominibus compellabant, quod muneribus fere iisdem fungi dicerentur, atque Perſae, Babylonii, Chaldaei, & alii populi homines, quos hiſtoria in Graecia oſtendit eſſe mortuos, colerent. Hinc tres illi veterum, immo plures, Joves, quatuor Veneres, tot Martes, Mercurii, Apollines. Facile vero hanc Deorum effugiſſent confuſionem, ſi ſingulorum Numinum res geſtas, hiſtoriam, cultumque perſcrutati eſſent: ex quibus ſine ullo dubio cognoviſſent, non omnes illas Deas, quae nuptias, & amores curare dicerentur, Graecorum eſſe *Venerem*, nec omnes, qui bellis & praeliis praeeſſent, Graecorum & Romanorum *Martem*. (III.) Ex his, quid de eorum mihi videatur laboribus & conjecturis, apparet, qui ex linguis orientalium populorum vim nominum Deorum Graecorum eruere ſtudent. Magna ſunt, quibus haec ratio arriſit, nomina *Bochartı*, *Seldeni*, *Abrah. Hinckelmanni Detect. fundam. Bochmiani p.* 108. 113. 121. & multorum aliorum, quibus tantum ego tribuo, quantum ratio illis tribui patitur. Niſi vero docuerint antea, Graecos ea aetate, qua hi inter eos Dii fuerunt, illo ſermonis genere uſos fuiſſe, ex quo nomina eorum derivare volunt, vix me adducent, ut aſſentiar. *Neptunus*, ut exemplo rem illuſtrem, ipſo non diſſitente *Bochartо*, rex fuit, qui imperium in Graecorum inſulas tenuit. Nomen igitur eius qui me credere jubet a vocabulo Aegyptiaco *Nephthas* ortum eſſe, ab eo vicißim flagitabo, ut ſermonem illum, qui recentiori aetate Aegyptiorum fuit, inter Graecos eo viguiſſe tempore doceat, quo Nep-

tu-

Digitized by Google

nobiliſſimos Graecorum philoſophos, *Lycurgum*, *Solonem*, *Thaletem*, & alios, maxime vero *Pythagoram* & *Platonem* ad Aegyptios commeaſſe, teſtantur, ut litteras & doctrinam domum inde ſecum referrent. *Pythagoram* (*l*) *Iſocrates* narrat prin- 363
cipem Graecis philoſophiae recluſiſſe myſteria, poſtquam in Aegyptum profectus, a ſacerdotibus ejus provinciae diſciplinam accepiſſet. *Platonem* vero (*m*) *Xenophon* idcirco vehementer objurgat, quod ſimplici, quam *Socrates* tradiderat, philoſophia non contentus, quae vix aliquid, praeter mores & vitam curabat hominum, Aegyptiorum amore exarſiſſet, & portentoſam *Pythagorae* ſapientiam conſectatus eſſet. (Αἰγύπτῳ ἐφέσθη καὶ Πυθαγόρᾳ περιτρώδης σοφίας.) Gentem, cujus tanta fuit olim nobilitas & gloria, ut reliquis omnibus videretur eſſe ſapientior, quis, quaeſo, facile ſibi perſuadeat, unius ſummique Numinis ignaram fuiſſe? Aut qui fieri potuiſſet, ut Aegyptios tantopere diligerent *Plato* & *Pythagoras*, eximii unius Dei vindices, quos ſecum de re maxima diſſentire non ignorarent? Credo ego facile, poſtquam Graeci omni ſcientiarum genere animos excoluerant, Aegyptiorum ſenſim obſcuratam & diminutam fuiſſe gloriam & auctoritatem: nec enim poſt *Platonem* & *Pythagoram* Graecos diſcendi cauſſa conveniſſe Aegyptios, perſcriptum usquam legimus. Largior quoque, ſtudium & ardorem, quo in artes ferebantur & ſcientias olim, paullatim conſediſſe & reſtinctum eſſe. Certe (*n*) *Strabo* aetate ſua vix quidquam veteris illius gloriae fuiſſe reliqui, praeter vacua illa palatia domosque, quas ſacerdotes olim incoluiſſent philoſophiae & Aſtronomiae cognitione inclyti, locuples auctor eſt. Atqui ſanctior tamen diſciplina ſive Theologia numquam inter eos penitus deleta fuit: id quod ea ſatis declarant, quae de ea *Origenes*, *Jamblichus*, & *Porphyrius* litteris poſteritati (*o*) conſignarunt.

Tri-

tanus in illis regionibus vixit. Hoc niſi praeſtet, litterarum quadam ſimilitudine a me non impetrabit, ut conjecturam ejus probem.

(*f*) *Herodotus*] *Hiſtor. Lib.* II. *C.* 160. *p.* 151.

(*g*) *Ex quo etiam auctore*] *Rampſinitus*, Aegypti rex, apud *Herodotum*, *Hiſtor. Lib.* II. *C.* 121. *p.* 135. callidum furem laudaturus, his utitur verbis: Αἰγυπτίοισι μὲν ὦν τοῦτον βασιλεύσαντα, ἔφασαν οἱ Αἰγύπτιοι.

(*h*) *Moſi*] Vid. *Act.* 7. 22.

(*i*) *Libros Regum*] 1. *Reg.* 4. 29.

(*k*) *Philonem*] *De vita Moſis Lib.* I. *p.* 605. Conſer. *Jo. Marshamum* in *Canone chronico ſaec.* IX. *p.* 142. ubi hoc etiam *Philonis* oppugnat dictum.

(*l*) *Iſocrates*] In *Laudatione Buſiridis p.* 450.

(*m*) *Xenophon*] In *Fragmento Epiſtolae ad Aeſchinem* ſcriptae, quod ab interitu ſervavit *Euſebius Praeparat. evangel. Lib.* XIV. *Cap.* 12. *p.* 745.

(*n*) *Strabo*] *Geograph. Lib.* XVII. *p.* 764.

(*o*) *Conſignerunt*] Graecos qui ſcientias & eruditionem ex Aegypto in ſuam aſportaſſe regionem contendunt, id quod multi faciunt doctiſſimi viri, non ita ſunt intelligendi, ac ſi omnis Graecorum ſapientia ex Aegypto fluxiſſet ad Graecos. *Jo. Marshamus Canone chronico Saec.* IX. *p.* 154. *Eſt*, inquit, *extra omnem controverſiam, Graecorum veteres, doctrina maxime inſignes, —— tam ſacram, quam moralem ſuam diſciplinam inde deduxiſſe.* Artis navigandi, Aſtronomiae, & Geometriae initia antiquiores Graecos ex Aegyptiis hauſiſſe, quum multi veterum id teſtentur ſcriptorum, equidem negare non auſim. Nec Graecorum multos, *Thaletem*, *Platonem*, *Pythagoram*, diſcendi ardore ad Aegyptios commeaſſe, atque nonnulla ex Aegyptiorum placitis in ſuam tranſtuliſſe diſciplinam, in dubium revocari poteſt. Inde vero nullo modo conficias univerſam Graecorum eruditionem fuiſſe Aegyptiacam. Principio multos fuiſſe antiquis temporibus inter Graecos, qui, ne ſalutata quidem Aegypto, ſuo ex ingenio de rebus naturalibus & moralibus philoſophati ſunt, omni vacat controverſia, nec ignotum eſſe poteſt illis, qui ſeptem ſapientum, *Socratis*, *Anaxagorae*, totque aliorum exempla recordantur. Deinde, qui ex Graecis philoſophis in Aegyptum profecti ſunt, illi jam ante, quam hanc viam inirent, ſtudiis & contemplationi rerum ſeſe tradiderant, nec tam adipiſcendae, quam exornandae & ampliſicandae ſcientiae hanc cauſſa Aegyptum adibant. Tantum igitur abeſt, ut hi omnem philoſophiam ſuam ab Aegyptiis ſumſerint, ut potius Aegyptiorum ſcita ſuaque decreta inter ſe comparandi ſtudio iter Aegyptiacum ſuſceperint. Tum ipſa Graecorum philoſophia, tot in ſectas ſciſſa & diviſa, quae principiis toto genere diſjunctis nituntur, ſatis oſtendit, auctores eius

Digitized by Google

Triplex erat Aegyptiorum veterum ſapientia, *hiſtorica* nimirum, *philoſophica*, & *theologica*. Quod ad hiſtoricam eorum eruditionem attinet, antiquitatis eos veteriſque hiſtoriae fuiſſe peritiſſimos, communi conſtat auctorum conſenſione. (*p*) *Plato* tantam eſſe Aegyptiorum annalium vetuſtatem, perhibet, ut, cum illis ſi Graecorum comparentur monumenta, hi pueri propemodum prae Aegyptiis videantur. Quumque rerum omnium inde a principio hujus orbis geſtarum perpetuam ſibi eſſe, nec ullis interruptam intervallis hiſtoriam, gloriarentur, hi uni ce-
564 teris univerſis certius & clarius hujus univerſitatis ortum videntur cognoviſſe. Nihil quidem eſt, cur dubitemus, quin omnes olim gentes mundum hunc divina providentia factum atque conſtitutum eſſe, explorate perceptum habuerint. Graecis atque Perſis perſuaſum hoc fuiſſe, jam ante demonſtratum eſt. De Phoenicibus idem *Sanchoniathon* teſtatur (*). De Indorum Brachmanibus *Strabonis* exſtat locus, quo cum multis aliis de rebus idem, quod Graeci, ſenſiſſe, tum hoc in primis dicuntur cum illis probaſſe, ὅτι γένητὸς ὁ κόσμος καὶ φθαρτός, *mundum & genitum eſſe, & interiturum aliquando* (†). (*q*) *Diodorus* quidem in contraria huic ſententia eos fuiſſe, perhibet. Verum hujus auctoritati merito (*r*) *Berofum* praeferimus, multo quippe antiquiorem teſtem, qui hoc modo veterum Chaldaeorum ſententiam explicat: Γενέσθαι χάσμα, ἐν ᾧ τὰ πάντα συνέχεσθαι καὶ εἶναι, —— τὸν δὲ Βῆλιν, ὃν Δία μεθερμηνεύουσι, μέσον τεμεῖν τὸ σύστημα, χωρίσαι γῆν καὶ οὐρανὸν ἀπ' ἀλλήλων, καὶ διατάξαι τὸν κόσμον, —— διπλάσιον δὲ τὸν Βῆλιν, καὶ ἀέρα, καὶ ὕδωρ, καὶ σπόρους, καὶ τὰς περὶ τοὺς πλανήτας. *Tempus fuiſſe olim, quum nihil eſſet, praeter tenebras & aquam, —— Belum vero, quem Jovem interpretantur, mediis diviſiſſe tenebras, ſeparaſſe invicem coelum & terram, & hac ratione mundum condidiſſe: —— hunc etiam Belum ſidera, ſolem, lunam, & quinque ſtellas erraticas comparaſſe.* Atque hoc *Berofi* dictum, uti ab *Alexandro Polyhiſtore* Graece verſum hic legitur, id etiam declarat, priſcos Chaldaeae incolas unum ſummum Deum, totius rerum naturae fabricatorem & architectum, profeſſos eſſe. Quam quidem eis laudem Apollinis etiam oraculum tribuit, quod ex *Porphyrio* recitat *Euſebius*:

(§) Μοῦνοι Χαλδαῖοι σοφίην λάχον, ἠδ' ἄρ' Ἑβραῖοι
Λιτῇσιν θείοιο ἄνακτα σεβάζεσθαι θεὸν ἀρχάς.

Chaldaeo Hebraeoque unis ſapientia coſſit,
Qui caſto aeternum venerantur Numen honore.

(*) Euſeb. Chron. p. 6. (†) Lib. XV. p. 715. (p. m. 677.)
(§) Praep. euang. Lib. IX. C. 10. (p. 413.)

Chal-

ſuis potius ingeniis, quam exterorum, ſiſos eſſe, & ad veritatis cognitionem viam ipſos quaeſiviſſe, non monſtratam ab Aegyptiis calcaſſe. Denique, ſi Aegyptiis principibus & auctoribus ad Geometriam & Aſtronomiam uſi ſunt, id tamen quoque certum eſt, ipſos poſtea Aegyptios in his ſcientiis a Graecis multum ſuperatos eſſe. Dogmata Graecorum nonnulla cognata valde ac finitima eſſe decretis Aegyptiorum, non inficior. Haec vero dogmatum affinitas nondum id efficit, quod illi volunt, quos contra haec diſputantur. Etenim, ut tecum, fieri potuiſſe, ut Graeci in easdem cogitationes meditando inciderent, in quas antea Aegyptii inciderant, nec commemorem, multa etiam eſſe Graecorum dogmata Chaldaeorum & aliorum populorum decretis ſimillima, a Phoenicibus fortaſſis, quibuscum Graecis antiquiſſimam fuiſſe conſuetudinem, novimus, placita illa acceperunt. Quae quum

Chaldaei hic Hebraeis junguntur, & utrique pure caſteque unum Deum, originis & initii expertem, venerari dicuntur. Quocirca, nili omnis deroganda *Diodoro* ſit auctoritas & dignitas, Chaldaeos exiſtimandum eſt recentieri aetate, poſtquam ad *Ariſtotelis* forte diſciplinam ſeſe applicuerant, majorum ſuorum de mundi principio & natura ſententias deſeruiſſe. Longe vero ſecus Aegyptii: qui, tametſi mundum longe majori, quam fas eſt, ſenectute cenſuerunt eſſe, ceteris tamen omnibus nationibus firmius & conſtantius conceptum videntur habuiſſe animis, principium ejus quoddam fuiſſe & initium. Quam quo imagine quadam exprimerent opinionem, *Horum* ſive *mundum*, quod *Kircherus* narrat (*), juvenis imberbis ſpecie pinxerunt. Sic enim & perpetuum ejus vigorem, virentemque veluti continuo juventutem, & recentem ejus ortum novitatemque omnium optime hominum imprimi memoriae poſſe, judicarunt. Jam vero, ſi quis forte ſuſpicetur, Aegyptios, etſi mundum ortu quodam generatum eſſe credíderint, ſine Deo tamen, caſu & fortuito exſtitiſſe eum, putaſſe, quae *Anaximandri* poſtea, *Democriti*, & *Epicuri* fuit ſententia, cum ſine magno negotio refelliere licebit. Namque contrarium huic genti placere, tam vulgo exploratum olim erat, ut *Simplicius*, quem pro mundi ſtrenue propugnaſſe conſtat aeternitate, quae *Moſes* de natura rerum a Deo facta atque conſtituta refert, *commenta* eſſe *Aegyptia*, μύθους Αἰγυπτίους, affirmare non vereretur. Dignus eſt locus, quem hic ea, qua perſcriptus eſt, lingua exhibeamus: (†) Εἰ ὁ τὰ τῶν Ἰουδαίων νομοθέτην ἐιδείκνυ, λέγων· ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν· ἡ δὲ γῆ ἦν ἀόρατος καὶ ἀκατασκεύαστος, καὶ σκότος ἐπάνω τῆς ἀβύσσου, καὶ πνεῦμα θεοῦ ἐπεφέρετο ἐπάνω τοῦ ὕδατος· εἶτα προσθεὶς αὐτοῦ τὸ φῶς, καὶ διαχωρίσαι φησὶν αὐτὸ μέσον τοῦ φωτὸς, ἐπάγων· καὶ ἐκάλεσεν ὁ θεὸς τὸ φῶς ἡμέραν, καὶ τὸ σκότος νύκτα. καὶ ἐγένετο ἑσπέρα, καὶ ἐγένετο πρωΐ, ἡμέρα μία· εἰ ἐν ταύτῳ τοῦ χρόνου νομίζει γρήγορον ἢ ὀψὲ χρόνον, ἐνθυμείτω, ὅτι μυθική τίς ἐστιν ἡ ἀναγραφὴ, καὶ ὀψὲ μέλλων Αἰγυπτίων ἐλπιεῖν. *Si Grammaticus Judaeorum legislatorem hic intelligit, dicentem: Sub initium rerum omnium Deus fecit coelum & terram; terra vero inviſibilis erat, & omni ornatu deſtituta; caligo vero ſuper abyſſum; & ſpiritus Dei ferebatur ſuper aquas: & poſtquam narraverat, lucem ab eo conditam eſſe, atque a tenebris eamdem lucem ſeparatam, addentem: Et Deus lucem vocabat diem, & tenebras noctem; ita ex mane & veſpera unus fiebat dies: hanc, inquam, ſi Grammaticus primam eſſe rerum originem & temporis initium opinatur, ſciat, velim, fabuloſam hanc eſſe traditionem, totamque ex Aegyptiorum commentis (s) natam.*

Succedat Aegyptiorum philoſophia. Phyſicae eos operam dediſſe, artesque mathematicas, tam puras, quae vocantur, quam mixtas, Arithmeticam, Geometriam, & Aſtronomiam, in deliciis habuiſſe, nemo unus litterarum peritus ignorat. At-

(*) Oedip. Aegypt. (†) Simplicius in Ariſt. L. VIII. f. 268. col. 1.

num ita ſeſe habeant, id quidem conceſſerim, excitatos fuiſſe Graecos ab Aegyptiis, ut acrius de nonnullis rebus cogitarent, quosdam etiam Graecorum hortos ſuos ex rivulis irrigaſſe Aegyptiorum: id vero, ut omnem Graecorum ſapientiam ex officinis Aegyptiorum dimanaſſe exiſtimem, numquam mihi perſuaſero.

(p) *Plato*] In *Timaeo p.* 524. *f.*

(q) *Diodorus*] *Biblioth. hiſtor. Lib.* II. *p.* 83. *ed. Hanov.* 1604.

(r) *Beroſum*] *Fragmentum* hoc *Beroſi* exhibet *Georgius Syncellus* in *Chronico p.* 29. Conf. *Jo. Alb. Fabricii Biblioth. Graec. Lib.* VI. *Cap.* 12. *Vol.* XIV. *p.* 187. 189.

(s) *Natam*] Plura veterum teſtimonia, ex quibus Aegyptios cum ortum, tum interiturum aliquando mundum eſſe, conſtat credidiſſe, *Hugo Grotius* affert ad *Lib.* I. *de verit. relig. Chriſtianae* §. 16. *p.* 34. Conſer etiam *Herm. Witſii Aegyptiaca Lib.* I. *Cap.* 4. §. 1. *p.* 11. 12.

Digitized by Google

Atqui fuit illis tamen praeterea altior quaedam disciplina, quae de naturis praecipiebat corpore abstractis: quod ex eo quidem intelligitur, quoniam principes animos esse immortales, ante corpora exstitisse, & in nova semper migrare corpora, docuerant. Quibus nemo potest deditus esse sententiis, quin idem, his ducibus, eo perveniat, ut mentes corpore solutas atque liberas esse, constituat. Audiamus *Herodotum* hanc de re differentem: (*) Πρῶτοι τόνδε τὸν λόγον Αἰγύπτιοί εἰσι εἰπόντες, ὡς ἀνθρώπου ψυχὴ ἀθάνατός ἐστι· ἐς σώματα δ' ἄλλα ζῴων γινόμενον ἐσδύεϊ· ἐπὰν δὲ πανάλυδρος πάντα τὰ χερσαῖα, καὶ τὰ θαλάσσια, καὶ τὰ πετεινὰ, αὖτις ἐς ἀνθρώπου σῶμα γινόμενον ἐσδύεϊ· ἐς περίπλων δὲ αὐτῇ γίνεσθαι ἐν τρισχιλίοισι ἔτεσι. *Aegyptii primi exstiterunt, qui dicerent, animam hominis esse immortalem: sed, exolescente corpore, subinde in aliud animal, quod assidue nascitur, immigrare: atque ubi per omnia se circumtulisset, terrestria, marina, volucria, rursus in hominis corpus, quod gigneretur, intrare: atque hunc ab ea circuitum fieri intra annorum tria millia.* Nescio vero, an omni ex parte *Herodoto*, Aegyptiorum de anima doctrinam enarranti, fides sine formidine adjungi queat. Quos enim hoc in loco, nomine licet omisso, reprehendit, *Pythagorae* discipuli, eo quod sese horum dogmatum principes & inventores perhibuissent, quae ab Aegyptiis tamen mutuati essent, aliter plane sentiebant. Animos nempe docebant, ut scelerum ante commissorum poenas darent, terrenis his corporibus conclusos esse primum: quosdam deinde ex illis miseriores fieri, atque bestiarum in cor-

(*) Euterp. 123. (seu Lib. II. C. 123. p. 135.

(t) *Porphyrius apud Stobaeum*] Exstat apud *Stobaeum Lib.* II. *Eclog. phys. Cap.* 7. *p.* 200. *f.* longum satis fragmentum ex *Porphyrii Libro* περὶ τοῦ ἐφ' ἡμῖν, *de eo, quod in nostra est potestate*, quo *Platonis* sententiam de animarum, antequam corpora ingrediantur, statu exponit, & suspicatur, ex Aegyptiorum eam scitis de animarum per duodecim signa coeli transitu fluxisse. Hoc ego *Porphyrii* fragmentum, quum nullum ejusmodi aliud apud *Stobaeum* exstet, a *Cudworthio* hic intelligi, nullius dubito. Nescio vero, an hic locus ad infirmandam *Herodoti* auctoritatem multum valeat. Etenim, ut *Porphyrium* taceam ex conjectura tantum sua de *Platonis* sententia & eius caussis differere, illud quidem ex eo patet, Aegyptios censuisse, animos per stellas complures & signa coeli commeare, antequam corporibus conjungantur, non vero inde constat, negasse eos talem animarum circuitum, qualem *Herodotus* commemorat.

(u) *Chalcidius*] Hanc *Hermetis* morituri orationem *Franc. Patricius* integram recitat in *Prolegom. ad Hermetis libros*, seque affirmat eam ex *Chalcidio*, cujus tamen librum haud indicet, sumsisse. *Herm. Conringius*, quum nihil exstare sciret *Chalcidii*, praeter *Comm. in Timaeum Platonis*, non dubitavit *Libro de Hermetica Aegyptiorum Medicina Cap.* 6. *p.* 56. ubi hunc exhibet sermonem, lectorem suum ad hunc ipsum *Chalcidii Commentar.* amandare. Sed in illo, qui editus legitur, *Chalcidio* frustra haec *Hermetis* verba quaesiveris. Quare aut *Patricius* memoriae vitium admisit, aut nescio quem alium *Chalcidii* librum habuit, aut denique ampliorem legit *Chalcidii Commentarium*, atque publice hodie exstat.

(x) *Diodorus*] *Bibliothecae histor. Lib.* I. *p.* [illegible].

(y) *Viduri essent*] Ut pleraeque Aegyptiorum de religione & de rebus divinis sententiae in controversiis hodie & dubitatione sunt positae: ita, quid de animorum post fata statu senserint, minus, atque multis persuasum est, expeditum esse videtur. Perennes & immortales animos cum a sacerdotibus, tum a populo fuisse habitos, dubio quidem omni vacat: aeque certum videtur esse, defectionem utrisque animorum in corpora, coactam, an voluntariam, non facile dixerim, placuisse: id vero explicandum restat, an *Herodotus* recte scripserit, velle Aegyptios, animos omnes de corporibus hominum in bestias migrare, donec, magno quodam intervallo vertente, in humanum corpus redeant: an vero, quod *Cudworthus* probare videtur, *Herodotus* repudiari debeat, & Aegyptios credendum sit facinorosorum tantum animis tot itinera & peregrinationes dictasse, non item bonorum & sapientum virorum mentibus, quas ad Deorum proficisci concilium, confixerint. Veteres si consulas auctores, inexplicabilis prope videtur negotium: gravissimi enim ex utraque parte testes stant. *Herodotus* non solus militat: verum juvat eum *Hecataeus*, vetustus auctor, qui *de Aegyptiorum philosophia Librum* exaravit, &, *Diogene Laërtio* teste *Procem. Segm.* II. *p.* 8. hoc in eorum scitis numeravit: τὰς ψυχὰς τῆς ἐκπύρωσιν, τῆς

corpora detrudi, quod, coeleſtis originis obliti, gravioribus ſeſe in hac vita flagitiis contaminaſſent: at qui pie caſteque vixiſſent, turpitudinisque vitaſſent contagionem, eos, coeleſtibus ſive ſubtilibus amictos corporibus, ad ſummam hinc felicitatem demigrare. Hoc idem vero Aegyptios ſtatuiſſe, non modo (*t*) *Porphyrius* apud *Stobaeum*, ſed etiam *Hermetis* libri, qui vocantur, declarant. (*u*) *Chalcidius* quoque, quum morti ſe vicinum ſentiret, *Hermetem Trismegiſtum* ſic eſſe refert loquutum: *Se hactenus, pulſum a patria, peregrinum vixiſſe & exſulem, nunc autem incolumem patriam repetere: itaque mortem ipſius non eſſe lugendam: etenim hanc, quam multi vitam exiſtimant, mortem eſſe dicendam potius, quam vitam.* Qua opinione Indorum Brachmanes imbuti etiam fuiſſe legantur, ſive eam ab Aegyptiis, ut quaedam alia, acceperint, ſive ipſimet excogitaverint: (†) τὸν μὲν ἐνθάδε βίον ὡς ἀν ἀληθῶ νοούμενον τοῦτον, τὸν δ' ἐκεῖθεν ἐνθένδε εἰς τὸν ἄντως βίον. *Hanc quidem vitam putandam eſſe quaſi quendam virorum hominum conceptum, mortem vero nativitatem ad veram illam & felicem vitam.* Aegyptios vero hanc mentibus aluiſſe doctrinam, ex eo ſatis videtur intelligi, quod (*x*) *Diodorus* nonnulla de illis memoriae prodidit, 366
quae valde ei cognata ſunt: in quibus id eſt in primis, quod Aegyptios bonorum virorum obitum lacrymis non eſſe proſequutos, contra felicitati eorum applauſiſſe narrat: ὡς τὸν αἰῶνα διατελέσαν μάλιστα καθ' ὅλα μὴ τὸν θανόντων, *eo quod in altera vita cum piis aeternum* (*y*) *victuri eſſent.* Quidquid id eſt, qui ea, quae de animis ante cor- 367
pora

(†) Strabo Lib. XV. p. 715. (p. m. 676.)

μετεμψύχωσιν, *animam & permanere, & in alia corpora transire.* Juvant eumdem multi alii, quos brevitatis cauſſa praetereo. In primis autem illuſtre eſt *Aeneae Gazaei*, graviſſimi ſcriptoris, teſtimonium, qui *Herodoti* narrationem luculenter declarat in *Theophraſto* ſeu *Dialogo de reſurrect. mortuorum p.* 14. Αἰγυπτίους μὲν γὰρ δοκεῖ τὸν πάντα ψυχὴν καὶ ἄνθρωπον, καὶ θεὸν, καὶ κύνα, καὶ ὄφιν, καὶ ἰχθὺν μετεμψυχοῦν· καὶ τῶν μὲν αὐτοῖς, εἴου τι θηρίον, μύσαντι καὶ κάμνοντι, τὴν γῆν τεμεῖν, τὸν δὲ εἰς ἰχθὺν ἀποθανόντα, καὶ τὸν ἐκ μικρᾶς φυσαίνης, τὴν θάλατταν ἔνδον αὐτὸν ὄντα εἰς ὄφιν φύσιν μετατιθέναι, κελεύειν καὶ αὐτὸν ἐφιέντα, εἰς ἄλλα ἀπιέναι, ἕως ἂν τὸ τοῦ ζῶντος, ἕως ἀνταῦθα διεξελθόντα πάλιν ἀνακάμψαι, ἐπὶ τὸ πρῶτον καταστῆναι. *Aegyptii quidem ſtatuunt, prorſus eandem animam hominem & bovem & canem & avem & piſcem, inſtar veſtimenti alicujus, circum ſibi amicire, nunc que ipſis, inſtar beſtiae, formicae ſata aut camuli, terram poſcit, nunc in piſcem projecta, cetum puta aut aquam, maritimam vitam agis, alias in avem elevata, cornicem aut luſciniam induens, aërem conſcendit, porro in alia atque alia animantia commercia vagatur, donec per omnes ſpecies redierit in carceres ſuos.* Quae ex rebus ipſis ad hanc opinionem firmandam, ex cultu verbi cauſſa beſtiarum peti poſſunt, conſulto praetereo. E contrario ſunt, quae alteram ſuadent ſententiam, cui ſe non infenſum oſtendit *Cudworthus.* Quae ipſe produxit, teſtimonia non attingo, ſed bina profero alia ad hanc rem vehementer apta. Alterum eſt *Porphyrii*, qui *de abſtinentia Lib.* IV. §. 10. *p.* 157. ex *Euphanto* refert, Aegyptios, examine cadaver efferentes, ita mortui hominis verbis Deos eſſe deprecatos: Ὦ δέσποτα ἥλιε, καὶ θεοὶ πάντες, οἱ τὸν ζῶντα τοῖς ἀνθρώποις δόντες, προσδέξασθέ μου, καὶ συνοίκους τοῖς ἀθανάτοις θεοῖς σώσατε. *Sol omnibus imperans, vosque Dii univerſi, qui vitam hominibus largimini, me accipite, & Diis aeternis contubernalem futurum tradite.* Haec qui Deos prece compellabant, illi defunctorum hominum animos, id quod perſpicuum eſt, primum in ſolem & ſidera transferri, deinde in his rite purgatos ad Deorum, quos *aeternos* Platonici vocabant, concilium migrare, cenſebant. Alter *Plutarchi* locus eſt, qui *Lib. de Iſide & Oſiride p.* 362. *T.* II. *Opp.* *Aegyptii*, inquit, τὸν ὑπερκόσμιον τόπον, εἰς ὃν εἶναι τὰς ψυχὰς ἐπίστευσαν, μετὰ τὸν τελευτὸν, Ἀΐδην καλοῦσι, σημαίνει δὲ τοῦτο ὄνομα τὸ ἀιδὲς καὶ ἀόρατον καὶ ἀφανὲς, *ſublimem locum, in quem putant animos a morte ferri, Aidenthen vocant, quod vocabuli ſignificat dantem & accipientem.* Ita ſentientibus de animi poſt fata ſtatu vix fuiſſe rei videtur aliquid cum illis migrationibus in beſtias & animalia. Utri igitur accedendum erit ſententiae? Equidem, rebus omnibus expenſis, nec *Herodotum* & ſocios ejus deferendos eſſe, opinor, nec mendacii reliquos accuſare velim. Saepe ego miratus ſum, viros doctiſſimos, qui ad res & opiniones cum Aegyptiorum, tum aliorum populorum explorandas ſefe applicuerunt, ſic agere, ac ſi communis quaedam credendi & ſentiendi formula inter illos viguiſſet, & per univerſum provinciam omnes idem docuiſſent philoſophi & ſacerdotes, propter-

Digitized by Google

pora exſiſtentibus, variiſque eorum in nova corpora itineribus Aegyptii praeceperunt, ſecum conſiderat, is non poteſt, quin eos etiam credidiſſe judicet, nihil concreti vel corporei ineſſe mentibus. Id vero ſi ſenſerunt, aequis Deum eos ſtatuiſſe omni concretione corporea vacuum, vel neget, vel etiam dubitet? Scio, huic ſententiae *Porphyrii* de *Chaeremone* dictum contrarium videri. Sed in ejus vim deinceps inquiretur.

Reſtat, ut de Theologia Aegyptiorum verba faciamus. Conſtat, binas fuiſſe Aegyptiis Theologiae ſpecies: unam popularem fabulisque refertam, cujus maximam partem *Diodorus Siculus* exponit: alteram ἀπόῤῥητον, *arcanam & reconditam*, quam in vulgus emanare non patiebantur, verum regibus tantum illisque tam ex ſacerdotibus, quam aliis hominum ordinibus cognitam & apertam volebant eſſe, quos cognitione iſta non eſſe indignos putabant. Tantum igitur inter haſce duas intererat diſciplinas quantum inter *Ariſtotelis exotericam* docendi rationem & *acroamaticam*. Teſtem rei hujus *Origenem* appellabimus, cujus ipſum nomen Aegyptium eſt. Idem enim eſt *Origenes*, quod *Horo-genitus: Horus* vero in Aegyptiorum Diis erat. *Origenes* itaque, quum *Celſi* caſtigare vellet levitatem, qui res omnes atque rationes Chriſtianorum penitus ſibi perſpectas eſſe, praedicabat, his verbis Aegyptiorum explanat inſtituta: (*) *Illic mihi Celſus aeque videtur ſapienter agere, ac ſi aliquis in Aegyptum profectus, in qua terra viri ſapientes ex inſtitutis & praeſcriptis patriis multum ſuper rebus illis philoſophantur, quae pro divinis inter eos habentur, quum rudes interea & illitterati fabulas tantum nonnullas accipiant, quibus, tametſi ſenſum earum haud aſſequantur, vehementer capiuntur & delectantur: Celſus, inquam, haud ſecus mihi videtur inſtituere, ac ſi homo ejusmodi, qui Aegyptios quidem adiit, at cum nullis verſatus eſt, niſi rudibus & indoctis hominibus, a ſacerdotibus vero de arcanis & re-*con-

(*) Lib. I. p. 11.

reaque in eo totos eſſe, ut in concordiam quo lammodo redigant, quae varie de Aegyptiis perſcripta & relata ſint. Qua quidem opinione, quove ſtudio nihil ego inutilius & a vero remotius eſſe arbitror. Ex noſtris nimirum moribus & temporibus veteres metiuntur viri eruditiſſimi; quumque apud nos certae ſint doctrinae formulae, quibus alligantur omnes, qui munere quodam potiuntur, inter Aegyptios & alios populos idem obtinuiſſe, omnesque rebus divinis praefectos iisdem imbutos fuiſſe opinionibus & ſententiis, ſibi perſuadent: quod profecto longe ſecus ſese habet. Mitto nunc reliquos populos, in quibus magnam fuiſſe ſentiendi licentiam, tam certum eſt, quam quod certiſſimum, & Aegyptios tantum commemoro. In hac gente mirifica erat de rebus tam eruditis, quam divinis ſententiarum & opinionum differentia, tot uti fere credam ſectas & diſciplinas fuiſſe in Aegypto, quot ſacerdotum collegia & ordines. Popularis Aegyptiorum religio tantopere diſtabat, ut cruenta etiam ex Deorum varietate bella inter eos exorirentur, teſte *Juvenale Sat.* XV. & aliis:

——— ——— ——— *Summus utrimque*
Inde furor vulgo, quod Numina vicinorum
Odit uterque locus.

Reconditam & arcanam, quam ſacerdotes profitebantur, doctrinam pro ingeniorum & hominum varietate itidem fuiſſe variam, quae nobis ex illa reſtant, abunde ſignificant. Aliter enim Aegyptiorum Theologia a *Jamblicho* in *Opere de Myſterio Aegyptiorum*, aliter a *Porphyrio* in *Epiſtola ad Anebontem*, aliter a *Plutarcho* exponitur: id quod jam dudum recte obſervavit *Herm. Conringius*, vir immortalis memoriae, *Libro de Hermetica Aegyptiorum Medicina Cap.* 12. *p.* 124. Neque pauciora erant in hac gente de rebus aſtrologicis, mathematicis, & hiſtoricis divortia: quod, ſi inſtitutum ſuppetaret, quam plurimis oſtendere liceret veterum dictis. Quare in Aegyptiorum religionem generatim inquirere, & quinam de Diis & rebus ſacris ſenſus toti fuerint populo, ſecure explicare velle, id ego aeque propemodum prudenter fieri arbitror, ac ſi quis Medicorum de morborum cauſſis ſententiam in univerſum ſibi ſumeret declarandam, apud quos infinitam regnare diſcordiam, cognitum eſt. Parcamus tempori noſtro, neque fruſtra in conciliandis inter ſe Aegyptiis laboremus, quos nullam communem habuiſſe religionem, quae de illis memoriae prodita ſunt, univerſa extra controverſiam ponunt. Quae quum ita ſese habeant, nec eam-

dem

conditis myſteriis ſuis haud eruditus eſt, gloriaretur tamen & praedicaret, imbibiſſe ſeſe omnia, quae ad Aegyptiorum religionem & Theologiam pertinent. Addit idem, hoc minime ſolis proprium & peculiare fuiſſe Aegyptiis, ut aliud haberent *abſtruſum* atque *verum* Theologiae genus, aliud *vulgare* ac *commentitium*: Perſas, Syros, omnesque barbaros populos paribus hac in re inſtitutis vixiſſe: Ἃ δ' εἶπον περὶ Αἰγυπτίων 368
σοφῶν τε καὶ ἰδιωτῶν, ἴσμεν εἰπὼν καὶ περὶ Περσῶν κ. τ. λ. *Quae de differentia inter viros ſapientes & illiteratos apud Aegyptios modo diximus, eadem de Perſis etiam affirmare licet, apud quos ſacrae caerimoniae ab iis, qui ingenio valent, ad rationem revocantur, dum populus eruditionis expers externum tantum ſymbolum ſeu ritum intuetur. Atque hoc ipſum ad Syros etiam & Indos, omnesque illas gentes pertinet, quae, praeter fabulas religioſas, doctrinae quoddam & eruditionis genus habent.* Quin etiam, id quod praetermittere nefas foret, eodem loco hanc conſuetudinem ipſos imitatos eſſe Chriſtianos, ſignificat *Origenes*: Chriſtianae enim diſciplinae partem externam ſive corticem, quae tamen commentis omnibus atque fabulis caret, omnibus omnino pandi & offerri hominibus: verum ſecretiorem eſſe aliam & retruſam diſciplinam, cui percipiendae non omnium par ſit ingenium. Atque hanc alio loco ait ſapientiam eſſe illam, quam ſe *Paulus inter perfectos* tradidiſſe commemoret. His fretus praefidiis, *Celſi* vocem: πάντα γὰρ οἶδα, *omnia ego novi*, vanitatis arguit, eo quod interiora diſciplinae Chriſtianae ignoret homo, nec niſi ea, quae in omnium incurrant oculos, calleat. Sed haec alium locum ſibi flagitant. Aegyptios vero hanc docendi habuiſſe normam & rationem, quam diximus, prorſus certum eſt, multisque aliis auctoribus obſervatum. In his *Clemens Alexandrinus* facile princeps eſt, vir rerum Aegyptiarum peritia nulli ſecundus: (*) Αἰγύπτιοι δὲ τοῖς ἐπιτηδεύσασι τὰ θεῖα σοφίαν ἀναπέφηνε μυσταγωγίαν, εἴτε μὴν βαρβάροις ἢ τοῖς θείοις εἴπερ τις ἕξις, ἀλλ' ἡ μέθοδος γε τοῖς μιμηταῖς ἐπὶ

(*) Strom. Lib. V. p. 568. (C. 7. p. m. 670.)

dem inter Aegyptios de ſtatu animorum poſt fata floruiſſe ſententiam, certus ſum. Sacerdotes, quos *Herodotus* adiit, circuitus quosdam animorum per varia corpora ſibi finxerunt. Alii vero ſapientum & bonorum virorum mentes a longis his erroribus liberarunt, & in Deorum ſtirpem confeſſim deduxerunt. Alii rurſus ſacrorum antiſtites adſcendere ad ſtellas vagas defunctorum mentes, in iisque purgari, ut dignae fiant Deorum conſuetudine, decreverunt. Alii locum aliquem ſubterraneum decedentes excipere animos, praeceperunt. Alii aliis ſorte portentis & ſomniis ignorantiam ſuam ſoleti ſunt. Eſt qui, obſecro, aliter fieri potuit, ſi rem recte aeſtimes? Qui nullis adſtricti ſunt docendi & credendi legibus, ut Aegyptii, neque aliud oraculum conſulere poſſunt, quam rationem ſibi relictam & vehementer impeditam, hi neceſſario in rebus obſcuris explicandis, ut homines varie ſunt animo & corpore affecti, in varias & toto genere diverſas incurrunt ſententias. Exemplo haec in cauſſa ipſi illi poſſunt eſſe philoſophi, qui migrationem taebantur animorum: qui, tametſi generatim conſentiebant, tamen, ubi ventum erat ad uberiorem rei explicationem, vehementer diſiunxti erant: idquod explicat *Aeneas Gazaeus* in *Theophraſto p. 113.* docuit. (II.) Ceterum, quam vir doctiſſimus hic *Pythagorae* & eius diſcipulis tribuit, de ſtatu animorum ſententiam, invitis ipſis antiquis auctoribus, tribui, arbitror. Non negem, in hac fuiſſe familia, qui ſic ſentirent, ſapientum virorum animos ſtatim ad coeleſtes ſedes proficiſci, reliquorum ad alia commeare corpora: ipſum vero *Pythagoram* & praecipuos eius diſcipulos ita ſenſiſſe, nego. *Pythagoram* notum eſt animam ſuam per varia tranſiiſſe corpora, praecepiſſe, fuiſſe olim in Aethalide, Mercurii filio, in Euphorbo, Hermotimo, & aliis, antequam in *Pythagorae* veniret corpus. Vid. *Diog. Laërtius Lib.* VIII. *Segm.* 4. 5. *p.* 490. 491: Adde *Jamblichum Vita Pythagorae Cap.* 28. *p.* 112. *Porphyrius* autem in *Vita Pythagorae Sect.* XIX. *p.* 24. diſerte eandem ipſi, quam *Herodotus* Aegyptiis, ſententiam tribuit. *Empedoclis*, cujus tam inſigne nomen eſt inter Pythagoraeos, verſus adhuc exſtant, quibus ſe profitetur puerum, puellam, plantam, & piſcem fuiſſe. Vid. *Diog. Laërtius Lib.* VIII. *Segm.* 77. *p.* 539. Pluribus teſtimoniis abſtineo. Congeſſit vero plura *Geor. Elmenhorſtius ad Minucium Felicem p.* 352. *ed. Gronovii.*

(a) Cle-

ἐπὶ ἡ βασιλέων παιδίαι, καὶ τῶ ἱερέων τῆς χειρείων εἶναι δοκιμωτάτης ὅτι τε τῆ τροφῆς, καὶ τῆ παιδείας, καὶ ἕξεως. *Aegyptii non quibuslibet ea, quae erant apud ipſos, committebant myſteria, neque rerum divinarum cognitionem deferebant ad profanos, ſed ad eos ſolos, qui erant ad regnum perventuri, & ex ſacerdotibus iis, qui judicati fuerant probatiſſimi & educatione & doctrina & genere.* Concinit cum hoc *Plutarchus*, qui ex *Sphingibus* Aegyptiorum praeterea hunc morem confirmat: (*) ὁ ἐκ μαχίμων ἀποδεδειγμένος (βασιλεὺς) ἐδίδου ἐγχείρα τῶ ἱερέων, καὶ μετέῤῥιπτε τῆ φιλοσοφίας ἐπικεκυμμένης τοῖς παλαιοῖς μύθοις καὶ λόγοις, αἰνιγμάτων ἐμφάσεις τῆ ἀληθείας καὶ ὑποφάσεις ἔχουσιν· ὥσπερ αἰνιγμά καὶ ταφὰς αἴτιοι. ὅθεν τῶν ἱερῶν τὰς σφίγγας ἐπισκῶς ἱδρύσθαι, ὡς αἰνιγματώδης τις οὖσα τῆ θεῶ λόγος καὶ ἀσαφὴς ἐπίσης. *Qui autem e bellicoſis creabatur rex, ſtatim ſe ſacerdotibus dabat, ac philoſophiae jubebat particeps, pleraque fabulis occultantis ac ſermonibus, obſcura veritatis indicia & argumenta habentibus. Quod ſane ipſi declarant, ante templa Sphinges plerumque collocantes: quo innuunt, ſuam rerum ſacrarum doctrinam conflare perplexa & ſub involucris latente ſapientia.* Sed & (z) *Clemens Alexandrinus* hanc Aegyptiis fuiſſe cauſſam, cur *Sphinges* ante templa collocarent, teſtatur: Διὰ τοῦτο τι καὶ Αἰγύπτιοι ὅθεν τῶν ἱερῶν τὰς σφίγγας ἱδρύσαν, ὡς αἰνιγματώδους ἅμα ὅθεν θεῖ λόγου καὶ ἀσαφοῦς ὄντος. *Et ideo Aegyptii ante templa ponunt Sphingas, quia doctrina, quae de Deo eſt, aenigmatica eſt & obſcura.* Quamquam eumdem *Clementem* alia quoque interpretatione ſive conjectura has *Sphinges* illuſtraſſe, tacere minime debeo. Digna ſatis, quae hic legatur, haec ejus nova divinatio: Τάχα ἄν καὶ ὅτι φιλεῖν τε δεῖ καὶ φοβεῖσθαι τὸ θεῖον· ἀγαπᾶν μὲν, ὡς εὐμενὲς καὶ ἵλεως τοῖς ὁσίοις, δεδιέναι δ', ὡς ἀπαραίτητος ὂν δικαίως τοῖς ἀνοσίοις· θηρίου γὰρ ἅμα καὶ ἀνθρώπου ἡ σφὶγξ αἰνίσσεται τὴν ὄψιν. *Forte autem quod Deum oporteat amare ac timere: amare quidem, ut ſanctis benignum & propitium; timere autem, ut qui ſit impiis juſtus inexorabiliter. Ferae enim ſimul & hominis imaginem Sphinx ſignificat.* Praeter *Sphinges*, *Harpocratis* etiam & *Sigalionis* ſimulacra in templis ſuis conſecraverant Aegyptii, quae his verbis (a) a poëta deſignantur:

Qui-

(*) De Iſid. & Oſir. p. 354.

(z) *Clemens Alex.*] *Stromatum Lib.* V. *Cap.* 4. *p.* 664.

(a) *A poëta*] *Ovidium* intelligit; qui tamen *Metamorphoſ. Lib.* IX. non numero plurium, ſed ſingulari de *Harpocrate* ſic canit:

Quique premit voces, digitoque ſilentia ſuadet.

Illuſtratur haec res uberius a *Gisberto Cupero* in *Harpocrate p.* 22.

(b) *Removeri debere*] His interpretationibus ſimulacri *Harpocratis* qui aures praebere non recuſabunt, me quidem non repugnante, id facient: mihi vero viciſſim crimini haud dabunt, ſi, quum divinationibus unice nitantur omnes, aſſenſionem ſuffiniam, & ipſam expoſitionum varietatem maximo eſſe argumento, credam, neſcivifſe recentiores Aegyptios, aut ſcire noluiſſe veras ſigni hujus rationes. Equidem nullus dubito, quin hic *Harpocrates* homo, & filius Iſidis & Oſiridis fuerit, id quod diſerte *Plutarchus* refert *Libro de Iſide & Oſiride p.* 377. praematuro forte fato abreptus, quem Aegyptii, ut dolorem mitigarent parentum, conſecrarunt, & Dei inſtar coluerunt. Procedente vero tempore, quum horum factorum oblitterata paene memoria eſſet, ſacerdotesque Aegyptios tam turpium religionis ſuae initiorum puderet, ſtatuam *Harpocratis* variis explicationibus, quarum una tamen refellit & labefactat alteram, illuſtrarunt, aut verius obſcurarunt, virosque etiam eruditos nonnunquam in opiniones ſuas pertraxerunt: quum multitudo interea veterem hiſtoriam ex animo haud dimitteret. Solis imaginem fuiſſe *Harpocratem*, noſtris temporibus, non paucis auctoritatibus & veterum dictis munitus, vir eruditione & ingenio illuſtris, *Gisbert. Cuperus* in *Harpocrate* tuendam ſibi ſumſit. Sed, quae hic afferuntur, expoſitiones aeque validis firmari poſſunt rationibus: nec, ſi quis lunam in *Harpocrate* latere ſibi perſuaſerit, a veteribus ſeſe plane deſertum eſſe, conqueretur. Ita verum eſt, quod dixi, nihil fore cuiquam, ubi pedem certo ponat, timulatque novis illis myſteriorum Aegyptiacorum interpretibus ſeſe erudiendum commiſerit.

(c) *Hoc*

Digitized by Google

Quique premunt vocem, digitoque silentia suadent.

Signa nimirum erant juvenum digito labra comprimentium. *Harpocrates* vero quidnam indicare voluerint imagine, id his verbis *Plutarchus* enarrat: Τὸν δ' Ἁρποκράτην οὐ θεὸν ἀτελῆ καὶ νήπιον, ἀλλὰ θεῶν ἐσ ἀνθρώπους λόγου πατρὸς καὶ ἁπλοῦς καὶ ἀδιαβλήτου πρεσβύτην καὶ σωφρονιστὴν· διὸ τῷ στόματι τὸν δάκτυλον ἔχει προσκείμενον, ἐχεμυθίας καὶ σιωπῆς σύμβολον. *Harpocrates quoque Deus neque imperfectus ac infans putandus est, sed praeses atque rector recentis atque imperfectae & incompositae hominum de Diis sententiae. Itaque & digitum ori impositum tenet, argumentum taciturnitatis & silentii.* Equidem Chris- 369
tianorum aliquos non fum nescius ab hac opinione discedere, *Harpocratis*que statuis hoc unum significare voluisse Aegyptios, suspicari: quaecumque colerentur in Aegypto, Numina mortales fuisse homines; sed hanc rem multitudini non esse aperiendam, sed studiose populum celari debere. In qua ego sententia non ingenium conjectoris, sed veritatem, requiro. Certus enim sum, aut hoc Aegyptios Harpocratis signo docere voluisse, summum illud nulliusque intelligentia comprehensum Numen silentio esse adorandum, nec incautis parumque providis sermonibus offendendum: aut vero, arcana sublimioris sapientiae mysteria non promiscue populo promulgari, sed a profanae multitudinis auribus longe (*b*) removeri debere. Quam ego rem Aegyptios quoque anniversariis illis sacris, quae *Thot* sive *Hermetis* dicaverant memoriae & honori, significasse, arbitror, quum sacerdotes, mel & ficus comedentes, haec verba pronuntiare juberentur: γλυκὺ ἡ ἀλήθεια, *dulcis veritas.* Neque alio traduxerim amuletum illud, quod gestasse Isidem in fabulis est, cujus haec erat interpretatio: φωνὴ ἀληθής, (*c*) *vox vera.*

Haec arcana sive retrusa Theologia ne in populi irreperet animum, duplici eam 370
occultabant modo. Nam aut fabulis & allegoriis eam vestiebant, aut symbolis &

(*c*) *Vox vera*] Utrumque *Plutarchus* memoriae prodidit *Libro de Iside & Osiride p.* 378. Operae me facturum esse pretium, arbitror, si nonnulla de caussis arcanae & reconditae, quae apud plerosque viguit populos, disciplinae hoc in loco moneam, ex quibus de universa hac re tanto melius lectores judicent, & pondus eorum, quae celeberrimus vir disputat, metiantur. Patrii & gentiles omnium fere populorum Dii homines fuerunt rerum gestarum magnitudine & beneficiis longe plurimis celeberrimum inter suos nomen adepti, primi plerumque gentis conditores. Hos gratus civium post fata animus in coelum evexit, & Diis adscripsit. Etenim vetustissimis persuasum erat mortalium, in magnorum hominum corporibus bonos daemones habitare seu genios, qui, re inter homines bene gesta, Dii fierent. Audi *de Osiride & Iside Plutarchum p.* 362. ut nunc alia omittam testimonia: Ὅ μὲν γὰρ Ὄσιρις καὶ ἡ Ἶσις ἐκ ΔΑΙΜΟΝΩΝ ἐγένοντο πρὸς ΘΕΟΥΣ μετέστησαν. *Etenim Osiris & Isis e bonis geniis in Deos transiverunt.* Igitur & sacra illis publice decernebantur, & dies quidam festi instituebantur, in quibus certis caerimoniis memoria rerum a magnis illis hominibus gestarum repetebatur: quae caerimoniae vetustis temporibus, quibus nec litterae nec litterati erant, annalium & monumentorum loco erant. Litterarum vero studia & sapientiae quum amplificarentur inter homines, fieri non poterat, quin turpe multi & deforme ducerent, homines, quos mortuos fuisse caerimoniae illae declarabant, divinis honoribus afficere. Itaque primum sacerdotes, ne in populi animos eadem sese insinuaret opinio, qua nihil intelligebant rebus suis perniciosius accidere posse, ritus istos, memoriae & recordationis caussa olim decretos, a conspectu removebant hominum. Vides *mysteriorum*, quae vocabantur, origines, & simul caussam, quare tam pauci, nec niti illi, quorum diu probata erat fides, spectatum ad ea admissi fuerint. Sed nec ipsi illi, qui mysteriis initiabantur, eodem a sacrorum antistitibus loco habebantur, id quod multis planum facere possum testimoniis, sed aliis verae sacrorum illorum rituum rationes pandebantur, aliis vero, in quibus imbecillius erat ingenium, philosophicae mysteriorum caussae obtrudebantur. Ipsa deinde Deorum historia ad rationem, scitaque & dogmata, quae probabant ipsi, a sacerdotibus, qui philosophi simul erant, revocabatur: id quod in pri-

& figuris sacris, quae *Hieroglyphica* vulgo vocant, (*d*) obscurabant. (*e*) *Eusebius* 371 *Porphyrium* peculiare volumen exaraſſe auctor est περὶ τῆς ἀπὸ μηχανῆς Ἑλλήνων καὶ Αἰγυπτίων θεολογίας, *de allegorica Graecorum & Aegyptiorum Theologia.* Quae dum refero, non possum, quin praeteriens veluti moneam, turpiter errare eos, qui a Christianis primum hanc rationem res sacras allegoriis occultandi excogitatam & inventam fuisse, sibi persuadent. Antiquissimis gentium Theologis idem omnino institutum placuit. Quocirca *Celsus* apud (*f*) *Origenem* ex Christianis aliquos hoc nomine commendat, quod ingenioſe ac venuste allegoriis ludere didicissent. Nec, quo studio (*g*) *Plutarchus* & *Synesius* abstrusos & reconditos sensus in Aegyptiorum de Iside & Osiride fabulis investigaverint, ignotum est: quorum ille ad res philosophicas, hic ad rei publicae negotia cuncta fere accommodat. *Hieroglyphica*,

primis in Aegypto factum est, unde omnis allegoriarum insania fluxisse videtur. Ergo in statuis, in sacrificiis, in sacerdotum victu & vestibus, in sacrorum ritibus, in ipsis templis, verbo, in omni re sacra & religiosa sensus esse reconditos vel physicos, vel morales, vel metaphysicos, inculcabant, neque paucos, ut rem ita se habere nil dubitarent, adducebant. Ipsa vero illorum, qui has afferebant explicationes, dissensio & inconstantia viros sapientes commonebat, fabulas & commenta esse ista omnia, quibus fallere studerent antistites rerum imperitos. Etenim, ingenii unice viribus quum haec universa ratio regeretur, neque una omnium de rebus naturalibus vel moralibus esset opinio, fieri nullo modo poterat, quin tot interpretationes nascerentur, quot essent sacerdotes nec indocti prorsus, nec plane hebetes & obtusi. Exstant adhuc expositiones ejusmodi mirifice inter se discrepantes, quae sine voce loquuntur, nihil in illis rebus veri & ad cognitionem solidi inesse. Quam varie & diverse Aegyptiorum religio exposita fuerit, *Plutarchi* satis declarat *Libellus de Iside & Osiride:* quem qui legerit accurate, is, nescio, quemadmodum antiquis illis mystagogis fidem diutius habere, & explorati aliquid ex illa somniorum inter se pugnantium turba erui posse, sperare queat. Sed plus valet interdum apud eruditissimos homines veterum Graecorum & Latinorum auctoritas, quos in haec retia incidisse novimus, quam accurata rerum veritas: quam, si vellent, ipsis antiquis auctoribus & ducibus, facile reperire possent. Interea popularis & publica religio tota illis historiis Deorum & ritibus, quos tamen ad sapientiam & philosophiam traducere solebant sacerdotes, nitebatur. Igitur verendum erat maximopere, ne, si explicationes illae morales & mysticae in vulgus manarent, ipsa simul religio corrueret, & Deorum templa a multis desererentur: quod si factum fuisset, parcius prandendum, parumque laute coenandum fuisset sacerdotibus. Hoc si semel persuasum fuisset Aegyptiis, Isidem & Osiridem non esse Deos, sed aut solem, aut lunam, aut terram, aut rerum naturam, aut aetherem, aut nescio quid aliud, nec sacerdotibus sibi opus esse, nec victimis, nec ritibus, opinione citius intellexissent. Itaque vehementer cavebant religionum praefecti, ne, quas ipsi dabant, interpretationes divini cultus publicae fierent. Intus sibi canebant & paucis discipulis selectioribus, quae belle excogitaverant, mysteria: populum vero de Iside, Osiride, Baccho, Jove, & reliquis Diis ea credere non modo patiebantur, sed etiam jubebant, quae ex veteri memoria superarant, & fundamenta veluti religionum erant legibus & institutis constitutarum. Ex his patet origo & natura arcanae illius & retrusae Theologiae, quae plerisque veterum, Aegyptiis praesertim, placuit. Constabat illa ex variis religionum publicarum explicationibus, quibus tantum est auctoritatis & dignitatis, quantum hominibus veterum fidem pervertentibus, & historiam omnem corrumpentibus, quo turpissimorum institutorum probabilem rationem reddant, debetur. Studiose vero idcirco occultabatur, ne in despicientiam adducerentur sacra publica, quibus sacerdotum salus continebatur. Tantum igitur abest, ut cum illis sentiam, qui Aegyptios putant signa & symbola studiose & callide invenisse, sub quibus veram & solidam reconderent sapientiam, ut potius symbolicam hanc philosophiam recentius esse putem inventum sacerdotum, qui, quae a majoribus dedicata erant, simulacra & caerimonias prisco aevo institutas, ut poterant, commode declarabant & exponebant, quo decretis & scitis sapientum convenientes esse viderentur, nec summam, qua laborabant, deformitatem ipsaemet enuntiarent. Fatebor, quod sentio. Numquam ego quemquam ratione valentem ita delirasse, arbitror, ut dogmata, quorum utilitatem & veritatem noverat, & quae perspicuis & planis declarari verbis posse videbat, imaginibus & nescio quibus symbolis opprimeret, & hominum oculis subduceret. Contra eorum, qui nugas & inceptias populo vendunt, hoc esse proprium solet, ut splendida veste figurisque longe petitis nuditatem sententiarum suarum tegant. Qui sub quavis,

Digitized by Google

ca, quae vocantur, Aegyptiorum, seu figurae, non vocibus aut sonis quibusdam respondentes, verum ipsas, quas mens sibi fingit, notiones & formas rerum exhibentes, hoc in primis consilio constituta & confecta esse, ut mysteria religionis & Theologiae, ne vulgi statim paterent ingenio, in latebras veluti conjicerent, omni vacat controversia. Ex quo evenit, ut *hieroglyphica* Aegyptiorum *sapientia* vulgo eadem putetur esse, quae Theologia recondita, aut Metaphysica. Hanc vero nescio quis, cujus (*o*) *Quaestiones & responsiones ad orthodoxos* exstant, omnibus reliquis scientiis longe ab Aegyptiis praelatam fuisse, *Mosen*que propterea non mathemata tantum, sed hanc etiam in primis arcanam sapientiam, quum inter eos educaretur, edoctum esse, refert. Quae quum ita sint, equidem nullus dubito, quae non ita pridem e tenebris protracta est, (*i*) *Mensam Isiacam*, tot mira-

vis, quae ad nos pervenit, Aegyptiorum veterum figura sapientiam latere putant incredibilem, hi mihi, quaeso, caussam enarrent, quae induxerit homines illos, ut eruditionem suam tam caliginosis & insectis aenigmatibus concluderent. Sacerdotumne caussa sic fecerunt, an vero multitudinis & populi? Illud quidem nemo facile dixerit. Nam cur sacerdotum caussa, qui probe noverant, quid ista sibi vellent signa, tam lepidis imaginibus usi fuissent? Ergo populum propter & multitudinem. Sed quid, obsecro, necessarium erat populo imagines rerum abstrusarum ob oculos ponere, quum nihil scientiae suae ad populum pervenire vellent? Quanta, quaeso, haec stultitia est, populum omnis verae cognitionis expertem velle, & nihilo tamen minus symbola & signa veritatis conspectui ejus exponere? Equidem id credo facile, juniores Aegyptios cuilibet figurae sacrae significationem aliquam tribuisse: sed hanc significationem ab illis traditam esse, qui figuras istas primi posuerunt, nego. Sphinges, ne exemplum requiratur, antiquum largior inter Aegyptios signum fuisse, aut ornamenti, aut superstitionis caussa dedicatum; at varias ejus signi interpretationes recentes esse, arbitror, & a posteris ideo inventas, ut dignitatem aliquam majorum conciliarent institutis, sibique ipsis & studiis suis venerationem. Ex his, quid de illis sentiendum sit, quae mox vir magnus exemplo aliorum disputat, proclive judicatu est. Adde his ea, quae paullo post de columnis *Hermetis* monebimus.

(*d*) *Obscurabant*] Cur vero hanc viam ingressi sint Aegyptii sapientiam suam a cognitione plebis removendi, vehementer edoceri cupio, quum totam eam sibi servare, & in abditis templorum recessibus, quo nemini licebat accedere profano, inviolatam custodire potuissent. Valde mihi is videtur ridiculus, qui cogitationes & consilia sua secreta esse vellet, haberetque ea occultandi facultatem, & nihilo tamen minus in atrio domus suae tabulam proponeret, in qua mentis suae decreta figuris & imaginibus exprimi jussisset. Certus ego sum, fuisse viros non indoctos, qui existimarunt, rudiorum animos rerum cognitione melius imbui posse, si notae quaedam & simulacra rerum, a rebus naturalibus sumta, ob oculos eorum ponerentur: neque hac de re cuiquam litem movebo. At fuisse aliquem recta ratione praeditum ita vesanum, ut, quam nemini notam esse volebat, sapientiam, quamque commode satis abscondere, & solus possidere poterat, lapidibus tamen, statuis, & figuris publice expositis committeret, id vero est, quod aegre mihi persuadeo. Sequar ego potius judicium *Eusebii*, qui, postquam multas ejusmodi imaginum explicationes ex *Porphyrio* attulerat, omnes ridet, & ita rationem concludit: *Ὅτι ἡ τῶν νῦν ἰσὶ ταῦτα σοφίσματα, μηδ' ὑπὲρ τῶν παλαιῶν τις ἐνθυμηθῆναι ἐλλόγιμα, recentiorum esse ista sophismata, de quibus ne per somnium quidem veteres cogitarint, Praeparat. evang. Lib.* III. *C.* 7. *p.* 98. 99.

(*e*) *Eusebius*] Non satis certum est, talem librum scripserit, nec ne, *Porphyrius*. Conjecerat id ante *Cudworthum Dion. Petavius* in *Notis ad Julian. p.* 88. verbis quibusdam *Eusebii* commotus *Praeparat. evang. Lib.* III. *C.* 13. *p.* 118. At *Luc. Holstenius Vita Porphyrii Cap.* 9. *p.* 53. 54. non obscure significat, librum illum, ex quo *Eusebius* tot ibi decerpsit dicta, non differre ab illo, quem *περὶ ἀγαλμάτων* philosophus ille exaraverat.

(*f*) *Origenem*] *Lib.* I. *p.* 14. *ed. Spenceri.*

(*g*) *Plutarchus & Synesius*] Ille *Libello de Iside & Osiride*, hic *Libro de providentia p.* 89. *f. Opp.* Haec ipsa explicationum varietas omnem huic sapientiae existimationem derogat.

(*h*) *Quaestiones ad orthodoxos*] Inter *Justini M. Opera Quaest. & respons.* 25. *p.* 406.

(*i*) *Mensam Isiacam*] Figuram hujus mensae cum erudito *Commentario Laur. Pignorius* edidit. De reliquis interpretibus vide *Fabricii Bibliogr. Graec. Lib.* I. *C.* 14. §. 5. *p.* 95. *Oedipus* qui hic vocatur, *Athanasius* est *Kircherus*, cujus *Oedipus Aegyptiacus* virorum eruditorum judicium & exspectationem haud sustinuit.

Digitized by Google

mirabilibus & incognitis figuris distinctam, partem quamdam abstrusae Aegyptiorum sapientiae continere: neque illis assentior, qui nil, nisi rerum gestarum memoriam, ea conservari, existimant. Quamquam & illum, qui nuper *Oedipi* sibi partes arrogavit, justo esse arrogantiorem & leviorem, censeo, quod nihil sibi in hac mensa obscurum, contra omnia pervia & aperta esse, confidenter asseverat. Jam si quis sublimioris hujus Theologiae Aegyptiorum, cujus tanta olim fama fuit & dignitas, argumentum atque summam a nobis scisciteur, ei, nescio, quid responderi queat probabilius, quam fuisse eam doctrinam de Deo uno, infinite perfecto, corpore vacante, rerum denique omnium parente, & mundi aedificatore. Omnes enim gentes, quae, praeter popularem Theologiam, aliam a vulgari cognitione remotam habuerunt, quum omnino verisimile sit, suos secreto de Deo uno, rerum omnium effectore, erudivisse, ut in Aegyptiorum ἀῤῥήτῳ, ἀπῤῥήτῳ, & αἰνιγματικῇ, *arcana*, *mysteriorum plena*, & *aenigmatica*, Theologia idem scitum in primis inculcatum fuisse, credamus, ipsa videtur a nobis flagitare ratio.

Ad hanc labefactandam sententiam quidnam ex veteri afferri queat memoria, equidem nil video momenti alicujus, si id unum excepero, quod de *Chaeremone* (k) *Porphyrius Epistola ad Anebonem*, sacerdotem Aegyptium, perscripsit. Recitemus primo ipsa verba hominis: (*) Χαιρήμων μὲν γὰρ καὶ οἱ ἄλλοι ὀὐδ' ἄλλο τι πρὸ τῶν ἑπομένων κόσμων ὑγεῖτο, ἐν ἀρχῇ λέγων πθέμθαι τὸς Αἰγυπτίους ὀὐδ' ἄλλως θεὸς, πλὴν τῶν πλανητῶν λεγομένων, καὶ τῶν συμπληρούντων τὸ ζωδιακόν. *Chaeremon certe aliique multi nihil quidquam agnoscunt ante mundum hunc adspectabilem, nec alios Aegyptiorum in ipsis suorum scriptorum exordiis ponunt Deos, praeter vulgo dictos planetas, & zodiaci signa, & stellas simul cum his in conspectum venientes, & sectiones decanorum, & horoscopos, quique* 372 *fortes ac duces nuncupantur; quorum nomina & procurationes, ortusque simul & occasus, futurorumque significationes in Almenichiacis continentur. Quippe videbant enim, qui solem universi architectum esse dicerent, ab illis non ea tantum, quae ad Osiridem Isidemque pertinent, sed etiam quidquid sacrarum fabularum erat, partim in stellas & earum conspectus, occultationes occursusque devolvi. —— vel in ipsum Nilum, καὶ ὅλως πάντα εἰς τὰ φυσικὰ, καὶ εἰδὲν εἰς ἀσωμάτους καὶ ζώσας ἐσίας ἐξηγεῖσθαι, cuncta denique in res naturales, nihil in corporea mole carentes viventesque naturas ipsorum interpretatione conferri.* In hoc sibi *Porphyrii* de *Chaeremone* loco *Eusebius* non mediocre videtur firmamentum reperisse ad Aegyptios primo, deinde etiam Graecos, ceterosque populos, qui Diis olim servierunt, quippe quos ab Aegyptiis sacra putat sua accepisse, stultitiae & impietatis adversus Deum arguendos. *Haec*, inquit, *manifesto declarant, ἔτι καὶ ἡ τῶν Αἰγυπτίων ἀπῤῥήτῳ θεολογία ὀὐδὲ ἄλλως, πλὴν τῶν κατ' ἐμφασιν αἰσθητῶν τῶν πλανητῶν καλουμένων καὶ τῶν ἀπλανῶν πλανητῶν, ἐθεολόγει, δημιουργόν τε τῶν ὅλων εἰσῆγον ἐπεῖν ἀσώματον, ὀὐδὲ λόγον δημιουργικὸν, —— μέσον γε τὸ ὁρώμενον ὅλων, ne arcanam quidem ipsam Aegyptiorum Theologiam, praeter coeli stellas, tum quae constantes & fixae, tum quae errantes vulgò nominantur, alios ullos Deorum collocasse, immo nec corporis expertem aliquem hujus universitatis architectum statuisse, nec rationi effectrici, —— sed unidumtaxat adspectabili soli ejus molitionem attribuisse.* Quibus latius explicatis, sic rationem concludit: Ἐπὶ τοῖς εἰκόσας καὶ τὴν θεοσοφίας τὴν μυστικὴν, ἣν οἱ θαυμάσιοι τῶν Αἰγυπτίων λόγοι καὶ κόσμοι καὶ λίθοι ἱερογλύφθησαν. *Adhibitis ergo jam divinae sapientiae mysteria, quae mira-*

(*) Euseb. Praep. euang. Lib. III. C. 4. (p. 92.)

(k) *Porphyrius*] Haec ad *Anebonem Porphyrii Epistola* integra praemissa est *Jamblichi de mysteriis*.

Digitized by Google

rabilem Aegyptiorum nationem ad lupos, canes, leonesque venerandos excitavit. Sed quis *Euſebii* ſtudia neſcit; cujus ad eam praecipue diligentiam incubuit ingenium, ut omni prorſus ratione & ſapientia Deorum cultores exueret, totamque religionem eorum irriſioni atque ludibrio traderet omnium? Quae hic vero in Aegyptios torquet, tela tanto leviora & infirmiora debent haberi, quanto certius hominem ſecum ipſo hac in re pugnare conſtat. Alio enim loco Aegyptios fatetur *mentem genitricem* & *ſapientem rerum naturae conditorem*, qui ſolem ideirco ipſum fabricatus ſit, revereri: a qua ſententia neque ceteros populos, ſuperſtitioni alioquin deditos, fuiſſe averſos, concedit. At qui Aegyptios nullos habuiſſe Deos contendit, niſi materiam inanimam corporeamque hanc rerum univerſitatem, in qua nullus ſenſus ineſt, is non modo negat, fuiſſe illis arcanum quoddam & reconditum ſapientiae genus, quod per ea tamen, quae protuli, veterum dicta nulli licet negare, ſed etiam vim & rationem divinam prorſus ab illis ſublatam eſſe, innuit. Quodſi enim ii culpa ſummae adverſus Deum impietatis carent, qui materiam vita & ſenſu vacuam unum eſſe rerum omnium initium, unde cetera manarint omnia, contendunt, equidem, quis *Atbei* nomine dignus ſit, aut quaenam vocis hujus poteſtas, me ignorare, fateor. *Chaeremon* quidem, tametſi non omnibus, nonnullis tamen Aegyptiis hanc reapſe attribuere videtur opinionem: cujus rei quin certas habuerit cauſſas, nil dubito. Fieri enim potuit, ut, quemadmodum inter Graecos eorumque philoſophos homines fuerunt Deo plane infenſi, ita etiam Aegyptii ejusmodi monſtris laboraverint. Neque ipſe hic *Chaeremon* Deum credidiſſe, ſed in aſtris omnem vim & naturam divinam repoſuiſſe videtur. Quae me ratio adducit, ut eum non Stoicum illum *Chaeremonem* eſſe putem, cujus tamen dicta quaedam de Aegyptiis *Porphyrius Libro de abſtinentia* laudat, ſed aut illum *Chaeremonem*, quo *Strabo* familiariter in Aegypto uſus eſt, aut ejusdem nominis neſcio quem alium (*l*) philoſophum. Quod vero *Euſebius*, cui nonnulli aſſentiuntur, fieri poſſe, cenſet, ut aliquis Deum ſimul eſſe neget & veneretur, aut, quum nihil, praeter brutam ſenſuque carentem materiam, divini velit eſſe, magno tamen honore atque cultu eam proſequatur, auxiliumque & opem ejus ſic imploret, ac ſi ingentia inde ſperare poſſet beneficia, id, ſi qui poſſunt, verum eſſe credant. Mihi haec res prorſus incredibilis videtur, majoremque eſſe in ea dementiam & ſtoliditatem, arbitror, quam ut in humanam naturam cadere poſſe videatur. Nulla certe gens olim tam fuit a ratione relicta, quin, quos Deos putabat eſſe, eos viventes atque conſilii participes eſſe duceret naturas. Quod vero rebus mente atque vita vacuis cultum adhibuerunt & honorem, id vel propterea feciſſe eas, certum eſt, quoniam iſta corpora Deorum imagines & ſimulacra eſſe credebant, vel ideo, quod honorem iſtum ad ipſos certa lege Deos pertinere, judicabant. Verum redeo ad locum *Porphyrii* de *Chaeremone*. Is ex ejus *Epiſtola* ſumtus eſt ad ſacerdotem Aegyptium, *Anebonem*, cui difficultates atque dubia proponit, quorum explicationem & enodationem deſiderat. Copioſam autem ad eum exaravit reſponſionem *Jamblichus*, adſcito *Abammonis*, alius ſacerdotis Aegyptii, nomine. Fugit id propterea hucusque pleroſque omnes, eo quod *Ficinus* & *Scutellius*, quod verbum *Chaeremon* hominis proprium eſſe nomen ignorarent, valde ridicule illud reddiderint: 373

riis Aegyptiorum Libro, quem paullo poſt editum *Cudworthi Opus Thom. Gale* cum verſione & notis ſuis Oxonii emiſit. Itaque verſionem *Galei* addere mihi viſum fuit, quae *Vigerii* verſione luculentior eſt & plenior.

(*l*) *Philoſophum*] Vid. de *Chaeremonibus Vi-*

rint: *optarem* & *gauderem*: quae quidem inepta verſio totam perturbat *Jamblichi* ſententiam. Itaque Graeca verba ex codice manu exarato, quem vir doctiſſimus, *Galeus*, familiaris meus, nunc poſſidet, ſubjicere juvabit, atque (*m*) aliter vertere: Χαιρήμων ἢ καὶ εἰπὼν ἅπαν τὸν φόβον τοῦ θεοῦ πρώτην αἰτίαν, τὰς πλανήτας ἀρχὰς ἐξηγεῖται· ἔτι τε τοὺς ἀπλανεῖς, καὶ τὰ ζωδιακὸν, τοὺς δὲ δεκάνους καὶ ὡροσκόπους, καὶ τοὺς λαμπροὺς κεφαλαιώδεις καὶ ἡγεμονικὰς φαίνεσθαι, τὰς μερικὰς τῶν ἀρχῶν διαιρέσεις διατάττει· τὰ δὲ ἐν τοῖς Ἀλμενιχιακοῖς μέρος τι βραχύτατον περιέχει τῶν Ἑρμαϊκῶν διατάξεων· καὶ τὰ περὶ ἀστέρων ἀνατολῶν, καὶ δύσεων, καὶ στάσεως αὐξήσεων, καὶ μειώσεων ἐν τοῖς ἐφημερίσι τίθεται παρ' Αἰγυπτίοις αἰτιολογίαν· φυσικά τινα λέγουσιν εἶναι πάντα Αἰγύπτιοι, ἀλλὰ καὶ τὰ τῆς ψυχῆς ζωὴν καὶ τὴν νοερὰν ἀπὸ τῆς φύσεως διακεῖσθαι, οὐκ ἐπὶ δὲ πάντες μένουσι, ἀλλὰ καὶ ἐφ' ἡμῶν, νῦν τε καὶ λόγον ποιησάμενοι καθ' ἑαυτοὺς ὄντας· ὄντας δημιουργεῖσθαί φασι τὰ γιγνόμενα. *Chaeremon ſane, & quotquot alii tangunt cauſſas rerum mundanarum primas, principatus infimos deſcribunt; qui vero de planetis, zodiaco, decanis, horoſcopis, & potentibus ſtellis & ducibus tractant, particulares principatuum diviſiones oſtendant. Porro, quae habentur in Almenichiacis, partem exiguam conſtitutionum Mercurialium continent. Denique, quae de ſtellarum ortu & occaſu, quae de lunae incrementis & decrementis feruntur, in poſtremis tractantur ab Aegyptiis, cauſſarumque aſſignationem habent. Sed nec omnia Aegyptii naturalia eſſe dicunt: nam vitam animalem & intellectualem a naturali diſcernunt, non ſolum in mundo, ſed etiam in nobis: mentem & rationem per ſe exiſtere, credunt. Et ſic cuncta fieri exiſtimant.* Haec *Jamblichus*, qui paullo poſt *Porphyrium* vixit, & *Euſebii* aequalis fuit, in Aegyptiorum vero ſcitis & ſententiis explorandis non mediocrem collocavit induſtriam. Cujus quidem hominis teſtimonium rem totam, de qua quaerimus, conficit. Docet enim, Aegyptios minime, id quod tamen aliquos eorum feciſſe, *Chaeremon* perhibet, rerum omnium origines ab inanima quadam & nullo ſenſu praedita natura repetiiſſe, verum in mundo ſimiliter, atque in hominibus, animam & mentem a natura ſecreviſſe, animam ſuperiorem natura, mentem vero anima praeſtantiorem cenſuiſſe, menti denique mundi fabricationem adſcripſiſſe. Atque hoc ipſum aliis etiam in *Libro de Aegyptiorum myſteriis* teſtatur locis; quos in medium afferendi magis opportunus infra nobis locus (*n*) ſuppeditabitur.

Nihil ergo eſt, quod in eam nos adducere vel ſuſpicionem vel cogitationem valeat, Aegyptios omnes, excuſſo plane Dei metu, nullam ſapientem viventemque naturam coluiſſe, ſed unam conſilii atque rationis expertem materiam pro ſummo primoque rerum omnium habuiſſe principio. Id vero nondum expeditum eſt, an Deorum neque conditorum neque factorum, ſed aequalium inter ſe, multitantum, non illum eſſe *Jamblichum*, cui fides haberi ex omni parte queat, Aegyptiorum exponenti dogmata. Etenim ex ſuo ſenſu metitur gentis hujus diſciplinam, & ad adoleſcentioris ſcholae Platonicae normam univerſam Aegyptiorum philoſophiam accommodat: id quod totus ejus liber homini non plane rerum iſtarum imperito oſtendit. Interim tum temporis fuiſſe in Aegypto, qui ſic ſentirent, ut *Jamblichus* ſenſiſſe refert Aegyptios, non invitus largior. Inde vero conſtare totius philoſophiae & Theologiae veteris Aegyptiacae rationem, id vero eſt, quod difficulter mihi perſuadeo.

(*o*) Ca-

bricius Biblioth. Graec. Lib. III. *C.* 15. *p.* 392. Adde de hoc *Chaeremone Thom. Gale Notis ad Jamblichum p.* 303. ubi & obſervat, codices manu exaratos, in quibus legatur χαιρήμων tam inepte vertendi occaſionem praebuiſſe *Ficino* & *Scutellio*.

(*m*) *Aliter vertere*] Adjunxi ego ipſius *Thomae Gale*, quem paullo ante monui *Jamblichum* edidiſſe, Latinam verſionem. Sunt haec vero *Jamblichi* verba ex *Libro de myſteriis Aegyptior. Sect.* VIII. *C.* 4. *p.* 160.

(*n*) *Suppeditabitur*] De Aegyptiorum quid mihi videatur religione judicandum eſſe, infra explicabo in totius disputationis hujus fine. Hic obſervabo

titudinem quamdam ſuſpexerint. *Auguſtinus Steuchus Eugubinus*, aliique doctiſſimi homines, ex libris *Hermetis Trismegiſti* ſine controverſia patere, diſputant, hoc veluti fundamentum univerſae ſecretioris Aegyptiorum diſciplinae fuiſſe, unum eſſe ſummum altiſſimumque Deum. Nec enim dubitant, quin univerſi hi libri ab *Hermete* vere ſint exarati. Ego vero quemadmodum in Sibyllinis verſibus, ita in his libris nimis manifeſta exſtare piarum fallaciarum indicia & veſtigia, quam ut ab ullius deleri poſſint ingenio, arbitror. Itaque aut totos quosdam ex his libris ab hominibus eſſe confictos, qui Chriſtiano nomine degenerem tegebant animum, 374
aut ſaltim multos paſſim locos nonnullis *Hermetis* libris eſſe additos, & veris ejus ſententiis interjectos, certiſſimum judico. Qui primus fraudes iſtas eruditis ſpectandas praebuit, *Iſaacus* (o) *Caſaubonus*, haud pauca hujus notae dicta ex *primo Hermetis libro*, cujus index *Poemander*, quaedam ex *quarto libro*, cui nomen *Crater*, nonnulla denique ex *decimo tertio*, qui *Sermo* inſcribitur *in monte de regeneratione*, collegit. Quae quidem tantum apud rerum intelligentes valere, ut tres iſtos libros, aut primum ſaltim & ultimum, contemnant, & nothos eſſe ſuſpicentur, equidem minime demiror. (p) Nolo hic locos, qnos *Caſaubonus* excerpſit, repetere. Unum vero ex *Libro decimo tertio* addam; qui, tametſi (q) ejus effugerit perſpicacitatem, ceteris tamen omnibus luculentior videtur magisque Chriſtianus: Λέγε μοι τοῦτο· τίς ἐστι γεννητὴς καὶ παλιγγενεσίας; ὁ δὲ Θεοῦ παῖς, ἄνθρωπος εἷς, θελήματι Θεοῦ. *Hoc mihi quoque explica: Quisnam eſt auctor & effector regenerationis? Filius Dei, unus homo, voluntate Dei.* Quamobrem, licet nulli parcat (r) *Athanaſius Kircherus* induſtriae, quo omnes illos libros, quibus *Hermetis* praefixum eſt nomen, hoc parente dignos eſſe, demonſtret, ipſa tamen veritas vetat ei fidem habere. Quidquid dicat, tres libri illi, quos diximus, maxime *Poemander*, qui proprie ſic dicitur, & *ſermo in monte*, aut plane commentitii ſunt, & a ſemi-Chriſtiano homine compoſiti, aut vero mirabiliter contaminati, atque alienis ſententiis adulterati. Quocirca, qui hac lege ex *Hermetis* probare ſtudent libris, Aegyptios uni ſummo maximoque Deo ſupplicaſſe, ut omnes illos libros vere ab *Hermete* eſſe profectos, ſimul ſtatuant, hi, metuo, ne ulli ſapientum ſententiam ſuam probent. Neque magis audiendi ſunt, qui *Librum Ariſtoteli* vulgo adſcriptum *de ſecretiore parte divinae ſapientiae ſecundum Aegyptios* hac in cauſſa teſtantur. Viderit *Kircherus*, qui hunc librum cupide amplectitur, quemadmodum ſe doctis excuſet hominibus. Mihi nihil intelligere videntur, qui impoſtoris eum commentum eſſe, negant ſeſe (s) intelligere.

Nihilo tamen minus aliquis libris iſtis in hac diſputatione locus debebitur. Creda-

(o) *Caſaubonus*] *Exerc.* I. *in Baronium Num.* 18. & 54. *ſ.*

(p) [Vid. de Hermetis hiſce libris Warburton divine legat. of Moſes T. I. p. 442.]

(q) *Ejus effugerit*] *Herm.* tamen *Conringius* jam tum, quam haec vir doctus ſcriberet, dudum obſervaverat, totum hunc libellum *prae ſe ferre Chriſtianam de ſancta regeneratione fidem, & diſſionem conflare novi foederis verbis, de Hermetica Aegyptior. Medicina Cap.* 4. *p.* 46.

(r) *Ath. Kircherus*] In *Obelisco Pamphylio p.* 35. nec non in *Oedipo Aegyptiaco Gymnaſ. hieroglyph. Claſſ.* XII. *Cap.* 3. Reliquos, quibus eximii & antiquiſſimi viſi ſunt *Hermetis* libri, recenſent, ut alios taceam, vener. *Jo. Franc. Buddeus Hiſtor. eccleſ. Vet. Teſtam. P.* I. *p.* 346. & *Jo. Alb. Fabricius Biblioth. Graec. L.* I. *C.* 8. *p.* 58. qui copioſiſſime omnium de *Hermetis* ſcriptis, eorumque tam contemtoribus, quam laudatoribus commentatus eſt; ipſe vero *Cudworthi* noſtri, quae *Conringii* quoque fuit & ex parte *Borrichii*, de illis ſententiam probat.

(s) *Intelligere*] Vide de hoc, qui perperam *Ariſtoteli* tribuitur, libro *Jo. Alb. Fabricium Biblioth. Graec. L.* III. *C.* 6. *p.* 162.

(s) *Deum*

Digitized by Google

damus, quidquid aut olim exſtitit, aut exſtat hodie ſcriptorum Hermeticorum, inconſulti Chriſtianorum quorumdam erga religionem ſuam ſtudii monumenta eſſe: ſtatuamus, philoſophum neſcio quem *Librum de ſecretiori Aegyptiorum ſapientia* compoſuiſſe, falſoque deinde *Ariſtoteli* adſcripſiſſe; erit tamen in his libris, quod juvet eos, qui veteres Aegyptios unum ſummum invocaſſe Numen tuentur. Omnis nimirum dolus & fallacia, niſi aliquod in ipſa veritate fundamentum habeat poſitum, ſimul naſci ſolet & exſtingui. Itaque fuerit in his commentitiis ſcriptionibus aliquid verae Aegyptiorum diſciplinae conſentaneum, neceſſe eſt: alioquin neque placuiſſent primo Aegyptiis, neque poſtmodum, quam adeptae erant, auctoritatem & nobilitatem retinuiſſent. Quod ſi ita eſt, certe hoc ipſum dogma, de quo quaerimus, unum eſſe ſummum Deum, in illis numerari debet placitis, quae in his libris cum Aegyptiorum concinunt opinionibus. Diſſeminata fuerunt haec *Hermetis* volumina & longe lateque fuſa in Aegypto multo ante, quam ſuperſtitiones Aegyptiae conticeſcerent, earumque ſacerdotes una cum initiatis & ſacris tollerentur caerimoniis. Tanto credibilius eſt, ſacerdotes, ſi, quod in illis praecipuum & caput veluti eſt, ſuis a praeceptis abhorrere, animadvertiſſent, continuo doloſe ſecum agi ſenſuros, librosque hos, tamquam fallaces & fucoſas merces, deteſtaturos fuiſſe. Patet igitur, ſi vel omnes *Hermetis* libri, nec ii tantum, qui reſtant hodie, ſed etiam, qui, ab antiquis laudati doctoribus, temporum injuria perierunt, ut τὰ φυσικὰ, τὰ διεξοδικὰ, & ſimilia, Chriſtianorum unice commenta eſſent, vanis & vetitis artibus veritati conſulere conantium, fieri tamen haud potuiſſe, ut auctoritatem hi libri acquirerent, niſi aliquid ex ipſa veritate firmamenti habuiſſent ac praeſidii. Neo, quin omnes ſtatim ſpreti & abjecti fuiſſent,
375 dubitandum eſt, niſi hoc in *Hermetis Trismegiſti*, ſacerdotumque Aegyptiorum arcanis & reconditis fuiſſet dogmatibus, unum eſſe ſummum, qui totam rerum naturam moderetur, (*t*) Deum.

Verum, ut eo usque ſtatim progrediamur, neceſſe non eſt. Quod enim ex *Hermeticis* illis, qui ſuperſunt hodie, quidam fallaciis ad emolumentum Chriſtianorum conficti ſunt, id nondum omnes declarat hoc numero haberi debere: multo minus omnes eos, quos *Patres* ſaepenumero teſtantur, hodie vero amiſſi ſunt, protinus ſpernendos eſſe, hinc licet elicere. Quamobrem doctiſſimum *Caſaubonum* temeritate non vacare putem, quod omnes *Hermetis* libros dolis Chriſtianorum compoſitos eſſe, confidenter pronuntiat, hac una fretus ratione, quod duo vel tres eorum, qui exſtant adhuc, callidi & verſuti hominis malitiam produnt. Forte, ut in hanc incideret levitatem vir eximius, haec ipſi cauſſa in primis fuit, quod eorum juſto ſecurius errorem amplexus eſſet, quem *Patricius* jam profligavit, qui omnes, quos *Ficinus Hermetis Trismegiſti* nomine edidit, libros unum eſſe tantum librum, *Poemander* inſcriptum, & in varia diſtributum capita, temere ſibi perſua-

(*t*) *Deum*] Recte & praeclare animadvertit vir magnus, non eſſe dubitandum, quin libri *Hermetis*, qui vocantur, aliqua ex veteri diſciplina Aegyptiaca contineant. Nam, qui eos compoſuit, homo callidus & veterator facile proſpicere potuit, nullam prorſus hacc volumina fidem eſſe inventura, niſi aliquid ex illis ſcitis & dogmatibus admiſtum haberent, quae inter Aegyptios pro Hermeticis habebantur. Quod vero addit, fieri nullo modo potuiſſe, ut placerent Aegyptiis, & magnam inter eos auctoritatem obtinerent, niſi res ita eſſet, id multo plus haberet momenti, ſi teſtibus conſtaret idoneis, Aegyptios Deorum cultui deditos aliquod libris iſtis pretium poſuiſſe. Nusquam vero, quod ſciam, perſcriptum exſtat, volumina haec, quum prodiiſſent, vel rejecta & repudiata ab Aegyptiis, vel etiam recepta publice approbataque fuiſſe. Degeneres quidam Chriſtiani & recentiores Platonici cer-

Digitized by Google

ſuaſerunt. Atqui capita haec, quae putantur, totidem ſunt libri, nullo naturali vinculo apti inter ſe & connexi, inter quos *Poemander* primo tantum loco poſitus eſt. Sed quaecumque demum *Caſaubonum*, ſic uti ſentiret, ratio impulerit, equidem nil cauſſae video, cur *Aſclepium*, aliosque libros nonnullos a *Patricio* additos tam dura & ſevera exceperit ſententia, qui non modo aperte ſecreti ſunt a *Poemandro*, ſed etiam nullis doli mali veſtigiis & notis inuſti. Omnium vero minime, quo jure libros, qui ab antiquis memorantur doctoribus, nunc vero interierunt, aſpernari potuerit, intelligo, quos inſpexerat numquam vel legerat. Quidquid ergo diſputet ac contendat, equidem fieri poſſe arbitror, ut quidam *Hermetis* libri veri ſint & incorrupti, tametſi alii ex illis fucoſi ſint & adulterini. Nolim tamen, haec ita quis accipiat, ac ſi eos ab ipſo *Hermete*, aut Aegyptio ſermone cenſeam exaratos eſſe. Hoc tantum volo, fieri poſſe, ut ex his libri quidam Aegyptiorum vere exhibeant dogmata, nec a Chriſtianis auctoribus decipiendi conſilio compoſiti ſint. Judicent, quibus integra ratio eſt, primum, an Aegyptios libros comminiſci potuiſſent aſtuti homines, ſi veri & antiqui nulli reapſe exſtitiſſent inter Aegyptios. Argumenta deinde expendant, velim, quae nunc expromemus, ut ſuos Aegyptiis fuiſſe libros philoſophicos, planum faciamus.

Principio exploratum eſſe debet, vixiſſe in Aegypto antiquiſſimis temporibus virum quemdam, *Theuth*, *Thoth* ſive *Theut* dictum, qui una cum litteris artes atque ſcientias, Arithmeticam, Geometriam, Aſtronomiam, artemque figuris animi ſenſa occultandi princeps invenerit, & alios docuerit. Graecis is vocatus fuit *Hermes*, Latinis *Mercurius*. Omnes omnium aetatum auctores conſtantiſſimaque fama hunc hominem poſteritati commendarunt. Hunc (*v*) *Sanchoniathon*, rerum Phoenicicarum ſcriptor, qui belli Trojani tempore vixit, *Librum*que *de Aegyptiorum Theologia* reliquit; hunc (*x*) *Manethon Sebennyta*, ſacerdos Aegyptius, regnante *Ptolemaeo Philadelpho*, celebravit: hunc gravis auctor (*y*) *Plato*, quem tredecim inter Aegyptios commoratum eſſe annos ferunt, praedicat. In *Philebo* enim non modo *Deum* ſalutat eum, ſive *virum divinum*, ſed etiam litteras ab eo primum 376
excogitatas, atque mutas a liquidis, certo cujusque numero deſignato, ſejunctas eſſe, refert. At in *Phaedro* Arithmeticae, Geometriae, & Aſtronomiae, ludicrarumque nonnullarum recreationum inventionem ei quoque attribuit, nec aut Deum fuiſſe aut daemonem, affirmare dubitat: Ἤκουσα οὖν Ναυκράτιν τ᾽ Αἰγύπτιὸν, γενέσθαι τ᾽ ἐκεῖ παλαιῶν τινα θεῶν, ὃν δὴ τὸν ὄρνιν τὸν ἱερὸν, ὃν δὴ καλοῦσιν Ἶβιν· αὐτῷ δ᾽ ὄνομα τῷ δαίμονι εἶναι Θεύθ. *Audivi apud Naucratin Aegypti, quemdam fuiſſe priſcorum Deorum, cui avis, quam Ibin vocant, ſacrata eſt; ipſi Deo nomen eſſe Theuth.* Quo loco *Plato* ſimul ingenioſi certaminis argumentum ſubjicit, quod *Theut* huic cum *Thamo*, Aegyptiorum rege, de commodis & incommodis inventarum litterarum intercеſſerit: quorum ille inventum hoc magnificis exornat laudibus, litterasque, ὡς μνήμης

certarunt olim veluti, utri antiquis ſapientiae profeſſoribus callidius ingenii ſui commenta poſſent adſcribere. Nam utrique commodis ſuis conſentaneum in primis ducebant fore, ſi vulgo crederentur dogmata ſua omnibus omnium aetatum philoſophis placuiſſe. Quocirca utrosque in confingendis libris Hermeticis curam poſuiſſe aliquam, exiſtimem. [Hermes Chriſt. fuit Gnoſticus. Vid. *Beauſobre Hiſt. de Manich. T.* II. *p.* 201. *ſ.*]

(*v*) *Sanchoniathon*] Apud *Euſebium Praepar. evang. Lib.* I. *Cap.* 9. *p.* 31. 32. Memoria vero hic fallit virum egregium, quum *Sanchoniathonem* hunc *Volumen* compoſuiſſe ſignificat *de Theologia Aegyptiorum.* De Phoenicum praeceptis, non de Aegyptiorum, ſcripſiſſe fertur *Sanchoniathon.*

(*x*) *Manethon*] Apud *Georgium Syncellum* in *Chronographia p.* 40.

(*y*) *Plato*] In *Philebo p.* 75. & in *Phaedro p.* 356.

Digitized by Google

ἐ σοφίας φάρμακον, *ut sapientiae pharmacum memoriaeque remedium*, extollit; hic vero oblivionem potius parituras esse disputat litteras, eo quod hominibus negligentionem memoriae suasurae essent: quocirca non tam μνήμης sive *memoriae*, quam ὑπομνήσεως φάρμακον, *recordationis auxilium*, sive *rerum oblivione delctarum revocationem*, appellari debere, autumat: addit denique, fore, ut litterae insitas humanae menti facultates debilitent atque nativo robore exuant, rubiginem illis veluti quamdam affricando, nec tam ἀληθειαν, *veram scientiam*, quam δόξαν σοφίας, *inanem sapientiae opinionem*, male digestam rerum multifariarum cognitionem memoriae committendo, procreent. Adde his, quum Aegyptii diu ante Graecos laude sapientiae floruerint, fieri nullo modo potuisse, quin, non secus atque Graecis, unus vel plures eis quoque doctrinae & eruditionis principes & auctores fuerint. Quem hoc autem nomine laudent, unum, primum certe, hunc *Thoth* habent, cujus ne memoria interiret, primum anni mensem nomine ejus signandum duxerunt esse. Aetas ejus in illa vulgo putatur incidisse tempora, quibus primi Judaeae gentis conditores fuerunt: quumque *Moses* ipse illis institutus dicatur esse litteris, quae ab eo profectae primum sunt, quis, quaeso, diu ante *Mosen* vixisse hominem negaverit?

Ceterum *Thot* hic sive *Theut primus Hermes* dicebatur Aegyptiis. Namque alium ferunt intervallo quodam sapientem virum exstitisse, qui pari ardore collapsas scientias & artes instauraverit & renovaverit. Atque hic δεύτερος Ἑρμῆς, *alter Hermes*,

p. 356. De his aliisque veterum auctorum, quibus *Hermetem* exstitisse probari solet, testimoniis dico, quum in eorum virtutem dudum inquisiverint viri doctissimi, *Jo. Henr. Ursinus Libro de Zoroastre, Sanchoniathone, & Hermete p.* 73. *Jo. Marshamus Canone chronico p.* 35. *s.* & alii.

(z) *Syncellus*] In *Chronograph. p.* 124. *a.* Quae sequuntur paullo post de *altero Hermete*, ea ex *Manethonis* fragmento hausta sunt apud eundem *Syncellum p.* 40. *s.* Conf. quae collegit *Jo. Marshamus Canone chronico p.* 240.

(a *Eusebius*] In *Chronico n.* 556.

(b) *Valesius*] Not. ad Ammian. Marcellinum *Lib.* XXII. *p.* 330. Sed displicet, nec immerito, haec coniectura *Valesii Jo. Alb. Fabricio Bibliogr. Graec. L.* I. *C.* 11. *p.* 73. Conf. *Henr. Dodwellum* de hac terna Syriadica in *Appendice ad Diss. Cyprianicas* §. 13. *p.* 8.

(c) *Ammianus Marcell.*] *Histor. Libr.* XXII. *C.* 15. *p.* 339.

(d) *Iamblichus*] *De mysteriis Aegyptior. Sect.* VIII. *Cap.* 1. *p.* 157. Vid. *Fabricii Bibliogr. Graec. L.* I. *C.* 11. §. 6. 7. *p.* 76. 77.

(e) *Denotat*] Multae sunt & variae doctissimorum virorum de his Aegyptiorum *Hermetibus* opiniones, aut coniecturae potius, quas hic recentere aut experdere nec lubet nec expedit. Aliquot contentus ero observatiunculis, quae mihi haec omnia, quae de *Hermete* disputantur, attentius expendenti veri similiora visa sunt. (I.) Graecorum Mercurium seu Hermetem & Aegyptiorum *Theut* sive *Thoth* non opinor unum eumdemque esse Deum, sed, quae Graecis, Romanis, Aegyptiis, & plerisque aliis populis usitata fuit, Numinum confusionem his etiam in Diis conspici, arbitror. *Thot* Aegyptius fuit philosophus, legislator, rex, aut si quo alio nomine dignus, a quo nonnullas repertas esse scientias hominum vitae necessarias, Aegyptii praedicebant. Cujus quum notitiam accepissent Graeci ad Aegyptios commeantes, magnamque eius & *Mercurii* sui similitudinem esse animadverterent, *Mercurii* seu *Hermetis* cum nomine non dubitarunt appellare, non secus ac si idem ille esset Mercurius, quem in patriis Diis numerabant: ex quo usu apud utrumque populum invaluit, ut *Theut* & *Mercurius* promiscue Deus ille Aegyptius nominaretur. Tanta certe est rerum & factorum, quae de *Hermete* Aegyptiorum & Graecorum *Mercurio* memoriae prodita sunt, discrepantia, ut facile appareat, pravam illam veterum consuetudinem Deos plane diversos miscendi & his Diis nocuisse. (II.) Reliqua, quae de utroque narrantur *Hermete*, sic esse colligenda inter se & componenda existimo, si quidem in rebus tanta caligine tantaque veterum auctorum brevitate ac discordia obscuratis existimare licet. Fuit inter antiquissimos Aegyptios homo quidam, qui cum alia multa docuit rudes Aegypti incolas, tum artem in primis excogitavit signandis & figuris, ut Sinenses hodie, non litteris, ut nos, animi sensa exprimendi. [Conf. *Leibnitii Epist. p.* 414. cujus coniectura de lingua Chinensi hanc meam roborat. *Parennin* vero *Lettr. edifiant. T.* XXIV.

Digitized by Google

mes, ab illis vocatur, forte quod animum *primi Hermetis* sive *Thoth* immigrasse in corpus ejus suspicarentur: alioquin enim Aegyptiorum sermone, id quod ex *Manethone* (z) *Syncellus* observat, *Sipoas* audiebat. Σιφώας, ὁ καὶ Ἑρμῆς, ὁ τοῦ Ἡφαίστου. *Siphoas, qui & Hermes dicitur, Hephaesti filius.* Hic ille *Hermes* est, qui *Tat* genuisse, atque cognomen Τερμεγίστου sive *Termaximus* obtinuisse perhibetur: quo quidem nomine a *Manethone*, *Jamblicho*, & aliis compellatur. (a) *Eusebius* ad annum decimum quintum post Israëlitarum ex Aegypto egressum mentionem ejus facit: sed vereor, ne aliquanto serius harum rerum periti vixisse hominem existiment. Alter horum *Hermetum* artes atque scientias invenit, & princeps constituit, alter instauravit & amplificavit. Ille figuris dogmata sua expressit, easque columnis servandas commisit ἐν τῇ Συριγγικῇ γῇ: sic enim doctissimus (b) *Valesius* legere jubet loco Συριαδικῇ. Quae *Syringes* quales fuerint, (c) *Ammianus Marcellinus* docet. Hic vero imagines illas sive arcanas figuras exposuit & interpretatus est, nec uno volumine variis scientiis & artibus lucem ac nitorem attulit. Atque hi sunt illi *Hermetis Trismegisti* libri, quos sacerdotes in remotis & occultis templorum locis, *adyta* Graeci vocant, magna cura custodivisse, accepimus. Numerum eorum (d) *Jamblichus* iniit: quem tamen ne illi quidem probare poterunt, qui librum apud eum id tantum significare volunt, quod versus aut membrum orationis apud nos (e) denotat.

His vero antiquioris *Hermetis* figuris juniorisque, qui & *Trismegistus*, libris to- 372
tam

T. XXIV. *p.* 37. demonstrat, Hieroglyphica Aegypt. valde differre a literis Sinicis, & recte.] Omnes certe in hoc antiqui auctores consentiunt, ab antiquissimo *Hermete* hieroglyphicam scribendi rationem inventam esse. Atque hanc per figuras & imagines cogitationes suas exprimendi rationem quum multo esse cogito simpliciorem & breviorem illa, quae notis & litteris utitur, in hanc facile descendo sententiam, antiquissimorum eam mortalium fuisse, &, qui principes scribendi viam populis monstrarunt, non aliam tradidisse, quam hanc, rationem. [Sic scribunt adhuc Barbari in America. Vid. *Lettres edifiant. T.* XXIII. *p.* 304. *La Fiteau.* Multis hoc testimoniis probatur *Biblioth. Françoise T.* XXXII. *p.* 33.] Ea, qua hic homo vivebat, aetate chartae & membranarum usus nondum cognitus erat Aegyptiis. Ergo *Thot* parietibus & columnis more veterum leges, scita & placita, quae servari cupiebat, figuris variis & imaginibus adumbrata, committebat; quae qui noverant, quaenam figurae cuique notio & potestas subjecta esset, facili negotio intelligebant, ut hodie Chinenses figurarum suarum sensus levi labore assequuntur. His institutis diu Aegyptus floruit. At eluviones aquarum, quas diserte *Manethon* apud *Syncellum. Chronograph. p.* 40 & alii referunt, aliaeque fortuitae vicissitudines magnam postea rebus Aegyptiis mutationem induxerunt, veteresque incolas aut dissiparunt, & alio proficisci coëgerunt, aut magnam partem deleverunt & exstinxerunt. Itaque ipsae scientiae simul & ars figuris scribendi, quas a Thot traditas acceperant Aegyptii, obliteratae sunt & oblivione sepultae. Forte illo tempore multi Aegyptiorum ad Indos & in Sinam, ut sibi consulerent, transiere, novasque in illis regionibus civitates condiderunt. Nec enim spernendi mihi videntur viri docti, qui Sinenses & veteres Indos Aegyptiorum esse volunt colonias, idque ex institutorum similitudine probant. Intervallo quodam elapso, novi in Aegyptum commigrarunt coloni, aliis moribus, legibus, & dogmatibus, quam veteres illi, de quibus diximus, imbuti. [Vid. copiose *Warburton Legat. of Moses T.* II. *de Hieroglyph.*] Hoc quidem antiquorum auctorum rationes tanta docent evidentia, ut dubitandi locus fere nullus relictus sit. In his novis incolis itidem vir quidam exstitit sapientior & melior ceteris, qui relictas ad tempus & desertas scientias, quibus eorum vita carere nequit, qui Aegyptum incolunt, Geometriam, Arithmeticam, & alias, in usum revocavit & restituit. Eum, qui supererant ex antiqua progenie Aegyptiorum, quoniam valde similis erat vetustissimi illius *Thot*, novum seu *alterum Thot* appellarunt, Graeci vero *Hermen* deinceps dixerunt. Novus hicce populus & novus scientiarum iste instaurator apud Aegyptios aliam plane scribendi rationem introducebat, notisque & litteris animi notiones, non autem figuris & simulacris, ut veteres consueverant Aegyptii, exprimere docebat. [Aegyptii litteras habebant communes & Hieroglyphicas: hae fuerunt sacerdotum. Id multis probatur *Biblioth. Françoise T.* XXXII *p.* 23. At lit-

tam Aegyptiorum comprehenſam fuiſſe ſapientiam, neſcio, an credibile videri queat alicui. Conſtat e contrario, non paucos praeterea libros hanc gentem habuiſſe, variis temporibus a ſacerdotibus compoſitos. *Jamblichus* in ipſo *Libri de*
378 *myſteriis Aegyptiorum* exordio: *Deum*, inquit, *eloquentiae praeſidem, Mercurium, olim recte exiſtimatum eſſe ſacerdotibus omnibus eſſe communem, eumque, qui ad veram de Diis ſcientiam praeit, unum eumdemque eſſe in univerſis:* ὦ δὴ, pergit, καὶ αἱ ἡμέτεραι πρόγονοι τὰ αὑτῶν ἁ σοφίας εὑρήματα ἀνετίθεσαν, Ἑρμῆ πάντα τὰ οἰκεῖα συγγράμματα ἐπιγράφοντες. *Quare & noſtri majores ſuae ſapientiae inventa illi dedicabant, omnia propria commentaria Mercurii nomine inſcribentes.* Ejus moris hanc inter alia fuiſſe cauſſam, ut declararent ſacerdotes, ad normam atque praeſcriptum veteris diſciplinae, quam ab *Hermete Trismegiſto* traditam acceperant, libros illos exaratos eſſe, facile poſteri credidiſſent, niſi hic aliam majoremque nobis aperuiſſet *Jamblichus*. *Hermetem* nimirum, quamvis olim mortalis fuiſſet, Deum tamen fecerant poſt fata Aegyptii, quod & *Plato* ſcriptum reliquit, praeſidemque ac cuſtodem omnis doctrinae atque ſcientiae, ſigillatim ejus, quae *Theologia* vocabatur, creaverant. Hujus itaque Numinis aſſiatu atque inſtinctu concitatos ſeſe fuiſſe, quum ſua in litteras referrent, mul-

litterae tamen ſacrae ſacerdotum diſtabant forte ab Hieroglyphicis. *Ibid. p.* 40.] Interim non ita vis undarum, & aliae rerum converſiones, quas ſilentio vetuſtas tegit, in Aegypti provinciis ſaevierant, quin paſſim reperirentur veteris aevi monumenta atque columnae, quibus ex antiqui *Hermetis* praeſcripto leges & hiſtoriae gentis figuris & imaginibus inciſae ac inſcriptae erant. Multa hujus generis documenta e terra eruebantur, in quam violentia terrae motuum & aquarum ea detruſerat. Sed qui explicare poſſet ea, & reconditas ſententias eruere, amiſſa veteri illa ſcribendi arte, inter Aegyptios tum temporis nemo erat. Itaque variae de ſenſu harum figurarum conjecturae exoriebantur, & pro ſuo quisque captu, quae ignorabat, interpretabatur, neque pauciores, ut fit, quum vetuſta eruuntur monumenta, fabulae naſcebantur. Plerique, quoniam e terra effoſſas noverant eſſe has columnas, neque dubitabant, quin eximia ſub illis involucris lateret ſapientia, antiquum illum *Thoth* ſtudioſe occultaſſe poſterorum cauſſa hunc theſaurum, exiſtimabant, ut voluminum inſtar eſſet, quae viam ad eruditionem & ſcientiam intelligentibus munirent. Equidem, quotiescunque illum per tot populos olim ſparſum ſermonem de columnis a *Sethо*, *Mercurio*, & aliis ſub terram reconditis & magna ſapientia refertis accurate mecum expendo, toties confirmor, popularem hunc eſſe rumorem, inter Aegyptios & alias gentes ſubito exortum, quum vetuſtae quaedam columnae, imaginibus variis ornatae, caſu ex antris & locis ſubterraneis in lucem proferrentur. Etenim quis eos, qui tum vivebant, quum iſtae columnae protraherentur, de mente & conſilio *Thot* aut *Sethi* commoneſecerat? *Alter* vero ille *Hermes*, de quo ante dixi, ut homo erat aſtutus & rerum ſuarum ſtudioſus, ſibi uni patere myſteria contendebat in columnis illis enarrata, imaginibusque ideirco talem dabat ſententiam, qualem ſtatui & rebus provinciae ſuisque commodis iudicabat eſſe ſalutarem: quin etiam in litteras referebat, quae hauſiſſe ſeſe ex his libris lapideis, populo perſuaſum eſſe volebat. Vid. *Manetho* apud *Syncellum Chronogr. p.* 40. Quam propter cauſſam libri illi dicebantur *Hermetici*, eo quod argumentum continere credebantur monumentorum ab *Hermete* vetuſtiſſimo relictorum. Ipſae interim columnae, quibus nihil ſanctius putabant fieri poſſe, in ſacraria deportabantur, & accurate, tamquam incredibilis ſapientiae armaria, cuſtodiebantur, quibus ſpectandis pauci judicabantur idonei. Qui vero ſpectatum eas admittebantur, & ſapientiae poſtea nomine inclareſcebant, hos ſtatim Aegyptii, ut arrogantia & ſuperſtitione inflati erant, ex columnis ſuis omnia depromſiſſe inventa ſua, clamabant. Ex quo fabula illa nata eſt, quae *Platonem* perhibet & *Pythagoram* ſapientiam ſuam ex Hermeticis columnis omnem hauſiſſe. Vid. *Jamblichus de myſter. Aegypt. Sect.* I. *Cap.* 2. *p.* 3. Suſpicabantur enim Aegyptii, hos homines artem calluiſſe retruſas illas *Hermetis* imagines intelligendi, atque ejus beneficio, dum conſiderauſſent columnas, cuncta earum arcana reclauſiſſe. Neque ſegnes erant ipſi ſacerdotes in figuris illis antiquis enodandis, quarum vim exhauſtam nondum eſſe putabant. In quolibet ſaltim collegio ſacerdotum ſacer quidam erat ſcriba ſeu ἱερογραμματεύς, cujus munus erat, veteres illas figuras interpretari. At quum vetus illa ſcribendi ratio prorſus e memoriis hominum extracta eſſet, idem his evenichat, quod antiquitatum hodie ſtudioſis evenire ſolet, quum aut nummi aut lapides antiquis & obſcuris notis inſigniti eruuntur, qui in varias diſcedunt opiniones. *Clemens Alex. Strom.*

multitudini perſuaſam cupiebant (*f*) ſacerdotes. Quin etiam, id quod huc pertinet in primis, in nonnullis, qui adhuc exſtant, *Hermetis* libris *Hermes* pro ipſa 379
divina ſapientia & intelligentia nonnumquam ponitur. Ex his ergo manifeſtum eſt, qui factum ſit, ut tot libri in *Hermetis* prodirent nomine. Patet etiam, non eſſe, cur hos omnes libros, quibus *Hermetis* nomen praefixum eſt, vetuſtiſſimis temporibus conſcriptos, aut ab ipſo *Hermete* conſignatos eſſe, cenſeamus, eo quod ſacerdotibus Aegyptiis hoc fuerit in more politum, ut, quos ipſimet concinnaverant, de rebus ſacris & philoſophicis commentarios ad *Hermetem*, tamquam auctorem, referrent. Praeter haec, multos eorum librorum, quos recentiori aetate Aegyptiorum ſacerdotum induſtria compoſuit, non Aegyptio, ſed Graeco, ſermone exaratos eſſe, veri ſimillimum arbitror. Nam ex eo ſaltim tempore, quo ad *Ptolemaeos* rerum Aegyptiarum ſumma delata eſt, Graecorum ſermo Aegyptiis ſapientibus familiaris & prope quotidianus eſſe coepit. Quod quidem, ut de urbium & locorum nominibus propriis nihil dicam, haec ipſa vocabula, *Hermes*, *Trismegiſtus*, & alia, quibus frequentiſſime ſunt uſi, neminem ignorare patiuntur. Mitto, linguam, quae in hunc viget diem, *Copticam* magnam

Strom. Lib. VI. *Cap.* 4. *p.* 757. Quisque, ut commodum ipſi videbatur & ſententiis ſuis conſentaneum, figuras, quae *Hermetis* eſſe credebantur, explicabat. Hic rerum phyſicarum, ille moralium, tertius metaphyſicarum, quartus aſtronomicarum ſigna ſibi cernere videbatur. [Probantur haec *Biblioth. Françoiſe T.* XXXIII. *P.* I. *p.* 40.] Accipitrem primus Deum referre credebat, alter ſolem, tertius ſanguinem, quartus victoriam, quintus animi demiſſionem. Vid. *Horapollinis Hieroglyphica Cap.* 6. *p.* 9. Quot homines alicuius ingenii, tot ſenſus. Quot deinde interpretationes, tot quoque ſcribendi genera & rationes. Sacerdotes nimirum *Hermetem* imitabantur, ſumque ducebant, ad exemplum tanti hominis praecepta ſua figuris & imaginibus veſtire. At non omnes eamdem figuris illis poteſtatem & notionem ſubjiciebant. Hinc nec eadem notione atque poteſtate figuras illas adhibebant, quum ſcriberent. Scarabaeum qui ſibi perſuaſerat in columnis *Hermetis* mundum deſignare, is ſimiliter ſcarabaeum pingebat, de mundo praeceptum aliquod figuris conſignaturus. At qui judicaverat, ſcarabaeum patris eſſe ſignum, is patres fortaſſe moniturus, ſcarabaeum in fronte orationis collocabat. Vel ex his vanam magnam partem & inutilem a doctiſſimis viris laborem conſumi, liquet, qui in Aegyptiorum veterum figuris explicandis deſudant, neque dubitant, vim earum hodie a ſe poſſe declarari. Commendarem ego diligentiam, ſi ſacris iſtis imaginibus conſtans & immutabilis poteſtas inter Aegyptios fuiſſet ſubjecta, nec alio ſenſu Memphitani ſacerdotes, quam Heliopolitani, imagines iſtas cepiſſent. Sed vel *Horapollo* docere nos poterat, figuratam hanc, ut ita loquar, ſcribendi rationem nullis legibus communibus fuiſſe circumſcriptam apud Aegyptios, ſed pro varietate ingeniorum fuiſſe variam. Aeternum igitur ſefe ſine ullo fructu excruciabunt viri ingenioſiſſimi, qui *menſam Iſiacam*, a *Pignorio* & aliis editam, illuſtrare cupiunt, niſi antea noverint, in quanam Aegypti provincia ea fuerit compoſita, & quam vim apud auctores ejus figurae habuerint, quibus referta eſt. Habes meam de *Hermetibus* ipſis, columnis, & figuris Hermeticis ſententiam. Conjecturis hanc totam cauſſam contineri, non inficior: neque ita mihi faveo, ut nihil illis, quae dixi, ad veritatem deeſſe cenſeam. Neque tamen dubito, quin illi, qui veterum teſtimonia de his rebus diligenter & ſtudioſe ponderaverint, moresque non minus humani generis, quam veteris aevi rationes cum illis contulerint, confeſſuri ſint, a magna veri ſimilitudine propius haec noſtra remota videri. Sed ſuo fruatur quilibet, nil ego impedio, judicio. Auctores de his columnis *Petr. Dan. Huëtius* inter alios nominabit *Demonſtrat. euangel. p.* 94. *f.*

(*f*) *Sacerdotes*] Sed veram fortaſſis cauſſam inſtituti hujus aut neſcivit *Jamblichus*, aut conſulto reticuit. Equidem ſuſpicor, eos, qui in *Hermetis* nomine ſuos olim libros emiſerunt, populum & rudiores fallendi, & inventis ſuis auctoritatem concliliandi gratia iſtud feciſſe, non ſecus atque inter veteres Chriſtianos multi *Chriſti* ipſius ejusque legatorum nomina nullius momenti chartis praetixerunt, ut ſententiis in illis comprehenſis favorem & dignitatem compararent. In qua me ſententia non mediocriter id confirmat, quod turpem illam conſuetudinem libros ſub alienis nominibus protrudendi & ante natum Servatorem in Aegypto unice viguiſſe, & poſtea inde ad Chriſtianos reliquos propagatam eſſe, video. Tetigi hanc rem copioſius in *Diſſ. de turbata a recentioribus Platonicis eccleſia.*

Digitized by Google

nam partem non tam ex Aegyptiis, quam Graecis verbis conflatam esse. *Plutarchum* quoque taceo tantum sibi sumtisse, ut vel antiquissimorum Aegyptiorum nominum, *Isis*, *Osiris*, *Horus*, & *Typhon*, inter Graecos investigaret origines, non secus ac si probe calluissent Graecorum sermonem, qui principes istam provinciam incoluerunt.

Illuxerat jam dudum his oris Christianae religionis lumen, quum ex antiquis *Hermeticis* libris, quos aut ipse *Hermes Trismegistus* exaraverat, aut ejus esse putabant opera Aegyptii, sacerdotumque idcirco custodiae ac vigiliis commiserant, quidam inter eos adhuc essent superstites. Extra omne dubium id collocat *Clementis Alexandrini*, viri pietate non minus, quam doctrina, insignis, auctoritas, qui, quum Aegyptiorum de animorum erroribus sententiam expoluisset, sic libros illos, qui tum restabant, describit: (*) Μετίασι δὲ οἰκείαν τινὰ φιλοσοφίαν Αἰγύπτιοι· αὐτίκα τῷ ἐμφανεῖ μάλιστα ἡ ἱεροπρεπὴς αὐτῶν θρησκεία. *Suam enim quamdam & peculiarem exercent philosophiam Aegyptii. Hoc autem maxime ostendunt sacrae eorum caerimoniae.* Πρῶτος μὲν γὰρ ᾠδὸς ἔρχεται ὁ ᾠδός. *Primus quidem procedit cantor, quem dicunt oportere accipere duos libros ex libris Mercurii: ex quibus unus quidem continet hymnos Deorum, alter vero rationes vitae regiae. Post cantorem vero procedit horoscopus. Eum libros Mercurii, qui tractant de astrologia, qui quidem sunt quatuor numero, oportet semper habere in ore. Deinceps autem ἱερογραμματεὺς seu sacer scriba, pennas habens in capite, & librum in manibus ac regulam. Hunc oportet scire & ea, quae vocantur hieroglyphica, & mundi descriptionem, & geographiam, & orbem solis ac lunae & quinque errantium, Aegyptique chorographiam, & Nili descriptionem. Post eos sequitur, qui dicitur* κωμῳδὸς, *id est, ornator. Is novit omnia decem illis libris comprehensa, qui de illis agunt, quae pertinent ad honorem Deorum & religionem Aegyptiam, ad sacrificia, primitias, hymnos, preces, pompas, dies festos. Post omnes exit propheta, qui sacrorum praefectus est, & edidicit libros decem, qui vocantur sacerdotales, de legibusque agunt, de Diis & universa sacerdotum disciplina. Sunt ergo quadraginta duo libri Mercurii valde necessarii: ex quibus triginta quidem & sex continent omnem Aegyptiorum philosophiam, quos edidicunt ii, qui ante dicti sunt; reliquos autem sex* παστοφόροι, *id est, qui gestant pallium, quippe qui pertinent ad medicinam.* Hoc nisi repudiare fas esse putemus testimonium, ducentis post natum Servatorem annis, *Clementis* nimirum *Alexandrini* aetate, quadraginta duo ex libris illis, qui *Hermetis Trismegisti* aut erant, aut esse credebantur, inter Aegyptios superfuisse, credamus (*g*), necesse est.

Hoc amplius mihi dari volo, libros quosdam Aegyptios & Hermeticos, constitutis jam rebus Christianis, ad alias gentes, Latinos nominatim & Graecos, manasse ac delatos esse. Non quaero, utrum hi libri ab ipso *Hermete Trismegisto* fuerint profecti, an vero ex praescripto tantum ejus ab Aegyptiis sacerdotibus exa-
380 orati, nomineque ejus honoris causa condecorati: rem ipsam, quam dixi, unice mi-

(*) Strom. IV. p. 633. (Cap. 4. p. 757. f.)

(*g*) *Necesse est*] Non integer descriptus est hic *Clementis* locus, sed multa omissa in eo, remotiora ab illo, quod in manibus est, negotio. Illustravit eum post *Jo. Marshamum* in *Canone chronico* p. 241. & *Petr. Lambecium Prodromo Histor. litterar.* p. 135. *f.* vir eruditissimus, *Jo. Alb. Fabricius*, *Biblioth. Graec. Lib.* I. *Cap.* 11. §. 5. *p.* 75.

(*h*) *Hominibus*] Ex *Plutarchi*, qui hic exstat, loco si doctrina *Hermetis* atque disputationis de sacris nominibus argumentum metiendum sit, crediderim ego potius, hoc ipsi dogma tribui oportere: Singulis naturae rerum partibus, ventis, sideribus, soli, lunae, certos praefectos esse genios aut potestates sub adspectum oculorum haud cadentes, quos

Digitized by Google

mihi concedi cupio. Eam vero hoc in primis confirmat, quod non modo Christiani ſcriptores ejusmodi libros excitant, ſed etiam homines Diis dediti & philoſophi. Audiamus, quemadmodum *Plutarchus Libro de Iſide & Oſiride* loquatur: (*) Ἐν ᾗ τοῖς Ἑρμοῦ λεγομένοις βίβλοις ἱερεῖσι γεγράφθαι περὶ τῶν ἱερῶν ὀνομάτων, ὅτι τὴν μὲν ἐπὶ τῷ ἡλίῳ περιφορᾶς πειθαρχοῦσαν δύναμιν Ὧρον, Ἕλληνες δὲ Ἀπόλλωνα καλοῦσι, τὴν δὲ ἐπὶ τῷ πολέμῳ θεὸν μὲν Ὄσιριν, οἱ δὲ Σάραπιν, οἱ δὲ Σωθὶ Αἰγύπτιοι. *Memoriae proditum eſt, libris, qui Mercurii libri dicuntur, ſcriptum eſſe de ſacris nominibus, facultatem, quae praeeſt converſioni ſolis, Horum, Graecis Apollinem vocari, quae vento, ab aliis Oſirin, ab aliis Serapin, Aegyptice Sothin.* *Sacra* quae *Plutarchus nomina* vocat, non video, quaenam ſint, niſi *varia Dei nomina.* Ex quo, ut id aliud agendo indicem, efficitur, ſive libri hi non alii fuerint, quam illi, quos *Clemens Alexandrinus* narrat ab Aegyptiis pro *Hermetis* ipſius operibus fuiſſe habitos, ſive alii cura ſacerdotum ex norma diſciplinae *Hermetis* elucubrati, hoc tamen non ultimum fuiſſe doctrinae *Hermetis* pronuntiatum: unum eumdemque Deum, eo quod variis modis virtutem & potentiam ſuam in orbe patefecerit, variis ſub nominibus & notionibus colendum eſſe ab (*b*) hominibus. Verum hanc rem infra perſequemur copioſius: nunc, quae ſuſcepimus, explicare pergamus. Aliud eis argumentum *L. Apulejus Madaurenſis*, non ignobilis ſcholae Platonicae philoſophus, Deorum vindex acerrimus, ſuppeditat. Namque is *Dialogum Hermetis Trismegiſti*, qui *Aſclepius* inſcribitur, ex Graeco Latine vertiſſe a plerisque omnibus creditur. Quamobrem & reliquis *Apuleji* operibus hic jungi ſolet a nonnullis dialogus. Memini, *Barthium* affirmare, *Auguſtinum* alicubi diſerte hanc verſionem *Apulejo* attribuere: mihi vero, iſtum ut reperirem locum, tam felici eſſe haud licuit. Sed nec *Colvio* poſſum aſſentiri, qui ex ipſa Latina hujus verſionis dictione rationem capit, cur *Apuleji* non haberi (*i*) debeat. *Jamblichus* non modo meminit *Hermetis* librorum, quos τὰ φερόμενα ὡς Ἑρμοῦ, *libros, qui ſub Hermetis circumferuntur nomine*, vocat, ſed etiam fraudis abſtergere ab illis ſuſpicionem ſtudet. Quod tamen non ideo facit, ac ſi tum temporis exſtiterint, qui hos omnes libros dolo Chriſtianorum compoſitos eſſe ſuſpicarentur, quod *Caſaubonum* juſto perhibere audacius vidimus, ſed quod aliqui forte illa aetate philoſophos fabulae hujus Hermeticae auctores eſſe, conjicerent. Placet, ne quis dubitet, totum (*k*) *Jamblichi* locum, ut in codice manu exarato legitur, oculis ſubjicere: Διὰ ταῦτα δὲ ἐν τούτοις ἅπασι καὶ τοῖς συγγράμμασιν, οἷς λέγεις ἐντετυχηκέναι, σαφὴς ἐστὶν ἡ λύσις· τὰ μὲν γὰρ φερόμενα, ὡς Ἑρμοῦ, Ἑρμαϊκὰς περιέχει δόξας, αἱ καὶ τῇ τῶν Φιλοσόφων γλώττῃ πολλάκις χρῶνται· μεταγεγραπται δὲ ἀπὸ τῆς Αἰγυπτίας γλώττης ὑπ' ἀνδρῶν Φιλοσοφίας οὐκ ἀπείρως ἐχόντων· ἀλλ' ἡμῶν ἡ κ. τ. λ. *His ita diſtincte traditis, facilis eſt ſolutio dubiorum, quae tu reperiſti in libris, quos dicis te vidiſſe. Nam ſcripta, quae ſub Mercurii nomine circumferuntur, continent quidem Mercurii opiniones, licet lingua ſaepe utantur Graecorum philoſophorum: nam a viris philoſophiae peritis tranſla-*

(*) P. 374. (potius p. 375.)

quos non iisdem, ſed variis populi nominibus, aliis Graeci, aliis Aegyptii, nominare ſolent.

(*i*) *Debeat*] Quae de *Apulejo* & ejus verſione *Aſclepii* hic leguntur, pluribus illuſtrata vide a *Petro Lambecio Prodromo Hiſt. litterar. Lib.* II. *Cap.* 1. *p.* 141. & *Jo. Alb. Fabricio Bibliogr. Latin. Lib.* III. *Cap.* 2. *p.* 522. nec non *Bibliogr. Graec. L.* I. *C.* 8. *p.* 55. ubi *Cudworthio* aſſentitur *Colvii* rationem rejicienti, qua *Apulejo* hanc verſionem abjudicat.

(*k*) *Jamblichi*] Exſtat hic locus in codice π *Theol. Gale* edito *Sect.* VIII. *Cap.* 4. *p.* 160.

(*l*) *Pala-*

Digitized by Google

lata sunt ex lingua Aegyptiaca. Chaeremon sane & quidam alii &c. Hic primo vere animadverti, non asseverare *Jamblichum* ipsius *Hermetis Trismegisti* haec esse volumina: vocat enim ea τὰ φερόμενα ὡς Ἑρμοῦ, *libros, qui pro Hermetis vulgo haberentur.* Hoc vero certum esse, ait, contineri illis vera *Hermetis* scita, ideoque, in Aegypto quin primo nata sint, nullum esse dubium. Cui sententiae quum tradendi rationem atque dictionem, ad philosophorum Graecorum prorsus institutа & praecepta accommodatam, obstare intelligeret, fierique fortasse posse prospiceret, ut quidam ideo totum hoc librorum genus a Graecis confictum esse philosophis, nec nisi Graecorum comprehendere placita, existimarent, istam deinde suspicionem diluere connititur. Itaque, quod Graecam hi libri formam referre viderentur, id ex eo factum esse, inquit, *quod a viris Graecae sapientiae pe-*
381 *ritis ex Aegyptiorum lingua versi essent*, qui suis propterea formulis atque notionibus distinguere interdum eos non dubitaverint. Equidem eorum, qui nunc exstant, *Hermetis* librorum plerosque Graeco primum sermone exaratos esse, putem. Sed hoc tamen non impedit, quo minus id, quod affirmat *Jamblichus*, in nonnullos eorum cadat, eos sigillatim, quorum jacturam fecimus, ut τὰ γλωσσαὶ, quae dicuntur, & similes, hique, quum ex lingua Aegyptiaca converterentur, interpretum studio formulis sententiisque philosophorum Graecorum nonnihil contaminati sint. Ex hoc ipso etiam *Jamblichi* loco constat, *Porphyrium* in *Epistola ad Anebonem*, sacerdotem Aegyptium, cujus (*l*) pauca nobis tantum fragmenta reliquit injuria temporum, *Hermeticorum* librorum feciſſe mentionem. Quibus quum *Chaeremonis* sentiret scriptiones repugnare, id sibi explicari a sacerdote hoc concupiscebat: sitne doctrina, quae Hermeticis exponeretur scriptis, illa, quam Aegyptii reapse profiterentur, sapientia, nec ne? Hanc ita vero dirimit controversiam *Jamblichus*, ut praecipua veteris disciplinae *Hermetis* seu Aegyptiorum Theologiae capita recte in his libris esse proposita, at in *Chaeremonis* scriptis depravata, doceat. Postremo (*m*) *Cyrillus Alexandrinus* libros *Hermetis Trismegisti* olim Athenis conjunctim esse editos, hoc indice adscripto: Ἑρμαϊκὰ πενταικαίδεκα βιβλία, *quindecim Hermetis libri*, memoriae prodidit. Hanc collectionem (*n*) *Casaubonus*, qui ante *Jamblichi* aetatem eam prodiisse nil dubitabat, ista esse censet *Salaminiaca*, quae in Latina *Jamblichi* versione, a *Ficino* & *Scutellio* adornata, laudari videbat. Sed fefellit virum doctum interpretum insciti. Graeca *Jamblichi* vocem hanc prorsus ignorant, & Ἀλμωξιακὰ habent. Cujus vocis vim quum interpretes, quos dixi, non consequerentur, vocabulum *Salaminiaca* in ejus locum suf-

(*l*) *Pauca fragmenta*] Quae reperiri potuerunt epistolae hujus in antiquis auctoribus fragmenta, ea diligenter collegit, & apte sciteque inter se connexa & compositа, *Jamblicho* suo praemisit *Thom. Gale*, qui in *Praef.* extrema *non multa sibi videri deesse* scribit.

(*m*) *Cyrillus Alex.*] *Libro* I. *contra Julianum p.* 31. *ed. Spanhemii.* Hi vero *quindecim libri Hermaici* id quod locus *Cyrilli*, & verba, quae ex isto producit opere, luculenter significant, non erant ipsi *Hermetis*, qui putabantur, libri, sed tantum ex Hermeticis libris congesti & compositi. *Hermetici* haud dubie dicebantur, quod auctor eorum summam & nucleum universae disciplinae Hermeticae in opere isto a se esse explicatum, gloriabatur.

(*n*) *Casaubonus*] *Exerc.* I. *in Baronii Annales p.* 55. *Casauboni* sententiam sequutus est *Herm. Conringius de Hermetica Aegyptior. Medicina Cap.* 7. *p.* 59.

(*o*) *Differet*] At *Thom. Gale Notis ad Jamblichum p.* 304. tametsi ipse edidit apud *Jamblichum Sect.* 8. *C.* 4. *p.* 160. *in* τοῖς Ἀλμωξιακοῖς, *codices* tamen omnes *manu exaratos* fatetur legere Σαλαμινιακοῖς, quod *Ficinum* & *Scutellium* manifesto excusit, & memoriam doctissimum *Cudworthum* hic fefellisse, docet. *Claud. Salmasius Libro de annis climactericis p.* 605. eandem apud *Hephae-*
stio-

Digitized by Google

ſuffecerunt. Quo quidem *Caſaubonus* adduci ſeſe paſſus eſt, ut libros hos Hermeticos Athenis emiſſos eſſe ſtatueret, quod *Salamina* exiguo Athenis intervallo (*o*) diſtaret. Nullum vero dubium eſt, philoſophum quemdam aut hominem Deorum ſtudioſum, non vero Chriſtianum, his libris coagmentandis operam dediſſe. Declarant hoc ipſa *Cyrilli* verba, quibus, poſtquam de *Moſe* atque *Hermetis* cum eo conſenſione dixerat, ſic pergit: Περὶοὗ ἢ καὶ τάτε μνήμην ἐν ἰδίοις συγγράμμασι ὁ συντάξας Ἀθήνησι τὰ ἑπτακαίδεκα βιβλία. *Hujus etiam* (*Moſis*) *meminit is, qui Athenis compoſuit illos, qui Hermaici nuncupantur, quindecim libros, in diſſertatione ſua*, (quae nimirum huic volumini adjuncta eſt.) Id nempe ſibi velle *Cyrillum* arbitror, ipſum illum, qui *Hermetis* libros collegerit, tametſi Diis ceteroquin faveret, *Moſis* tamen & *Hermetis* concordiam quamdam (*) commemorare. Tanti ergo quum non Chriſtiani tantum, verum etiam Graeci Latinique, quibus odio *Chriſtus* erat, *Hermetem* ejusque libros olim aeſtimaverint, ecquid leves mirum eſt 382 homines inventos eſſe, qui tam ſplendido nomine inficetas honeſtarent chartas, mortaliumque famem fraudibus & dolis explerent? In his ego commentitiis libris *Hermetis* veterum illum *de herbarum virtute Librum* numero, quem *Galenus* tangit, nec non, quos Chriſtianorum deinceps ſtudio confictos dixi, *Pocmandrum*, *Sermonemque in monte*. Qui libri quum a nemine vel Chriſtiano vel alieno ſcriptore olim nominati ſint, *Jamblichi* ſint aetate recentiores, neceſſe eſt, qui in nullo Hermeticorum librorum Chriſtianarum fallaciarum veſtigia (*p*) deprehendit.

At *Caſaubonus*, qui, quidquid umquam exſtitit aut exſtat ſacrorum librorum, *Hermetis* nomine exornatorum, Chriſtiani fructus eſſe cenſet ingenii, nihil eſſe judicat in his libris, ſi ab illis rebus diſceſſeris, quae Chriſtianam diſciplinam ſapiunt, niſi quod ex *Platonis*, ceterorumque Graecorum philoſophia & eruditione hauſtum ſit, neque ullam Aegyptiae doctrinae umbram relinquit illis. Quod poſtquam aſſumſit, a Chriſtianis concludit, Graecae ac Platonicae in primis philoſophiae peritis, eos eſſe compoſitos. In hoc ego primum id requiro, quod ſic rationem concludit: Quidquid Graecum & Platonicum eſt, id non eſt Aegyptium. Quis enim neſcit, *Platonis & Pythagorae* ſcita, quin univerſam Graecorum ſapientiam magnam partem ex Aegypto in Graeciam aſportatam eſſe? Exemplum, quo ſententiam confirmet, hoc unum affert *Caſaubonus*, in *Hermetis* libris doceri: *Nihil in rerum natura prorſus interire, mortemque non eſſe rerum interitum, ſed converſionem tantum & mutationem*. Quod dogma quoniam Graecis quibusdam philoſophis placuiſſe vidit, ideo illis hoc fuiſſe proprium, non autem cum Aegyptiis commune, cen-

ſtionem exſtare lectionem, Σαλμισχιακὰ, obſervat, ipſeque nil dubitat, quin recte ſic ſcribatur. Si verum illud eſt, quod idem animadvertit *Salmaſius*, vocabulum Σαλμισχίων Perſicum eſſe, ex quo paullulum corrupto Arabes ſuum *Almanach* fecerint, non video, cur diſputandum ſit, utra lectio praeferri debeat. Utraque enim tolerari poteſt. Qui legunt *Salmeniſchiacis*, veram pronuntiationem Perſicam retinent, qui *Almenichiacis*, corruptam Arabum. Res ipſa utrimque manet eadem, & utroque vocabulo liber delignatur obſervationibus aſtronomicis refertus.

(*) *Commemorare*] Exiſtimat vir doctiſſimus, & plerique omnes fere ſic exiſtimant, *quindecim* illos *libros*, quos *Cyrillus* memorat, ipſos fuiſſe libros *Hermetis*, quibus editor diſſertationem aliquam ſubiecerit a ſe compoſitam. Ego vero, id quod paullo ante monui, ſecus ſentio, & hunc hominem *quindecim* edidiſſe *libros* ex Hermeticis ſententiis conſtructos, arbitror. Ita ut ſentiam, locus ille facit in primis, quem ex horum *librorum primo Cyrillus* profert, in quo auctor non *Hermetem* inducit loquentem, ſed ipſe de *Hermete* & ſcriptis ab eo inventis loquitur, & philoſophum hunc contra nonnullos obtrectatores defendere videtur.

(*p*) *Deprehendit*] De his libris *Fabricius* ex inſtituto egit *Biblioth. Graecae Libro* I.

Digitized by Google

censuit. Sed qui huic favebant scito, illi hoc eo faciebant consilio, ut tanto facilius animos ad infinitum tempus permanere, ante corpora exstitisse, & in nova semper corpora commigrare, defendere possent. Quae omnia placita quum nemo ab Aegyptiis profecta esse neget, equidem, cur illud eorum fuisse dogma inficiemur, nihil plane causae video. Princeps inter Graecos *Pythagoras* docuit: οὐδὲν οὐδὲ γίνεσθαι, οὐδὲ φθείρεσθαι τῶν ὄντων: *rerum, quae vere sunt & existunt, nullam* (quando nimirum generantur & corrumpuntur) *vel nasci, vel interire.* Quod pronuntiatum his versibus, quos supra jam attulimus, expressit *Ovidius*:

Nec perit in toto quidquam, mihi credite, mundo,
Sed variat, faciemque novat: nascique vocatur
Incipere esse aliud, &c.

Hunc vero, quid, quaeso, credibilius est, quam dogma hoc, non secus ac ea, quae de animorum perennitate & variis erroribus praecepit, ex illo nimirum dogmate manantia, ex Aegypto secum domum attulisse? Sed Aegyptiis tamen, quare illud tuerentur, peculiaris erat ratio, quam Graecorum philosophorum nullus usquam ursisse legitur. Eam ipsius *Hermetis* verbis ex *Octavo* eorum, quos *Ficinus* collegit, *Hermeticorum Librorum* sive *libro* sive *capite* enarrabimus: Εἰ διάτιρος θεὸς ὁ κόσμος καὶ ζῶον ἀθάνατον, ἀδύνατόν ἐστι τὸ ἀθανάτου ζώου μέρος τι δοτοθανεῖν. πάντα δὴ τὰ ἐν τῷ κόσμῳ μέρη ἐστὶ τοῦ κόσμου, μάλιστα δὲ ὁ ἄνθρωπος, τὸ λογικὸν ζῶον. *Si mundus secundus est Deus animal immortale, fieri nullo modo potest, ut ulla pars immortalis hujus animalis intereat. Omnia vero, quae sunt in mundo, partes sunt mundi, maxime vero homo, qui animal est rationis particeps.* Exstat & eadem sententia in *Dialogo*, qui *Asclepius* dicitur: *Secundum Deum hunc crede, o Asclepi, omnia gubernantem, omniaque mundana illustrantem animalia. Si enim animal mundus vivens semper & fuit, & est, & erit, nihil in mundo mortale est: viventis enim uniuscujusque partis, quae in ipso mundo, sicut in uno eodemque animali semper vivente, nullus est mortalitatis locus.* Video, haec Latina juxta esse obscuriora. Itaque aliis eundem sensum verbis reddemus: *Noli dubitare, o Asclepi, quin mundus alter Deus sit, rerum omnium moderator, omniumque animantium, quae in mundo sunt, lumen. Quodsi vero mundus animal est vita praeditum & immortale, nihil omnino est in eo, quod morti subjectum sit. Mundi enim illud animal quum vivat perpetuo, nulla quoque pars ejus sive membrum vitae particeps mori ac interire potest.* Etsi vero *Pythagoram* semina doctrinae hujus, quum in Aegypto esset, arripuisse reor: haud tamen ideo ipsum cum assectatoribus suis amplificasse
383 eam & dilatasse, negaverim. Concedo potius, sublatis corporum qualitatibus & formis, hunc forte primum res omnes corporeas ad magnitudinem, figuram, motumque revocasse. In qua me sententia confirmat *Plato*, Graecos, quae accepe-
rint

(q) *Praeditus fuit*] Non invitus descendo in sententiam doctissimi viri, *Cuperi*, de quo hic agitur, argumentum levius esse, judicantis, quam ut inde queat effici, a Graeco homine, Platonicis imbuto praeceptis, omnes exaratos esse libros Hermeticos. Nihil enim reverti ad nihilum, sed ortus rerum ac interitus vicissitudines tantum conversiones esse unius ejusdemque materiae, non modo Graecis visum fuit, sed etiam multis aliis barbarorum philosophis. Unde vero hoc pateat, (I.) nescio, qui huic dogmati assensi sunt, eos ideo probasse illud, ut animorum immortalitatem & per varia corpora errores tanto possent accuratius & melius tueri. Istenim, quidnam inde firmamenti accedat ad doctrinam de perennitate humanarum mentium & earumdem itineribus, si particulas, ex quibus constant corpora, non interire, sed ad fontem suum reverti, destructis corporibus, existimem, haud equidem assequor. Neque Graecorum philosophorum multos, *Hippocratem*, *Aristotelem*, *Demo-*

Digitized by Google

rint a barbaris, omnia fere excoluiſſe ac perpoliviſſe, referens. Verum haec hactenus. Quando enim ad magnum illud ſapientiae Aegyptiae myſterium: *Deus eſt omnia*, quod *Orpheus* inde ad Graecos detulit, haec noſtra delabetur disputatio, tum clarius atque luculentius veteris Aegyptiorum doctrinae primordia ac veluti elementa in libris illis Hermeticis, qui adhuc leguntur, contineri, demonſtrabimus. Nunc, ut finem aliquando faciamus, hoc monuiſſe ſufficerit: *Jamblichi* judicium, libros *Hermeti Trismegiſto* adſcriptos Ἑρμαϊκὰς περιέχειν δόξας, *Hermeticas vere complecti ſententias*, pronuntiantis, tametſi Graecorum philoſophorum formulis ſaepenumero propoſitae ſint, multum ſine ulla controverſia *Caſauboni* ſententiae anteferendum eſſe. Nam ut hominis antiquitatem, non certe ſpernendam, taceamus, non Graecarum modo, ſed & Aegyptiarum litterarum multo majori, quam *Caſaubonus*, cognitione (*q*) praeditus fuit.

Quae hucusque disputavimus omnia, ea, niſi fallor, a nobis flagitant, ut de libris *Hermetis* nomine fulgentibus hoc modo ſtatuamus. Primo poſt *Jamblichi* tempora quosdam eorum, & in his *Poemandrum*, nec non *Sermonem in monte de regeneratione*, ex Chriſtianorum hominum exiiſſe officinis, ratum omnino & exploratum exiſtimari debet. Nemo unus certe antiquiorum doctorum horum, quos diximus, librorum meminit. At praeter hos tamen alii ſunt libri *Hermetis*, quos, ut nec ab ipſo *Hermete Trismegiſto*, nec Aegyptiorum omnes ſermone, verum Graeco partim, exaratos eſſe, largiamur, eſſe tamen vere Aegyptios, atque ea complecti, quae ab *Hermete* quondam tradita ſunt, dogmata, pro certo habendum eſt. Atque in hunc ordinem eos opinor referendos eſſe, qui Patribus quidem lecti ſunt, at deinceps interierunt, τὰ ῥητὰ nominatim, in quibus de mundi ortu disputatum fuiſſe ſuſpicor, τὰ διεξοδικὰ, & alii. Ejusdem forte generis ex illis, qui adhuc exſtant, *Hermetis* libris aliqui ſunt, ſigillatim *Dialogus* ille *Asclepianus*, qui Graece τέλειος λόγος, *ſermo perfectus*, inſcribitur, &, ſi qua veteri fides eſt famae, ab *Apulejo* Latine verſus eſt. Neque enim ullo modo credibile eſt, hominem maxima erga Deos pietate devinctum, philoſophumque cum ingenio & ratione, tum eruditione florentiſſimum, qualis *Apulejus* erat, ita vehementer falli potuiſſe, ut Chriſtiani hominis futilem & commentitium librum non modo Latine verteret, ſed etiam, ut verum *Hermetis* ſcriptum receptaeque religioni conveniens, publice commendaret. Quamquam ad hanc rem, quam agimus, perinde eſt, utrum *Apulejus*, an vero alius, Latinus Asclepii interpres habeatur. Ipſe enim de ſe teſtatur liber, atque hominis Chriſtiani ingenio ſe profitetur indignum eſſe. Mitto multa, quae animum declarant auctoris ſuperſtitione faucium. At quod gloriatur, hominibus facultatem eſſe Deos creandi, id praetermittere nequeo, quum ex eo ſolo, quo ſpiritu fuerit animatus, liqueat. Quamobrem nec (*r*) *Auguſtinus* ab hujus ſententiae confutatio-

moeritum, *Epicurum*, totque alios, quos certo conſtat huic dogmati addictos fuiſſe, quod fluere omnia & mutari, nil reapſe vel naſci, vel interire, praecipit, eo commotos fuiſſe, ut humanis animis aeternitatem largirentur, ignotum eſt. (II.) Dogma *Pythagorae: nihil eorum, quae vere exſiſtunt, occidere*, vel *oriri*, aliud eſſe arbitror, atque id quod modo nominavi. Τὰ ὄντα enim ſeu res vere exſiſtentes ex diſciplina *Pythagorae* res ſunt materiae expertes & omni concretione vacuae. Vid. *Jo. Schefferus de philoſ. Italica Cap.* 8. *p.* 56. Quare ſententia praecepti illius Pythagorici haec eſt: *quaecunque a materia ſecreta ſunt, ea nulli plane mutationi eſſe obnoxia.* In reliquis, quae hic dicuntur, explicandis longus eſſe nolo.

(*r*) *Auguſtinus*] *De civitate Dei Lib.* VIII. *C.* 23. *p.* 162. *T.* VII. *Opp.* Quid *Aſclepio* huic ſit, *Deos creare* ſeu facere, id ex ipſis optime intelligetur *Auguſtini* verbis: *Spiritus inviſibiles per artem quandam viſibilibus rebus corporalis materiae copu-*

Digitized by Google

tione temperare ſibi potuit. Taceo, ante *Jamblichi* tempora librum hunc jam exſtitiſſe, & vulgo lectum fuiſſe: ex quo efficitur, ad ea illum pertinere volumina,
334 quae *Jamblicho* τὰ Ἑρμαϊκὰ ὡς Ἑρμῆ vocantur, nec Graecorum ei tantum ſapientiam, ſed dogmata vere ab *Hermete* & Aegyptiis profecta, continere dicuntur.

Scio, & in hocce libro fraudum ſibi veſtigia deprehendiſſe viſos eſſe doctiſſimos homines. Primo, quod in eo mundus partim aqua, partim igne dicitur purgatus eſſe, id non levem ſibi ajunt ſuſpicionem injicere. (*) *Tunc ille*, inquit *Hermes*, *Dominus & pater Deus*, *primipotens & unus gubernator mundi*, *intuens in mores factaque hominum*, *voluntate ſua* (*quae eſt Dei benignitas*) *vitiis reſiſtens*, *& corruptelae errorem revocans*, *malignitatem omnem vel alluvione diluens*, *vel igne conſumens*, *ad antiquam faciem mundum revocabit.* Verum huic ille ſuſpicioni nihil omnino dabit, qui ex (s) *Julio Firmico* docuiſſe Aegyptios dedicerit, mundum *partim per* κατακλυσμὸν, *partim per* ἐκπύρωσιν renovatum iri aliquando. Aliud ſibi dubium oraculum, quod in *Asclepio* legitur, commoviſſe, dicunt, quo ſuperſtitioni Aegyptiacae exitium & ultima clades non ſine lamentatione praedicitur: in quo plus ego probabilitatis ineſſe, non inficior. Videamus ipſum oraculum: *Tunc terra iſta*, *ſanctiſſima ſedes delubrorum*, *ſepulcrorum erit mortuorumque pleniſſima.* Cujus vaticinationis ſenſum his *Auguſtinus* verbis expoſuit: (†) *Hoc videtur dolere*, *quod memoriae martyrum noſtrorum templis eorum delubrisque ſuccederent*, *ut videlicet*, *qui haec legunt*, *animo a nobis averſo atque perverſo*, *putent*, *a paganis Deos cultos fuiſſe in templis*, *a nobis autem colli mortuos in ſepulcris.* Atqui haec cito nimis ita evenerunt, id quod ex his *Theodoreti* locis patet, ut praeſignificantur hic. Sic ergo *Theodoretus*: (§) Καὶ ὧν αὐτῶν τῶν καλουμένων θεῶν τὴν μνήμην ἐκ τῶν τῶν ἀνθρώπων ἐξήλειψαν (οἱ μάρτυρες) ψυχῶν. *Martyres memoriam eorum*, *qui Dii quondam appellabantur*, *ex hominum mentibus deleverunt & extraxerunt funditus.* Et paullo poſt: Τοὺς γὰρ ἐκείνων νεκροὺς ὁ δεσπότης ἡμῶν τοσοῦτος τοῖς ὑμετέροις θεοῖς, καὶ τοὺς μὲν φόβους ἀπέῤῥηξε, τόποις δὲ τὸ ἐκείνων ἀπένειμε γέρας, κ. τ. λ. *Suos enim mortuos Dominus Deus noſter in templa pro Diis veſtris introduxit: ac illos quidem caſſos gloria vanosque reddidit; ſuis autem martyribus honorem illorum dedit. Pro Pandiis enim Diaſiisque ac Dionyſiis*, *hoc eſt*, *Jovis Liberique patris ſolennitatibus*, *Petro*, *Paulo*, *Thomae*, *Sergio*, *Marcello*, *Leontio*, *Antonio*, *Mauritio*, *aliisque ſanctis martyribus ſolennitates populari epulo peraguntur.* Haec igitur quum tam aperte atque perſpicue ab *Asclepio* deſcribantur, quae reapſe inter Chriſtianos contigerunt, eum demum recte judicaturum, cenſent aliqui, qui verba ejus non eſſe rerum futurarum praedictionem, ſed rerum jam factarum enarrationem, ſuſpicetur. Non diſſimilem eſſe obſervant iidem (t) *Eunapii Sardiani* in *Vita Aedeſii* querimoniam, poſtquam Chriſtiani Serapidis Aegyptii templum everterant, ejusque divitias & theſauros abſtulerant: *Monachos pro Diis*, *qui animo cernuntur*, *flagitioſa mancipia*, *quae martyres vocent*, *divinis honoribus afficere.* Haec ſi omnia ſic ſeſe haberent, nullum foret dubium, quin ille

(*) P. 607. col. (†) Civ. Dei Lib. VIII. C. 26. (p. 166. T. VII. Opp.)
(§) De curand. Graecor. affect. L. VIII. (p. 544. T. II. Opp.)

lare, *ut ſint quaſi animata corpora*, *illis ſpiritibus dicata & ſubdita ſimulacra*, *hoc eſſe dicit Deos facere.*

(s) *Julio Firmico*] *Matheſeos Libro* III. *Cap.* x. *p.* 34.

(t) *Eunapii*] In *Vitis Sophiſtar. Vit. Aedeſii p.* 84. 85.

(u) *Lactantium*] *Divinar. inſtit. Lib.* IV. *Cap.* 6. *p.* 418.

(x) *Eunapius*] In *Vitis Sophiſtar. p.* 76. *ed. Plantin.*

(y) *Proſpicere potuit*] Quem hic modeſte, no-

Digitized by Google

ille liber poſt deletam in Aegypto Deorum religionem a plano quodam compoſitus eſſet. Mirum vero, nihil horum in mentem *Auguſtino* veniſſe, *Asclepii* hanc vaticinationem legenti. Non ille dubitavit, quin diu ante ſua tempora hic liber exaratus eſſet, neque, poſtquam ſepulcra martyrum magna coli religione coepiſſent, tum exſtitiſſe demum hominem, qui ad librum hunc ſcribendum ſeſe accinxiſſet, ſuſpicatus eſt. Quamobrem *inſtinctu fallacis ſpiritus* ſive daemonis, qui triſtis atque moerens fore, ut regno ſuo everſio inferretur, proſpexerit, hoc fuſum eſſe oraculum, autumat. Sed nec *Auguſtini* tantum aetatem ſuperat hic *Dialogus*. Nam & apud (v) *Lactantium Firmianum*, cui, quod jam ante obſervavimus, ὁ λόγος τέλειος, *perfectus ſermo*, vocatur, exſtat ejus memoria, atque ita exſtat, ut inde pateat, de ſumma libri antiquitate tum quidem temporis dubitaſſe neminem. Quocirca illos potius eſſe audiendos arbitror, qui vaticinationem hanc *Asclepii*, antequam res eveniret, in litteras putant relatam eſſe. Quodſi verum eſt, quod (x) *Eunapius* jam ante nobis laudatus de *Antonino Philoſopho* memoriae prodidit, idem eum, quod *Asclepius*, vaticinatum eſſe, atque animo praeſenſiſſe, fore, ut poſt obitum ſuum magnifica Serapidis in Aegypto aedes una cum reliquis templis funditus everteretur, καὶ πᾶσι ἱεροῖς τάφους γενήσεσθαι, *Deorumque fana ſepulcra fierent*, quid cauſſae eſt, cur Aegyptio auctori, qui *Asclepium* exaravit, idem obtingere viſum potuiſſe, negemus? Aut cur, quaeſo, non idem, quod ille, conjectura ſaltim (y) 385 proſpicere potuit?

Aliud, qui *Aſclepio* male volunt, ſententiae ſuae praeſidium in loco quodam hujus libri de filio Dei ſeu altera trinae divinitatis perſona, quem (z) *Lactantius* producit, collocatum eſſe cenſent. *Hermes*, inquit *Lactantius*, *in eo libro, qui* ὁ τέλειος λόγος *inſcribitur, his uſus eſt verbis*: Ὁ κύριος καὶ ὁ πάντων ποιητὴς, ὃν θεὸν καλεῖν πεφιλήκαμεν, ἐπεὶ δεύτερον ἐποίησε θεὸν, ὁρατὸν καὶ αἰσθητόν, (αἰσθητὸν δέ φημι οὐ διὰ τὸ αἰσθάνεσθαι αὐτόν· οὐδὲ γὰρ τοῦτο οἶδε εἰ πάντων αὐτὸς αἴσθοιτο· ἀλλ' ὅτι εἰς αἴσθησιν ὑποπέμπει καὶ εἰς ὄψιν,) ἐπεὶ τοίνυν ἐποίησε πρῶτον, καὶ μόνον, καὶ ἕνα· καλὸς ἦν ἐφάνη αὐτῷ καὶ πανάρετος πάντων τ' ἀγαθῶν, ἠγάσατό τε καὶ πάνυ ἐφίλησεν, ὡς ἴδιον παῖδα. Latine *Apulejus* haec verba ſic reddidit: (*) *Dominus & omnium conformator, quem recte Deum dicimus, a ſe ſecundum Deum fecit, qui videri & ſentiri poſſit: quem ſecundum (Deum) ſenſibilem ita dixerim, non ideo, quod ipſe ſentiat, (de hoc enim, an ipſe ſentiat, an non, alio dicemus tempore) ſed eo, quod videntium ſenſus incurrit. Quoniam ergo hunc fecit ex ſe primum & a ſe ſecundum, viſusque eſt ei pulcher, utpote qui eſt omnium bonitate pleniſſimus, amavit eum, ut divinitatis ſuae prolem.* Sic enim legendum eſt, quum in Graeco ſit τέκνον, non vero *patrem*. *Lactantius*, & poſt eum (a) *Auguſtinus*, perfectum Dei verbum ſeu aeternum λόγον his verbis adumbrari, exiſtimant: quumque librum illum Hermeticum, ex quo depromta ſunt, veterem *Hermetis Trismegiſti* doctrinam continere, atque vere ab Aegyptiis profectum eſſe, aſſumerent, non

(*) Colv. p. 588.

mine omiſſo, refellit vir doctiſſimus, inſignis eſt coetus noſtri Theologus, *Jo. Henr. Urſinus*, qui *Libro de Zoroaſtre, Hermete, & Sanchoniathone Exerc.* II. *Sect.* 7. *p.* 151. *ſ. Aſclepium* eo tempore ſcriptum eſſe, aſſerit, quo Chriſtianorum Imperatorum leges contra falſorum Numinum cultum ſancitae ſunt, & *p.* 153. ſigillatim: *Quis*, inquit, *tam hardus eſt, qui non intelligat, verba illa Hermeti afficta non eſſe de futuro prophetantis, ſed praeſentem ſtatum paganismi, peſſum euntis jam, deplorantis?*

(z) *Lactantius*] *Divinar. inſtitut. Lib.* IV. *Cap.* 6. *p.* 419.

(a) *Auguſtinus*] Non recordor, alio in loco id factum eſſe ab *Auguſtino*, quam *Libro contra*

Digitized by Google

non exiguam in illis vim esse ad communienda Christianorum sacra contra hostium insultus, censuerunt. Verum multo secus (*b*) *Dionysio Petavio*, aliisque recentioris memoriae doctissimis viris visum est: qui, tametsi de sententia hujus dicti *Lactantio* & *Augustino* assentiuntur, id tamen ex eo demonstrare connituntur, librum totum, ex quo excerptum est, nothum esse & Christiani hominis somnium. Nobis vero hoc connexum parum esse videtur expeditum & perspicuum. Primo enim, cur mirabile foret, *Asclepium* hunc aeternum λόγον sive Dei verbum professum esse, idque alterum Deum Deique filium appellasse, equidem haud video; quum idem *Philo Judaeus* fecerit, qui de eodem λόγῳ verba faciens, illum non veretur δεύτερον θεὸν & πρωτόγονον υἱὸν θεοῦ, *alterum Deum primoque genitum Dei filium*, nuncupare. Nec tamen, qui propterea libris *Philonis* fraudis notam inureret, quisquam inventus est hominum. Quin etiam veterum philosophorum aliquos in eadem fuisse sententia, *Origenes* testis est: (*) *Multi philosophorum veterum*, (verius, omnes, exceptis paucis, qui divinam prorsus naturam sustulerunt,) *unum esse Deum, qui cuncta creavit, dixerunt, atque in hoc consentiunt legi. Aliquanti autem hoc adjiciunt, quod Deus cuncta per verbum suum fecerit & regat, & verbum Dei sit, quo cuncta moderentur: in hoc non solum legi, sed & euangelio quoque consona scribunt.* Unde vero hanc doctrinam acceperit (*c*) *Philo*, num a Graecis philosophis, an vero ab Aegyptiis & *Hermete Trismegisto*, id equidem in quaestionem vocari posse intelligo.
386 Favet illis, qui ab Aegyptiis eum institutum volunt, id in primis, quod Alexandrinus patria fuerit. Praeterea non unum *Cyrillus Alexandrinus* ex Hermeticis, qui tum exstabant, libris locum profert, huic dogmati prorsus convenientem. Ex multis unum juvat hic adscribere: (†) ὁ κόσμος ἔχει ἄρχοντα ἐπικείμενον, δημιουργόν, λόγον δὲ πάντων δεσπότην, ὃς μετ' ἐκεῖνον πρώτη δύναμις, ἀγέννητος, ἀπέραντος, ἐξ ἐκείνου ἀνατείλασα, καὶ ἐπάνω, καὶ ἄρχει τῶν ὑπ' αὐτὸν δημιουργημάτων· ἔστι γὰρ ὁ παντελὴς κόσμος καὶ τέλειος καὶ γνήσιος υἱός. *Mundus habet regnatorem superpositum opificem, sermonem omnium domini, qui post illum est prima potentia, ingenitus, infinitus, ex illo prospectans, & super-*

(*) In Genes. Homil. XV. (†) Contra Julian. Lib. I. p. 33.

quinque haereses seu *contra quinque hostium genera* Cap. 3. p. 3. *Tom.* VIII. *Opp. Append.* Hic vero liber an *Augustini* sit, quamvis satis antiquus, non sine caussa dubitatur a viris doctissimis. Benedictini certe in germanis *Augustini* scriptis libro huic locum dare noluerunt, sed in *Appendice* tantum *Tomi* VIII.

(*b*) *Dion. Petavio*] Is hujus libri & loci, cujus res hic agitur, meminit *Dogmat. theologic. Tom.* II. *Lib.* II. *de Trinit. Cap.* 2. §. 5. p. 20. Non autem ex hoc loco probat *Petavius*, auctorem *Asclepii* Christianum fuisse, sed generatim tantum animadverti jubet, doctrinam ejus *mera Platonicorum commenta redolere.* Quod quidem in universum recte sese habet; tametsi *Petavius*, qui *Lactantii* & *Augustini* vestigia imprudens premit, perperam locum *Asclepii* de filio Dei explicet.

(*c*) *Philo*] *Philo* unde dogma suum de divina ratione acceperit, & quid isthuc sibi velit, nemo eruditius aetate nostra exploravit *Jo. Clerico*, perspicacissimi ingenii viro; cujus vide *Comm. in* 18. *priora commata Euangelii Johannis* in *Hammondi N. T. T.* I. p. 396. & *Epistolar. criticar.* VIII. p. 223. Nobis hoc negotium non licet nunc versare.

(*d*) *Majoris Dei*] Recte vir doctissimus *Hermetis* sententiam explicat, quam *Lactantius* & *Augustinus*, dum juste fugacius Servatorem nostrum in veterum monumentis quaerunt, penitus adulterant & pervertunt. Viderat id vero jam ante *Cudworthum* vir magnus, *Herm. Conringius de Hermetica Aegyptior. Medicina Cap.* 5. p. 40. 41. cujus libram an inspexerit jam, haec scribens, vir eximius, equidem nescio. Al *Asclepium* quod attinet illum, cujus caussa hic agitur, recte tuetur *Cudworthus*, ab homine compositum esse hunc libellum Deorum religione imbuto. Totus id loquitur libellus, qui plenus est foedissimarum superstitionum & incredibilis erga simulacra & commentitios veterum Deos reverentiae. Nec aliter eruditi viri, *Marsil. Ficinus*, *Herm. Conringius*, *Jo. Henr. Ursinus*, *Jo. Alb. Fabricius*, & alii sentiunt. Illud

perſtat & imperat omnibus ab eo formatis. Eſt vero longe perfectiſſimi progenitus, perfectus, foecundus, & germanus legitimusque filius. Quamquam quid hac opus eſt dijudicatione? Non id enim, quod ſibi in eo videntur inveniſſe viri docti, ſcriptor affirmat *Aſclepii:* neque *alter*, quem inducit, *Deus Deique natus* is eſt, qui Chriſtianis λόγος audit, aeternus Dei filius, ſed mundus, quem incolimus, ſpectabilis. Ipſa hominis verba, hanc ejus fuiſſe ſententiam, aperte declarant. Quaerit enim in illis: *Deusne hic ſecundus re vera ſenſibilis ſit, nec ne.* Quare ſatis mirari non poſſum, qui factum ſit, ut longe alium ex eo ſenſum *Lactantius* & *Auguſtinus* elicerent. Sunt & plures alii in eodem dialogo loci, ex quibus id ipſum, quod diximus, conficitur. *Aeternitatis*, inquit *Hermes* alicubi, *Dominus Deus primus eſt, ſecundus eſt mundus.* Et paullo poſt: *Summus qui dicitur Deus, rector gubernatorque ſenſibilis mundi, ejus, qui in ſe complectitur omnem locum omnemque rerum ſubſtantiam.* Atque ſi vel eos inſpiciamus Hermeticos libros, quos *Ficinus* collegit, quique vulgo *Poemander*, perperam licet, vocantur, quum *Poemander* princeps tantum illorum ſit, ſine controverſia patebit ex illis, fuiſſe hoc in principiis & elementis antiquae Aegyptiorum ſapientiae: *Mundus hic, qui in oculos incurrit, alter Deus eſt, Deique ſummi filius.* Ex *octavo Libro* locum, quo hoc indicatur, jam adduximus: Δεύτερος θεὸς ὁ κόσμος. *Mundus alter Deus eſt.* Quem excipiunt alia, quae hoc dogma copioſius illuſtrant: Πρῶτος μὲν πάντων ἄνθρωπος ἀίδιος καὶ ἀγένητος καὶ δημιουργὸς τῶν ὅλων θεός· δεύτερος ἦν ὁ κατ' εἰκόνα αὐτοῦ ὑπ' αὐτοῦ γενόμενος, καὶ ὑπ' αὐτοῦ σωιζόμενος καὶ τρεφόμενος καὶ ἀθανατιζόμενος, ὡς ὑπ' ἰδίου πατρός. *Primus Deus eſt aeternus ille rerum omnium architectus, qui factus eſt a nemine: ſecundus Deus ille eſt, qui factus eſt ad imaginem principis, qui a primo Deo continetur, amatur aut nutritur, & immortalis reditur, tamquam a proprio parente.* *Libro nono* haec verba leguntur: Πατὴρ ὁ θεὸς τοῦ κόσμου, καὶ ὁ μὲν κόσμος υἱὸς τοῦ θεοῦ. *Deus eſt mundi parens, & mundus vicißim Dei filius.* Agnum claudat locus ex *Libro duodecimo*: Ὁ δὲ σύμπας κόσμος ἔστιν ὁ μέγας Θεὸς, καὶ ἡ μείζων εἰκών. *Univerſus mundus magnus eſt Deus, & imago* (d) *majoris Dei.*

Haecte-

lud etiam concedi poſſe putem, Aegyptium fuiſſe libelli auctorem: quod quidem cum alia quaedam, tum ipſum *Hermetis* nomen, ſub quo latere voluit, ſatis indicare videntur. Ex his vero quemadmodum cogatur, quod vir doctiſſimus exiſtimare videtur, ante Chriſtianam religionem in orbem terrarum introductam *Aſclepium* hunc exaratum eſſe, equidem me ignorare fateor. Aegre certe mihi perſuadeo, antequam *Jeſus Chriſtus* in orbem terrarum deſcenderet, fuiſſe inter Deorum mancipia in Aegypto quemdam, qui aut a Deo, aut a maligno genio aſflatus, interitum & exitium religionum ethnicarum proſpexerit animo & praedixerit. Quocirca *Jo. Henr. Urſini* & *Jo. Alb. Fabricii Biblioth. Graec. Lib.* I. *C.* 8. *p.* 56. ſententiam praetero, qui librum hunc, latis jam contra Deorum cultores legibus, ab antiquae ſuperſtitionis amico litteris conſignatum eſſe, ſuſpicantur. Tot exſtant in hoc libello loquendi formulae, Chriſtianorum religionem ſapientes, ut appareat facile, in ſacris novi foederis libris non prorſus fuiſſe hospitem auctorem ejus. Praeterea legum in veterum religionum cultores rogatarum aliquoties mentio fit. *Alienigenis enim*, inquit inter alia, *regionem iſtam terramque complentibus non ſolum neglectus religionum, ſed, quod eſt durius, quaſi de legibus a religione, pietate, cultuque divino ſtatuetur,* PRAESCRIPTA POENA, *prohibitio.* Et alio loco: *Capitale periculum conſtituetur in eum, qui ſe mentis religioni dederit.* Haec neſcio ad quodnam tempus referri queant commodius, quam ad illud, quo Graeci Imperatores non modo exteris militibus & Graecis colonis Aegyptum replebant, ſed etiam ſupplicia in eos conſtituebant, qui majorum ſuperſtitiones dimittere nolient. Nec difficile conjectu eſt illi, qui ſacram non ignorat hiſtoriam, quae cauſſa, ut ejusmodi libellum fingeret, Deorum amicum inducere potuerit. Chriſtiani, quo Aegyptios facilius ad ſacra ſua commoverent amplectenda, ſub *Hermetis* nomine, quo nihil ſanctius habebant Aegyptii, libros aliquot componebant dogmatis Chriſtianis refertos, uti populo huic perſuaderent, non tam novam, quam veterem *Hermetis* religionem ſuſcipere, qui ad Chriſtianos ſeſe adjungerent. Huic dolo ut occurreret homo veteris religionis tenaciſſimus, ad ſimilem confugiebat fallaciam, *Hermetis*que adjecto vocabulo,

alium

387 Hactenus de *Aſclepio*: jam, quid de reliquis, qui *Hermetis Trismegiſti* nomine ſplendent, libris ſentire fas ſit, aperiendum erit. Ac mihi quidem nullus eorum, quos cum *Ficinus*, tum *Patricius* conjunctim edidit, ſi *Poemandrum* demas & *Sermonem in monte de regeneratione*, ſive *primum* & *decimum tertium Caput* aut *Librum* in illis, quos *Ficinus* uno volumine concluſit, tam eſſe videtur nudus & informis, ut nullum, niſi planum ex Chriſtianis aliquem, parentem habere queat. *Poemandri* quidem & *Sermonis in monte* nullum videas in antiquis Chriſtianorum auctoribus veſtigium. Ex quo videtur effici poſſe, libros hos *Jamblichi* nondum aetate exſtitiſſe, & poſt ejus demum tempora confictos eſſe. Atque, ſi quis conjecturae locus eſt, unus utriusque libri ſcriptor eſt. Nam qui *Sermonem in monte* condidit, in extremo libro *Poemandri* mentionem facit. Verum reliquorum longe alia eſt, atque horum, ratio. Quod *quartum* eorum, quos *Ficinus* edidit, librorum vel capitum, quod *Crater* inſcribitur, *Caſaubono* ſuſpectum fecit, id nimis exiguum & leve eſt. Vehementer enim incertum eſt, an voce *Crater* tale aliquid indicetur, quale Chriſtianorum eſt (*e*) *baptiſterion*. Quocirca, quum omnes reliquos *Hermeticos libros*, ſigillatim illos, quos antiqui laudarunt Chriſtianorum doctores, veri admodum ſimile ſit, ante *Jamblichi* jam exſtitiſſe tempora, cur illi reprehendendi ſint, neſcio, qui, quod doctiſſimus hic philoſophus de illis tulit, judicium adſciſcunt, atque ſic cum eo ſtatuunt: Omnia haec ſcripta, tametſi ſermone compoſita ſint philoſophis Graecis uſitato, nec ipſius haberi debeant *Hermetis Trismegiſti*, δόξας tamen Ἑρμαϊκὰς, *Hermetis ſcita*, ſive Aegyptiorum doctrinam reapſe continere. Qui *nonus* eſt in libris a *Ficino* collectis, is *Dialogi*, qui *Aſclepius* audit, meminit, Graeco ejus nomine, ὁ πλεῖος λόγος, adhibito; isque, a quo liber hic exaratus eſt, illius etiam dialogi videri vult auctor: χθὲς, ὦ Ἀσκλήπιε, τὸ πλεῖον δοτὸν δίδωκα λόγον· τὸν δὲ ἀναγκαῖον ἑτέρῳ ἀνάλυσιν ἐπίνευσα καὶ τὸ περὶ αἰσθήσεως λόγον διεξελθεῖν. Non cepit vim hujus loci interpres, qui ſic verti debet: *Nuper ego*, (*Aſclepi*,) *librum emiſi*, ὁ πλεῖος λόγος *ſeu* perfectus ſermo *inſcriptum: cui neceſſarium nunc judico alium attexere, atque de ſenſu commentationem ſuſcipere.* Utrumque librum hunc (*f*) *Lactantius* legit. Eidem *decimus* in collectione *Ficini*, cui nomen *Clavis*, notus fuit. Atqui hujus auctor non modo ſibi *nonum* etiam *Librum* una cum *Aſclepio* deberi, affirmat, ſed etiam hunc ipſum perhibet eſſe *Epitomen* libri illius *Hermetis*, cujus index erat τὰ γενικὰ, quemque (*g*) *Euſebius* in *Chronico* memorat. Τὸν χθὲς λόγον, ὦ Ἀσκλήπιε, σοὶ ἀνέθηκα· τὸ δὲ σύμπαν δίκαιόν ἐστι τῷ Τὰτ ἀναθεῖναι, ἐπεὶ ἡ τῶν Γενικῶν λόγων, τῶν πρὸς αὐτὸν λελαλημένων, ἐστὶν ἐπιτομή· *Priorem meum ſermonem tibi quidem, o Aſclepi, inſcriptum eſſe volui: hunc vero par eſt ad Tat inſtituere, quoniam Epitome eſt Genicorum, quae ipſi concredita ſunt.* Eadem γενικὰ deinceps etiam hoc in libro excitantur: Οὐκ ἤκουσας ἐν τοῖς Γενικοῖς, ὅτι λόγῳ μιᾶς ψυχῆς τὸ πᾶν τοῦτο πᾶσαι αἱ ψυχαί εἰσιν; *Nonne audiviſti, quod in Genicis docetur, omnes animos ab uno hujus univerſitatis animo profectos*
388 *eſſe?* Neuter horum locorum a *Ficino* intellectus eſt. Quod ad ipſum vero librum hunc

alium exarabat librum ad homines in officio erga Deos continendos comparatum. Idem meum eſt de nonnullis aliis *Hermetis* libris judicium, in quibus veſtigia hominis apparent Deorum ſuperſtitione contaminati. Ceterum auctor libri hujus ſapientiae, quae tum in Aegypto vigebat, non fuiſſe nimis peritus videtur. Craſſius certe philoſophatur, quum adſpectabilem hunc mundum *Deum ſecundum* & *Dei filium* vocat: a qua ſententia, qui tum Aegyptum erudiebant, philoſophi remoti erant. Mundum hi quidem *Deum alterum* & *Dei filium* vocabant: ſed minime hunc, qui oculis noſtris cernitur, verum illum, qui menti tantum & animo patet, ſeu *mundum intelligibilem* quem *Philo divinam rationem* nominat. Vid. *Philo* περὶ κοσμοποιίας *p.* 6. *Opp.* & ex recentioribus Platonicis *Plotinus Ennead.* V. *Lib.* V. *Cap.*

Digitized by Google

hunc attinet, certus ego ſum, fallaci eum manu adulteratum & interpolatum eſſe, quoniam ſibimet ipſi aperte repugnat. Prior enim ejus pars Aegyptiorum dogma de animis in beſtiarum corpora poſt obitum migrantibus approbat, juſtiſſimamque hanc eſſe improbarum mentium poenam, decernit, (ὡς καταδίκη ψυχῆς κακῆς.) At poſteriori parte, qui ſic ſentiunt, capitalis arguuntur & peſtiferi erroris. *Undecimum* & *duodecimum Librum* nihil ego arbitror continere, quod ab Aegyptiorum abhorreat diſciplina. Neque ſecus de longo illo Libro, cui *Patricius* in *Hermeticis* ſuis *decimum tertium* aſſignavit locum, ſentio: inſcribitur is κόρη κόσμου. Sed & ipſi illi libri, quorum ego neutiquam ſuſceperim patrocinium, eo quod Chriſtianam nimis aperte ſpirant diſciplinam & ingenium, multa paſſim habent ex Hermeticis ſive Aegyptiorum placitis & inſtitutis decerpta: id quod omnino obſervandum opinor eſſe. Exempla rem extra dubium ponent. In *Poemandro* Deus bis ἀρρενόθηλυς, *mas & femina ſimul*, dicitur. Hoc, niſi fallor, Aegyptium eſt, & ab *Orpheo* inde in Graeciam translatum. Quod quidem elegans hic ex *Dialogo Aſclepiano* locus confirmat: *Hic ergo, qui ſolus eſt omnia, utriusque ſexus foecunditate pleniſſimus, ſemper voluntatis ſuae praegnans, parit ſemper, quidquid voluerit procreare.* Mortis hanc exhibet *Poemander* definitionem: Παραδίδωσι τὸ σῶμα εἰς ἀλλοίωσιν, καὶ τὸ εἶδος, ὃ εἶχες, εἰς ἀφανὲς γίνεται. *Mors nihil eſt, quam mutatio corporis, & formae ſeu vitae, quam quis habet, ad inviſibilia tranſitus.* Haec illi reſpondet, quae *undecimo Libro* ſive *Capite* exſtat, definitioni: Τῷ μεταβολῇ θάνατον εἶναι, ἀπὸ τὸ τὸ μὲν σῶμα διαλύεσθαι, ἡ δὲ ζωὴ εἰς τὸ ἀφανὲς χωρεῖν. *Mors nihil eſt, quam mutatio: corpus nimirum diſſolvitur; vita vero ſeu anima ad loca, quae non videntur, migrat.* Eodem libro hoc ſcriptum legitur de mundo: γίνεται μέρος αὐτῆς καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἐν τῷ ἀφανεῖ: *quotidie partem ejus aliquam abire ad id, quod oculis haud patet*, ſive in ſpatium illud, quod *Hades* dicitur. Cujus dogmatis haec eſt ſententia: Non prorſus perire mundum, ſed oculos tantum noſtros effugere, atque vel in alium perferri locum, aut in aliam formam converti. Similiter de animalibus *Libro Duodecimo* dicitur: Διαλύεσθαι, οὐχ ἵνα ἀπόληται, ἀλλ' ἵνα νέα γένηται: *diſſolvi per mortem ea, non ut intereant, ſed ut renoventur & reſtituantur.* Mundus etiam dicitur ibi πάντα ποιεῖν, καὶ εἰς ἑαυτὸν ἀποτελεῖν, *omnia ex ſemet ipſo conſtruere, & viciſſim omnia in ſemet ipſum deſtruere*, καὶ ἀφανῶν πάντα ἀναπεῖν, *omnia diſſolvere, atque rurſus renovare omnia.* Nihil enim in tota rerum natura funditus everti & deſtrui cum in omnibus his *Hermeticis libris*, tum hoc ſigillatim *duodecimo* eorum, quos *Ficinus* edidit, ſaepius inculcatum videas. Σύμπας ὁ κόσμος ἀμετάβλητος, τὰ δὲ μέρη αὐτοῦ πάντα μεταβλητά, δεῖν δὲ φθαρτὸν ἢ ἀπολλύμενον. *Totus mundus eſt immutabilis; at omnes, quibus ille conſtat, partes ſunt mutabiles: at nihil tamen earum perit ex toto, aut deſtruitur.* Πῶς μέρος τι θείας ἀφθάρτου, ἢ ἀπόλοιτο τι θεοῦ; *Etenim quomodo pars illa ejus, quod incorruptibile eſt, corrumpi, aut ipſius Dei portio quaedam ad nihilum abire poteſt?* Horum ego omnium dogmatum, quod cum bona fiat *Caſauboni* gratia, Aegyptum eſſe cenſeo patriam, ex

Cap. 3. *p.* 522. *ſ.* Quare aut non recte aſſequutus eſſe videtur ſententiam philoſophorum, qui tum forebant maxime, Aegyptiorum, aut ſectam probaſſe aliquam ex minoribus & deterioribus, quas Aegyptus alebat.

(*e*) *Baptiſterion*] Vid. *Jo. Alb. Fabricii Biblioth. Graeca Lib. I. Cap. 7. §. 5. p. 51.*

(*f*) *Lactantius*] Vid. *Divinar. inſtit. Lib.* II. C. 15. *p.* 254. ubi locus exſtat ex *Libro Hermetis*, qui περὶ ἀληθείας inſcriptus eſt.

(*g*) *Euſebius*] Vid. *Scaliger ad Graeca Euſebii p.* 409. De *Genicis Hermetis* ceterum lege, quae collegit *Fabricius Biblioth. Graec. Lib.* I. C. 11. *p.* 78.

Digitized by Google

ex qua poſtea partim in Graeciam tranſierunt. Praeter haec, in *Poemandro* Deus aliquoties φῶς καὶ ζωὴ, *lux & vita*, dicitur. Id in *Orphei* quoque ſelectis reperio ſententiis. Quare Aegyptium eſſe nil dubito. *Appendix Sermonis in monte*, quae ὑμνῳδία κρυπτὴ, *arcanum carmen*, dicitur, aliquot etiam veſtigia ſapientiae continet Aegyptiae, quae deinceps inde conſtituimus (*b*) eruere.

389 Credo, quonam ſpectet haec diſputatio noſtra, nulli obſcurum eſſe poſſe. Concedimus, quosdam ex Hermeticis libris aut totos eſſe commentitios, & a Chriſtianis *Hermeti* ſuppoſitos, aut a Chriſtianis multis alienis ſententiis commaculatos & corruptos. At negamus, omnes hoc numero habendos eſſe. Quosdam enim in Aegypto contendimus exaratos eſſe, atque ea comprehendere dogmata, quae ad *Hermetem Trismegiſtum* referre quondam ſolebant Aegyptii. In omnibus vero unum ſummum & altiſſimum Deum laudari atque praedicari, cernimus. Itaque integrum nobis eſſe putamus, ut horum librorum auctoritate id, quod ratum eſſe cupimus, confirmemus, Aegyptios unum ſummum Numen maxima religione precatos atque veneratos eſſe. Atque hanc mihi vocem ex priſcis Chriſtianorum doctoribus aliqui dudum praeiverunt. Princeps horum teſtimonium dicat (*i*) *Juſtinus Martyr*: Ἄμμων πάγκρυφον τὸ Θεὸν ὀνομάζει· Ἑρμῆς δὲ σαφῶς καὶ φανερῶς λέγει· Θεὸν νοῆσαι μὲν ἐστι χαλεπὸν, φράσαι δὲ ἀδύνατον. *Ammon Deum prorſus occultum nominat; Hermes vero clare & manifeſte dicit: Deum intelligentia comprehendere, difficile eſt, eloqui autem impoſſibile.* *Caſaubonus*, qui hunc *Hermetis* locum propterea falſitatis arguit, quod non diſſimile ejus aliquid in *Timaeo Platonis* legatur, praecipiti nimis animo judicat. Ecquis enim magnam eſſe neſcit diſciplinae *Platonis* atque veteris Aegyptiorum ſapientiae cognationem? Alter teſtis *Cyprianus* eſto; cujus haecverba ſunt: (*) *Hermes quoque Trismegiſtus unum Deum loquitur, eumque ineffabilem & inaeſtimabilem confitetur.* Quem locum *Cypriani* ab (*k*) *Auguſtino* quoque afferri video. Succedat *Lactantius*: (†) *Tbot antiquiſſimus & inſtructiſſimus omni genere doctrinae, adeo ut ei multarum rerum & artium ſcientia Trismegiſti cognomen imponeret: hic ſcripſit libros, & quidem multos, ad cognitionem divinarum rerum pertinentes, in quibus majeſtatem ſumini & ſingularis Dei aſſerit, iisdemque nominibus appellat, quibus nos Deum & patrem: ac, ne quis nomen ejus requireret, ἀνώνυμον eſſe dixit.* Multo etiam plura hujus generis apud (*l*) *Cyrillum* leguntur. Ego vero, quod tam longam atque copioſam ingreſſus ſum de his *Hermetis Trismegiſti* libris diſputationem, hanc mihi quo-

(*) De idolor. vanit. (p. 226. Opp.) (†) Lib. I. p. 30. (divin. inſtit. L. I. C. 6. p. 42.)

(*h*) *Eruere*] Dogmata haec omnia ea aetate inter Aegyptios audita, & a nonnullis publice propoſita fuiſſe, qua *Hermetis* libri litteris ſunt conſignati, nemo quidem ſanus dubitet. Quidnam vero credere nos cogat, ea non modo antiquiſſimis temporibus in Aegypto viguiſſe, ſed etiam in hac provincia primum nata, & ad Graecos inde propagata eſſe, equidem haud conſequor. Placuerunt haec ſententiae multis quoque aliis philoſophis, quibus Aegyptum adire numquam contigit: neque ejus ſunt generis etiam, ut in mentem nulli ſine magiſtro Aegyptio aut alio venire queant. Fatebor ego ingenue, quae inſtitutum eorum, a quibus hi libri *Hermetis* exarati ſunt, diligenter ponderanti in mentem venerunt. Qui *Hermetis* nomen ſuis praefixerunt libris, hac id potiſſimum de cauſſa fecerunt, ut, quae ipſi probabant & amplectebantur, dogmata vetuſtiſſima eſſe, ac ipſius *Hermetis*, aliis perſuaderent. Platonici, ad quos horum librorum aliqui, ut arbitror, pertinent, ideo nomen adſciscebant *Hermetis*, ut antiquiſſimum hunc ſapientem ab illis abhorruiſſe ſcitis, quae Chriſtiani ſuis inculcabant, & Deorum cultui faviſſe, demonſtrarent. Contra, qui ex Chriſtianis volumina protrudebant *Hermetis* nomine ſignata, hanc unam conſilii habebant rationem, ut magnum illum Aegyptiorum philoſophum ſuum fuiſſe, probarent. Hoc ipſum inſtitutum luculenter, ut mea fert opinio, docet, paucis inter Aegyptios placuiſſe ſententias omnes, his libris comprehenſas. Quodſi enim pub-

quoque in primis fuiſſe cauſſam, profiteor, ut ſanctorum horum virorum famam purgarem, atque vel fraudis & doli mali, vel etiam ſtultitiae & ſtupiditatis infamiam ab illis depellerem.

Quod reliquum eſt, viderit unusquisque, quemadmodum de his libris ſentire velit. Mihi, etiamſi horum deſtituar auctoritate, ſatis tamen aliunde praeſidii dabitur, quo Aegyptios, Deorum licet ſuperſtitione praeter modum contaminatos, unum tamen ſummum, omniaque virtute ſua continentem Deum coluiſſe, doceam. Mitto *Orpheum:* quem qui negat unum profeſſum eſſe rerum omnium parentem & auctorem, is nihil ejus legerit, neceſſe eſt. Atqui is omnium conſenſione, quae docuit, ex Aegyptiis didiciſſe perhibetur. Alia in promtu nobis ſunt teſtimonia luce clariora. *Apollonium Tyanaeum* ſupra (*) jam audivimus praecipientem, Indos & Aegyptios unum omnium altiſſimum Deum venerari. *Plutarchus* autem toto *de Iſide & Oſiride Libro* Aegyptios aſſumit Numini ſupplicaſſe uni omnium maximo, eumque τὸν πρῶτον Θεὸν, *principem Deum*, appellaſſe. In ipſo ſtatim limine libelli (†) tam multorum ſacrorum rituum atque myſteriorum, quibus Iſidem, Divam ſuam, Aegyptii coluere quondam, hunc unum fuiſſe ſcopum, declarat: Ἡ δὲ πρώτη, καὶ νοερὰ, καὶ νοητῶν γνῶσις, ἣν ἡ Θεὸς ἐνδελεχῶς ζητεῖν παρ' αὐτῇ καὶ μετ' αὐτῆς ἔνδον ἔχειν σωφρονεῖ. *Prima, rerum domini, ac ſola mente percipiendi cognitio Dei, quem Dea apud ſe quaerere jubet, ſecum degentem atque verſantem.* Poſtea principem Deorum Aegyptiis *Numen obſcurum & occultum* vocari, refert, atque, cur crocodilum ſimulacrum ejus & figuram conſtituerint, hanc rationem reddit: (§) Μόνῳ δὲ φασιν ἐν ὑγρῷ κυκωμένῳ τὰς ὄψεις ὑμένα λεπτὸν καὶ διαφανῆ ἐπιβάλλειν, ἐκ δὲ μετώπου καταχώμενον, ὥστε βλέπειν μὲν βλεπόμενον· Ὃ τῷ πρώτῳ Θεῷ συμβέβηκεν. *Adjunt, huic ſoli in humore verſanti oculos contegi a membrana tenui ac pellucida, quae a fronte deſcendat, ita ut videns non videatur ipſe: qua in re principi Deo reſpondet.* Quamquam & aliam eodem loco cauſſam profert *Plutarchus*, quae adduxerit Aegyptios, ut Dei naturam ſimilitudine quadam expreſſuri, crocodilon pingerent: Οὐ μὴν ἀδὲ ὁ κροκόδειλος αἰτίας πιθανῆς ἀμοιρεῖν ἔοικεν πρὸς, ἀλλὰ μίμημα Θεοῦ λέγεται γενέσθαι, μόνον μὲν ἄγλωσσον ὤν· Φωνῆς γὰρ ὁ θεῖος λόγος ἀπροσδεὴς ἐστι, καὶ δι' ἀψόφου βαίνων κελεύθου καὶ δίκης, τὰ ῥηκτὰ ἅμα καὶ ἄφθογγα δικῶν. *Crocodilus certe cultus ſui probabili cauſſa non deſtituitur: fertur enim exemplum exſtitiſſe Dei, ſolus animalium elinguis quum ſit: nimirum quia voce Numen nihil indiget, ſed iter juſtitiae citra ullum conficiens ſonum, res humanas juſte temperat.* Similiter (*m*) *Horus Apol-*

(*) P. 269. (†) (P. 352. Opp.) (§) (p. 381.)

lica fuiſſent iſta dogmata, quid opus fuiſſet *Hermetis* nomen adoptare, & ab hoc praeſidium veluti petere? Haec propter cautiſſimos nos eſſe oportere, decerno, antequam ita conſtituamus: Hoc in Hermeticis ſcriptis legitur. Ergo Aegyptium eſt dogma. Erunt fortaſſis, quibus contrarium verius videbitur, & haec placebit magis concluſio: Hoc in libris exſtat Hermeticis. Igitur vetus Aegyptium dogma haud fuit, ſed recentius inventum, & ut pro Hermetico facilius haberetur, his commentitiis voluminibus commiſſum fuit. Non ego negem, vetera quaedam Aegyptiorum decreta in his paſſim legi voluminibus. Supra enim jam ipſum poſtulaſſe inſtitutum horum veteratorum, profeſſus ſum, ut ſuas ſententias antiquis quibusdam ſcitis temperarent. At hoc ipſum etiam efflagitare inſtitutum, contendo, ne Aegyptium illud eſſe ſtatim ducamus, quod pro Aegyptio ab Hermeticis libris obtruditur, nec tam eſſe hodie quemquam rerum veterum Aegyptiacarum peritum judico, ut, quae vere Aegyptiaca ſunt, ab illis, quae falſo ita dicuntur, ſecernere queat.

(*i*) *Juſtinus M.*] In *Cohortat. ad Graecos p.* 37. *Opp.* Exſtat hoc *Hermetis* de Deo effatum initio *Epiſtolae* ejus *ad That.* Vid. *Caſauboni Exerc. in Baronium p.* 62.

(*k*) *Auguſtino*] *De Baptismo contra Donatiſtas Lib.* VI. §. 87. *p.* 126. *Tom.* IX. *Opp.*

(*l*) *Cyrillum*] *Lib.* I. *contra Julianum p.* 31.

(*m*) *Horus Apollo*] Locus, quem hic ſiſtit vir exi-

Digitized by Google

Apollo in *Hieroglyphicis* Aegyptios naturam infinite potentem venerat os esse, quae universum orbem & fecerit & moderetur, seu παντοκράτορα & κοσμοκράτορα, serpentisque imagine virtutes ejus oculis exhibuisse, refert: Ἐν μέσῳ αὐτῆ εἶναι μίμημα δεικνύουσι· ὁ γὰρ βασιλικὸς οἶκος αὐτῆ ἐστι τοῦ κόσμου. *In medio ejus imaginem domum effingunt ac repraesentant: mundus enim regia domus est.* Idem, qui factum sit, ostendit, ut serpentem Dei non verentur figuram facere Aegyptii: (n) Τὸ δὲ τρέφει χρῆσθαι τῷ ἑαυτοῦ σώματι, σημαίνει, τὰ πάντα ὅσα ἐν τῇ θείᾳ προνοίᾳ ἐν τῷ κόσμῳ γίνεται, ταῦτα πάλιν εἰς ἑαυτὸν μείωσιν εἰς αὐτὸν λαμβάνειν. *Quod vero velut cibo suo utatur corpore, significat id, quaecumque Dei providentia in mundo gignuntur, ea rursus in eumdem redire, & tamquam imminutionem sumere.* Et hanc ipsam *Taut* sive *Hermeti* Aegyptiorum fuisse cautam, ex *Sanchoniathone* (o) *Philo Byblius* praecipit, quare serpentem Diis aggregaret, ὅτι ἀθάνατός ἐστι, καὶ εἰς ἑαυτὸν ἀναλύει, *quoniam immortalis est, & in semet ipsum resolvitur.* Sed interdum quoque gemina divinitatem figura adumbrabant, atque serpenti adjungebant accipitrem: qua de re nobilissimi Aegyptiorum sacerdotis effatum affert (p) *Eusebius:* Τὸ πρῶτον ἀν θειότατον ὄφις ἐστὶν, ἱέρακος ἔχων μορφήν. *Unus omnium maxime divinus erat serpens ille, qui accipitris formam prae se ferebat.* Nonnumquam solus illis sufficiebat accipiter ad Dei naturam imagine declarandam. 391 Auctor est (q) *Plutarchus*, qui *Saide*, Aegypti oppido, in atrio templi cujusdam *senis*, *juvenis*, & *accipitris* figuras insculptas fuisse, prodidit: cujus triplicis figurae haec veluti vox fuerit & sententia: *vitae humanae non minus ortum, quam obitum, divinae virtuti atque voluntati subjectum esse.* Sed ad *Horum Apollinem* redeo, qui (r) duos

eximius, exstat *Lib.* I. *Cap.* 61. *p.* 75. Sed male illum ad Deum trahi, arbitror. Etenim hoc capite & quibusdam aliis *Horus* ille, quisquis demum sit, non Dei, sed regum aut bonorum aut malorum, imagines exponit. Index capitis hic est: Πῶς μιμοῦνται κοσμοκράτορα. Hic vocabulum κοσμοκράτωρ, quod magnificum est, induxit doctissimum virum, ut de summo hic Numine agi existimaret. Verum κοσμοκράτωρ apud *Horum* non tam auguste sumitur, sed regem late dominantem tantum significat. Docet id satis initium capitis, in quo βασιλεὺς vocabulo κοσμοκράτωρ jungitur, ut, de quo sermo esset, melius constaret. Πάλιν ὁ τὸν βασιλέα κοσμοκράτορα νομίζοντες καὶ μιμοῦνται, αὐτὸν μὲν ἔφυν ζωγραφοῦσιν. Quae ita reddi debere, manifestum est: *Rursus, quum regem potentissimum & late dominantem significare volunt, anguem itidem pingunt.* Neque male ideirco vir doctissimus, *Jo. Cornel.* de *Pauw*, in *Notis ad h. l. p.* 346. observavit, κόσμῳ in hoc nomine idem esse, quod κόσμου. Deinde vir doctissimus Graeca verba, quae corrupta esse patet & mutila, ex suo vertit sensu, non ex rei veritate. Apud *Horum* ita legitur: ὁ γὰρ βασιλικὸς οἶκος, παρ' αὐτῷ —— ἐν τῷ κόσμῳ. Quae, nescio, quemadmodum ita verti possint: *Nam mundus regium Dei palatium aut domus est regia. Jo. Mercerus Notis ad h. l. p.* 188. censuit, nomen κοσμῳ aut ὑπάρχει excidisse. Itaque locum sic convertit: *Regia enim domus, quae ab eo regitur, in mundo est.* Sed frigidam & puerilem prope hanc esse sententiam, per se manifestum est. Nuperus ergo *Henr. Apollinis* editor aliam sibi viam ineundam esse dixit, & locum ita restitui debere aurumavit: Ὁ γὰρ βασιλικὸς οἶκος παρ' αὐτῷ κόσμος ἐστὶν ὁ κόσμος. *Domus enim regia pro modo ejus imperii orbis est habitatus.* Et haec mihi durior videtur esse conjectura. Equidem non nimis disputandum esse putem, quemadmodum corrupto huic loco subveniendum sit, quum sensus sine ulla emendatione perspicuus sit. Anguis regis imago apud Aegyptios ex mente scriptoris hujus. In hujus anguis circulo domum collocant, quum regem mundo fere universo imperantem designare volunt. Domus ergo illa mundi est effigies. Ex quo haec nascitur sententia: *Nam domus regia regis ejusmodi ipse mundus est.* Nihil hic difficile vel impeditum. Num vox παντοκράτωρ ad Deum pertineat apud *Horum*, mox videbimus.

(n) Τὸ δὲ] Locus est *Lib.* I. *Cap.* 2. *p.* 5. Sed a viro doctissimo iterum, ut ego judico, non satis opportune ad rem praesentem refertur. *Horus* hoc in capite non declarat, quemadmodum Aegyptii Deum pinxerint, sed, mundi quae figura fuerit apud eos, explicat. Mundum, ait, expressuros Aegyptios, *serpentem* pingere, *qui finem ipsius caudam rodat.* Verbis ergo, quae hic afferuntur, rationem reddit, cur mundum ita pingant Aegyptii, nimirum, ut indicent, e mundi materia exstitisse omnia, & in eam denuo redire.

(o) *Philo Byblius*] Apud *Eusebium Praeparat.*

Digitized by Google

duos habet praeterea de Aegyptiorum Theologia locos valde memorabiles, quos praeterimittere nefas foret. Unus hic eſt: Παρ' αὐτοῖς τῶν παντὸς κόσμου τὸ διῆκόν ἐστι πνεῦμα. *Cenſent illi, ſpiritum eſſe aliquem, per orbem terrarum univerſum commeantem*, id eſt, Deum. Alter hoc ſeſe modo habet: Δοκεῖ αὐτοῖς οὐδὲν ἄνευ Θεοῦ μηδὲν ὅλως συνεστάναι. *Videtur Aegyptiis nihil omnino ſine Deo perdurare ac conſiſtere.* Nunc ad *Jamblichum* venio: cujus teſtimonio hac in re tanto majorem tribuere nos oportet auctoritatem, quanto ille ardentius in eam diligentiam incubuit, ut univerſam Aegyptiorum diſciplinam animo penitus comprehenderet ac imbiberet. Quo quidem in negotio tantum profecit, ut reſponſionem ad *Porphyrii Epiſtolam ad Anebonem*, ſacerdotem Aegyptium, adornaret, eaque totam Aegyptiorum ſapientiam explicandam ſibi ſumeret. (*s*) Is igitur primo Aegyptiorum de Deo doctrinam breviter hoc modo adumbrat: Γνωστὸς, ἐξηγημένος, μεσίτης, καὶ καθ' ἑαυτὸν ὑπερπεπλωμένος τε ἐν τῷ κόσμῳ δυνάμεων τε καὶ στοιχείων, ὁ δὲ γενέσεως καὶ φύσεως ὅλης καὶ τε ἐν αὐτοῖς στοιχείοις δυνάμεων πασῶν αἴτιος Θεός· ἅτε δὴ ὑπερέχων τούτων, ἄυλος, καὶ ἀσώματος, καὶ ὑπερφυὴς, ἀμιγὴς τε καὶ ἀμίεκτος, ὅλος ἐξ ἑαυτοῦ καὶ ἐν ἑαυτῷ ἀναφανεὶς, πρεσβεῖος πάντων τούτων, καὶ ἐν ἑαυτῷ τὰ ὅλα περιέχει, καὶ διότι μὲν συνείληφε πάντα καὶ μεταδίδωσιν. *Deus eſt ſeparatus, exemtus, ſublimis. & per ſe longe explicatus ſuper mundanas poteſtates & elementa. Deus totius naturae & generationis poteſtatumque elementarium omnium cauſſa his omnibus ſuperior eſt, & univerſa in ſe complectitur: eſt enim his praeſtantior, immaterialis, incorporeus, ſuper naturam, ingenitus, indiviſus, totus a ſe ipſo & in ſe ipſo abſconditus. Et quoniam in ſe complectitur omnia, ſeque ipſe omnibus mundi partibus communicat, ex iis eluxit.*

euangel. Lib. I. Cap. 10. p. 41.

(*p*) *Euſebius*] *Praeparat. euangel. Lib.* I. *Cap.* 10. *p.* 41.

(*q*) *Plutarchus*] *Libro de Iſide & Oſiride p.* 363. *T.* II. *Opp.* Quae hic vero legitur, ac ſi apud *Plutarchum* exſtaret, harum figurarum interpretatio ingenio potius *Cudworthi*, quam *Plutarchi*, debetur. Etenim hic tantum ſignificat, *infantem* & *ſenem* ortum atque interitum, *accipitrem* vero Deum deſignare.

(*r*) *Duos locos*] Alter exſtat *Lib.* I. *Cap.* 64. *p.* 77. quod caput inſcriptum eſt: περὶ παντοτρόπου, id eſt, ποικίλου. Ait vero *Horus*, illum, quem παντοτρόπον vocat, imagine anguis integri apud Aegyptios deſignari: quibus poſitis, verba illa ſubiicit, quae hic leguntur. Quorum quidem hanc eſſe ſententiam, *Joann. Corn. de Pauw Notis ad h. l. p.* 346. ſuſpicatur: *Ita apud eos anguis ſymbolum eſt ſpiritus per totum univerſum ſeſe diffundentis.* Non ego hanc expoſitionem improbo: at non poſſum tamen, quin addam, totum hunc auctorem admodum eſſe levem atque futilem, nec modo ſapientiae & juſti ordinis ignarum, ſed etiam ſermonis genere tam impedito & inconcinno plerumque uti, ut, quis ſenſus ejus ſit, admodum multis in locis anceps videatur. Ipſae praeterea figurarum Aegyptiacarum, quas affert, explicationes tam ſunt coactae, tam inficetae, tam denique a rebus ipſis remotae, ut facile appareat, ſi quod fuit ſymbolicum inter Aegyptios ſapientiae genus, non hunc eſſe, ex quo illud addiſci debeat. Quis ille παντοτρόπος ſit, quem anguis integri figura deſignari, hoc capite tradit, prorſus item incertum eſt. *Cudworthus*, cum quo nuperus editor conſentit, Deum illo vocabulo indicari, non dubitat. *Jo.* vero *Mercerus* reddit hoc nomen: *late rerum potiens.* Si is eſſet *Horus* ille, qui ſemper proprie & accurate loqueretur, ſuperiori accederem ſententiae. Nec enim Deo in primis hoc nomen deberi & dari, neſcio. Vid. *Jo. Caſp. Suicerus Theſauro eccleſiaſtico T.* II. *p.* 562. At quum ſermo hujus hominis quam longiſſime a proprietate abſit, vocabulisque mirum in modum ille abutatur, neſcio, an *Merceri* potius probanda ſit opinio. Hanc certe opinionem id non parum juvat, quod antecedentia capita de regibus humanis unice agant, nec in conſequentibus rerum divinarum ulla exſtet mentio: ex quo cogi videtur, hunc παντοτρόπον hominem etiam ſignificare magna inſtructum potentia, & nulli legi ſubjectum. Nec exempla hujus ſignificationis in illis deſunt auctoribus, qui recentius Graeco ſermone ſcripſerunt. Sed nihil definio: nec forte definire licet aliquid per hominis obſcuritatem & dicendi ſummam negligentiam. Alter locus, qui hic producitur, exſtat *Lib.* I. *Cap.* 13. *p.* 27.

(*s*) *Is igitur*] *Jamblichus de myſteriis Aegyptior. Sect.* VII. *Cap.* 2. *p.* 151. Sed non ita, ut hic, verba illa ibi leguntur, verum ordine inverſo. Ea enim, quae hic exordium conſtituunt, apud *Jamblichum* ultimo loco exſtant.

xit. Eximiam hanc eſſe Dei definitionem, nemo quidem ſanus negaverit. Quae ſi fuit Aegyptiorum, certe planum eſt & manifeſtum, unum eos Deum, rerum omnium auctorem & arbitrum, coluiſſe, neque plures Deos tempore ac poteſtate aequales venerari potuiſſe. Idem nos docet *Jamblichus*, Aegyptios res materia conſtantes & corporeas luti aut fluentis aquae figura deſignaſſe; Deum vero pinxiſſe *in loto arbore ſedentem ſuper lutum.* (t) *Quod*, inquit, *Dei eminentiam altiſſimam, qua fit, ut nullo modo attingat lutum ipſum: demonſtratque Dei imperium intellectuale, quia loti arboris omnia ſunt rotunda, tam flores, quam fructus.* Paullo poſt
392 Deum ita quoque interdum figuraſſe perhibet Aegyptios, ut ad navis ſederet gubernaculum. Inde progreſſus, quaeſtiones, quas *Porphyrius* Aegyptio ſacerdoti propoſuerat dirimendas, his verbis enumerat: (*) Βούλῃ σοι δηλωθῆναι, τί τὸ πρῶτον ἄκτιον ὑπάρχῃ ἔναι λεγόντων· πότερον νῦν, ἢ ὑπὲρ νῦν· καὶ μόνον, ἢ μετ' ἄλλων, ἢ ἄλλων· καὶ πότερον ἀσώματον, ἢ σωματικόν· καὶ εἰ τῷ δημιουργῷ τὰ αὐτά, ἢ ὑπὲρ τὸν δημιουργόν· καὶ εἰ ἐξ ἑνὸς τὰ πάντα, ἢ ἐκ πλειόνων· καὶ εἰ ὕλην ἴσασιν, ἢ σώματος πῶς πρῶτος· καὶ εἰ ἀγήρατον ὕλην, ἢ γηρατήν. *Poſtulas, tibi oſtendi, quidnam Aegyptii primam cauſſam eſſe cenſeant: utrum intellectum, an aliquid ſupra: utrum ſolum aliquid, an cum alio, vel aliis: & utrum incorporeum, an corporeum: deinde utrum ſit idem cum mundi opifice, an ſuperius opifice: praeterea an ex uno omnia, an ex pluribus: amplius an materiam primam agnoſcant, an corpora qualia: denique materiam ingenitam, an genitam ponant.* Quibus reſponſurus quaeſtionibus, ſic exorditur diſputationem: Καὶ πρῶτα μέν, ὦ πρῶτον ἠρώτησας, περὶ τούτου ἄκουε· πρὸ τῶν ὄντως ὄντων καὶ τῶν ὅλων ἀρχῶν ἐστι θεὸς εἷς, πρώτως καὶ ὡς πρώτου θεοῦ καὶ βασιλέως, ἀκινήτως, ἐν μονότητι τῇ ἑαυτοῦ ἱδρυτικῶς μένων· ἄτε δὲ νοητὸν αὐτῷ ὑπάρχοντος, ἄτε ἄπλο π. *Et de quo primum interrogabas, de eo primum audi. Ante eas res, quae vere ſunt, & ante principia univerſalium eſt Deus unus, prior etiam primo Deo & rege. Eſt ille immobilis, in ſolitudine ſuae unitatis permanens: neque enim intellectuale ei immiſcetur, neque aliquid aliud.* Fateor, haec, & quae ſequuntur, *Jamblichi* verba nonnihil obſcuritatis habere; atque erit fortaſſis, ubi lucem illis afferre clariorem, veramque hominis mentem explanare ſtudebimus. Hoc autem ſatis luculenter indicant, Aegyptios rerum omnium auctorem atque cauſſam ſimpliciter & perfecte unam profiteri, eamdemque omni humana intelligentia ſuperiorem opinari. Una vero *Jamblichus*, praeter hanc ſimpliciſſimam naturam, alias Aegyptios divinas *hypoſtaſes* venerari, ſignificat, perfectam nempe intelligentiam, mundique animam, quae ex nutu pendeant ſupremi Numinis, ejusque voluntati ſubjectae ſint. De his ita naturis (u) deinceps commentatur: Τὴν περὶ ἕκαστα καὶ ἐν τῷ ἑκάστῳ ζωτικὴν δύναμιν γινώσκουσι, καθαρόν τε νοῦν ὑπὲρ τὸν κόσμον τιθέασι. *Quin etiam vim vitalem tum ſupra coelos, tum in coelis cognoſcunt: item purum intellectum collocant ſupra mundum.* His qui nondum commovetur, ut Aegyptios plures ſtatuiſſe naturas ejusdem gloriae, ordinis, & poteſtatis, inficietur,

(*) Segm. VIII. Cap. 1. (p. 157.)

(t) *Quod, inquit*] *Jamblichus loc. indic. p.* 151. Συμφωνεῖ δ' τοῦτο ὑπάρχειν τι καὶ τὸν ἰσχὺν μὲν φαύσεως μοναδικῶς τ' ἰλύος, καὶ ἀγεμονίαν τινὰ καὶ ἡμερότητα ἰνδικοῦ· κυκλότερα δὲ πάντα ἀρᾷ τὰ τοῦ λωτοῦ, καὶ τὰ ἐν τοῖς φύλλοις ἴδια, καὶ τὰ ἐν τοῖς καρποῖς φαινόμενα.

(u) *Deinceps*] *Cap.* 4. *p.* 160.

(x) Καὶ ὅτως] Exſtant haec verba *Sect.* VIII. *Cap.* 3. *p.* 159. Eodem loco & illa leguntur, quae ſtatim conſequuntur de origine materiae. *Thom. Gale* melius, quam *Scutellius*, poſteriora haecce verba reddidit: *Deus materiam produxit dividendo materialitatem ab eſſentialitate.* Magnifica vero & obſcura haec vocabula nihil ſignificant, quam id, quod nos ita hodie clarius enuntiamus: *Materia rerum omnium ex Deo ſeu ex ipſa natura di-*

Digitized by Google

tur, eum, quae nunc afferemus, verba prorsus tamen jubebunt conquiescere: (x) Καὶ ἔστιν ἀπιδεῖν ἄχρι τῶν πλευτειῶν ἡ περὶ τῶν θείων Αἰγυπτίων πραγματεία ἀφ' ἑνὸς ἄρξαμένη, καὶ πρόοισα εἰς πλῆθος τῶν πολλῶν αὖθις ἀφ' ἑνὸς διηκουσῶν, καὶ πανταχῆ τὸ ἀορίστου φύσεως ὑπὸ πνος ὡρισμένης μίτρου, καὶ τὸ ἀνεπίτακτον ἑνιαίου τινὸς πέρατος. *Atque ita Aegyptiorum doctrina de principiis desuper ad inferiora progrediens, ab uno incipit, & desinit in multitudinem unius imperio gubernatam: & prorsus omnis indeterminata in se natura definitur & continctur aliquo certo termino, hoc est, suprema illa uniente omnia cauſſa.* Ultimam quaestionem hanc *Ansboni* posuerat *Porphyrius*: Creduntne Aegyptii, materiam ex infinito tempore per se exsistere, an vero eam factam & creatam putant? Respondet *Jamblichus*, *Hermetem* & Aegyptios *materiam* censere *a Deo factam & productam*, ὕλην ὑπὸ τοῦ θεοῦ ὑποστᾶσαν ἐκ τῆς ἀπολύτου οὐσιότητος, *ab essentialitate succisa ac subsciſſa materiaitate*, ut *Scutellius* Graeca reddidit. Hunc *Jamblichi* locum *Proclus* tangit *Commentario in Timaeum Platonis*, (*) ubi Deum *ineffabilem esse materiae cauſſam*, ἄῤῥητον αἰτίαν τῆς ὕλης, disputat. Verba, quibus utitur, haec sunt: Καὶ ἡ τῶν Αἰγυπτίων θεολογία τὰ αὐτὰ περὶ αὐτῆς φησιν· ὁ γέ τοι θεῖος Ἰαμβλίχος ἱστόρησεν, ὅτι καὶ Ἑρμῆς ἐκ τῆς ἀπολύτου τῆς ὑλότητος ὑφεστάναι βούλεται· καὶ δὴ καὶ εἰκὸς καὶ τοῦτο, τὸ Πλάτωνα τῇ παιδείᾳ περὶ τῆς ὕλης δόξαν ἔχειν. *Haec cum doctrina Aegyptiorum consentit traditio. Etenim divinus Jamblichus memoriae prodidit, Hermetem censuisse, materialitatem productam esse ex essentialitate*, (id est, principium materiae patiens ex agenti divinitatis principio.) *Et valde hinc est verisimile, Platonem in eadem fuisse de materia sententia*, quoniam nimirum *Hermetis* & Aegyptiorum legisse fertur vestigia. Nihil quidem hoc probabilius, si quidem id verum sit, quod idem hic de *Orpheo Proclus* scriptum reliquit: Ὅτι καὶ Ὀρφεὺς κατὰ τοῦτον τὸν λόγον ἀπὸ τῆς πρωτίστης τῶν νοητῶν ὑποστάσεως ὁρμᾶται τῆς ὕλης. *Orpheus pari ratione materiam derivat ex prima hypostasi intelligibilium*, id est, ex supremo omnium Deo. Agmen claudat (y) *Damascius*, qui *Libro de principiis* de Aegyptiis hac ratione commentatur: Αἰγυπτίους δὲ ὁ μὲν Εὔδημος ἀΐδιον ἀκριβῶς ἱστορεῖ· οἱ δὲ Αἰγύπτιοι καθ' ἡμᾶς φιλόσοφοι γενόμενοι, ἐξήνεγκαν αὐτῶν τὴν ἀλήθειαν κεκρυμμένην, εὑρόντες ἐν Αἰγυπτίοις δή τισι λόγοις, ὡς ἓν κατ' αὐτοὺς ἡ μὲν μία τῶν ὅλων ἀρχὴ σκότος ἄγνωστον ἰδιαιτάτη καὶ τρὶς τοῦτο ἀναφωνοῦμενον ὄντως· *Eudemus Aegyptiorum disciplinam parum accurate in litteras retulit. Qui vero nostris fuere temporibus, philosophi Aegyptii abstrusam Theologiae eorum veritatem aperuerunt. Sic enim in nonnullis Aegyptiorum libris scriptum invenerunt, unum esse ex sententia eorum principium, quod sub nomine ignotae caliginis, ter vocabulum hoc repetentes, celebrant.* Ignota haec *caligo* summi Numinis descriptio est, quod humanis mentibus incomprehensum esse, docere volebant.

Ipsa popularis Aegyptiorum religio & sapientia, ut nunc sublimiorem & arcanam dimittamus, tot, quibus cultum atque preces adhibebant Aegyptii, mino-

393

ri-

(*) p. 117.

divina emanavit: quod ab aeterno factum esse contendebant Platonici, e quibus *Jamblichus* erat. Ceterum ex hoc ego *Jamblicho*, tametsi retrusis Aegyptiorum mysteriis initiatus videri velit, nolim veterem Aegyptiorum disciplinam aestimare. Moris enim Platonicis illis erat, quidquid usquam de antiquorum philosophia traditum vel scriptum erat, id ad sua praecepta prorsus accommodare, quo omnis omnium gentium sapientia ad se unos divertisse videretur.

(y) *Damascius*] Haec *Damascii* verba in illis etiam legantur, quae ex inedito philosophi hujus opere *Jo. Christ. Wolfius* excerpsit *Anecdotor. Graecor. Tom.* III. *p.* 260. De hoc vero *Damascio* idem velim cogites, quod paulo ante de *Jamblicho* monui.

(x) *Il-*

Digitized by Google

ribus Diis unum ceteris majorem praefectum fuiſſe, argumentum non unum ſubminiſtrat. In his primum eſt, quod peculiare & proprium, quo ſummum illum Deum deſignarent, nomen habebant. Quemadmodum enim Graeci altiſſimum hunc Deum Ζεὺς, Latini *Jupiter* ſive *Jovis* vocabant: ita Aegyptii *Hammon* ſive *Ammon* eum appellabant. Conſtat id (z) *Herodoti*, cujus ante jam attulimus locum, auctoritate: cui pondus addit (a) *Origenes*, quem gente fuiſſe Aegyptium, notum eſt. Nec repugnat (b) *Plutarchus*, cujus verba ex *Libro de Iſide & Oſiride* recitabo: Τῶν παλαιῶν νομιζόντων, ἴδιον παρ' Αἰγυπτίοις ὄνομα τοῦ Διὸς εἶναι τὸ Ἄμμων, ὃ καὶ ἡμεῖς Ἄμμωνα λέγομεν. *Centent multi, proprium apud Aegyptios Jovis* (id eſt, ſupremi Numinis) *vocabulum eſſe Amous, quod nos* (Graeci) *pronuntiamus Hammon.* Addo locum *Heſychii* dicentis: Ἄμμως ὁ Ζεὺς, Αἰγυπτίως. *Ammous, quod Ariſtoteles teſtatur, idem eſt, qui* Ζεὺς. Nec alia de cauſſa evenit, quod ſcriptores Latini *Hammon* duplici nomine *Jupiter Hammon* nuncupare ſolent. Sed nec ſoli Aegyptii nomen illud *Hammon* ſummi Numinis proprium voluerunt eſſe vocabulum. Fecerunt idem Arabes, & omnes Africae populi. Quam in rem (c) *Lucani* verſus profero:

Quamvis Aethiopum populis Arabumque beatis
Gentibus atque Indis unus ſit Jupiter Ammon.

Quare non modo Marmarica, Africae provincia, in qua celeberrima ſita erat *Ammonis* hujus aedes, ab eo *Ammonis* dicta fuit; ſed etiam, quod *Stephanus* memoriae prodidit, univerſa Africa non raro *Ammonis*, quod Deus *Ammon* in ea coleretur, nominata fuit. Ipſe vero Deus hic Graecis nonnumquam Ζεὺς Λιβυκὸς, *Jupiter Libycus*, (d) dicebatur.

In vocabuli hujus *Ammon* ſive *Hammon* origines ſi quis velit curioſius inquirere, is, credo, ceteris omnibus eorum anteferendam eſſe ſententiam, judicabit, qui ab *Ham* ſive *Cham*, filio *Noachi*, natum eſſe illud, (e) ſuſpicantur. Hujus enim
394 poſteri in Aegypto ſibi in primis ſedes quaeſiverunt: nec modo in S. Litteris ab eo tota haecce terra *terra Chami* nominatur, ſed & ipſi Aegyptii Χημίαν ſive *Chemiam*, *Plutarcho* teſte, & *Ham*, *Hieronymo* auctore, regionem, quam tenent, vocarunt. Quae quidem non temere dicta eſſe, vel ex eo patet, quod adhuc Cophtitae Aegyptum *Chemi* nominant. Haec tamen minime obſiſtunt, ne deinceps Aegyptios vocem *Hammon* ita conſecraſſe arbitremur, ut ſolius illud ſummi Numinis eſſe vellent. Nam & Graeca vox Ζεὺς antiqui primum herois ſive hominis nomen fuiſſe dicitur; poſtea vero ad maximum Deorum a Graecis traducta eſt. Certe fieri potuit, ut, quod Graecos feciſſe conſtat, idem fecerint Aegyptii, atque res ab

(z) *Herodoti*] *Hiſtoriar. Lib.* II. *Cap.* 42. *p.* 105.

(a) *Origenes*] Verius *Celſus* apud *Origenem Libro V. contrà Celſum p.* 261.

(b) *Plutarchus*] *De Iſid. & Oſirid. T.* II. *Opp. p.* 354.

(c) *Lucani*] *Pharſalic. Lib.* IX. *vſ.* 517. 518.

(d) *Dicebatur*] Haec veterum teſtimonia probavit & latius perſequutus eſt *Gerh. Jo. Voſſius de idololatriae origine ac progreſſu Lib.* II. *Cap.* 11. *p.* 134. 135. & *Sam. Bochartus* in *Phaleg Lib.* I. *Cap.* 1. *p.* 6. 7.

(e) *Suſpicantur*] Princeps huius ſententiae auctor eſt *Sam. Bochartus* in *Phaleg Lib.* IV. *Cap.* 1. *p.* 204. 205. *ſ.* add. *Lib.* I. *Cap.* 1. *p.* 6. 7. apud quem etiam auctoritates illas, quae hic laudantur, reperies. Nec diſcedit ab hac opinione vir ſagacitſimus, *Jo. Marshamus*, *Canone chronico Aegypt. Saec.* I. *p.* 30.

(f) *Doctiſſimi homines*] *Sam. Bochartum* intelligit in primis, ex cujus *Phaleg Lib.* I. *Cap.*

Digitized by Google

ab hominibus virtute ſingulari praeditis geſtas, ſeu hiſtoriam heroum cum Theologia compoſuerint, atque miſtum ex utraque corpus conſtituerint. Quin etiam (*f*) doctiſſimi exſtiterunt homines, quibus Ζεὺς ille, quem Graeci venerati ſunt, a *Cham*, filio *Noae*, quem Aegyptii Diis poſt obitum aggregarunt, non diſſerre viſus eſt. Quam eorum opinionem non omnis ratio deſtituit. De nominibus nihil dicam, quorum ingens tamen eſt affinitas. *Cham* enim *ardorem* ſive *calorem* ſignificat. Ζεὺς vero Graecorum Grammatici ex ζέω natum eſſe cenſent. At ſi quis ea, quae de *Saturno* & *Jove* cecinerunt poëtae, cum his conferat, quae ſacrae litterae de *Noah* & *Chamo*, filio ejus, narrant, nae ille maximam utraque ſimilitudinem inter ſe habere ſentiet. Itaque *Herodoti* non eſſe ſpernendum teſtimonium, quod antea produximus, intelligitur, qui Graecos omnia fere Deorum ſuorum nomina, ne ipſo quidem nomine Ζεὺς excepto, ab Aegyptiis accepiſſe, perhibet.

Si qui tamen ſunt, qui ſolem ab Aegyptiis ſub nomine *Hammon* interdum eſſe cultum contendunt, iis, quod ad rem ipſam attinet, haud magnopere (*g*) repugnaverim. Scio enim, Graecis quoque id in more poſitum fuiſſe, ut ſolem ſaepenumero vocabulo Ζεὺς honeſtarent, eoque ſub nomine adorarent. Atque ipſum nomen *Hammon* favet illis, qui ſic ſentiunt. חמה enim Hebraeis non modo *fervorem*, ſed etiam *ſolem* denotat: unde & חמנים *Chamanim* deſcendit. Sed id inde haud conſequitur, ſolem, qui in ſenſus noſtros incurrit, pro ſummo omnium Deo ab Aegyptiis eſſe habitum; quod Graecorum ſatis exemplo patet, qui, tametſi vocabulum Ζεὺς ſoli accommodarunt, eum tamen primo inter Deos gradu nullo modo poſuerunt. Omnis ſcilicet gentium ante natum Servatorem religio, id quod jam aliquoties animadverti juſſi, miſta quaedam & confuſa moles erat ex antiqua hiſtoria, praeceptis phyſicis, & ſcientia rerum divinarum nullo ordine conflata. Sed ſi ipſos tantum loqui ſinamus Aegyptios, facile, opinor, id a nobis impetrabunt, ut cum iis diſſentiamus, qui voce *Ammon* nullum alium Deum, praeter ſolem, aut, quod aliquos exiſtimare novi, mundum corporeum ſive rerum naturam ab illis indicatam eſſe, arbitrantur. Conſulti nimirum Aegyptii de vera notione vocis *Ammon*, lingua ſua reſpondent, eam *naturam* ſignificare *abditam*, *retruſam*, & *occultam*. Sic *Manetho*, antiquus Aegyptiorum ſacerdos: ſic etiam *Hecataeus*, qui *de Aegyptiorum philoſophia* commentatus eſt, (*h*) *Plutarcho* auctore: Μανεθὼς μὲν ὁ Σεβεννύτης τὸ κεκρυμμένον οἴεται καὶ ἀφανὲς ὑπὸ ταύτης δηλοῦσθαι τῆς φωνῆς· Ἑκαταῖος δὲ ὁ Ἀβδηρίτης φησὶ τοῦτο καὶ πρὸς αὐτοὺς τοῦ μεγάλου χρῆσθαι τοὺς Αἰγυπτίους, ὅταν περὶ αὐτοῦ διαλέγωνται· σημαντικὴν γὰρ εἶναι τὴν φωνὴν διὰ τὸ πρῶτον εἶναι, καὶ κεκρυμμένον ὄντα, σημαινομένων δὲ καὶ προσκαλουμένων ἐμφανῆ γενέσθαι καὶ δῆλον αὐτοῖς, Ἀμοῦν λέγοντας *Manetho Sebennita ea voce occultatum & occultationem judicat ſignificari. Hecataeus autem Abderita hoc verbo in-*

Cap. 1. *p.* 7. 8. hauſta ſunt argumenta, quae hic afferuntur, ad probandam *Chami* & *Jovis* cognationem. Verum recte meo quidem judicio repugnat huic opinioni *Jac. Perizonius* in *Originib. Aegyptiacis Cap.* 5. *p.* 76. 77.

(*g*) *Repugnaverim*] Lege hac de re *Voſſium de origine & progreſſu idololatr. Lib.* II. *Cap.* 11. *p.* 134. 135.

(*h*) *Plutarcho*] *Libro de Iſide & Oſiride p.* 354. *T.* II. *Opp.* In hoc vero loco deſcribendo, metuo, ne vir doctiſſimus cauſſae ſuae quodammodo ſerviverit. Omiſit enim verba quaedam, quae opinionem illorum confirmant, quam paullo ante repudiaverat, Aegyptios totam rerum naturam pro ſummo & principe Deo habuiſſe. *Plutarchus* ita loquitur: Διὸ τὸν πρῶτον Θεὸν τὸ καθ' ἑαυτὸν νοούμενον, ὃν ἀΐδιον καὶ ἀπροσδεᾶ καὶ ἀκίνητον ὄντα. *Quamque Aegyptii ſummum & primum Deum eumdem eſſe cenſeant, quam rerum univerſitatem, idcirco eum tanquam obſcurum & latentem invocant.* At lege tamen, quae paullo poſt de his ipſis verbis diſſerit vir egregius.

invicem uti Aegyptios ait, quum alter alterum vocat: esse enim vocem indicativam. Itaque & principem Deum, utpote obscurum & absconditum, vocari ab iis & orari, quum Amun
395 *dicunt, ut prodat se ac conspiciendum praebeat.* Et hanc sine dubio in animo habuit notionem (*i*) *Jamblichus*, quum his verbis veram indolem Dei, quem *Ammon* vocarunt Aegyptii, declararet: Ὁ δημιουργικὸς νοῦς, καὶ τῆς ἀληθείας σπουδαστὴς καὶ σοφίας, ἐρχόμενος μὲν εἰς γένεσιν, καὶ τὴν ἀφανῆ τῶν κεκρυμμένων λόγων δύναμιν εἰς φῶς ἄγων, Ἄμμων καὶ τῇ τῶν Αἰγυπτίων γλώσσῃ λέγεται. *Opifex quippe mens, quae & veritatis cultos & sapientiae, quatenus ad generationem sapienter descendit, & incognitam rationum latentium vim producit in lucem, lingua Aegyptiaca dicitur Amun.* Ergo quid apertius est, quam hoc, nomine *Hammon* non universe Aegyptios summum designasse Deum, qualiscumque demum foret, sed Deum simul *abditum, ab oculis remotum*, & *corpore vacuum*?

Hic vero non possum, quin moneam, ipsas sacras litteras *Hammonis* hujus, Aegyptiorum Numinis, meminisse, valde mihi probabile videri. Quod quoniam ab interpretum vulgo (*k*) neglectum esse intelligo, quod hic paucis exponatur, dignissimum judico. Itaque de isto Deo hunc *Jeremiae* locum intelligi debere, opinor: (*) *Ait Jehovah exercituum, Deus Israëlis: ecce ego animadversurus sum* אל־אמון נא (id est, non in multitudinem No, sed) *in Ammon* (Deum) *No, in Parbonem, & in Aegyptum, & in* (reliquos) *Deos ejus, & in omnes regulos ejus, & in eos, qui confidunt ei: & tradam eos in manum quaerentium animam ipsorum, nempe in manum Nebucadnezaris, regis Babyloniae.* Hujus oraculi quo rectè capiamus sententiam, hoc teneamus in primis, necesse est, antiquis gentibus in more fuisse positum, ut, si quam provinciam aut urbem propriis & peculiaribus nominibus Deos illos, quorum se tutelae commisisset, compellare novissent, ipsa oppida illa sive gentes Deorum, quos venerarentur & colerent, nominibus vulgo distinguerent ab aliis. Ipse sacer codex hanc loquendi consuetudinem imitatus est. Ita Moabitae *gens Chemos* nominantur *Num.* XXI. atque Dii Damasci Achas dicuntur cladem attulisse, quem Syri tamen fuderant, 2. *Chron.* XXVIII. Haec loquendi ratio aliam non dissimilem peperit. Quaecumque enim in gentes quasdam sive suscipiuntur & tentantur, ea in Deos eorum tentari dicuntur atque suscipi. Ita *Jeremias*, populum Moabiticum captivum abductum iri, significaturus: *Tu capieris*, inquit, *& Chemosch in deportationem exibit. Jerem.* XLVIII. 7. Pari modo Babylonis interitum praedicit *Esaias C.* XLVI. 1. *Procubuit Bel, reflexus est Nebo, abducti sunt in exsilium.* Neque aliis fere formulis *Jeremias* excidium huic genti minatur: *Animadvertam ego in Belum Babylone, & extraham, quod deglutit, ex ore ejus, neque confluent ad eum amplius gentes, & jam murus Babylonis corruet.* Atqui *Belus*, quod (*l*) *Herodotus* testatur, non secus summi omnium Numinis cognomen inter Babylonios erat, atque *Ammon* inter Aegyptios: quem utraque tamen gens superstitioso ritu colebat & venerabatur. Sicut igitur, quae in hisce locis *Belo* in-

(*) Cap. XLVI. 25.

(*i*) *Jamblichus*] *De mysteriis Aegyptior. Sect.* VIII. *C.* 3. *p.* 159.

(*k*) *Neglectum*] At *Sam.* tamen *Bochartus* ita jam hunc locum *Jeremiae* expositerat *Phaleg. Lib.* I. *Cap.* 1. *p.* 5. 6. *Amon de No, id est, Deum Ammon, in cujus honorem consecratum fuit fanum in urbe No.* Mihi autem, ut verum fatear, etsi haec ingeniosa sit interpretatio, magis tamen arridet illa, quam *Hug. Grotius Comm. in h. l. p.* 258. & plerique interpretes sequuntur, qui vertunt: *multitudinem seu populum urbis No.* Postea enim Deorum demum mentio fit, in quos animadversurus sit Dominus: nec credibile est, sanctum vatem principem Deum a reliquis Diis, id est, patrem a fami-

Digitized by Google

indicuntur, calamitates & ſupplicia ipſis reapſe Babyloniis denuntiantur, ita, quod *Jeremias* vaticinatur, *Ammonem*, ceterosque Aegyptiorum Deos exturbatum & caſtigatum iri, id ipſius populi Aegyptiaci perniciem & interitum ſignificat. Nec id ipſe ſanctus vates ſilentio praeterit. *No*, ſi recte conjicio, totius Aegypti caput erat. Quocirca maximus cum veterum Aegyptiorum, tum hujus urbis Deus, *Ammon*, ſancto homini *Ammon No* dicitur. Urbs viciſſim *No* in ſacris litteris itidem ab hoc Deo cognomen accipit, atque tum *No-Ammon*, tum *Ammon-No* appellatur. Illo nomine *Nahum* eam deſignat *Nah.* III. 8. *An melius eſſet tibi, quam No-Ammon*, id eſt, illi oppido, in quo *Ammon* divinis honoribus afficitur. (*m*) Qui hoc dictum de oraculo Ammonis, in provincia Marmarica ſito, exponunt, atque *No* non eſſe proprium nomen, ſed *habitationem* ſignificare, volunt, manifeſtum errorem committunt. *No* enim urbis eſſe nomen Aegyptiae, omni prorſus dubitatione caret. Alterum, quod diximus, nomen *Ezechiel* huic urbi imponit *Cap.* XXX. 20. *Effundam excandeſcentiam meam in Sinem, robur Aegypti, &* 396
exſcindam Ammon-No. Hic *Sin Peluſium* eſt: *Hammon-No* vero ſeptuaginta interpretes reddiderunt *Dioſpolis*, quod eſt, *urbs Jovis*, Aegyptii nimirum Jovis, ſeu *Hammonis.* Dioſpolis alioquin Thebae dicebantur Aegyptiae, quae in urbibus Aegypti principem olim locum obtinebant. At Aegyptium ejus urbis Nomen *No* videtur fuiſſe. Quumque ceterorum Deorum princeps atque pater ibi coleretur, ideo *Hammon-No* & *No-Hammon* vocata eſt; ſicut ipſe Deus id huic oppido debet, quod interdum *Ammon-No* nuncupatur. Grave huic ſententiae momentum (*n*) *Platonis* addit auctoritas, qui de *Theuth* ſive *Thoth*, *Hermete* Aegyptiorum, verba faciens, *Ammon* diſerte refert praecipuum atque proprium Thebarum Aegyptiarum ſeu Dioſpoleos Deum fuiſſe: Βασιλεὺς δὴ αὖ τότε ὅλης Αἰγύπτου ἦν Θαμοῦς, ὠκεῖτο δὲ μεγάλην πόλιν ἐν ἄνω τόπῳ, ἣν οἱ Ἕλληνες Αἰγυπτίαν Θήβας καλοῦσι, καὶ τὸν θεὸν Ἄμμωνα. *Erat tunc totius Aegypti rex Thamus, & in eminentiſſima ampliſſimaque civitate, quas Graeci Aegyptias Thebas appellant, Deumque ipſum Ammonem vocant.* Non ſum neſcius, (*o*) viros eſſe doctiſſimos, qui non Dioſpolin, ſed Alexandriam potius, a ſancto vate deſignari, autumant. Hanc eis opinionem *Nahum* ſuggeſſit, qui poſt illud hujus urbis excidium, quod *Jeremias* & *Ezechiel* comminati ſunt, oracula ſua fudiſſe videtur, atque oppidum iſtuc *ſitum fuiſſe inter rivos, mareque munitionis loco habuiſſe* ſignificat. Quis vero facile ſibi perſuadeat, ſanctum hominem urbi praedixiſſe exitium, quae tum nondum condita erat, longoque deinceps intervallo ab *Alexandro Magno* exſtructa eſt? Nobis illud *Nachumi* dictum haud officit, qui nomine illo univerſam Aegyptum, cujus caput *No* erat, commode indicari potuiſſe, cenſemus. Haec enim inter rivos & flumina jacet, binisque maribus, rubro & mediterraneo, tamquam vallo, communitur. Atque haec hactenus de Aegyptiorum Jove, ſive ſummo & altiſſimo Deo, quem *Hammon* vocabant.

No-

miſia ſua, aliis rebus interiectis, ſejunxiſſe.

(*l*) *Herodotus*] Non memini, *Herodotum* hoc ſcriptum reliquiſſe. Forte *Diodorum Siculum* nominare voluit vir doctiſſimus, apud quem haec exſtant *Biblioth. hiſtoricae Lib.* II. *p.* 69. Διὸς, ὃν καλοῦσι οἱ Βαβυλώνιοι Βῆλον, h. e. *Dei ſupremi aut Jovis, quem Babylonii vocant Belum.*

(*m*) *Qui hoc dictum*] Tacite *Gerh. Jo. Voſſius* perſtringitur, qui hanc ſententiam eruditc tueri ſtudet *de origine Idololatr. Lib.* I. *Cap.* 32. *p.* 89. *A Cudworthi* ſententia *Bochartus* iterum ſtat *Phaleg. Lib.* I. *Cap.* 1. *p.* 6.

(*n*) *Platonis*] In *Phaedro p.* 356. *Opp.*

(*o*) *Viros - doctiſſimos*] Interpres Chaldaeus, *Druſius*, *Hieronymus*, & multi alii: Vid. *Voſſius l. c. p.* 89 quos itidem *Bochartus* reiicit *loc. indic. p.* 6. Quamquam hic alia, quam *Cudworthus*, ratione diſſentientibus occurrit.

Digitized by Google

Novum nobis argumentum, quo Aegyptios non plures Deos genere, ordine, atque poteſtate pares, verum unum omnium maximum & praeſtantiſſimum Numen, univerſam rerum naturam ſuo continens complexu atque adminiſtrans, coluiſſe, convincamus, praeſtantiſſimum illud antiquitatis Aegyptiae monumentum nobis ſuppeditat, quod (p) *Plutarchus*, & alii poſteritati conſervarunt. Inſcriptionem illam intelligo, qua templum *Saide*, Aegypti oppido, condecoratum olim fuit: *Ἐγώ εἰμι πᾶν τὸ γεγονὸς, ᾖ ὂν, ᾖ ἐσόμενον, καὶ τὸν ἐμὸν πέπλον οὐδείς πω θνητὸς ἀπεκάλυψεν. Ego ſum omne, quod exſtitit, eſt, & erit, meumque peplum nemo adhuc mortalium detexit:* Equidem fore aliquos vereor, qui, quem haec inſcriptio laudat, Deum unam eſſe, qua haec rerum conſtat univerſitas, materiam, ſenſus atque vitae inopem, ſuſpicentur, atque ſic *Chaeremoni*, quem ſupra caſtigavimus, quod nullum fuiſſe alium Aegyptiis Deum cenſuerit, quam materiam, fidem habendam eſſe, putent. Verum hos, ut ab iſta conjectura deſiſtant, exiguo compellemus negotio. Primo Deus ille, quem inſcriptio celebrat, non eſt congeſta quaedam ex variis partibus materiae moles, aut congregatio quaedam & conjunctio individuorum corpusculorum, nullo naturali vinculo colligatorum, ſed *una res*, quae ſimul eſt *omnia*. Sic & *Iſidis* naturam explicat altera inſcriptio, in ara Divae huic conſecrata reperta, quam deinceps ad inſtitutum noſtrum accommodabimus: *Tibi, una, quae es omnia.* Duo deinde in iſto, quem inſcriptio laudat, Deo ſeparatim conſideranda ſunt: primo exterius aliquid, ſive peplum, tum interius aliud, arcanum & reconditum. Senſus verborum hic unus mihi videtur eſſe: (*) *Ego ſum omne illud, quod fuit, quod eſt, quodque futurum eſt: tota rerum natura nihil eſt, niſi ipſe ego, verum peplo circumdatus: at ſplendorem meum nudum, nec ullo velo tectum nemo unus mortalium aut oculis contueri, aut mente comprehendere poteſt.* Quae quidem ſimiliter intelligi debent, atque ſi ſolem ita loquentem audiremus: Quidquid iris colorum trahit, id ego ipſe ſum, meumque ſimplex & unicum lumen, variis modis inflexum atque temperatum, in omnibus iſtis coloribus cernitur: atque hoc lumen, quum mite ſit & lene, facile tolerant mortalium oculi: ipſam vero fulgentem faciem meam, nulla nube & caligine obductam, nemo unus hominum, niſi qui aciem ſibi concupierit obtundi, & oculos hebeſcere, contemplari poteſt. Itaque hanc Dei deſcriptionem non nimis ab ea remotam eſſe, liquet, quam ipſe olim Deus *Moſi*
397 tradidiſſe legitur: *Poſteriora mea videbis, ſed ipſam faciem meam nemo intueri poteſt.* Namque haec verba pariter cum exterius aliquid & ſpectabile, tum interius aliquid & abſtruſum, quod nec oculus nec mens capiat ullius hominis, in Deo oſtendunt ac diſtinguunt. Quare ſic ea (q) *Philo* interpretatur: *Αὔταρκές ἐστι σοφῷ, τὰ ἀκόλουθα καὶ ὅσα μὴ τὸ θεὸν γνῶναι· τὴν δὲ ἡγεμονικὴν οὐσίαν ὁ βλέμμασι κατιδεῖν ἀδύνατος, τῷ πρόσθεν φανεῖσαν πρὸ ἀκτίνων περὶ ἐκεῖνον πηχέως ἕξει. Sufficit ſapienti ea, quae poſt Deum ſequuntur, cognoſcere. Principalem autem illam eſſentiam ſi quis velit intueri, nimio radiorum fulgore prius, quam eam videat, occoecabitur.* Uti hic, quod *Philo* opinatur, *poſteriora Dei* opera deſignant Dei, quae virtutes ejus, potentiam, ſapientiam, & bonitatem de-

(*) *Ἀφανὴς ἅμα καὶ ἐμφανὴς, inviſibilis ſimul & manifeſtus.* Ita *Proclus* de hoc Aegyptiorum Numine in Timaeum p. 30.

(p) *Plutarchus*] *De Iſid. & Oſiride p. 354. T. II. Opp.*

(q) *Philo*] *Libro de profugis p. 474. Opp.*

(r) *Athenagoras*] *Legat. pro Chriſtianis Cap. 19. p. 86.*

(s) *Jamblichus*] *De myſteriis Aegyptior. Sect. VIII.*

Digitized by Google

declarant: ita eadem opera in noſtra inſcriptione peplum ſeu externus Dei amictus, aut ipſe Deus velo tectus vocantur. Nullo igitur modo fieri poteſt, ut is Deus, cui haec inſcriptio decreta eſt, mundus hicce ſit, quem oculis cernimus, materia conſtans, vitaeque ac conſilii expers. Hujus enim mundi partes omnes atque membra cunctorum conſpectui ſunt expoſita, neque habent idcirco aliquid, quod ſenſus atque aciem fugiat mortalium. Si quid difficultatis ſupereſt aut dubitationis, id omne nomen Dei, cui templum illud conſecratum, atque haec inſcriptio dedicata fuit, dirimet. Deus iſte Aegyptiorum ſermone *Neith* (*) dicitur: quae vox vocabulo Ἀθηνᾶ inter Graecos, & Latinorum *Minerva* reſpondet; quae duo verba *ſapientiam & intelligentiam* ſignificant. Ergo quid apertius, Deum hunc non eſſe Numen ſenſu deſtitutum & conſilio, quale materia eſt, quam Numinis loco habent religionum irriſores, ſed mentem? (r.) *Athenagoras* auctor eſt, priſcis Theologis Ἀθηνᾶν ſive *Minervam* denotaſſe proprie † φρόνησιν διὰ πάντων διήκουσαν, *ſapientiam ſive mentem per totam rerum naturam intentam & commeantem.* Qua quidem definitione nihil aptius eſt ad inſcriptionis hujus vim & ſententiam explanandam. Illi ſcilicet veterum, qui Deum eſſe mentem praecipiebant, ſive naturam ab omni concretione corporea ſecretam prorſus & abſtractam, haud idcirco ſemper eum, qualis in ſe eſt, a materia nimirum disjunctum & ſegregatum, conſiderabant. Contra ſaepenumero Deum conjuncte cum omnibus, quae perfecit atque procreavit, ſpectabant, atque ut naturam, mundum ex ſeſe gignentem, ac per omnes ejus partes vim ſuam longe lateque diffundentem, ob oculos ſibi ponebant. Ex quo evenit, ut Deum eſſe omnia, certa ratione tueri poſſent. Sic *Horum Apollinem* audivimus antea, quum diceret, Aegyptiis Deum eſſe *naturam ſponte ſua totum orbem permeantem, atque in res ſeſe omnes abdentem & inſinuantem*, eosdemque, *nihil omnino ſine Deo permanere & conſiſtere poſſe*, putare. Atque hac ratione (s) *Jamblichus de myſteriis Aegyptiorum* inſcriptionem, cujus hic res agitur, explicat. Poſtquam enim Aegyptios cum in univerſa diſciplina ſua, tum in ſacris caerimoniis admonere homines, docuerat, ut, ſpretis terrenis corporeisque rebus, animos ad Deum corpore vacantem, rerumque omnium effectorem, attollerent, ita pergit: Ἑρμῆν οὖν ἡ αὐτὴν † ὁδὸν ὁ Ἑρμῆς· ἑρμηνεῦσαι δὲ Βίθυς προφήτης Ἄμμωνι βασιλεῖ, ἐκ ἀδύτων ἱερὰν ἀναγεγραμμένην ἐν ἱερογλυφικοῖς γράμμασι τῇ Σάϊν † ἐν Αἰγύπτῳ, τί τε ὁ θεὸς ὅμοιον περιέχοντα τὸ πάντα δι' ὅλου διῆκον κόσμου. *Mercurius autem etiam hanc viam tradidit, eamque Bithys prophetа inventam in ſacrariis Sain in Aegypto hieroglyphicis litteris ſcriptam regi Ammon expoſuit, ut & Dei nomen illud, quod per omnia penetrat.* Hoc numen illud *Neith* eſt, ſive *Athena*, quod ſic deſcribitur: *Ego ſum omnia, quae fuerunt, quae ſunt, quae futura ſunt, meumque velum nemo tollet mortalium.* Hic facere non poſſum, quin animadvertam, Graecorum Ἀθηνᾶν, quemadmodum nulla eſt alia, quam Aegyptiorum *Neith*, ita etiam, non ſecus atque Deam hanc, pepli ſui nomine clariſſimam olim atque celeberrimam fuiſſe. *Peplum*, inquit *Servius*, *eſt proprie picta palla feminea, Minervae conſecrata.* (†) Nota ſunt, quae Athenis priſco & ſolemni ritu agi-

(*) Νεῖθος apud Proclum in Timaeum Plat. p. 30.

(†) Μίαν τὴν ἀυτὴν θεὸν ἱδρύσθαι τῆς τε Σαΐτιδος καὶ τῆς Ἀθηνᾶς. *Saïs & Athenae uno eodemque Numine uelari uoluerunt.* Proclus in Timaeum p. 30. qui affirmat etiam, Theopompum narrare, Athenienſes Saitarum fuiſſe coloniam.

VIII. *Cap.* 5. *p.* 161. His vero *Jamblichi* verbis inſcriptionem illam, quae apud *Plutarchum*

Digitized by Google

agitabantur, Magna Panathenaica, in quibus nobilitate praestantes feminae velo hoc, quod ipsaemet artificiosissime contexuerant, signum Deae totum obtegebant. Qui quidem mos in eam nos adducit sententiam, ut statuam Deae Aegyptiorum *Neith* in templo *Saitano*, quod & ipsa significare videtur inscriptio, non aliter ac Athenienſium *Minerva* sive *Artemis*, velo quoque sive peplo exornatam fuisse, suspicemur. Ejus autem haec vis erat atque ratio, ut divinam naturam a nemine
398 mortalium neque oculis conspici, neque mente comprehendi posse, doceret accedentes, simul vero commonefaceret, ipsum Deum corporeum sibi hunccе orbem, qui cernatur, tamquam velum, circumdedisse; quem orbem propterea, ut varium & multiformem unius Numinis amictum, spectare conveniat. His omnibus

est, explicari, non video. Quod enim Bithys dicitur Ammoni nomen illud Dei significasse, quod per omnia permeat, id nondum significat, ita inscriptione summum & princeps Aegyptiorum Numen indicari. Nec id mentio *Sais* oppidi apud *Jamblichum* efficit.

(*t*) *Proclus*] Aequum est, ipsa *Procli* verba, quum a *Plutarchi* vocibus nonnihil deficiscant, describere ex *Comm. in Timaeum Platonis Lib.* I. *p.* 30. Λέγεται ὁ ἱστορίας, ἐν τῷ ἀδύτῳ τῆς θεᾶς παρεγγεγραμμένον εἶναι τὸ ἐπίγραμμα τοῦτο· τὰ ὄντα, καὶ τὰ ἐσόμενα, καὶ τὰ γεγονότα ἐγώ εἰμι· καὶ ἐμὸν χιτῶνα οὐδεὶς ἀπεκάλυψεν, ὃν ἐγὼ καρπὸν ἔτεκον, ἥλιον ἐγένετο.

(*u*) *Commeat*] [Sed contra vid. *Jablonsky Diss. de Neitha* in *Miscellan. Lipsiens.* T. VI. *p.* 448. Sed mentem aliter exponit & me laudat in *Pantheo Aegyptiaco Lib.* I. *c.* 3.] Saitanam hanc inscriptionem, ut apud *Plutarchum* legitur, pollicitus est ex instituto sese explicaturum esse vir longe doctissimus, *Petrus Zornius*, *Bibliothecae antiquario-exeget. Tom.* I. *p.* 655. Quod dum faciat, ego, quae mihi in mentem venerunt, attentius illam considerauti, hoc in loco exponam: idque tanto libentius, quod viros video doctissimos summum illi pretium ponere, nec modo non dubitare, celtissimi omnium Numinis eam esse descriptionem, sed etiam cum sacrarum litterarum de Deo effatis conferre haud vereri. Vid. ex multis *Godofr. Olearius Diss. de rebus gestis Pauli in urbe Atheniensium* §. 17. *p.* 20. *s.* qui ignotum Athenienſium Deum hanc ipsam fuisse pugnat Minervam Saitanam & simul unum illud, quod omnia fecit, Numen. (I.) Igitur dissiteri primum nequeo, valde mihi hanc inscriptionem suspectam & nullius auctoritatis videri. *Plutarchus* templum Saitanum publice eam ostendere significat. Verum *Proclus* narrare refert Aegyptios, eam in *adyto* seu intimis templi recessibus, quo nemini, praeter sacerdotes, vix patebat, repertam esse. Itaque nemo viderat hanc inscriptionem, sed ad sacerdotum Saitanorum fidem omnia redeunt, qui perhibuerunt, in sacrariis templi intimis talem sibi oblatam esse inscriptionem. Hoc autem hominum genere quis ignorat vix aliquid fallacius exstitisse? Ipsa deinde inscriptio novitatem suam, nisi prorsus fallor, declarat. Etenim, ut omittam, *Neith*, Aegyptiorum Deam, & *Minervam*, Numen Graecorum, in ea manifesto componi, id quod observavit jam *Cudworthus*; quae ratio diversorum populorum Numina confundendi recentior est, nec antiquorum temporum mores sapit: perspicuum est, cultum *Neith*, qualiscumque demum ista fuerit, in ea ad rationem & philosophiam revocari, Divamque hanc Numen illud dici, quod sit omnia. Iste autem mos absurdam Deorum religionem sic explicandi, ut a ratione non nimis remota videatur, recentiorum sacerdotum Aegyptiorum institutum est; quod illi non ignorare poterunt, qui in rebus aevi veteris cognoscendis mediocrem posuere diligentiam. Quocirca de hac inscriptione sic sentio. Graeci quidam in Aegyptum commeantes, ut sapientiae non nihil inde domum auferrent, quum sacra vidissent Saitana, rituum & caerimoniarum dementiam, quibus Dea *Neith* placabatur, admirati sunt. Aegyptii sacerdotes, qui ceteris omnibus doctiores videri volebant, ut hanc admirationem comprimerent, totum illum cultum melioris doctrinae integumentum, ipsamque Deam, quam colerent, summi omnium Numinis esse imaginem, hospitibus significarunt. Cui ut fidem facerent opinioni, reperisse se olim mentiti sunt in abditis templi recessibus lapidem vetustum, litteris hieroglyphicis ornatum, quarum haec fuerit sententia, Deam *Neith* omnia esse, quae in orbe terrarum extiterent, non autem feminam quamdam inter Deas relatam. Inde sermo iste ad Graecos manavit, fueruntque, ut solent ejusmodi rumores amplificari, qui sibi persuaderent, in ipsis templi Saitani parietibus hanc inscriptionem conspici. Utcumque est, id quidem apertum esse, arbitror, eam philosophicam esse cultus illius, qui Divae *Neith* exhibebatur, interpretationem, nec idcirco pro documento haberi posse doctrinae illius, quam Aegyptiorum vetustissimi profecti sint. (II.) Fingamus vero, extitisse hanc inscriptionem, nec a Saitanis sacerdotibus, ut religionis suae ineptiis con-

Digitized by Google

bus poſtremo loco, quod (*t*) *Proclus* ſcriptum reliquit, addendum eſt, longiorem fuiſſe, atque a *Plutarcho* exhibetur, Aegyptiam hanc inſcriptionem atque haec verba habuiſſe adjecta: Καὶ ὃν ἔπιον καρπὸν, ἥλιος ἐγένετο. *Sol vero fructus ille eſt, quem peperi.* Quae quidem verba ſolem ab Aegyptiis non pro ſummo fuiſſe Deo habitum, Deumque, cui decreta fuit haec inſcriptio, δημιουργὸν θεὸν eſſe, id quod *Proclus* etiam obſervavit, illum Deum, qui mundum univerſum ſolemque ipſum condiderit & conſtituerit, extra omnem collocant controverſiam. Et hic quidem ſummus corporeque carens Deus *Omnia* dicitur in praeceptis eorum, eo quod per res omnes pertinet atque (*u*) commeat.

Hinc,

conſulerent, confictam eſſe, id quod veri tamen eſt ſimillimum: obſtant tamen multa, quo minus credamus, auctorem inſcriptionis hujus religionem Saitanorum recte explanaſſe. Dedicatum fuit ſaxum illud *Neith.* Dea vero haecce non totius provinciae, ſed unius tantum urbis & agri Numen erat. Ejusmodi vero, quis neſcit, Numina, quae certis populis & urbibus erant propria, aut urbium conditores, aut reges & reginas eſſe, quos plebis ſuperſtitio temere in coelum extulit? Quodſi talis fuiſſet, qualis in hoc ſaxo fuiſſe dicitur, Dea *Neith*, tota haud dubie Aegyptus cultum ejus & religionem ſuſcepiſſet: quod tamen minime factum eſt. De ipſis ritibus & caerimoniis, quibus ea fuit honeſtata, taceo: quae perſpicue docent, Divam hanc, ut pleraque veterum Numina inter homines quaerendam eſſe: neque illud tango, quod cum Minerva eam Aegyptii contulerint; ex quo iterum humana ejus origo patet, quum Minerva regis cujusdam Graeci ſine ulla controverſia fuerit filia. (III.) Omnium vero minime eorum ego tulerim ſententiam, qui hanc *Neith* ſupremum rerum omnium eſſe conditorem, & Deum, quem nos veneramur, exiſtimant. Quam ſententiam hoc unum ſatis labefactat, quod muliebris ſexus hoc Numen fuerit. Si qui inter veteres tam fuerunt amentes, ut ceſſiſſimum illum, qui gubernat omnia, Deum figura quadam humana exprimerent, nullos tamen in hanc incidiſſe certus ſum ſtultitiam, ut feminae ſimulacro majeſtatem tanti Numinis referri poſſe, cenſerent. Quicumque de ſupremo loquuntur Numine, genus ipſi maſculum tribuunt, aut ſi longius procedunt, quod philoſophos feciſſe conſtat aliquos, maris ſimul & feminae naturam ei adſcribunt. At nullus, quod ſciam, veterum exſtitit, qui Veneris, Minervae, Junonis, Dianae ſignum de ſempiterno totius naturae parente explicaret. Nec id ipſa ſuadet ullo modo inſcriptio; quod paullo poſt apparebit clarius. Quod obſcurum aliquid & apertum diſtingui in Numine illo, de quo loquimur, viri eximii obſervant, id nondum conficit, Deum eo ſummum indicari: nec, quae de peplo Minervae aſſeruntur, momenti habent ad hoc negotium aliquid. Etenim rerum univerſitas ſimiliter aperta & manifeſta eſt parte ſui quadam, alia vero parte retruſa & recondita. Res ipſae ac eventus naturales patent omnibus: rationes autem eventuum latent, nec facile inveſtigantur. In Minervae vero peplo equidem tantam minime ſapientiam fuiſſe reconditam arbitror, nec illos moror philoſophorum veterum, qui magni cujusdam myſterii ſignum hoc fuiſſe velum, cenſuerunt. Virgines veterum, Graecorum in primis, peplis ſeu velis amictae in publicum progrediebantur; quod notiſſimum eſt. Vid. *Jo. Phil. Pfeiffer de cura virginum apud veteres*, & interpretes *ad* 1. *Cor.* XI. Minervae itaque ſtatua quum virginem referret, decori poſtulabat ratio, ut eadem quoque velo eſſet amicta. Idem ergo matronae & virgines Athenienſes erga Minervam officium ſervabant, quod hodie Romani Pontificis aſſeclae adverſus Mariae virginis ſimulacra, quae veſtitu virginem decente, ut mos uniuscujusque gentis poſtulat, exornant. Majora qui in hoc velo ſibi olim videre viſi ſunt myſteria, hi non ſecus mihi videntur agere, atque illi, qui veſtimenta, quibus hodie utimur, ad neſcio quae ſapientum praecepta referre ſtuderent. (IV.) Meam demum ut de hujus inſcriptionis ſenſu ſententiam explicem, auctorem ejus arbitror aut ſacerdotes Saitanos rerum omnium univerſitatem illa ſignificaſſe, atque Deam ſuam *Neith* pro ſimulacro naturae totius haberi voluiſſe. Multos Aegyptiorum rerum naturam cum auctore ac conditore naturae confudiſſe, nec alium rerum opificem, quam ipſam naturam, multorum teſtimoniis *Chaeremonis* apud *Porphyrium Epiſtola ad Anebonem*, *Hecataei* apud *Plutarchum de Iſide & Oſiride p.* 346. & aliis, quae paſſim producuntur, conſtat. Nec ideirco mirum, ſacerdotes Saide degentes eidem addictos fuiſſe opinioni. Ἓν τὸ πᾶν, inquit *Macrobius Saturnal. Lib.* I. *C.* 17. *p.* 272. *ſapientum principes prodiderunt.* Inſcriptio ipſa Divae ſeu Numini femineo dedicata eſt: rerum vero naturam feminam ab antiquis ſalutari, & mulieris nonnunquam expreſſam eſſe ſigno, multo eſt notius, quam ut probari debeat. Numen deinde celebrat eadem, quod eſt & conſtituit omnia,

quae

Digitized by Google

399 Hinc, quid de *Hecataei* pronuntiato, quod (x) *Plutarchus* exhibet, sentire nos oporteat, intelligitur: Τὸν πρῶτον θεὸν τῷ παντὶ ἢ αὐτὸν νομίζουσι. *Aegyptios primum*
400 *principemque Deum rerumque universitatem pro uno eodemque Deo ducere.* (y) Errant plane, qui hanc ejus putant esse sententiam, mundum corporibus constantem vitaeque ac sensus inopem ab Aegyptiis principem maximumque Deum censeri. Etenim *Plutarchus* ipse statim Deum hunc ἀφανῆ καὶ κεκρυμμένον, *nec spectabilem, nec apertum* esse, subjicit. Quem propterea Aegyptii, invitantes veluti eum hoc nomine, ut naturam suam aperiret, *Hammon* dixerunt. Atque alibi idem affirmat auctor, *principem aut summum Aegyptiorum Deum ipsum quidem videre omnia, sed a nemine vicissim videri.* Quare, quin hoc sibi voluerit *Hecataeus*, nullum dubium est: Aegyptiorum more sic constitutum esse, ut vocabula *primus Deus* & τὸ πᾶν sive *universitas* promiscue adhibeantur ad unam rem eamdemque designandam: cujus instituti hanc rationem habeant, quod summum illud maximumque Numen res omnes complexu suo coërceat, vimque suam in res omnes diffundat. Scitum hoc ab Aegyptiis ad Graecos manavit. Namque *Orpheus* ἓν τὸ πάντα, *unum esse omnia*, docuit: quem *Parmenides* aliique philosophi consequuti, ἓν εἶναι τὸ πᾶν, *unum esse universa sive omnia*, & τὸ πᾶν esse ἀκίνητον *universum* esse *immobile*, praeceperunt. Quibus quidem praeceptis nihil, nisi hoc, declaratum cupiebant, Deum illum, qui res omnes condidisset & contineret, unum simul esse & omnia, nec ulla lege aut necessitate moveri & incitari. (z) *Aristotelis* id confirmat testimonium, cujus haec verba sunt: Εἰσὶ δέ τινες, οἱ περὶ τοῦ παντὸς, ὡς ἓν μόνον ἔστι φύσεως, ἀπεφήναντο. *Sunt autem nonnulli, qui de universo, tanquam si una natura esset, disseruerunt*, id est, qui propterea supremum Deum τὸ πᾶν sive *universum* appellant, quoniam

quae sunt, quae fuerunt, quae sient, non autem naturam, quae administrat, moderatur, & gubernat omnia. Istam autem quis aegre intelligit descriptionem difficulter in naturam ab hoc mundo secretam, verum optime in eorum convenire nefariam opinionem, qui, praeter hanc rerum universitatem, nullum esse Numen aliud existimant? Denique *Neith* consecratus iste lapis fuit. Recentiores vero Aegyptii, quod *Plutarchus* diserte docet *de Iside & Osiride p.* 364. hanc *Neith* arbitrati sunt non differre a Minerva; Minervam porro eamdem esse judicarunt, quam Isidem. *Neith* igitur, *Minerva*, & *Isis*, horum ex sententia, unum idemque Numen sunt. Atque id etiam altera illa inscriptio Capuana firmat, de qua paullo post loquemur, quae Isidem ita pronuntiat esse omnia, ut ex hac eam esse expressam, facile appareat. Hinc, quid de *Neith* sentiendum sit, ex iis, quae de Iside iidem tradiderunt, perspicuum nobis esse debebit. Isidem vero recentiores Aegyptios rerum naturam interpretatos esse, multa probant auctorum antiquorum testimonia. *Apulei* illustrem locum praetereo, quem infra ipse affert *Cudworthus*, & *Athenagorae* tantum appono hac de re dictum in primis luculentum ex *Legat. pro Christianis Cap.* 19. *p.* 86. Τί περὶ τῆς Ἴσιδος, ἣν φύσιν εἶναι, ἢ τί ποτε ἐστὶν, εἰς τὰ πάντα ἐροῦμεν, ἢ

δὲ ἣν πάντα εἶναι, λέγουσιν. *Quid de Iside dicam, quam faciunt naturam aevi, ex qua nata sint omnia, & per quam sint omnia?* Addo *Macrobium*, qui *Saturnal. Lib.* I. *Cap.* 20. *p.* 300. *Isis*, inquit, *vel terra est, vel* NATURA RERUM *subjacens soli.* Conf. *Cap.* 21. *p.* 302. Quid clarius? (V.) Neque huic repugnant explicationi verba illa, quae *Proclus* adjecta fuisse inscriptioni illi memorat: Καὶ ὁ ἱερεὺς ἔφησε, ἐμὲ γενέσθαι. Etenim quid prohibet, quo minus Saitanos hosce sacerdotes docuisse existimemus, ex confusa rerum omnium mole subtilissimam & aetheriam materiam prorupisse primum, & solem ita factum esse ante omnia, qui postea genus hominum & reliqua calore suo procreaverit. Sane multi veterum in hac fuerunt sententia. *Necesse est*, ait *Macrobius*, *ut solem, qui moderatur nostra, moderatorem omnium, quae circa nos geruntur, fateamur auctorem*, *Saturnal. Lib.* I. *Cap.* 17. *p.* 272. Et ipsos ita sensisse Aegyptios, vel ex iis, quae *Diodorus Siculus Libro primo* de Aegyptiorum religione tradit, constat. Quamquam, quum hoc nesciat *Plutarchus* additamentum, parum abest, quin *Proclum* ejus auctorem esse, suspicer. Ingens erat familiae Platonicae, cujus nobile membrum *Proclus* erat, erga solem studium & reverentia, cui secundum post summum rerum omnium parentem locum assignabant, & ex-

Digitized by Google

niam virtus ejus per res omnes pertinet, easque fovet & complectitur.

Sed haec tamen ea tollunt minime, quae paullo ante commonuimus, vocem πᾶν, *universum* sic saepenumero a priscis usurpari Theologis, ut ambitu suo Deum una cum omnibus, quae procreavit & condidit, complectatur, Deumque significet per totam rerum naturam intentum & permeantem. Etenim mundum quum ex Deo emanasse, & ex sinu veluti ejus prorupisse, putarent, quid, obsecro, mirum, vocabulum πᾶν mundum & Deum una interdum apud eos significare? Sic *Empedocles* apud (*a*) *Plutarchum* hoc verbum sumit, praecipiens: *ἐ τὸ πᾶν εἶναι τὸν κόσμον, ἀλλ' ὀλίγον τι τοῦ παντὸς μέρος, mundum hunc non ipsum esse universum, sed exiguam tantum universitatis partem.* Neque aliter de hoc nomine cogitare decet, quando ad Deum illum traducitur, quem Graeci, in primis Arcades, *Pan* salutare solebant. Hic nimirum Deus *Pan* neque mundum adumbrat corporeum, ut vita, sensu, atque anima vacuus est, neque ut virtute tantum genitrice valet; quamquam haec virtus a notione vocabuli hujus minime excluditur. Verum *Pan* imago est totius rerum naturae, uti tamquam opus mentis sapientissimae & intelligentissimae, quae in omnes ejus partes intime sese insinuat, spectatur; aut, quod idem est, *Pan* totam rerum universitatem, mundum nempe cum Deo conjunctum, in unius Dei effigie ob oculos ponebat. Haec ita sese habere, Deumque hunc Arcadicum non corporei tantum mundi, sed in primis rerum omnium effectoris, moderatoris, & conditoris simulacrum esse (*b*) *Macrobii* confirmat locus hic: *Hunc Deum Arcades colunt, appellantes ἀπ' ἐξ ὕλης κύριον, non silvarum dominum, sed universae substantiae materialis dominatorem.* Concinit (*c*) *Phurnutus*, atque illum, quem reliqui pre- 401
cabantur Graeci, *Panem* negat fuisse mundum ex corporibus compositum, vitaeque

exquisitissimos decernebant honores. Legatur *Julianus oratione in solem*, & *Zacharias Mitylenaeus Dialogo de opificio mundi p.* 173. 176. 184. &c. Quare, ut fraudibus non parcebant hi philosophi, quo sapientia, quam profitebantur, nihil esse convincerent antiquius, ita facile fieri potuit, ut *Proclus* ex suo ingenio haec verba inscriptioni adderet, sectae suae erga solem religioni auctoritatem comparaturus. (VI.) Postremo universa haec si tam essent a vero remota, quam ei, nisi me fallit opinio, conjuncta sunt; ex hac tamen inscriptione non Aegypti totius, in qua varias viguisse religiones & de rebus divinis sententias, supra monuimus, doctrina posset intelligi, sed Saitanorum tantum sacerdotum disciplina & de Deo opinio, cum quibus forte reliqui omnes sacrorum antistites dissenserunt.

(*x*) *Plutarchus*] *Libro de Isid. & Osirid. p.* 354. *T.* II. *Opp.*

(*y*) *Errant plane*] Certe errant, qui de mundo corporeo *Hecataei* verba accipiunt: sed qui de tota rerum natura, eaque animata, capiunt effatum ejus, omnium optime illud meo judicio explicant.

(*z*) *Aristotelis*] *Metaphysicor. Lib.* I. *Cap.* 5. *p.* 270. *T. IV. Opp.* Sed non recte a doctissimo viro dicti hujus sententiam declarari, ex eo satis liquet, quod statim *Aristoteles* subjicit, qui naturam ita considerent, ac si unum esset aliquid, non ejusdem omnes esse opinionis, sed in magna varietate positos. Nullum dubium est, quin nonnulli bene, alii male senserint, quibus hoc dogma in ore fuit, *unum esse omnia*, *Deum esse omnia*. Ex quo efficitur, ex uniuscujusque philosophi, a quo scitum hoc adhibitum est, disciplina, quonam ille sensu id acceperit, judicandum esse, nec generatim constitui posse, quamnam haec formula vim habeat apud veteres.

(*a*) *Plutarchum*] *De placitis philos. Lib.* I. *Cap.* 5. *p.* 879. Quod vero nos cogat, ut πᾶν hoc in loco Deum & universitatem simul significare putemus, equidem nihil video.

(*b*) *Macrobii*) *Saturnal. Lib.* I. *Cap.* 22. *p.* 307. Sed addere omisit vir egregius, *Macrobio* de *Pane* non idem visum esse, quod sibi. Solem enim esse *Panem* vult *Macrobius*: *Pan ipse, quem vocant Inuum, sub hoc habitu, quo cernitur, solem se esse, prudentioribus permittit intelligi.*

(*c*) *Phurnutus*] *Libro de natura Deor. Cap.* 27. *p.* 203. inter *Thom. Gale Scriptores mythol. veterum.* Verum huic parum fidei potest haberi de his rebus scribenti. Platonicus erat; id quod bene jam *Thom. Gale* observavit. Atqui haec secta totam Deorum historiam mirifice perverteba, &.

Digitized by Google

que ſenſus expertem. Etenim ſic eum deſcribit, ut facile appareat, deſignari ea voce naturam, cui ſumma praeſit ratio & intelligentia, ceteraque gubernet & regat omnia, id eſt, Deum & mundum conjunctim ſpectatos, eo quod hic ex illo fluxiſſet & emanaſſet. Audiamus ipſa hominis verba: Καὶ τὸ μὲν κάτω λάσιον καὶ τραχώδη διὰ τὸ τὴν γῆν τοιαύτην ἔχειν· τὸ δὲ ἄνω ἀνθρωποειδές, διὰ τὸ τὸ αἰθέριον τὸ ἡγεμονικὸν εἶναι τοῦ κόσμου. *Inferior pars hujus Dei hiſpida eſt & circum refert ad deſignandam aſperitatem terrae. Superior autem pars ſimilis eſt homini. Nam aether, propterea quod in ipſo ratio ſita ſit, tenet totius mundi imperium.* Addit: Λάγνον δὴ καὶ ἐρωτικὸν αὐτὸν παρεισάγουσι, διὰ τὸ πολύθρ., ὅσπερ σπερματικῶν λόγων ἅλληφε, καὶ τοῦ συμμιγῆ ἐξ αὐτῶν γιγνομένων. *Laſcivum & libidinoſum eum fingunt propter multas ſeminum cauſſas & commixtiones, quae ex illis fiunt.* Ἐν ταῖς ἐρήμοις δὴ διατρίβειν μάλιστα, καὶ μονότριχα αὐτοῦ διὰ τοῦτο παρεισφέρειν. *In locis deſertis eum morari, tradunt, ut ejus unitatem oſtentent.* Νεβρίδα δὴ ἡ παίδαλιν αὐτὸν ἐνῆφθαι διὰ τὴν ποικιλίαν τῶν ἄκρων καὶ τῶν ἀκρων χρωμάτων, ἃ θηρᾶται ἐν αὐτῷ. *Indutus eſſe dicitur nebride aut pelle pardi, tum propter pulcram rerum omnium varietatem, tum etiam propter colores, qui in mundo cernuntur.* Denique, Ἀγαθὸς, inquit, δὴ δαίμων ἦτοι πᾶλαι ὁ κόσμος· ἢ βέλτιον καὶ αὐτὸς τοῖς καρποῖς, ἢ ὁ ποιητὴς αὐτοῦ λέγει, καθ' ὅσον δαὶδ καὶ ἀγαπᾷ τὸ θηρίδιον. *Aut bonus ille daemon ipſe mundus eſt, iſque fructibus refertus, aut eſt anima mundi, quae hoc univerſum gubernat, & cuilibet neceſſaria diſtribuit ac dividit.* Concludamus itaque, *Pan* non fuiſſe mundum ex materia conflatum, ſpiritu atque ſenſu omni vacuum, ſed Deum deſignaſſe, res omnes animantem, arctiſſimeque cum ſingulis naturae partibus conjunctum & ſociatum. Quare (*d*) *Diodorus Siculus* recte Ζεὺς & Πᾶν ſcripſit bina eſſe unius ejusdemque Dei nomina. Nec enim veteres ignotum eſt totam rerum univerſitatem modo *Jovem*, modo *Pan* appellaſſe. Ipſe *Socrates* apud (*e*) *Platonem* ſumma pietate ac religione hunc Deum *Pan* precatur, quem a Diis inferioribus diſerte diſtinguit. Ex quo efficitur, non brutam eum hoc nomine materiam, aut naturam ſenſu vacuam, verum mentem atque vim divinam, rebus omnibus praeſidentem, aut ſummum illud Numen, quod totam animat rerum naturam, ac per omnes ejus partes pervadit, compellaſſe. Ὦ φίλε Πάν, καὶ ἄλλοι ὅσοι τῇδε θεοί, δοίητέ μοι καλῷ γενέσθαι τἄνδοθεν, τὰ ἐξωθεν καὶ ὅσα ἔχω, τοῖς ἐντὸς εἶναι μοι φίλια. πλούσιον δὲ νομίζοιμι τὸν σοφόν. *O amice Pan, &*

402

Invitis omnibus, veterum in fabulis ſua unice inveſtigabat dogmata, ita vero plerumque praepoſtere ac pueriliter, ut homines cum ratione inſaniiſſe ſtatim appareat; quod vel haec oſtendit ſimulacri *Panis* declaratio.

(*d*) *Diodorus Siculus* i *Biblioth. hiſt. Lib.* I. *p.* 7.

(*e*) *Platonem*] In extremo *Phaedro* exſtant hae preces *p.* 358. Interpretationem autem earum, quam vir eximius affert, probare nullo modo poſſum, neque mihi perſuadeo, Panem in illis ſupremum Numen deſignare. Ipſa docet precatio, *Socratem* illos compellare Deos, qui praeſidere putabantur loco illi, in quo diſputatio illa, quam *Phaedrus* complectitur, contigit. Ex initio vero dialogi patet, in opaca ſilva ſub frondoſa platano iſthuc de pulcritudine colloquium ſuiſſe habitum. Ex quo ſtatim liquet, quare diſcedens inde *Socrates Panem* prae ceteris Diis invocet. Erat is Deus ſilvarum: moris autem antiquis erat, ut Diis locorum ſupplicarent, in quibus bonae aliquid & memorabilis rei ipſis evenisſet. Praeter haec, *Socrates* apud eumdem *Platonem* in *Cratylo p.* 267. ubi de *Pane* ex inſtituto loquitur, tantum abeſt, ut affirmet, ſummum ſub hoc vocabulo Numen latere, ut potius *ſermonem*, λόγον, aut ſermonis filium eo ſignificari, docent: καὶ ἔστιν ἄντικρυς λογῶδης, ἢ λόγου ἀδελφός Πάν. Equidem, quod de reliquis Graecorum & veterum populorum Diis, idem etiam de *Pane* ſentio. Omnia, quae de *Pane* ſcripta exſtant, res geſtae, cultus, mores, hominem fuiſſe illum Deum, denuntiant, quem Arcades, rudis & agreſtis populus, Diis aggregaverit, & ſilvis, gregibus paſtoribusque praepoſuerit. Neque ullum eſt dubium, quin *Pan* unum ex antiquiſſimis fuerit nominibus, quum paſſim in antiquis monumentis ex-

Digitized by Google

& alii omnes, qui locum hunc colitis, Dii, date mihi, ut pulcher intus efficiar, &, quaecumque extrinsecus habeo, intrinsecus sint amica. Divitem autem solum sapientem existimem. Argumentum harum precum nemo, nisi demens ipreverit & insanus: at forma populorum, in quibus vivebat *Socrates*, superstitioni accommodata est. Nam & *Panem* una & inferiores Deos propitios sibi reddere cupit. Quocirca ratum hoc nobis & exploratum esto, Graecos similiter, atque Aegyptios, τὸ πᾶν sive *universum* atque summum Deum pro una eademque re habuisse.

Hic vero nefas prope me commissurum crederem, nisi celebrem illam & insignem *Plutarchi* narrationem, qua daemones inducuntur magni *Panis* obitum acerbe lugentes, ex *Libro* ejus *de oraculorum defectu* huc transferrem, & breviter illustrarem. Regnante *Tiberio*, inquit, ex Asia quidam navigarunt in Italiam. Aliquando navis sub vesperam ad Echinadas pervenit, atque, quum vis repente cecidisset venti, incerto cursu prope insulam Paxas delata est. Ibi subito ab insula Paxis vox audita fuit, quae *Thamum* quemdam nominatim compellaret. Is autem *Thamus* gubernator erat Aegyptius. Qui, bis licet vocatus, siluit; tertio vocanti sese dedit, hocque a voce mandatum accepit: ubi ad Palodes veneris, annuntia, magnum *Panem* esse mortuum. *Thamus*, sociis in consilium adhibitis, si ventus spiraret, statuit, tacitum se praetervecturum; sin malacia ad eum locum & tranquillitas navigantibus exsisteret, morem sese voci gesturum. Postquam ad Palodes perventum est, stetit mare subito ventis placidum, neque ulla fluctuum visa fuit commotio. *Thamus* itaque e puppi versus terram prospiciens, magna voce, quod acceperat, exclamavit: Ὁ μέγας Πὰν πέθνηκε! *Magnus Pan mortuus est!* Vix vero conticuerat, quum incredibilis exaudiretur gemitus, non unius, sed multorum, admiratione admistus. *Plutarchus* contemnendam esse negat narrationem hanc, atque *Tiberium* Caesarem sollicite primum inquisiviisse, subjicit, an res ita sese haberet, ut fama ferret: veritate cognita, non minus anxio fuisse animo, quaenam vis portenti esset, ideoque ex doctissimis hominibus, quisnam ille *Pan* esset, accurate quaesiviisse. Ipse vero philosophus hic id unum inde patere, arbitratur, daemones, non secus atque homines, corporibus praeditos esse: quae corpora, licet natura vehementer discrepent ab illis, quae nos gerimus, nec tam cito pereant

exempla ejus exstent. At postquam major sensim in Graeciam introducta erat rerum cognitio, evenit, ut ipsos Arcades religionis majorum puderet, & cum his reliqui Graeci, sicut in ceteris fabulis, ita & in hac *Panis* historia moralem aut physicum nescio quem sensum investigarent: cui tamen instituto simulacrum *Panis*, pastorum erga eum studium, ipsa, quibus placabatur, sacrificia, Arcadum denique narrationes aperte repugnabant. Nihil certe sequutos esse, praeter ingenium suum, a quibus hae profectae sunt interpretationes, nec idcirco ullum statui illis pretium posse, inde satis est perspicuum, quod vehementer diffident inter se, qui *Panem* aliter, quam historice, interpretantur. Quum multi, quos nominis adduxit notatio, *Pan* universae rerum naturae signum esse velint, *Socrates* in *Cratylo Platonis p.* 267. quod paullo ante monui, sermonis imaginem existimat hunc Deum esse: *Macrobius* vero *Saturnal. Lib.* I. *C.* 22. *p.* 307. acriter solem esse *Panem* disputat. Cuinam horum fas erit fidem adjungere? Equidem nulli censeo, neque dubito, quin mecum consensuri sint, qui veterum mores diligentius scrutati sunt. Equidem, si veteres, aut naturam rerum, aut sermonem, aut solem expressuri, capripedem pinxissent Deum, cornuto capite, hirsutis lumbis, fistula canentem, ut in numis exhibetur apud *Ezech. Spanhemium Notis ad Juliani Caesares* Gallice versos *p.* 45. amentes fuisse eos & sana ratione destitutos, jurarem. Hodie certe, si quis ejusmodi imaginibus philosophiam suam amiciret, aut res tam notas, qualis sol, mundus, sermo, caprarum pedibus, aut fistula, aut lasciv ientis hominis imagine designaret, illum omnes certe sapientes medici & curatoris indigere judicaturi essent.

Digitized by Google

cant & diſſolvantur, atque noſtra, nihilo tamen minus mortalia ſint & peritura. Namque hoc ſi modo obtinuerit, promtam ſibi cenſet fore *Plutarchus* reſponſionem ad vexatam illam quaeſtionem: cur oracula loqui deſiiſſent. Daemones nimirum, qui loca illa quondam fatidica obſediſſent, obiiſſe jam & exſtinctos eſſe, commode reſponderi putat poſſe. Verum ſomnia ſibi fingit bonus homo, quae nullo ſibi modo conſtant. Ergo illos potius ex Chriſtianis audiendos judicem, qui, quoniam haec res imperatore contigit *Tiberio*, quo res Romanas moderante, Servator noſter hominum peccata morte ſua expiavit, malos genios, accepto *Jeſu Chriſti* ſupplicio & obitu, lugubri hacce lamentatione, & admiratione quidem temperata, inſulam repleviſſe, ſibi perſuadent. Non amor atque ſtudium erga eum, qui obierat, lacrymas iſtas ciebat: verum, quod magnas ſibi calamitates mortem illam eſſe allaturam, mali daemones augurarentur, atque fore proſpicerent, ut regnum tenebrarum corrueret, ſaevumque illud imperium, quod tam diu in humanum genus exercuerant, & iniqua tyrannis, *Chriſto* duce, tolleretur, ideo flebilem ſibi *Panem* iſtum occidiſſe cenſebant. Nota ſatis ſunt ſacrarum Litterarum dicta, quibus morti Servatoris inferorum attribuitur everſio: *Princeps hujus mundi condemnatus eſt.* Ex-

(*f*) *Deceat*] Multi, praeter *Cudworthum*, ſunt viri docti & eruditi, qui hanc fabulam ſeu hiſtoriam de magni *Panis* obitu ad ſanctiſſimi Servatoris noſtri mortem referre nil ſunt veriti. Ex longo numero nomino *Jan. Jacob. Boiſſardum Libro de divinat. & magicis praeſtigiis p.* 22. *Petr. Molinaeum* in *Vate Lib.* III. *Cap.* 11. & ex recentioribus magni nominis virum, *Petr. Dan. Huetium*, qui *Demonſtrat. euangel. Prop.* IX. *Cap.* 136. *p.* 1014. *ſtupendo miraculo ethnicis mortem Chriſti ſignificatam eſſe*, aſſirmat. *Euſebius* vero *Praeparat. euangel. Lib.* V. *Cap.* 17. *p.* 207. 208. magnum iſtum *Panem* principem eſſe malignorum geniorum, exiſtimavit, atque hanc hiſtoriam argumento eſſe voluit, imperium daemonis corruiſſe, vimque ejus velati exſtinctam eſſe, regnante *Tiberio*, ſub quo Servator noſter in crucem actus eſt. Cujus quidem veſtigia, praeter alios nonnullos, *Phil. Mornaeus* preſſit *Libro de veritate Chriſtianae religionis p.* 201. Aliis vero rem omnem accurate ponderantibus ridicula viſa fuit haec narratio fabula. Principes forte inter noſtros *Centuriatores Magdeb. Cent.* I. *Lib.* II. *Cap.* 15. *p.* 523. *ed. Ludov. Lucii* hanc publice ſpreverunt hiſtoriam, quam nec ipſe *Caeſar Baronius*, obſervante *Ant. van Dale loc. mox cit. p.* 438. magni fecit. Inter recentiores eruditos plurimi eam rejecerunt: quos inter *Anton. van Dale* eminet *Libro de oraculis Diſſ.* II. *p.* 432. *ſ.* Ego quidem mirum mihi viſum eſſe ſemper, non diſſiteor, viros ceteroquin perſpicaces & ingenioſos tam facile adduci potuiſſe, ut ad Servatorem noſtrum hanc fabulam traherent, idque nulla adductos alia momenti cujusdam ratione, quam vocabulo *magni Panis*, quod in Servatorem noſtrum convenire poſſe, rati ſunt. Minime vero omnium intelligo, quemadmodum hoc modo mors Servatoris noſtri ethnicis patefacta ſit, quum illi, quisnam *magnus* ille *Pan* eſſet, neſciverint, nec poſt inſtitutam juſſu *Tiberii* hac ſuper re deliberationem doctorum aliquis de alio *Pane*, quam de Mercurii ac Penelopes filio, lugubrem clamorem iſtum accipiendum eſſe, vel cogitaverit. Operae me facturum eſſe pretium, arbitror, ſi diligentius, quam adhuc memini factum eſſe, in hoc negotium inquiram, atque hiſtoriae huic de morte *Panis* dignitatem iſtam, qua valet apud plurimos, detraham. (I.) Unius illa hominis fide nititur, *Epitherſis*, Grammatices doctoris, cujus fides, doctrina, ingenium, & alia ignota plane ſunt. Ex quo jam liquet, quum ex teſtium dignitate & numero rerum geſtarum aeſtimanda ſit veritas, huic quantum a ſapiente narrationi pretium ſtatui queat. (II.) Etſi tempore *Tiberii Plutarchus* hanc rem contigiſſe ſcribat, haud tamen, quonam Imperatoris hujus tempore, aut quo anno imperii hujus geſta ſit, ſignificat: quod quidem oſtendit, quam fragili utantur argumento, qui ex eo, quod *Tiberii* aetate negotium hoc contigerit, *Chriſtum* decernunt, Servatorem noſtrum, magnum eſſe *Panem* illum, cujus mortem vox annuntiaverit. (III.) Qui nil dubitant de hiſtoriae huius veritate, eos multa de daemonum natura & indole ſuſcipere ac credere oportet, quae nec rationi nec ſacris Litteris conveniunt. Daemones, ſi haec ita ſunt omnia, hominibus uti nuntiis debent, ſi quid commilitonibus ſignificare volunt in alia conſtitutis regione, nec ipſi ultro citroque commeare, aut alia via animi ſenſa declarare poſſunt abſentibus. Sed haec facilia prae illis, quae jam monebo. Daemones illi, qui Paxas inſulam incolunt, tanta valent ſcien-

tia,

Digitized by Google

Exſpoliavit imperia (morte nimirum, quam in cruce obiit) *ac poteſtates traduxit palam, triumphatis illis per eam.* Ipſum quidem *Panis* nomen ea minime notione in Servatorem noſtrum quadrat, qua vel mundum, corporibus unice conſtantem, & vitae omnis atque ſenſus expertem, aut eumdem virtute genitrice inſtructum, denotat. Quod ſi vero *Pan* aut λόγος ſit περιεκτικὸς τοῦ κόσμου, *ratio & mens illa, quae univerſam rerum naturam conſtituit primum, & nunc moderatur*, aut Φρόνησις διὰ πάντων διήκουσα, *ſapientia divina, vim ſuam in omnes partes mundi ſpargens ac diffeminans*, optime cognomen iſtuc ad Servatorem noſtrum traducitur. *Pan* praeterea non tam Deum ſignificat nudum & ab omni concretione corporea remotum & disjunctum, quam eumdem mundo hoc ſpectabili, tamquam corpore, veſtitum, & veluti cinctum ac circumvallatum. Ex quo ſatis aptum eſſe nomen hoc apparet ad Deum 403
denotandum humanum corpus indutum, & in carne patefactum: quam niſi ſuſcepiſſet, mortem nullo modo oppetere potuiſſet. Nullum certe nomen aliud univerſa habet veterum de Diis philoſophia, quod ſanctiſſimum Servatorem noſtrum magis, atque hoc ipſum, (*f*) deceat.

Ergo planum fecimus, ut arbitror, veterem Aegyptiorum ſapientiam, quae 404
dein-

tia, ut nomen gubernatoris peregrinae navis calleant, nec ignorent, quid eventurum ſit in illa navi. Iidem daemones tanta ſunt inſtructi potentia, ut malaciam in mari excitare, fluctusque ita componere queant, ut navis eo, quo cupiunt, loco conſiſtat. Iidem praevident ante, fore, ut nautae inobedientes ſint mandatis ſuis, niſi motum maris cohibeant. Et hi nihilominus daemones, in quibus tanta eſt ſcientia, tanta calliditas, tanta vis & potentia, ea non ſunt virtute praediti, ut ipſimet per ſe ſociis ſuis obitum *Panis* indicare valeant, verum hominum ad illum nuntium perferendum indigent. Vel haec qui conſideraverit, eum, certus ſum, hac hiſtoria nil fieri poſſe ineptius, judicaturum eſſe. (IV.) Ad *Chriſtum* vero ſi propius eam referamus, alia nobis erunt concoquenda, nihilo illis, quae diximus, molliora. Ante omnia ſtatuendum nobis erit, in civitate geniorum malignorum hanc omnibus veluti fuiſſe legem rogatam, *Jeſum*, Servatorem noſtrum, Numinis ethnici vocabulo ſalutari, & *magnum Panem* appellari debere. Etenim daemones illi, qui in Palodibus habitant, ſimulatque *magni Panis* nomen exaudiunt, quisnam eo deſignetur, ſine mora intelligunt, nec illi, qui inſulam Paxas incolebant, dubitabant, quin praeclare iſtis hoc notum eſſet. Quapropter ſi *magnus* ille *Pan Chriſtus* eſt, dubium eſſe poteſt nemini, quin hoc ipſi nomen communi daemonum pravorum conſenſione impoſitum, & in regno tenebrarum uſitatum fuerit. Credat hoc, qui poteſt: mihi prorſus incredibile videtur, illos generis humani adverſarios, malignos genios, quum Servatoris noſtri reliqua non ignorarent nomina, inanis cuiusdam ſimulacri nomine eum vel vocaſſe, vel etiam potuiſſe compellare. (V.) At cur mors *Chriſti* nuntiatur illis daemonibus, non autem ſimul ejus in vitam reditus, qui mortem non multo poſt excepit? Mors *Chriſti* proprie non tam formidoloſa eſt imperio Satanae, quam glorioſiſſima mortis victoria, qua Servator noſter defunctus eſt. Itaque, ſi daemones ſociis imminentes civitatis ſuae clades ſignificare voluiſſent, equidem nil dubito, quin non modo *magnum Panem* eſſe mortuum, ſed etiam mortem ſuperaſſe & deviciſſe, indicaturi fuiſſent. Haec demum vera & juſta fuiſſet gemendi plorandique cauſſa infelici illi generi. Tota vero aperte docet hiſtoria, qui *Panis magni* mortem tam acerbe luxerunt, non ſperaſſe, fore, ut is vitae redderetur. (VI.) Ac, ut multa praeteream alia, quae fabulam hanc non ſatis caute ad Servatorem noſtrum accommodari declarant, judices eſſe omnes volo, qui ſapiunt, anne ſtulti prorſus fuiſſent hi daemones, ſi nautas illos calamitatis & miſeriae ſuae teſtes feciſſent. Non verentur illi publice ſignificare, quantum mali mors *magni Panis* ſibimet attulerit. Atqui nautae hi, ſi didiciſſent forte, *magnum* illum *Panem Chriſtum* eſſe, non potuiſſent non ingens erga eum ſtudium animo concipere, & ſacra illius amplecti *Panis*, qui daemonum opibus exitium attuliſſet. Atque horum exemplum multi ſine controverſia fuiſſent alii ſequuti. Ita daemones hi ſibimet ipſis nocuiſſent, cujusque metuebant auctoritatem & imperium, ejus fines imprudentibus clamoribus ſuis ampliſſicaſſent. Sed diutius forte in his nugis explodendis verſor, quam neceſſe eſt. Exponam potius, quidnam in mentem mihi venerit hiſtoriam hanc cum rebus ſub *Tiberio* geſtis conferenti. Suſpicor ego, callidos & verſutos homines, ut *Tiberio* invidiam apud populum majorem conflarent, eam

Digitized by Google

deinceps in Europam, maxime in Graeciam, commigravit, unum tantum ſummum & excellentiſſimum Deum, unam mentem & intelligentiam aeternam toleraſſe, eumque Deum ſtatuiſſe cum res omnes ex ſeſe procreaſſe, tum omnia permeare, continere, & complecti, (περιέχειν τὸ ὅλον) ob eamque cauſſam certa ratione ſimul *unum* & *omnia* eſſe. Iſtud autem priſcae Aegyptiorum diſciplinae ſcitum, *Deum eſſe omnia*, utramque fere paginam in illis libris facit, qui *Hermetis* ſplendent *Trismegiſti* nomine. Quod ſi, locis in medium adductis, hic oſtendero, equidem operae me facturum eſſe pretium arbitror. Placet exordiri disputationem a *Dialogo* illo, qui Latine *Aſclepius*, Graece τέλειος λόγος inſcribitur, & ab *Apulejo* Latine converſus eſt. Cujus quum in limine dixiſſet auctor, *omnia unius eſſe, & unum eſſe omnia*, hanc deinceps dogmatis hujus explicationem adjicit: *Nonne hoc dixi,* OMNIA UNUM ESSE, ET UNUM OMNIA, *utpote quia in creatore fuerint omnia, antequam creaſſet omnia? Nec immerito unus eſt dictus omnia, cujus membra ſunt omnia. Hujus itaque, qui eſt* UNUS OMNIA, *vel ipſe eſt creator omnium, in tota hac disputatione curato meminiſſe.* Interjectis quibusdam, iterum omnes res, antequam crearentur & naſcerentur in ipſo fuiſſe Deo, perhibet: *Idcirco non erant, quando nata non erant, ſed in eo jam tunc erant, unde naſci habuerunt.* De Deo vero ſic poſtmodum differit: *Non ſpero, totius majeſtatis effectorem, omnium rerum patrem vel dominum, uno poſſe, quamvis e multis compoſito, nomine nuncupari. Hunc voca potius omni nomine, ſiquidem ſit* UNUS & OMNIA, *ut neceſſe ſit aut omnia ipſius nomine, aut ipſum omnium nomine nuncupari. Hic ergo ſolus omnia* &c. Poſtquam de inconſtantia & mutabilitate rerum conditarum dixerat, ſic pergit: *Solus Deus ipſe in ſe, & a ſe, & circum ſe, totus eſt plenus atque perfectus, isque ſua firma ſtabilitas eſt: nec alicujus impulſu, nec loco moveri poteſt, quum in eo ſint omnia, & in omnibus ipſe eſt ſolus.* Mitto reliquos hujus argumenti locos, huncque unum in extremis pono: *Hic ſenſibilis mundus receptaculum eſt omnium ſenſibilium ſpecierum, qualitatum vel corporum, quae omnia ſine Deo vegetari non poſſunt.* OMNIA *enim* DEUS, *& a Deo omnia, & ſine hoc nec fuit aliquid, nec eſt, nec erit: omnia enim ab eo, & in ipſo, & per ipſum. — Si totum animadvertes, vera ratione perdiſces, mundum ipſum ſenſibilem, & quae in eo ſunt, omnia*
405 *a ſuperiore illo mundo, quaſi veſtimento, eſſe contecta.* Venio ad reliquos *Hermetis* libros, quos in unum *Ficinus* volumen coëgit. Atque horum quidem *tertius*, qui ἱερὸς appellatur λόγος, ſic rationem concludit: Τὸ γὰρ θεῖον ἡ πᾶσα κοσμικὴ σύγκρισις, φύσει ἀναβιωτικὴ· ἐν γὰρ τῷ θείῳ καὶ ἡ φύσις συνκαθέστηκεν. *Tota mundi compages ſeu conſtitutio divinitas eſt. Etenim natura quoque in divinitate comprehenſa eſt. Quinti libri* hoc

conſinxiſſe, & a peregrinis quibusdam nautis in populo Romano diſſeminari curaſſe. Nulla res, *Tiberio* imperante, flebilior toti imperio Romano accidit, quam mors *Germanici*, quem *Piſo*, non invito *Tiberio*, veneno confeciſſe dicebatur. *Tacitus* copioſe incredibilem illum luctum, quo reges omnes & provinciae mortem magni hominis proſequuti ſunt, exponit *Annal. Lib.* II. *Cap.* 72. *ſ. p.* 81. & *Lib.* III. *Cap.* 1. *p.* 91. Plerique pro aevi illius ſuperſtitione magnum daemonem tanti viri corpus incoluiſſe, cenſebant, nec idcirco dubitabant ſtatuas, caerimonias, & ſacrificia ipſi decernere. *Statuarum*, inquit *Tacitus Annal. Lib.* II. *C.* 83. *p.* 86. *locorumve, in quis colere-*

tur, haud facile quis numerum iniret. E re *Agrippinae*, quam viduam reliquerat *Germanicus*, & liberorum ejus, erga quos plerorumque incredibile erat ſtudium, videbatur, multitudini perſuadere, ipſos etiam ſemi-Deos & daemones inſignis illius herois mortem deploraſſe, tantoque propterea ferendum eſſe aequius, ſi homines immaturum ejus obitum moleſte ferant. Namque hoc ſi crederet populus, fore perſpiciebant, ut odium erga *Tiberium* vehementer creſceret, qui laetam ſibi accidiſſe mortem *Germanici*, non ſatis caute celabat, honoresque illos paene infinitos, qui manibus ejus perſolvebantur, non ſine ſtomacho adſpiciebat. Ergo nautas quosdam excitabant, qui,

hoc argumentum eſt: Ὅτι ἀφανὴς θεὸς φανερώτατός ἐστι. *Deus, qui oculis cerni nequit, apertiſſimus tamen eſt.* In eo libro haec exſtat ſententia: Οὐδὲν γάρ ἐστιν ἐν παντὶ ἐκείνῳ, ὃ οὐκ ἔστιν αὐτός· ἔστιν αὐτὸς καὶ τὰ ὄντα ἢ μὴ ὄντα. Τὰ μὲν γὰρ ὄντα ἐφανέρωσε· τὰ δὲ μὴ ὄντα ἔχει ἐν ἑαυτῷ. *Nihil eſt in tota rerum univerſitate, quod ipſe non eſt. Eſt ille cum id, quod exſiſtit, tum illud, quod non exſiſtit. Etenim, quae exſiſtunt, ea ſunt ab ipſo aperta: quae autem non exſiſtunt, ea in ſemet ipſo continet.* Et interjectis nonnullis: Οὗτος ὁ ἀσώματος καὶ ὁ πολυσώματος· μᾶλλον δὲ πάντων σώματος οὐδέν ἐστιν, ὃ ἔτος οὐκ ἔστι· πάντα γάρ, ἃ ἐστι, καὶ ἔτός ἐστι· καὶ διὰ τοῦτο αὐτὸς ὀνόματα ἔχει πάντα, ὅτι ἑνός ἐστι πατρός· καὶ διὰ τοῦτο ὄνομα οὐκ ἔχει, ὅτι πάντων ἐστὶ πατήρ. *Ille & incorporeus eſt & multicorporeus. Nihil eſt enim, cujuscumque demum ſit corporis, quod ipſe non ſit. Ille eſt omnia, quae ſunt: & propterea nomina habet omnia, quoniam omnia ab uno patre ſunt; ideoque nullum etiam nomen habet, quoniam pater eſt omnium rerum.* In extremo vero libro haec legas perſcripta: Ὑπὲρ τίνος σε ὑμνήσω; ὑπὲρ ὧν ἐποίησας, ἢ ὑπὲρ ὧν οὐκ ἐποίησας; ὑπὲρ ὧν ἐφανέρωσας, ἢ ὑπὲρ ὧν ἔκρυψας; διὰ τί δὲ καὶ ὑμνήσω σε; ὡς ἐμαυτοῦ ὤν; ὡς ἔχων τι ἴδιον; ὡς ἄλλος ὤν; σὺ γὰρ εἶ γὰρ, ὃ ἐὰν ὦ· σύ εἶ, ὃ ἂν ποιῶ, σὺ εἶ, ὃ ἂν λέγω· σὺ γὰρ πάντα εἶ· τὸ ἄλλο οὐδέν ἐστιν, ὃ μὴ εἶ· σὺ πᾶν τὸ γενόμενον, σὺ τὸ μὴ γενόμενον. *Quibus ego de cauſſis te celebrabo? Num propter ea, quae feciſti? an vero propter ea, quae non feciſti? Num propter ea, quae aperuiſti? an vero propter ea, quae occultaſti? Quid igitur celebrabo te? Num ideo, quod ego ipſemet aliquid habeo proprium & a te diſtinctum? At tu es id, quod ſum: tu es id, quod facio: tu es id, quod dico. Tu enim es omnia, nec eſt aliquid, quod tu non es: tu es id, quod factum, & id etiam, quod infectum eſt.* In his ego verbis (*g*) obſervari velim in primis, Deum dici κρύψαι, *occultaſſe in ſemet ipſo res*, antequam in lucem prodirent & naſcerentur, φανερῶσαι vero, *aperuiſſe veluti eaſdem & ex ſinu ſuo protraxiſſe*, quum fierent atque orirentur. Ex *octavo libro* hoc proferimus dogma: Νόησον, ὅτι ὁ μὲν κόσμος ἀπὸ θεοῦ καὶ ἐν τῷ θεῷ· ἀρχὴ γὰρ καὶ περιοχὴ καὶ σύστασις πάντων ὁ θεός. *Hoc memineris, mundum eſſe a Deo & in Deo. Deus enim eſt initium, comprehenſio, & conſtitutio omnium rerum.* *Nonus liber* ita loquitur hac de re: Μᾶλλον δὲ λέγω, ὅτι οὐκ αὐτὸς αὐτὰ ἔχει ἀλλὰ τὸ ἀληθὲς ἀποφαίνομαι· αὐτὸς ἅπαντά ἐστιν, οὐκ ἔξωθεν αὐτὰ προσλαμβάνων, ἔξω δὲ ἐκβάλλει. *Non hoc ego dico, Deum omnia habere; ſed verum potius aperte profiteor, affirmoque, Deum eſſe omnia: non ille extrinſecus res omnes recipit, verum eas e ſinu ſuo emittit.* Quo & illa pertinent, quae in eodem deinceps libro exſtant: Καὶ οὐκ ἔσται ποτὲ χρόνος, ὅτε ἀπολεφθήσεταί τι τῶν ὄντων· ὅταν δὲ λέγω, τῶν ὄντων, λέγω. ἐν θεῷ· τὰ γὰρ ὄντα ὁ θεὸς ἔχει. ἢ ὅτε αὐτῶν οὐδὲν ἐκτὸς, ὅτε αὐτὸς οὐδενός. *Numquam tempus illud erit, quo aliquid eorum, quae ſunt, interibit. Quum vero dico:*

qui, recenti adhuc luctu, vocem ſeſe in mari audiviſſe daemonum, de *magni Panis* morte conquerentium, aſſeverarent, ſatis gnari, fore, ut populus, ut ſit inter homines, *Germanicum* non ita pridem exſtinctum *magnum* illum *Panem* eſſe, arbitraretur. Neque dolus hic fugiſſe videtur *Tiberium*. Qui quidem perterritus hoc rumore, quum intelligeret, fieri vix poſſe, ut populo non factum eſſe hoc oſtentum perſuaderetur, viros confeſtim doctos conſuluit, quisnam ille *Pan* eſſet. Atque hi ex ſententia Imperatoris, quo concitatum componerent populum, reſponderunt, videri ſibi hunc *Panem* non eſſe alium, quam Mercurii & Penelopes filium. Ita dolus dolum con-

(*g*) *Obſervari velim*] Non hoc ſolum obſervatu dignum eſt, verum illud etiam, quod horum librorum auctor non omnia ex Deo emanaſſe, ſed multa in eo remanſiſſe recondita credidit. Ex quo intelligitur, non potuiſſe non ipſum ſuſpicari, fore fortaſſis, ut novi procedente tempore mundi ex Deo proliciſcerentur, & multae aliae rerum ſeries illi, quam videmus, adjungerentur. Spero, alium mihi datum iri locum parum concinnam fidi *Hermetis* hujus ſapientiam diligentius explicandi.

eorum, quae ſunt; Deum intelligo. Deus enim omnia intra ſe continet, nec ulla res eſt ſine Deo, aut Deus ſine ulla re. Decimi libri ſcriptor hac ratione diſſerit: Τί γάρ ἐστι Θεός; καὶ πατὴρ, καὶ τὸ ἀγαθὸν, ἢ τὸ τῶν πάντων εἶναι αὐτὸν ἐν ὄντων. *Quid Deus, niſi pater, & bonum, ſive exſiſtentia omnium, quae nondum ſunt, atque ſubſiſtentia rerum illarum, quae ſunt?* Et paullo poſt: Ὁ Θεὸς καὶ πατὴρ καὶ τὸ ἀγαθὸν τῷ εἶναι τὰ πάντα. *Deus & pater eſt bonum, quoniam eſt omnia.* Nec abnuit *undecimus liber*, ex quo ſequentia excerpere viſum eſt: Αὐτεργὸς γὰρ ὢν, ἀεὶ ἐστιν ἐν τῷ ἔργῳ, αὐτὸς ὤν, ὃ ποιῶ· εἰ γὰρ χωρισθείη αὐτοῦ, πάντα μὲν, πάντα μὲν συμπεσεῖται, πάντα δὲ πεσόντα ἀναίσθητα. *Deus ex ſe ipſo ſemper per ſe operatur, ſemper eſt in opere ſuo, quum ipſe ſit illud, quod facit & operatur. Etenim hoc ipſum ſi ab eo vel minima ſui parte ſejungeretur, omnia haud dubie ruerent, nec poſſent non mori ac interire.* Et paullo poſt: Πάντα ἐστὶν ἐν τῷ Θεῷ, οὐχ ὡς ἐν τόπῳ κείμενα. *Univerſa quidem in Deo ſunt; at non ita tamen, ac ſi in ſpatio jacerent.* Porro: *Sicut*, inquit, *anima noſtra cogitando fieri poteſt, quodcumque vult, & eſſe, ubicumque locorum eſſe cupit:* τοῦτον ἔστι τὸν τρόπον νόησον, τὸν Θεὸν, ὥσπερ νοήματα, πάντα ἐν ἑαυτῷ ἔχειν, τὸν κόσμον αὐτὸν ὅλον: *ita eodem Deum modo fas eſt animo concipere, quippe qui, univerſum mundum non ſecus, ac cogitationes ſuas, intra ſe arcet ac continet.* Claudunt caput hoc, quae jam adſcribimus, verba, a (*b*) *S. Cyrillo* etiam inde translata: Ἀλλὰ ὁ Θεὸς; ἀφάνητον! ἢ τίς αὐτοῦ φανερώτερος; διὰ αὐτὸ τοῦτο πάντα ἐποίησεν, ἵνα διὰ πάντων αὐτὸν βλέπῃς· τοῦτο ἔστι τὸ ἀγαθὸν τοῦ Θεοῦ, τοῦτο δὲ αὐτοῦ ἀρετὴ, τὸ αὐτὸν φαίνεσθαι διὰ πάντων. *Ergone, inquis, inciſibilis Deus? Bona verba quaeſo! Ecquis eo conſpectior? Idcirco fecit omnia, ut per omnia a quovis cernatur. Haec eſt Dei bonitas, haec ejus virtus, ut per omnia conſpiciatur.* Sequitur *duodecimus liber.* Is autem ita decernit de hoc negotio: Ἤκουσα δὲ ἀγαθοῦ δαίμονος λέγοντος, (ἐκεῖνος γὰρ μόνος, ὦ τέκνον, ἀληθῶς ὡς πρωτόγονος Θεὸς, τὰ πάντα καταδὺς, θείους λόγους ἐφθέγξατο) ἤκουσα γὰρ αὐτοῦ τοῦτε λέγοντος· ὅτι ἓν ἐστι τὰ πάντα. *Audivi bonum daemonem, (ille enim ſolus, mi fili, tamquam Deus vere primogenitus, quum omnia percipiat, divinos ſermones eloquitur,) audivi igitur bonum daemonem, quum diceret: unum eſſe omnia.* Aliam addo ex eodem libro ſententiam: Ὁ δὲ σύμπας κόσμος ἔστος ἐνωμένος ἑαυτῷ, καὶ συσταζων τὴν τάξιν καὶ βούλησιν τοῦ πατρός· πλήρωμά ἐστι τῆς ζωῆς, καὶ ἀδέν ἐστιν ἐν τούτῳ ἀπὸ παντὸς τοῦ αἰῶνος, ὅτι δὲ παντὸς, ὅτι τὸ καθ' μέρος, ὃ οὐχὶ ζῇ· νεκρὸν γὰρ οὐδὲ ἓν ὅτι γέγονεν, ὅτι ἐστὶν, ὅτι ἔσται ἐν κόσμῳ. *Totus hicce mundus intime ipſi conjunctus eſt, & obſervat ordinem ac voluntatem parentis ſui: plenitudo vitae in illo eſt, nec quidquam in eo eſt per omnem aeternitatem, ſive totum ſit aliquid, ſive pars, quod non vivat: nec enim eſt, nec fuit, nec erit umquam ulla res mortua in mundo.* Cujus pronuntiati hunc eſſe ſenſum patet, res omnes a Deo unice animari: quemadmodum (*i*) in S. Litteris Deus cuncta recreare vitaque donare dicitur. Τοῦτο ἔστιν ὁ Θεὸς, τὸ πᾶν· ἐν δὲ τῷ παντὶ οὐδέν ἐστιν, ὃ μὴ ἔστιν· ὅλον ὅτι μέγεθος, ὅτι τόπος, ὅτι ποιότης, ὅτι σχῆμα, ὅτι χρόνος περὶ τὸν Θεόν ἐστι· πᾶν γάρ ἐστι, τὸ δὲ πᾶν διὰ παντὸς καὶ περὶ πάντα. *Hoc eſt Deus, univerſum ſeu omnia. Et in hoc univerſo nihil eſt, quod ipſe non eſt. Itaque nec magnitudo, nec ſpatium, nec qualitas, nec figura, nec tempus circa Deum eſt. Ipſe enim*

(*h*) *S. Cyrillo*] *Lib.* II. *adv. Julianum p.* 52. *ed. Spanhemii.*

(*i*) *In S. Litteris*] Haec caute velim intelligi. Multum enim doctrina ſacri codicis de Deo vitam rebus omnibus impertiente ab *Hermetis* hujus doctrina de mundo animato diſtat. Sacer codex vitam, qua Deus vivit, ab illa, quae hunc mundum animat, vita perſpicue ſecernit, nec ullam nobis ſuppeditat cogitandi anſam, ipſum Deum illud eſſe, quod motum & vitam ciet in materia. *Hermes* vero, qui ex Deo emanaſſe profitetur omnia, Deumque & mundum aperte in-

Digitized by Google

enim est omnia: omne vero est per omnia & circa omnia. Decimum tertium librum veteratoris esse commentum, arbitror. Sed, quod ei adjectum videmus, *arcanum carmen* aliquoties tamen hoc sapientiae Aegyptiae praeceptum inculcat: *Deus est omnia:* Ὑμνῶν μέλλω τὸ τῶν κτίσεων κύριον, καὶ τὸ πᾶν, καὶ τὸ ἕν. *Canam ego dominum creationis, omne qui est, & unum.* Rursus: *Omnes*, inquit, *quibus valeo, facultates celebrant illum, qui unus est & omnia. Libri decimi quinti* haec sunt: Ἐάν τις ἐπιχειρήσῃ τὸ πᾶν καὶ ἓν χωρίσαι, τὸ πᾶν ἐξ ἑνὸς λύσας ἀπολέσῃ τὸ πᾶν· πάντα γὰρ ἓν εἶναι δεῖ. *Si quis auderet unum & omne secernere, is omne ab uno sejungens, omne perderet: omnia enim unum esse decet.* Ultimus est *decimus sextus liber*, cujus scriptorem sic commentari cernimus: Ἄρξομαι δὲ λέγω ἔνθεν, τὸν θεὸν ἐπικαλεσάμενος, τὸν τῶν ὅλων δεσπότην. καὶ πατέρα, καὶ ποιητήν, καὶ φιλίαν, καὶ πάντα ἓν τὰ πάντα· τὸ πᾶν γὰρ τὸ πλήρωμα ἓν ἐξ καὶ ἐν ἑνί. *Exordiar a precibus ad illum Deum fusis, qui est dominus, & auctor, & pater, & vinculum omnium rerum: qui, quum sit omnia, unum tamen est, quumque unum sit, vicissim tamen est omnia. Plenitudo enim rerum omnium unum est aliquid & in uno.* Interpolitis nonnullis ita pergit: Μέρεα δὲ θεῦ πάντα ἐσίν· εἰ δὲ πάντα μέρεα, πάντα ἄρα ὁ θεός· πάντα ἂν εἴη ἑαυτὸν ποιῶν. *Omnia partes sunt Dei. Quod si vero omnia Dei partes sunt, omnia certe Deus sunt. Igitur is, qui omnia facit & creat, semet ipsum facit.* Haec omnia qui legit, nec, quam amice hi libri *Hermetis Trismegisti* atque inscriptio in templo Saitano reperta, quae Deum perhibet omnia esse, quae fuerunt, quae sunt, & futura sunt, conspirent inter se atque conveniant, intelligit, is vero nihil intelligat & sentiat, necesse est. Itaque concludamus, quum Aegyptii veteres Deum esse omnia constanter praeceperint, fieri nullo modo potuisse, ut iidem plures Deos, nullo vel ordinis, vel potestatis, vel temporis discrimine sejunctos, profiterentur & colerent.

Bina tetigimus adhuc, quibus Aegyptiorum sapientes Deum illum, quem sum- 407
mum & altissimum putabant, designarunt, nomina, *Hammon* & *Neith*. Verum constat, aliis etiam, praeter haec, eumdem Deum nominibus in Aegypto salutatum esse, atque *Isis*, *Osiris*, & *Serapis* inter illa principem obtinere locum. Novi ego, esse, qui *Isidem*, ut inde initium capiat oratio, *lunam* fuisse suspicentur: novi, esse alios, qui *tellurem universam*, alios, qui *Cererem* aut *fruges*, alios denique, qui *ipsam Aegyptum* isto sub vocabulo latere, judicent. Neque ego negem, divinis haec omnia honoribus ab Aegyptiis affecta esse: quo jure & qua de causa, alio loco exponetur. Sed hoc tamen simul exploratum habeo & cognitum, vocabulo hoc non raro Numen omnia vi sua continens, coërcens, & gubernans indicatum esse. Etenim (*k*) *Plutarchus Isidem* & *Neith* unius ejusdemque Dei duo esse tantum inter Aegyptios nomina, significat. Quamobrem & templum illud, quod Saide *Neith* sive *Minervae* exstructum, atque inscriptione illa, quam paullo ante illustravimus, exornatum erat, *templum* ab eo vocatur *Isidis*. Quod si recte facit *Plutarchus*. *Isis* non minus, quam *Neith* hac inscriptione Deus ille dicitur, qui est omnia, quae fuerunt, quae sunt, & quae futura sunt, cujus velum nemo detrahet

inter se confundit, ipsam Dei naturam aut ipsum summum Numen vitam esse vult illam, quae animat materiam. Mundum nimirum *Hermes* non secus spectat, atque animal quoddam: cujus quidem corpus materiam esse vult, quae ex ipso Dei numine prodierit, animam vero Deum ipsum, per illam materiam intentum & commeantem.

(*k*) *Plutarchus*] *Libro de Iside & Osiride p.* 354. *T.* II. *Opp.* Quod vero vir doctus hic subjicit, templum Saitanum, Minervae dedicatum, *templum* a *Plutarcho Isidis* nominari, id falsum est & memoriae peccatum.

het mortalium. Ex quo conſequitur, eſſe *Iſidem* non ex inferioribus Diis aliquem, verum ſempiternum illud Numen, cujus virtute univerſa rerum natura continetur. Atque exſtat adhuc Capuae vetus quaedam inſcriptio, Divae huic conſecrata, unde huic ſententiae non parum accedit roboris:

TIBI.
UNA. QUAE.
ES. OMNIA.
DEA. ISIS.

Hic *Iſidem* aperte ἓν καὶ πᾶν, *unum & omnia*, ſive Deum illum, qui toti rerum naturae arbiter ac moderator praeſidet, appellari videas. Neque diſſentit illa, quam *Apulejus* Divam hanc recitare jubet, oratio: (*) *En adſum tuis commota, Luci, precibus, rerum naturae parens, elementorum omnium domina, ſaeculorum progenies initialis, ſumma Numinum, regina marium, prima coelitum, Deorum Dearumque facies uniformis, quae coeli luminoſa culmina, maris ſalubria flamina, inferorum deplorata ſilentia nutibus meis diſpenſo: cujus Numen unicum multiformi ſpecie, ritu vario, nomine multijugo totus veneratur orbis.* His quid, quaeſo, verbis fieri poteſt planius ad rem declarandam, quam inſtituimus? Valeant, qui *Iſidem* nihil fuiſſe cenſent, niſi lunam mentis atque rationis compotem. Imaginem *Iſidis* fuiſſe lunam, concedimus. Ip-

(*) Metamorph. Lib. XII. (potius Lib. XI. p. m. 243.)

(I) *Venerabantur*] Quae de *Iſide* hic leguntur, ea quemadmodum mea quidem ſententia debeant intelligi, ex illis, quae ſaepius jam monui, non obſcurum fore, arbitror. (I.) *Iſis* ſine ulla controverſia vetus eſt Aegypti regina, quae poſt mortem a ſuperſtitioſa gente conſecrata fuit. At quum longo intervallo memoria reginae hujus obſolesceret, prudentioresque puderet feminae dudum exſtinctae divinos honores perſolvi, ut plerorumque aliorum Numinum, ita & *Iſidis* vel morales vel phyſicae ſignificationes quaeſitae ſunt. Alius igitur lunam, alius terram, alius fruges, alius ipſam Aegyptum ſub hoc latere judicabat vocabulo. Vid. *Laur. Pignorius Menſa Iſiaca p.* 2. 3. 4. In quibus interpretationibus nihil eſſe certi ac conſtantis, cum multa docent alia, tum ipſa varietas abunde probat. (II.) In his, qui *Iſidem* ad ſenſus trahebant reconditos & arcanos, erant aliqui, qui univerſam rerum naturam, eamque animatam, illo nomine ſignificari, ſibi perſuaderent: qua de re jam ſupra dixi, quum de Saitana inſcriptione agerem. Ad horum familiam, id quod ipſa ejus verba declarant, quae hic afferuntur, *Apulejus* pertinet. Viſa fuit huic homini *Iſis* eſſe tota haecce rerum univerſitas, materia & ſpiritu materiam ciente ac animante conſtans. Tantum igitur abeſt, ut ex eo probari queat, *Iſis* ſummi Numinis, a natura rerum ſecreti, apud Aegyptios vocabulum fuiſſe, ut fortius praeſidium inde accipiant, qui omnem Aegyptiacam religionem non diſſimilem fuiſſe cenſent impiae, quam noſtris temporibus *Spinoza* profeſſus eſt, diſciplinae. (III.) Sed his ego tamen non aſſentior; qui in ea dudum ſum opinione, non eſſe ſatis tutum & liberale, ex paucorum teſtimoniis totius populi Aegyptiaci religionem, quae profecto varia fuit, metiri. Ex quo id etiam cogitur, etiamſi certum eſſet, quod tamen minime patet, fuiſſe in Aegyptiis, qui *Iſidem* pro ſummo orbis terrarum parente ac moderatore haberent, inde tamen elici nullo modo poſſe, ſic omnem populum, aut ſaltim totum ſapientum Aegyptiorum agmen ſenſiſſe. (IV.) Inſcriptio illa Capuana, quae poſt *Gruterum* a multis aliis producta eſt, parum apud plerosque caſtigate legitur, nec ab ipſo *Cudworthо* hic integra exhibetur. Omnium vero optime, qui ipſemet eam accurate inſpexit, a *Marq. Gudio* edita eſt in *Notis ad Phaedri fabulas Lib.* III. *Fab.* 19.

TE TIBI
UNA QUAE
ES OMNIA
DEA ISIS
AERRIUS BALBINUS V. C.

Exſtat, quod idem teſtatur *Gudius*, in templo, quod olim S. Benedicti fuit, nunc ſocietatis *Jeſu* eſt. Hominis privati eſt lapis hic, qui ſuam de *Iſide* ſententiam expoſuit: nec propterea Aegypti totius nobis inde licet aeſtimare de *Iſide* opinionem. Ex-

Digitized by Google

Ipſam vero *Iſidem* extrema *Apuleji* verba: *cujus Numen unicum* &c. neminem ſinunt dubitare, Numen fuiſſe illud ſupremum, ſempiternum, & ſingulare, quod nutu & arbitrio ſuo rerum univerſitatem moderatur & continet, variisque ritibus & nominibus ab antiquis honorabatur populis. Quod *nomine multijugo Iſidem* coli *Apulejus* perhibet, id vel varia illa, quibus Aegyptii unicum illud Numen exornabant, nomina, *Hammon*, *Neith*, & alia, quae mox illuſtrabimus, declarant: ne quid nunc de aliorum dicam populorum, quae ſummo impoſuiſſe leguntur Deo, nominibus. Paullo poſt ipſe *Apulejus Iſidem*, ut *unicum illud Numen*, divinamque virtutem & rationem cuncta permeantem, precatur: (†) *Tu ſancta & humani generis ſoſpitatrix perpetua, dulcem matris affectionem miſeris tribuis, fatorum inextricabiliter contorta retractas litia, fortunae tempeſtates mitigas, & ſtellarum noxios meatus cohibes. Te ſuperi colunt, obſervant inferi. Tu rotas orbem, luminas ſolem, regis mundum, calcas tartarum. Tibi reſpondent ſidera, gaudent Numina, ſerviunt elementa. Tuo nutu ſpirant flamina.* Ergo *Iſis*, ſi his fides habenda verbis eſt, ſummus eſt totius orbis rex atque moderator, Deus omnium maximus & potentiſſimus. Quod ſi hoc conturbat aliquem, quod Dea tamen, non Deus, *Iſis* fuit habita, quemadmodum & *Neith*, is veteres teneat promiscue modo mares feciſſe, modo effeminaſſe Deos, quos (*l*) venerabantur.

Pergo ad *Oſirin*: quod vocabulum ſupremi Numinis eſſe nomen, minus etiam 408
dubitationis habet. (*m*) Sunt, qui *Oſiris* contendunt Aegyptiorum lingua idem ſigni-

(†) Lib. XI. p. 254.)

Expreſſa vero eſt haec inſcriptio ex illa Saitana, de qua ſupra copioſe diſſeruimus: id quod ipſa utriusque docebit collatio. Homo igitur, qui ſaxum hoc dedicavit, Saitanis fidem temere ſacerdotibus habuit, qui *Neith* non differre ab *Iſide*, *Plutarcho* teſte, confirmarunt. Quumque, quod ſupra perſpicuum fecimus, *Neith* ab iisdem ſacerdotibus ſimulacrum totius naturae rerum fuerit exiſtimatum, idque illa Saitana ſatis probet inſcriptio, hanc *Iſidi* ſacram inſcriptionem haud aliter, quam de univerſitate rerum omnium, accipi debere, per ſe liquet. Vidit illud jam ex parte *Gerh. Jo. Voſſius Libro* II. *de orig. & progreſſu idololatr. Cap.* 2. *p.* 720. ubi de occulta naturae vi hoc ſaxum agere, ſignificat: quamquam ſtatim dubitare incipit, ſatiusne ſit eorum anteferre opinionem, qui *Iſidem* lunam eſſe volunt. Neque nimis ab hac opinione alienum ſe oſtendit *Phil. a Turre* in *Monumentis veteris Antii p.* 179. Nos ex ipſo ſaxo, *Iſidem* in eo eſſe rerum naturam, demonſtrabimus. TE TIBI, inquit conditor ejus, UNA QUAE ES OMNIA. Ipſam ergo Deam Deae aut *Iſidem Iſidi* dedicat homo. Haec omni plane ſenſu carent, niſi *Iſidem* naturam eſſe rerum decernas: quod ſi feceris, commodam habebunt ſignificationem. Saxum illud, quod conſecrabat *Balbinus*, pars erat naturae rerum. Igitur, qui naturae illud ſacrum faciebat, is partem naturae ipſius naturae devovebat, aut naturam naturae dedicabat. Sic ergo verba intelligo: *Tu Iſis tota es univerſitas, tu omnia es & in omnibus: nil ego tibi donare valeo, ſi a te diſcedam, nil niſi corporis tui membrum. Quare, dum hoc tibi ſtatuo ſaxum, te ipſam tibi, quae una es omnia, ſtatuo.* Junge his illa, quae ſupra de Saitana inſcriptione commemoravimus. Ergo non poſſum, quin ex aequo & eorum repudiem ſententiam, qui ſupremum, quod regit omnia, Numen in hoc ſaxo deſignari, ſibi perſuadent, & eorum ſuſpicionem amoveam, quam *Gudius* ſequitur, qui *Iſidem* propterea dici hic *omnia* arbitrantur, *quia eam alii Junonem, alii Cererem, alii Lunam, alii Theſmophoriam, alii aliis nominibus appellent.* Etenim, ut reliqua omittam, harum opinionum neutra vim ullo pacto & ſententiam declarabit verborum, ex quibus inſcriptio conflata eſt.

(*m*) *Sunt, qui Oſiris*] De variis derivationibus vocabuli *Oſiris* legi poſſunt, quae collegere *Jo. Braunius* in *Selectis ſacris Lib.* IV. *Cap.* 3. *p.* 384. *ſ. Gerh. Jo. Voſſius de Idololatr. Lib.* I. *Cap.* 27. *p.* 74. *Joach. Chriſt. Fehring de etymo Oſiridis* in *Biblioth. Brem. Claſſ.* V. *Faſcic.* II. *p.* 387. *Jo. Seldenus de Diis Syris p.* 147. *Jo. Clericus Bibliotheque choiſie Tom.* VII. *p.* 131. Habebunt in his abunde, quos ſapere juvat, ex quibus intelligant, funes ex arena nectere, & veterum nominum origines enodare, rem eſſe aeque facilem & expeditam. Notationum, quae hic leguntur, vocabuli *Oſiridis* altera eſt *Diodori Siculi*, altera *Plutarchi de Iſide & Oſiride p.* 368.

Digitized by Google

significasse, quod πολυόφθαλμος, *homo multis oculis praeditus.* Sunt alii, qui hoc nomen interpretantur κρήτος ἐνεργὲς καὶ ἀγαθοποιὸν, *virtus efficax & benefica.* Utrique expositioni figurae respondent sacrae, quae *Osiridi* propriae erant, *oculus* & *sceptrum*: quarum illa quidem, quod (*n*) *Plutarchus* testatur, providentiam & sapientiam, haec vero potentiam & majestatem significabat. (*o*) *Apulejus* his verbis compellat *Osiridem*: *Deus Deorum magnorum potior, & majorum summus, & summorum maximus, & maximorum regnator, Osiris.* Idem etiam *Isidem* & *Osiridem* reapse non differre, sed unum eumdemque Deum esse, qui ritu tantum dispari colatur, diversaque forma & notione concipiatur animo, perhibet: *Quamquam*, (*p*) inquit, *connexa, immo vero unica ratio Numinis religionisque esset, tamen Teletae discrimen esse maximum.* *Osiris* quaenam vera fuerit atque propria notio, (*q*) *Plutarchus* hisce verbis indicat: Τὸ πρῶτον καὶ κυριώτατον πάντων, ὃ τἀγαθῷ ταυτόν ἐστι. *Primum omnium rerum atque praecipuum, quod idem est, atque bonum.* A quo non alienus est (*r*) *Jamblichus*, qui, Ἀγαθὸν, inquit, πανταχοῦ ὁ Ὄσιρις κέκληται. *Deus, quatenus beneficus est, dicitur Osiris.*

409

Restat, ut de *Serapide* dicam. Hunc (*s*) *Origenes* novellum esse refert Deum, cujus cultum princeps *Ptolemaeus* Alexandrinis commendaverit. Verum ipse *Serapis* (*t*) in oraculo, quod *Nicocreonti*, Cypriorum regi, edidit, omnium sibi rerum totiusque naturae imperium arrogat, sive Deum sese profitetur omnia procurantem & administrantem. En ipsa ejus verba:

Οὐρανὸς κόσμου κεφαλή, γαστὴρ δ' ἅλα πόντος,
Γαῖα δέ μου πόδες εἰσὶ, τὰ δ' ὦτα ἔτ' ἐν αἰθέρι κεῖται,
Ὄμματα τηλαυγὴς, λαμπρὸν φάος ἠελίοιο.

Coe-

(*n*) *Plutarchus*] *De Iside & Osirid. p.* 354. & *p.* 371. *T.* II. *Opp.*

(*o*) *Apulejus*] *Metamorphos. Lib.* XI. *p.* 258.

(*p*) *Inquit*] *Loc. indic. p.* 256.

(*q*) *Plutarchus*] Haec verba *Plutarchi* de *Iside* innuit *Libello laud. p.* 372. Ἔστι δ' σύμφυτος ἵμερος τοῦ πρώτου καὶ κυριωτάτου παντὸς ἐστὶν ἡμῖν τοῦτο καὶ δίωξις. *Huic Isidi a natura insitus amor primae omniumque principis & praestantissimae naturae, quae est bonum: hoc ea desiderat atque persequitur.* Non autem *Plutarchus* hanc esse veram *Isidis* & *Osiridis* interpretationem, verum esse tantum significat inter Aegyptios, qui sic interpretentur historiam *Isidis* & *Osiridis.* Toto isto libello *Plutarchus* non tam, quid ipse sentiat, exponit, sed quam varie Aegyptii fabulas suas declarent, enarrat.

(*r*) *Jamblichus*] *De mysteriis Aegyptior. Sect.* VIII. *Cap.* 3. *p.* 159.

(*s*) *Origenes*] *Libro* V. *adv. Celsum p.* 257. *ed. Cantabr.*

(*t*) *In oraculo*] Exstat id oraculum apud *Macrobium Saturnal. Lib.* I. *Cap.* 20. *p.* 299. Versio, quam addidi, *Vossii* est ex *Opere de idololatria Lib.* VII. *C.* 2. *p.* 721. Ex hoc autem oraculo, si fidei & auctoritatis alicujus esset, apertius foret, *Serapin* esse naturam rerum, quam Deum naturae parentem & moderatorem.

(*u*) *Phylarchus*] Apud *Plutarchum Libro de Iside & Osiride p.* 362. Sed omittit vir doctissimus, adjecisse *Plutarchum*, inter absurda *Phylarchi* commenta hanc referendam esse opinionem.

(*x*) *Plutarchus*] Res ipsa legitur apud *Plutarchum loc. indic. p.* 361. 362. at verba, quae hic afferuntur, apud eum requiro.

(*y*) *Diodori Siculi*] Nusquam hoc dicit *Diodorus*, verum hoc tantum *Bibl. histor. Lib.* I. *Cap.* 25. *p.* 21. memorat, magnam esse sententiarum de Diis suis inter Aegyptios discrepantiam: *Osirin* sigillatim *modo Serapin, modo Dionysum, interdum Plutonem, quandoque Jovem, interdum Ammonem, non raro Panem putari.* Haec, quaeso, quis ita intelligat, *Osiris, Serapis, Ammon* unius summi Numinis esse apud Aegyptios nomina? Suspicor, *Vossium* in errorem induxisse virum doctissimum, qui *de idololatria Lib.* VII. *Cap.* 2. *p.* 721. non veritus est haec tradere: *Similiter Diodorus in primo ait, idem Numen intelligi per Osirim, Serapim, & Hammonem: neque hos tantum, sed etiam Graecorum Dionysum, Jovem, Pana, & Plutonem.* Perperam plane. *Diodori* haec est sententia, Aegyptiorum alios arbitra-

Digitized by Google

Coelorum ſublime mihi caput eſt, mare venter,
Terra globoſa pedes, aures ipſum aethera caedunt,
Frons, oculi, vultus clari fax lucida ſolis.

Neque ullum dubium eſt, quin exſtiterint, qui pro ſummo eum omnium Numine ducerent. In his eſt (v) *Phylarchus*, cui Σάραπις ὄνομα δὲ τὸ πᾶν κοσμοῦντος, *Serapis nomen Dei, qui totum orbem terrarum ornat & diſponit*, eſſe videtur. Ipſe quoque (x) *Plutarchus* vocabula *Oſiris* & *Serapis duo* eſſe *judicat unius Dei & unius divinae poteſtatis nomina*, ἄμφω εἶναι θεοῦ καὶ μιᾶς δυνάμεως. Adde (y) *Diodori Siculi* teſtimonium, qui haec tria verba, *Hammon*, *Oſiris*, & *Serapis*, tria eſſe diſerte affirmat nomina, quae unum eumdemque Deum, ſummum nimirum & excellentiſſimum, denotent. Longe vero ſecus (z) *Porphyrio* viſum eſt: quippe qui vim illam, quae in templo *Serapidis* reliquis fere Diis omnibus majorem ſeſe oſtenderet, in graviſſimam adducit ſuſpicionem, ipſumque malorum geniorum caput atque principem mortalibus in illo ſimulacro inſidiari, autumat: (*) Τοὺς δὴ πονηροὺς δαίμονας τούτους εἶναι φασὶ τὸν Σάραπιν ὑποπτεύομεν, οὐ διὰ τὴν συμβόλων μόνον ἀναπειθόμενοι. *Improbos daemones Sarapi ſubditos eſſe, haud temere ſuſpicamur, quippe hanc ad opinionem non illis tantum ritibus, quibus placari ſolet, adducti, ſed etiam ſigno ejus ac ſymbolo, quod triceps canis eſt, malum illum daemonem ſignificans, qui tribus in elementis, aqua, terra, & aëre verſatur.* Recte quidem ex parte decernit philoſophus. Licet enim tam *Serapis*, quam ceteri Dii, iſtos ſibi honores expoſcerent, quos ſummo unice Numini mortales debent; certum tamen eſt, malignum genium quemdam in iſto *Serapidis* ſigno ceterisque ſimulacris, quae reſponſa dabant in templis ſciſcitantibus, latuiſſe, atque cultores ſuos (a) decepiſſe.

Sed

(*) Euſeb. Praeparat. Lib. IV. C. 23.

trari, *Oſirin* eſſe *Serapin*, alios cum Baccho eum contendere, alios cum Pane conferre, alios cum aliis Diis.

(z) *Porphyrio*] *Libro de philoſophia & oraculis* apud *Euſebium Praeparat. Evangel. Lib.* IV. *Cap.* 23. *p.* 175. Cave vero, credas, quae hic Latine leguntur, ſic a *Porphyrio* eſſe ſcripta, & apud *Euſebium* hoc ordine legi. (I.) Vir doctiſſimus binos *Porphyrii* locos, qui ſatis longo apud *Euſebium* intervallo ſejuncti ſunt, copulat. (II.) Male refert, ſcripſiſſe *Porphyrium*, canem tricipitem ſignum fuiſſe *Serapidis*. *Porphyrius* conjicit tantum, Cerberum antiquorum ſymbolum fortaſſis fuiſſe daemonum, quorum dominum Serapidem eſſe, paullo ante dixerat. Habes hic ipſa ejus verba: Μετατε ἄρα εἰσὶ οὗτοι, ὧν ἄρχει ὁ Σάραπις; ᾧ δὴ κύων τρικέφαλος ὁ τριπάρανος οὗτος, τοῦτ' ἔστιν, ὁ ἐν τοῖς τρισὶ στοιχείοις, ὕδατι, γῇ, ἀέρι, πονηρὸς δαίμων, ὃς κατέχεται ὑπὸ θεοῦ. *Num forte daemones ii ſunt, in quos Serapis obtinet principatum? quorum propterea ſymbolum ſit triceps ille canis, hoc eſt, improbus daemon, qui tribus in elementis, aqua, terra, & aëre verſatur, quos Deus cohibet.*

(a) *Decepiſſe*] (I.) *Serapis* & *Oſiris* num unus idemque Deus ſint, an vero bina Numina, conſtituere haud audeo: nec, ſi auderem, tantum mihi ex ſcriptoribus vetuſtis argumentorum in promtu eſſet, quibus ſententiam meam omni dubitatione liberarem, quum ex utraque parte teſtes ſtent haud contemnendi. Id vero ſine formidine aſſeveraverim, *Oſirin* illum hominem fuiſſe & regem, rebus fortiter & praeclare geſtis inclytum, cui ſuperſtitio Aegyptiorum poſt fata divinos honores decrevit. Loquuntur hoc omnia illa, quae apud *Diodorum Siculum* & *Plutarchum* de eo ſcripta exſtant; nec, ut arbitror, quae, praeter alios, *Jo. Clericus* de *Oſiride* commentatus eſt *Biblioth. hiſtor. & univerſelle Tom.* III. *p.* 12. 27. *ſ.* dubitationis aliquid ſupereſſe patiuntur: cujus tamen haud omnia mea fecerim. Obliterata vero rerum antiquiſſimarum memoria, quisque ex ingenio ſuo *Oſiridis* hiſtoriam interpretatus eſt: hic ex Phyſica, ille ex Matheſi, tertius ex Aſtronomia; quod abunde conſtat ex *Plutarchi Libro de Iſide & Oſiride*. Quumque principe inter Deos Aegyptios loco hic eſſet *Oſiris*, ſapientiorum etiam inventi ſunt aliqui, qui cum ſupremo rerum omnium domino, quem natura docet & ratio, cum conſun-

Digitized by Google

411 Sed hic ipſe nihilominus (*b*) *Porphyrius*, id quod ex eo tranſtulit *Euſebius*, (*) Aegyptios teſtatur unum ſapientiſſimum mundi effectorem & parentem veneratos eſſe, quem *Cneph* appellaverint, & humana finxerint ſpecie, colore coeruleo atque nigricante, manu cingulum & ſceptrum tenentem, in capite vero regium ex pennis galericulum geſtantem, ex ore autem ovum effundentem. Quarum figurarum vis & notio his verbis exponitur: Ὅτι λόγῳ δυνάμει καὶ τεχνικῷ, καὶ ἀ φανὲς, καὶ ὅτι ζωοποιὸς, καὶ ὅτι βασιλὶς, καὶ ὅτι νοερῶς κινεῖ). διὸ ἡ μὲν πτερῶ φύσις ἐν τῇ κεφαλῇ κεῖ). *Quoniam illa ſapientia & ratio, quae mundum effecit, inventu eſt difficilis, contra obſcura, & abdita, & quoniam eadem vitae fons eſt & regina omnium rerum, motuque intelligenti cietur, quem maxime penna illa in capite ſita refert. Ovum autem illud mundum interpretantur, ab aeterno λόγῳ conditum; ab hoc autem Cneph generatum eſſe alium Deum, qui ab iis Phtha, a Graecis autem Vulcanus appelletur.* De quo *Phtha* deinceps plura. Nullam olim gentem acrius & conſtantius Aegyptiis, mundum hunc certo tempore genitum ac ortum eſſe, pugnaſſe atque defendiſſe, antea jam a nobis demonſtratum eſt. Qua de cauſſa, qui *Ptolemaeum* ſcholiis illuſtravit, antiquus auctor ſic eos leviter perſtringit: (†) Πεπεισμένοι ἀεὶ λόγον γένεσιν λέγειν Αἰγύπτιοι περὶ. *Solent Aegyptii perpetuo de mundi generatione & ortu verba facere.* (*c*) *Aſclepius* etiam, pervetuſtus rerum Aegyptiarum ſcriptor, in *Myriogeneſi* credidiſſe retulit Aegyptios, ſolem in ſigno librae creatum eſſe. Hic vero *Porphyrii* locus amplius aliquid declarat, eosque tolerari vetat, qui forte ſuſpicari poſſent, Aegyptios temere ac fortuito hunc mundum eſſe natum cenſuiſſe, quod quidem *Epicurum* aliosque conſtat philoſophos exiſtimaſſe. Docet enim, hanc nationem divinae menti atque rationi orbis fabricationem attribuiſſe, quam voce *Cneph* deſignaverint. Atque hic *Cneph* Deus illis quoque perennis, immortalis, & initii expers

(*) Praep. Lib. III. C. 11. p. 115. (†) Scaliger emend. temp. L. V. de condit. mundi.

funderent, ſibique perſuaderent, *Oſiris* ſupremi Numinis vocabulum eſſe. (II.) *Serapin* ex novellis Aegyptiorum Diis eſſe, non *Origenes* ſolum tradit, ſed multi veterum ſcriptorum alii confirmare videntur, *Plutarchus*, *Clemens*, *Tacitus*, & alii, qui, quemadmodum *Ptolemaei Soteris* aetate Deus hic in Aegyptum delatus ſit, copioſe referunt. Atque horum auctoritatem doctiſſimi viri non pauci ſequuntur, quorum rationes & argumenta nemo elegantius & aptius expoſuit celeberrimo viro, *Humphred. Prideaux*, *Hiſtoire des Juifs Part.* II. *Liv.* I. *Tom.* III. *p.* 17. - 22. Verum his alii oppoſiti, *Serapin* negant eſſe adventitium Aegyptiorum Deum, ſed antiquiſſimum provinciae hujus Numen. Vid. *Gerh. Jo. Voſſius de origine idololatr. Lib.* I. *C.* 29. *p.* 82. 83. & quae non ita pridem *Jo. Clericus* contra *Prideaux* monuit *Biblioth. ancien. & moderne Tom.* XIX. *p.* 401. Quin etiam plurimi tam veterum, quam recentiorum *Joſephum* hoc ſub nomine ab Aegyptiis fuiſſe cultum, contendunt. Vid. *Jo. Spencerus de legibus Hebraeor. ritual. Lib.* III. *Cap.* 8. *p.* 879. *ſ. T.* II. *ed. recentiſſ.* Meliori haud dubie fundamento poſterior nititur opinio; quod cum multis ex aliis rebus apparet, tum ex eo, quod *Plutarchus de Iſide & Oſiride p.* 361. 362. diſerte tradit, ſacerdotes Aegyptios dixiſſe, ſtatuam illam, quam *Ptolemaeus*, in ſomnis admonitus, Alexandriam Sinope aſportari curaverat, *Serapin* eſſe. Etenim inde liquet, Aegyptios antiſtites peregrino Deo, quem *Ptolemaeus* advexerat, nomen patrii cujusdam & antiqui Numinis, cui dudum ſupplicaverant Aegyptii, impoſuiſſe. Callidi nimirum & aſtuti homines non ſine cauſſa verebantur, fore, ut antiqua Aegyptiorum religio, & cum religione ſacerdotes in contemtionem adducerentur, ſi advena quidam Deus patriis anteponeretur. Itaque prudenter novum hunc hoſpitem adoptabant, & ſuum fuiſſe dudum, mentiebantur. Utramque ſi quis opinionem componere, atque Deum ipſum fuiſſe veterem, ſignum vero ejus novum, nec *Ptolemaei* aetate antiquius, ſtatuere velit, equidem haud refragabor. Sentit ita *Jo. Braunius Selectis ſacris Lib.* IV. §. 46. *p.* 396. *Joſephum* vero ſub *Serapide* latere, aegre, ut credam, a me impetro, maxime quum videam, opinionis huius patronos multa ſibi ſumere, quae nemo illis facile dederit. Lege, quae contra hanc ſententiam monuit *Petr. Jurieu Hiſtoire critique des dogmes & des cultes P.* III. *C.* 6. *p.* 521. Adde

Digitized by Google

pers habebatur. Quam cauſſam fuiſſe *Plutarchus* narrat (*) Thebaidis incolis, cur, praeter eum, alium colere Deum nollent. Ipſa verba *Plutarchi* ſubjicio: Εἰς ἣ τὰς τροφὰς τῶν τιμωμένων ζώων τὰς μὲν ἄλλας συμπαραβάλλεσθαι πλεῖν, μόνους δὲ μὴ δίδόναι τοὺς Θηβαΐδα κατοικοῦντας, οὓς θνητὸν θεὸν οὐδένα νομίζοντες, ἀλλὰ τὸν καλοῦσιν αὐτοὶ Κνήφ, ἀγέννητον ὄντα καὶ ἀθάνατον. *Quum autem ad alenda, quae venerantur, animalia ſumtum ſuppeditent conſtitutum Aegyptii, ſoli Thebaidos incolae immunes ſunt. Hi enim mortalem Deum nullum cenſent, ſed unum illum, quem Cneph appellant, ortus exſortem & immortalem.*

Igitur confectum eſt, quod recepimus, negotium, Aegyptiosque in ſummi & unius Numinis cultoribus numerari debere, graviſſimis argumentis, niſi fallor, oſtenſum. Nunc alia nos vocant, ad quae ſtatim properabimus, ubi totam diſputationem hanc duobus quaſi ſigillis obſignaverimus. Bina nimirum ex iis, quae diximus, elicere juvabit conſectaria: quorum alterum hoc eſto: Quod Aegyptii tantam Deorum turbam venerari viſi ſunt, id inde magnam partem evenit, quia multifariis nominibus unicum & ſummum, cui ſe in primis devoverant, Deum afficiendum ſibi & compellandum eſſe, duxerunt, eumque *Hammon*, *Neith*, *Iſis*, *Oſiris*, *Serapis*, *Cneph* vocarunt: quibus adde *Phtha*, *Lictor*, *Emeph*, quae apud *Jamblichum* reperias, cognomina. Et ſi qua verbis *Apuleji*, quae paullo ante ponderavimus, adjungenda fides eſt, nullus olim populus exſtitit, cujus aliter ſacra & religionem intelligere liceat. *Numen*, inquit, *unicum*, *multiformi ſpecie*, *ritu vario*, *nomine multijugo*, *totus veneratur orbis.* Haec autem varia & multiplicia unius ſummi & altiſſimi Dei nomina rude ac imperitum vulgus in eum facile errorem ad- 412
ducere potuerunt, ut totidem illis Deos aeternos & ex nullo alio procreatos deſignari, opinaretur: quod idem viris quoque contigit nonnullis doctiſſimis, qui recenti floruerunt (*d*) memoria.

Hic

(*) De Iſid. & Oſirid. (p. 357.)

Adde *Jo. Franc. Buddeum Hiſtoria eccleſ. V. T. Tom.* I. p. 357.

(*b*) *Porphyrius*] Habeo, quae ad hunc *Porphyrii* locum, ut hic a doctiſſimo viro exhibetur, moneam. (I.) Concedi ſibi vult, de ſummo omnium Numine hoc dictum accipi debere. Sed hoc ego dubito. Loquitur *Porphyrius* de δημιουργῷ ſeu conditore mundi. At non ignorare poterat vir ſummus, plerosque Aegyptiorum philoſophos, ut Platonicos nunc omittam, e quorum numero *Porphyrius* eſt, hunc mundi conditorem non pro ſummo, quod omnia regit, Numine habuiſſe, verum multum infra celſiſſimum rerum omnium parentem poſuiſſe. Vid. *Jamblichus de myſteriis Aegyptior. Sect.* VIII. *Cap.* 2. *p.* 158. & *Thom. Gale* in *Notis ad h. l.* (II.) Non ſecus loquitur, ac ſi univerſa Aegyptus hunc *Cneph* [De *Cneph* vid. *Jablonsky* in *Pantheo Aegyptior. L.* I. *c.* 5. *p.* 81. *ſ.* qui & multa, uti ſolet, peccat alia, & ex Deo locali univerſalem Aegyptiorum facit. Hoc vitium per totum ejus librum ſunditur.] divinis honoribus affeciſſet. Verum, qui mox ſequitur, *Plutarchi* locus incolas Thebaidos huic Deo ſolos ſervijſſe, non item reliquos Aegypti populos, oſtendit. (III.) Non ita, ut hic legitur, & ex Anglico a me ad *Cudworthi* mentem Latine verſa ſunt, haec verba exſtant apud *Euſebium:* ſed vir doctus ſententiam potius eorum exprimere voluit. (IV.) Dum id autem facit, aliqua, niſi plane fallor, ex ſuo ſenſu *Porphyrio* tribuit, quae mihi apud illum cernere non licuit. Non dicit *Porphyrius*, *ſapientiam & rationem, quae mundum effecit, inventu difficilem eſſe*, ſed ſimpliciter tantum ſignificat, quod Graeca docent, quae hic exſtant, τὸν λόγον δυσεύρετον eſſe: cujus ſenſus eſt, non facile eſſe, rerum omnium conditarum rationem & cauſſam aperire. Quae hic de mundo vides verba: ab aeterno λόγῳ conditum, ea plane neſcit *Porphyrius.* Denique non ille perhibet, a Deo *Cneph* alium eſſe generatum Deum, ſed tradit, ex ovo illo, quod Deus *Cneph* ex ore effuderit, aliud poſtea Numen prodiiſſe.

(*c*) *Aſclepius*] Thema aſtrologicum natalis mundi, ex ſententia Aegyptiorum, *Aſclepio* & aliis ducibus, expoſuit *Julius Firmicus Aſtronomicor. Lib.* III. *in Praef.* & *Cap.* 1. Adde *Macrobium in Somn. Scipion. Lib.* I. *Cap.* 21. *p.* 110. qui tamen in multis diſcedit a *Firmico.* Igitur & hic nihil certi ac conſtantis eſt.

(*d*) *Memoria*] Verum ipſe, qui his Diis ab Ae-

Hic vero quaestionem a nonnullis commoveri posse, sentio: Anne fortassis horum divinorum nominum, quae in ore crebro fuerunt Aegyptiis, aliqua distinctarum quarumdam divinarum naturarum, dignitate & ordine inter se inaequalium, notae sint? aut, ut clarius loquar: Sintne quaedam in antiqua Aegyptiorum Theologia trinae divinitatis vestigia, nec ne? *Orpheus*, *Plato*, *Pythagoras*, quibus Deum placuit in tres veluti distribuere naturas, magnam disciplinae suae partem, id quod nemo negat, ab Aegyptiis mutuati sunt. Quidni igitur hac etiam in parte Aegyptios doctrinae, quam de Deo fovebant, auctores illis exstitisse, suspicemur? Et *Athanasius* quidem *Kircherus* nihil hanc rem censet habere controversiae. Quamobrem in *Obelisco Pamphylio* primam ex sacris Aegyptiorum litteris, quam proponit, globum nempe alatum, ex quo serpens prodit, triformis Dei sive divinitatis trinae notam esse, non affirmare veretur. Atque hanc opinionem cum *Abenephii*, scriptoris Arabis, testimonio, tum Chaldaico quodam fragmento, quod *Sanchuniathoni* tribuitur, confirmat, qui globum volunt primum & incomprehensum significare Deum, qui nec coeperit, nec esse desinat, sed per se exsistat, serpentem divinae sapientiae virtutisque genitricis figuram esse, alas denique divinam illam mentem denotare, quae res omnes animet, vitaque & spiritu instruat. (*e*) Viderint alii, quantum in hac interpretatione dignitatis sit. Mihi quidem nusquam clariora trinae inter Aegyptios divinitatis indicia reperire licuit, quam in *Jamblichi*, quem *de mysteriis Aegyptiorum* exaravit, *Libro*. Quare totum istum exscribere locum utile arbitror. Sic igitur (*f*) *Jamblichus*: Κατ' ἄλλον δὲ τάξιν προηγεῖται (Ἐμμῆς) θεὸς ὁ Ἡμηφ * ὁ ἐπιστατικὸς θεῶν νοερόν, ὃν φησιν αὐτὸν εἶναι καὶ αὐτὸν, ἑαυτὸν νοοῦντα, καὶ τὰς νοήσεις εἰς ἑαυτὸν ἐπιστρέφοντα· τοῦτο δὲ τὸ ἓν ἀμιγὲς καὶ ὃ φησι τὸ πρῶτον μάγδωλον προηγεῖται, ὃν καὶ Εἰκτὸν ἐπονομάζει, ἐν ᾧ τὸ πρωτίστως ἓν νοῦν καὶ τὸ πρῶτον νοητὸν, ὃ δὴ καὶ λόγῳ σιγῆς μόνης θεραπεύει· ἐπὶ δὲ τούτοις —— ὁ δημιουργικὸς νοῦς καὶ τῆς ἀληθείας προστάτης καὶ σοφίας, ἐχόμενος μὲν ἐπὶ γῆϊσιν, καὶ ἡ ἀφανὴς τῶν κεκρυμμένων λόγων δύναμις εἰς φῶς ἄγων, Ἀμοῦν δὲ ἡ τῶν Αἰγυπτίων γλῶσσαν λεγομένη· σωτηρίων δὲ ἀψευδῶς ἕκαστα καὶ πηγικῶς μετ' ἀληθείας φθᾶ, Ἑλλήνων δὲ εἰς Ἥφαιστον μεταλαμβάνουσι τὸ φθᾶ, καὶ πηγικῶν μὲν προβάλλοντες· ἀγαθῶν δὲ πατρικὸς ὢν, Ὄσιρις κέκληται. καὶ ἄλλας δυνάμεις τε καὶ ἐνεργείας ἑκατονμμίας ἔχει. *Secundum vero alium ordinem Deum Emeph, tamquam ducem, Diis coelestibus praeponit. Ait, hunc esse mentem, se ipsam intelligentem, & cogitationes in semet ipsam convertentem. Ante hunc* (Emeph) *unum impartibile ponit, quod vocat Eicton & primam effigiem: in quo primum, quod intelligit & intelligitur, reperitur, quodque solo silentio colitur. Praeter hos* (Eicton & Emeph) —— *opifex quippe mens, qui & veritatis custos & sapientiae, quatenus ad generationem sapienter descendit, & incognitam rationum latentium vim producit in lucem, lingua Aegyptiaca dicitur Amun: quatenus vero perficit omnia summa cum veritate & arte, vocant eum Phtha; Graeci vero hunc Phtha nominant Vulcanum, artem in eo jo-*

* Aut Cneph.

Aegyptiis exhibitus fuit, cultus omnem extra controversiam ponit, varia esse ac diversa Numina, quae his vocabulis designantur. Alio nempe ritu Isis, alio Osiris, alio Serapis, alio Neith placabatur: historia etiam horum Deorum varia erat. Ex eo vero, quod nonnulli plebe paullo meliores haec nomina forte rati sunt unius summi Numinis vocabula esse, populi totius nullo modo religionem eruere licet.

(*e*) *Viderint alii*] Explosit jam hanc *Athan. Kircheri* interpretationem & vanitatis convicit *Herm. Witsius* in *Aegyptiacis Lib.* II. *Cap.* 5. §. 8. *p.* 95. Adde *Lib.* I. *Cap.* 3. *p.* 8 9.

(*f*) *Jamblichus*] *De mysteriis Aegypt. Sect.* VIII. *C.* 3. *p.* 158. 159.

(*g*) *Damascii*] Apud *Jo. Chr. Wolfium* in *Anec-*

Digitized by Google

ſolam conſiderantes: quatenus autem beneficus eſt, dicitur Oſiris, aliasque denominationes propter alias poteſtates habet. Ergo *Hermes*, ſi *Jamblicho* fas eſt credere, tres ſuos venerari juſſit perſonas in Deo, ſive tria rerum omnium principia, poteſtate atque gradu diſtincta & diverſa: primo unum ſimpliciſſimum Numen, a quo omnis alieniſſima eſſet diſtinctio: ei nomen dedit *Eicton:* tum perfectiſſimam mentem, quae omnem, qua pollet, cogitandi vim in ſemet ipſam converteret: vocabulum ejus *Emeph* vel *Hemphtha:* denique illam, quae omnia, nulla cauſſa alia interveniente, finxit, naturam, cujus varia pro diverſis ejus facultatibus voluit eſſe nomina, *Phtha*, *Ammon*, *Oſiris*, & ſimilia. Quae tria nomina propterea, nec non ejus ge- 413
neris alia, ſi *Jamblichi* ſtare convenit auctoritati, apud Aegyptios unam eamdemque rem ſignificarunt, tertiam nempe, quam in divinitate cenſebant eſſe, perſonam. Quanta hujus ſit doctrinae Aegyptiae illiusque Trinitatis cognatio & affinitas, quam *Pythagoras* & *Plato* ſuis inculcarunt, cujus quidem prima perſona τὸ ἕν ſive τἀγαθὸν, *ipſa unitas & divinitas*, altera νοῦς ſive *mens*, tertia denique ψυχὴ ſive *anima*, ut hic fuſius explicem, neceſſe non eſt. Sed hoc tamen in memoriam proderit revocaſſe, quod jam antea demonſtratum eſt, Aegyptios rationem illam ſive intelligentiam, quae hunc orbem fabricata eſt, atque ſecundum proprie locum in divinitate illa obtinet, quam diximus, alio etiam nomine *Cneph* vocaſſe: ex quo Numine *Phtha*, tertiam Trinitatis Aegyptiae perſonam, procreatam autumabant eſſe. Inde patet, *Cneph* & *Emeph* duo fuiſſe unius virtutis nomina. Igitur perfectam habemus Aegyptiorum Trinitatem, ex tribus naturis potentia & gradu inaequalibus conſtantem, quibus nomina *Eicton*, *Emeph* vel *Cneph*, & *Phtha* impoſuerunt. Quae, praeter haec, *Jamblichi* adjiciam loco de Aegyptiorum Trinitate, nunc quidem nulla habeo. Neque enim neceſſarium arbitror, quos ex *Hermetis Trismegiſti* libris de hac re antiqui Chriſtianorum doctores produxerunt, locos in medium proferre & illuſtrare: quorum quidem unum ex *Cyrillo* paullo ante excerpſimus. Neque erit, cur (*g*) *Damaſcii*, quod ſuperius itidem laudavi, teſtimonium repetam, qui, Μία, inquit, ἡ ὅλων ἀρχὴ, σκότῳ ἄγνωστον ὑμνυμένη, καὶ τοῦτο τρὶς ἀναφωνέμενον ἔτως. *Unum eſt ex mente Aegyptiorum rerum omnium principium, quod ſub nomine caliginis incognitae, quae vox ter repetitur, celebratur.* Sed alium tamen, quem ex eodem philoſopho adduxit *Auguſtinus Steuchus*, praeterire locum nolo, quo Aegyptios perhibet exiſtimare, πρώτην ἀρχὴν σκότῳ ὑπὸ πᾶσαν νόησιν, σκότῳ ἄγνωστον, τρὶς τοῦτο ἐπιφημίζεσθαι, *primum rerum omnium initium eſſe tenebras ſupra omnem captum poſitas, idque ter eos repetere.* Hoc quidem dicto nihil putat *Steuchus* eſſe validius ad eos, quibus Trinitas Aegyptia parum eſſe certa videtur, (*b*) retundendos.

Succedat alterum, quod antea polliciti ſumus, momentum. Quod Aegyptio- 414
rum

Anecdotis Graecis p. 260. Qui ſequitur, ex *Steucho* locus *Damaſcii* ab hoc, id quod ipſa res oſtendit, non differt. *Steuchus* paullo aliter verba expreſſit.

(*h*) *Retundendos*] Ego vero, ſi his unice fulcris nixa ſtet Aegyptiorum Trinitas, vix aliquid facilius opinor everti poſſe. Principio generatim obſervo, junioribus Platonicis, e quorum numero *Jamblichus* ſunt ac *Damaſcius*, de Aegyptiorum ſciis & rebus exponentibus, nihil tuto credi poſſe. Tanta enim fuit in hoc univerſo genere levitas, ut populos fere omnes, reluctantes licet ac invitos, in ſua caſtra traherent, cunctorumque philoſophorum dogmata, donec ſuis affinia viderentur praeceptis, mirifice torquerent. Cujus quidem moris tot exſtant exempla, ut numerum inire difficile ſit. Atque in Aegyptiorum inſtitutis explicandis eamdem illos tenuiſſe conſuetudinem, hoc quidem documento eſt, quod ea diverſo modo ab illis explicantur, ac, ut ipſi in magna ſententia-

Digitized by Google

rum aeque, atque *Orphei*, quae ab Aegyptiis manavit, ſapientia unum Deum, cumque & omni corporea concretione liberum, qui ſimul eſſet *omnia*, venerari ac precari juſſit, id neminem credere patitur, plures Deos, ex ſemet ipſis exſiſtentes & nullius imperio ſubjectos, ab illis fuiſſe cultos. At hoc ipſum tamen dogma, quoniam perperam a multis intelligebatur, inſanam illam Deorum multitudinem peperit, quos Aegyptios adoraſſe ſcriptum legimus. Deum enim quum omnia docerent eſſe, hac ipſa inducti ſunt ſententia, ut varias mundi partes resque naturales ſpecie veluti atque habitu Deorum induerent, easque Deorum Dearumque nominibus honeſtarent. Non tam erant excordes priſci Aegyptii, ut inanima naturae membra pro veris haberent Diis, multo minus ita delirabant, ut res propria carentes natura, aliisque tantum rebus inhaerentes, Deos eſſe ducerent reapſe diſtinctos & divino cultu dignos. At quoniam Deum eſſe omnia praecipiebant, ideo Deum etiam in omnibus rebus, illis praeſertim, quae maximas humano generi utilitates afferrent, honorandum eſſe, judicabant. Igitur ex *Aſclepii* ſive *Trismegiſti*, quod antea commemoravimus, praeſcripto Deum uniuscujusque rei, & vicißim unamquamque rem Dei nomine appellabant. Certe non ignorarunt hoc, qui ſapientia ce-

rum varietate fuerunt poſiti, ita etiam varie declarantur. Itaque, quum hi homines tria ſemper ſomniarent principia, ne longius a Chriſtianis abeſſe viderentur, id etiam a ſe facile impetrarunt, ut in Aegyptiorum diſciplinam eadem introducerent. Interim ad *Jamblichi* quod attinet locum, in quo praecipue totum hoc negotium vertitur, tantum abeſt, ut is aliquid in hac cauſſa valeat, ut potius obſtet illis, qui tres Aegyptios perſonas in Deo conſtituiſſe, autumant. Id quo pateat, animadverti (I.) velim, eum non agere de primis & ſummis Diis atque rerum principiis, ſed tantum de altera claſſe Deorum, qui ἐπουράνιοι *coeleſtes Jamblicho* vocantur, Hoc ipſum loci declarat initium: apertius autem illi erit, qui praecedens *Caput ſecundum Jamblichi* attentis oculis inſpexerit. In hoc enim capite *Jamblichus* ille refert Aegyptiis binos Deos maximos, omni humana intelligentia ſuperiores, ſeu unum Deum αὐτόγονον & μονοπάτορα, *de ſe genitum & ſui ipſius parentem*, ex quo uno Deo alius ſeſe Deus explicuerit αὐτάρκη ſeu *ſibi ſufficientem*, qui *Deus* ſit *Deorum*. Hujus utriusque Dei poſtquam naturam explanaverat philoſophus, haec verba ſubjicit: Αὗται μὲν οὖν εἰσιν ἀρχαὶ πρωτόγονοι πάντων, ἃς Ἑρμῆς πρὸ τῶν αἰθερίων καὶ ἐπουρανίων θεῶν ποταττεῖ καὶ τῶν ΕΠΟΥΡΑΝΙΩΝ. *Haec igitur ſunt principia omnium antiquiſſima, quae Mercurius ſupra Deos aetherios, empyrios, & coeleſtes ponit.* Ex his verbis manifeſtum eſt, Deos coeleſtes inferiores eſſe primis principiis rerum ſive Diis ex *Jamblichi* ſeu Aegyptiorum ſententia. Ad hos ergo Deos coeleſtes *Capite tertio* progreditur, cujus capitis exordium verba ſunt illa, quae hic deſcripta exſtant, atque illis Deum *Emeph* praepoſitum eſſe, narrat. Jacet ergo jam Aegyptiorum Trinitas. Bina enim illis tantum ſunt prima rerum omnium initia: nec de his loquitur iſte locus, ſed de Diis multo his minoribus. (II.) Et horum ipſorum Deorum non tres numerat, ſed multos, *Jamblichus*, quod hoc prorſus negotium conficit. Nimirum, quum dixiſſet de *Emeph* Deo, de illo item, quem *Eiθon* vocat, ita pergit: Ἐπὶ δὲ τούτοις τῶν ἐπουρανίων δημιουργικὰς ἄλλας προστάττουσι τεταγμένας. *Praeter hos, rerum opificio alii praeſunt duces.* Haec verba vir doctiſſimus omiſit, qui poſt voces, ἐπὶ δὲ τούτοις, ſtatim ita pergit: δημιουργικὰς ἄλλας, quod ſenſum prorſus auctoris perturbat & immutat. In his ducibus *Jamblichus* primum locum aſſignat *menti opifici*, quam aſſeverat *Amun*, *Pluto*, & *Oſirin* dici. Alterum locum tribuit elementorum moderatori: Ἐπὶ δὲ καὶ ἄλλη τις ἡγεμονία τῶν περὶ γένεσιν ἄλλων στοιχείων. *Eſt & alius princeps ſuper elementa in generatione poſita.* Tertium adſcribit lunae. Inde coelum in varias partes ab Aegyptiis diſtribui, & ſingulis illis partibus duces ſuos ac rectores praefici, tradit. Poſtremo his omnibus unum praeponi reliquis ſuperiorem, ſcribit. Jam cat aliquis, & in his ducibus & Diis coeleſtibus tria reperiat principia illa, aut tres unius divinitatis perſonas. Habemus primum quinque Deos majores: *Eiθon*, *Emeph*, *naturam opificem*, *elementorum praeſidem*, *lunam*. Habemus deinde plures duces minores, quibus variae coeli partes commiſſae putabantur. Habemus unum ad extremum his coeli ducibus majorem & praeſtantiorem, qui omnes gubernat ac moderatur. De *Damaſcii* locis, quum is homo levis atque vanus fuerit, nec ipſa dicta multum lucis & evidentiae habeant, cur ſigillatim aliquid moneam, nil cauſſae video. Haec licet ita ſint, nolo tamen reticere, apud *Plutarchum* memoriam exſtare trium principiorum, ab Aegyptiis, ſi mi-

Digitized by Google

ceteris praeſtabant inter eos, ſed unum tantum eſſe Deum, qui in variis naturae rerum partibus, varioque non minus ritu, quam nominibus, coleretur, profeſſi ſunt: qua de re *Plutarchi* juvabit audire teſtimonium: (*) Ἑλληνικὴ ἡ Ἶσις ἐστὶ, καὶ ὁ Τυφὼν πολέμιος τῇ θεῷ, καὶ οἱ ἄγνοιαν καὶ ἀπάτην πυρφορεῖς καὶ ἀφροσυνῶν καὶ ἀφανίζων τὸν ἱερὸν λόγον, ὃν ἡ θεὸς συνάγει καὶ συντίθησι καὶ παραδίδωσι τοῖς τελεσθησομένοις θεμένη. *Graeca enim Iſis vox eſt, a ſcientia demanans, & hujus Deae inimicus Typhon a faſtu (qui τύφος Graecis dicitur) nomen habet, quod inſcitia & erroribus inflatus, diſcerpat abolcatque ſacram doctrinam, quam Dea colligit, componit, traditque divinitati comparandae initiatis.* Hic *Plutarchus*, quae de *Oſiride* a *Typhone* diſcerpto ac dilacerato, cujus membra *Iſis* poſtea collegerit, atque coagmentaverit denuo, Aegyptii quondam commenti ſunt, rerum eſſe ſublimiorum figuram, perhibet. *Typhon* imbecillarum & plebejarum mentium imago eſt. Quibus quum per infirmitatem atque ignorantiam ſummum illud Numen, quod res omnes moderatur, ſimul comprehendere negatum eſſet, in varias veluti partes atque membra illud ſecarunt, variisque nominibus illas partes affecerunt. Haec vero fragmenta *Iſis*, ſive vera ſapientia & cognitio, colligat & conjungit iterum, neque ullo modo disjuncta eſſe (*i*) patitur.

§. XIX.

(*) De Iſid. & Oſir. p. 351.

tus omnibus, nonnullis tamen, fortaſſis adſcitorum. Verum tria haec principia vehementer diſſident a tribus divinis perſonis aut naturis, nec cum Platonica vel Chriſtiana Trinitate ulla comparari ratione poſſunt. Sunt enim Deus, aeterna materia, & mundus ex aeterna materia conſtructus a Deo. En ipſa *Plutarchi* verba ex *Libro de Iſide & Oſiride p.* 373: Ἡ δὲ τριττὴν καὶ θειοτέραν φύσιν ἐν τρισὶν ἐστι, τῷ νοητῷ, καὶ τῇ ὕλῃ, καὶ τῷ ἐκ τούτων, ὃν κόσμον Ἕλληνες ὀνομάζουσι. *Praeſtantior ac divinior natura tribus conſtat, eo, quod mente ſola comprehenditur, materia, & eo, quod ex his compoſitum: Graeci mundum hoc appellare ſolent.* His dictis, quemadmodum haec tria a *Platone* fuerint nominata, ſignificat; atque tum ad Aegyptios redit: Αἰγυπτίους δ' ἂν τις εἰκάσειε τὸ τρίγωνον τὸ κάλλιστον μάλιστα τούτῳ τὸν τῆς κοσμικῆς φύσεως ἐμφαίνοντας, —— καὶ τὸν μὲν Ὄσιριν ἐν ἀρχὴν, τὴν δ' Ἶσιν ἐν ὑποδοχὴν, τὸν δ' Ὧρον ἐν ἀποτέλεσμα. *Aegyptios autem probabile eſt triangulorum pulcherrimo in primis comparaſſe univerſi naturam, —— cenſuiſſeque, Oſirin, eſſe principium, Iſidem receptaculum, Orum effectum.* Conjectura haec eſt *Plutarchi*, in qua parum eſſe roboris, apparet: nec tamen negem, fuiſſe in Aegyptiorum ſacerdotibus, ut variis erant ſententiis imbuti, qui fabulas de Diis ita expoſuerunt, & tribus idcirco initiis univerſam rerum naturam concluſerunt.

(*i*) *Patitur*] Non paucis, iisque longe doctiſſimis hominibus, placet, quam hic profitetur *Cudworthus*, de ortu tot Deorum, quibus ſacra veteres fecerunt, ſententia. Veteres ajunt cenſuiſſe, Deum eſſe ſpiritum per univerſam rerum naturam fuſum & intentum: ex hac vero eveniſſe opinione, ut ſingulas naturae partes pro Dei membris haberent, & idcirco illis divinos honores decernerent: Deos ergo veterum nil eſſe, quam univerſitatis hujus partes, Junonem aethera, Vulcanum ignem, Neptunum mare, quos imperitum vulgus temere in perſonas converterit, & Deorum inſtar coluerit. Ego vero multa eſſe certus ſum, propter quae haec ſuſcipi nullo modo poſſit ſententia. Primum omnia, quae de Diis veterum & eorum rebus geſtis memoriae mandata ſunt, eam plane interimunt, veriſſimaque eſſe, quae *Cicero* dudum ſcripſit, demonſtrant: *In plerisque civitatibus intelligi poteſt, augendae virtutis gratia —— virorum fortium memoriam honore Deorum immortalium conſecratam. De natur. Deor. Lib.* III. *Cap.* 19. *p.* 3078. *T.* IX. *Opp.* Deinde innumeri ſunt Dii, qui cum nullis naturae rerum partibus componi aliquo modo poſſunt. Quaenam naturae pars *Diana* erit, quaenam *Honor*, quaenam *Virtus*, quaenam *Bellona*, quaenam *Mars*, quaenam *Febris?* ut infinita taceam alia. Praeterea, ſi Deum in ſingulis naturae rerum membris venerati eſſent populi, neſcio, cur ſemet ipſos & homo hominem non ante omnia coluiſſent, in quo tot philoſophi divini luminis ſcintillam & Dei particulam latere docuerunt. Si naturae rerum partes ob divinam in illis praeſentiam adorarunt gentes, equidem, quid ſit, non intelligo; quod beſtiarum cultus, cui dediti fuerunt Aegyptii, reliquis populis tam ridiculus & inſicetus viſus fuit. Neque ſi Aegyptiis haec forte propria fuiſſet ratio, cur ab his non omnia animantia, ſed certa tantum, nec omnes naturae partes, non arbores, non piſces, non ſtagna, non inſecta, fuiſſent divinis honoribus

415 §. XIX. Conſtat, eos, qui ſcribendi carminis facultate quondam valuerunt, ve-

tus affecta, capio. Quid multa? Niſi me fallit animus, temere nimis doctiſſimi viri Stoicos ſequuti ſunt, a quibus haec ideo inventa eſt explicatio Deorum, ut popularem religionem commode ad ſuam referre poſſent philoſophiam, quae Deum mentem eſſe ſtatuebat per rerum univerſitatem commeantem, & in omnibus ejus praeſentem membris. Legi velim hac de re *Balbi* Stoici apud *Ciceronem* orationem *de natura Deor. Lib.* II. *C.* 28. *p.* 2996. ubi inter alia, *Fabulis*, inquit, *ſpretis ac repudiatis*, *Deus pertinens per naturam cujusque rei*, *per terras Ceres*, *per maria Neptunus*, *alii per alia poterunt intelligi.* Verum ſapientes jam dudum viri levitatem Stoicae hujus interpretationis demonſtrarunt, e quibus *Ciceronem* unice commendo *de natura Deor. Lib.* III. *C.* 16. *ſ. p.* 3071. Ipſe quoque *Plutarchus* breviter quidem, at nervoſe eam repreſſit, cujus verba ex *Libro de Iſide & Oſiride p.* 377. appono: Ὅσοι σῶμα προσέκειτο τῇ φύσει, μὴ λανθανέτω τοῖς πολυμαθέσι, τὸ ῥιπτικὸν, τῇ σπορᾷ, τῇ ὕσει, τῇ πυθμὴν τοῖς μετεώροις ὁρῶν διαγινώσκοντες τὰ θεῖα τῇ ἀφανεῖ, ἀπτῆρι εἰ δύναται τὸ εἶδος, ὕλῃ καὶ τροφῇ τὸ φανερόν. Ἢ σοφῶν τῇ φησὶ τὸν Κλεάνθην τὸ μὲν ἐν καρποῖς φλόγα καὶ φοινικοῦν πνεῦμα· —— εἶτα τοῦτο ἀφῄρηται τὸ ἴνιον τῇ κοινῇ τῇ ἀγνοίᾳ τῶν μύθων κυρίους, τῇ ὑπολαμβάνειν τῇ ἀρχαίους τὸ ἓν. ἕτερον δὲ μιλτῶδες ἢ πυρῶδες ὄντος. *Niſi attentiſſime cavebunt, imprudentes nimia in ſpiritus, ſuccos, fomentes, arationes, terraeque affectiones & tempeſtatum mutationes permutabunt & diſſipabunt, ut ii, qui Bacchum pro vino, Vulcanum pro flamma accipiunt. Sic & Cleanthes* (Stoicus) *alicubi Proſerpinam ait eſſe ſpiritum, qui, per fruges cum ſertur, interimitur. —— Hi ſane nihil ab iis differunt, qui vela, rudentes, & anchoram pro gubernatore, & fila ac ſtamina pro textore, & cyathum, mulſum, ac pultamen pro medico habent.* Tutti ergo hic virum doctiſſimum, apertum eſt, qui *Plutarchum* ſibi hac in re favere confirmat. Nec enim is in loco, qui hic affertur, diſperſa *Oſiridis* membra dicit varias naturae rerum eſſe partes, quas vulgus rude ac indoctum in totidem Deos commutaverit, homo vero ſapiens colliget iterum & copulet; quod ſi ſcriptum reliquiſſet, vehementer ſecum ipſo diſſenſiſſet: hoc vero ſignificat unice, rationem, cujus ſimulacrum *Iſin* eſſe perhibet, veram ſapientiam & doctrinam, ab hominibus ſuperbia initiatis oppreſſam, nitori ſuo ac integritati reſtituere.

Verum, his miſſis, ad Aegyptiorum me religionem refero, de qua me hoc loco nonnihil eſſe commentaturum, pollicitus ſum. (I.) Vix ulla veteris memoriae res aut religio tot libris, ſcriptis, ac ſermonibus locum fecit, atque ſacra Aegyptiorum: in quibus inveſtigandis, aut potius obſcurandis, tam antiquorum, quam recentiorum longe plurimi elaborarunt. [Non inepte diſſerit de Aegypt. relig. veteri *Maillet Deſcription de l'Egypte T.* II. *p.* 43. qui tamen & alia peccat, & *p.* 54. ad illam Cudworthi ſententiam intolerabilem accedit, Aegyptios unum Deum *in animalibus* coluiſſe.] Etenim Aegyptii quoniam magna ſemper floruerunt ſapientiae & eruditionis laude, vix rectius diligentiam a ſe collocari poſſe, doctiſſimi homines cenſuerunt, quam in hujus gentis ſcitis & dogmatis explorandis. Quibus cognitis, alii ipſam ſe ſe veritatem cognituros eſſe putarunt, alii vero intellecturos ſe ſe non dubitarunt, quibus nervis totius fere terrarum orbis de Deo ſententia cohaeſerit, quem Aegyptiorum imitatum eſſe inſtituta, conſtans & vetus fama eſt. Noſtris temporibus, ut innumerabiles omittam alios, recentiores non minus, quam antiquiores, qui hoc argumentum tractandum ſibi ſumſerunt, viri duo longe doctiſſimi rebus & decretis Aegyptiorum ſingulari cura operibus novam dare lucem annixi ſunt. Alter eſt *Andreas Kircherus*, Theologus inter noſtros litterarum orientis peritia nemini ſecundus: verum huic praematura mors obſtitit, quo minus longum opus perficeret, quo veterem ſapientiam Aegyptiorum a ſe reſtitutam ori ſperabat. Lege epiſtolam ejus in celeberrimi viri, *Chriſt. Aug. Heumanni Poecilen Tom.* II. *Lib.* IV. *p.* 546. 548. Alter *Sicardus* eſt, Jeſuita Gallus, qui plures annos in Aegypto Romanae religionis amplificandae cauſſa commoratus eſt, & laboriosum copioſumque opus *de veteri & nova Aegypto* compoſuit, cujus ipſe luculentam exhibet adumbrationem *dans les nouveaux Memoires des Miſſions de la Compagnie de Jesus dans le Levant Tom.* V. *p.* 204. Incertum eſt, an hic liber lucem aliquando publicam viſurus ſit, poſtquam auctor ejus *A.* 1726. *d.* 12. *Aprilis* in Aegypto diem non ſine magno ſuorum luctu obiit. Vid. *Memoires des Miſſions T.* VI. *p.* 256. (II.) Tot vero tamque variis virorum certe eximiorum & praeſtantium laboribus nihil adhuc fere effectum eſt, quam quod varias eorum ſententias nobis enumerare, idque ex earum multitudine diſcere licet, quid de religione veterum Aegyptiorum ſentiendum ſit, niſi ſummam rationem adhibeas, & longum examen ingrediaris, nullo modo conſtitui poſſe. Neque nova eſt haec diſſentio de ſacrorum Aegyptiorum natura & indole. Non minor, quam nos, diſcordia ſcriptores antiquiſſimos hac in re ſe ungit, notiſſimusque *Plutarchi* libellus *de Iſide & Oſiride* nihil eſt, quam variarum opinionum de religione Aegyptiaca enumeratio, ex qua facile intelligas, tot eos fuiſſe interpretationes, quot homines certis ſen-

ten-

Digitized by Google

veterum de rebus divinis ſcita mirifice corrupiſſe atque adulteraſſe, licet alioquin 416 po-

tentiis deditos & ingenio inſtructos. Quanto magis eſſe noſtra aetate non paucos tam audaces miror, ut ſibi unis omnia priſcorum Aegyptiorum fama & ſecretos templorum receſſus apertos eſſe, perſuaſum nobis cupiant. (III.) In cauſſis mihi tot diſſenſionum inquirenti in mentem venerunt nonnulla, quae fraudi eſſe omnibus arbitror, qui veterum populorum inſtituta & religiones e tenebris ſuis eruere tentant: quae quidem, quoniam ad Aegyptiacarum rerum ſcriptores in primis pertinent, antequam de ipſa religione dicam huius populi, breviter exponam. Omnium primo, qui de veterum religionibus commentantur, hoc animadverto vitium eſſe, quod exiſtimant, totius Aegypti, Graeciae, Syriae, Perſiae, & reliquarum provinciarum unam fuiſſe eamdemque religionem, in Aegypto verbi cauſſa eamdem diſciplinam viguiſſe Alexandriae, quae in reliquis Aegypti provinciis & oppidis floruit. Quod tamen longe ſecus ſeſe habet. Inter nos, qui certis utimur doctrinae formulis, quibus omnes alligantur ſacrorum miniſtri, ex unius urbis religione plerumque de totius provinciae ſacris iudicium ferri poteſt. At eiusmodi ſymbolis & formulis nullus erat inter antiquos Deorum cultores locus, nec omnes ſacerdotes iisdem adſtricti erant de rebus divinis ſententiis. Quocirca fieri non poterat, quin in uno populo multae eſſent de re ſacra opiniones, aliterque Thebani & Saitani ſacerdotes, aliter Memphitani docerent. Omnis veterum populorum religio commode diſtribuitur in popularem & philoſophicam, ſeu religionem vulgi & prudentum. Popularem religionem variam fuiſſe in pleriſque gentibus, omni caret controverſia. Erant quidem in ſingulis Dii quidam praecipui, quibus tota ſupplicabat natio, in Graecia verbi cauſſa *Jupiter*, *Apollo*, *Minerva*, in Aegypto *Iſis*, *Oſiris*, *Orus*, *Typhon*. Sed praeter hos, quilibet nonnumquam ager, quodlibet certe oppidum, peculiaria ſua & propria reverebatur Numina, quibus reliquae urbes nullos aut valde mediocres exhibebant honores. *Neith*, ut exemplum afferam, Saitanorum in Aegypto erat Numen. Hanc Deam colere & placare, ſuum non eſſe ducebant reliqui Aegyptii. Eadem hodie, mutatis perſonis, fabula in regno Romani Pontificis agitur, in quo ſancti quidam ſunt, quos omnes honorant, principes, & praeterea multi alii minorum gentium Dii, quorum curam ad ſe pertinere, negant reliquae provinciae. Galli *S. Genovefam* ſummis afficiunt honoribus: ſed exemplum horum qui ſequantur, perpauci ſunt. Ne ſummi quidem illi popularum Dii ubivis colebantur. Non in omnibus Aegypti urbibus *Iſidis*, nec in omnibus Graeciae oppidis *Dianae* fanum erat, ſed peculiares urbium Dii nonnumquam, miſſis reliquis, unice adorabantur. Religio ſapientum quae mihi dicitur, interpretatio eſt religionis popularis philoſophica, ſeu fabularum de Diis expoſitio ad rationem & ſapientiam revocata. Notum eſt, in omnibus fuiſſe nationibus viros eruditos, qui ſacra vulgaria rerum ſublimiorum ſimulacra & imagines eſſe contenderent: hi vero tantopere opinionibus & ſententiis diſſident, ut neminem eſſe cenſeam, qui philoſophos & ſapientes de religione idem docuiſſe aſſeveret. Quot alicuius numeri ingenia, quot ſectae philoſophorum in gente quadam erant, tot etiam exſtabant in ea religiones & ſacrorum publicorum explicationes. Si quo vero in populo, certe in Aegyptiis haec valere debet obſervatio. *Plutarchus*, *Diodorus Siculus*, *Juvenalis*, omnes verbo, apud quos religionis Aegyptiacae mentio quaedam exſtat, auctores ſunt locupletiſſimi, nec populos Aegyptiacos de religione concordes fuiſſe, verum in ſingulis provinciis & urbibus alia fuiſſe Numina, alia animalia ſacra, alios ritus, nec philoſophos & ſacerdotes, qui religionem ad rationem revocabant, certam habuiſſe, quam ſequerentur, normam, verum ſuis unice ingeniis obtemperaſſe. Quae quum ita ſeſe habeant, illi quidem, qui in univerſam religionem Aegyptiorum deinire, & *doctrinae* quoddam *corpus* illis attribuere non verentur, idem mihi videntur facere, quod illi, qui populorum Americanorum religionem & inſtituta, quae varia eſſe, inter omnes conſtat, uno eodemque pede ac modulo metiri non dubitant. Conferri cum his velim, quae iam ſupra de re eadem monui. Alterum mihi vitium eorum, qui religiones veterum ingenio perſequuntur, in hoc eſſe poſitum videtur, quod rerum humanarum vicissitudines & civitatum converſiones haud cogitant, verum populi cuiusdam religionem unam ſemper eandemque manſiſſe, opinantur, ideoque perpetuam aliquam & conſtantem ejus formam animo complecti nituntur. Eluviones, bella, peregrinarum gentium commercia, colonias, & quae ſunt eius generis alia, cum rei publicae, tum etiam ſacris & religioni multum aſſerre malorum & mutationum ſolere, inter omnes conſtat. Quae vero quondam gens his rebus caruit? Ut de Aegypto tantum dicamus, quot quantasque rerum mutationes, partim naturales, partim civiles, haec ſuſtinuerit provincia, neminem veteris hiſtoriae mediocriter peritum praeterire poteſt. Tantis in malis & perpetuis vicissitudinibus quis, quaeſo, veteri Aegyptiorum religioni aut deceſſiſſe nihil, aut acceſſiſſe exiſtimaverit? Quis Perſas, Chaldaeos, & alios populos ſuarum ſuperſtitionum nihil in provinciam bello devictam deportaſſe? quis advenas & colonos nihil patriorum mutuum Aegyptiis per-

Digitized by Google

417 populorum, quos inter vivebant, vates essent, atque religionis morumque doctrinae

persuasisse dixerit? Factum id esse, ipsa res docet, quod paulo post planum fiet. Et nihilo tamen minus viri doctissimi de veterum, & figillatim Aegyptiorum religione ita generatim & universe quaerunt, ac si forma ejus & habitus perennis semper & stabilis per tot saecula permansisset. Graeci scriptores, ex quibus, ceteris injuria temporum amissis, omnem nos veterum religionum orientalium notitiam haurire oportet, tertiam errandi viam eruditis viris, quos veterum explorare scita de Diis juvit, aperuerunt. Etenim his, quod vel ex *Herodoto* patet, moris fuit, Numina, quae Graecia coluit, cum Diis Aegyptiorum, Syrorum, & aliorum populorum conferre, & levissima quadam similitudine animadversa, *Osirin* pronuntiare *Jovem* esse, *Isin Minervam*, *Typhonem Plutonem*. His temere fidem adjunxerunt antiquitatum exploratores. Ex quo infinitae de his rebus disputationes natae sunt, tantaque in veterum religionum historiam confusio introducta, ut vix, ubi pedem figere liceat, multis appareat. Denique a philosophis & sacerdotibus recentioribus multi sese abduci patiuntur, neque dubitant, vera illa esse, quae hi de arcanis religionum antiquarum sensibus memoriae prodiderunt. Aegyptiorum religioni hoc in primis evenit, ut a variis varie exposita & declarata sit. Haec ipsa sententiarum & explicationum varietas edocere poterat viros egregios, nihil eas habere certi, sed a junioribus excogitatas esse, ut turpitudinem cultuum & rituum veterum velarent. Verum plus valuit apud plerosque philosophorum Platonicorum & sacerdotum Aegyptiorum auctoritas, quam recta ratio. Quocirca talem sibi quisque religionem fingit Aegyptiorum, qualis, quem sibi delegit, dux est: hic ad Mathematicorum circulos, ille ad Astrologos, tertius ad Physicos confugit, quartus ex doctrina morali, quintus ex Chymia, sextus ex arte medica praesidia sibi petit ad sacra illa sublimia & abstrusa, ut putant, enodanda & declaranda. Hic *Isin* naturam, ille lunam, alius terram, quartus aurum pensabile, & quid non praeterea? existimat. De notis sacris Aegyptiorum, quum supra jam de illis sit ex instituto expositum, nunc quidem sileo; nec in his tamen diffiteor non ultimam reconditam esse caussam multorum vitiorum, quibus *Ath. Kircherus* & alii sese in explicandis rebus Aegyptiacis obligarunt.

Haec qui secum consideraverit omnia, is nil dubito, sentiet, rem valde lubricam esse ac temeritatis plenam, de Aegyptiorum religione in universum decernere, neque facile veritatem e tot spinis erui posse, intelliget. Nec is ego sum, qui me putem rebus his aeterna veluti nocte oppressis novam accendere lucem posse: at nonnulla tamen, non quasi Pythius Apollo, certa ut sint & fixa, quae dixero, sed ut homunculus unus e multis, probabilia conjectura sequens, differam. Certa dicent ii, qui se vetera omnia percipere profitentur, totamque antiquitatem uno complecti ingenio videri volunt. In universum haec tria praefero, quibus nihil esse firmius, opinor. Primum: Ut humana omnia praecepta & dogmata, ita Aegyptiorum quoque religionem mutationes & vicissitudines suas subiisse, neque pari semper fuisse forma & habitu. Alterum: Non unam totius Aegypti fuisse religionem in plerisque praeceptis, sed in multis rebus variam pro varietate provinciarum & ingeniorum. Tertium: Ipsam veterum Aegyptiorum religionem a novis expositionibus & sacerdotum commentitiis interpretationibus separandam esse, neque illis fidem haberi debere, qui summam saepe insaniam pro occulta quadam & arcana sapientia haberi voluerunt. Horum quod secundo posui loco, id in primis animadverti velim, quum multi sint, qui ad universam Aegyptum confestim pertinere putant, quidquid usquam de Aegyptiis scriptum legitur. A quo vitio ne illi quidem scriptores alieni sunt, quos vetustas alioquin vehementer commendat. Ita *Juvenalis Sat.* XV. *vs.* 9. Aegyptios porrum & cepe venerari, memorat:

Porrum & cepe nefas violare & frangere morsu. At *Herodotus* vulgus Aegyptiorum porris, cepis, & allis sine omni sese metu aluisse, auctor est *Hist. Lib.* II. *Cap.* 124. *p.* 137. & *Plutarchus* sacerdotes tantum aliquos his plantis non tam religionis, quam valetudinis caussa abstinuisse, testatur *de Iside & Osiride p.* 353. *T.* II. *Opp. Macrobius*, & multi, praeter hunc, alii, *Saturnal. Lib.* I. *C.* 7. *p.* 215. *numquam fas fuisse Aegyptiis* perhibet, *pecudibus aut sanguine, sed precibus & thure solo, placare Deos.* Crediderim, aliquos ex Aegyptiis his usos fuisse institutis; ad omnes vero hanc consuetudinem perperam referri, locuples auctor est *Herodotus*, qui *Lib.* II. *C.* 41. *p.* 104. Aegyptios boves mundos & vitulos immolare, significat. Plura praetermitto exempla. Ne ipsum quidem *Herodotum* sibi satis ab hoc vitio caviisse, si locus id ferret, demonstrare possem; qui tamen hanc alioquin observationem nostram egregie firmat, *Lib.* II. *C.* 42. *p.* 104. scribens: Θεοὺς μὲν δὴ οὐ τοὺς αὐτοὺς ἅπαντες ὁμοίως Αἰγύπτιοι σέβουσι). *Non eosdem Deos similiter colunt universi Aegyptii.* His addo, id quod mihi pariter ad hanc totam caussam cognoscendam per esse videtur utile, multa de Aegyptiis esse scripta, quae veritati minime congruunt, nec pauca de illis per contumeliam relata, a quibus aversi plane fuerunt. Quemadmodum nimirum Judaeis olim

Digitized by Google

nae primis initiis & elementis, eo quod se Numine plenos crederent, teneras 418
men-

olim a *Plutarcho*, *Petronio*, & aliis exprobratum est, porcos ab illis coli, quo niam illis non vescebantur: ita & Aegyptiis cultum multarum rerum crimini esse datum nil dubito, quae tamen non tam ob religionem, quam aliis de causis fugiebant. Quod piscibus Aegyptiorum aliqui abstinuerunt, id in suspicionem adduxit eos, ac si piscibus divinos honores exhiberent, quodque aliqui cepe & allium sibi noxia fore credebant, id *Juvenali* suasit, ut ea inter Aegyptiorum referret Numina, & ridendo sanctos illos praedicaret, quibus *Numina in hortis nascerentur.*

Propius jam ut ad rem accedam, universam ego Aegyptiorum religionem vix considerari posse commodius arbitror, quam si ea primum ita ante oculos ponatur, uti fuit, quum in primis adhuc, ut ajunt, incunabulis jaceret, nuda & ab omni philosophorum & sapientum explicatione libera: deinde ea forma, quam mihi suscepisse videtur, postquam Persarum & Chaldaeorum de binis principiis rerum, altero bono, altero vero malo, portenta cum veteri Aegyptiorum religione conjuncta fuerunt: postremo sic, uti exstitit ab eo tempore, quo Aegyptus in Graecorum ditionem pervenit.

Antiquissimi Aegypti incolae quidnam de divinis rebus senserint, id nemo accuratius exposuit *Diodoro Siculo Bibliothecae historicae Libro primo toto.* Non est quidem, cur in hoc scriptore accuratam distributionem, delectum rerum, & justam demonstrationem requiras: quas quidem virtutes vix exspectaveris ab homine res ab aetate sua remotissimas persequente. At nihilo tamen minus vestigia, quae sequamur, ostendit satis expressa & luculenta. Solem igitur, lunam, & sidera pro Diis habuere Aegyptii vetustissimi; animos non interire, sed in nova migrare semper corpora, docuerunt: naturas professi sunt homine praestantiores & nobiliores, seu daemones; daemones hos humanis corporibus conclusos inter homines saepenumero commorari, his vero relictis, ad sidera & astra proficisci, censuerunt; daemonibus denique cultum aliquem & honorem ab hominibus deberi, judicarunt: nec repugnem illis magnopere, qui summum Numen arbitrantur toti rerum naturae ab illis praefectum esse. Plura nec vacat, nec expedit, nec forte licet enumerare gentis hujus dogmata. Daemones quum humanis rebus interesse saepenumero nil dubitarent, facile eo sese adduci passi sunt, ut in primis regibus & conditoribus suis, *Osride* in primis & *Iside*, *Oro* item, & aliis, a quibus maximis affecti erant beneficiis, & ad vitae melioris cultum a belluinis moribus traducti, bene eas ejusmodi & excellentes natura habitasse, crederent, ob eamque causam post fata divinos illis honores exhiberent. Hoc etiam *Plutarchus* confirmat, cujus haec sunt verba ex *Libro de Iside & Osiride p.* 362. Ὁ μὲν γὰρ Ὄσιρις καὶ ἡ Ἶσις ἐκ δαιμόνων ἀγαθῶν εἰς θεοὺς μετέβησαν. *Osiris enim & Isis e bonis geniis in Deos transivere.* Aliter si quis instituere, Aegyptiosque veteres putasse, contendere velit, animos magnorum heroum & virorum egregiorum daemones ob praeclare facta fieri, ubi corporibus excesserint, ex eoque cultum primorum regum Aegyptiorum natum esse, cum eo non admodum mihi pugnandum esse, arbitror. Scio, plerosque ita praecepisse Platonicos, quorum magistros in Aegyptiorum scholis eruditos fuisse, constat. *Plerique tamen*, inquit *Chalcidius in Timaeum Platonis Cap.* 135. *p.* 330. *ex Platonis magisterio daemonas putant animas corporeo munere liberatas: laudabilium quoque virorum aethereos daemones.* Deos autem, quos Aegyptii in primis venerati sunt, *Osirin*, *Isin*, *Orum*, homines fuisse rerum gestarum & beneficiorum magnitudine illustres, cum ab aliis dudum demonstratum est, tum non modo ex universa eorum historia, sed etiam ex inscriptionibus a *Diodoro Siculo* commemoratis *Biblioth. histor. Lib.* I. *Cap.* 27. *p.* 22. 23. apertum est: ne quid nunc de mysteriis dicam, & de sepulcris horum Deorum, aliisque rebus, de quibus *Plutarchum* inspicere jubeo *de Iside & Osiride p.* 258. 259. Ne memoria periret horum Deorum tantorumque, quibus Aegyptii ab illis ornati essent, beneficiorum, rudi illo aevo, quo aut nullus aut perrarus litterarum & chartarum usus erat, anniversarii quidam ritus instituti sunt, quibus signis, figuris, & imaginibus, quid olim contigisset Diis, quasve illis res Aegyptus deberet, significabatur. Hae caerimoniae recordationis causa vetustissimis temporibus decretae, celeberrima illa sunt Aegyptiorum *mysteria*, quae paucis fas erat recentiori aetate adspicere. Etenim sacerdotes, quod metuerent, fore, ut ex his ritibus plurimi intelligerent, homines fuisse dudum defunctos, quibus sacra facerent Aegyptii, honosque religionis & antistitum ejus reverentia multum inde detrimenti caperet, sensim sacra haec instituta multitudinis oculis subduxerunt, nec ad ea spectanda, praeter eos, admiserunt, quorum fidem & prudentiam diuturna exploratione cognovissent. Multa habeo, quibus haec probare possum, quae de mysteriorum natura dixi: verum longus esse nolo, & memini, me aliquoties jam hoc argumentum tangere. Itaque satis erit, si dixero, vix aliter sentire posse, qui ritus mysteriorum, quotquot ad nos pervenerunt, expenderit, & cum iis, quae de Diis Aegyptiorum narrantur, contulerit. Addo, veterum non paucos, in quibus ingenium fuit & ratio, *Plutarchum*, *Lucanum*, *Xenophanem Colophonium* apud *Plutarchum de Iside*

Digitized by Google

419 mentes imbuerent. Videamus, quot hic modis poëtae & ſeſe & veritatem con-

ta-

& *Oſiride* p. 379. multosque alios, jam dudum animadverſiſſe, arcanam Aegyptiorum religionem argumento eſſe, homines fuiſſe, quibus haec gens ſupplicaret. Et commodum mihi haec ſcribenti locus *Ciceronis* peregregius in memoriam venit *Tuſculan. Queſt. Lib.* I. C. 13. p. 2579. quo perſpicue initiatos non ignorare potuiſſe declarat, ex terris in coelum profectos ſeu homines fuiſſe Deos gentium. *Ipſi illi*, inquit, *majorum gentium Dii qui habentur, hinc a nobis profecti in coelum reperientur.* —— *Reminiſcere, quoniam* ES INITIATUS, *quae tradantur*, MYSTERIIS. Nil fieri poteſt hoc dicto luculentius. Quum univerſus Aegyptiorum populus de primis regibus & legumlatoribus ſuis praeclaram habuit opinionem, eamdem ſingulae provinciae & civitates opulentiſſimi hujus regni erga eos foverunt, quorum labore ac induſtria aut conſtitutae ac legibus munitae, aut a formidine ac periculis liberatae, aut denique artibus & opificiis humanae vitae ſalutaribus inſtructae fuerant. Quamobrem evenit, ut, praeter communes populi totius Deos, quaelibet urbs aut regio propria ſua & peculiaria Numina revereretur, nec iidem omnibus Dii placerent. Etenim hoc antiquiſſimorum populorum mentibus penitus fuiſſe infixum videtur & inſitum, ſine Deo neminem magnum & eximium virum fuiſſe, animosque eorum, quos virtus & fortitudo prae ceteris, dum vixiſſent, extuliſſet, in Deorum concilium corpore ſolutos recipi. Ex quo factum, id quod a viris doctis dudum obſervatum eſt, urbium fere omnium conditores ab incolis earum ſacro ritu cultos & Diis aggregatos fuiſſe. Vid. *Ezech. Spanhemius ſur les Ceſars de Julien* p. 13.

Reliquum eſt, ut de origine cultus beſtiarum dicam, quo religio Aegyptiorum a reliquis omnibus religionibus differt. Etenim hanc brutorum animantium conſecrationem non recentius diſciplinae Aegyptiorum additam, ſed cum ipſis ejus initiis natam & propagatam eſſe, ſuadent omnia, quae de ea usquam in litteras relata exſtant. Nulla res majorem apud viros ſapientes deſpicientiam Aegyptiis olim commovit, quam hoc eorum erga beſtias ſtudium, id quod cum ex multis aliis, tum ex *Juvenalis* in primis *Satyra* XV. & *Luciani Concilio Deorum Tom.* II. p. 713. intelligitur. Itaque dici vix poteſt, quantum adhibuerint & veteres & recentiores diligentiae, ut tam portentoſae ac ridiculae religionis cauſſas in populo tanta ſapientiae laude quondam florenti eruerent. Sed ut ingenue, quod ſentio, profitear, pauci rectam mihi viam videntur ingreſſi ad hoc negotium explicandum, auresque juſto faciliores praebuiſſe ſacerdotibus Aegyptiis, quibus moris erat, reconditas inficetorum rituum rationes ſciſcitantibus reddere. Ut de reliquis taceam, qui nuperrime ſingulari Diſſertatione in hanc rem ſibi duxit inquirendum eſſe, vir elegantis ingenii, Abbas *Banierius*, hoc unum ſibi datum eſſe credidit, ut contra Oratione Gallica, quae apud veteres huius argumenti exſtant, amiciret. Vid. *Hiſtoire de l'Academie des inſcriptions & des belles lettres Tom.* VI. p. 116. - 135. Rationi vero in exploranda ſententiarum, quas aliqui protulerunt, veritate, parum aut nihil loci reliquit. Pleraeque veterum opiniones de cauſſis cultus beſtiarum inter Aegyptios a *Plutarcho* congeſtae ſunt *Libro de Iſide & Oſiride* p. 379. Tres *Diodorus Siculus* commemorat, quarum binas parum curat, tertiam non ſpernere videtur, quae ab utilitate ſumta eſt animalium, *Bibliotb. hiſtor. Lib.* I. *Cap.* 86. *ſ. p.* 74. Alias alii paſſim indicant. Haec ipſa opinionum diſcordia viros edocere potuiſſet eruditos, nihil habuiſſe cogniti & explorati, quod ſequerentur hac in cauſſa, Aegyptios, ideoque nihil ipſis temere credendum, verum omnia rationis metienda eſſe regula. In eamdem cogitationem tot veterum non modo Chriſtianorum, verum etiam profanorum auctorum pronuntiatis adduci facile potuiſſent, quibus Aegyptiorum rident conſilia religionis ſuae ſtultitiam fictis & commentitiis rationibus velandi. Verum neſcio, qui fiat, quod multi, in quibus alioquin ingenium eſt & ratio, malunt ſine ratione adſciſcere, quae ab antiquis cernunt eſſe tradita, quam ſibimet ipſis ad veritatem meditatione viam munire. Placet, praecipuas & potiores de cultu beſtiarum inter Aegyptios ſententias hoc loco perſequi, & earum vanitatem oſtendere, eo vero facto, demum, quid mihi de eo videatur, explicare.

Puerilem Aegyptiorum fabulam, Deos Typhonis metu in corpora tranſiiſſe animalium, ex eoque natum eſſe morem conſecrandi beſtias, praetermitto. *Banierius*, praeter alios, nil dubitavit, tantum potuiſſe ineptam hanc narrationem apud Aegyptiorum animos, ut ſe ſuaque belluis devoverent ratione vacuis. Verum nec recordatus eſt vir eximius, haec ſi vera eſſet hujus cultus cauſſa, futurum fuiſſe, ut iisdem omnes Aegyptii beſtiis ſacra facerent; quod ſecus tamen ſeſe habet, nec *Plutarchum* cogitavit *Libro de Iſide & Oſiride* p. 379. & *Lucianum de ſacrificiis T.* I. *Opp. p.* 369. in explodenda hac commentitia ratione ſatis dudum copioſos fuiſſe. Majorem ſpondent aliae opiniones veri ſimilitudinem. Platonici juniores, quos multi ſequuntur eximiae doctrinae viri, Aegyptios propterea ſupplicaſſe animalibus, confirmant, quod Deum per univerſam rerum naturam fuſum eſſe, cenſuerint, & in beſtiis ideirco Dei partem aliquam latere, putaverint. *Porphyrius*

it

Digitized by Google

taminaverint. Principio hoc flagitiosum erat, quod in carminibus, quibus res 420 Deo-

de abstinentia ab esu carnium Lib. IV. §. 9. *Eusebius Praepar. euangel. Lib.* III. *C.* 4. *p.* 93. Verum hanc contra sententiam tantum paullo ante dixi, quantum ad eam omni robore nudandam satis est. Statim eam, ut exitiosissimo, abjiciet, quisquis secum expenderit, non eadem apud Aegyptios animalia pro sacris & divinis fuisse habita, sed diversa & varia. Explicet mihi, quaeso, opinionis hujus affectator, si Aegyptii Deum in omnibus naturae membris, maxime in bestiis, venerati sunt, cur, quos Lycopolitani colebant, lupos reliqui Aegyptii trucidaverint, &, quos Papremitani venerabantur, hippopotamos, *Herodoto* teste, ceteri spreverint & occiderint. Homo praeterea homini, vicinus vicino, rusticus rustico fanum exstruxisset, nec nisi Numina Aegyptum incoluissent, si haec animis populi insedisset opinio, Deum in quavis naturae parte habitare, & in ea tamquam praesentem adorari debere. Desinamus aliquando recentioribus Platonicis, unde haec profecta est interpretatio, fidem ubique habere, & commenta eorum non secus admirari, ac si Apollinis essent oracula. Dici vix potest, quantopere genus hoc veterum instituta & rationes corruperit & contaminaverit; quorum plerique tamen vocibus sic assentiuntur, ac si uni veritatis essent interpretes.

Ingeniosam *Jo. Marshamus*, quam *Bossuetus* & multi alii fuam fecerunt, opinionem fovet *Canone chronico Aegypt. Saec.* I. *p.* 38. Etenim *hieroglyphicum*, quod vocant, scribendi genus hoc Aegyptiorum erga bestias insanum peperisse studium, autumat. [Hanc sententiam multis peringiniose tuetur *Warburton Divine Legat. of Moses T.* II. *p.* 166. *f.* Is vero hanc opinionem aliter, quam ego, explicat.] Si recte capio virorum doctorum sententiam, haec est: Quum viderent multi Aegyptii, animalia rerum aliarum & praeceptorum philosophicorum notas & signa esse, inde occasionem arripuerunt ipsa consecrandi animalia. Sed, quae hanc perimunt sententiam, tam mihi esse multa videntur, ut, qui fieri potuerit, nesciam, ut tot placeret viris, ingenio certe & acumine non destitutis. Primum mihi prorsus fateor obscurum esse, quomodo aliquis figurarum illarum arcanarum contemplatione ad animalium cultum pervenire potuerit. Accipiter, si *Horapollini* fidem habere fas sit, venti fuit nota & signum apud Aegyptios, mus signum interitus, musca nota impudentiae, cynocephalus imago lunae. Jam velim edoceri, quibus gradibus eo adiecenderint amentiae, qui has figuras adspexerunt, ut sic ratiocinarentur: Decet nos accipitri, muribus, cynocephalis, muscis divinos honores exhibere. Centies me stupidum & excordem licet vocent, qui hac opinione delectantur, equidem nihil hic video, nec ulla ratione consequor, quemadmodum ex eo, quod rebus sacris & philosophicis exprimendis figuras adhibuerunt bestiarum Aegyptii, superstitio erga illas nata sit. Deinde, quae non eadem apud omnes Aegyptios in honore fuerint animantia, id ex hac sequeretur opinione, totidem fuisse hieroglyphica scribendi genera in Aegypto, quot oppida & provincias. Postremo, ut multa praeteream alia, ex quibus levitas inventi hujus patet, multae fuerunt in figuris arcanis Aegyptiorum bestiae, quas illi tamen minime honore quodam affecerunt, muscae verbi caussa, culices, leones, pardi, & aliae.

Non multum ab hac discedit illa, quam commemorari video ab auctore *Recognitionum Clementis*, opinio. Ipsis ejus verbis eam referam *Lib.* V. §. 21. *p.* 551. *T.* I. *PP. Apostol. Addunt* (Aegyptii) *figuras esse* (animalia) *& allegorias virtutum quarundam, quibus adjutricibus regatur humanum genus.* Verum recte idem addidit auctor: *Sed pudoris perfugio, haec & nonnulla his similia connectentes, errorem suum velare nituntur.* Bellam profecto, si Diis placet, ratiocinationem! Quod Aegyptii animalia colunt, id ideo fit, quia virtutum, quibus humana vita gubernatur, imagines sunt. Bos exempli caussa laboris imago est, canis vigilantiae, hircus foecunditatis. Igitur haec animalia sacris caerimoniis coli, & Deorum ritu honorari debent. Stipites fuissent, non homines, si ita ratiocinati essent Aegyptii. Nescio praeterea, quarum virtutum figurae sint crocodilus, felis, lupus, simia, aut an unquam inter magistras honesti & recti moris a quoquam relatae sint haec bestiae. Et his tamen quoque supplices fuerunt Aegyptii. Forte, quibus equi fluviatiles culti sunt, propterea hoc eos honore dignati sunt, quod voracitatis signum esse possent, & quibus pisces nonnulli in Diis fuerunt, eos ut taciturnitatis imagines spectarunt. Taceo, quae jam saepius de varietate cultus bestiarum dixi: mitto & alia, quum nimis inficeta sit haec opinio, quam ut metuendum sit, ne multis placeat.

Non multo de illis benignius sentio, qui ex dogmate de migrationibus animorum in bestias, eti Aegyptios fuisse deditos, ex *Herodoto* & multis constat aliis auctoribus, haec animalium sacra fluxisse, opinantur: tametsi in hac sententia multos esse non ignorem praeclaros homines & laudatissimos, nec omni eam specie carere, diffitear. Erant olim inter Aegyptios, testibus *Diodoro Siculo Biblioth. histor. Lib. I. p.* 52. & *Plutarcho de Iside & Osir. p.* 380. qui ipsos Deorum animos transisse dicerent in corpora quorundam animalium, animum *Osiridis* in corpus bovis illius,

Digitized by Google

420 Deorum geſtas perſequebantur, omne illud in eorum naturam conferebant, quod vi-

quem *Apin* nominabant, *Typhonis* vero in crocodilos aut alias noxias belluas. Verum haec ſententia, quae paucorum fuit, quoniam a *Plutarcho* ipſo ſpreta & rejecta eſt, ipſaque ſuam futilitatem prodit, nos minime morabitur. Furioſorum mihi ſimiliores, quam hominum, fuiſſe videntur, ſi qui fuere, quos illa cepit opinio: neque, qualem ſibi Deum fingere potuerint homines, intelligo, qui animum eorum in corpore beſtiae latere, crediderunt. Sed forteſſis non nimis accurate ab antiquis expoſitum eſt hoc dogma. Nos generatim in eos tantum quaedam dicemus, qui originem cultus beſtiarum in erroribus animorum, quos ſtatuebant Aegyptii, quaerunt. Bina ſunt in primis, nec enim omnia enumerare placet, quibus horum frangitur ratio. Primum, ſi propter animas in illis reconditas Aegyptii coluiſſent beſtias, in ſcitis eorum haud dubie hoc fuiſſet: Omnis anima cultu divino honeſtanda eſt. Quorum vero hoc eſt placitum, eorum eſt, non modo beſtias venerari, verum etiam omnibus ſupplicare hominibus, in quibus eſt animus ratione praeditus: quod nequaquam fecerunt Aegyptii. Non ſum neſcius, *Porphyrium*, & ex eo *Eusebium* referre *Praeparat. euang. Lib.* III. *C.* 4. *p.* 94. & *C.* 12. *p.* 117. in pago quodam Aegypti, Anamis dicto, hominem quoque cultum fuiſſe. Verum ut omittam, qualis iſte homo fuerit, neutrum horum ſcriptum reliquiſſe, ex unius exilisque pagi religione & opinionibus univerſae provinciae diſciplinam haud eſſe nobis aeſtimandam, perſpicuum eſt. Varia fuit Aegyptiorum religio, ſi provincias & oppida ſpectes: hic vero de ea quaeritur, quae omni populo communis fuit. Deinde, ſi propter animorum tranſitus in beſtias his ſemet ipſos tanto ſtudio devoviſſent Aegyptii, non modo omnia venerari debuiſſent animantia, quod ab illis haud factum eſſe novimus, ſed etiam ab omni varietate cultus hac in re alieni eſſe. Non licuiſſet verbi cauſſa, ſi lupus propterea conſecratus fuiſſet, quod tyranni cuiusdam in eum abiiſſet animus, his quidem illum magnis honoribus afficere, illis autem beſtiam trucidare & occidere.

Quam *Plutarchus* prae ceteris probare videtur, ſententia, *de Iſide & Oſir. p.* 380. 381. beſtias ideo tantis in honoribus fuiſſe Aegyptiis, quod divinarum virtutum & perfectionum imagines eſſent, eam ego propemodum ridiculam arbitror. Non dicam, Deum cum beſtiis comparare, & ſummi Numinis ſimulacra in feris animantibus conſtituere, cum ſumme in majeſtatem ejus injurioſum, tum vix ſanorum hominum eſſe poſſe: id vero monebo, plures eſſe in hominibus ſine ulla controverſia divinarum virtutum imagines, quam in beſtiis, citiusque idcirco hanc rationem ad colendos homines, quam ad beſtias dedicandas, Aegyptios adducere debuiſſe. Ipſam praeterea ſi propius intueamur hanc rationem, tam inanis & ſpurca eſt, ut, ſi verum eſſet, ab Aegyptiis eam fuiſſe adhibitam, equidem reliquos populos recte facturos fuiſſe exiſtimem, ſi hellebori copiam quotannis in eorum provinciam advexiſſent. Cogitemus, obſecro, homines ita calculos ponentes: Canis vigilantia in primis valet. Deus ſemper ſpectat, quid agant homines, nec ullo tempore a rerum humanarum procuratione ceſſat. Canis ergo imago Dei eſt. Igitur canem loco Dei habeamus, & victimis placeamus, neceſſe eſt. Belle & feſtive! Quidni potius vigilem Dioſpolitanum aut militem nocturnas excubias agentem, quod honeſtius profecto & Deo dignius fuiſſet? Crocodilus lingua caret. Deus lingua non utitur. In crocodilo igitur Dei ſimilitudo eſt. Igitur crocodilos in Dis habeamus. Argute ſane dubio! Quidni etiam male icos & ſceleratos homines, quibus carnifex linguam extraxit faucibus?

Ab Aſtronomia alii rationes petunt, ut circumfuſas Aegyptiorum ſacris animalibus tenebras diſſipent. His viam *Lucianus* praecivit, qui *de Aſtrologia p.* 849. *T.* I. *Opp.* obſervat, Aegyptios coelum in duodecim partes diſtribuiſſe, & ſingulas ſub beſtiarum figuris exhibuiſſe: hinc animalium non modo cultum, ſed etiam cultus hujus varietatem inter eos exſtitiſſe: arietem colere, qui ad arietem ſpectent; piſcibus non veſci, qui ſub piſcibus vivant; taurum in coeleſtis tauri honorem ab illis coli. Multi in hac opinione exornanda ſunt *Athan. Kircherus Oedipi Aegyptiaci Tom.* II. *P.* 2. *p.* 160. & Abbas *Banierius Hiſtoire de l'Acad. des inſcript. Tom.* VI. *p.* 127. 128. Mihi reliquis, quas praemiſi, non modo non melior, ſed etiam deterior videtur. Narraſſe fabulas has ſacerdotem aliquem ex Aegyptiis, nec dubito, nec valde miror: ſed viros doctos & ingenioſos amplecti ſtatim haec commenta potuiſſe, id, qui factum ſit, vix intelligo. Si duodecim tantum animalia coluiſſent Aegyptii, nec alia, quam illa, quorum nominibus Aſtronomi uuntur ad deſignandas coeleſtes domos, eſſet, cur aliquid huic tribueretur opinioni. Verum res longe ſecus ſeſe habet. Multo plures primum in ſacris numerarunt Aegyptii beſtias, quam duodecim. Deinde multis illi belluis honores divinos praeſtiterunt, quibus nunquam inter ſidera locus aliquis datus eſt. Etenim non memini, crocodilum, lupum, ſimiam, felem a quoquam inter ſigna coeleſtia receptas eſſe; quas tamen Aegyptii beſtias in primis veneratione dignas habuerunt. Nec ichneumon aut ibis, quibus nihil in Aegypto fuit ſanctius, in coelum, hoc populo duce, aſcendit.

Do-

Digitized by Google

vitioſum, turbulentum, & parum ſanum eſſe in hominibus, ipſa purgatior intelli- 421
git

Denique in ſignis coeleſtibus quaedam ſunt animalia, quibus Aegyptii numquam ſupplicarunt, leo verbi cauſſa & cancer. Poſtremo, ipſam hanc dum attentius ſpecto rationem, totus paene conturbor, aegerrimeque mihi perſuadeo, hominem ſanae mentis ita umquam calculos poſuiſſe: Aſtronomi in coeli partibus & ſtellarum ſicu figuras ſibi animalium quorundam viſi ſunt reperiſſe, & propterea beſtiarum nomina ad eas deſignandas tranſtulerunt. Igitur me illa decet animalia venerari, quorum formas huic generi placuit in coelo collocare. Faciliorem me haberent ad haec credenda viri docti, ſi ſagittarium, libram, virginem, & geminos aut ab Aegyptiis, aut ulla gente alia Numinibus fuiſſe adſcriptos, oſtenderent, quoniam & hae figurae in ſignis numerantur coeleſtibus.

Fuerunt olim, teſte *Plutarcho de Iſid. & Oſirid. p.* 379. 380. qui ex veteri hiſtoria rati ſunt optime hanc quaeſtionem expediri poſſe. Itaque alii *Oſirin* dixerunt exercitum ſuum in certas cohortes diviſiſſe, ac ſingulis vexillum animali aliquo inſignitum tradidiſſe; inde eveniſſe, ut ſinguli populi id animal, quod ſibi obtigiſſet, cultu & honore dignum exiſtimarent. Huius cauſſae *Diodorus* etiam *Siculus* meminit *Biblioth. hiſtor. Lib.* I. *Cap.* 86. *p.* 75. Alii antiquos reges judicarunt, belluarum argenteis aureisque capitibus indutos, in praeliis, ut hoſtibus terrorem injicerent, apparuiſſe. Utramque rationem recte contemnit *Plutarchus.* Etenim, ut taceam, facta haec utrum certa, an vero conficta ſint temere, valde dubium eſſe, nemo ſibi facile perſuaſerit, tantum valuiſſe regum & imperatorum galeas aut vexillorum imagines apud animos Aegyptiorum, ut religionis inde ducerent primordia. Leonis corio tectum inceſſiſſe ferunt *Herculem.* Germani ferarum pellibus veſtiti hoſtibus ſeſe objecerunt. Nec tamen ideo quemquam accepimus leonibus ſupplicandi, aut ex Germanis aliquos feras conſecrandi occaſionem arripuiſſe. Aquilae pro ſignis militaribus Romanis fuerunt: quibus tamen numquam templa dedicata, aut caerimoniae & ſacra decreta ſunt.

Ultima reſtat ratio, quam in primis adhibuiſſe Aegyptios, *Diodorus Siculus* & *Plutarchus* una cum aliis auctores ſunt, ab utilitate, quam praeſtant animalia, ſumta. Referam illam *Ciceronis* verbis: *Ipſi, qui irridentur, Aegyptii nullam beluam, niſi ob aliquam utilitatem, conſecraverunt: velut ibes maximam vim ſerpentium conficiunt, de natura Deor. Lib.* I. *C.* 36. *p.* 2935. [Nec tamen hoc Ciceronis omnino verum. Vid. *Theodor. Therap.* III. *p.* 113.] Verum haec ſententia, quam alioquin ceteris lubens fateor veriſimiliorem eſſe, haud tamen omnes tollit difficultates. Namque multas Aegyptii beſtias ſuſpexerunt, ex quibus nulla capitur utilitas, anguillas verbi cauſſa, multas etiam, quae detrimentum haud dubie & multa mala Aegyptiis attulerunt, ut lupos & alios. Exploratis igitur aliorum judiciis & opinionibus, noſtram ut nunc explicemus conjecturam aut opinionem, res ipſa flagitat.

Ante vero, quam id faciam, quasdam mihi praemittendas eſſe arbitror generales obſervatiunculas, quibus aditum ad meliorem cauſſae hujus diſceptationem aperiri certus ſum. Itaque (I.) teneamus, oportet, quaedam animalia univerſae provinciae & toti Aegyptiorum populo fuiſſe ſacra, quaedam vero certis tantum terrae huius oppidis & populis. *Herodotus, Juvenalis, Plutarchus,* omnes, paucis, qui ſuperſtitiones Aegyptiorum ex antiquis perſequuti ſunt, rei hujus locupletiſſimi teſtes ſunt. (II.) Quae omnibus Aegyptiis pro Diis habebantur beſtiae, eas nulli violare licebat, niſi capitis incurrere diſcrimen vellet. Vid. *Herodotus Lib.* II. *Cap.* 65. *p.* 113. At quae certis tantum propriae erant urbibus aut gentibus, his reliquae urbes & gentes impune ſtatuebant inſidias. Qua ex re graviſſima ſaepe bella & praelia inter Aegyptios nata ſunt, *Juvenali, Plutarcho,* & aliis auctoribus. Adde *Joſephum Antiqq. Judaic. Lib.* I. *Cap.* 8. §. 2. *p.* 30. (III.) In quibus beſtiis colendis tota concors fuit Aegyptus, earum omnium hanc eſſe naturam, video, ut incolis provinciae hujus multum utilitatis & ſalutis afferant: neque ullum exſtare arbitror exemplum beſtiae peſtiferae aut noxiae ab univerſa Aegypto cultae. Lege, quae de felium, ibidum, canum, ovium utilitate in Aegypto diſſerit *Diodorus Siculus Biblioth. hiſtor. Lib.* I. *Cap.* 87. *p.* 75. Confer *Plutarchum de Iſide & Oſiride p.* 380. *T.* II. *Opp.* Vaccarum & boum utilitas per ſe patet. (IV.) Ex illis vero animalibus, quibus certae tantum partes & regiones Aegypti ſupplices fuere, quaedam non modo nullum inſignem fructum, ſed etiam damnum & periculum humanae vitae pariunt; quales ſunt urſi, lupi, crocodili, accipitres, & aliae beſtiae, quibus ſacra feciſſe Aegyptios, controverſia vacat. (V.) Quidam etiam Aegyptii beſtias venerati ſunt, e quibus nec ſalus magna ſperatur, nec damnum eximium metuitur, aves verbi cauſſa. Quidam animalibus ſupplicarunt, quibus veſci negant aliquem poſſe Medici ſine corporis detrimento quodam; qualia ſunt anguillae & piſcium quaedam genera. His veluti gradibus utemur ad veras cauſſas cultus animalium inter Aegyptios indagandas.

Aegyptus non admodum ferax eſt animalium, quibus hominum vita & agrorum cultura, in Aegypto in primis neceſſaria, carere nequeunt. *Herodotus Hiſtor. Lib.* II. *C.* 65. *p.* 113. Ἔστι δὲ

Digitized by Google

422 git ratio. Atque hunc morem eorum, quotquot umquam ſapientiae laude floruerunt,

Αἴγυπτος ὅμως τῇ Λιβύῃ, ἐ μάλα θηρώδης ἐσίν. *Aegyptus quum ſit Africae finitima, non tamen admodum abundat beſtiis.* E contrario magna eſt & major olim in Aegypto exſtitit copia ferarum & venenatarum beſtiarum, crocodilorum, luporum, urſorum, ſerpentum, equorum fluviatilium, & aliarum. Igitur illorum, qui civitatem in hac terra & rempublicam condebant, in primis erat providere, ut ſalutarium & utilium animalium numerus una cum incolarum & civium numero creſceret, ne peſtis aut fames conſtituta diſſiparent iterum imperia, peſtiferarum autem & noxiarum belluarum multitudo quovis modo diminueretur. Hanc propter cauſſam legibus primum caveri debebat publicis, ne quis beſtiis utilibus, ovibus, vaccis, bobus, capris, vim afferret. Deinde, quum belluarum aliquae noxiis animalibus perpetuum quaſi bellum inferrent, ichneumon crocodilis, ciconia ſerpentibus, par erat quoque, ut harum ſaluti proſpiceretur, & a caede earum poenis ſanctis arcerentur homines. Haec vero hominum eſſe ſolet aut levitas aut pertinacia, ut, modo ſuis conſulant rationibus, quid reipublicae intereſſit, parum curent, optimisque legibus repugnent, quas ſuis obſtare cernunt cupiditatibus. Quod quum etiam in Aegypto contingeret, conſultum viſum fuit, religione leges communire, &, ſacerdotibus in conſilium adhibitis, dogmate quodam imbuere hominum animos, quod manus civium virtute ſua cohiberet, ne trucidarent animantia. [Antiqui boves vetabant immolare & occidere. *Varro de Re Ruſtica Lib.* II. *c.* 5. *p.* 523. *Jac. Gothofredus ad Cod. Theod. T.* I. *p.* 261. Vid. *Irhoetius de Palingeneſia veter. L.* I. *p.* 145. *ſ.*] Itaque promulgatum fuit in populo, Diis ipſis certas beſtias carae eſſe, atque vim neſcio quam divinam in nonnullis reſidere animantibus, quibus propterea ſine ſummo ſcelere & graviſſima Deorum indignatione injuria inferri ab aliquo nequeat. Haec ita eſſe, non ex eo tantum liquet, quod paullo ante obſervavi, nullas beſtias univerſo Aegyptiorum populo ſacras fuiſſe, praeter eas, quae manifeſtam regioni comparant utilitatem, ſed inde quoque apparet, quod longe major ratio habita ſuit femellarum inter animalia, quam marium. Boves Diis immolare licebat, vaccas nullo modo. Canes feminae contumulabantur, non item mares. Lege *Herodotum Hiſtor. Lib.* II. *C.* 41. *p.* 104. & *Cap.* 67. *p.* 114. E re nempe totius videbatur rei publicae, belluarum illarum genera propagari: quodquidem, femellis diligenter conſervatis, citius longe fieri poterat. Vides primas origines cultus animalium inter Aegyptios. Aegyptii, poſtquam ex ſacerdotibus cognoverant, in Deorum indignationem incurſurum eſſe, qui beſtiis ejusmodi moleſtias creare non vereretur, proclives ſtatim & propenſi evadebant ad quaevis officia his animantibus praeſtanda. Quumque ipſi religionum praeſides, quo populum facilius caperent, ſingulis beſtiis proprios ritus & caerimonias attribuerent, procedente factum eſt tempore, ut fana, victimae, & divini plane illis decernerentur honores, nec finis modusque ſuperſtitionibus poneretur.

Ex his autem nondum intelligitur, unde iſta ſententiarum differentia inter Aegyptios in colendis animantibus profecta ſit, aut quid oppida & provincias ſingulas adduxerit, ut, praeter illas, quas univerſa venerabatur Aegyptus, beſtias, ſuas ſibi peculiares, quibus ſupplicarent, belluas deligerent, hi lupos, illi crocodilos, alii accipitres, nonnulli urſos. Ergo hujus inſtituti ſigillatim nunc aperire cauſſas oportet. Inventi ſunt olim, id quod ex *Plutarcho de Iſide & Oſir. p.* 380. apparet, qui ad regum calliditatem hoc quoque totum referrent. Hos enim ajebant, quum perſpexiſſent, fore, ut civium concordia rei publicae paci & ſibi noceret, in eam incubuiſſe curam, ut religionum & rituum diverſitate diſjungerentur animi, & perpetui inter gentes Aegyptum incolentes belli ſpargerentur ſemina. Igitur huic populo hanc, illi aliam adorandam propoſuiſſe beſtiam, ut altera gens in altera ſemper offenderet, quod deteſtaretur & odio haberet. Ab ingenio hanc rationem commendari fateor. Itaque, quibus placet, non pauci ſunt inter antiquitatum exploratores. Ego vero, quum haec videam, qua via populis perſuaderi potuerit, ut in ſententias tantopere contrarias irent, nec cum ſacerdotum Aegyptiorum, ſine quibus nihil magni ab antiquis regibus decretum ac ſuſceptum fuiſſe, accepimus, commodis & emolumentis hanc opinionem componi poſſe, judicem, nec denique faciliores & planiores cauſſas deliderem, deferendam eſſe eam, opinor. Exploratum eſt, & vel ex *Herodoto* conſtat, non omnibus Aegyptiis eadem fuiſſe Numina, ſed quamlibet provinciam proprium coluiſſe Deum aut Deos, praeter illos, quibus tota gens devotam ſeſe profitebatur. Hanc Deorum varietatem ſine ullis regum fallaciis aut minis illam ſacrorum animalium varietatem genuiſſe, ſuſpicor. Poſtquam in populorum animos haec introducta erat opinio, Deos patriae communes certis gaudere animalibus, illisque ſingularem vim dediſſe beſtiis, quas prae ceteris amarent, conſentaneum & conveniens erat, ut idem de peculiaribus Diis ſuis quaelibet urbs aut praefectura crederet. Ita enim ſibi plerumque faverunt olim homines, ut, quae de majorum gentium Diis ferebantur virtutes atque proprietates, eas ad illa quoque judicarent pertinere Numina, quorum ſeſe cultui ſigillatim addixerant. Quare quaelibet urbs & natio Aegyptiaca ex ani-

ma-

Digitized by Google

runt, ſemper ita deteſtati ſunt, ut, quam animo conceperant, indignationem 423
ore

malibus patriis aliquod ſeligebat, quod naturae Dei, quem reverebantur, prae ceteris reſponderet, idque nil dubitabant acceptum in primis & gratum eſſe Deo ſuo credere, eaque de cauſſa honoris & cultus quodam genere, tamquam Numinis imaginem, afficere. Lycopolitanos lupis fuiſſe ſupplices, Thebaeos aquilis, *Diodorus Siculus* & *Plutarchus locis indicatis* teſtantur. Illorum itaque Deum Martis non fuiſſe diſſimilem, cenſeo, cui cultores ejus animal ideirco bellicoſum, robuſtum, & rapax conſecraverint, horum vero Numen celerrimum & perſpicaciſſimum fuiſſe habitum, quod propterea ex volucribus aquila in primis delectetur, mihi perſuadeo. Si natura omnium Deorum, quos Aegyptii quondam coluerunt, magis nobis hodie perſpecta eſſet, aut, ut rectius loquar, ſi Aegyptiorum de Diis ſuis opiniones & fabulae nobis paterent, certius de hoc toto genere judicium ferre liceret. His vero deletis & oblivione oppreſſis, conjecturis contenti debemus eſſe veriſimilioribus. Minus autem quo haec, quae modo diximus, obſcuritatis habeant, ex Romani Pontificis coetu imaginem ſumemus ad ea illuſtranda. Sunt, quod neminem fugit, in hoc coetu ſancti majorum gentium, quibus nemo non honorem a ſe deberi fatetur, *Maria* verbi cauſſa, *Petrus*, *Paulus*: ſunt etiam minorum gentium Numina, quibus certae tantum urbes aut gentes officia ſua ſpondent. Fac vero, populis a nonnullis hanc opinionem inſtillari, quemlibet ſanctorum, quos tota Pontificis civitas colit, certum quoddam animal in deliciis habere, quid obſecro, eventurum eſſet? Si recte hominum ego naturam novi, confeſtim omnes populi & urbes tutelares ſuos & proprios ſanctos eodem erga certas beſtias animo eſſe, creditури, & unicuique ſuum adjecturi eſſent animal. His tamen addi velim, valde videri probabile, valetudinem civium ſuorum legislatores & ſacerdotes ſpectaſſe aliquos, quum certis animalibus & piſcibus ſacra publice decernerent. Etenim quod rei publicae multum intereſſe cernebant, morbis ut occurreretur & corporum vitiis, uſu vero cognoverant, quorundam animalium carnes multis malis gignendis aptas eſſe, ideo, quo civibus uterentur continentioribus, a religione auxilium ſibi petendum, & animalia valetudini noxia Diis dedicanda eſſe, duxerunt.

Procedo ad illam veteris religionis Aegyptiacae mutationem, quam ſub Perſis & Chaldaeis opinor contigiſſe. Perſas Aegyptum occupaſſe, & diu ſatis tenuiſſe, notiſſimum eſt ex veteri hiſtoria. Vid. *Herodotus Lib.* III. *Hiſtor. Cap.* 1. *ſ. p.* 159. Hanc vero gentem ex conſuetudine victorum nonnihil corruptionis in antiqua ſacra nationis intuliſſe, ipſos etiam Aegyptios non invitos, ut novarum rerum avidi ſolent eſſe homines, ex peregrinis inſtitutis & dogmatibus quaedam adſciviſſe, facile mihi aſſenſuros eſſe omnes, exiſtimo, qui rerum humanarum vel mediocriter periti ſunt. Sed & rerum adſunt documenta, ex quibus idem intelligitur. Recentiores Aegyptii, ſi minus omnes, certe multi, id quod ex nonnullis *Herodoti* locis, clarius vero ex *Plutarchi de Iſide & Oſiride Libello* apparet, duo eſſe cenſuerunt rerum principia, bonum alterum, alterum vero malum, quorum illud cum *Oſiride*, hoc vero cum *Typhone*, *Oſiridis* adverſario, compoſuerunt. Hujus dogmatis nulla plane veſtigia in omnibus illis reperias, quae de vetuſtiſſima Aegyptiorum religione apud *Diodorum Siculum* & alios ſcripta leguntur. Quid? quod tota illa religionis Aegyptiorum forma, quam *Diodorus* & alii referunt, huic dogmati repugnat prorſus & adverſatur: id quod per ſe patebit omnibus, qui eam accurate inſpicient. Itaque nullum videtur eſſe dubium, quin doctrina haec ab aliis populis in Aegyptum deportata ſit. Conſtat autem, Perſas in primis ex omnibus populis ei adhaeſiſſe: unde ad vicinas eadem manavit gentes. Quod quum ita ſit, hos quoque Aegyptiorum multis auctores fuiſſe, poſtquam in Aegyptum deſcenderant, opinor, ut hoc placitum ſuſciperent & ſuum facerent. Hoc facto, neceſſe omnino erat, veterem religionem refingere, atque ita inſtruere, ut veſano huic errori reſpondere, aut id ipſum, quod ſibi perſuaſerant Perſae, inculcare videretur. Veteres Aegyptiorum Dii omnes fuerant benefici, ut ex *Diodoro* & aliis patet; nec quisquam tam delirus & amens fuerat, ut Deum maleficum honoribus divinis ſibi ornandum eſſe putaret. Commodum vero his, qui ſacra Aegyptiorum ad Perſarum portenta ſtudebant accommodare, in Deorum veterum hiſtoria *Typhon* occurrebat, *Oſiridis* hoſtis, a quo crudeliter laceratus & trucidatus erat. Vid. *Diodorus Siculus Hiſtor. Bibliotb. Lib.* I. *Cap.* 21. *p.* 17. Ergo commentitiis explicationibus res hujus geſtis ita pervertebant, ut malus eſſe Deus ille, quem quaerebant, quemadmodum *Oſiris* bonum & ſalutare Perſarum Numen, videretur. Hinc nova inſtituta & caerimoniae; at novae quoque de re ſacra inter Aegyptios controverſiae aeternaeque contentiones. Quantum ex *Plutarchi* narrationibus & aliorum auctorum dictis colligere licet, in tres ſectas hoc ex tempore Aegyptiorum natio familias. Aliqui a majorum placitis divelli ſefe vix patiebantur, nec, ut de *Typhone* & *Oſiride*, quam alii adoptaverant, opinionem ſuam facerent, a ſe impetrabant. Cui generi quum ceteri difficultates opponerent inexplicabiles, quibus expoſita eſſet antiqua religio, factum eſt paullatim, ut hi quoque caerimonias & hiſtorias Deorum, pro ſuo quiſque

424 ore atque voce non raro exprimerent. Speciminis inſtar libera (*k*) haecce dicta ſint in theatro publice recitata:

(*) —— Καὶ γὰρ ὅστις ἀν βροτῶν
Κακὸς πέφυκε, ζημιῶσιν οἱ θεοί.
Πῶς οὖν δίκαιον, τὰς νόμους ὑμᾶς βροτοὺς
Τεθεῖσθαι, αὐτὰς ἀνομίαν ἐφιεμένας;

—— *Si quis eſt mortalium,*
Qui ſcelera patrat, exigunt poenam Dei:
Ait nonne iniquum eſt, vos, ſuas leges quibus
Gens debet hominum, jure nullo vivere?

Idem rurſus poëta:

—— Οὐκέτ' ἀνθρώπους κακῶς
Λέγειν δίκαιον, εἰ τὰ τ' θεῶν κακὰ
Μιμούμεθ', ἀλλὰ τὰς διδασκούσας τάδε.

—— *Nulla*

(*) Euripid. in Ione.

que ingenio & captu, ad res vel phyſicas vel morales transferrent ac traherent. His initiis nata eſt diſtinctio in religionem publicam & arcanam: quarum illa populi erat, & fabulis, ritibus, & ſacrificiis continebatur; haec autem ſacerdotum, hiſtoriarumque & caerimoniarum veterum interpretatio philoſophica & rationi quodammodo congruens. Alii, tametſi, quae de binis rerum ſerebantur cauſſis, reciperent, *Typhonem*que malum eſſe Numen, ſibi perſuaderent, tamen ſacra maligno huic Deo facere, & infenſum humani generis hoſtem victimis placare recuſabant. Alii denique *Typhonem* ex inferis protractum in templis collocabant, ſtatuisque, ſignis, & ſacrificiis, ne indignationem maleficae naturae incurrerent, honorabant.

Atque hi mihi poſteriores uni videntur beſtiarum noxiarum & perniciofarum cultum ſibimet ipſis imperaſſe, a quo veteres Aegyptios alienos fuiſſe, certiſſimum judico. Illud quidem controverſia caret, qui animalia venerati ſunt humano generi inimica, non ea de cauſſa hoc facere potuiſſe, quod bono hominum & commodo a Deo ea eſſe condita exiſtimarent, neque benignam aliquam & ſalutarem virtutem in illis obſervaſſe ac coluiſſe. Reſtat igitur, ut credamus, metum alius naturae, potentis quidem & validae, verum ad nocendum propenſioris, quam ad benefaciendum, eos in nefandam iſtam ſuperſtitionem impuliſſe. Perſuaſum erat nimirum Aegyptiis, vim Deorum beneficorum per animantia quaedam ſibi rebusque ſuis utilia fuſam eſſe, ſingulosque horum Deorum certis delectari beſtiis. *Typhonis* igitur ſeu maligni Dei quae ſacra ſuſceperant praeſecturae, has ſimiliter decebat exiſtimare, ejus vim ſeu ſpiritum in certas immiſſum eſſe beſtias, eumque non minus, ac *Oſirin*, animalium quorumdam amore duci. Idque tanto illis probabilius videri debebat, quod multa eſſe cernerent animantia tam saeva, tam tetrica, tam crudelia, tam humano generi peſtifera, ut inter maleficia longe meliori jure, quam beneficia, numeranda eſſent, talemque referrent omnino naturam, qualis invidus & malignus ille *Typhon* eſſe ferebatur: crocodilos intellige, ſerpentes, hippopotamos, urſos, & alias ejus generis belluas. Quocirca, ne ſtomachum Deo iſti commoverent natura malevolo & irritabili, hoc non ſecus beſtiarum genus, atque illud, quod Deo benefico placere putabant, thure, victimis, fanis, & caerimoniis honeſtandum ſibi eſſe, ducebant, quotquot ex Aegyptiis *Typhonis* ſacra probaverant. Aut vehementer fallor, aut probabilior nulla ratio afferri poterit, cur beſtiis immanibus & perniciofiſſimis ſupplices fuerint multi Aegyptii, & crocodilos aut urſos trucidare noluerint, ex quorum propagatione tantum ipſis periculum imminebat.

Is rei ſacrae ſtatus in univerſum in Aegypto fuit, donec *Alexander M.* hanc terram ſubigeret, & poſt fata ejus *Ptolemaei* poteſtatem in ea ſuam firmarent. Ab hac vero aetate formae huic religionis multum denuo aut demtum fuit, aut additum. Diu quidem jam ante haec tempora conſuetudo Graecorum, mercaturae cauſſa in Aegyptum proficiſcentium, tantum apud Aegyptios potuerat, ut patrios Graecosque Deos, atque utrorumque hiſtoriam inter ſe confunderent: cujus moris ali-

quot

Digitized by Google

——— *Nulla nos poſthac notet*
Cenſura, ſi quando iſta, quae ſuperos decent,
Imitamur homines. Culpa ad auctores redit.

Aliud in eo poëtarum crimen verſabatur, ex quo nihilo levior ſcabies in religionem tranſibat populorum, quod res omnes naturales mundique partes non ſecus, ac ſi Dii eſſent, certasque gererent perſonas, ſaepenumero inducebant, eorumque Deorum nominibus appellabant, qui his praeſidere vulgo credebantur partibus, vel potius divinarum illarum virtutum, in hisce mundi partibus conſpicuarum, vocabulis afficiebant. Id in illis vitium (*l*) *Plutarchus* in primis vituperat: qui, 483
quum juvenes inſtitueret, qua cautione poëtarum carmina legenda eſſent, his eos verbis contra periculum pravae huic conſuetudini adjunctum armat: τὸ δ' ἀναγκαῖον καὶ χρήσιμον, εἰ μέλλομεν ἐκ τῶν ποιημάτων ὠφεληθήσεσθαι, καὶ μὴ βλαβήσεσθαι, τὸ γυμνάσειεν, πῶς πῖς τῶν θεῶν διάφασιν οἱ ποιηταὶ χαῖν') ——— χρῶν') ἢ πῖς τῶν θεῶν διάφασιν οἱ ποιηταὶ ποτὲ μὲν αὐτῶν ἑκείνων ἐφαπτόμενοι τῇ ἐννοίᾳ, ποτὲ δ' ἰδιάμεις τινὰς, ὧν οἱ θεοὶ δοτῆρές εἰσι καὶ καθηγεμόνες, ὁμωνύμως μεταφερόντες. *Illud neceſſarium juxta atque utile, ſi non damnum volumus, ſed utilitatem, capere ex poëmatibus, ut cognitum habeamus, quomo-*

quot luculenta *Herodotus* dabit teſtimonia. Ex quo autem Graeci Aegyptiorum facti ſunt domini, Graecorumque opiniones & ſacra, nec non ſectae, quae inter Graecos vigebant, philoſophicae ſub *Ptolemaeis* in hanc provinciam commigrarunt, longe plura ex Graecorum inſtitutis & ſcitis in Aegyptiorum religionem tranſierunt. Publica quidem & popularis religio maximam partem inviolata manebat, nec veterum rituum alicuius momenti aliquid abrogatum fuiſſe videtur: haud tamen nefas habebatur, peregrinas caerimonias cum maiorum inſtitutis coniungere, atque verbi cauſſa ex *Jovis* ſacris nonnulla in *Oſiridis* ſacraria recipere, quem a Jove niſi nomine differre, perperam opinabantur. Atque, niſi vererer, plurimos fore, quibus haec diſputatio omnem iam excedere modum videretur, luculentis aliquot exemplis ex *Juliano* Imperatore, ex *Celſo* apud *Origenem*, ex *Porphyrio*, & aliis, planum mihi facere integrum eſſet, cupiditatem iſtam utriusque populi religionem & Numina ſociandi & componendi tantam apud multos vim habuiſſe, ut non raro Deorum hiſtorias ex ingenio mutarent, depravarent, & corrumperent. Ne ſcilicet Graeci *Jovis* hiſtoria nimis ab Aegyptiorum *Oſiridis* hiſtoria diſcrepare videretur, veterum narrationibus ex utraque parte vis erat nonnumquam afferenda. Sapientum autem quod ad religionem attinet, ſeu doctrinam ſacerdotum, quam *occultam* & *arcanam* nominabant, ea ſumma in varietate & diſcordia poſita fuit ab illis temporibus, quibus ad *Ptolemaeos* ſumma poteſtas in Aegypto pervenit: nec bina ego putem ſacerdotum fuiſſe collegia, quibus eadem placerent de rebus divinis & naturalibus placita. Etenim licentia philoſophandi una cum Graecorum ſectis & opinionibus in Aegyptum traducta, ut quisque ſacerdotum moratus, & ingenio aut animo conſtitutus erat, ita publicas religiones interpretabatur, & privatim curioſis explicabat. Hic rerum naturalium, alius moralium, tertius civilium, quartus metaphyſicarum, quintus aſtronomicarum imagines in patriis ritibus & inſtitutis quaerebat: nec, qui generatim conſentiebant, quodnam ſapientiae genus in religione publica lateret, ubi ad ſingula deſcendebatur, ullo concordiae colligati erant vinculo. Haec cauſſa eſt, quare tam variae apud veteres hodie legantur ſapientiae & religionis Aegyptiacae expoſitiones; in quibus conciliandis inter ſe ac copulandis fruſtra ſumma elaborarunt adhuc ingenia. Sed nimium me eſſe video, & inſtituti mei fines migrare: itaque finem faciam. Intelligent, ut opinor, ex his, qui animo utuntur non repugnante, quemadmodum in univerſum de veteri Aegyptiorum religione ſentiendum ſit. Quae parcius hic dicta, neque ſatis illuſtrata videbuntur, ea aliis fortaſſe locis copioſius declarandi occaſio dabitur.

(*k*) *Haecce dicta*] Ex *Stobaei Florilegio* utrumque hoc dictum *Euripidis Hugo Grotius* retulit in *Excerpta veterum Comicorum & Tragicor.* quae edidit *p.* 334. Huius etiam eſt, quam addidit *Cudworthus*, Latina verſio. Longe plures ejus generis loci, quibus ſapientiores inique ferunt, vitia mortalium Diis adſcribi, apud veteres exſtant. Lege *Terentium Eunuchi Act.* III. *Scen.* 5. *cf.* 35. *ſ.* & *Iſocratem* in *Encomio Buſiridis p.* 452. ne quid nunc de philoſophis, *Platone* in primis, dicam.

(*l*) *Plutarchus*] *De audiendis poëtis p.* 22. *T.* II. *Opp.*

(*m*) *S.*

Digitized by Google

modo Deorum nominibus poëtae utantur. —— *Utuntur autem poëtae Deorum vocabulis ita nonnumquam, ut de ipsis ea Diis intelligi velint, interdum sic, ut virtutes illis & facultates significent, quarum Dei datores sunt & praesides. Vulcani* nomen, ne exempla desiderentur, sic interdum poëtae adhibent, ut Deum significet sive rationem divinam igni artibusque illis, quae ignis auxilium poscunt, praesidentem; nonnumquam autem ita ponunt, ut ipsum ignem eo denotent. Pariter *Mars* nunc Deum designat, ad quem rerum bellicarum administratio atque procuratio pertinet, nunc ipsum bellum notat. *Plutarchus* id loco demonstrat *Sophoclis*, poëtae Tragici:

Τυφλὸς γὰρ, ὦ γυναῖκες, ὡδ' ὁρῶν Ἄρης
Σὺς ὣς ὀδόντῳ, πάντα τυρβάζει κακά.

Mars, o mulieres, coecus hirsuto suis
Velut ore frendens, cuncta commiscet mala.

Cui nos *Virgilii* versum addimus, in quo idem vocabuli hujus usus conspicitur:

—— *Furit toto Mars impius orbe.*

Mars ipsum hic significat bellum. Etenim Deus ille, qui bellis praesidet, aut divina providentia, quae res militares sapienter administrat, nullo modo impia aut maligna dici potest.

Mali hujus fontem istud veterum philosophorum fuisse dogma, Deum esse mentem per universam rerum naturam intentam atque pertinentem, certaque ratione omnia, ideoque in omnibus etiam rebus praesentem coli cebere, id nullum quidem omnino dubium habet, dabiturque nobis infra copiosius hoc declarandi locus. Atqui poëtarum tamen hoc in primis debetur ingeniis justo liberioribus, quod, inanimis mundi hujus partibus naturaeque membris in personarum loco atque gradu collocatis, tam numerosa Deorum Dearumque, nominibus & muneribus distinctorum, familia populorum venerationi ac pietati commendata est. Credo, homines partim ideo in hoc incidisse vitium, ut haberent, quod industria & ingenio, quo abundabant, exornare possent, partim ψυχαγωγίας ἕνεκεν, ut lectores voluptate quadam perfunderent & allicerent. Quanto vero cum discrimine animo-

(m) *S. Basilius*] *Oratione, quomodo legere Graecos deceat p. 16. ed. Oxon. Joh. Potteri.*

(n) *Sordibus*] Sic vulgo perhibent, licentiam poëtarum plus intulisse veterum de Deo doctrinae injuriarum, quam reliqua omnia, neque plebem, ut tam inepte atque stolide de Diis sentiret, fortius aliquid incitasse, quam amoena illa carmina *Homeri*, *Hesiodi*, & aliorum, de Diis eorumque rebus gestis. [Vid. *Bibliotheque Françoise T.* XIX. *P.* 1. *p.* 149.] Ego vero, tametsi minime negem, lectione poëtarum confirmatas fuisse ineptias, quae de Diis vulgo ferebantur, in animis juvenum, parum tamen abest, quin patrocinium condemnati generis suscipiam, ac injuste hujus criminis vates accusari, disputem. (I.) Si poëtae, *Homerus*, *Hesiodus*, & alii, ipsimet finxissent atque excogitassent ea, quae de Diis in carminibus suis perhibent, recte flagitii huius postularentur. Verum evidens est, eos non auctores esse rerum, quas canunt, & primos inventores, sed, quae tunc temporis publice de Numinibus inter Graecos ferebantur, ex ore multitudinis hausisse, & versibus complexos esse. *Homerus* quum poëmata sua exararet, Diis, quorum res gestas carmine persequitur, templa jam, luci, sacerdotes, simulacra, caerimoniae, & victimae inter Graecos decretae erant & constitutae. Vid. *Ever. Feithius* in *Antiquit. Homericis Lib.* I. *Cap.* 3. 4. 5. *p.* 14. *f.* Quod quidem sine ulla docet controversia, neque Deos illos, neque historias, certamina, bella, ge-

ne-

Digitized by Google

morum licentia haec conjuncta fuerit, cum res ipsa docet, tum *Plutarchi* auctoritas ostendit, qui *Libro de Iside* graviter & prudenter monet, viam inde aliis ad aniles & absurdas superstitiones, (seu, ut Christiano loquar more, *idololatriam*,) aliis ad summam adversus Deum impietatem omnisque religionis despicientiam patuisse. Verum haec postmodum denuo tractabuntur: nunc ad poëtarum peccata redeundum est.

Igitur hoc etiam non parum arbitror ad veteris de Deo doctrinae corruptionem contulisse, quod poëtae istam civitatis formam, quam philosophi *Aristocratiam* nominant, in Deorum introducere visi sunt concilium. Id vero binis ab illis factum esse modis, video. Primo de Diis generatim nimis, nullo discrimine adhibito, loquebantur, totiusque rerum naturae gubernationem omnibus communem faciebant, non secus, ac si cuncta *communi Deorum consilio* gubernarentur, majorque suffragiorum numerus natas subinde difficultates dirimeret. *Jovem* igitur sive Deorum patrem non alium sibi fingebant, atque illi sunt, qui in summo gentis nostrae consilio oratorum funguntur munere, aut in delegatorum consiliariorum conventu quodam primas partes sustinent. Quod quum facerent, plus certe minoribus Diis auctoritatis attribuebant atque dignitatis, quam per ipsa, quibus alioquin dediti erant, dogmata atque placita licitum erat.

Deinde, quae nihil erant aliud, vocabula, quam diversa unius ejusdemque summi altissimique Dei nomina, quibus variae virtutes ejus in hoc orbe manifestae, aut multifarii illarum effectus declarabantur, poëtae sic efferebant atque usurpabant, ac si totidem essent Dii sive personae. Qua quidem in re sic saepe modestiam omnem atque rationem negligebant, ut Deos non modo inter sese com-426
mitterent, verum etiam cum ipso *Jove* decertantes atque rixantes inducerent. Hanc (*m*) *S. Basilius* amentiam videtur his verbis castigare, in *Oratione*, qua docet, quemadmodum juvenes ex Graecorum scriptis proficere queant: Πάντων ἧττον ἄξιοι περὶ θεῶν τοῖς ἀμφισβητουμένοις (ποιηταῖς) πιστεύειν, καὶ μάλιστ' ὅταν ἃς περὶ πολλῶν καὶ αὐτῶν διαφωνοῦσι, καὶ τούτων ὁμοτεχνίτων. *Minime vero omnium fidem nos habere poëtis convenit, quum de Diis ita loquuntur ac differunt, ac si totidem essent* (distinctae nec ulli subditae) *personae, neque sententiis inter se conjuncti ac concordes, verum varias rationes sequentes, & perpetuo inter se altercantes.* Haec satis dicta sint de poëtarum, quibus religionem inquinarunt, vitiis & (*n*) sordibus.

Tanta vero licet in poëtis haereant flagitia & crimina; omnes tamen ut intelli-

neraque Deorum *Homerum* principem ex ingenio protulisse, verum ea tantum, quae vetus Graeciae historia de Numinibus tradebat, numeris illigasse. Et male profecto, nisi me fallunt omnia, divinus *Homerus* mulctatus fuisset, si primus ausus fuisset tam lepida & absurda commenta in populo melioribus praeceptis imbuto promulgare. Quare, si, quod res est, dici debet, populum & sacerdotes poëtas corrupisse, non autem poëtas populum & sacerdotes ad errores & flagitia duxisse, affirmandum nobis erit. Ex his jam (II.) patet, falli eos, qui poëtas virtutibus divinis aut naturae rerum partibus personarum imposuisse nomina, atque hoc ex eorum more multitudinem Deorum, quibus olim supplices fuerunt populi, manasse, autumant. [Non abhorret ab hac opinione *P. Brumoy*, qui distinguit inter *Theologiam Graecorum poëticam* & *veram*. Sed recte hoc systema refellitur *Biblioth. Françoise T.* XIX. *P.* I. *p.* 149.] Namque diu ante hos poëtas templa & fana Diis iis, quos ceciner e, dedicata, & sacerdotes publico nomine constituti fuerant. Statue, si placet, *Homerum* divinam sapientiam *Minervae* nomine appellasse, & veluti personam in poëmate suo licentia poëtica introduxisse. Huic tuam opinionem statim id refellet, quod *Iliad.* II. *vs.* 549. Tanum *Minervae* Athenis fuisse ac sacerdotes, idem memorat. Etenim hoc ante *Homerum* declarat *Minervam* pro persona fuisse habitam, atque nemini olim hoc in mentem venisse,

Digitized by Google

ligant & fateantur, nunc efficiam, neminem eorum tam a conſilio & ratione relictum fuiſſe, ut plures eſſe Deos ſtatueret, gradu atque potentia pares, & per ſe ex infinito tempore exſiſtentes, ſed unum omnes ſummum & aeternum Deum, ceteram turbam univerſam Deorum genitam & procreatam putaſſe. De *Orpheo* jam dictum eſt: cujus ſententiam ex illis carminum Orphicorum reliquiis eruimus, quae in ſcriptoribus a ſacris noſtris alienis exſtant. Et multo nobis planius oſtendere liceret, *Orpheum* unius Dei profeſſorem fuiſſe, ſi qua fides & auctoritas reli-
427 quis ejus verſibus tribui poſſunt, quos in Chriſtianorum tantum & Judaeorum monumentis ſervatos videmus: in quibus (*o*) hic eſt:

Εἷς ἐξ αὐτογόνοιο, τὸν ἔκγονα πάντα τίνυσθ᾽.

Ex ſe unus genitus, genita & ſunt omnia ab uno.

Praeterea, quod in his *Orphei* fragmentis Deus μητροπάτωρ, *mater atque pater omnium rerum*, appellatur, quodque Orphici aeque atque Aegyptii ſapientes, id quod ante obſervavimus, ſupremum Deum ἀρρενόθηλυν, *marem & feminam* eſſe ſimul, dicunt, id praeclare (*p*) *Clemens Alexandrinus* declarat ἢ ἐκ μὴ ὄντων γένεσιν ſignificare, ſive rerum omnium ex nihilo ſeu ex ipſo Deo, cui nulla praeſto fuerit ſempiterna materia, procreationem.

Sed, miſſo *Orpheo*, ad *Homerum* venio. Hujus qui exiſtimat Deos aeternos eſſe, a nullo factos, & per ſe exſiſtentes, is, vereor, ne *Homerum* umquam legerit. Contrarium enim diſerte (*q*) verſu illo, quem ante laudavimus, perhibet, quo Deos omnes certo tempore genitos eſſe, teſtatur:

Ὠκεανόν τε θεῶν γένεσιν, &c.

Oceanum, ex quo Dii generati ſunt.

Hic Dii ſunt omnes mundi partes animatae, quae hominem praeſtantia ſuperant, ſigillatim, quod *Euſtathius* obſervat, ſtellae. Θεῶν, inquit, ἀντὶ ἀστέρων. *Dii hic pro ſtellis ponuntur.* Idem continuo Philologus addit, Deos ſive ſtellas figura quadam rhe-

ſub iſto nomine divinam aliquam virtutem latere. Idem de reliquis *Homeri* Diis, *Neptuno*, *Diana*, *Apolline*, intellectum volo. (III.) Equidem poëtas parum interdum proprie loquutos eſſe, *Bacchum* pro vino, *Martem* pro bello, *Venerem* pro amore poſuiſſe, aliis etiam figuris orationem exornaſſe, non ignoro. Sed idem his figuris aegre mihi perſuadeo adductum eſſe aliquem, ut inepte de Deo rebusque divinis ſentiret, qui antea recte atque ſapienter ſenſerat. Quid noſtri hodie non audent poëtae? Quid illi in primis tentant, qui reges cum antiquis Numinibus comparant, & ſecundum *Jovem* in concilio Deorum collocant? Nec tamen quemquam ſanae mentis his phaleris & ampullis commoveri video, ut ſuperſtitiones, quibus ante caruerat, imbibat, & priſcas fabulas religioni Chriſtianae admiſceat. Scilicet neminem nec hodie praeterit, nec olim fugit, orationem poëtarum ex rationis praeceptis haud eſſe metiendam, multo minus religionis formam ex carminibus eruendam. Quae quum ita ſint, equidem non tam poëtis, quam humani generis vitiis & innatae corruptioni, callidorum item hominum fallaciis, graviſſimos illos de Diis errores eſſe tribuendos, reor, quibus tot ſaecula miſere terrarum orbis laboravit: ſuavitatem vero carminum id effeciſſe, facile conceſſerim, ut receptae fabulae in populi mentibus facilius haererent, & magis placerent, quam ſine ornatu expoſitae placuiſſent. *Recte igitur*, ut verbis utar *Ciceronis Tuſculan. Diſput. Lib.* II. *C.* 11. *p.* 2664. *T.* VIII. *Opp. a Platone educuntur ex ea civitate, quam finxit ille,*

Digitized by Google

rhetoribus familiari, quam *Synecdochen* appellant, res omnes ſive univerſam rerum naturam denotare. Ἀντὶ τοῦ πάντων ἀπὸ τοῦ μέρους. *Pars ponitur, & totum intelligitur.* Sic ipſe poëta mentem ſuam alio loco interpretatur, quo de Oceano pariter ita (r) canit:

—— Ὅς γένεσις πάντεσσι τέτυκται.

Qui rerum omnium initium eſt, aut *ex quo* (non modo Dii, ſed etiam) *reliqua omnia prodierunt.*

Totam igitur hanc eſſe *Homeri* ſententiam, puta: Deos ſive ſtellas una cum univerſo, quem ſpectamus, terrarum orbe ſuo exſtitiſſe tempore, atque ex Oceano ſive Chao aquatico primum ortos eſſe. Ex quo apparet, *Homerum* & *Heſiodum*, quum Deorum canerent generationem atque ortum, ipſam mundi procreationem & ortum ceciniſſe ac expoſuiſſe. Quae vero de utraque narrant, ea reor ex *Moſis* derivata eſſe praeceptis, quae parentum ore inter populos orientem ſpectantes ſolem ad filios propagata ſunt. Adde huc, *Euſtathium* referre, veterum ex ſententia *Homeri* ἀοσμήσεις, quae *Iliad.* 6. legitur, αἴνιγμα eſſe τῆς κοσμογονίας, ſive mundi ortum ſimilitudine quadam adumbrare.

Ergo Deos in univerſum *Homerus* fingit ex Oceano ſive Chao aquatico procreatos eſſe. Sed hoc tamen dogma de inferioribus tantum Diis accipiendum eſt: in quorum ordinem illum haud referre decet Deum, qui poëtae ſingulari modo ὁ Θεὸς & ὁ Ζεὺς ſaepenumero dicitur. Namque hunc Deum infinite potentem eſſe, affirmat: hunc (s) κεφάτατον ἁπάντων, *omnium potentiſſimum* vocat: hunc πρῶτον θεῶν, *Deorum principem*, & ὕπατον θεῶν & κρείσσονα, *ſummum Deorum atque gubernatorum* nominat: hunc infinita ratione Diis ſuperiorem eſſe, (t) ait:

Τόσσον ἐγὼ περί τ' εἰμὶ θεῶν, περί τ' εἰμὶ ἀνθρώπων. 428

Tantum ego ſupraque ſum Deos, ſupraque ſum homines.

Hunc Diis aeque ac hominibus leges ferre, ſignificat *Il.* ϖ.

—— Ὅς

rum mores optimos & optimum rei publicae ſtatum exquireret.

(o) *Hic eſt*] Verſus hic una cum aliis, *Orphei* nomine ſignatis, apud *Clementem Alex.* exſtat in *Cohort. ad gentes Cap.* 7. *p.* 64. Paullo vero aliter eumdem exhibet *Euſebius Praeparat. Euangel. Lib.* XIII. *Cap.* 12. & *Theodoretus de curandis Graecor. affect. Serm.* I. *T.* II. *Opp. p.* 475.

(p) *Clemens Alex.*] *Stromatum Lib.* V. *p.* 724. Μητρογένεος in *Orphei* verſibus ſignificat, Deum *parentem* eſſe *terrae*, quam vulgo *matrem* vocabant veteres. Inde vero non poſſe cogi, arbitror, hoc nomen creationem ex nihilo indicare. Bonus illo *Clemens* multa videt in antiquis auctoribus, quae, praeter eum, nemo facile viderit. De *Orphei* ceterum carminibus & eorum auctoritate ſupra jam ſatis expoſitum eſt.

(q) *Verſu illo*] *Iliad.* Z. *vſ.* 201. & *vſ.* 302. *Euſtathium* vero quid commoverit, ut Θεοὺς exiſtimaret his in verſibus ſtellas eſſe, haud equidem intelligo. Ex *Homero* certe id haud facile colligas. Et ego *Deos* hic omnia generatim eſſe Numina, quibus Graeci ſupplicarunt, nil dubitem.

(r) *Canit*] *Iliad.* Z. *vſ.* 246.

(s) Κρατερόν] Quo in loco *Homerus* κρατερὸν ἀνέμων appellet Jovem, equidem ignoro. At κρατὺν θεῶν ipſi dicitur *Odyſſ.* Σ. *vſ.* 158. & *P. vſ.* 158. ὕπατος θεῶν & ἄριστος audit *Iliad. T. vſ.* 258. & *Odyſſ. T. vſ.* 303.

(t) *Ait*] Hic verſus exſtat *Iliad.* Θ. *vſ.* 20. ſequens *Iliad. A. vſ.* 281.

τὸ μὲν ϟ προνοίαν ἐμφαίνῃ, τὸ δ' ϟ δύναμιν· ὡς Ὅμηρος τ' ἄρχοντα καὶ βασιλεύοντα πάντων Διῶα ἔπαλον καὶ μήστορα καλῶν ἔοικε, τῷ μὲν ὄμματι τὸ κράτος αὐτῦ, τῷ δ' μήστορι ϟ βουλὴν καὶ ϟ φρόνησιν σημαίνῃ. *Contra Osirin oculo & sceptro pictis exprimunt: quorum ille providentiam, hoc autem potentiam significat. Sicut Homerus etiam Jovem omnium regem atque principem appellat imperatorem consultoremque: quorum illud nomen imperium, hoc autem prudentiam designat.* *Plutarcho* comes eat (y) *Proclus.* Namque hic, quum in *Commentario ad Platonis Timaeum* docuisset, *Platonis* ex sententia unum esse totius rerum naturae architectum atque conditorem, (ἕνα πάντες εἶς καὶ ὅλου δημιουργὸν) idem divino, quem vocat, poëtae, *Homero*, visum esse, continuo subjicit: Ὃς δὴ διὰ πάσης ποιήσεως ὕμνον ἁρμόττοντα δημιουργῷ καὶ πατρὶ ἁπάντων καὶ θεῶν αὐτὸν ἀνυμνεῖ, καὶ πᾶσιν ἀφορμὰς ταῖς δημιουργικαῖς νοήσεσιν. *Qui per universum, quod composuit, poëma Jovem celebrat, ut omnium gubernatorum principem & patrem Deum hominumque, omnesque ei tribuit notiones demiurgicas.* Qua re explicata, sic rationem concludit: Οὕτω τοίνυν σύμπασαν ϟ Ἑλληνικὴν θεολογίαν ἀπὸ Διὸς ἤρξαμθο, τῷ Διὶ ϟ ὅλων δημιουργίαν ἀπονέμουσαν. *Itaque planum fecimus, totam Graecorum Theologiam Jovi generatim hoc tribuere, res omnes ab eo factas esse & conditas.* Ipse *Aristoteles*, de paterna differens auctoritate, suo hanc rem lu- 429
culenter firmat testimonio: (*) Ἡ δὲ ϟ τέκνων ἀρχὴ βασιλική. *Imperium autem in liberos est regium.* —— Διὸ καλῶς Ὅμηρος ϟ Δία προσηγόρευσεν, εἰπών,

—— πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε,

ϟ βασιλέα τέκνων ἁπάντων· Φύσει γὰρ ϟ βασιλέα διαφέρειν μὲν δεῖ, τῷ γένει δὲ ταὐτόν. ὅπερ πέπονθε τὸ πρεσβύτερον πρὸς τὸ νεώτερον, καὶ ὁ γεννήσας πρὸς τὸ τέκνον. *Quocirca praeclare Homerus Jovem hoc nomine appellat his verbis:*

—— *Hominum pater atque Deorum,*

qui horum omnium rex est. Regem enim natura quidem differre oportet, sed genere eumdem esse: quod accidit grandiori natu cum eo, qui junior est, comparato, & ei, qui procreavit, cum filio. Quibus ego verbis *Aristotelem* hoc sibi velle arbitror, *Jovis* potestatem & imperium, quod in reliquos tenet Deos, non acquisitum, sed naturale esse, eo quod omnes Dii, non aliter atque homines, ex eo essent geniti atque procreati. Itaque *Homerum* omni hic adversus Deum impietatis suspicione liberat (z) philosophus.

Idem, quod *Homerum*, *Hesiodum* quoque de Diis sensisse, omnesque, quos lau- 430
dat,

(*) De Republ. Lib. I. C. 12. (p. 412. T. III. Opp.)

in res universas imperium attribuisse. Loquuntur id infiniti ejus loci. Illud vero nescio, an etiam concedi queat, poëtam hunc idem de *Jove* suo existimasse, quod sapientes viri nosque hodie Christiani de summo rerum omnium opifice & architecto. Magnificis, non diffiteor, verbis non raro *Jovis* hujus potentiam, vires, & sapientiam praedicat: quod haud dubie viros induxit eximios, ut in eius de Deo sententia nihil vituperabile esse, judicarent. Sed, ut omittam, ligatam orationem & poëtarum vocabula non iisdem ex legibus, quibus philosophorum sermones, aestimanda esse; innumera vicissim de hoc Deorum parente perhibet, quae in summam majestatem nullo modo cadunt, *Jovemque* optimum maximum ejusdem ipsi generis, naturae, ac indolis visum esse, cujus reliqua Numina, quae inducit, ostendunt. Ex multis pauca proferam. Ζεὺς seu *Jovem* multis in locis Κρόνου seu *Saturni filium*, aliis Ὀλύμπιον seu *incolam Olympi* appellat. Igitur more hominum ex Saturno genitus erat, ut Graeci tradebant, ex sententia *Homeri*, & quod de *Jove*, Thessaliae re-

Digitized by Google

dat, Deos, nullos vero, nisi inferioris numeri Deos, laudat, genitos atque factos esse, aeque atque homines, iis supra me opinor argumentis ex *Theogonia* ejus ostendisse, quorum nemo facile vim labefactaverit. Nunc versus ex (*a*) *Operibus* ejus proferre placet, ex quibus idem sine controversia constat:

Ὡς ὁμόθεν γεγάασι θεοὶ, θνητοί τ' ἄνθρωποι.

Ut simul nati sunt Dii, mortalesque homines.

Vocem ὁμόθεν interpres Graecus exponit: ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ ῥίζης, & ἐκ τοῦ αὐτοῦ γένους. Quae expositio hanc efficit sententiam: *Dii atque homines eodem satu & genere orti sunt.* Neque est, cur ab hac nos interpretatione dimoveant, quae statim consequuntur:

Χρύσεον μὲν πρώτιστα γένος μερόπων ἀνθρώπων
Ἀθάνατοι ποίησαν, ὀλύμπια δώματ' ἔχοντες.

Aureum primo genus variis linguis loquentium hominum
Dii fecerunt, coelestium domorum incolae.

Moschopulus enim sic verba haec illustrat: Ἀθάνατοι ποίησαν· ὁ Ζεὺς μόνος ἐποίησεν, ὡς ἀπὸ τοῦ πάντων φανερόν γίνεται· λέγει δὲ πάντας τοὺς θεοὺς τὸ δὲ εἰδὼς ἔφην ἐπὶ πάντας ὁμοιοτρόπως ἀναφέρων. *Dii fecerunt immortales. Vera poëtae sententia est, unum Jovem fecisse hoc primum genus aureum hominum, id quod ex aliis ejus locis perspicuum fit. Ac licet in uni-*

ge, iidem ferebant, domicilium in monte Olympo sibi quondam fixerat. Haeccine Deum, obsecro, arguunt omnis initii, imbecillitatis, & vitii nescium? Et quid si doceam, *Homerum Jovi* non multo nobiliorem ortum, quam reliquis Diis, attribuisse, eumque similiter ex Oceano educere? Faciam id vero sine negotio. *Saturnum* in Diis sine ullo dubio *Homerus* habuit. Ergo & is ex Oceano, ex quo cunctos esse Deos procreatos, aliquoties perhibet, genitus fuit. Atqui *Jupiter* & *Juno* liberi erant Saturni; quod multis poëta locis profitetur. Vid. *Iliad.* Ξ. vs. 243. 247. *Juno* praeterea semet narrat in aedibus Oceani & Tethyos, non secus ac in avorum domiciliis nepotes nonnunquam, liberaliter educatam esse. *Iliad.* Ξ. vs. 302. 303.

Ὠκεανόν τε θεῶν γένεσιν, καὶ μητέρα Τηθύν,
Οἵ μ' ἐν σφοῖσι δόμοισι κατατρέφον ἠδ' ἀτίταλλον.

Oceanumque Deorum ortum, & matrem Tethyn,
Qui me in suis aedibus bene nutrierunt & educarunt.

[Vid. *Zimmermann. de religione Homeri* in *Musaeo Helvet. T.* VII. *p.* 158. Lavat is Homerum, sed Aethiopem lavat, & maxima probra dissimulat.] Habes itaque ortum *Jovis*, qui per Saturnum ab Oceano, ut Dii omnes reliqui, descendit. Talem ego Deum nullo modo me adduci patiar, ut cum summo rerum omnium parente confundam. Plura, quae in promptu sunt, ne copiosior sim, quam par est, nunc praetermitto. Qui hic afferuntur, veterum loci, ut rectius & melius sentisse videatur *Homerus*, parum mihi videntur momenti ac ponderis habere. Principio, quid *Homerus* & omnes in universum antiqui censuerint, id ex ipsis eorum libris, non vero ex aliorum dici debet testimoniis & auctoritatibus, qui causae suae plerumque servire solent, ac in primis poëtarum principem infinitis interpretationibus sensu & ratione vacuis obscurare & corrumpere student, ut unus omnis scientiae & eruditionis magister fuisse videatur. Deinde nec *Plutarchus*, nec *Aristoteles Jovem*, quem *Homerus* inducit, summum esse Numen, quod universa fabricatum est, confirmant, sed tantum, quibus *Jovem* suum vocabulis *Homerus* honestaverit, significant. *Proeli* vero testimonium, hominis Platonici & ingenii maioris, quam judicii, philosophi, minimo omnium in hac causa valere debet, quum sectae, quam secutus est, consuetudo notissima sit veteres auctores non ex rei veritate, sed ex suo sensu, explicandi. Multo illustrior & locupletior testis foret antiquus ille *Vitae Homeri*, quae solet carmi-

Digitized by Google

universum de Diis loquatur; id tamen, quod opus unius est, ad omnes transfert ejusdem naturae ac generis. Nec desunt multa exempla alia, ex quibus intelligi potest, poëtas frequentes Θεοὶ *pro* Θεὸς *posuisse.* Mihi vero *Hesiodum* eamdem de hominum atque Deorum ortu opinionem, quam (*b*) *Plato* aluisse, verisimilius videtur: qui quidem, tametsi minores mundanosque Deos, non secus atque homines, a summo omnium Deo factos esse, arbitretur, Deos tamen paullo citius censet esse editos hominibus, atque ad horum deinceps procreationem multum contuliisse.

Sed, quod supra dixi, *Theogoniam Hesiodi* inferiorum tantum Deorum narrare ortus, nec ad summum Deum, quem ζεὺς vocat, ullo modo pertinere, id jam verbis ejus planum mihi faciendum esse, video. Nihil vero ad hoc demonstrandum validius est, quam quod *Jovem* hunc sive ζεὺς, similiter ut *Homerus*, parentem non minus, quam regem, omnium Deorum facit.

(*c*) Αὐτὸς γὰρ πάντων βασιλεὺς καὶ κοίρανός ἐστιν Ἀθανάτων.

Ille enim omnium rex & dominus est Immortalium.

Adde huc, quod rerum universam naturam ab eo factam atque paratam esse, docet: id quod *Proclus* ad hunc ejus versum observavit:

(*d*) Ὅν τε Διὸς βροτοὶ ἄνδρες ὁμῶς κ. τ. λ.

Per 431

minibus ejus vulgo praemitti, scriptor, quisquis ille demum fuerit, si quid dandum esset auctoritatibus in hoc negotio. Namque hic eamdem, quam *Cudworthus*, sententiam, & iisdem prope fretus *Homeri* locis, jam dudum proposuit: cujus ego verba, quoniam nervose, quae proferri possunt in hanc rem, omnia complectuntur, describam. Sic igitur ille in *Thom. Gale Scriptor. veter. mytholog. p.* 337. Τούτων δὲ πάντων ἀρχηγὸν καὶ ὑγιμόνα τὸν πρῶτον θεὸν νομίζουσιν οἱ ἀρίστων φιλοσόφων ἀκόλουθοι ὄντα καὶ τοῦτο μᾶλλον καλοῦσι, καὶ Ὁμηρικῶτατα ὑπολαμβάνειν φαίνῃ, παρ' ᾧ λέγει ὁ Ζεὺς πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε, καὶ ὃν πάντες Κρονίδην, ὕπατὸν κρειόντων· καὶ αὐτὸς μὲν ὁ Ζεὺς φησιν· Ὅσσον ἐγὼν περὶ τ' ἄλλοι θεῶν, περί τ' αὖτε ἀνθρώπων· ἡ δὲ Ἀθηνᾶ πρὸς αὐτόν· Εὖ νυ καὶ ἡμεῖς ἴδμεν, ὃ τοι σθένος οὐκ ἐπιεικές. *Ceterum quando praestantissimi quique philosophorum primarium illum Deum, ducem & principem omnium, incorporeum esse, ac cognitione duntaxat comprehensibilem, arbitrentur, Homerus quoque haec credere videtur, apud quem Jupiter appellatur pater hominumque Deumque, &, Jupiter, o pater optime, praeses magnificorum. Immo & ipse Jupiter inquit: Quantum ego Dis superis praesto, mortalibus atque. Minerva denique ad eum: Nos bene callemus, quam sit tua magna potestas.* Sed indignum ego prope *Homerum* judico, in cujus religionem & de Deo sententiam curiosius inquiratur: quem omnia ejus carmina ostendunt ne secum ipso quidem omni ex parte consensisse, & quae ratio de Deo docet, ac philosophi vetustissimi de rebus naturalibus differuerunt, cum Graecorum fabulis & ineptis narrationibus perpetuo confudisse. Acerbius hoc si quis esse judicium & corrupti gustatus signum censeat, haud equidem magnopere pugnabo: requiram vero vicissim, ut is nobis religionis poëtae hujus summam ex ejus carminibus exhibeat, non modo suis absolutam numeris, sed etiam cohaerentem inter se, & reliquis ejus scitis consentaneam: quod fieri nullo modo posse, arbitror.

(*a*) *Operibus*] *Hesiodi Opera & dies vs.* 108. 109. 110. *p.* 215. *ed. Clerici.*

(*b*) *Plato*] Lege *Platonis Timaeum p.* 530. *s. Opp.*

(*c*) Αὐτὸς γάρ] Hic versus in carminibus, quae ad nos pervenerunt, *Hesiodi* non legitur, sed a *Clemente Alexandr.* ut *Hesiodi* laudatur in *Cohort. ad gentes Cap.* 7. *p.* 63. *T.* I. *ed. Potteri.*

(*d*) Ὅν τε] *Hesiodi Opera & dies vs.* 3. *p.* 197. Sed fallitur omnino *Proclus*, fallitur vir doctissimus, quod hoc versu *Jovi* censent rerum omnium fabricationem ab *Hesiodo* tributi. Totius enim orationis contextus ostendit, id sibi velle poëtam, *Jovem* hominum dispensare fata, & pro lubitu huc

Digitized by Google

Per quem omnes homines mortales ſunt. Δι' ὃν πάντες, ἢ οὐκ ἀύπνματος· Πάντες τῷ Λὶ πρωταναπλάτῳ. *Per quem omnia ſunt, nec id temere ac fortuito. Poëta hic per figuram, quae Synecdoche dicitur, rerum omnium procreationem Jovi adſcribit.* Quae duo dubitare ſinunt neminem, argumentum *Theogoniae Heſiodi* inferiorum unice Deorum eſſe ortum atque generationem, quos parens eorum & conditor ζεὺς ſive *Jupiter* ex Chao finxit aquatico. Ipſe vero *Jupiter*, quum ſit αὐτοφυὴς, per ſe exſiſtens, neque factus, prorſus ex hoc ordine debet (*e*) eximi.

Heſiodum excipiat *Pindarus*. Cujus quisquis haec modo (*f*) verba legerit, is vero Diis cum, quos celebrat, aeternitatem haud tribuiſſe, verum ortum ac initium, ſine negotio ſentiet:

Ἐν ἀνδρῶν, ἓν θεῶν γένος, ὅθεν
Μιᾶς ἓ πνέομεν
Μητρὸς ἀμφότερα.
Unum hominum, unum Deorum genus
Et ex una ſpiramus
Matre utrique.

Communem Deorum & hominum matrem, quam hic *Pindarus* nominat, vetus ejus in-

hunc altiori, illum inferiori loco ac numero ponere:

Ὅτι τὰ δὴ βροτοὶ ἄνδρες ὁμῶς ἄφατοί τε φατοί τε,
Ῥηταί τ' ἄῤῥητοί τε Διὸς μεγάλοιο ἕκητι.

Per quem mortales homines pariter obſcurique ſunt & clari,
Nobiles ignobilesque magni Jovis voluntate ſiunt.

(*e*) *Eximi*] De *Heſiodi* religione quae ſupra late ac copioſe ſunt a me diſputata, hoc quidem loco repetere nolo. Quod autem vir doctiſſimus poëtam hunc *Jovem* ex Deorum genitorum exemiſſe numero, & pro ſummo rerum omnium parente habuiſſe, autumat, id quin breviter refellam, facere nequeo. Fateor, magna ſunt & ſublimia, quae de *Jove* ſuo paſſim poëta praedicat. In *Theogonia* vſ. 49. *p.* 12. ita de eo:

Ὅσσον φέρτατός ἐσσι θεῶν, κράτεί τε μέγιστος.
Quam ſit praeſtantiſſimus Deorum & imperio maximus.

Prometheus in eodem carmine vſ. 548. *p.* 92. his eumdem verbis alloquitur:

Ζεῦ κύδιστε, μέγιστε θεῶν ἀνυπερτάτε.
Jupiter glorioſiſſime, maxime Deorum ſempiternorum.

Plures ejus generis locos ut afferam, nil opus eſt. Sed quam ex his aliisque poëtae dictis hauſimus eximiam de *Jove* opinionem, eam nos deponere viciſſim jubent, quae tot aliis de eodem locis canit: ex quibus apparet, *Jovem* ipſi nullum fuiſſe, quam virum humano more ex Saturno & Rhea genitum, reliquis vero Diis, & ipſo parente ſuo propter fortitudinem & alias dotes ſuperiorem. Faciam, ut ex ipſo id *Heſiodi* ore cognoſcamus. Sic igitur ille *Theogoniae* vſ. 453. *ſ. p.* 77.

Ῥείη δ' αὖ θαλίῃσιν Κρόνῳ τέκε φαίδιμα τέκνα,
Ἑστίην, Δήμητρα, καὶ Ἥρην χρυσοπέδιλον,
— — — — —
Ζῆνά τε μητιόεντα, θεῶν πατέρ' ἠδὲ καὶ ἀνδρῶν.
Rhea autem compreſſa a Saturno, peperit illuſtres liberos,
Veſtam, Cererem, & Junonem aurea calceamenta habentem,
Jovemque ſapientem, Deorum patrem atque hominum.

Ex *tellure* nimirum & *coelo*, ſi *Heſiodum* audias, nati ſunt multi Dii, quos enumerat *Theogon.* vſ. 134. 135. *p.* 25. Horum Deorum minimus natu *Saturnus* fuit, *ib.* vſ. 136. Et hic *Saturnus* ex Rhea deinceps inter alios natos natasque *Jovem* ac *Junonem* procreavit. *Jupiter* vero reliqua Numina aſtu partim, partim virtute, partim beneficiis ſibi ſubiecit. Vides hic abſurdam Phyſicae veteris & hiſtoriae confuſionem. Praeclarum vero *Jovem*, dignumque, qui ſupremo Numini par habea-

by Google

interpres terram esse & chaos arbitratur: neque idem alios, quam inferiores Deos, in primis stellas a poëta indicari (*g*) judicat.

Ergo *Pindarus* universam Deorum turbam ex terra & chao, quemadmodum & homines, natam esse, perhibet. Atqui Deum illum, quo nullus major est, vel praestantior, gradu longe sublimiori collocat. Namque hunc θεῶν κρέτιστον, *Diis omnibus potentia majorem*, & τῶν πάντων κύριον, *rerum omnium dominum*, appellat. Hunc παντὸς αἴτιον, *rerum omnium causſam*, hunc ἀριστοτέχνᾳ θεὸν, *Deum omnium artificum excellentissimum*, sive mundi totius fabricatorem, hunc denique, quod a (*b*) *Clemente Alexandrino* proditum legitur, τὸ πᾶν sive *universum* vocat. Hunc Deum ut ceteris praeferret omnibus summaque coleret religione *Chiron*, eodem (*i*) *Pindaro* teste, *Achillem* docuit:

—— Μάλιστα μὲν Κρονίδαν
Βαρύβρεμέτην στρατῷ κεραυνῶν τε πρύτανιν
Θεῶν σέβεσθαι.

—— *Praecipue quidem Saturnidem*
Grave tuentem, fulgurum fulminumque praesidem
Inter Deos coleret.

Quae

beatur, cujus pater *Saturnus*, homo ex coelo terraque genitus, avus vero coelum, avia terra fuit! Ceterum, quod *pater & rex Deorum Jupiter* toties apud *Homerum* & *Hesiodum* dicitur, id tanti non est, ut majorem ipsi tribuamus dignitatem, & reliquos ab eo Deos esse creatos aut factos, putemus. *Pater* enim *Deorum & rex* propterea mihi in primis appellari videtur, quod majores Deos ex Saturni ventre ac vinculis liberavit, & vitam ipsis veluti, quam amiserant, restituit. Omnes nempe liberos suos Saturnus devorabat, simulatque nascebantur. *Hesiodus Theogon. vs.* 459. Dolo autem & arte filii sui *Jovis* victus, omnes evomere rursus coactus est, *ibid. vs.* 495. *s.* Hi Dii per *Jovem* ex parentis visceribus in lucem protracti, gratiam ipsi retulerunt, & potestate eum fulminandi armarunt. Hac nixus potestate, imperium in Deos hominesque exercet

Τοῖς κίνυθ', ὑπατόν τε καὶ ἀκαμάτοισιν ἀνάσσει.

Quibus (tonitru & fulmine) *consisus, mortalibus atque immortalibus imperat.*

Hesiodus l. c. vs. 506. *p.* 86. Non ergo jure naturae, sed Deorum partim, quibus consuluerat, beneficio, partim vi ac robore summo *Jupiter* fruitur in coelo terrisque regno. [Vid. *Callimachus Hymn. in Jov. vs.* 66. 67.] In sensum fabulae nunc non inquiro: sufficit ex his intelligi, qua de causſa *Jupiter* apud poëtas *rex & pater Deorum* vocetur. Interim nec ideo quoque *Jovem* hoc nomine salutari negem, quod, non secus ac liberorum parens, hominum Deorumque res curare, prudentique consilio, regis instar, totum orbem administrare dicitur. Hinc *Aristotelis* esse de hoc nomine sententiam, *Erasm. Schmidius* perhibet *Not. ad Pindari Olymp. p.* 206. [Conf. quae de Homero & Hesiodo dixit *Theodoretus Therap.* II. *p.* 65. 69.]

(*f*) *Verba*] *Nemeonicon Oda* VI. *p.* 120. *ed. Erasmi Schmidii.*

(*g*) *Judicat*] Non possum, quin *Clementis Alex.* verba hic adscribam, quae ad hunc *Pindari* locum pertinent, & sequentia simul illustrant, *Stromat. Lib.* V. *p.* 710. Πίνδαρος τὴν ὕλην μητρὸς ὀνόματι, *Pindarus matris nomine materiam intelligit*, ἣν ὁμοῦ τῶν τύπων ἀφομοιοῦσθαι, ὃν ἀριστοτέχνην πατέρα λέγει, τὸν καὶ τὰς προκοπὰς κατ' ἀξίαν εἰς θεότητα παρεσκευακέναι, *unumque praeterea horum omnium meliorem constituit, quem ipse parentem ἀριστοτέχνην, hoc est, optimum ac sapientissimum artificem nominat, qui pro sua quemque dignitate ad ipsam quoque divinitatem provehat.*

(*h*) *Clemente Alex.*] Is *Stromat. Lib.* V. *p.* 726. ita: Πινδαρός τε ὁ μελοποιὸς οὐκ ἀσόφως, φύσιν εἶπεν.

Τί θεός; ὅ τι τὸ πᾶν.

Lyricus item Pindarus quodam quasi Bacchico furore correptus, ita diserte loquitur:

Quid Deus? Universum.

Periit carmen *Pindari*, ex quo verba haec excerpsit *Clemens.*

(*i*) *Pindaro*] *Pythior. Oda* VI. *p.* 260.

Quae verba ſic declaravit is, qui *Pindari* carmina Graecis illuſtravit ſcholiis: Ἐξαιρέτως τὸ μεγαλόφωνον ἀετῶν καὶ κεραυνῶν δεσπότην, τὸν Δία, σεβεσθαι τοὺς ἄλλους θεοὺς παρῄνει καὶ σέβεσθαι. *Docuit eum prae reliquis Diis obſervare in primis ac ſummo cultu honoreque proſequi Jovem, magna voce valentem dominum fulgurum & fulminum.* Atque hic jam ſatis eos refellit locus, qui ſummum Deum, ut in ſe conſideratur, ab ullo veterum negant divinis honoribus (*k*) affectum eſſe.

Sed haec ſatis eſſe arbitror de *Homero*, *Heſiodo*, atque *Pindaro* dicta. Aut tres hoſce vates confitendum eſt omni plane religione vacaſſe, nullumque omnino Deum ceteris ſuperiorem & ſempiternum credidiſſe, cunctos e contrario Deos, ne ipſo quidem *Jove*, rege atque parente eorum, excepto, ex Chao ſenſus inope, Oceano, atque Nocte editos, cenſuiſſe: aut vero unum ſummum aeternumque Deum, a quo reliqui omnes Dii geniti ſint atque facti, profeſſos eſſe, dicendum eſt. Ego quidem poſteriorem harum ſententiarum ſequutos eſſe eos, exploratum cenſeo: ac licet *Ariſtoteles* & *Plato* alteram nonnumquam illis opinionem attribuere videantur; inde tamen id meo judicio provenit, quod antiquiſſimum illud dogma & a *Moſe*, quod vel ex 2. *Petr.* III. liquet, traditum de mundo ſive terra coelo-
433 que ex Chao aquatico primum producto, parum dextre intelligerent. Atqui dogma hoc tam *Homerus*, quam *Heſiodus* (*l*) receperant.

Aeſchylum atque *Sophoclem*, quibus nihil inter Tragicos nobilius eſt, ſi audire vellem, aliquot ex illis locos huic aptos argumento excerpere poſſem, quos nemo contemnendos duceret. Sed, quod eos jam a *Juſtino Martyre*, *Clemente Alexandrino*, & aliis animadverſos video, ne faſtidium lectori creem, ideo hic praetermittere, ſatius arbitror. De celeberrimo tamen *Sophoclis* loco unum habeo, quod breviter moneam. Sic ergo (*m*) Tragicus canit:

Εἷς πᾶς ἀληθείαισιν, εἷς ἐστιν θεὸς,
Ὃς οὐρανὸν τ' ἔτευξε, καὶ γαῖαν μακρὰν,
Πόντου τε χαρμὸν οἶδμα, κἀνέμων βίαν, κ. τ. λ.

Unus profecto, unus eſt tantum Deus,
Coeli ſolique machinam qui condidit,
Vadumque ponti coeruleum, & vim ſpiritus.

Sequuntur ſtatim nonnulla, quae ſimulacrorum feriunt cultum. Haec ejus eſſe generis, fateor, ut Chriſtianum non dedeceant ſcriptorem, nec in ulla exſtant Tragoediarum *Sophoclis*, quas temporum nobis reliquere injuriae. Sed propterea ſi quis

(*k*) *Affectum eſſe*] Credam ego facile, non tam obtuſae mentis fuiſſe *Pindarum*, ut unum eſſe Deum, rerum omnium parentem, ignoraret. At, quae hic afferuntur, eius dicta, ſi illud excipias, quod ex *Clemente* laudatur, non tam ad talem, qualem fas eſt profiteri, Deum, quam ad *Jovem* Graecorum, pertinent: quem *Jovem Pindarus* alias diſerte Saturni eſſe filium, & in Ida monte educatum, *Olymp. Od.* V. *p.* 145. Aeoli patrem, *Pyth. Od.* IV. *p.* 159. in aurum converſum, cum Saturno colluctatum eſſe de imperio Olympico, Ganymede famulo uſum, *Olymp. Od.* I. *p.* 62. ut ejus generis omittam alia, perhibet. Quae omnia quantopere remota ſint ab unius illius & praepotentis Numinis natura, quod ratio venerari jubet, quilibet intelligit.

(*l*) *Receperant*] Quaenam ad haec mihi monenda ſint, ex iis apparet jam maximam partem, quae variis locis diſſerui. Aſſumit, non probat, vir eximius, *Homero* & *Heſiodo* idem, quod divino ſcriptori, *Moſi*, de rerum originibus placuiſſe.

(*m*) *Tho-*

Digitized by Google

quis ſuſpicaretur, dictum hoc eſſe Chriſtiani, callide cauſſae ſuae inſervientis, nae is a vera multum ratione laberetur. Nam, ut multas fileam Tragoedias *Sophoclis* interiiſſe, tam multi ex antiquis Chriſtianorum doctoribus, *Athenagoras*, *Clemens Alexandrinus*, *Juſtinus Martyr*, *Euſebius*, *Cyrillus*, & *Theodoretus*, dictum hoc adhibuerunt in diſputationibus adverſus gentes Diis deditas, ut nullus ſuſpicioni huic locus relictus ſit. (*n*) *Clemens* praeterea ex his, quos nominavimus, auctoribus *Hecataeum*, veterem hiſtoricum, eumque Deorum religione imbutum, in libris ſuis illud commemoraſſe, locuples auctor eſt.

Euripides plenus eſt dictorum, quae negotium, quod tractamus, mirabiliter communiunt. Itaque temperare mihi nequeo, quin nonnulla eorum hic exhibeam. In (*o*) *Supplicibus* res omnium hominum e *Jovis* ſive ſummi Numinis arbitrio & nutu pendere, praeclare ſignificat:

Ὦ Ζεῦ, τί δῆτα τοὺς πολυπτώτους βροτοὺς
Φρονεῖν λέγουσι; σοῦ γὰρ ἐξηρτήμεθα,
Δρῶμέν τ' ἃ χρῄζομεν, ἂν σὺ τυγχάνῃς θέλων.

Miſeros quid homines, o Deûm rex & pater,
Sapere arbitramur? pendet e nutu tuo
Res noſtra, facimusque illa, quae viſum tibi.

Et quid hiſce precibus, ad ſummum coeli terraeque dominum & moderatorem ab (*p*) eodem poëta fuſis, elegantius ad hanc rem & illuſtrius eſt?

Σοὶ γὰρ πάντων μεδέοντι χολωὶ
Πέλασόν τε φέρω, ζόφος εἴτ' Ἀΐδης
Ὀνομαζόμενος σκέγεος.
Σὺ γὰρ ἐν τε θεοῖς τοῖς οὐρανίδαις
Σκῆπτρον τὸ Διὸς μετέχοις ἀίζων,
Χθονίων θ' Ἅδῃ μετέχεις ἀρχῆς.
Πέμψον μὲν φῶς ψυχαῖς αἰῖρον,
Ταῖς βιοκλοπίαις ἄθλας σφραγεῖν,
Πίθεν ἔλαχεν, τίς βίζα κακῶν,
Τίνι δεῖ μαχαίραν εὖ θυσκεῖν
Εὐρῶν μάχθων ἀπόκαυλον.

Tibi

(*m*) *Tragicus*] Ex *Stobaei Eclogis* hoc *Sophoclis* fragmentum *Hugo Grotius* tranſtulit in *Excerpta veterum Comicorum & Tragicor.* p. 148. cujus etiam eſt, quam adjecit *Cudworthus*, Latina verſio.

(*n*) *Clemens*] *Stromat. Lib.* V. *p.* 717.

(*o*) *Supplicibus*] V. 734. 735. 736. *p.* 41. Haec vero verba *Jovem* illum, quem Graeci venerabantur, compellant, nec perſpicue probant, poëtam hunc unum profeſſum eſſe ſummum rerum omnium dominum, verum hoc tantum docent, *Jovi* magnam ab eo ſapientiam & providentiam attributam eſſe.

(*p*) *Eodem poëta*] Hi verſus apud *Clementem Alexandr. Stromat. Lib.* V. *p.* 688. exſtant, ſed non continua, quemadmodum hoc loco, ſerie. Digeſſit autem eos & diſpoſuit, ut hic leguntur, *Hugo Grotius* in *Fragmentis ex incertis Euripidis Tragoed.* in *Excerpt. vet. Comic. & Tragicor. p.* 431. Binos tamen verſus inter tertium & quintum interjectos omiſit hic vir doctiſſimus.

Tibi (cunctorum domino) vinum
Salſamque molam fero, ſeu Ditis
Tu, ſive Jovis nomine gaudes.
Tu namque Deos ſuperos inter
Sceptrum tractas ſublime Jovis:
Idem regnum terreſtre tenes.
Tu lucem animis infunde virûm,
Qui ſcire volunt, quo fata mentis
Lucta ſit ortu, quae cauſſa mali,
Cui coelicolûm rite litando
Requiem ſit habere laborum.

In hac precatione, id quod obſervatu eſt digniſſimum, Ζεὺς & Ἀΐδης, *Jupiter & Pluto*, tamquam duo ſpectantur nomina, quae unum eumdemque Deum, ceteris omnibus praeſtantiorem, notent. Summa vero ejus haec eſt: Perfunde, Domine, coeleſti luce mortalium animos, ut, quinam omnium, quibus premimur, malorum fons atque radix ſit, percipiant, nec, quibus modis ea fugere & evitare queant, ignorent.

Solet (*q*) alius quoque locus ex *Euripide* affetri, quo unam illam ſempiternamque naturam, quae univerſum terrarum orbem complectitur atque gubernat, his diſerte affatur verbis:

Σὲ γᾶ περιφὼς, ἃ ἐν αἰθερίῳ
Ῥέμβει, πάντων φῶτα ἐμπλέξασ',
Ὃν ἀεὶ μὲν φῶς, ἀεὶ δ' ὑφαίνει
Νὺξ αἰολόχρως, ἄπλετός τ' ἄστρων
Ὄχλος ἐνδελεχὴς ἀμφιχορεύει.

Te, qui a te ipſo es, quique aetherio
Rerum omne genus turbine verſas:
Quem clara dies circumdat, quemque
Multicolor tegit nox, quemque aſtrorum
Vis non uno lumine fulgens
Circum aſſiduo volvitur orbe.

Scio, tertium atque quartum verſiculum ſic vulgo exponi ab interpretibus: *Nox atque dies una cum innumerabili ſtellarum multitudine perpetuo circa Deum ſaltant.* Nec is ego ſum, qui hanc interpretationem aut Grammaticorum legibus repugnare, aut poëtae indignam eſſe putem ingenio. At illum tamen, quem expreſſi, ſenſum huic non una de cauſſa praeferendum putavi. Nam cum ipſis verbis ſatis aptus eſt, tum

(*q*) *Alius locus*] Hunc locum ex *Euripidis* Tragoedia *Pirithous* pariter ab interitu ſervavit *Clemens Alexandr. Strom. Lib. V. p.* 717. digeſſit vero & reſtituit idem *Grotius* in *Excerpt. p.* 399. Verſionem adjeci *Jo. Potteri*, ſed ad mentem *Cudworthi* accommodatam. *Hugo Grotius* ita hos verſus reddidit Latine:

Te voco, te non aliunde fatum,
Qui naturam turbine verſas
Totam aetherio, quem lux circum
Noxque aſtricolor, ſemper & ingens
Circumſultat chorus aſtrorum.

Ac mihi quidem haec verſio, etiamſi *Cudworthio* non

Digitized by Google

tum multo est sublimior & augustior altero. Belle praeterea huic *Orphei* effato respondet:

—— Περὶ γὰρ νέφος ἐστέφανται:

Quippe quo Deus *lumen in se ipso* dicitur esse *lucidissimum & radiatum*, *quod tamen nobis*, quoniam exquisita mentis imbecillitate laboramus, *coeca crassaque nube tectum videtur.* Postremo sacri codicis oraculo huic: *Nubes & caligo cingunt eum*, non 435 dissimilis est.

Aristophanes in ipso statim *Pluti* exordio *Jovem* sive Ζεὺς a ceteris Diis secernit:

Ὡς ἀγαθόν τι πρᾶγμ' ἐστιν, ὦ Ζεῦ καὶ θεοί.

Terpandri eximium locum (*r*) *Clemens Alexandrinus* perire noluit:

Ζεῦ πάντων ἀρχά, Ζεῦ πάντων ἡγήτωρ.

Jupiter omnium principium, Jupiter dux omnium.

Qui sequuntur, versus (*s*) *Menandri* feruntur esse:

Τὸν ὄντα πάντων κύριον χρηπάτην
Καὶ πατέρα, τῶν ὅλων μόνον,
Ἀγαθῶν πάντων δοτῆρα καὶ κτίστην.

Rerum universarum imperatorem ac patrem
Solum perpetuo colere suppliciter decet,
Artificem tantae & largitorem copiae.

Exhortatur, quod omnes vident, poëta homines, ut unum summum Deum, tamquam omnis boni fontem & auctorem, revereantur & colant, aut ita saltem colant, ut reliquis eum Diis omnibus anteferant. Ejusdem argumenti duo alia exstant insignia ex veteri Graecia effata, *Hermesianactis* alterum, poëtae perantiqui, alterum *Arati*: quibus nunc uti nolo, quoniam alium ipsis locum dicare (*t*) statui.

Igitur a Graecis poëtis ad Latinos procedimus: in quibus merito principatum *Ennio* deferimus. Hic vero, tametsi Deos omnes, inferiores nimirum, Erebo & nocte natos esse putet, seu, quod idem est, ex Chao generatos atque creatos fateatur, unum tamen Deum ceteris omnibus majorem & praestantiorem laudat, qui

—— *Divûmque hominumque pater, rex*

ipsi

non placeat, Graecis aliquanto videtur esse convenientior, quam ea, quae hic affertur. Nec tamen repugno, si quis hanc Grotianae praeferat.

(*r*) *Clemens Alex. Stromat. Lib.* VI. *p.* 784.

(*s*) *Menandri*] Exstant apud *Eusebium*, *Justinum M. Clementem*, qui tamen eos *Diphilo* Comico tribuit. Vid. *Jo. Clericus* in *Reliquiis Menandri ac Philemonis p.* 48. Versio, quae hic legitur, *Gratii* est in *Excerptis Comicor. p.* 716.

(*t*) *Statui*] His ex locis *Aristophanis*, *Terpandri*, & *Menandri* hoc quidem sine controversia efficias, visum fuisse his poëtis, unum Deorum reliquis omnibus praestare ac imperare: hunc vero Deum utrum talem esse censuerint, qualem ve-

ipſi dicitur. Quae denominatio nullius eſſe poteſt, niſi ejus, qui univerſam naturam fabricatus eſt & comparavit, quumque ipſemet principio & ortu careat, Deos una cum mundo ex Chao protraxit & (v) finxit.

Nihilo deterius *Plautus* ſentit. Nam & *Jovem* a Diis reliquis aperte ſejungit aliquoties, & unum ſine circuitu Deum confitetur, cui nihil prorſus occultum ſit atque abditum:

436 (*) *Eſt profecto Deus, qui, quae nos gerimus, auditque & videt.*

Quae ſententia ſimillima eſt exclamationi, quam *Livius* conſignavit, *Manlii Torquati: Eſt coeleſte Numen, et magne Jupiter!* nec ulli veterum dictorum, quibus unus ſummusque Deus celebratur, perſpicuitate cedit. (†) Sed hic idem *Plautus* in *Rudente* tam dilucide, ut nihil ſupra, unum orbis atque naturae totius gubernatorem & arbitrum, hominibus venerandum proponit, ceterosque Deos omnes ejus unice juſſis & imperio ſubjectos & obedientes inducit:

Qui gentes omnes mariaque & terras movet
Ejus ſum civis civitate coelitum.
Qui eſt imperator Divûm atque hominum Jupiter,
Is nos per gentes alium alia diſparat,
Hominum qui facta, mores, pietatem, & fidem
Noſcamus. —— ——
Qui falſas liter falſis teſtimoniis
Petunt, quique in jure abjurant pecuniam,
Eorum referimus nomina exſcripta ad JOVEM.
Cotidie ille ſcit, quis hic quaerat malum.
Iterum ille eam rem judicatam judicat.
Bonos in aliis tabulis exſcriptos habet.
Atque hoc ſceleſti illi in animum inducunt ſuum,
JOVEM *ſe placare poſſe donis, boſtiis;*
Sed operam & ſumtum perdunt, quia
Nihil ei acceptum eſt a perjuris ſupplicii.

Hic *Jupiter*, ſive unicus Deorum hominumque rex & dominus, inferioribus Diis terrarum orbis partes & provincias diſtribuere dicitur, quo facta, mores, atque inhonerari recta jubet ratio, an vero ultra Graecorum *Jovem* meditando haud adſcenderint, id obſcurius eſt. Idem de nonnullis eorum, quae ſequuntur, effatorum poëticorum dictum eſto.

(v) *Finxit*] Quonam ſenſu *Jupiter* Deorum pater atque rex vocatus ſit, paullo ante a me expoſitum eſt. *Ennium* Deos omnes ex nocte atque Erebo prognatos credidiſſe, hic ejus verſus teſtatur, quem *Jan. Parrhaſius* laudat *de rebus per epiſtol. quaeſitis*

Quos omnes Erebo perhibent & nocte creatos.

Paul. autem *Merula* in *Notis ad Fragm. Ennii p.* 160. neſcire ſeſe fatetur, hunc unde verſum vir ille doctiſſimus acceperit. Forte doctiſſimus vir *Franc. Helſelius*, cuius *Fragmenta Ennii* nunc ad manus non ſunt, auctorem indicavit, cuius diligentia hic verſus ſervatus eſt. Nihil eſt in ipſa re incredibile, quum *Ennium* certum ſit fabulas Graecorum de ortu Deorum & generatione expreſſiſſe carmine, *Ciceroque* teſtetur *Libro* III. *de re-*

(*) Captiv. Act. II. Scen. 2. (†) Rud. in Prolog.

Digitized by Google

inſtituta omnium, ubicumque ſint, hominum obſervent, nominaque tam proborum, quam improborum ad ſe inde referant. Idem injuſtitiam iniquorum judicum ulciſci, tantumque, quantum unusquisque ſit promeritus, reddere atque dare perhibetur omnibus. Sceleratí quidem ſeſe iram ejus victimis & ſacrificiis flectere poſſe putant: ſed quod a perjuris offertur, nihil ei gratum & acceptum eſt. Haec quis ſapienter & egregie dicta eſſe neget? At nihilo tamen minus idem deinceps poëta, perverſum aetatis ſuae morem ſequutus, Deum omnium altiſſimum & maximum & minores Deos confundit, unoque Deorum nomine omnes comprehendit: namque univerſi conjunctim adminiſtrare mundum & gubernare tum credebantur.

Facilius, ſi qui pius eſt, a Diis ſupplicans,
Quam qui ſceleſtus eſt, inveniet veniam ſibi.

Addo carmen, quo alio loco (*) *Hannonem* Carthaginienſem *Jovem*, ſeu omnium maximum & potentiſſimum Deum precatum eſſe, fingit:

Jupiter, qui genus colis alisque hominum, per quem vivimus
Vitale aevum, quem penes ſpes vitaeque ſunt hominum omnium,
Da diem hunc ſoſpitem, quaeſo, rebus meis agundis.

Plauto proximum locum *Valerio Sorano*, poëtae tam vetuſtate, quam ingenio praeſtanti, tribuo, cujus quidem hos verſus, in hac cauſſa noſtra valde luculentos, (x) *Varro* poſteris prodidit:

Jupiter omnipotens regum rex ipſe Deûmque,
Progenitor genitrixque Deûm, DEUS UNUS ET OMNIS.

Quod hic ſempiternus ille ſupremusque Deus *progenitor & genitrix*, id eſt, pater atque mater, ſalutatur Deorum, id ex *Orphei* & Orphicorum ſcholis hauſtum eſt, quibus pariter Deus μητροπάτωρ & ἀμφιθήλυς dici ſolebat. Senſum formulae aliquoties jam expoſuimus. Deum nimirum ut veteres indicarent Deos resque omnes ceteras ex ſemet ipſo produxiſſe, nec ad tantae molis negotium materiae cujusdam aeternae indiguiſſe, idcirco patris matrisque officium ſimul ei committebant. Hoc ipſum praeterea, quod *Orpheus* docuerat, ſapientiae genus in eam homines ſententiam inducebat, ut in ſingulis inferioribus minoribusque Diis ipſum ſeſe ſummum maxi- 437

(*) Poen. Act. V. Scen. 4.

natur. *Deor. Cap.* 17. *p.* 3075. *T.* IX. *Opp. ex Erebo & nocte* multos a poëtis *Deos natos* ferri. Nec id tamen de omnibus Diis minoribus, ſi veſtigia *Heſiodi* & aliorum Graecorum ſequutus eſt, intelligere potuit *Ennius*, ſed de certis tantum Numinibus, de quibus nunc dicendi locus non eſt. Quod hic legitur, fragmentum:

—— *Divûmque hominumque pater, rex,*

id apud *Varronem* exſtat *de lingua Lat. Lib.* IV. obſervante *Paulo Merula* in *Fragm. Enníi p.* 230. Sed, ut propter hunc verſum de religione *Enníi* praeclare ſentiam, nullo a me modo impetro. Ad *Jovem* haec verba pertinere, nullum eſt dubium. Huic autem *Jovi* non meliorem dabat originem, quam ceteris Diis, *Ennius*, atque Saturno eum eſſe genitum exiſtimabat. Sic enim:

—— —— *Saturno ſancte create,*
Quei coelum vorſas ſtellis fulgentibus aptum.

Servius ad Aeneid. Virgil. Lib. X. Vid. *Merula l. c. p.* 231.

(x) *Varro*] *De lingua Latina p.* 71. *ed.* 1581. 8.

(y) Quod

maximumque Deum venerari atque colere, putarent, nec quidquam a ſe religionis ſuſcipi, exiſtimarent, quin ad rerum omnium parentem vis & fructus ejus pertineret. Deum enim qui certa ratione omnes eſſe Deos & ſingulos perſuaſum habebant, ita niſi ſenſiſſent, ratiocinando a ſemet ipſis diſceſſiſſent.

Ovidius quidnam de Deo ſenſerit, ſupra jam, quod ſatis eſt, docui. Hic igitur binos tantum ejus locos proferam, quos antea intactos reliqui. Nihil elegantius eſt hac gratae mentis erga infinite potentem Deum declaratione:

(y) *Quod loquor & ſpiro, coelumque & lumina ſolis*
Adſpicio, (poſſumne ingratus & immemor eſſe?)
Ipſe dedit.

Tertio vero *Metamorphoſeôn libro* hanc Dei magnificam legas deſcriptionem:

Ille pater rectorque Deûm, cui dextra triſulcis
Ignibus armata eſt, qui nutu concutit orbem.

Virgilii de rebus divinis ſententia ex eo ſatis patet, quod Deum frequentiſſime *omnipotentem* vocat. Neque parum ad mentem ejus intelligendam momenti habent verſus ex *ſexto Aeneidos Libro*, quos ſupra dedimus, quibus unum eſſe Deum, ex quo fluxerint & orta ſint omnia, manifeſte profitetur. Quamquam ſic eum loqui fateor, ut Deum pro mente per totam rerum naturam intenta & fuſa videatur habuiſſe. Quod & *Servio* placere *Honorato* video, qui ſententiam poëtae hoc modo declarat: *Deus eſt quidam divinus ſpiritus, qui per quatuor fuſus elementa, gignit univerſa.* Juvat unum alterumve locum ceteris, quos ante vidimus, adjicere. Venus *Libro primo Aeneidos* ſic Jovem compellat:

—— *O qui res hominumque Deûmque*
Aeternis regis imperiis, & fulmine terres!

Eadem Diva *decimo Aeneidos Libro* ita *Jovem* affatur:

O pater, o hominum Divûmque aeterna poteſtas!

Ad quae verba *Servius: Divûmque*, inquit, *aeterna poteſtas; propter aliorum Numinum diſcretionem*, quae ſcilicet aeterna non ſunt, ſed ex *Jove* generata & edita.

Sed

(y) *Quod loquor*] Verſus hi apud *Ovidium* leguntur *Metamorphoſ. Lib.* XIV. *vſ.* 172. *ſ.* Sed vehementer fallitur vir egregius, qui ad ſupremum eos Numen arbitratur pertinere. Laudes ſunt Aeneae, cui Achaemenides profitetur ſe vitam & omnia debere. Id antecedentia perſpicue docent:

—— —— *Iterum Polyphemon & illos*
Adſpiciam fluidos humano ſanguine rictus,
—— —— —— —— ——
Si minus Aeneam veneror genitore, nec unquam
Eſſe ſatis potero, praeſtem licet omnia, gratus.
Quod loquor & ſpiro, &c.

(z) *Indicet*] Hoc inde minime ſequitur. Veteres enim poëtae, tametſi *Neptuno* imperium maris, *Plutoni* regnum inferorum tribuant, haud tamen *Jovem* negant ſupremam in has quoque terrarum orbis partes poteſtatem tenere, & Diis leges ferre his partibus praepoſitis. [Vid. *Ovidius* diſertiſſime *Faſtor. Lib.* IV. *vſ.* 599.] Nec idcirco, quod *Horatius Jovem* ait *regna triſtia* temperare, id *Plutoni* derogat imperium in illa regna. Interpretatur ſemet ipſum *Horatius*, quum addit: *Divosque mortalesque regit.* Nec meliora ſunt, quae vir doctiſſimus de *Pallade* ſtatim addit. Equidem

Digitized by Google

Sed nec *Horatius* omitti debet inter eos, qui unius Dei laudes cecinere. Videamus, ut *Lib.* I. *Oda* XII. ſcribat:

Quid prius dicam ſolitis parentis
Laudibus? qui res hominum & Deorum,
Qui mare & terras variisque mundum
Temperat horis.
Unde nil majus generatur ipſo,
Nec viget quidquam ſimile aut ſecundum:
Proximos illi tamen occupavit
Pallas honores.

Accedat alius ex *Lib.* III. *Od.* IV. locus:

Qui terram inertem, qui mare temperat
Ventoſum, & urbes regnaque triſtia
Divosque mortalesque turmas
Imperio regit UNUS *aequo.*

Nihil eſt, quod hic magis obſervari cupiam, quam quod *Horatius* ait: *Solitis parentis laudibus.* Namque hae, niſi fallor, voces ſummum omnium Deum, parentem & conditorem rerum omnium, tum temporis prae ceteris Diis omnibus laudibus ac honoribus affectum & exornatum fuiſſe, docent. Sed nec hoc negligendum, quod maris, terrae, atque inferorum, quos *regna* vocat *triſtia*, imperium 438
Horatius ab uno illo excellentiſſimoque Deo, quem praedicat, geri ac teneri, perhibet. Namque hoc ut a vulgari veterum populorum ſententia vehementer ſejunctum eſt, quos *Neptunum* mari, terrae vero ac inferis *Plutonem* praepoſuiſſe, pauci neſciunt: ita *Jovem*, *Neptunum*, & *Plutonem* videtur ſignificare non tres diſtinctos fuiſſe Deos, ſed tria tantum unius maximi & excellentiſſimi Numinis cognomina, cujus majeſtatem & gloriam tamen vox *Jupiter* in primis declaret & (z) indicet. Idem quin de *Pallade* ſeu *Minerva*, quae ſempiternae ſignum eſt ſapientiae, affirmem, parum omnino abeſt. *Horatius* quidem ſecundas ei poſt *Jovem* partes tribuit: ego vero *Pallas* aliud eſſe nomen ſummi Numinis cenſeo. Sed nec iis tamen magnopere repugnem, qui *Horatium* alteram ea triplicis divinitatis perſonam deſignare, contenderint. Nam Platonicae ac Pythagoricae diſciplinae peritum fuiſſe poëtam, probabile eſt. Quid? quod fieri potuit, ut ad eum perdem haud tam ſublimen in Latinorum poëtis, maxime in *Horatio*, ſapientiam quaeſiverim, qui vulgares de religione & Diis ſenſus numeris illigarunt, nec ſpectarunt aliud aliquid, quam ut *populo placerent*, *quas feciſſent*, *fabulae*. *Horatium* non neſciviſſe *Platonis* ac *Pythagorae* praecipua placita, facile crediderim. At, ut taceam, quae de Trinitate Pythagorica & Platonica feruntur, parum aut nihil habere firmamenti, quisquis *Horatium* legerit, is vatem hunc, quoties *Palladem* canit, nec ſapientiae divinae nec Trinitatis cujusdam in Deo rationem habuiſſe, ſed illam laudaſſe ve-
Deam, quam vulgus hoc nomine compellabat & ſacrificiis placabat, certiſſimus erit. Omnium minime mihi perſuadeo, ex ſacris litteris ad *Horatium* perveniſſe, quae de *Minerva* tradidit: quas ego quidem parum curaſſe Venuſinum vatem arbitror, hominem voluptate & deſidia diffluentem. Tantum in doctiſſimorum etiam virorum animos vis valet opinionum, quibus temere aſſenſi ſumus, ut ubivis videre ſibi videantur, quae nemo viderit, niſi eodem, quo illi, morbo correptus ſit.

Digitized by Google

veniret id, quod de sapientia in sacris litteris scriptum legitur: (*) *Ante saeculum inuncta fui: ante principium, ante primordia terrae: quum nullae essent abyssi, edita jam eram: quum nulli essent fontes graves aquis.* Sed de his plura alias.

Extremum in poëtis locum *Manilius* occupet, qui *Augusto* regnante vixit. Nihil huncce minus delectabat, quam id, quod de mundi ortu ac primordiis *Lucretius* & *Epicurus* mentibus suorum instillaverant. Testes sunt (*a*) hi versus:

Quis credat, tantas operum sine Numine moles
Ex Minimis coecoque creatum foedere mundum?

Quare unum Deum, qui totum huncce orbem & comparasset primum, & conservaret semper atque regeret, disertissime profitebatur: in cujus laudes *Libro* II. sic erumpit:

Namque canam tacita naturam mente potentem,
Infusumque Deum coelo terrisque fretoque,
Ingentem aequali moderantem foedere molem,
Totumque alterno consensu vivere mundum,
Et rationis agi motu: quum SPIRITUS UNUS
Per cunctas habitet partes, atque irriget orbem,
Omnia pervolitans, corpusque animale figuret.

Et interjectis nonnullis:

Hoc opus immensi constructum corpore mundi
Vis animae divina regit, sacroque meatu
Conspirat Deus, & tacita ratione gubernat.

Libro item *quarto* haec legas:

439 —— *Faciem coeli non invidet orbi*
Ipse Deus, vultusque suos corpusque recludit
Semper volvendo, seque ipsum inculcat & offert,
Ut bene cognosci possit, mensuraque videndo,

(*) (Prov. VIII. 23. 24.)

(*a*) *Hi versus*] *Manilius Astronomico Lib.* I. *vs.* 492. 493. *p.* 16. Alter locus exstat *Lib.* II. *vs.* 61. *p.* 31. tertius *Lib.* IV. *vs.* 915: *p.* 108. Plures exstant ejus generis apud *Manilium* loci, quos, si res poscceret, facile proferre possem. Sed non is est poëta hic, ex quo discas, quid de Deo sentiendum sit. Mundum enim universum Deum esse censet, & quae sunt in mundo, omnia partes Dei. Audi hominem, ut *Libro* I. *vs.* 483. *p.* 15. loquatur:

Ac mihi tam praesens ratio non ulla videtur,
Qua pateat, mundum divino Numine verti,
ATQUE IPSUM ESSE DEUM, *nec forte coisse magistra.*

Stoicus erat, quod recte observat *Cudworthus*, & ex illis quidem Stoicis, qui non injuria Spinosismi postulantur.

(*b*) *Duxisse*] Haec omnia poëtarum Graecorum & Latinorum effata de Deo uno, a *Cudworthio* magno labore collecta, *Jo. Clericus*, vir longe doctissimus, *Bibl. choisie Tom.* III. *p.* 67. universa rejicit, & nulla esse virtute praedita pronuntiat. Reddam ego Gallica ejus verba Latine: *Dii illi, quos poëtae inducunt, nulli videntur esse alii, quam posteri Saturni, & alii quidam aequales horum, quorum Jupiter rex fuit, quemadmodum multorum aliorum Deorum parens exstitit. Itaque, si in his poëtis vestigia quaedam exstant veteris doctri-*

nae,

Digitized by Google

Qualis eat, doceatque ſuas attendere leges.
Ipſe vocat noſtros animos ad ſidera mundus,
Nec patitur, quia non condit, ſua jura latere.

Perſpicua ſunt haec, ut arbitror: ſed diſſimulare tamen nolim, Stoicorum imbutum fuiſſe placitis *Manilium*, atque totum huncce mundum, in quo mentem ineſſe putat, aut animam potius mundi, ex *Zenonis* praeſcripto pro ſummo maximoque Deo (*b*) duxiſſe.

§. XX. A poëtis veterum ad philoſophos jam via nobis patet. Qui non ita pridem *de religione gentium* commentatus eſt, (*c*) vir ingenioſus & eruditus excellentiſſimos quosvis philoſophos exiſtimat Diis omnibus minoribus aeternitatem attribuiſſe, & ex infinito tempore cunctos per ſe exſtitiſſe, putaſſe: idque multis confirmaſſe rationibus. Sed haec quantum diſtent a veritate, ea, quae nunc diſputabo, manifeſtum, ut opinor, omnibus efficient. Inquirenti mihi in opinionis hujus cauſſam, veriſimile viſum eſt, doctiſſimum hominem *Ariſtotelis* & juniorum Platonicorum de aeternitate mundi & Deorum ſententiam aliter, atque fas erat, cepiſſe. Exiſtimavit enim, quod hi mundum atque Deos ſempiternos & perennes dicunt, id hanc vim habere, mundum & Deos exſtitiſſe per ſe, neque ulla ex cauſſa genitos eſſe. Quam tamen ſententiam in manifeſto errore verſari, ſuprà jam oſtendimus. Sed ne quid remaneat dubitationis, philoſophos nunc ipſos ex ordine audire conſtituimus. Vindicabunt illi, nil dubito, facile nomen ſuum ab hac infamia, atque nullum fere exſtitiſſe in antiquis philoſophis, qui Deum eſſe putarunt, quin turbae Deorum minorum unum ſummum, ſempiternum, & excellentiſſimum Deum praeponerent, cujus vis atque ratio cetera Numina omnia una cum tota rerum natura fabricata eſſet, extra omnem controverſiam conſtituent. Sed paucos tamen, quos binos veneratos eſſe Deos, accepimus, ab hoc ordine ſegregandos eſſe, concedo; quales *Plutarchus* fuerunt & *Atticus*. Namque hos neſcio quae naturae mollities ac teneritas inducebat, ut, quo malorum, quibus orbis laborat, culpam ab uno illo, quod bonum eſſe cognoſcit ratio, Numine prorſus depellerent, malam ei mentem quamdam ſive daemonem, ex infinito pariter tempore per ſe exſiſtentem, ad latus (*d*) collocarent.

Nempe mihi inter omnes, qui gloriae nonnihil conſequuti ſunt, philoſophos, praeter

nae, quae unum eſſe ſummum Deum, reliquis omnibus, qui ex chao nati ſunt, Diis antiquiorem, credere juſſit, fas eſt, ut putemus, excidiſſe haec verba illis inſciis & invitis, quum reliquis eorum ſententiis manifeſto repugnent. Hoc ego judicium eruditi viri aliqua ex parte certum eſſe verumque, non diffiteor: quod quidem ea, quae in haec poëtarum teſtimonia adhuc animadvertimus, oſtendunt. Sed ut totum illud approbem, meumque faciam, a me nulla ratione impetro. Nec enim omnes Graecorum & Latinorum poëtas homines ita fuiſſe hebetes & a ratione reiictos, mihi perſuadeo, ut ad Saturni filium & poſteros unice referrent mundi adminiſtrationem ac imperium, nec de ſuprema rerum omnium aeternaque cauſſa cogitarent. Quae vel ex *Manilio* & *Virgilio* laudari poſſunt de Deo rerum naturam permeante dicta, fuiſſe in hoc genere declarant, qui vulgi fabulis, tametſi carminibus eas ſuis intexerent, parum tamen dignitatis & pretii tribuerent.

(*c*) *Vir ingenioſus*] *Eduardum* intelligit *Herbertum* Baronem *de Cherbury*, qui celeberrimo *de religione gentilium Libro Cap.* 14. *p.* 228. ita fatur: *At quid ſi a ſe ipſis exſiſtentiae Deo ſummo coaeternae fuerint? quod ita eſſe, non infimi ſubſellii philoſophos multis rationibus contendentes audire paſſim licet.*

(*d*) *Collocarent*] De his omnibus ſupra jam copioſe aliquoties diſſeruimus. Locos Index deſignabit.

praeter unum *Epicurum*, occurrit, qui, quum Deum esse fateretur, unum tamen ceteris majorem Deum ferre noluerit, atque verbis agmen quoddam Deorum aeter-
440 norum nulliusque voluntati & legibus subjectorum introduxerit. Quamquam tales *Epicurus* hosce Deos suos formabat, ut nec ipsi aliquid negotii haberent, nec aliis concitarent, sed a mundi penitus cessarent gubernatione. Quidnam hominem, ut ita deliraret, impulerit, perfacile indagatu est. Omnem mentem, rationem, & consilium a mundi hujus removebat constructione, seu, ut ipse loquitur,

(*) *Naturam rerum haud divina mente coortam,*

censebat. Hanc autem sententiam, eo quod divinam penitus rationem tolleret, magnum sibi odium videbat conflaturam esse. Quod ut declinaret, Deorum quoddam examen, neque factorum a quoquam, neque mutabilium, verum aeternorum, imperitis obtrudebat, quos mundi tamen fabricationem nec opere ullo nec consilio adjuvisse perhibebat. In qua ego doctrina candorem primum auctoris & constantiam requiro. Nam quum nulla, praeter corpuscula & inane, rebus omnibus principia daret, universamque ad haec duo naturam revocaret, Deos etiam nullos, nisi ex individuis corpusculis compositos, statuere ipsi licuit. Deum vero ex atomis conflatum quis, quaeso, credat a corruptione liberum esse? Itaque *Origenes Epicurum* Deos effinxisse dicit ex minimis particulis constructos corruptionique obnoxios, non quod ita vere censuerit *Epicurus*, sed quod ita sentire debuisset, si principiis suis convenienter de Diis docere voluisset. (†) Οἱ, inquit, ὃ Ἐπικούρου θεοὶ, συνθέται ἐξ ἀτόμων τυγχάνουσι, καὶ τὸ ὅσον ἐπὶ τῇ συστάσει ἀνάλυτοι, περιμαχήτου τὰς φθοροποιὰς ἀτόμους ἔχοντες. *Dii Epicuri ex atomis conflati sunt, & idcirco ipsa natura sua corruptioni obnoxii; at laborant perpetuo, ut incurrentes atomos illas, ex quibus periculum ipsis immineret, avertant & depellant.* Quamquam si vel *Epicurum* hac in caussa jocatum esse negemus, atque hominem censeamus ita recessisse a semet ipso, ut Deorum quamdam civitatem serio statueret, initii aeque expertium, atque dissolutionis; nullus ei tamen locus inter hos, de quibus nunc sermonem insti-

(*) Lucret. L. III. (vs. 15. p. 475.)
(†) Lib. IV. c. Celsum p. 169. (Locum ipse verti, ut mihi verti videtur debere.)

(e) *Praecipit*] De religione *Epicuri* supra disserui *ad Cap.* 2. §. 2.

(f) *Aristoteles*] *De anima Lib.* I. *Cap.* 8. *p.* 17. *T.* II. *Opp.* Idem ejus dictum *Cicero* laudat *de legibus Lib.* II. *C.* 11. *p.* 3353. *T.* IX. *Opp.* Addo *Diogenem Laërt. Lib.* I. *Segm.* 27. *p.* 18.

(g) *Laërtium*] *Lib.* I. *Segm.* 35. *p.* 21.

(h) *Editos fuisse*] De religione *Thaletis* supra jam copiose disserui *ad Cap.* 3. §. 20. Si accuratas nobis *Thales* reliquisset definitiones vocabulorum, quibus usus est, certius nobis hodie de religione hominis judicare liceret. Sed nusquam scriptum exstat, quidnam θεὸν, quidnam θεὸς esse voluerit. Deum quidem definivit illam esse naturam (μήτε ἀρχὴν ἔχουσαν, μήτε τελευτήν) *quae initio non minus, quam fine, careat*, teste *Diogene Laërtio Lib.* I. §. 36. *p.* 22. Sed haec latius patet descriptio, quam fas est, & in aeternam materiam aeque cadit apte, atque in supremum Numen, quod vana nobis esse significat ratio. Nec illa melior est, quae hic exstat: *Deus est ortus expers & antiquissimus*; quam non inviti omnes adoptabunt, quorum interest, ut ad materiam omnium rerum initia referantur, excluso Deo.

(i) *Aristoteles*] *Metaphys. Lib.* XII. *Cap.* 4. *p.* 446. *T.* IV. *Opp.* Memini, hoc de loco me jam supra latius agere.

(k) *Laërtius*] *Lib.* I. *Segm.* 119. *p.* 76.

(l) *Professum esse*] *Pherecydes*, quaecumque reliquit de rebus divinis ingenii monumenta, stilo exaravit recondito, & obscuris vocabulis sententias suas occultavit, auctore *Clemente Alex. Stromat. Lib.* V. *p.* 676. idque ita se habere, cum ea docent, quae *Clemens* locis aliquot ex illis

Digitized by Google

ſtituemus, ſapientes concedi poterit. Res cum illis nobis eſt philoſophis, qui Deum eſſe confeſſi ſunt. Quorum coetui neminem adſcribere fas eſt eorum, qui, quod *Epicurum* feciſſe vidimus, ſine ulla ratione & conſilio huncce orbem noſtrum coiviſſe & coagmentatum eſſe, (*e*) praecipit.

Thales Mileſius non poſtremo, quod omnes ſciunt, inter antiquiſſimos Graeciae ſapientes loco verſatur. Ejus hoc exſtat, quod (*f*) *Ariſtoteles* ſervavit, dictum: πάντα θεῶν πλήρη. *Deorum omnia plena ſunt.* Quod argumento quidem eſt, multos eum certo modo Deos credidiſſe. Sed & aliud ejusdem effatum apud (*g*) *Laërtium* legitur, ex quo liquet, hanc ejus non obſtitiſſe ſententiam, quo minus unum quoque ſummum & ex ſe ipſo ab aeterno exſiſtentem Deum veneraretur: Πρεσβύτατον πάντων ὁ θεός· ἀγένητον γάρ. *Deus eſt id, quod omnium eſt antiquiſſimum: ingenitus enim eſt.* Quae duo ſi conjungas inter ſe, id inde proclive intellectu erit, ceteros *Thaletis* Deos ex uno illo ſummoque Deo generatos & (*b*) editos fuiſſe.

Eodem, quo *Thales*, aevo *Pherecydes Syrus* floruit. Hunc (*i*) *Ariſtoteles* in *Metaphyſicis* docuiſſe refert, τὸ χρῆσθαι πρῶτον ἄρχῃ, *primum illud principium, ex quo reliqua omnia genita & procreata eſſent, rem eſſe optimam ſive omni ex parte perfectam.* Ex quo efficitur, in rerum originibus & cauſſis explorandis non ab illis, quae minimum perfectionis habent, naturis ad res perfectiores atque nobiliores eum adſcendiſſe, ſed contra ab eo, quod omnes virtute ac nobilitate longe vincit atque ſuperat, ad viliores & ignobiliores naturas deſcendiſſe. Praeter haec (*k*) *Laërtius* unum ex *Pherecydis* libris hoc habuiſſe auctor eſt exordium: Ζὰς μὲν καὶ χρόνος ἦσαν ἀεὶ καὶ χθὼν ἦν. *Jupiter quidem atque tempus idem ſemper ac tellus erat.* Et nihilo tamen minus, quae hoc conſequuntur initium, verba terram *Jovis* nutui & arbitrio 441
ſubjectam eſſe, declarant. Sunt, qui loco χρόνος legi hoc in loco jubent Κρόνος, *Pherecydis*que ſuſpicantur hanc eſſe ſententiam: *Jupiter & Saturnus, quae duo tantum ſunt unius Dei vocabula, ſemper ex infinito tempore exſtiterunt.* Ego non conſtituo, utrum horum melius ſit, quum utrimque id, quod volumus, maneat, *Pherecydem* his verbis unum aeternumque Deum (*l*) profeſſum eſſe.

Pythagorae qui ſapientiae laude atque fama antecellat, inter veteres nemo unus eſt

lis attulit, tum ipſum operis ejus initium, quod apud *Laërtium* eſt, ſignificat. Interim ex hoc ipſo exordio, quaenam ejus mens de rerum omnium initiis fuerit, ſi minus clare intelligere, certe ſuſpicari licet. Ait, ex omni aeternitate *Jovem* tempus & tellurem fuiſſe. *Jovem* concedo ego ſummam hic eſſe & principem rerum omnium cauſſam, eamque potentia & ſapientia praeditam: nec aliter, quae ſequuntur, verba nos ſentire patiuntur. Huic vero *Jovi* primum tempus, deinde tellurem facit aequalem. Quod tempus affirmat ex omni fuiſſe, una cum Deo, aeternitate, id indicare videtur, ſidera quoque & ſtellas, quorum annuis curſibus conficiuntur ſaecula, ab eo pro aeternis fuiſſe habita. Nec is ſolus foret, qui ita ſenſit, ſi haec eius fuit ſententia; quod probabile arbitror. Verum ſunt, qui tempus aliquod fuiſſe volunt, antequam tempus illud eſſet, quod mundi converſione efficitur: quibus quum incertum ſit, an *Pherecydes* faverit, nihil quidem licet decernere. At certius eſt, hominem Deo ſuo aeternam adjunxiſſe materiam. Haec enim ſine dubio eſt χθὼν illa, quam una cum *Jove* ſemper fuiſſe, aſſeverat. His addit: Χθονὶ δ' ὄνομα ἐγένετο γῇ, ἐπειδὴ αὐτῇ Ζεὺς γάμας ἔδωκε. *Terrae autem nomen fuit telluri, poſtquam ipſi Jupiter praemium dedit.* Specimen haec ſunt obſcurae, quam philoſophus hic conſectatus eſt, dictionis. Si quid tamen ſignificant, hoc, niſi fallor, docent: Summum Numen rudem illam, quae ab aeterno fuit, molem temperaſſe, digeſſiſſe, & forma, quam nunc habet, donaſſe: quod poſtquam factum fuit, terra ea vocata eſt. Pluribus liceret mihi hac de re diſſerere, & doctrinam *Pherecydis* uberius explicare, ſi huc ea ſimul transferre vellem, quae *Clemens* de eo narrat: ſed vereor jam dudum, ne copia mea multis diſpliceat. [Et hoc fecit *Beauſobre Orig. de Manich. p.* 327. qui multa de Pherecyde. Totam ejus Philoſophiam aliter, quam vulgo, explicat *Warburton Divine legat. of Moſes T.* I.

eſt philoſophos. Et hoc ille tamen cum infima plebe commune habuit, quod multos naturae rerum Deos praeſidere putavit. Ipſum hoc declarat *aureorum carminum*, quamvis ipſius *Pythagorae* non ſint, initium:

Ἀθανάτες μὲν πρῶτα Θεὺς, νόμῳ ὡς διάκειται,
Τίμα, καὶ σέβε ὅρκον· ἔπειθ' ἥρωας ἀγαυούς·
Τοὺς τ' ὑποχθονίους σέβε δαίμονας, ἔννομα ῥέζων.

Immortales primum Deos, ſicuti lege diſpoſiti ſunt,
Honora: & cole jusjurandum; deinde heroës illuſtres:
Coleque daemonas terrenos, legitima faciens.

Monet homines philoſophus, ut Deos primum immortales, quemadmodum leges id fieri velint, deinde heroës, poſtremo terreſtres daemones colant. Quibus plane concinunt, quae de pietate ac religione *Pythagorae* memoriae (*m*) *Laërtius* prodidit: Τιμὰς Θεοῖς δεῦν νομίζειν, ἥρωσιν μὴ τὰς ἴσας. *Honores Diis exhibendos, heroas tamen haud aequo honore ducendos.* Quales vero hi Dii, quibus ſupplicavit philoſophus, fuerint, idem auctor hiſce verbis explicat: Ἥλιόν τε καὶ σελήνην καὶ τὰς ἄλλας πλάνητας εἶναι Θεούς. *Solem & lunam & reliqua ſidera Deos eſſe.*

Cave vero, putes, hanc *Pythagorae* adverſus plures Deos pietatem impedimento fuiſſe homini, quo minus unum eſſe agnoſceret ſummumque Numen, ex quo, tamquam fonte, ceteri omnes Dii prodiiſſent. Contrarium primo preces illae ad *Jovem* fuſae docent, quae partem *aureorum Carminum* conſtituunt. (*) Etenim haec carmina, ſive *Philolai* ſint, ſive *Lyſidis*, ſive ab alio quodam *Pythagorae* auditore compoſita, antiquiſſima tamen ſunt ſine controverſia, ſummamque eorum, quae docuit *Pythagoras*, (*n*) continent:

412 Ζεῦ πάτερ, ἢ πάντων τε κακῶν λύεικε ἄπαυστις,
Εἰ πᾶσιν δείξαις, οἵῳ τῷ δαίμονι χρῶνται·

Jupiter alme, malis jubeas vel ſolvier omnes
Omnibus: utantur vel quonam daemone, monſtra.

Non

(*) Salmaſ. Praef. in Tabulam Cebetis Arab. §. 437. Vid. omnino *Heinii Diſſ. de Pherecyde*, *Hiſtoire de l'Acad. des Sciences a Berlin An.* 1747. *p.* 303. multis licet vitiis laboret.]

(*m*) *Laërtius*] *Libro* VIII. *Segm.* 33. *p.* 514. Conſer hoc cum loco ejusdem libri *Segm.* 23. *p.* 506. Sequens *Laërtii* locus extat *Segm.* 27. *p.* 509.

(*n*) *Continent*] Hi verſus *vſ.* 61. 62. ſunt in *Carminibus*, quae vocari ſolent *aurea*. Evidentius vero, quam hic factum, ita, uti cenſeo, reddduntur:

O Jupiter pater, multis certe malis homines liberares,
Si omnibus indicares, quali quisque genio utatur.

Quod vir doctus hic affirmat, *Carmina* haec *aurea* ſummam continere diſciplinae, quam profeſſus eſt *Pythagoras*, id quidem libenter largior, ſi de diſciplina ejus externa, quam neminem celabat, & publice docebat omnes, accipiatur. Habuit vero, id quod notum eſt, philoſophus hic aliam diſciplinam ſecretam & arcanam, quam ſelectis tantum, in quibus ineſſe cernebat ingenium & fidem, diſcipulis explicabat: hanc ego his verſibus contineri nego, idque, ſi quis aliter ſentire vult, facile me offenſurum eſſe, ſpero. Lege tantum *Porphyrium* in *Vita Pythagorae p.* 39.

(*o*) *Hierocles*] *Comm. in aurea carmina p.* 200. *ed. Needhami.*

(*p*) *Jamblichus*] In *Protrepticis ad Philoſ. orat. Cap.* 3. *p.* 10. *edit. Arcerii.*

(*q*) *Re-*

Digitized by Google

Non alienum erit adjungere, quae ad hujus precationis expositionem (o) *Hierocles* attulit: Τὸν πατέρα τῦδε ϗ πάντες ἴσμεν ἐν τοῖς Πυθαγορείοις τῷ ϗ Διὸς καὶ ζηνὸς ἐπίκλησιν ὀνομάζεσθαι· δι' ὃν γὰρ τὸ εἶναι ϗ τὸ ζῆν τοῖς πᾶσιν ὑπάρχει, τοῦτον δίκαιον ἀπὸ τῆς ἐνεργείας ὀνομάζεσθαι. *Solebant Pythagorei* ΔΙῸΣ & ΖῊΝΟΣ *nomine universitatis hujus conditorem & parentem religiose insignire. Eum enim, per quem omnes exsistunt & vivunt, aequum est a potentia nomen accipere.* Et interjectis nonnullis: Τὸ ϗ Διὸς, pergit, σύμβολόν ἐστι ϗ εἰκὼν ἐν φωνῇ δημιουργικῆς ἰδέας, τῷ τὰς πρώτας φυλὰς τῶν πραγμάτων τὰ ὀνόματα Διὰ σοφίας ὑποτεθεικέναι, ὥσπερ τινὰς ἀγαλματοποιικὰς ἀρίστας, Διὰ τῶν ὀνομάτων, ὡς δι' εἰκόνων, ἐμφανίσαι αὐτῶν τὰς δυνάμεις. ΔΙῸΣ *nomen symbolum quoddam & imago entis, quod omnia condidit, in ipsa voce est; quum ii, qui primi nomina rebus dederunt, propter summam sapientiam, velut statuarii quidam optimi, nominibus ipsis, tamquam formis, earum facultates & qualitates indicaverint.* Sed & (p) *Jamblichus* in *Protreptico* preces istas Pythagoricas ad summum omnium Deum regemque Deorum pertinere, testatur: Ἐν δὴ τούτοις μία μὲν ἀρίστη παρόρμησις εἰς τὴν θείαν εὐδαιμονίαν ἡ μιμνημένη τοῦ δίκαιος ϗ ἀναπλήσαι τὸν Θεῶν, καὶ μάλιστα ϗ βασιλέως αὐτῶν Διός. *In hisce versibus una omnino continetur, eaque optima ad divinam felicitatem adhortatio, quae cum precibus & invocationibus Deorum, maximeque Jovis, ipsorum regis, permista est.* Quae supersunt nobis, tenues Pythagoreorum (q) reliquiae, *Ocelli* nimirum *Lucani*, aliorumque, qui rem moralem scriptis illustrarunt, abunde, quod diximus, confirmant. In his enim licet plures *Dii* saepenumero laudentur & appellentur, *Deus* tamen etiam non raro absolute inducitur, idque ea voce Numen indicatur, quod rerum universitatem solum coërcet & moderatur.

Sed quid multis opus est testimoniis? Quae nos supra de *Pythagorae* philosophia retulimus, de hac universa re dubitare nos vetant: in primis vero id, quod rerum omnium principium & causam *Monadem* esse dixit, omnem plane dubitationem tollit. Non me praeterit, cum, cujus inter *Plutarchi* opera libellus exstat *de placitis philosophorum*, *Pythagoram* confirmare ad bina rerum naturam principia revocasse, *Monada* & *Dyada*, & utrumque originis expers & aeternum credidisse. Atque illud quidem ipsum fuisse *Pythagorae* Deum, fatetur: hoc vero quale fuerit, cujusve naturae, non aeque declarat perspicue. Est nimirum, ubi alterum hoc principium *daemonem* fuisse aut omnis mali parentem (r) perhibet: Πυθαγόρας τ' ἀρχῶν τ' μὲν μονάδα θεὸν καὶ τἀγαθὸν, ὅπερ ἐστὶν ἡ ϗ νοῦς φύσις, αὐτὸς ὁ πρῶτος· τ' ὃ ἀόριστον δυάδα 443

(q) *Reliquiae*] Has diligenter collectas vide a *Thom. Gale* in *Opusculis veter. moralib. & mythologicis Amstelod.* 1688. 8.

(r) *Perhibet*] Hic locus exstat *de placitis philos. Lib.* I. *Cap.* 7. *p.* 881. Perperam sibi vero persuasit vir doctissimus, bina, quae hic profert ex illo libello, dicta pugnare inter se, priorique non satis perspicue mentem suam de *Pythagorae* numero binario exposuisse *Plutarchum*. Nulla est inter utrumque discordia. Loco priori *Plutarchus* affirmat, *Pythagorae* numerum binarium esse *daemonem & malum:* sed addit, quod hic omissum est: ᾧ καὶ ὑπὸ τῆς ὑλικῆς πλάνης· ὅτι ϗ κύκλῳ περιῤῥυὲς ὁ κόσμος. *Qui materiae mole cinctus & circumfusus est. Est vero hoc mundus iste, qui conspicitur oculis. Dyada* itaque *Pythagorae* hoc in dicto vult esse materiam, in qua mens quaedam maligna & ordinis expers recondita lateat. Posteriori vero loco eandem *Dyada* materiam esse profitetur, seu mundum, qui incurrit in oculos. Utroque ergo loco perspicue confitetur, binarium *Pythagorae* numerum esse rudem ac informem materiam: verum altero loco addit, eam materiam animatam esse, ac nescio qua natura imbutam, vivente quidem, verum mentis nescia & inope. Ex *Plutarchi* vero sententia, ubicumque materiam nominat, ibi fas est materiam non vita carentem, sed vita quadam legis & ordinis experte praeditam, intelligere: in quam eam opinionem propensum fuisse admodum, tamesti more Academicorum nihil certi sciscaret, supra satis a nobis demonstratum est. Confer libellum *de Iside & Osiride p.* 370. ubi eadem ratione doctrinam explicat *Pythagorae*. Quis optimis scriptoribus moris

est

δυάδα δαίμονα καὶ τὸ κακόν. *Pythagoras ex principiis id, quod unum vocat, Deum esse dicit & bonum, quae unius est natura, & ipsa mens; indefinitam autem dyada daemonem & malum.* Est rursus, ubi materiam eo a *Pythagora* designatam esse tradit: (*) Πάλιν ἢ μονάδα καὶ ἢ ἀόριστον δυάδα ἐν ταῖς ἀρχαῖς· σπεύδει ἡ αὐτῷ ἡ ἀρχὴ ἡ μὲν ἐπὶ τὸ ποιητικὸν αἴτιον καὶ εἰδικὸν, (ὅπερ ἐστὶ νοῦς ὁ Θεὸς) ἡ δ' ἐπὶ τὸ παθητικόν τε καὶ ὑλικὸν, (ὅπερ ἐστὶν ὁ ὑφεστὼς κόσμος.) *Rursus unitatem & infinitum binarium in principiis ponit. Tendunt autem principia ejus, alterum ad efficientem causam ac formantem, quae est Deus, mens videlicet; alterum ad perpessionibus subjectam & materialem, quae est mundus in visum incurrens.* Ipse vero *Plutarchus* aliis in libris primam, unde omnia nata sint, materiam negat ab aeterno sine spiritu & anima exstitisse, sed a mente quadam rationis inope agitatam fuisse, contendit: quae duo simul malum ex ejus sententia *Pythagorae* daemonem constituunt. Quae dum cogito, eo fere me adduci sentio, ut auctoris illius, cujus *de placitis philosophorum* libellus exstat, quem aut ipsum esse *Plutarchum*, aut ex discipulis ejus aliquem, magistri sui prorsus deditum opinionibus, certum est, quod de *Pythagorae* doctrina tulit, testimonium parvi plane faciam. Probabile enim est, hominem ad *Plutarchi* sententiam, quem statuisse novimus, duo esse rerum universitatis principia, Deum malumque daemonem, seu materiam spiritu quodam sine intelligentia ab aeterno commotam, *Pythagorae* accommodasse placita. Quamquam alios etiam, praeter *Plutarchum*, fuisse, dissimulare nolo, quibus *Pythagoras* duo aeterna rerum principia visus est adsciviss, Deum & materiam, sed non animatam, aut maligna quadam & praepostera mente, quod *Plutarcho* persuasum fuit, plenam.

Horum vero auctoritatibus ita minime commoveor, ut liquere putem, *Pythagorae Dyadem* materiam esse, ex qua constant omnia. Secus enim *Malchum* sive *Porphyrium* in *Vita Pythagorae* bina ejus, quae μονάδα & δυάδα appellavit, principia intellexisse, video: (†) Τὸ αὔπνον τ' συμπνοίας καὶ τ' συμπαθείας καὶ τ' σωτηρίας τ' ὅλων ἓν καὶ πανταὶ καὶ ὡσαύτως ἔχον ὀνομάζουσι· καὶ γὰρ τὸ ἓν τῶν μὲν μέρων ἓν πάντων ὑπάρχει, ἑνωμένον τοῖς μέρεσιν καὶ συμπνοῦν τῇ μετουσίαν ἓν πρώτου αἰτίου· τὸ δὲ τ' ἀπείρου καὶ ἀνισότητος καὶ πλήθους ἓν μεμερισθαι καὶ ἐν μεταβολῇ καὶ κίνησει ἄπαυστον ἔχοντος δυοειδῆ λόγον καὶ δυάδα ὀνομάζουσιν. *Causam amicae conspirationis, affectionis mutuae atque conservationis universi, secundum idem atque eodem modo se habentis, unum appellabant. Unum enim illud, quod in particularibus conspicitur, tale exsistit: partibus unitum & conspirans ob primae caus-*

(*) Lib. I. Cap. 3. (p. 876. T. II. Opp.) (†) P. 203.

esse nescit, ut earum rerum, quas aeterno vinculo putant sociatas esse, alteram tantum nominent, at simul alteram intelligant? Nec idcirco vitio id *Plutarcho* verti debet, quod, quum statueret, inesse perpetuo materiae malignam mentem, quae sejungi nullo ab ea modo queat, materiam solam loco quodam nominaverit, nec aperte daemonis simul, quem cum ea conjunctum putabat, meminerit. Ceterum haec ipsa me adducit observatio, ut nil dubitem fere, quin ipse *Plutarchus* libelli sit auctor, quo *placita veterum philosophorum*, parum licet concinno ordine, nec semper recte & ex vero, exponuntur.

* *Vocabant*] [Vituperat hanc sententiam *Beausobre Hist. de Manich. pag.* 32. *Not.*]

(*s*) *Nescitur*] Locus hic *Porphyrii* exstat in *Vita* ejus *Pythagorae p.* 47. *ed. Kusteri.* Verum saepius ego professus sum, indignos mihi plane videri juniores, e quorum familia fuit *Porphyrius*, Platonicos, quibus fides habeatur, quum veterum dogmata explicant, quoniam ex suis plerumque placitis omnem antiquiorem disciplinam metiri solent. Et quod ad hanc figillatim attinet numerorum *Pythagorae* explicationem, tota mihi videtur illa remota esse a sententia philosophi. Etenim naturam rerum ad numeros hic revocavit, aut in rationibus rerum physicarum reddendis ad numeros confugit: doctrinam vero moralem aut notiones metaphysicas numeris ab eo definitas esse, apud veteres scriptum haud reperio. *Porphyrius* e cou-

Digitized by Google

causae participationem. Diversitatis autem atque inaequalitatis, omnisque dividui & in continua motione versantis, & modo hoc, modo illo modo sese habentis, biformem rationem binarium * *vocabant.* Ergo, si *Porphyrium* sequi fas sit, quod δυάδα vocavit *Pythagoras*, non tam ipsa fuit materia, quam natura rerum infinita nullisque circumscripta limitibus, ferendique & patiendi, qua res esse videmus instructas, facultas. Quod si recte sese habet, Monas atque Dyas *Pythagorae* non discrepabunt ab illis, quae *Platoni* in *Philebo* πέρας & ἄπειρον, *finitum* & *infinitum*, dicuntur: quorum quidem illud tantum vere subsistit, primaque omnium simplicissimaque natura est, unde omnis unitas omnisque rerum modus & mensura (*s*) nascitur.

Verum fac, *Dyada Pythagorae* ipsam esse materiam per se subsistentem: inde ta- 444
men haud consequetur, credidisse etiam hominem, materiam istam ab aeterno sine ulla exstitisse causa, Deique imperio & voluntati subjectam haud fuisse. Quotquot e contrario melioris notae auctores ex antiquitate restant, qui has res attigerunt, uno omnes ore fatentur, *Dyada Pythagorae* non primarium, verum secundarium tantum, fuisse ejus principium & ex *Monade*, tamquam unico rerum omnium initio, genitum. *Diogenes* (*t*) *Laërtius Alexandrum* quemdam refert, qui *de philosophorum* commentatus est *successionibus*, haec in Pythagoreorum commentariis scripta reperisse: ἀρχὴν μὲν τῶν ἁπάντων μονάδα· ἐκ δὲ τῆς μονάδος ἀόριστον δυάδα, ὡς ἂν ὕλην, τῇ μονάδι αἰτίῳ ὄντι ὑποστῆναι. *Principium quidem omnium esse unitatem: porro ex unitate indefinitam dualitatem, veluti materiam, auctori unitati subjecisse.* Assentitur (*v*) *Hermias*, qui nullum majus atque sanctius Pythagoreos mysterium habere confirmat, quam hoc, *Monada* quod vocant, id unum rerum omnium esse primordium. (*x*) *Clemens* praeterea *Alexandrinus* ex *Theriadae*, antiqui Pythagorei, *de natura Libro* hunc locum producit: (*) Ἁ ἀρχὰ τῶν ὅλων, ἀρχὰ μὲν ὅλως ἀληθὴς, μία· κεῖνα γὰρ ἐν ἀρχῇ τί ἐστιν ἓν καὶ μόνον. *Universitatis hujus principium, principium utique verum, unum est. Illud enim ex aeternitate unum est atque solum.* Atque haec verba tanto notabiliora sunt, quanto clarius hoc simul inculcare videntur, coepisse mundum aliquando, neque semper & ex infinito tempore exstitisse. Certe, quidquid demum *Ocellus Lucanus* disputet, ipsum *Pythagoram* ab eorum sententia fuisse aversum, qui mundum initio carere volunt, vel ea satis indicant, quae (*y*) *Porphyrius* de eo refert, ubi rationem reddit, quare superstitiose a fabis abstrario universam numerorum disciplinam, ut a *Pythagora* est tradita, cum argutiis illis metaphysicis conjungit, quarum ingens in magistri ejus *Plotini* libris proventus est. Ac, ut verum fatear, quae de numeris Pythagoricorum tradunt veteres, tantam habent cum obscuritatem, tum inconstantiam, ut, si vellent, musicos, lanios, coquos, topiarios, & quos non? artium suarum in illis initia & elementa invenire posse, putem.

(*t*) *Laërtius*] *Lib.* VIII. *Segm.* 25. *p.* 507.

(*v*) *Hermias*] *Irrisione philos. gentilis* §. 16. *p.* 225. Πυθαγόρας καὶ οἱ τούτου συμφοιτηταὶ —— παραδίδοσαν ἄπορα μὲν δόγματα, ἀόριστα μυστήρια, καὶ τοῦτο δὴ τὸ μέγα καὶ ἀπόρρητον τὸ, αὐτὸς ἔφη, ἀρχὴ τῶν πάντων ἡ μονάς. *Pythagoras & tribules ejus —— alias mihi opiniones, quasi Cereris quaedam initia, tradunt, atque etiam illud magnum & arcanum, ipse dixit, omnium initium est unitas.*

(*x*) *Clemens Alex.*] Hunc vero locum non ita hic exhibet vir doctus, uti apud *Clementem* est, verum sic, ut ab *Eusebio Praeparat. euangel. Lib.* V. *C.* 24. sistitur. *Thearidam* hunc *Pythagorae* fuisse discipulum, colligitur ex *Jamblichi Vita Pythagorae Cap.* 36. *p.* 214. ubi Θεαρίδης, Metapontinus, inter *Pythagorae* auditores numeratur.

(*y*) *Porphyrius*] In *Vita Pythagorae p.* 43. *ed. Kusteri.*

(*) Strom. V. p. 611. (p. 728. ed. Potteri.)

abſtinendum eſſe duxerit: Ὅτι τὸ πρώτης ἀρχῆς καὶ γενέσεως παραπλήσιος, καὶ πολλὰ ἅμα συνειλεγμένων καὶ συνπεφυκότων καὶ συναπτομένων ἐν τῇ γῇ, κατ' ὀλίγον γένεσις καὶ διάκρεσις σωμάτων· ζώων τε ὁμοῦ γενομένων, καὶ φυτῶν ἀναδιδομένων, τίνα δὲ ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ σπερματικοῦ ἀνθρώπους συστῆναι, καὶ κυάμους βλαστῆσαι. *Quum primum rerum principium atque origo in-*

(z) *Effloruiſſe*] In *Pythagorae* numeris declarandis, ſenſuque eorum invetligando, ſi vellem, levi labore copioſus eſſe ac ingenioſus poſſem. Sed terrent me veſtigia tot virorum longe me doctiorum, quos poſt longos & eruditos labores, praeter conjecturas admodum incertas, nihil attuliſſe, video. *Jo. Meurſius*, cujus exſtat *Liber de denario Pythagorico*, quo veterum plerosque de his numeris locos collegit, quemlibet edocebit, fieri hac tota re nihil poſſe obſcurius, nec idcirco hominis eſſe recte otio ſuo utentis, in ea exploranda multum temporis vel ingenii conſumere. Itaque contentus ero paucis obſervationibus, quibus eos juvari poſſe puto, qui utiliter hanc *Cudworthi* diſputationem legere cupiunt. (I.) Ipſam *Pythagorae* doctrinam probe reor eſſe ſecernendam a diſcipulorum ejus ſententiis & opinionibus, qui magiſtro ſuo ſine ulla controverſia non pauca ſuppeditarunt, quorum numquam in mentem venit homini. Etenim, quum nihil in litteras retulerit *Pythagoras*, nec de rebus omnibus mentem ſuam aperte ſit eloquutus, evenit illi, quod evenire neceſſe erat, ut ex ſuo quilibet ingenio philoſophiam ejus interpretaretur, &, quae ipſe pro veris ducebat, ad *Pythagoram* transferret. Haec ita eſſe, vel inſignis illa diſcipulorum ejus diſſenſio docet, qui, tametſi toto ſaepe genere differant, *Pythagoram* tamen omnes teſtantur, & illud Αὐτὸς ἔφα occinere nobis non deſinunt. Ipſe *Pythagoras* Geometriae in primis & artium mathematicarum erat ſtudioſus. Vid. ex multis *Jamblichus de vita Pythagorae Cap.* 26. *p.* 96. *Cap.* 29. *p.* 134. *&c.* Itaque initia naturae rerum ſeu elementa notis & formis geometricis metiebatur & definiebat: ut ſolent plerique artem, quam callent & conſectantur maxime, in ceteris etiam ſcientiis adhibere. Quemadmodum id fecerit, ex *Timaeo Platonis* apparet & ex *Chalcidii* in eum *Commentario*. Adde, quae *Macrobius* ſcripſit *in ſomnium Scipionis Lib.* I. *Cap.* 6. *p.* 28. & quae, praeter multos alios, ex recentioribus hac de re dixit *Eduard. Herbertus* de *Cherbury de religione gentilium Cap.* 10. *p.* 89. *ſ.* Nec contentus tamen erat indagatione proportionis geometricae in natura rerum, ſed proportionis quoque arithmeticae rationem habuiſſe autumabat naturae parentem ac conditorem. Quare, quemadmodum in numeris ab eo, quod ſimplex & unum eſt, progreſſio ſenſim fit ad id, quod pluribus conſtat & compoſitum eſt, ita etiam in hac univerſitate a ſimplici & una natura fluxiſſe cenſebat omnia, paullatimque creſcendo remotiora facta eſſe a prima illa ſimplicitate: praeterea cunctas naturae operum claſſes, & totam quoque naturam numero contineri denario, quippe quo nihil ſit perfectius. In eo itaque opera ejus, quam contemplationi naturae impendebat, unice verſabatur, ut primum, quemadmodum ex uno reliqua ita facta eſſent omnia, ut compoſitio ſemper augeretur, doceret, deinde ut ultra numerum denarium nusquam progreſſum eſſe architectum naturae, demonſtraret. Speciminis loco, quo poſterius intelligatur melius, vel ea legi, nec legi tantum, ſed expendi, velim, quae *Jac. Thomaſius* de Antichthone Pythagoreorum commentatus eſt in *Obſervation. Halenſium Tome* IV. *Obſerv.* 19. *p.* 373. Non magni ego fecerim hanc de natura philoſophandi rationem: nec melior mihi videtur *Pythagoras*, quam aut Muſicus aut horologiorum confector, qui ad artis ſuae praecepta Phyſicam accommodare vellet, quem praepoſterum omnes dicturi eſſent hominem. Sed non id ſpectatur hic, qualis quantusque naturae ſpeculator fuerit *Pythagoras*; ſed hoc quaeritur: quidnam ejus ſibi numeri voluerint. Quibus autem corporibus & naturae rebus numerorum nomina *Pythagoras* applicuerit, id vero neminem hodie ſcire arbitror, nec ſciviſſe illos, qui olim Pythagorei dici & eſſe voluerunt: quorum quidem alii, quum neſcirent veram magiſtri ſententiam, ad res metaphyſicas, alii ad morales, alii ad neſcio quae alia numeros illos traxerunt, & infinitis ſimul implicuerunt ſubtilitatibus & vocabulis, inviti vero rixis & diſſenſionibus iſtis ignorantiam ſuam prodiderunt. Hoc ne cui mirabile vel inauditum videatur, docebo paucis, quod ignotum vulgo eſſe video, proprie philoſophiam *Pythagorae* cum ipſo interiiſſe *Pythagora*, atque poſt fata ejus qui Pythagorei ſalutari voluerunt, vix dimidios Pythagoreos, aut nomine potius, quam reapſe, viri hujus ſectatores fuiſſe. Diſciplinam quidem *Pythagorae*, inſtituendi rationem, & reliqua huic conjuncta una cum ipſo ex orbe ſublatam eſſe, nec a quoquam poſtea uſurpatam, nemo dubitet, qui veteres vel mediocriter inſpexerit. De philoſophia igitur ipſa tantum dicam, atque tenuem hujus famam tantum ſuperfuiſſe, eorum docebo teſtimoniis, qui Pythagoreorum ipſimet nomen adſciverunt. *Lyſis*, ipſius *Pythagorae* auditor, cujus habemus ad *Hipparchum* epiſtolam, poſt mortem exaratam magiſtri, nolle ſeſe ſignificat cum quoquam magiſtri praecepta com-

invicem conturbata essent, multaque simul in terra confusa inter se coaluissent, simulque computruissent, paullatim singula exorta atque discreta fuisse: quumque simul & animalia nascerentur, & plantae producerentur, tum ex eadem putredine & homines exstitisse, & fabas (z) efflоruisse.

Om-

commnnicare, & multis verbis demonstrat, eos, qui *Pythagorae* sese vocarent affectatores, ne umbram quidem referre discipulorum ejus. Extat haec epistola cum apud alios, tum apud *Thom. Gale* inter *Opuscula veterum mythologica p.* 736. Tam exili loco fuit philosophia *Pythagorae* non diu post obitum ejus. Quid igitur postea putamus illi evenisse? Confirmat hoc luculentius *Porphyrius* in *Vita Pythagorae p.* 52. ubi, oppressis primis *Pythagorae* discipulis, totam ejus sapientiam periisse, fatetur, perpaucis ejus reliquiis in memoria quorumdam servatis. Adscribam aliquot ejus verba: Τῆς δ συμφορᾶς ὕστερ καταρχέσης τὰς ἀνδρας, συνέβαινε καὶ ἀ ἐπιστήμη, ἀφιεμένη ὑπ' αὐτῶν ἔτι φυλαχθεῖσα ἄχρι τότε, μόνον δ' ἀσυνήθη ἦν τοῖς ἔξω ἀμυήτοις τῶν ἀκουσμάτων· ὕστε δ τῷ Πυθαγόρᾳ συγγράμματα ν'. *Viris autem istis hac calamitate oppressis, defecit etiam una cum eis scientia, quam hucusque in pectoribus arcanam & reconditam custodierant, praeter quaedam intellectu difficilia, quae exterioris admissionis auditores memoria repetebant. Neque enim ullum Pythagorae scriptum exstabat.* Addit statim *Porphyrius*, superstites post mortem *Pythagorae* auditores ejus, *Lysin*, *Archippum*, & alios vehementer caviisse, ne quid praeceptorum ejus in vulgus emanaret. Interior ergo & secreta omnis philosophia *Pythagorae*, hunc si audiamus, una cum ipso exstincta est, nec quidquam ejus ad nos delatum, praeter id, quod illi, quos ad haec non admittebat mysteria, memoria complexi erant, nec ipsi tamen intelligebant. Ad hanc autem interiorem philosophiam, quin pertinuerint ea, quae de numeris & de universa re physica praecepit, nullum omnino dubium est. Ex quo intelligitur, quantum nobis spei supersit ad recuperandam amissae hujus doctrinae veram formam & naturam. Verum alium nunc dabo eiusdem *Porphyrii* locum ex *eadem Vita p.* 49. ex quo perspicuum plane fit, non modo universe philosophiam Pythagoream, sed sigillatim ea, quae de numeris docuit, ex orbe una cum ipso esse sublata: Ἡ μὲν δὴ περὶ τῶν ἀριθμῶν πραγματεία τοιαύτη τοῖς Πυθαγορείοις· ᾗ δῆλα ταῦτα πρωτίστην ἕξιν τὴν φιλοσοφίαν ταύτην συνίστη σθαι. *Hujusmodi quidem usus erat Arithmetices apud Pythagoreos: quae quum prima quaedam philosophiae esset, ejus causa ipsa tandem philosophia exstincta est.* Subjicit *Porphyrius* alias rationes, propter quas hoc sapientiae genus deletum fuerit: quas nunc omitto. Si propterea philosophia periit *Pythagorae*, quod numerorum disciplinam, quae fundamentum ejus erat, plerique negligerent, ipsam philosophi de his numeris sententiam quis, quaeso, periisse neget? Quapropter *Jamblichus* saeculo post natum Servatorem quarto sese neglectam adhuc & tenebris densissimis circumfusam *Pythagorae* philosophiam in lucem esse revocaturum, gloriabatur *de vita Pythagorae Cap. 1. p. 2. ed. Kusteri.* Haec quum ita sese habeant, quam certa veraque sint illa, liquet, quae diximus, non esse, cur aliquis in his mysteriis perscrutandis multum otii ac laboris ponat, nec recentiores Pythagoreos, quibus fides hac in causa detur, ulla ratione dignos esse. Exteriorem *Pythagorae* disciplinam magna ex parte notam esse nobis, concedo: sed interiorem ex paucis nonnullorum hominum verbis aestimare hodie nos oportet, qui ipsimet ejus ignari fuerunt ac nescii.

(II.) Ut ad *Monada* & *Dyada Pythagorae* sigillatim veniam, vel ea, quae de numeris his apud veteres perscripta exstant, argumenti esse loco possunt, sapere illos in primis, qui hanc totam numerorum scientiam inter res oblivione & tempore deletas collocant. *Monada Pythagorae* Deum esse, *Dyada* materiam, ex qua Deus orbem hunc construxit, qui volunt inter veteres, non pauci sunt. Aliquos horum vir doctissimus hic laudavit: sed longe plures, si res id poscceret, afferri possent. Inspici velim *Jo. Meursium Libro nominato*, & auctoribus ab eo adductis, praeter alios, addi *Philonem Judaeum Libro* II. *de legib. specialibus p.* 805. & *Diogenem Laërt. Lib.* VIII. *Segm.* 25. *p.* 507. 508. Neque omni res probabilitate caret, praesertim si materiam spiritu quodam animatam *Pythagorae* visam esse putemus; id quod aliquot ex veterum locis veritimile fit. Etenim materiam, quam animus nescio quis permeat, cum numero binario, quoniam binis constat partibus, istam vero mentem, quae rudem hanc digessit molem, cum *Monade* comparare, non nimis absurdum videtur esse. Verum si alios audiamus, nec aetate, nec doctrina, nec ingenio inferiores, parum forte aberit, quin id, quod *Monada* vocavit philosophus, ipsam censeamus esse informem & male compositam materiam, ex cujus varia temperatione primum quatuor illa notissima rerum elementa, deinde reliqua corpora nata sint. Testes aliquot hujus rei producemus. *Hermias Irris. philos. gentil.* §. 16. *p.* 225. Ἀρχὴ δ πάντων ἡ μονάς· ἀπ' ἧς δ ἡ ἀόριστος αὐτῇ καὶ ἀπ' ἧς ἡ ἀριθμῶν τὰ στοιχεῖα γίνεται. *Omnium initium est unitas, e cujus figuris & numeris elementa fiunt.* Quid *Monas* erit, nisi materia, si ex variis ejus figuris re-

445 Omnes fere *Pythagoram* triplicem feciſſe, quam crediderit, divinitatem, teſtantur. Quocirca, quando *S.* (*a*) *Cyrillus Pythagoram* narrat Deum appellaſſe ψύχωσιν τ ὅλων κύκλων, καὶ πάντων κίνησιν, *mentem & animationem omnium ſphaerarum,*
446 *omniumque rerum motum*, additque, eum dixiſſe, Deum non eſſe, ut quidam ſibi perſuadeant, ἐκτὸς τ διακοσμήσεως, ἀλλ' ἐν αὐτῷ ὅλον ἐν ὅλῳ, *extra mundi fabricam & adminiſtrationem, ſed in ipſo totum in toto*; equidem haec verba proprie putem intelligi debere de tertia, quam in Deo fingebat *Pythagoras*, *hypoſtaſi*, aeterna nimirum anima. Rurſus, quae apud (*b*) *Plutarchum* exſtat, Dei ex ſententia *Pythagorae* definitio, αὐτὸς ὁ νοῦς, *Deus ipſa mens eſt*, ad alteram divinitatis perſonam meo judicio pertinet. Summum enim Deum *Pythagoras* mente & intelligentia mul-
447 to aliquid cenſebat eſſe praeſtantius & nobilius. Similiter, quod (*c*) *Cicero* perhibet, *Pythagoram* ſuos docuiſſe, *Deum eſſe animum per naturam rerum omnium intentum & commeantem, ex quo animi noſtri carperentur*, quodque idem praecepiſſe tradit eumdem, *ex univerſa mente divina delibatos eſſe animos noſtros*, ea, niſi me fallunt omnia, tertiae vel ſecundae perſonae munus & naturam explicant, non vero primae, quae proprie ἓν & μονὰς, *unitas* & *monas*, nec non, quod ex (*d*) *Plutarcho* diſcimus, τὸ ἀγαθὸν, *ipſa bonitas*, ei dicebatur. (*e*) *Ariſtoteles* quosdam ex illis, qui Theologi inter veteres nominabantur, diſerte ἔρωτα ſive *amorem* teſtatur rerum omnium feciſſe principium, ſeu, quod idem eſt, Deum omnium maximum cenſuiſſe: nosque in his *Orpheum* in primis fuiſſe, ſupra jam demonſtratum dedimus. Quod enim amorem, qui ceteroquin ἔρως καλυπτρὸς & καλύμμης, *amabilis amor*, *neque coecus*, *ſed ſapientiae ac conſilii plenus* ei dicitur, τὸ αἰσθητὸν quoque ac πρεσβύτατον, *id quod per ſe perfectum eſt*, *rerumque omnium vetuſtiſſimum*, appellat, id ſummum ab eo Numen *amoris* nomine deſignari, teſtatum facit. Quocirca, quum *Pythagoram* plerique omnes *Orphei* ſequutum eſſe praecepta tradant, hac etiam in re quin eum aemulatus ſit, nullum propemodum eſt dubium. Secus vero *Platoni* vi-

rerum ſiunt initia? *Nicomachus Geraſenus* apud *Photium Biblioth. Cod.* 187. *p.* 462. poſtquam μονάδα dixerat Pythagoreis ὕλην eſſe πᾶσι ſeu *certa ratione*, ſic pergit: Πᾶσιν χρωμένοις μιγνῦσι εἰς ἄλληλα, καὶ παιδοχὸν λαβεῖν, καὶ χαρμονικὰ, καὶ χέειν, σύγχυσις, σύγκρασις, ἀλλοίωσις. *Eandem res omnes re vera miſcere, & deinceps omnium receptricem atque capacem eſſe, chaos, confuſionem, contemperationem.* Quae verba quin unice cadant in primam, e qua reliqua fluxerunt, materiam, nulli quidem dubium eſſe poteſt. Neque haec mihi opinio, ut verum fatear, inepta & inficeta videtur, maxime, ſi *Pythagorae* ſapientia ex ſectatorum ejus, *Empedoclis* in primis, praeceptis aeſtimanda ſit. *Monada* quid vetat unam illam, ex qua cetera fluxerunt omnia, materiam appellare, ſi numeris in re phyſica uti velis? Ex hac una materia *Dyas* primum provenit, bina nimirum prima elementa, aqua & aër. Ex aqua concreta terra ſenſim enata eſt: ex aëre ignis emicuit. Sic habes quaternarium illum, quem *Pythagoras*, teſtibus multis, poſuit, elementorum numerum. Jam utra praeferenda ſit ſententia, vellim ex illis audire, qui ſagaciſſimi ſibi videntur eſſe in ſcitis veterum explorandis. Certe, ſi veritati & rationi obtemperare velint, tenebris his & dubitationibus diſpellendis parem hodie neminem eſſe, fatebuntur.

(III.) Quae ceterum vir doctiſſimus hic diſputat, ut *Pythagoram* Deo ſubjeciſſe materiam, aut ex ipſa Dei natura eduxiſſe, oſtendat, parum mihi firmitatis habere videntur. *Alexandri* apud *Laërtium* locus obſcurior eſt, quam ut certi ex eo aliquid erui queat. Si quid probat, hoc probat unum, *Dyada*, quam vocavit *Pythagoras*, infra *Monada* fuiſſe ab eo poſitam. Sed quid ipſi *Monas*, quid *Dyas* fuerit, id quidem in eo non explicatur. *Hermiae* dictum, quod jam animadvertimus, ab hoc plane negotio averſum eſt, quoniam in eo *Monas* dicitur materia fuiſſe, unde genita ſint elementa. De ſententia loci *Theanidae*, quod praeciſus nimis eſt, nulli tuto judicare licet, neque, utrum ex ſuo, an *Pythagorae* ſenſu homo iſte ſcripſerit, liquet. *Porphyrii* vero, quod poſtremo exhibetur, pronuntiatum de *Pythagora*, ſi veritati non repugnat, tantum abeſt, ut *Pythagoram* purget vel exculet, ut potius hominem in iis numerandum eſſe doceat, qui ſine ullo divinae naturae auxilio homines & animalia ex putrefacta ma-

Digitized by Google

visum est: qui, etiamsi rerum omnium conditorem & effectorem, Deum, aeque ac *Pythagoras*, τ'ἀγαθὸν sive *ipsam bonitatem* salutet, hac tamen in parte *Orphei* deseruit vestigia, nec *amorem* passus est a suis inter supremi Numinis cognomina referri. Audiamus, quidnam *Agathonis* nomine in *Symposio* differat: (*) Φαίδρῳ πολλὰ ἄλλα ὁμολογῶν, τοῦτο γὰρ οὐχ ὁμολογῶ, ὡς ἔρως Κρόνου καὶ Ἰαπετοῦ ἀρχαιότερός ἐστιν· ἀλλὰ φημὶ νεώτατον αὐτὸν εἶναι θεῶν, καὶ ἀεὶ νέον. *Quum multa Phaedro concedam, in hoc tamen ei minime assentior, quod amor Saturno & Japeto sit antiquior: immo prae ceteris Diis juvenem esse aio, semperque juvenem.* Qui amorem *Saturnum* non minus, quam *Japetum* aetate contendebant superare, hi summum eum & maximum ducebant esse Deum. Verum huic generi *Plato* negat sese accedere posse, amoremque confirmat non esse Deum illum, quo nihil excellentius & majus est, sive rerum omnium architectum, sed rem factam atque conditam, recentiorem quemdam Deum, aut, uti postea mentem suam clarius exponit, non tam Deum, quam daemonem, eo quod non omni plane vitio careat. *Amor*, inquit, (†) *philosophus est*: at θεῶν οὐδεὶς φιλοσοφεῖ, οὐδ' ἐπιθυμεῖ σοφὸς γενέσθαι· ἔστι γάρ. *Nullus Deorum philosophatur, aut sapiens fieri cupit: est enim.* Placuit doctrina haec (*f*) *Plotino*. Quamobrem amorem dicitat illis esse naturis proprium, quae medium quoddam genus constituunt, animaeque appellantur: Πᾶσα ψυχὴ Ἀφροδίτη· καὶ τοῦτο αἰνίττεται καὶ τὸ τῆς Ἀφροδίτης γενέθλιον, καὶ ὁ ἔρως ὁ μετ' αὐτῆς γεγονώς· ἐρᾷ δὲ ἡ φύσιν ἔχουσα ψυχὴ θεοῦ, ἐνοειδῆναι θέλουσα, ὅταν πορρώτω· καλὴ μὲν καὶ καλὸν ἄνδρα· ὅταν δὲ εἰς γένεσιν ἔλθοῦσα, εἶδον μνησθεῖσα αἰσχυνθῇ, ἄλλου δεξαμένη θυητὸν ἔρωτα, ἐφιεῖσα πτερὸς ἐξείλετο. *Omnis anima Venus est: quod fabula etiam illa de natalibus Veneris & ortu amoris una cum illa indicat. Itaque anima quum est in statu naturae suae convenienti, Deus amoris cum ea cupit conjungi & sociari, qui amor purus est, coelestis & virgineus. At quum ad generationem descendit, atque illecebris illis amatoriis, quibus hic frui licet, capitur ac decipitur, tum divinus ille ac coelestis amor mutatur in alium amorem mortalem. Si vero rursus lascivis his & petulantibus amoribus*

(*) p. 324. Opp. ed. Ficini.
(†) P. 328.

materia una cum plantis esse genita, censent, quae sententia propius a summa erga Deum impietate abest. Fateamur, quod res est. Non ii nos sumus hodie, quibus ex paucis veterum auctorum verbis universam *Pythagorae* & reliquorum sapientum scientiam & disciplinam integrum sit metiri. Ad *Pythagoram* in primis quod attinet, quae de eo memoriae sunt prodita, ita pugnant inter se, tamque varia sunt & ambigua, ut, si quis pusillo tantum valeat ingenio, omnia omnium philosophorum scita & decreta in illis reperire queat. Qui hodie Cartesianus videbitur, si velit ex hac schola quidam, *Pythagoras*, cras, si alius labori parcere nolit, ad *Gassendi* scholam migrabit: sed hinc hominem *Spinoza* facile mox rapiet & suum faciet. Hic morbus est hominum: quae scire nobis datum est, praetermittimus otiosi; quae densa tegit caligo & sempiterna quaedam nox, illis, tametsi nec prosint nobis, nec noceant, non secus ac Attali opibus, ingenti labore insidias, sed frustra, ponimus.

(*a*) *Cyrillus*] *Lib.* I. *contra Julianum p.* 30. Sed *Cyrillus* non ita haec *Pythagorae* verba, ut vir doctissimus, interpretatur, nec puto, fore quemquam, cui ista placeat explicatio, a *Pythagorae* verbis, ut apud *Cyrillum* exstant, plane recedens.

(*b*) *Plutarchum*] *De placitis philos. Lib.* I. *Cap.* 7. *p.* 881. Hanc quoque explicationem nemo temere recipiet, ut, quae hic afferuntur, omnia.

(*c*) *Cicero*] *De natura Deor. Lib* I. *Cap.* 8. *p.* 2895. *T.* IX. *Opp.*

(*d*) *Plutarcho*] *De placitis Lib.* I. *Cap.* 7. *p.* 881.

(*e*) *Aristoteles*] *Metaphysic. Lib.* I. *Cap.* 4. *p.* 267. *T.* IV. *Opp.* Vid. *Cap.* 3. §. 18. & quae a nobis ibi sunt observata.

(*f*) *Plotino*] *Libro de bono vel uno Ennead.* VI. *Lib.* IX. *Cap.* 12. *p.* 768. Confer eumdem *Plotinum* peculiari *Libro de amore Ennead.* III. *Lib.* V. *p.* 291.

bus liberetur, ſeque ipſum ab illis immunem ſervet, atque ad parentem ſuum fontemque revertatur, iterum ſic, uti decet, affectus erit. Orphicos itaque cum *Platone* videmus diſſidere de amore: quorum quidem illi amorem Diis omnibus antiquiorem & majorem eſſe contendunt; hic vero ad juniorum Deorum civitatem ſive daemonum concilium abire jubet. Verum ſi quis recte rationem incat, is leviorem, atque videtur adſpectu primo, hanc eſſe contentionem, nominisque tantum eſſe pugnam, perſpiciet. *Plato* quem inducit, *Amor Peniae*, id eſt, paupertatis & inopiae, filia eſt, admiſta tamen parte quadam ἀπὸ πόρου ſive divitiarum. Ex paupertate igitur & copia compoſitus eſt: quod quidem, ſi figuras abjicias, hujus ſub amoris velo indicat nullum latere, niſi *amorem deſiderii*, quem *Ariſtoteles* μετὰ λύπης, *cum dolore & triſtitia*, ſociatum eſſe, docet. Verum amor is, quem *Orpheus* cecinit, & *Pythagoras* poſt eum ſuſpexit, nihil eſt, niſi πόρος & ἀπειρία, *infinita copia*
448 *& divitiarum abundantia, amor bonis omnibus & opportunitatibus redundans & affluens, cui nihil evenire poteſt gratius, quam ſi alios ſui reddere queat participes.* Hinc nil mirum eſt, eum rerum omnium antiquiſſimum & perfectiſſimum eſſe dictum, ſummumque Deum amoris nomine compellatum eſſe. Atque ipſe ſacer codex huic favere videtur nomini, quando Deum aliquoties *amorem* nominat, tametſi non voce ἔρως, ſed verbo ἀγάπη, hac in cauſſa utatur. *Parmenides* de *amore* quoque multa feciſſe verba legitur. Verum hujus amor, ut, quod res eſt, fatear, licet ab (*g*) *Ariſtotele* alicubi rerum connumeretur principiis, diverſus tamen & ab eo, quem Orphici praedicabant, & ab iſto, quem *Plato* in ore habebat, amore videtur eſſe. Non ipſe eſt ſummus omnium Deus, at princeps tamen Deorum illorum, qui conditi ſunt. Teſtem ejus rei (*h*) *Simplicium* habemus, qui binos hos *Parmenidis* verſus ſequenti ratione inter ſe copulat:

Ἐν δὲ μέσῳ τούτων δαίμων, ὃς πάντα κυβερνᾷ·

Τοῦτον γὰρ Θεῶν αἰτίαν εἶναί φησι, λέγων·

Πρώτιστον μὲν ἔρωτα Θεῶν μητίσατο πάντων.

In medio horum elementorum is Deus eſt, qui omnia gubernat.

Quem quidem Parmenides cauſſam eſſe affirmat Deorum, ita ſcribens:

Deus

(*g*) *Ariſtotele*] *Phyſicor. Lib.* I. *Cap.* 2. 3. *p.* 446. *T.* 1. *Opp.* Adde *Metaphyſicor. Lib.* I. *Cap.* 3. *p.* 269.

(*h*) *Simplicium*] *Commentar. in Ariſtotelis Phyſica p.* 152. *ed. Graecae Aldinae.*

(*i*) *Fuiſſe*] Numero ternario magnam vim ac dignitatem attribuiſſe Pythagoreos, atque ex tribus omnia conſtare dixiſſe, cum multis aliis ex veterum locis, quos collegit *Jo. Meurſius* in *Denario Pythagorico Cap.* 5. *p.* 35. tum ex luculento in primis *Ariſtotelis* teſtimonio efficitur *Libri* 1. *de coelo Cap.* 1. *p.* 610. *T.* 1. *Opp.* Unde vero ſectam hanc una cum magiſtro ſuo Deum quoque inter illas res retuliſſe, quae tribus contineantur, appareat, ignotum mihi eſſe, profiteor, nec, quibus fulcris Trinitas nixa ſtet *Pythagorae*, intelligo. Si verum illud eſt, quod plerique tradunt veterum auctorum, ideo tanto numerum ternarium in pretio apud hanc fuiſſe familiam, quod res omnes principium, medium, & finem habent, Deum fas foret eximere ex hoc rerum ordine, quibus Trias ſacra eſt, quippe qui ſine non minus, quam initio & medio caret, totusque ſimplex & unus eſt. Quod *Pythagoram Orphei* ferunt fuiſſe ſectatorem, *Orpheum* vero tres in Deo perſonas ſeu naturas poſuiſſe, hoc me quidem parum commovet. Fac enim, ab Orphicis ſumſiſſe, quae ſuos docuit *Pythagoras*; de quo certari tamen poſſe video, licet

Jam-

Digitized by Google

Deus primo omnium ante Deos reliquos amorem creabat.

Ergo, quod *Parmenides amorem* appellavit, id nos inferiorem mundi animam, adjuncta genitrice quadam natura, fuisse, censeamus; quae, tametsi omnis commotionis atque agitationis in corporeo hocce orbe fons & principium sit, secundarius tamen Deus tantum est atque genitus. Hic *amor* antequam procrearetur, necessitatem veteres ajebant Theologi imperium in omnia tenuisse. Cujus quidem praecepti hanc ego arbitror sententiam esse: Priusquam divinus ille spiritus aquas motu cieret & agitaret, confusamque molem coërceret ac in ordinem cogeret, materiam necessitate sola fuisse actam, indigestumque illud & perturbatissimum chaos nulla arte divina nullaque ratione ad bonum omnia propositum dirigente (id est, nullo amore) gubernatam atque agitatam (*i*) fuisse.

Redeo ad *Pythagoram*, atque eum summum Deum non modo *Monadem*, verum etiam *Tetradem* sive *Tetractyn* appellasse videri, observo. Per *Tetractyn* enim ipsum *Pythagoram* jurare fuisse solitum, concordibus veterum testimoniis constat. Discipulos vero ejus *Porphyrius*, *Jamblichus*, & alii memoriae prodiderunt, ipsum *Pythagoram*, a quo doctrinam de *Tetracty* traditam accepissent, quum sacramento 449
vellent contendere, testatos esse. Quid? quod in *aureis*, quae vocantur, *carminibus Tetractys* illa πηγὴ ἀενάου φύσεως, *fons perennis naturae*, dicitur: quae descriptio in quam proprie naturam cadere possit, si a summo discedas omnium Deo, equidem non intelligo. Confirmant haec, quae (*k*) *Hierocles* scripta reliquit in ista *carmina*: Οὐκ ἔστιν εἰπεῖν, ὃ μὴ ἀπὸ τετρακτύος, ὡς ῥίζης καὶ ἀρχῆς, ἤρτηται· ἔστι γάρ, ὡς ἔφαμεν, δημιουργὸς τῶν ὅλων καὶ αἰτία ἡ τετρὰς, θεὸς νοητὸς, αὐτοῦ δὲ ὑφαιρεῖν. *Nec quidquam potest asseri, quod a quaternario, tamquam radice ac principio, non dependeat. Est enim quaternarius, quemadmodum diximus, universitatis opifex atque causſa, Deus, qui sub intelligentiam cadit, auctor Dei coelestis sensibilisque*, id est, mundi animati sive coeli. Hinc qui (*l*) recentiori memoria *Pythagorae* & *Platonis* disciplinam complexi sunt, non unum ex numero quaternario mysterium sagacissime eliciunt, quo rationem reddere rogantibus queant, quare Deus *Tetras* seu *Tetractys* a *Pythagora* appelletur. Primo, ut exempla quaedam afferam, *Tetras*, ajunt, δυνάμεις est δεκάδος, *virtus decadis*, atque tota decas, id est, numeri omnes atque res in ea latent reconditae. Nihil vero futilius hoc est mysterio, si quis ejus rite sententiam exploret. Accipe, quid sibi velint acuti homines: Unum, duo, tria, quatuor, si conjungantur inter se, decem conficiunt. Verum *Tetras*, pergunt, medium est

Jamblichus de Vita Pythag. Cap. 28 *p.* 127. & alii dubitare vetent: quae de tribus *Orphei* principiis proferuntur, id quod supra jam ostendi, tam aegra sunt & infirma, ut difficulter inter sapientes emtorem reperiant. Nihilo plus ego juniorum Platonicorum testimoniis tribuo, qui trium suorum principiorum patronis *Pythagoram* quoque solent connumerare. Horum enim si standum sit auctoritati, omnes veterum philosophorum disciplinae conturbandae nobis sunt, quos illi obtorto collo in sua castra solent rapere, ne soli militare videantur. Quae de *amore* Orphicorum & Platonicorum hic differuntur, praetermitto. Nam & supra *Cap.* 3. aliquam huic rei operam impendi, & ut ingenue fatear, quod sentio, somniis similiora sunt & nugis, quam sententiis & rationis decretis, quae de universa hac re apud veteres leguntur, qui nec inter se consentiunt, nec, quid sibi velint, ipsimet interdum sciunt. In quibus rebus explicandis & enodandis si vir sapiens multum laboris poneret, id faceret, quod illi, qui ex stercore aurum sibi spondent, aut aegrotantium voces in oraculis habent.

(*k*) *Hierocles*] *Comm. in aurea carmina Pythagorae p.* 170. 171.

(*l*) *Recentiori memoria*] Ad *Hierocleм* castigandum haec maxime valent, in cujus *ad aurea carmina Commentario p.* 167. *f.* numeri quaternarii explicationes, quae sequuntur, propositae sunt.

(m) *Pac-*

Digitized by Google

eſt aliquod arithmeticum inter *Monada* & *Hebdomada* interjectum. *Monas* atque *Hebdomas* ſimilitudinem habent aliquam. Sicut enim *Monas* neque genita neque facta eſt, ſed numerorum omnium fons & initium; ita *Hebdomas* etiam non modo παρθένος, *numerus virgineus*, ſed etiam ἀμήτωρ, *numerus matre carens*, dicitur. Atqui medium inter *Monadem* non genitam & *Septenarium*, virginem matris ignaram, locum *Tetras* obtinet, quae & genita eſt, & alios ex ſe numeros gignit. Quare numerum hunc retruſum eſſe, Deique rationem & naturam ſcite atque eleganter referre, nil dubitari debet. Ego vero vel ideo hunc numerum divinitatis parum aptam eſſe putem imaginem, quoniam ex alius numeri multiplicatione naſcitur. Neque *Monas* apte congruit cum *Hebdomade*. Hic enim ſterilis eſt numerus, neque gignit ex ſe alium numerum, qui ad decadem referatur: quapropter etiam virginem appellari ſolet. Aliud in eo ſeſe reperiſſe putant momentum, quod *Tetras* accuratum ſit ſimulacrum ſolidi. Sic ergo rationem ſubducunt: Monadi reſpondet punctum, Dyadi linea, ſuperficies Triadi. Triangulum enim figurarum prima eſt & ſimpliciſſima. Tetras igitur proprie ſolido ſimilis eſt, eo quod primam effi-

(*m*) *Doctiſſ. inter nos virorum*] *Jo. Seldenum* intelligit & *Theoph. Gale*, quorum ille *de Diis Syris Syntag.* II. *Cap.* 1. *p.* 209. 210. hic vero libro pererudito, quem inſcripſit: *The court of the gentiles, or Diſcourſe touching the Original of human litterature Oxon.* 1672. 4. *Part.* II. *Lib.* II. *Cap.* 8. *p.* 147. hanc ſententiam profeſſus eſt. Fortaſſis & idem placuit aliis ex gente Britanna, quorum ad nos non pervenerunt monumenta. *Henr. Morus*, doctiſſimus *Cudworthi* amicus, in *Appendice ad Defenſionem Cabbalae philoſoph. Sam. Andreae oppoſitam Cap.* 2. *p.* 124. nec plane rejicit, nec omnino adoptat hanc ſententiam, ſed medius veluti inter eos interjectus eſt, qui utramque partem tuentur.

(*n*) *Revocet*] Ita multi cenſent viri eximii, de quibus *Hugo Grotius* in *Oſiere. ad Lib.* I. *de verit. relig. Chriſtianae p.* 72. & *Jo. Alb. Fabricius Biblioth. Graec. Lib.* II. *Cap.* 12. *p.* 450. videri poſſunt, *Pythagoram* opinantes ex Judaeis hauſiſſe, quaecumque vera & egregia de Deo divinisque rebus tradidit. Ut reliquos omittam, eruditiſſimus *Cudworthi* familiaris, *Henr. Morus* in *Cabbala philoſophica* & *Defenſione Cabbalae illius* omnem, ne infirma videretur haec ſententia, commovit lapidem. Verum alii, nec ingenio, nec eruditionis copia minores, non contemnendis probarunt rationibus, parum eſſe valida, quae de *Pythagorae* cum Judaeis conſuetudine feruntur. Vid. *Jo. Alb. Fabricius loc. indic. p.* 450. qui his accedit. Et quod ad *Hermippi* locum attinet apud *Joſephum*, quo nituntur maxime, qui ſecus ſentiunt, vir doctiſſimus, *Jo. Clericus*, ſuſpicatus eſt, in eo *Joſephum* falſo legiſſe Ἰουδαίων pro Ἰδαίων. *Not. ad Grotium de verit. relig. Chriſt. p.* 72. Neque hoc, meo quidem judicio, inepte. Idaeos certe in Creta *Pythagoras* acceſſit, de quo *Jo. Marshamus* inſpici poterit in *Canone chronico Saec. X. p.* 256.

(*o*) *Litteratiſſimos viros*] Horum vero ſententiam copioſe caſtigavit amicus *Cudworthi*, *Henr. Morus*, in *Appendice ad Defenſionem philoſ. Cabbalae Cap.* 2. *p.* 125. *ſ.* cuius verba, quum hanc rem egregie illuſtrent, deſcribere non alienum erit. Sic igitur ille: *Interea loci non abs re fore puto, eos Philologos aggredi, quorum meminit eruditus auctor Syſtematis mundi intellectualis, qui juramentum in diſticho Pythagorico per Tetractyn ſive Tetragrammaton fieri ſtatuunt, hoc eſt, per Jehovam, nomine Dei pro ipſo Deo poſito, juxta illud Rabbinorum dictum:* הוא שמו ושמו הוא Ipſe nomen ſuum eſt, ſuumque nomen ipſe; *ac ſi ſenſus iſtorum verborum:*

Ναὶ μὰ τὰν ἀμετέρᾳ ψυχᾷ παραδόντα τετρακτὺν
Παγὰν ἀενάου φύσεως,

hic eſſet: per Tetragrammaton ſive Jehovam, qui communicavit ſe ipſum ſive fontem aeternae naturae noſtris animabus, quippe ſecundum doctrinam Pythagoricam ex mente divina carptis & delibatis. Ad Philologos igitur, iſtos reſpondeo. Primo tinnulum iſtud reciprocumque Rabbinorum dictum, ſenſu politico & forſan magis arcano myſticoque intelligendum, perperam huic & quaſi obtorto, quod ajunt, collo ad foediſſimum ſoloecismum grammaticum defendendum vel invitum trahi. Neque enim illud dictum Rabbinicum ſenſu grammatico accipiendum eſt ad aſſonas excuſandas ἀσυντάκτους, ſed ad ſignificandum, ubi nomen Jehovah alicui perſonae imponitur, non eſſe inane nomen in Scriptura, ſed rem ipſam ſubeſſe: ut, ubi angelus foederis & dux Iſraëlitarum Jehovah dicitur, Jehovam ipſum iſti perſonae ſubeſſe innuit, ac re vera fuiſſe Chriſtum

Digitized by Google

cit pyramidem. Verum haec si valeat concluſio, mundi citius corporei *Tetras* imago erit, quam ſummi illius Dei, qui ab omni concretione corporea ſejunctus eſt. Ergo, quum his nihil ratiunculis inanius & a vera ratione remotius ſit, neque *Pythagoras* tam fuiſſe videatur inſipiens, ut *Monadem* ſuam ſimul *Tetrada* vocaret, equidem ad veritatis ſimilitudinem multo propenſiorem arbitror (*m*) doctiſſimorum inter nos virorum ſententiam, qui *Tetractyn Pythagorae* nomen eſſe *tetragramматon* ſuſpicati ſunt, ſive nomen illud, quod uni ſummo Numini ab Hebraeis conſecratum eſt, quatuor litteris, iisque mutis, conſtans. Quod ſi aliquis, qua via nomen hoc ad *Pythagoram* a Judaeis permanare potuerit, admiretur, is varia hominis itinera, in Aegyptum, Perſiam, & Chaldaeam inſtituta, animo repetat, Sidone ſatis diu eum eſſe commoratum cogitet, denique *Joſephum*, *Porphyrium*, & alios cum Judaeis eum verſatum eſſe referre, in memoriam ſibi (*n*) revocet. Taceo, nomen hoc Hetruſcis & Latinis non fuiſſe incognitum, quorum vox *Jovis* haud dubie Hebraeorum illud, quod diximus, vocabulum eſt. Atque memini, (*o*) litteratiſſimos eſſe viros, qui in ipſis *aureis carminibus*, quamvis leges

animamve Meſſiae aeterno Logo conjunctam &c. Ut omittam, nomen & rem, vocari & eſſe idem frequenter apud Hebraeos ſignificare, adeo, ut ex communi iſto linguae Hebraicae idiotiſmo dictum illud Rabbinicum multis in locis exponi poſſit; quem tamen idiotiſmum omnes ſyntaxios leges irritas facere, nemo ſanus ſtatuerit. Deinde, quod & ſupra monui, ne Tetragrammaton quidem, multoque minus Tetractys, eſt nomen Dei, ſed Jehovah: adeo ut demirari ſatis nequeam horum oſcitantiam Philologorum, qui tam incondita & male cohaerentia inſomnia orbi litterato propinant, nec Tetractyn ſive Τετρακτὺν, *perinde atque reliquos numeros Pythagoricos, ſymbola eſſe permittunt; (ut certe Hierocles eo loco, ubi ait:* Καὶ ὁ δημιουργὸς θεὸν καὶ αἰτίαν ὁ τετρὰς, θεὸς τόδε, *&c. ſymbolum pro re ſignata ponit) ſed propria nomina volunt eſſe, immo res ipſas, quorum tantum ſymbola ſunt ſive repoſitoria* [illegible]: *quum luce profecto clarius ſit, Tetractyn non eſſe nomen Dei, ſed Tetragrammati repoſitorium dumtaxat, uti & aliorum myſteriorum, quorum ſit idoneum ſymbolum. Ac proinde, quomodo*, (ipſe nomen ſuum eſt ſuumque nomen ipſe) *quum Tetractys nomen ipſius non ſit, nedum ipſe Deus, craſſum illum ſolecciſmum excuſare poſſit, ego quidem nequaquam video. Tertio, ſi (*παράδοτα*) eſſentiae divinae animabus humanis communicationem ſive* παράδοσιν *ſignificare debuiſſet, vocabulum* παραδόματα, *non* παράδοτα, *adhibitum fuiſſet, quum uſitatiſſima vocis* παράδοσις *ſignificatio ad doctrinam myſteriorumve traditionem pertineat: quo ſenſu non ego ſolum, ſed alii plerique omnes hoc in loco accipiunt. Quarto, ſi* παράδοτα *idem hic ſonet, atque* παραδόσιμα, *&* (πηγὰν ἀενάου φύσεως) *ipſam divinam eſſentiam indigitet, noſtris animabus, quippe ex divina mente carptis & delibatis, communicatam, id quidem admodum durum paradoxum eſt, & doctrinae Pythagoricae omnique ſanae ſapientiae contrarium. Dum enim animos noſtros ex mente divina carptos eſſe ac delibatos ſupponit, mentem divinam ſupponit diſcerpibilem, ac proinde, corpoream, adeo ut Philologi iſti, qui huic ſententiae favent, philologia multo plus pollere videantur, quam ſolida ratione aut acumine philoſophico. Quinto denique plena formula juramenti Pythagorici ſic eſt:*

Οὐ μὰ τὸν ἀενάου φύσεως παραδόντα τετρακτὺν
Πηγὰν ἀενάου φύσεως, ῥιζώματ' ἔχουσαν.

quemadmodum reperitur apud Sextum Empiricum, paſſimque apud alios ſcriptores: nec probabile eſt, primitus plenum non fuiſſe diſtichon; (niſi monoſtichon ſolummodo fuerit) cujus igitur ſenſus hic foret ſecundum hos Philologos:

Non per Tetractyn, qui animae noſtrae communicavit
Fontem aeternae naturae, radicemque habentem.

Qui ſenſus plane maneus eſt & imperfectus, quum plenus & nativus ſenſus ſit, idemque noſter:

Non per eum, qui animae noſtrae tradidit Tetractyn,
Fontem perennis naturae radicemque habentem.

Hic ſenſus plenus eſt, concinnus & perſpicuus: alter vero, praeterquam quod maneus, falſus eſt praeterea. Neque enim fons aeternae naturae, Deus utique ipſe, radicem habet, unde pullulet, ſed radix ipſa eſt rerum quidem omnium. Atque haec breviter ad confutandam hanc abſonam opinionem dictorum Philologorum operae pretium putabam affer-

451 ges repugnare videantur Grammatices, *Pythagoram* illum esse negent, per quem jurare jubeantur discipuli ejus, & *Tetractyn* hanc, sive nomen *Jovah* vel *Jehovah*, *quod Tetragrammaton* nominant, indicari contendant. Nomen ajunt Dei poni, & numen ipsum tamen intelligi: sic moris esse Hebraeis, quorum hoc scitum sit: הוא שמו ושמו הוא *Deus & nomen ejus non differunt.* Igitur notissimorum illorum versuum:

Nec

re, *quum eruditissimus vir, ad alia properans, eam proponere tantummodo contentus esset, confutationem vero illius ipsi visum sit praetermittere; quippe quam forsan vix dignam confutatione putavit, praesertim si cum simplici nostra juramenti Pythagorici interpretatione conferatur.*

(*p*) *Ex mente divina*] Verba sunt *Ciceronis de natura Deorum Lib.* I. *Cap.* 11. *p.* 2895.

(*q*) *Delibatos esse*) Otio si abundarem, idque sine magno fructu consumere vellem, longam hic inchoare disputationem possem de *Tetractys Pythagorae:* virorum eruditorum, quarum ingens est copia, sententias & opiniones de ea enumerarem, in singulas animadverterem, quod proclive factu foret, postremo novam proferrem conjecturam, aut, si placeret, rem totam ita mihi videri impeditam, ut nullius explicari queat ingenio, profiterer. Verum graves mihi sunt, cur id facere nolim, caussae. Quid enim vento pascere lectores juvat, ubi nil opus est? Observationibus nonnullis contentus ero, ex quibus viri sapientes & eruditi intelligent, antequam certi hac in re aliquid decerni queat, multa esse impedimenta removenda, quibus num par aliquis futurus sit removendis, equidem nescio. (I.) Varias doctissimorum virorum de quaternario *Pythagorae* sententias si quem juvat cognoscere, is adeat *Jac. Thomasium de exustione mundi Stoica Diss.* XXI. *p.* 251. *s. Jo. Menrsium* in *Denario Pythagorico Cap.* 6. *p.* 45. *s. Theod. Marcilium* in *Notis ad aurea carmina Pythagorae p.* 345. *s. Luc. Holstenium* in *Observationibus ad Porphyrii vitam Pythagorae p.* 28. *Henr. Morum* in *Appendice ad Defensionem Cabalae philosophicae Cap.* 2. *p.* 122. *s. Jo. Frider. Hombergk* in *Libro de Themide seu ortu legis aeternae p.* 148. *s.* & alios plures, quos referre, nullius utilitatis foret. Tot varias & discrepantes qui contemplatur sententias, eum haec ipsa doctissimorum hominum inconstantia huc facile adducet, ut veritatem hic in puteo latere, nec inde facile posse protrahi, constituat.

(II.) *Tetractys* ista quaenam fuerit, aut cuinam rei numerum accommodaverit quaternarium *Pythagoras*, id recte viri doctissimi censent nulla ex re melius, quam ex sacramento Pythagoreorum, quo *Tetractyn* testabantur, effici posse. Itaque in hoc jurejurando explicando toti esse solent, qui hanc rem pertractant. Verum, si ex meo alios metiri fas est ingenio, multa obstant, ne id feliciter & sine erroris formidine faciant. Primum, quemadmodum bini versus illi sint legendi, quibus hoc jusjurandum continetur, incertum est. Nec enim, qui eos referunt, veteres, simili eos ratione exhibent, sed tam varie & inconstanter, ut incredibile dictu sit: qua de re, praeter reliquos, quos antea nominavi, *Jo. Alb. Fabricius* videri poterit in *Notis ad Sextum Empiricum p.* 332. Quis vero tantum sibi acumen arroget criticum, ut in hacce controversia judex sedere, & pro arbitrio, quemadmodum legendum sit decernere velit? Ego quidem, re bene putata, nihil hic me posse confirmo, nec arbiter esse velim, si disputetur verbi caussa, num in primo versu ψυχᾷ, quod aliqui habent veterum, an vero γυιᾷ aut σίφωσιν, quod apud *Julianum*, aut σοφίαι, quae *Jamblichi* lectio, aut ζωᾷς, ut *Methodius* scribit, reponi debeat. Non minor est inter recentiores eruditos discordia, quemadmodum verba sint & construenda & distinguenda, quam iterum nemo tollet facile. Quis vero de sententia judicare poterit versuum, de quorum vera lectione non minus, quam distinctione & constructione, tam diu certari poterit, quam diu erunt, quibus dimicandi voluntas non deest. Fac vero, exspectandum esse, ut ex hisce criticis & grammaticis quaestionibus ingeniosus sese aliquis expedierit, aliae tamen denuo, neque leviores, exorientur difficultates. Ante omnia videndum erit, utrum per ipsam *Tetractyn*, an vero per eum, qui *Tetractyn* commiserit animis, juraverint *Pythagorae* discipuli. Sive hanc, sive illam eligas sententiam, magnis te & antiquis testibus tueri poteris. Jct multum memini in hac quaestione eodem la *Jac. Palmerium* desudare in *Exercitationib. ad Graecos quosd. auctores p.* 228. *Ludolph.* quidem *Kusterus Notis ad Jamblichi vitam Pythagor. p.* 127. nihil esse opinatur, cur se aliquis in ea exerceat: nam Pythagoreos tam per *Tetractyn*, quam per ejus inventorem jurare fuisse solitos. Nec ab hac sententia *Luc. Holstenius Notis ad Porphyrii vitam Pythag. p.* 28. & *Theod. Marcilius ad aurea carmina. p.* 344. multum discedunt. Ego vero tantum interesse arbitror inter sacramentum per *Tetractyn* & *Tetractyos* inventorem, quantum inter jusjurandum per solem & per Deum, qui solem condidit: nec intelligo facile, quo pacto haec duo in-

ter

Ναὶ μὰ τὴ ἀμετέρᾳ ψυχῇ παραδόντα τετρακτὺν
Παγὰν ἀενάου φύσεως,

hanc esse sententiam, censent: *Juro per nomen tetragrammaton sive Jehovah, qui communicavit* (semet ipsum, aut) *fontem perennis naturae cum animis hominum.* Namque animos nostros *Pythagoram* docuisse constat (*p*) *ex mente divina carptos* & (*q*) *delibatos esse.*

Haec

ter se sociari, aut utrumque in versibus, quibus hoc jusjurandum conclusum est, locum habere queat. Verum liberalis ero, & concedam, & huic modum poni controversiae: neque sic omnia plana erunt. Si illis accedamus, qui per inventorem vel auctorem quaternionis juratse Pythagoreos volunt, quisnam ille sit auctor & inventor, iterum deliberabitur, Deusne, an *Pythagoras.* Prius veri videtur similius, multisque gravissimis placet auctoribus, tam vetustis, quam junioribus. Sed displicet omnibus fere, qui de Pythagoreis & eorum institutis commentati sunt olim: displicet *Sexto Empirico:* displicet *Hierocli*, & multis aliis: qui quidem omnes sectatores *Pythagorae* per ipsum magistrum suum juratse perhibent. Lepidum quidem videtur, & a sapientum, quales hi videri volebant, officio plane aversum, mortales mortalem, discipulos magistrum exstinctum sacramento testari. Sed nihil, dicet aliquis, tam absurdum est, quo non aliquando sese contaminarunt illi, qui prae reliquis sapientiam consectabantur. Neque hanc ego litem, quum nesciam, quorum testium potior sit auctoritas, componere ausim. Age vero, fingamus, ex his quoque dumetis exire aliquem posse, & nova nobis sese offeret controversia, cui remedium nescio an facile inventurus sit aliquis. Concurrite, Philologi atque Grammatici, atque, quaenam vis sit hujus formulae: *Tetractyn animae tradere*, expendite. Etenim eum dejerant Pythagoraei, qui animis *Tetrada* commiserit. Bina video hanc loquutionem significare posse. Primo: *doctrina de Tetractyn, qualiscumque demum illa sit, animam imbuere.* Et hanc expositionem non pauci sequuntur, *Henr. Morus* in primis, vir doctissimus. Deinde: *quatuor proprietates, virtutes aut affectiones animae tribuere*; cui iterum opinioni longa turba cum veterum, tum recentiorum favet. Utra verior sit interpretatio, nescire me, fateor: nec eos id scire puto, qui alteram amplectuntur explicationem, tametsi scire illud videri velint. Si quis esset, qui hac quoque de re omnem extrahere posset ex animis nostris dubitationem, veramque sententiam loquutionis hujus extra controversiam ponere, is in novas tamen mox incideret captiones, quaesitus, quales essent quatuor iliae animi virtutes aut affectiones, aut quaenam illa de *Tetractyn* doctrina, quae commissa dicitur mentibus. Tot sunt hic sensus, quot capita, & citius inter horologia conveniet, quam inter eos, qui in hac quaestione nonnihil otii consumserunt. Aliud ex verbis: παγὰν ἀενάου φύσεως, nascetur certamen. Dubium est, utrum ea sint referenda ad illum, qui *Tetractyn* in animos immisit, an vero ad ipsam *Tetractyn.* Utrumque per leges fieri potest grammaticas: & utraque opinio suos reperit inter viros eruditos amatores. Ego, quod nullis me urgeri sentio rationibus, cuinam parti jungendus sim, dubius & anceps haereo. Tot cum eorum opinione, qui juratse Pythagoreos per eum volunt, a quo *Tetras* in animos immissa sit mortalium, difficultates conjunctae sunt: nec ego medicinam illis reperio, aut reperisse alios me multo ingeniosiores, video. Non minora prement te incommoda, si eorum praeferas sententiam, qui familiam istam ipsam dejeratse *Tetrada* opinantur. Etenim non modo maxima pars earum, quas paullo ante recensui, quaestionum hic quoque te sine fine vexabit, sed etiam, qualis illa sit *Tetras*, quae tam sancta visa fuit Pythagoraeis, in tanto variarum conjecturarum examine nullo modo dignosces. Deum hic dicit esse, ille nomen Dei Hebraeum, tertius animum mundi, quartus rerum initia seu elementa, quintus quatuor animae affectiones, alii alia. Neque tamen quisquam horum affert aliquid, quod ad nos cogendos valeat, ut sine metu assentiamur, verum ingenii visis omnes unice obtemperant, & in divinationibus incertissimis acquiescunt. Haec paullo latius explicare placuit, ut & vim illi adderem, quod paullo ante docuimus, totam numerorum disciplinam, quam tradidit Samius senex, amissam esse, & doctissimos simul homines commonerem, ne consenescant in ejusmodi quaestionibus, quibus nihil est incertius, aut plus se putent scire, quam reapse sciunt: quibus quidem ex vitiis cum litteris & artibus, tum professoribus earum multum provenire solet despicientiae.

(III.) Quod ad *Seldeni*, *Cudworthi*, & aliorum sigillatim conjecturam attinet, Tetractyn nomen esse Jehovah, quod litteris constat quatuor, eam ipse familiaris *Cudworthi* doctissimus, *Henr. Morus loc.* supra *cit.* jam satis acriter castigavit. Nuperrime *Jo. Frid. Homberg* in *Libro de Tiemide p.* 155. *f.* eam proscripsit, ut de *Jac. Thomasio*, *Georg. Hornio*, & aliis taceam. Natura ea uni-

453 Haec omnia quum ita ſint, placet locum hunc de *Pythagora* his *S.* (r) *Cyrilli* verbis concludere: Ἰδὲ ἢ σαφῶς ἕνα τε εἶναι λέγῃ τὸν τῶν ὅλων θεὸν καὶ πάντων ἔχοντα, ἐξαίτιον τε τῆς αὐτοῦ δυνάμεως, φωτός ἐστιν καὶ ψύχωσιν, ἤτοι ζωοποιίαν τῶν ὅλων, καὶ κίνησιν πάντων κίνησιν. παρῆκται γὰρ τὰ πάντα παρ' αὐτοῦ, καὶ τὸ ἓν ἐξ οὗ μὴ δίδωσι εἰς τὸ εἶναι κίνησιν λαχόντα φαίνεσθαι. *Ecce perſpicue dicit, unum eſſe univerſi Deum, omnium principium, operatorem facultatum, lumen, animam & vitam univerſi, ſphaerarumque omnium motum: nihil enim a ſe ipſo movetur, ſed omnia ab eo deducta, & motum a non eſſe ad eſſe ſortita cernuntur.*

Tempore proximus *Pythagorae* eſt *Xenophanes* Colophonius, ſcholae, quam vulgo vocant *Eleaticam*, conditor. Hunc ut unum ſimul & plures ſtatuiſſe Deos demonſtremus, exiguo labore opus eſt, quum id verſus ejus, quem antea protulimus, a (s) *Clemente Alexandrino* & *Sexto* philoſopho repetitus, abunde probet:

Εἷς θεὸς ἔν τε θεοῖσι καὶ ἀνθρώποισι μέγιστος.

Maximus idem hominum ac ſuperûm Deus unicus ille eſt.

De quo ſupremo omnium Deo alius (t) exſtat ejusdem *Xenophanis* verſus:

Καὶ ἀπάνευθε πόνοιο νόῳ φρενὶ πάντα κραδαίνει.

Ille univerſa ſine ullo labore ſola mente gubernat.

(v) *Cicero* praeterea, aliique memorant, quum de Deo diſſereret omnium praeſtantiſſimo, *Xenophanem* appellare eum τὸ ἓν καὶ πᾶν, *unum & omnia*, conſueviſſe, partim ut unam eſſe ſimpliciſſimamque Deum naturam declararet, partim ut res om-

unice eorum opinione, qui *Pythagoram* cum Judaeis verſatum eſſe, atque ex illis profeciſſe, cenſent. Cui opinioni ſi dignitas omnis & auctoritas detrahatur, id quod factum eſſe a viris eruditiſſimis, ſupra indicavi, & haec ſimul corruit ſuſpicio.

(IV.) Ne quis tamen aptum me quidem eſſe ad omnia conturbandum, & doctorum hominum curas ſpernendum, ineptum vero ad veritatem ex ſuis latebris protrahendam, conqueratur, age, quid mihi videatur de hoc ſacramento, exponam, & inter conjectores & hariolos locum mihi ultimum depoſcam. Primum illud aſſumo, quod *Jamblichus* in *Theologumenis arithmeticis p.* 20. *ed. Tennulii* ſcriptum reliquit, *Empedoclem* ſacramenti hujus auctorem eſſe. Is vero *Empedocles* ex quatuor elementis univerſum rerum naturam conſtare credidit. Notiſſimi ſunt verſus hominis, quibus hanc doctrinam explicat, quorum hoc initium:

Τέσσαρα γὰρ πάντων ῥιζώματα πρῶτα ἄκουε.

Naturae primum radices quatuor audi.

Vid. *Plutarchus de placitis philoſ. Lib.* I. *Cap.* 3. *p.* 828. Hanc autem is doctrinam a magiſtro ſuo *Pythagora* traditam acceperat, quem pariter omnia ad quatuor revocaſſe accepimus initia. Vid. *Diogenes Laërtius Lib.* VIII. *Segm.* 25. *p.* 508. Et haec ipſa elementa ſeu rerum principia *Tetrada* ſeu *Tetractyn* appellare diſcipuli *Pythagorae* ſolebant; quod cum multa probant alia, tum hi verſus, quos ex hymno Pythagoreorum ſervavit *Proclus Comm. in Timaeum Platonis Lib.* II. *p.* 90. & *Lib.* III. *p.* 155.

Τετρακτὺς ἐστὶ ζαθέην, ἣ ἔχει ῥίζωμα φύσεως
Ἀενάου, ἀκαμάτου· δεκάδα κλῄουσι δὲ ἄνδρες.

Exſtitit aeternus donec quaernio, matrem
Qui genuit rerum immotam expertemque laboris.

Senſus apertus eſt: ex quatuor elementis univerſam rerum naturam eſſe genitam, quae numero perfecto ſeu decadi ſit ſimilis. *Empedocles* porro duplicem ineſſe ſciſcebat homini animam, alteram ſentientem & percipientem, alteram ratione inſtructam: id quod ſupra *ad Cap.* I. §. 24. copioſe demonſtravimus. Sentientem autem & percipientem animam ex quatuor illis rerum elemen-

Digitized by Google

omnes ejus unice virtute ac potentia produci, significaret. Nemo vero latius & apertius *Xenophanis* de divinis rebus philosophiam exposuit, quam *Simplicius*, qui ex *Theophrasto* sese hausisse affirmat, quae differit: (*) Μίαν ἢ τὴν ἀρχὴν, ἤτοι ὂν τὸ ὂν καὶ πᾶν, καὶ ὅτι πεπερασμένον, ὅτι ἄπειρον, ὅτι κινούμενον, ὅτι ἠρεμοῦν, Ξενοφάνην τὸν Κολοφώνιον, τὸν Παρμενίδου διδάσκαλον, ὑποτίθεσθαί φησιν ὁ Θεόφραστος, ὁμολογοῦντα ἑτέραν εἶναι μᾶλλον, ἢ τὴν περὶ φύσεως ἱστορίας, τὴν μονήμαν τοῦτον δέξης· τὸ γὰρ ἓν τοῦτο καὶ πᾶν τὸν θεὸν ἔλεγεν ὁ Ξενοφάνης, ὃν ἕνα μὲν δεικνυσιν ὅτι δὲ πάντων κράτιστον εἶναι· πλειόνων γὰρ φησιν ὄντων, ὁμοίως ἀνάγκη ὑπάρχειν πᾶσι τὸ κρατεῖν· τὸ δὲ πάντων κρατίστην καὶ ἄριστον ὁ θεός· ἀγένητον ἢ ἐδείκνυεν, —— καὶ ὅτι ἢ ἄπειρον, ὅτι πεπερασμένον εἶναι· διὸ πάντων μὲν τὸ μὴ ὄν, ὡς ὅτι ἀρχὴν ἔχον, μήτε μέσον, μήτε τέλος· περαίνειν ἢ πρὸς ἄπειρα τὰ πλέω. Διαπλησίως δὲ καὶ τὴν κίνησιν ἀφαιρεῖ, καὶ τὴν ἠρεμίαν· ἀκίνητον μὲν κ. τ. λ. *Refert Theophrastus, Xenophanem Colophonium, Parmenidis magistrum, docuisse, unum esse rerum omnium principium, unumque id & omne vocasse: praeterea decrevisse, nec finitum illud esse, nec infinitum* (certo sensu,) *nec quiescens, nec movens. Theophrastus haec ita declarat: Xenophanem haec scisscentem, non ut Physicum scripsisse & naturae exploratorem, sed tantum ut Metaphysicum & Theologum. Neque Xenophanis unum & omnia quidquam* 454 *est, quam Deus. Hunc ille unam & solitariam esse naturam ex eo probat, quod Deus est optimum & potentissimum rerum omnium, quodque, quum varii sint rerum, quae exsistunt, gradus, fieri nullo modo potest, quin supremum sit aliquod, a quo regantur omnia. Haec autem optima & potentissima natura non potest esse, nisi una. Itaque demonstravit, eam nec factam esse, nec finitam vel infinitam* (certo sensu:) *pariter & motum a Deo removit & quietem. Quare, quum Deum dicit eumdem esse vel manere, non intelligit hoc de ea quiete, quae motui est opposita, & ad illas res, quae moveri possunt, pertinet, sed de alia quadam quiete, quae & supra motum est, & supra id, quod motui est contrarium.* Patet itaque, quod etiam (*x*) *Sixti* philosophi firmatur auctoritate, *Xenophanem* ab

(*) In Arist. Phys. F. 5. & 6.

mentis a Deo esse conflatam, judicabat, ex eoque fieri, putabat, ut ea omnia perciperet elementa extra se posita. Lege, quae observavimus *ad Cap.* 1. §. 14. Haec si omnia inter se jungantur & diligenter considerentur, veri, ut arbitror, simillimum fiet, sacramenti hujus Pythagorici hanc esse vim: *Juramus per Deum, qui animum nobis dedit, ex quatuor elementis compositum & conflatum, quo cernimus, percipimus, & dijudicamus omnia: quae quidem elementorum Tetras fons est perennis naturae, & unica, unde reliqua fluxerunt omnia, caussa.* Τετρακτὺν certe si quatuor esse statuas elementa in his versibus, optime, quid sibi voces illae velint, cognosces: πηγὴν ἀενάου φύσεως. Ita enim Pythagoreos quatuor rerum appellasse principia, ex allatis perspicuum est locis. Juniores autem Pythagoreos perperam sibi persuasisse, reor, ad *Pythagoram* hoc jusjurandum pertinere, a quo *Tetras* seu doctrina de *Tetrade* inventa sit primum. Nihil mihi arrogo, neque tam mihi faveo, ut hanc conjecturam omnibus probatam esse cupiam: certus tamen sum, non minus illam probabilitatis habere, atque reliquas virorum doctorum sententias. Fruatur quisque arbitrio suo: nec enim de focis & aris, aut de re maximi momenti pugnatur.

(*r*) *Cyrilli*] *Lib.* I. *adv. Julianum p.* 30.

(*s*) *Clemente*] *Stromat. Lib.* V. *p.* 714. ex quo hunc versum repetit *Eusebius Praeparat. Evangel. Lib.* XIII. *C.* 13. *p.* 678. Quod autem vir doctissimus hunc versum quoque apud *Sextum* exstare affirmat, fallitur, atque temere fidem habet *Henr. Stephano*, qui in *Poësi philos. p.* 36. id perhibet. In idem vero vitium memoriae imbecillitate incidit *Aegid. Menagius Comm. in Diogenem Laërtium p.* 400. qui ipsa *Clementis* verba male *Sexto* attribuit, apud quem nihil ejus rei exstat.

(*t*) *Alius versus*] Sed hunc alii quaerant, qui abundant otio. Mihi frustra cum in multis auctoribus antiquis tum in reliquiis carminum *Xenophanis*, quas *Henr. Stephanus* in *poësi philos. p.* 35. *f.* collegit, investigatus est.

(*v*) *Cicero*] In *Academicis quaest. Lib.* IV. *Cap.* 37. *p.* 2315. *T.* VIII. *Opp.*

(*x*) *Sixti*] Non dubito, quin iterum nomen *Sixti* perperam sit positum, apud quem hujus rei

Digitized by Google

ab omni Deum abſtraxiſſe corpore, naturamque cenſuiſſe ceterarum, quas novimus, omnium diſſimillimam, cujus idcirco imaginem aut formam nulli liceat mortalium eſſingere. Ex quo ei (y) *Ariſtotelem* injuriam feciſſe cogitur, qui, quod philoſophus hicce, Deum eſſe σφαιροειδῆ, *figura ſphaerae praeditum*, affirmavit, id argumento putavit eſſe, Deum ab eo corpori fuiſſe alligatum, nec, praeter animatum, rotundum, & corporeum huncce mundum, divinam aliquam ab eo naturam praedicatam. Quod ſi vel phyſica ejus dogmata attentius expendiſſet *Ariſtoteles*, certe aliter de eo ſenſiſſet. Quod enim ἀπείρους ἡλίους καὶ σελήνας εἶναι, *innumerabiles*

nihil offendas. *Clementem* nominare debuit vir doctiſſimus, qui ſolus, quod ſciam, ſcripſit ex antiquis, *Xenophanem* docuiſſe, ὅτι ἀστόματός ἐστιν, *Stromatum Lib.* V. *p.* 714. Quod tamen ejus dictum *Jo. Potterus* in *Notis* reprehendit, & *Sixti* de *Xenophane* ſententiae repugnare, monet. Dicam paullo poſt, mihi quidnam hac de re videatur.

(y) *Ariſtotelem*] Ea hic ſine dubio ſpectat, quae *Ariſtoteles* in *Libro de Xenophane, Zenone, & Gorgia Cap.* 4. *p.* 843. 844. diſputat: Haec enim, tametſi *Zenonem* proprie ſpectent, ſimul tamen *Xenophanem*, *Zenonis* hac quidem in re non diſſimilem, petunt. Adde tamen de *Xenophane* ſigillatim *Metaphyſicorum Lib.* I. *Cap.* 5. *p.* 270. *T.* IV. *Opp.*

(z) *Cicero*] Is *Academ. quaeſt. Lib.* IV. *C.* 39. *p.* 2319. *T.* VIII. *Opp. Xenophanem* ſtatuiſſe perhibet, *habitari in luna*. De una loquitur luna, non autem de pluribus, ut vir doctiſſimus arbitratur. Eamdem plane ſententiam tribuit ipſi *Lactantius divinar. inſtitut. Lib.* III. *Cap.* 23. *p.* 368. Contra *Plutarchus de placitis philoſ. Lib.* II. *Cap.* 24. *p.* 901. & *Stobaeus* in *Eclogis phyſicis Lib.* I. *p.* 56. placuiſſe referunt ei, multos eſſe ſoles, multasque lunas. Haec inter ſe pugnare videntur: & dimicare poſſet, ſi quis vellet, utra veriſimilior eſſet ſententia. Sed, quod bona cum gratia ſummorum dixerim virorum, qui res veterum philoſophorum ſcrutati ſunt, *Xenophanis* de multis ſolibus & multis lunis ſententia nondum rite adhuc explicata & intellecta eſt, ut pleraque veterum phyſicorum dogmata: qua cognita, utrumque ejus ex opinione dici poſſe, patebit, unum eſſe ſolem & plures, unam & innumerabiles lunas. Docebo, quidnam ſenſerit philoſophus. Viſum fuit *Xenophani*, lucem illam, quam nos ſolem nominamus, non eſſe ſidus quoddam ſtabile ac per ſe conſtans, ſeu *ſubſtantiam*, ut clarius loquar, ſed *accidens*, rem mutabilem, quae cito fiat, cito etiam pereat, nec uno dictius die ſubſiſtat, paucis, naturale quoddam phaenomenon aut nubem, quae nunc cogatur, nunc viciſſim diſſipetur. Perſpicuis id verbis cum *Plutarchus*, tum *Stobaeus* docent: hic in *Eclogis phyſicis Lib.* I. *p.* 55. ille *de placitis philoſophor. Lib.* II. *Cap.* 20. *p.* 889. *Xenophanes*, ait *Plutarchus*, *ſolem conſiſtere docuit* ἐκ πυριδίων ἃ συναθροίζονται ἐκ τῆς ὑγρᾶς ἀναθυμιάσεως, συναθροίζονται ὃ τ' ἥλιον, ἢ νέφος πύρινον, *ex igniculis collectis ex humida exhalatione, ſolem cogentibus, aut nubem ignitam.* Clariſſime idem refert *Origenes* in *Philoſophumenis Cap.* 14. *p.* 96. Τὸν δ' ἥλιον ἐκ μικρῶν πυριδίων ἀθροίζεσθαι γίνεσθαι καθ' ἑκάστην ἡμέραν. *Solem e minutorum concervatione igniculorum ſingulis generari diebus.* Humidorum igitur vaporum arbitratus eſt nocte qualibet tantum adſcendere e terra & aquis in mediam aëris regionem, quantum ad illud lumen, quod ſolis dicitur, in ea efficiendum ſatis eſt. Humidos vero illos vapores haud dubie judicavit ſurſum eundo tenuiores ac ſubtiliores ſemper fieri, ut igris tandem & lucis naturam, humore omni amiſſo, induant. Congeſtam hanc corpuſculorum molem ad certum durare tempus & permanere, verum, naturae vi cogente, viciſſim diſſici & diſſipari: quod quum fiat, tum diem deficere, idque, quod veſperum vocamus, naſci. Hinc quaeſitus, quid de occaſu & defectione ſolis ſentiret, nil dubitavit reſpondere, interire prorſus ſolem deficientem. *Xenophanes*, inquit *Plutarchus de placitis philoſ. Lib.* II. *Cap.* 14. *p.* 900. ἔκλειψιν *ſeu defectionem ſolis dixit fieri* κατὰ σβέσιν, *extinctione: ἄστρον* γὰρ *νέον* κρίνει *ταῖς ἀνατολαῖς γίνεσθαι: novum enim ſolem*, ſic ego verba haec interpretor, *ſemper naſci, quoties* ille *oritur.* Addit *Plutarchus*, narraſſe eumdem *Xenophanem*, ut nimirum ſententiae ſuae pondus aliquod adjiceret, fuiſſe aliquando, quum ſol totum menſem deficeret, alioque tempore tantas ſubito exſtitiſſe tenebras, ut in noctem dies mutaretur. Lepidum & feſtivum genus Phyſices refero: ſed nihil fieri tam facetum poſſe, certus ſum, quin id Phyſicorum cuidam in mentem olim venerit. Nec alia de cauſſa, id quod apud eumdem eſt *Plutarchum l. c. p.* 901. ſolem negabat volvi circum orbem terrarum, verum lumen eſſe undiquaque diffuſum, licet varium. Hac quum eſſet imbutus opinione *Xenophanes*, non poterat, quin certo ſenſu affirmaret, innumerabiles eſſe ſoles. Primum novus quotidie ſol ipſi videbatur naſci, totque ſoles erant, quot dies. Deinde, quum totius terrarum orbis vapores ad ingens hocce lumen producendum aliquid conferant ex ejus ſententia.

hi

biles esse soles & lunas; docuit, lunas vero vagas esse stellas, dixit, quarum quaevis regio esset, quod (z) *Cicero* narrat, habitabilis, hoc vero prorsus abest ab illa, quam ei tribuit, opinione. Quocirca *Simplicii* praeferenda est auctoritas, qui Deum propterea tantum σφαιροειδῆ, *sphaerae forma praeditum*, a *Xenophane* appellatum esse, perhibet, ut ab omni eum parte similem & uniformem esse, παντοχόθεν ὅμοιον, declararet. Utcumque est, hoc tamen omni vacat controversia, fieri non potuisse, ut *Xenophanes* multos esse Deos statueret, potestate, gradu, atque ordine pares, eo quod unum Deum, qui simul esset omnia, (a) professus sit. 455

Hera-

hi autem vapores varii sint pro terrarum, e quibus educuntur, varietate, sic eum decernere necesse erat, alium esse, qui Hispanias, alium, qui Galliam, alium, qui Parthos calefaciat, solem, aut luminis & caloris tametsi quaedam sit continuatio, non unius tamen generis & lumen hoc & calorem ubique esse, sed ex diversis particulis contextum & compositum. Non igitur tam multos esse sciebat soles aut sidera per se consistentia, quam unum lumen varie quotidie nasci, & unius luminis varias esse partes, nec eodem sese modo, quae nobis lucet, solis portionem habere, quo illa sese habet, quae Asiam illuminat. Nihil hic fingi, clare *Plutarchi* verba docent: Πολλοὺς εἶναι ἥλιους καὶ σελήνας κατὰ κλίματα τῆς γῆς, καὶ ἀντιτομὰς, καὶ ζώνας. *Multos esse soles* (dixit *Xenophanes*) *secundum* TERRAE DIVERSA CLIMATA, SEGMENTA, ET ZONAS. Jam patet, ut arbitror, quo modo & unum & multos esse soles *Xenophanes* dicere potuerit. Unus erat sol judicio ipsius, quod omnes infinitae lucis ejus, cui nomen solis imponimus, partes inter se aptae ac connexae essent; multiplex autem simul & varius, quod singulae sibi regiones suam luminis hujus partem, qua uterentur, parerent, & proprium idcirco solem haberent. Interim, si verum illud est, quod *Laërtius* tradidit *Lib.* IX. *Sect.* 19. *p.* 558. credidisse eum, innumerabiles esse mundos, alio quoque sensu, quam hoc, docere ipsum potuisse, non inficior, multos esse soles. At patet ex *Plutarcho*, eum huic, quem incolimus, orbi proprie multos adscripsisse soles; quod quidem ea, qua dixi, ratione factum est. De luna quid senserit, non aeque liquet. *Plutarchus l. c. Lib.* II. *Cap.* 25. *p.* 901. censuisse perhibet eum, lunam esse νέφος πεπυκνωμένον, *nubem constipatam*. Ex quo videtur colligi posse, quod de sole, idem eum de luna censuisse. Sed quemadmodum existimare potuerit, habitari in ejusmodi congesta nube, id quidem obscurum videtur. Forte inter lunam ipsam & splendorem ejus distinxit, atque lunam censuit esse terram, qualis nostra est, lucem vero, quae lunam cingit, nubem esse ex vaporibus constatam. Ceterum, quod doctissimus *Cudworthus*, vel ex hac de multis solibus opinione *Xenophanis* planum esse, judicat, *Aristotelem* injuriam fecisse huic philosopho, quum diceret, nullum, nisi corporeum, ab eo Deum fuisse cultum, id me fateor non satis assequi. Nam quid obstet, quo minus is, qui multos esse soles arbitratur, alium tamen esse Deum, quam mundum hunc, quem adspicimus, neget, non intelligo.

(a) *Professus sit*] Quemadmodum de plerorumque veterum philosophorum religione atque pietate inter viros eruditos disputatur; ita etiam, quid *Xenophanes* de Deo rebusque divinis decreverit, discors est eorum sententia. Olim jam, praeter alios, *Thom. Aldobrandinus* in *Notis ad Diogenem Laërtium p.* 558. inter divinae naturae seu Dei hostes eum connumeravit. Etenim innumerabiles cum mundos, non secus atque *Anaximandrum*, totidemque Deos credidisse, nec idcirco Deum a mundo distinxisse, judicat. Multo acutius & ingeniosius nostra aetate *Petrus Baylius* eum aggressus est, qui, ut nihilo meliorem *Benedicto Spinosa Xenophanem* fuisse, neque naturam a parente naturae sejunxisse, planum faciat, omnes ingenii nervos intendit *Dictionaire historique & critique Tom.* IV. *voce Xenophanes Not. B. p.* 2886. Atque viri hujus acuti tantum apud multos valuit auctoritas, *Jo. Franc. Buddeum*, *Jo. Christoph. Wolfium*, *Val. Ern. Loescherum*, & plures alios, ut nil veriti sint homini summae adversus Deum impietatis maculam inurere. Inter quos doctissimus *Wolfius Notis ad Origenis Philosophumena p.* 98. *Cudworthum* nostrum nominatim eo nomine reprehendit, quod tam benignum de *Xenophane* judicium tulerit. Nec tamen, ut tanti nominis viris assentiretur, a se impetrare potuit *Jac. Frid. Reimmannus*, vir eruditissimus, qui varias in *Historia Atheismi Sect.* I. *Cap.* 30. §. 2. *p.* 203. rationes, non omnes licet ejusdem roboris, adducit, propter quas *Xenophanis* philosophia melior, atque putant vulgo, sibi videatur. Prorsus vero eum purgavit vir illustris, *Jo. Alb. Fabricius*, qui *Notis ad Sexti Empir. Pyrrh. Hypotyposes p.* 59. sine circuitu pronuntiat, *sensisse Xenophanem*, *Deum esse mentem aeternam*, *unam & immutabilem*, *nec generationi obnoxiam nec morti*, *sed vivam*, *rationeque ac sensu pollentem usquequaque semper fuisse*, *& futuram semper*, *sibique per omnia similem*. Mihi, ut ingenue fatear, quod

sen-

Digitized by Google

456 *Heraclitus*, quid diceret, intelligi noluit, quumque nec Physici nec Metaphysici personam digne sustineret, obscuritatis latebram de industria adhibuit. Itaque, qui sententias ejus, quas retulere veteres, conciliare volunt inter se, illi rem aggrediuntur non longam tantum & molestam, sed viribus suis paene majorem. Neque id multum habet apud rerum peritos admirationis. Hominem enim cum multa alia portenta, tum hoc in primis etiam docuisse, accepimus: (*b*) *contraria plane*
457 *totoque genere disjuncta simul esse vera posse.* Nec (*c*) *Platonem* ignotum est scriptum reliquisse, libros ejus abundare sententiis, lumine non minus, quam ratione prorsus destitutis. Ac principio quidem praecepisse fertur, praeter corpora, nihil omnino existere, omnia vero, quae sint, natura fluere ac labi, nec uno eodemque statu diu permanere. Et nihilominus tamen in epistolis, quas exaravit, animos, antequam in corpora mitterentur, exstitisse, disjectisque permanere corporibus, qua tum omnes fere imbuti erant philosophi sententia, defendit. En (*d*) ipsa ejus verba: Τάχα καὶ ψυχὴ μαντεύεται λύπλυσιν ἑαυτῆς ἤδη ποτὲ ἐν ᾧ δεσμωτηρίῳ τότε, καὶ

sentio, non is omnino videtur esse *Xenophanes*, de cujus scitis magnopere dimicandum sit. Etenim, quod ex versibus ejus apud *Sextum Empiricum* & alios intelligitur, nihil ipse certi decrevit, sed cuncta opinione constare censuit, quae fallere nos & decipere possit, neque idcirco pro veris haberi voluit, quae differebat. Vid. *Sextus Lib.* VII. *contra Mathemat. p.* 379. Ita vero qui sentiunt, opiniones mutare crebro non dubitant, & nunc hoc, nunc rursus aliud probant, ut vel animo affecti sunt, aut sensuum commotionibus incitantur. Interea, quum veteres de scitis ejus nonnulla prodiderint, quid de his mihi videatur, paucis edisseram. Ex *Simplicio*, quod vir eruditissimus hic facit, de placitis ejus judicare, parum esse tutum, arbitror, quum familiae, in qua fuit *Simplicius*, nihil esse prius soleat, quam veterum dogmata ex sensu suo refingere. Iis omnis reliquis testibus, in quibus major aliquanto fides est, committi debet. Hos igitur si audiamus, nec tam male & impie sensisse mihi videtur *Xenophanes*, ut inter magistros *Spinosae* locum aliquem mereatur, nec vicissim ita bene & pie, ut a Christianis praeceptis propius abesse videri debeat. Publicas aetatis suae religiones primum irrisit, neque fieri posse aliquid ineptius fabulis, quae de Diis circumferrentur, & ab *Homero Hesiodo*que litteris essent mandatae, professus est: qua de re versus ejus apud *Diogenem* & *Clementem Alex.* testantur. Aeternam deinde & immutabilem posuit hanc esse rerum naturam, adjuncta mente itidem aeterna, at cum materia conjuncta, & per totam hanccce molem fusa. Haec aeterna mens Deus erat *Xenophanis. Sextus Empiricus Lib.* I. *Hypotyp. Cap.* 33. *p.* 59. Ἐδογματιζε ὁ Ξενοφανης —— ἓν εἶναι τὸ πᾶν, καὶ τὸν θεὸν συμφυῆ τοῖς πᾶσι. *Xenophanis autem dogma erat,* —— *universitatem esse unum, & Deum rebus inesse omnibus.* Idem ex *Aristotelis de Xenophane, Gorgia, & Zenone Li-*

bello Cap. 1. *&* 2. perspicue apparet. Bina vero sunt in hoc ejus Deo distincte consideranda, ut recte se habere pateat, quae paullo ante de religione ejus diximus. Primum Deum hunc sempiternam mentem nihil commune habere statuebat cum materia, nec similem esse hominibus, sive corpus spectes, sive animam. Docent hoc cum *Timonis* versus apud *Sextum loc. cit. p.* 59. quibus *Xenophanem* canit praecepisse, *Deum totum esse animum*, tum ipsius *Xenophanis* apud *Clementem Alex. Stromat. Lib.* V. *p.* 714. locus, quo aperte significat, Deum nec animam nec corpus referre hominum. De illis, quae apud *Diogenem Laërtium* hanc in rem leguntur, consulto taceo. Atque haec cum opinio, nisi me fallit animus, a *Spinosa* segregat, qui homines somniat cum quoad animum, tum quoad corpus partes & membra Dei esse, mentemque ac materiam sine fine miscet. Deinde hanc tamen mentem ex infinita aeternitate cum materia conjunctam fuisse, opificis instar omnia moderari in ea ac perficere, denique perpetuo cum illa sociatam fore, scisceebat. Quam ipsi fuisse sententiam, universa probant illa, quae de una & immutabili aeternaque rerum natura fertur praecepisse. Hoc dogma longo cum intervallo disjungit ab illis, qui de Deo sic sentiunt, uti ratio nos jubet sentire: ad Stoicorum contra gregem detrudit; a quibus tamen in rebus physicis plane discessit. Restat, ut illis respondeam, qui scisceitabuntur: (I.) Quid sibi voluerit igitur, quum Deum diceret esse *globosa seu conglobata forma*, σφαιροειδῆ? (II.) An Deum ab omni corpore remotum esse, aut, ut *Clemens* ait, ἀσώματον, existimaverit? A posteriori ut exordiar, equidem hac de re censeo vix aliquid decerni posse, quum ignotum nobis sit, quomodo *mentem* & *corpus* definiverit *Xenophanes*. A materia crassa & rudi, ex qua cum haec rerum universitas, tum nostra constant corpora, aeternam illum mentem plane secrevisse, dubio caret. Sed

cui

Digitized by Google

καὶ σκωμμὸν ἔ σώματος ἐκκύπτουσα, ἀναμιμνήσκει τὰ πάτρια χωρία· ἔνθεν κατιδοῦσα περιδέβλητο μὲν σῶμα τοῦτο, ὃ δοκεῖ κ. τ. λ. *Nam & ipſa anima mihi vaticinatur, fore, ut brevi ex hoc carcere corporis liberer: quae extra hoc undique conquaſſatum corpus oculos attollens, patrias ſedes recordatur: unde illa deſcendens, fluxum hoc & mortuum corpus induit, quod aliis compoſitum ex phlegmate videtur, & bile, & tabo, & ſanguine, & nervis, & oſſibus, & carne.* Sed & ipſam mentium perennitatem, quam Stoici tollebant, tametſi animos poſt obitum corporis non occidere ſtatim, ſed ad tempus aliquod usque ad futuram mundi exuſtionem ſuperſtites eſſe, concederent, certam ſibi videri, faſſus eſt: Δύσεται τὸ σῶμα εἰς τὸ εἱμαρμένον ἀλλ' ἡ ψυχὴ δύσεται, ἀλλὰ ἀθάνατον ἔσα χρῆμα, εἰς ὑψηλὸν ἀναπτήσεται μετάρσιον· δέξονται δέ με αἰθέριοι δόμοι, καὶ πολιτεύσομαι οὐκ ἐν ἀνθρώποις, ἀλλ' ἐν θεοῖς. *Declinans corpus, quo fatum trahit, deſcendet. Anima vero non deſcendet: nam illa immortalis ſublimis in coelum devolabit. Ibi me coelestes ſuſcipient manſiones, —— & rempublicam geram inter Deos, non inter homines.* Omnes deinde res fato & neceſſitati ſubjectas eſſe, docuit *Heraclitus*. Nec tamen hoc quisquam acrius cui veteres cum cura lecti ſunt, cum praeterire nullo modo poterit, naturas, quae illis vitae ſunt concretionis omnis expertes corporeae, propterea tamen non ſtatim pro mentibus illis eſſe habitas ſimplicibus & apertis, quales illae, quas ſpiritus nos dicimus, naturae ſunt. Quod plerique antiquorum ἀτόμους nominant, id materia tamen eſt, ſubtiliſſima licet: id quod Stoicorum exemplo luculenter patet, qui Deum ſuum ab omni abſtrahebant corpore, & ignem tamen eſſe dicebant. Atque quum extenſam eſſe voluerit philoſophus hic naturam illam, quam Deum appellat, praetereaque globi forma praeditam, idem ipſi placuiſſe, admodum probabile videtur eſſe. Ad prius vero illud quod attinet, etſi, quae ſuadeant, non deſunt, non phyſice, ſed figurate hoc intelligi voluiſſe *Xenophanem*, atque Deum ideo, ut ſummam ejus perfectionem & aequabilitatem indicaret, globi ſimilem nominaſſe, id tamen me, ut aliter ſentiam, adducit, quod nemo veterum hoc vocabulum ita expoſuit, contra forma haec globoſa Dei hominum formae ab eo legitur eſſe oppoſita. *Diogenes Laërtius Libro* IX. *Segm.* 19. *p.* 558. dixiſſe perhibet eum: ἀστὰς θεὸν σφαιροειδῆ, μηδὲν ἀνθρώπου ἔχοντα ἀτρέμα. *Dei ſubſtantiam globoſam eſſe, nihilque cum hominibus habere commune.* Ergo veram, quam ipſe putabat, Dei formam & fictam inter ſe committebat. Falſo aſſeverabat humanam Deo figuram tribui, vere autem ipſi conglobatam eſſe figuram. Inconcinna haec foret ſententia, ſi formam phyſicam & veram, qualis hominis eſt, oppoſuiſſet figurae metaphyſicae aut figuratae, ſive perfectioni. Quocirca ſuſpicor, *Xenophanem* exiſtimaſſe, univerſam rerum naturam globi ſive ſphaerae figuram habere. Quem globum quum totum a Deo animatum eſſe ſciſceret & Numine undique plenum, conſentaneum erat huic dogmati, ut naturam globum illum permeantem figura quoque globum quodammodo referre, ſtatueret.

(*b*) *Contraria*] Hoc quisnam de *Heraclito* ſcriptum reliquerit, equidem me neſcire fateor: quin etiam, an omnino usquam ſcriptum exſtet, dubito. In phyſicis certe rebus totus fuit: id quod vel *Sexti Empirici* conſtat teſtimonio *Lib.* VII. *contra Mathem. p.* 371. moralem vero rem & dialecticam, ad quam dogma hocce pertinet, fere neglexit. Nil dubito, quin vir doctiſſimus hoc ejus ſcitum ante oculos habuerit: τὰ ἐναντία κατὰ τὸ αὐτὸ ὑπάρχειν, *contraria circa idem exiſtere*; de quo *Sextus Hypotypoſ. Lib.* I. *Cap.* 29. *p.* 53. ſuſe commentatur. Sed hoc praeceptum phyſicum eſt, neque ſignificat, toto genere diſiuncta simul eſſe vera poſſe. Lege *Jo. Alb. Fabricium* in *Notis ad Sextum*, & *Godofr. Olearii Diſſ.* II. *de principio rerum omnium ex mente Heracliti* §. 6. *p.* 862. in *Stanleji Hiſtoria philoſophica.*

(*c*) *Platonem*] Suſpicor, illum *Platonis* de *Heraclito* locum hic indicari, qui exſtat in *Convivio p.* 321. Sed hoc tamen non caſtigatur obſcurus philoſophus.

(*d*) *Ipſa verba*] Hic &, qui ſequitur, locus exſtant in *Epiſtola Heracliti ad Amphidamantem* in *Epiſtolis Graecis* ab *Eilhardo Lubino* editis *Heidelb.* 1601. 8. *p.* 54. 55. Verum his *Heracliti* epiſtolis nihil ego tribuo, ut verum fatear. Hominis eae commentum ſunt, qui ſuum eſſe duxit, *Heraclitum* inducere Platonicis ſententiis, a quibus tamen alienus fuit, refertum, & occaſionem has epiſtolas fingendi cepit ex illis rebus, quae apud *Laërtium* de morbo & morte *Heraclidi* leguntur. Si nihil aliud hoc doceret, ipſa id perſpicuitas & evidentia, quae in his eſt epiſtolis, teſtatum faceret: quam virtutem orationis, tantum abeſt, ut conſectatus ſit *Heraclitus*, ut potius a tenebris & obſcuritate dictionis, quae familiaris ipſi erat, nomen invenerit.

acrius & diligentius doctrinam moralem exornavit & urſit. Qua de cauſſa Stoicis vehementer acceptus fuit, qui cum aliis in rebus, tum hoc in ſtudio veſtigia ejus ſtrenue legerunt. Atque ipſe in (*e*) *Epiſtola ad Hermodorum* praeclare ſeſe putat hoc nomine de mortalibus promeritum eſſe: Καὶ ἐμοίγε πολλοὶ καὶ δυσχερεῖς ἆθλοι κατείργουν· νενίκηκα ἡδονάς, νενίκηκα χρήματα· νενίκηκα φιλοτιμίαν, κατεπάλαιται δειλίαν, κατεπάλαιται ἠλαζονείαν· σὺν αὐτῷ μοι φόβῳ, σὺν αὐτῷ μοι μέθη· φοβεῖταί με λύπη, φοβεῖταί με ὀργή· καὶ τέτων αὐτῶν καὶ αὐτὸς ἐκφάνειμι, ἐμαυτῷ ἐπιτίθεμαι, οὐχ ὑπ' Εὐρυσθέως. *Mihi plurimi & difficillimi labores cum laude ſuperati ſunt. Superavi voluptates, ſuperavi divitias, ſuperavi ambitionem, proſtravi timiditatem, proſtravi adulationem: non contradicit mihi timor, non contradicit ebrietas: timet me dolor, timet ira. Coronam vincendo iſtos reportavi: hancque ego mihi ipſi, non Euryſtheo, obnoxius, feci.* Poſtremo ignem rerum omnium principium eſſe contendit: neque deſunt, quibus parum pie hanc ſententiam explicat, effata hominis. Interea eodem vix ullus exſtitit religioſior erga Deum. Namque igneam, qua haec conſtet univerſitas, materiam *& Deum eſſe & animantem*, exiſtimabat. Ceterum plures credebat eſſe Deos, omniaque aſſeverabat Deorum, daemonum, & animorum plena eſſe. Quo pertinet, quod eum (*f*) *Ariſtocles* dixiſſe refert nonnullis, qui, quum illum compellare cuperent, accedere tamen verebantur propius, eo quod philoſophum in fumoſo conſidere viderent tugurio: *Introite: nam & hic Dii ſunt.* Rurſus autem unum ſummumque Deum ſine controverſia profeſſus eſt, qui res omnes nutu ſuo & arbitrio regeret, tamque eſſet excelſus & ſupra homines poſitus, ut nec forma ejus & ſpecies ab ullo fingi, neque mens & ratio ejus templis concludi poſſet. Videamus, ut impietatis calumniam, cujus eum *Euthycles* accuſaverat, depellat: (*g*) Ἀλλ' ὦ ἀμαθεῖς ἄνθρωποι, διδάξατε πρῶτον ἡμᾶς, τί ἐστι ὁ θεὸς; καὶ ἆρ' ἔστι ὁ θεός; ἐν τοῖς ναοῖς ἀπεκλεισμένος; ἀλλοῦ γε, οὐ ἐν οἰκίᾳ τὸ θεῖον ἱδρύσῃ; —— ἀπαίδευτοι, οὐκ ἴστε, ὅτι τὸν ἐν θεῷ χειρόκμητον, καὶ ἐξ ἀρχῆς βάσιν ἔχει. καὶ ἔχει ἵνα σβέσθον; ἀλλ' ὅλος ὁ κόσμος αὐτῷ ναός ἐστι, ζώοις καὶ φυτοῖς καὶ ἄστροις πεπυκασμένος. *Verum, o rudes homines, docete nos prius, quis ſit Deus, & ubi ſit Deus? Num ille templis eſt concluſus? numque pii vos eſtis, qui in tenebris Deum collocatis? —— O indocti! an ignoratis, Deum manu non eſſe factum, neque a principio fundamentum habere, neque circumferentiam?*

458

(*e*) *Epiſtola ad Hermod.*] Apud *Lubinum loc. cit. p.* 50. *ſ.* Sed huic quoque epiſtolae tantum ego ſtatuo pretium, quantum illi, quam ad *Amphidamantem* exaraſſe fertur. Hominis eſt, cui placuit ingenio exercitationis ſuppeditare materiam, non philoſophi, de quo loquimur. Ceterum bina *Cudworthius* de *Heraclito* perhibet, quae non nihil mihi lucis flagitare videntur. (I.) Exiſtimat, ſententiam *Heraclιti de fato* pugnare cum inſigni ejus ſtudio, quod in morum doctrina explicanda idem poſuit. Haec vero pugna deſinet, ſi certum ſit, quod *Godofredus Olearius*, vir harum rerum peritiſſimus, veri fecit ſimillimum, εἱμαρμένην ſeu *fatum Heraclιti* ipſum eſſe Deum, naturae rerum conditorem, in *Diſſ. de igne rerum omnium principio ex mente Heraclιti* §. 13. *p.* 853. & *Diſſ. de rerum geneſi ex mente Heraclιti* §. 5. *p.* 860. (II.) *Heraclitum* in morum diſciplina ornanda atque inculcanda aſſiduum fuiſſe, perhibet. Mihi autem hoc remotius a veritate videtur eſſe. Rerum naturalium explorationi totum ſeſe prope tradidit *Heraclitus*; rem autem moralem parcius attigit: quo ex ejus inſtituto nonnullis olim occaſio enata fuit diſquirendi: πότερα μόνον φυσικὸς ἦν, ἢ καὶ ἠθικὸς φιλόσοφος Ἡράκλειτος; *fueritne ſolum phyſicus, an etiam moralis philoſophus Heraclitus*, teſte *Sexto Empirico Lib.* VII. *adv. Mathemat. p.* 371. Stoicis non ignoro exprobratum fuiſſe a *Cicerone*, & forſan aliis, in rationibus rerum naturae declarandis *Heraclitum* eos ſibi ducem delegiſſe: quisnam vero veterum praecepta morum, quae tradidit haec ſecta, ex *Heraclιti* quoque diſciplina eſſe ſumta, memoriae prodiderit, ne quidem praeterit. Neque locus ille ex *Epiſtola ad Hermodorum*, ſi germanus eſſet, *Heraclitum* probaret diuturnam & fidelem philoſophiae moralis illuſtrationi navaſſe operam. Nec enim is, qui ſua expugnata eſſe a ſe vitia gloriatur,

Digitized by Google

tiam? ſed univerſus mundus ejus templum eſt, animalibus, plantis, & ſtellis variegatus. Et interjectis nonnullis: Ἀρ' οὖν εἰμὶ δυσθὴς, Εὐθύκλεις, ὃς μόνος οἶδα θεὸν; ἐὰν ᾖ μὴ ἱδρυθῇ θεῷ βωμὸς, οὐκ ἔστι θεός; ἐὰν ᾖ ἱδρυθῇ μὴ θεῷ, θεὸς ἔσται; ἆρα λίθοι θεῶν μάρτυρες· ἔργα δεῖ μαρτυρεῖν, οἷα ἥλιος· νὺξ αὐτῷ καὶ ἡμέρα μαρτυροῦσιν· ὧραι αὐτῷ μάρτυρες· γῆ ὅλη καρποφοροῦσα μάρτυς· στέλεχος ὁ κύκλος, ἔκγονον, ἱερώνυμος μαρτυρία. *Animum ego pius ſum, Euthycles, qui ſolus Deum novi? —— Numquid, ſi arae Deo non exſtruantur, Deus non erit? Numquid, ſi cui ara erigatur, qui Deus non eſt, ille Deus erit? Nempe lapides Deorum teſtes. Opera Deum teſtentur, oportet, quale ſolis: nox & dies ipſum teſtantur: horae ipſi ſunt teſtes: univerſa terra fructum producens teſtis: lunae circulus, ejus opus, coeleſte* (*b*) *teſtimonium.*

Heraclitum excipiat *Anaxagoras*, Clazomenius philoſophus. Ante quem qui ſchola illuſtrarunt Ionicam, excepto *Thalete*, *Anaximandre*, *Anaximene*, & *Hippo*, divinam prorſus rationem ſuſtulerunt, id quod jam ante oſtendimus, resque omnes ad unam revocari poſſe putarunt materiam. Etenim corporibus univerſam abſolvi rerum naturam judicarunt, &, quae accidunt, omnia motuum, perpeſſionum, & affectionum corporearum eventa eſſe, cenſuerunt. Quamobrem *Jamblichus*, ut ab hoc philoſophiae genere ſibi caverent, admonendos eſſe duxit homines: (*) Πρότιμα τὴν Ἰταλικὴν φιλοσοφίαν, ἣ τὰ ἀσώματα καθ' αὑτὰ θεωρεῖται, ἣ Ἰωνικὴ τὰ σώματα πρεσβυτικῆς ἐπιστατικῆς. *Ante omnia in honore habe philoſophiam Italicam, quae incorporea per ſe ſpectat prae philoſophia Ionica, quae corpora primo loco contemplatur.* Primus ex hoc ordine *Anaxagoras* melioris ſapientiae dux & auctor exſtitit. Qui quum materiam per ſe cerneret ineptam eſſe ad ciendos motus, neque fieri potuiſſe perſpiceret, ut ea, ſi vel maxime facultate polleret ſemet ipſam agitandi, fortuita & temeraria commotione ſua tam concinnum mundi corpus tamque admirabilem rerum harmoniam efficeret, alia ſibi, praeter materiam, cauſſa vidit opus eſſe, ſi rationem reddere naturae vellet. Ergo mentem mundi fabricationi praefecit, eam- 459
que digeſſiſſe ac compoſuiſſe materiam, exiſtimavit. Haec autem mens nullus alius, niſi Deus, eſt. Teſtem horum *Themiſtium* damus, qui de *Anaxagora*: (†) Νῦν, inquit, ἐξ ἑλλήνων πρῶτος ἐπαγαγόμενος τῇ κοσμοποιΐᾳ, καὶ ὑπὸ πάντα ἀνάψας τὴν φύσιν τὸν νοῦν. *Princeps hicce fuit*, (ex philoſophis nimirum ſectae Ionicae) *qui*

(*) Symb. XXXVI. p. 159. (potius in Orat. protrept. ad philoſ. p. 159. ed. Arcerii.)
(†) Orat. XV. (p. 317. ed. Harduini.)

tur, ſtatim ideirco inter philoſophiae moralis conſultos adſciſci debet. Aliud eſt morum doctrinam ſcriptis comprehendere, declarare, & explicare, aliud, vitiis ſuis reſiſtere ac mederi.

(*f*) *Ariſtoteles*] *De partib. animalium Lib.* I. *Cap.* 5. *p.* 481. *T.* II. *Opp.*

(*g*) Ἀλλ' ὅ] Haec &, quae paullo poſt ſequuntur, verba in eadem exſtant *ad Hermodorum Epiſtola* in *Lubini Epiſtolis p.* 50. de qua modo ſententiam dixi.

(*h*) *Teſtimonium*] De *Heracliti* philoſophia ſupra jam diſſerui *ad Cap.* 3. §. 28. & *ad Digreſſ. de natura genitrice* §. 6. quibus quod addam, nihil nunc quidem habeo. Quum vivus jam *Heraclitus* ita ſit obſcurus plerisque viſus, ut ſe mentem ejus aſſequi poſſe deſperarent, nec major illis lux affulſerit, qui libros ejus quondam evolverunt, nec audaces eſſemus & noſtrum juſto ſtudioſiores, ſi diſciplinam ejus univerſam ex tenuibus, quae reſtant, ejus particulis, iisque caligine circumfulis, nos hodie pateſacturos eſſe, polliceremur. Neque ideirco illis accedere poſſum, qui *Heraclitum* ſecum ipſo pugnaſſe, & multa prorſus illi contraria, conſtituunt. Nempe hoc ita ſit, nec ne, is demum dixerit, qui totum philoſophiae ejus contextum perſpexerit, quod omnibus hodie negatum eſt. (Mihi *Ciceronis* placet ſententia, qui *de natura Deor. Lib.* III. *Cap.* 14. *p.* 367. *Heraclitum*, inquit, *quoniam, quid diceret, intelligi noluit, omittamus.*

qui mentem & Deum fabricationi mundi praepoſuit, neque omnia ex corporibus (ſenſu deſtitutis) *derivavit.* Accedit *Plutarchi* in *Vita Periclis* ejusdem argumenti teſtimonium: (*) Τοῖς ἄλλοις πρώτοις ἐ τύχλω, καὶ ἀνάγκλω, διακοσμήσεως δεχλὴ, ἀλλὰ νῦν ἐπίσης καθαρὸν καὶ ἄριστον. *Reliqui philoſophi Ionici ante Anaxagoram fortunam coecamque neceſſitatem, id eſt, motus materiae fortuitos & neceſſarios, unum rerum omnium principium eſſe, profeſſi ſunt: primus autem Anaxagoras affirmavit, mentem puram & omnis concretionis neſciam rebus omnibus praeſidere.* Igitur bina rerum naturae principia, quae per ſe exſtitiſſe ab aeterno fatebatur, conſtituebat *Anaxagoras*, mentem infinitam ſive Deum, atque infinitam materiae *homoeomeriam* ſeu infinitam corpuſculorum individuorum multitudinem. Verum atomos non tales fingebat, quales *Empedocles* & *Democritus* induxerant, qualitatibus omnibus vacuas, ſed omni genere formarum atque qualitatum natura praeditas & inſtructas. Qua quidem in re a veteri atque vera illius philoſophiae, quae corpusculis concludit omnia, ratione deficiebat, viamque eligebat nulli antea probatam & tritam. Eo usque ratiocinando non progrediebatur, ut Deum ex nihilo crederet effeciſſe & procreaſſe materiam. Atqui Deum primo κινήσεως δεχλὴν, *initium motus in materia*, deinde ὃ τὸ καὶ καλῶς αἴτιον, *pulcri atque recti omnis cauſſam*, eſſe, contendebat, a quo idcirco unice ortum eſſet, quidquid in orbe pulcritudine, harmonia, atque ordine mentes noſtras caperet & delectaret. Atque hinc divinam iſtam rationem non modo *mentem*, ſed etiam *bonum* appellabat, eo quod huc unice ſpectaret, ut id, quod bonum atque rectum, conſequeretur & produceret. Fundamentis itaque his diſciplina, quam *Anaxagoras* profitebatur, nixa ſtabat. Primum: Mundus hic non ex infinito tempore exſtitit, verum coepit aliquando. Ante vero quam produceretur, ex omni aeternitate innumerabilis fuit copia & congeries atomorum *ſimilarium*, ut vocantur, variis quidem praeditarum qualitatibus, verum motus omnis atque ordinis inopum. Alterum: Mundus hic non temere aut fortuito conflatus eſt olim, ſed a Deo ſive mente conditus, qui primo motum dedit materiae, poſtea hunc ita motum eſt moderatus, ut, ſingulis corpuſculis ſcite atque apte diſtributis & compoſitis, machina ex omni parte concinna & venuſta efficeretur. Ergo νοῦς fuit κοσμοποιὸς, *mens mundi conditor & architectus*, exſtitit: νοῦς etiam βασιλεὺς ἐστι ἁπάντων τε καὶ γῆς, *mens ſupremus mundi rex eſt atque dominus, a quo perpetuo gubernatur atque regitur.* Tertium: Deus ſive mens nihil habet concreti vel corporei, ſed mera mens eſt. Eximia ſunt, quibus hoc dogma *Anaxagoras* expreſſit, verba, a *Simplicio* litteris mandata: (†) Νοῦς μίμικῳ ὐδενὶ χρήματι· ἀλλὰ μόνος αὐτὸς ἐφ' ἑαυτοῦ ἐστιν· εἰ μὴ γὰρ ἐφ' ἑαυτοῦ ἦν, ἀλλά τῳ ἐμέμικτο ἄλλῳ, μετεῖχεν ἂν ἁπάντων χρημάτων, εἰ ἐμέμικτό τίνι· ἐν παντὶ γὰρ παντὸς μοῖρα ἔνεστιν· ὥσπερ ἐν τοῖς ἔμπροσθεν ἐμοὶ λέλεκται· καὶ ἐνεκώλυεν ἂν αὐτὸν τὰ συμμεμιγμένα, ὥστε μηδενὸς χρήματος κρατεῖν ὁμοίως, ὡς καὶ μόνον οὑτῳ ἐφ' ἑαυτοῦ· ἔστι γὰρ λεπτότατόν τε πάντων χρημάτων καὶ καθαρώτατον, καὶ γνώμην γε περὶ παντὸς πᾶσαν ἴσχει καὶ ἰσχὺν μέγιστον. *Menti nihil omnino admiſtum eſt: verum ſola ex ſe ipſa eſt atque ſeparata. Niſi enim mens per ſe a materia ſecreta eſſet, ſed admiſtum aliquid haberet, omnium rerum particeps eſſet, quoniam ſingulis in rebus ex omnibus aliquid ineſt:* quae

(*) (P. 154. B. T. I. Opp.) (†) In Ariſtotelis Phyſ. Lib. I. fol. 33. col. 2.

(i) *Suſtinent*] De *Anaxagora* & philoſophia ejus, praeter *B. Jo. Andr. Schmidium* peculiari *Diſſ. Jenae edita*, copioſiſſime omnium & acutiſſime *Petr. Baylius* egit *Dictionaire hiſtor. & critique T.* I. *v. Anaxagoras p.* 104 *ſ.* Mihi nihil eſt, quod poſt hos moneam, in promtu

(k) *Ille*

Digitized by Google

quae res, ſi menti eſſent adjunctae, obſtarent illi, ne ullam rem conſequi & acquirere poſſet per ſe ipſam. Namque mens omnium rerum eſt ſubtiliſſima & puriſſima, omniumque rerum habet ſcientiam, adjuncta ſuprema in res omnes poteſtate. Poſtremum: Una tantum eſt infinita mens ſive Deus, cujus vis & ratio univerſam rerum naturam gubernat; non autem plures exiſtunt ex infinito tempore mentes, quae nulli ortum debent, ſuasque ſingulae in adminiſtranda rerum natura partes (*i*) ſuſtinent.

Illud vero video in quaeſtionem adduci poſſe: an, quem unum ſummum infinitumque Deum coluiſſe novimus, *Anaxagoras* eorum etiam inferiorum Deorum aliquem, quibus tunc Graecia ſupplicabat, veneratus ſit? Cauſſam dubitandi affert, quod ab Athenienſibus, etiamſi mundum fateretur ab infinita mente conditum & effectum eſſe, impietatis tamen erga Deos publice poſtulatus, atque, mulcta irro- 460
gata, tamquam criminis hujus convictus, in exilium miſſus eſſe legitur. Sed exploratum eſt, tantam inde unice homini conflatam eſſe invidiam, quod ſolem globum eſſe tantum ſciſceret igneum, lunam vero terram habitabilem diceret, montibus, vallibus, urbibus, & domiciliis, aeque atque noſtrum orbem, diſtinctam. Forte de reliquis haud aliter ſtellis, tam errantibus, quam inerrantibus, pronuntiavit, atque omnes aut, ſolis inſtar, ignes, aut, non ſecus ac lunam, terras eſſe cenſuit cultas & habitatas. Ex qua doctrina quum hoc conſequeretur, animis carere ſidera, fieri non poſſe, perſpicuum erat, ut in Diis ea numeraret *Anaxagoras.* Solem vero, lunam, & ſidera quum divinis privaret honoribus, multitudo rerum ignara eum minime id facere poſſe, niſi Deos omnes tolleret & negaret, cenſuit. Sic nimirum rationem ſubducebant homines: Si nullae ſunt naturae intelligentes homine excellentiores, ſi ſol, luna, ceteraque ſidera intelligentia carent & conſilio, neque Dii ſunt, ut loquebantur, nihil reſtat, quam ut nullum omnino eſſe Deum ſtatuamus. Temerarium, opinor, & ineptum plebis hoc videbitur plerisque judicium: verum hoc multo mirabilius, quod duo graviſſimi philoſophi, *Socrates* & *Plato*, eodem errore ſeſe abripi paſſi ſunt. (*k*) Ille quidem in *Apologia ad Athenienſes* abſurdam eſſe hanc *Anaxagorae* doctrinam, profeſſus eſt: hic autem *Libro de legibus* viam inde patere ad omnis religionis atque pietatis deſpicientiam, conqueritur: (*) Ἐμοῦ καὶ σοῦ, ὅταν παμπόλλα λέγωμεν, ὡς εἰσὶ θεοί, παῦτα αὐτὰ περιφέροντος, ἥλιόν τε καὶ σελήνην καὶ ἄστρα καὶ γῆν, ὡς θεὸς καὶ θεῖα ἄττα, ὑπὸ τ' ἀφρόνων τούτων ἀναπεπεισμένοι ἂν λέγοιεν, ὡς γῆν τε καὶ λίθους ἄττα αὐτὰ, καὶ κἀν τ' ἀνθρωπίνων πραγμάτων φροντίζειν δυνάμενα. *Quum ego & tu haec ipſa ſigna Deos eſſe aſſerimus, ſolemque ac lunam, ſidera & terram quaſi Deos & res divinas in medium adducimus, tunc juvenes ab iſtis ſapientibus aliter perſuaſi, terram & lapides haec eſſe, dicunt, nullamque rerum humanarum curam habere poſſe.* Duo ſunt in hocce loco, quae ſi praetermitterem, turpiter facerem. Primo conſtat ex eo, pro Deo vere ac proprie nihil olim fuiſſe ab antiquis habitum, niſi quod mentis, conſilii, & rationis particeps eſſet. Deinde *Platonem* ex his verbis ſibi perſuaſiſſe apparet, nullos impietati religionumque contemtioni majora comparare praeſidia, quam qui Deos illos populorum inferiores, ſolem, lunam, & ſtellas, ſine animis, vita, & ratione eſſe, diſputarent, eoque

(*) De legib. Lib. X. p. 886. (p. 665. ed. Ficini.)

(*k*) *Ille quidem*] Aut potius *Plato* in *Apologia Socratis p.* 362.

(*l*) *Concinerent*] Conferri cum his ea velim, quae ſupra *Diſſ. de natura genitrice* §. 6. de hac ipſa re tam a *Cudworthio* ſcripta, quam a nobis obſervata ſunt.

Digitized by Google

que modo facultatem omnibus concederent ex Deorum eos ordine ejiciendi.

His addamus oportet, tam *Platonem*, quam *Aristotelem*, *Anaxagoram*, etsi Deum aperte profiteretur, mentemque infinitam orbem huncce fabricatam esse, doceret, levitatis tamen & inconstantiae pariter insimulasse, nonnullaque ab eo recepta & in medium prolata esse, prodidisse, quae ceteris de Deo dogmatibus ejus parum responderent & (*l*) concinerent. Quisquis orbem hunc a sapientissima mente paratum & compositum esse tuetur, is etiam defendat, necesse est, omnia certo consilio & proposito facta esse, nec esse aliquid in universa rerum natura, quod melius atque sapientius fieri potuisset. Verum *Anaxagoras*, quem prius illud constanter decrevisse accepimus, tamen, quum ad singularum rerum, quae in orbe eveniunt, explicationem ventum esset, plerumque materiae non egrediebatur finibus, & ex ea rerum omnium educere studebat principia. Sapientiam & voluntatem infinitae mentis, quam esse credebat, non nisi raro testabatur. Ubi vero relinqui sese cernebat a materia, remque desperatam intelligebat esse, tum demum ad Deum, tamquam ad ancoram, repente confugiebat. Morem huncce hominis *Socrates* in *Phaedone Platonis* belle expressit: cujus idcirco, quam huc transferam, dignam esse orationem, arbitror. Igitur (*m*) *Socratem* loquentem audiamus: (*) *Verum quum audissem aliquando ex libro Anaxagorae,* ὡς νοῦς ἐστιν ὁ διακοσμῶν τε καὶ πάντων αἴτιος, *mentem omnia exornare, omniumque caussam esse, hoc utique caussae genere magnopere sum delectatus, existimans, huic sententiae consentaneum esse, mentem esse omnium caussam: putabamque, si id ita esset, ut mens omnia exornaret, singula per hanc ita esse disposita, ut optime disponi poterant: propterea, si quis vellet caussam invenire, qua singula fiant atque pereant, aut sint, hoc ipsum esse inveniendum, qua videlicet ratione βέλτιον, optimum sit unicuique aut esse, aut quodvis aliud pati, vel agere. At*
461 *quum avide hunc ipsum postea librum legerem, videbam hominem mente quidem nullo modo utentem, nec caussam ullam ad ipsum rerum ornatum referentem, sed aëreas naturas & aethereas aqueasque, & talia multa incredibilia pro rerum caussis assignantem. Qua quidem in re ille mihi perinde visus est agere, ac si quis diceret, Socratem, quaecumque facit, mente facere: deinde volens singulorum, quae facio, caussas explicare, dicat primum quidem, nunc me hic propterea sedere, quoniam corpus meum ex ossibus nervisque compositur: & ossa quidem solida sunt, & junctiurarum intervalla inter se habent; nervi autem sunt hujusmodi, ut intendi remittique valeant, complectantur ossa cum carnibus atque cute, quae illa continet. Elatis igitur ossibus in suis conjunctionibus, nervi, qui & intendunt & remittunt commode, faciunt, ut flectendi membri cujusque habeam facultatem, atque hanc ob caussam hic inflexus sedeam: caussas autem hujus rei verissimas interea negligeret, videlicet, quoniam Athenienstibus melius visum fuerit me condemnare, ideoque mihi etiam melius visum sit hic sedere, justiusque judicarim exspectantem dare poenas, quas illi*

(*) P. 97. Steph. (p. 393. Ficini.)

(*m*) *Socratem*] Non haec ipsa tamen est *Socratis* apud *Platonem* oratio, sed summa tantum & argumentum eorum, quae fusius loquitur.

(*n*) *Disputant*] In *Cartesium* & ejus discipulos haec esse dicta, nemo non harum rerum mediocriter peritus intelligit. Quibus quantum tribuendum sit, ex illis, ut opinor, constabit, quae *ad Diss. de natura genitrice* supra monuimus. Ceterum omnia haec, quae de *Anaxagorae* philosophia hic differuntur, remotiora mihi videntur esse a quaestione illa, quam proposuerat vir eximius: utrum *Anaxagoras* multos etiam Deos, praeter unum, quem esse fatus est, coluerit, aut Athenienstium Numinibus supplicaverit? Tangit quidem hanc quaestionem *Cudworthus*, videturque accedere illis velle, qui affirmant hoc: at deinceps plane

illi jubeant: ſiquidem jam diu, ut arbitror, hi nervi atque haec oſſa apud Megarenſes aut Boeotios eſſent ὑπὸ δόξης τοῦ βελτίστου, *ipſius, quod optimum eſt, opinione delata, niſi juſtius honeſtiusque cenſuiſſem poenas civitati pendere, quascumque a me exigat, quam ſubterfugere atque exſulem vivere. Hoc philoſophorum genus*, ita pergit poſtea, *nequit diſcernere, aliam quidem eſſe veram alicujus rei cauſſam, aliud vero illud, ſine quo ipſa cauſſa non eſſe poteſt cauſſa. Tales illi ſunt, qui varias cauſſas phyſicas afferunt ſatis lepidas, quare terra ſit ſtabilis, potentiam vero ipſam, qua nunc ita diſpoſita ſit, ut optime diſponi poterat, neque perquirunt, neque δαιμονίαν ἰσχὺν, divinam quamdam vim habere, putant; ſed Atlantem quemdam robuſtiorem & immortaliorem magisque omnia continentem inveniſſe ſe, opinantur.* Τὸ γὰρ ἀγαθὸν καὶ τὸ δέον ἅδὲν ξυνδεῖν καὶ ξυνέχειν. *Ipſum autem bonum atque decens colligare atque continere re vera nihil, exiſtimant.* Haec *Platonis* verba, quemadmodum animo affectus fuerit *Anaxagoras*, copioſe declarant. Deum eſſe, omnino fatebatur, mentemque infinitam res omnes condidiſſe; ſi ipſam tamen demas materiam, ex qua conſtant univerſa, praedicabat. Attamen non omnia philoſophiae illius impiae & inanis, quam a magiſtris ſuis & antiquis ſcholae, quam tenebat, praefectis traditam acceperat, femina ejecerat ex animo. Quapropter, quod illi fecerant, cauſſas rerum phyſicas continuo venabatur, rariſſimeque Dei ſapientiam & voluntatem ad eventa naturae explicanda adhibebat. Cujus ego viri diſciplinam atque rationes cur ceteris exponerem uberius, hanc in primis cauſſam habui, quod ad philoſophorum quorumdam aetatis noſtrae ingenium proxime accedat omnium. Sunt enim & hodie, qui Deum tollere videri nolunt, nec antiquius tamen aliquid habent, quam omnem rationem, conſilium, & propoſitum ab orbis hujus fabricatione excludere, atque rerum univerſarum ortum ad neceſſitatis motusque ſempiternas leges referre, vorticibus, globulis, ſtriatis particulis, & neſcio quibus aliis in divinae ſapientiae locum ſufflectis. Atque hoc genus, tametſi *Chriſtum* ſequi ſeſe dicat, equidem non poſſum, quin ipſo turpius eſſe pronuntiem *Anaxagora*, quem *Ariſtoteles* & *Plato* infamiae nota inuſtum poſteris tradiderunt. Namque hic non modo principium motus a Deo ducebat, ſed etiam Dei conſilio, ratione, & gubernatione unice factum eſſe, docebat, ut tam aptam & concinnam materia formam nanciſceretur, iſteque naturae concentus, quem nemo ſapiens admirabilem eſſe negat, exſiſteret. Quamobrem Deum quoque cauſſam pulcri atque boni, ἕνεκα τοῦ καλῶς αἰτίαν, nominabat. At hi philoſophi alterum quidem illud non inficiantur, verum hoc penitus rejiciunt: contra coelum, ſtellas, plantas, arbores, animalia, & quidquid praeterea mundum hunc conſtituit & ornat egregie, ex certa quadam motus ſive agitationis menſura, quam Deus primo materiae indiderit, & in vorticem contorſerit, (*n*) diſputant.

§. XXI.

plane dimittit eam, neque dirimit; id quod tamen inſtitutum ejus poſtulabat. Idem antea in *Xenophane* fecerat. Animus ipſi eſt, oſtendere, qui plures olim Deos venerati ſunt, eos ſimul tamen uni omnium ſupremo Numini ſerviiſſe. Itaque *Xenophanem* & *Anaxagoram*, quorum exemplis in hac cauſſa vult uti, & uni & pluribus Diis una ſacra feciſſe, oſtendere debebat. Mihi quidem nec *Xenophanes* nec *Anaxagoras* curaſſe videntur vulgi, & Athenienſium in primis, Numina, neque aliquid pro Deo, ſi unam illam excipias, quam omnia moderari credebant, mentem, habuiſſe. Neque tamen fieri potuiſſe negem, ut *Anaxagoras*, qui unam rebus omnibus mentem praeſidere arbitratus eſt, exiſtimaret, hac ex ſumma mente minores alias prodiiſſe mentes, rerum humanarum procurationi a celſiſſimo Deo admotas. De *Xenophane* vero non idem ſentio. Novi, & ipſum hunc philoſophum in verſibus, qui ſuperſunt, Deorum quoque meminiſſe: nec igno-

10,

462 §. XXI. Quum vero, qua quisque veterum philoſophorum aetate vixerit, incertum plerumque ſit & dubium, paullo ſtatui liberius in hac re verſari, neque curioſius uniuscujusque tempus exquirere. Ergo *Parmenides* nunc prodeat in medium, *Xenophanis* auditor, qui carmine, quas animo complexus erat, ſententias perſequutus eſt, atque propter familiaritatem, quae ipſi cum *Anaxia* & *Diochaete*, ſcholae Pythagoricae doctoribus, interceſſit, Pythagorae ſectae placitis haud mediocriter fuiſſe deditus vulgo creditur. Memini, ſupra jam ex ejus a me proferri carminibus nonnulla, quae nulli dubitandi locum relinquunt, plures eum Deos veneratum eſſe. Verum aeque manifeſtum eſt, unum ſummum potentiſſimumque Deum ab eo cultum eſſe, quem, *Simplicio* auctore, αἰτίαν θεῶν, *reliquorum omnium Deorum cauſſam*, appellavit: quorum Deorum principem *Anaxem* in lucem editum eſſe, perhibebat. Cum magiſtro ſuo, *Xenophane*, id commune habuit *Parmenides*, quod altiſſimum huncce Deum ἓν τὸ πᾶν, *unum illud eſſe, quod ſimul eſſet omnia*, praeciperet. Quod eumdem vero τὸ ἀκίνητον ſive *immobile* appellavit, id proprium & peculiare (*o*) ipſi fuit.

Ceterum, quae emiſit ſcripta *Parmenides*, ambiguitatis multum & obſcuritatis habebant. Qua quidem re veterum nonnullos, qui ſubtilitatem dogmatum metaphyſicorum non aſſequebantur, inductos fuiſſe, probabile eſt, ut haec ejus dicta phyſice exponerent, nec aliud eum ſibi voluiſſe perſuaderent, quam hoc, universum huncce mundum corporeum rem eſſe tantum unam, eamque immobilem. Quod dogma vident omnes cum diſcrimen ipſum rerum, tum omnem motum, mutationem, & actionem tollere. Nec idcirco, ſi tam abſurde ſenſiſſet, *Parmenides* philoſophi nomine dignus eſſet, verum amens atque furioſus merito dicendus eſſet. Ego vero *Simplicio* potius auctore & teſte in hac cauſſa utendum eſſe, putem, qui & veterum philoſophorum dogmata multis aliis rectius comprehendit, & exemplum habuit carminum *Parmenidis* philoſophicorum, quae jam tum paucis viſa erant, poſt ejus vero tempora prorſus interierunt. Atqui hic nihil horum flagitiorum in mentem veniſſe *Parmenidi*, teſtatur, eumque refert οὐ περὶ τῆ φυσικῆ τινος στοιχείου, ἀλλὰ περὶ τῆ ὄντως οὔσης, aut περὶ τῆς θείας ὑπεροχῆς, *non de phyſico quodam elemento aut principio, ſed de illa natura, quae vere eſt*, aut *de divina excellentia & praeſtantia*, ſcripſiſſe. Addit, fuiſſe quidem in antiquis philoſophis, qui res natura-
463 les ab illis, quae naturam ſuperant, τὰ φυσικὰ ἀπὸ τῶν ὑπὲρ φύσιν, haud ſecreviſſent: verum hac culpa Pythagoreos univerſe vacare, atque ſigillatim *Parmenidem*, *Xenophanem*, *Empedoclem*, *Anaxagoram*: quos omnes ait Ἀφυσίους ſeu diſtincte de his ro, *Ciceronem de divinatione Lib.* I. *Cap.* 3. *p.* 311. *T.* IX. *Opp.* ſcriptum reliquiſſe, *unum Xenophanem, quum Deos eſſe diceret, divinationem funditus ſuſtuliſſe.* Sed vereor, ne hi *Xenophanis* Dii partes tantum fuerint naturae rerum vita & ratione carentes, quibus parum apte ac proprie Deorum vocabulum impoſuerit, ut invidiam amoveret, aut tales, quales Stoicorum Dii, qui ab ipſo non differebant ſummo Deo.

(*o*) *Ipſi fuit*] Neſcio, an hoc ita ſese habeat, *Parmenidem*, non autem *Xenophanem*, docuiſſe, *unum* illud, quod *omnia* dicebat, ſimul eſſe ἀκίνητον ſeu *immobile*. Mihi quidem parum abeſt, quin univerſa, quae vulgo *Eleatica* dicitur, ſecta hoc dogmate videatur imbuta fuiſſe. Neque ita ſine auctore ſentio. *Ariſtocles Libro de philoſophia* apud *Euſebium Praeparat. Euangel. Lib.* XIV. *Cap.* 17. *p.* 756. diſertis verbis teſtatur: Τουτῶν γὰρ τῶν πρώτων μὲν Ξενοφάνης, εἶτα Παρμενίδης, εἶτα Ζήνων, εἶτα Μέλισσος ἦλθον, ὕστερον δὲ οἱ περὶ Στίλπωνα καὶ τοὺς Μεγαρικούς· ὧν ἓν μόνον ἔστι γε τὸ ὂν ἓν εἶναι, καὶ τὸ μὲν ὂν ἕτερον εἶναι, μηδὲ γινέσθαί τι, μηδὲ φθείρεσθαι, μηδὲ κινεῖσθαι τὸ παράπαν. *Ac primum quidem Xenophanes, Parmenides, Zeno, & Meliſſus in ea ſunt doctrina verſati, quam Stilpo deinde ac Megarenſes philoſophi defendere. Hi, quidquid eſſet, unum dumtaxat eſſe; quod ab eo diverſum eſſet, id non eſſe; generari nihil, nihil corrumpi,* MOVERI OM-

his rebus & ſapienter praecipere, *quamvis propter ſummam eorum obſcuritatem id non ab omnibus perceptum ſit*, καίπερ τῇ ἀσαφείᾳ λανθάνοντες τὰς πολλάς. Certe haec obſcuritas multis nocuit tam inter Chriſtianos, quam Deorum cultores, effecitque, ut horum ſapientum dogmata longe ſecus, atque res ipſa & ratio flagitabat, plerumque intelligerent. Sed pergamus audire *Simplicium*: qui binas ordine doctrinas propoſuiſſe narrat *Parmenidem*, alteram rerum divinarum & ſupra naturam poſitarum, quam ἀλήθειαν dixerit, ſeu *veritatem*, alteram rerum phyſicarum ſeu corporearum, cui nomen dederit δόξης, ſeu *opinionis*. Inter utramque hi verſus interjecti erant, qui auctorem ſignificabant ad rem novam tranſire:

Ἐν τῷ σοι παύω πίσιν, λόγον ἠδὲ νόημα
Ἀμφὶς ἀληθείης· δόξας δ' ἀπὸ τόνδε βροτείας
Μάνθανε, κόσμον ἐμῶν ἐπέων ἀπατηλὸν ἀκούων.

Quam primo tractabat loco, ſcientia unum ex ſententia ejus & immobile principium habebat: verum altera binis utebatur, iisque mobilibus, igne & terra. Animos vero, tamquam vinculum quoddam, ſpectari volebat, quo res corporeae & corpore deſtitutae inter ſe jungerentur, Deumque docebat τὰς ψυχὰς πέμπειν καὶ μὲν ἐκ τῶν ἐμφανῶν εἰς τὰ ἀειδὲς, καὶ ὃ ἀναπαλιν, *mittere interdum & transferre animas ex illis, quae videntur, in regiones, quae ſub adſpectum non cadunt, & rurſus interdum ex regionibus, quae non videntur, in illas amandare, quae videntur.* Quamobrem non ut Phyſicum loquutum eſſe *Parmenidem*, manifeſtum eſt, quum unum & omnia, eaque motu deſtituta, principii loco adſciſceret, verum ut Theologum & rerum ſupra naturam poſitarum ſpeculatorem. Atque nihil hac re clarius olim fuerit, neceſſe eſt, quum ipſum *Ariſtotelem*, qui, ut haberet, quod in *Parmenide* poſſet reprehendere, ſententiam ejus obſcurare & pervertere ſtuduit in *Phyſicis*, eam non diſſimulare potuiſſe, videamus. (*p*) Sic enim exorditur orationem: *Neceſſe autem eſt, aut unum eſſe principium, aut plura; &, ſi unum ſit, aut eſſe immobile, ut inquiunt Parmenides & Meliſſus, aut quod moveatur, ὥσπερ οἱ φυσικοὶ, ut ajunt phyſici.* Quod neſcio an quid aliud ſit, quam aperte profiteri, *Meliſſum* & *Parmenidem* Phyſicorum perſonam haud ſibi ſumſiſſe, quum unum eſſe rerum omnium & immobile principium decernerent. Paullo poſt controverſiam iſtam: ſitne aliquod unum & immobile principium? ad phyſicam pertinere negat ſcientiam, & ad aliam quamdam diſciplinam referri jubet. Quod ipſum (*q*) alias multo etiam luculentius declarat,

464

OMNINO NIHIL, *ſtatuebant.* Neque tamen negem, diſcrimine quodam *Xenophanis* & *Parmenidis* dogmata hac in re ſejuncta fuiſſe, nec eodem utrumque modo rerum omnium principium immobile dixiſſe. Etenim *Parmenides* & *Meliſſus* apud *Ariſtotelem*, *Sextum*, aliosque veteres motum prorſus e natura rerum ſuſtuliſſe arguuntur: cujus ſententiae *Xenophanem* a quoquam poſtulatum eſſe, non recordor. Moris id eſt plerisque antiquorum auctorum, quorum pauci ſectarum veterum dogmata, qua fas fuiſſet, diligentia ſcrutati ſunt, ut conjungant eos ſententiis, quos iisdem verbis uſos fuiſſe vident; quum tamen opinionibus interdum vehementer diſſent, quibus eadem in ore verba ſunt. Quanta ſit linguarum fere omnium paupertas & inopia in exprimendis animi notionibus & contemplationibus, nulli ignorare poſſunt eorum, qui ſeverius aliquanto meditati ſunt. Ita fit, ut diverſis ſaepenumero notionibus eadem jubeamur conſecrare vocabula: ex quo multorum, qui mediocriter tantum intuentur omnia, inſignes errores naſcuntur.

(*p*) *Sic enim*] *Phyſicae auſcultat. Lib.* I. *Cap.* 2. *p.* 446. *T.* I. *Opp.*

(*q*) *Alias*] Hic locus exſtat *Libro* III. *de coelo Cap.* 1. *p.* 668. Ego vero tria haecce *Ariſtotelis* dicta parum ad purgandum *Parmenidem* valere, neque tantum habere momenti, arbitror, ut

Digitized by Google

rat, ſic de *Parmenide* & *Meliſſo* differens: Εἰ καὶ τ' ἄλλα λέγουσι καλῶς, ἀλλ' ὅ φυσικῶς γε δεῖ νομίζειν λέγειν· τὸ γὰρ εἶναι ἄτλα τ' ὄντων ἀγήνητα καὶ ὅλως ἀκίνητα, μᾶλλον ἴσως ἐπίσης καὶ πρότερος, ἢ κατὰ φυσικῆς ἐπισκέψεως. *Quos, etſi bene cetera dicunt, non naturaliter tamen dicere oportet putare. Eſſe namque rerum aliquas ingenitas, omninoque immobiles, ad aliam magis atque priorem, quam ad naturalem, conſiderationem ſpectat.*

Igitur *Parmenides*, aeque atque praeceptor ejus *Xenophanes*, quod unum eſſe dixit & omnia, quodque ſimul immobile appellavit, id ſummum illum, quem inveſtigamus nunc in ſcriptis philoſophorum, Deum eſſe, ſtatuit. Hoc enim veterum philoſophorum genus Deum primo τὸ ἓν καὶ μονάδα nominare ſolebat, *unum & monada*, quoniam naturam omnium principem & perfectiſſimam, unde reliqua univerſa manaſſent, ſimpliciſſimam quoque eſſe, non poterant non intelligere. Sic mentem eorum (r) *Eudorus* apud *Simplicium* explicat: Ἔλεγλον ἔφασαν εἶναι τ' πάντων τὸ ἕν. ὡς καὶ τ' ὕλης, καὶ τ' ὅλων πάντων ἐξ αὐτοῦ γεγονυίαν· τοῦτο δ' εἶναι τ' ὑποκείμενον ἓν. *Veteres hi affirmabant, unitatem primum eſſe rerum omnium principium, materiamque non minus ipſam, quam reliqua omnia ex ea eſſe derivata. Unum autem hocce nihil erat ipſis, quam ſummus ille, qui eſt ſuper omnia, Deus.* Nec aliter (s) *Syrianus*: Οἱ θεῖοι ἐκεῖνοι ἄνδρες τὸ ἓν θεὸν ἔλεγον, ὡς ἑκάστου πρὸς ὅλως αἴτιον, καὶ πάντος δ' ὅλου, καὶ πάσης ζωῆς. *Divini viri hi Deum id, quod unum eſt, appellarunt, quoniam cauſſa eſt unitatis omnium rerum, nec non ejus omnis, quod re vera exſtitit, vitaeque omnis.* (*) *Simplicius* vero illud principium, quod *Parmenides* τὸ ἓν ὄν, *unum ens*, appellavit, certam eſſe quamdam concludit divinam naturam, mente atque intelligentia cum longe excellentiorem, tum ſimpliciorem: Λειπτέον ἦν, τὸ νοητὸν πάντων αἴτιον, ὃ δὴ καὶ ὁ νοῦς ἐστι καὶ τὸ νοεῖν, ἐν ᾧ πάντα καὶ μόνα θεῖα συνεχεμένως καταλαμπτέον καὶ ἀναμφίβολα, τῶν τῶν τὸ Παρμενίδειον ἓν ὄν. *Reliquum igitur eſt, ut conſtituamus, intelligibile illud, quod cauſſa eſt omnium rerum,*

(*) F. 31. ed. Gr. (Comm. in Phyſ. Ariſtot.)

nos credere cogant, *unum* ejus & *omne* naturam fuiſſe prorſus ab hac univerſitate ſecretam, motumque, quem veteres ab eo ſublatum eſſe, una teſtantur voce, non hujus univerſitatis eſſe motum, ſed alium. (I.) Quod *Ariſtoteles* Phyſicos opponit *Parmenidi* & *Meliſſo*, id nihil elt. *Phyſici* enim & *Phyſiologi* ſtilo *Ariſtotelis* veteres illi ſunt philoſophi ante *Socratem*, qui hoc unice munus ſuum fecerant, naturam rerum explorare, reliquis rebus & ſcientiis omnibus neglectis: e quorum numero nec *Parmenides* erat, nec *Meliſſus*. Innumeris hoc conſtat Stagiritae locis, e quibus unum tantum laudabo *Metaphyſ. Lib.* II. *C.* 7. *p.* 276. Οἱ μὲν οὖν καλούμενοι Πυθαγόρειοι τοῖς μὲν ἀρχαῖς καὶ τοῖς στοιχείοις ἐπέκεινα χρῶνται τ' φυσιολόγων. *Qui Pythagorici appellantur, principiis quidem & elementis alieniori modo, quam Phyſici, utuntur.* Phyſicos hic philoſophus opponit Pythagoreis, dumque id facit, ſimul tamen fatetur, Pythagoreos de elementis & rerum initiis praecepiſſe, id eſt, Phyſicorum partes ſuſtinuiſſe. Pleni ſunt *Phyſicorum* & *Metaphyſicorum Libri* locis ejusmodi. Nec idcirco *Sextum Empiricum* audiri velim, qui *Libro* X. *adv. Mathemat. Cap.* 2. *p.* 641. *Meliſſum* & *Parmenidem* propterea vocatos eſſe ἀφυσίκους, *non phyſicos*, ab *Ariſtotele*, affirmat, ὅτι ἀρχὴν κινήσεως ἔφη τ' φύσιν. *quoniam natura eſt principium motus*, quem hi philoſophi ſuſtulerint. Conjectura haec eſt cum nimis remota, tum *Ariſtotelis* ſcribendi generi repugnans. (II.) Nec, quod *Ariſtoteles* judicat, quaeſtionem: an aliquid immobile ſit, nec ne? non proprie ad Phyſicam pertinere, fortius juvat *Parmenidem*. Nam qui hanc controverſiam ad aliam referri vult ſcientiam, quam ad Phyſicam, is minime ſimul confitetur, eos, qui immobile aliquid eſſe volunt, de natura hujus immobilis recte praecipere, idque ex rebus phyſicis eximere. *Ariſtoteles* phyſicorum artem exiſtimabat circa illas res unice verſari, quae ſenſus noſtros feriunt, quae certum tantum tempus manent, quo abſoluto pereunt, quae denique motum habent, nobis ſaltem habere videntur: in qua quum eſſet ſententia, conſentaneum erat, ut deliberationes ejusmodi de rebus aeternis, a ſenſibus remotis, & generalioribus ad aliam amandaret diſciplinam. Juvabit ipſum audire philoſophum *Metaphyſicor. Lib.* VI. *Cap.* 1. *p.* 347. 348. *T.* IV. *Opp.* Εἰ δ' τι ἐστὶ ἀκίνητον καὶ ἀΐδιον καὶ χωριστὸν, φανερὸν, ὅτι θεωρητικῆς τὸ γνῶναι, οὐ μέντοι

a quo & intelligentia & mens ipſa ſunt, in quo continentur & comprehenduntur omnia compendioſe & ſecundum unitatem quamdam, illud, inquam, intelligibile id eſſe, quod Parmenides vocavit unum ens.

Sed iidem, quorum ſeſe ordini *Parmenides* adjunxit, philoſophi antiquiores Deum illum, quem ἓν ὄν, *unum ens*, ſive naturam omnium primam & ſimpliciſſimam dicebant, ſimul τὸ πᾶν, *omne* ſeu *univerſum*, appellabant, eo quod res omnes efficienter contineret, &, ut ait *Simplicius*, πάντα διακεκριμένως ἐμφαίνοι ἀπ' αὐτοῦ, *unus omnia diſtincte explicaſſet atque diſtribuiſſet.* Quam propter cauſſam unum illud, cujus res hic agitur, a *Platone* in *Parmenide* dicitur ἐπὶ πάντα πολλὰ ὄντα τετμημένον, *in res omnes, quae varii ſunt generis, diſtributum. Parmenidem* certe mundum non intellexiſſe corporeum, quum τὸ ἓν καὶ πᾶν, *unum & omne*, praedicaret, vel ex eo effici- 465
tur, quod idem ἀδιαίρετον, *individuum* eſſe, atque, quod (*) *Simplicius* obſervavit, omni magnitudine carere, dixit. Quae ideo verba adhibuit, quia, quod modo perfectiſſimo unum eſt, partes nullo modo habere poſſe, ſentiebat.

Ergo formula iſta, ἓν τὸ πᾶν, *unum eſt omnia*, id quod diligenter animadverti debet, ſenſu multum diverſo uſurpata eſt a veteribus philoſophis. *Parmenides* enim & *Xenophanes* ſummum ea Deum deſignabant, ſive unam illam maximeque perfectam naturam, quae ceteris rebus omnibus ortum dediſſet ac initium. Verum alii ſummam ea tegebant impietatem, atque id, quod rerum omnium eſt ultimum & viliſſimum, materiam nimirum ſive corpus, unum & omnia dicebant, ut res omnes ſignificarent una eademque materia, vario tamen modo affecta & diſpoſita, conſtare. Habeo luculentum, ex quo patet hoc, *Ariſtotelis* locum: (†) Ὅσοι μὲν οὖν ἓν τι τὸ πᾶν καὶ μίαν τινὰ φύσιν, ὡς ὕλην, ποιοῦσι, καὶ ταύτην σωματικὴν καὶ μέγεθος ἔχουσαν, δῆλον, ὅτι πλανῶνται ἁμαρτάνουσι. *Quicumque igitur univerſum unum & unam*

(*) In Phyſ. fol. 17. col. 2. (†) Metaphyſ. Lib. I. C. 7. (p. 274. T. IV. Opp.)

τοι φυσικῆς γε· περὶ κινήσεως γάρ τινων ἡ φυσική. —— ἃ μὲν οὖν φυσικὰ περὶ ἀχώριστα μέν, ἀλλ' οὐκ ἀκίνητα. *Quod ſi quippiam eſt immobile & aeternum & ſeparabile, patet, quod ſpeculativae eſt, de eo cognoſcere, non autem phyſicae: de mobilibus namque quibusdam phyſica eſt.* —— *Phyſica etenim circa inſeparabilia quidem, ſed non immobilia.* Hinc, quae de coelo & mundo, quos aeternos eſſe ducebat Stagirita, diſputari poſſunt, a Phyſica ſejunxit, & partim ſeparatim tractavit, partim ad Metaphyſicam retulit. (III.) Hinc jam tertio, quid reſpondendum ſit ejus loco, apparet, quo bene quidem quodammodo diſſeruiſſe *Parmenidem* & *Meliſſum*, concedit, at Phyſicorum officio negat functos eſſe. Ipſe *Ariſtoteles*, id quod in vulgus notum eſt, eſſe aliquid aeternum, & ſimul immobile, Deum nimirum, ſtatuebat. Quare non poterat, quin iſtos philoſophos in univerſum laudaret, qui pariter unum eſſe aliquod peremne atque motus expers, profeſſi ſunt. Neque tamen, id faciens, quale illud ſit immobile *Parmenidis*, ſignificat, aut hominem recte de illo ſenſiſſe, fatetur: contra ſententiam ejus aliis in locis, maxime *Lib.* I. *Phyſicorum* & *Lib.* I. *Metaphyſ.* & declarat & caſtigat. Ne iniquus tamen ſim, eſſe diffiteri nolo locum apud *Ariſtotelem*, qui doctiſſimum *Cudworthum* praeteriit, quo *Parmenidis* diſciplinam philoſophus videtur indicare talem fuiſſe, qualem *Cudworthus* eam eſſe vult, *Metaphyſ. Lib.* I. *Cap.* 5. *p.* 270. *T.* IV. *Opp.* Παρμενίδης μὲν ἔοικε τοῦ καθ' ἕνα λόγου ἐπιβεβηκέναι· Μέλισσος δὲ τοῦ κατὰ τὴν ὕλην· διὸ καὶ ὁ μὲν πεπερασμένον, ὁ δὲ ἄπειρόν φησιν εἶναι αὐτό. *Parmenides etenim unum ſecundum rationem attigiſſe videtur: Meliſſus vero ſecundum materiam. Quare id etiam ille quidem finitum, hic vero infinitum ait eſſe.* Sed ut omittam, conjecturam hic tantum proponi, locus hicce vehementer obſcurus eſt, neque patet, quid Stagirita unum κατὰ λόγον & unum κατὰ ὕλην dixerit. De ipſa *Parmenidis* ſententia paullo poſt diſſeretur.

(r) *Eudorus apud Simplicium*] *Comm. in Phyſicam Ariſtot. p.* 39. *ed. Graecae Aldinae.*

(s) *Syrianus*] Ex codice manu ſcripto *Comm. Syriani in Libros aliquot metaphyſicos Ariſtotelis* haec ſine dubio verba excerpſit vir doctiſſimus. Nec enim adhuc Graece hic *Commentarius* editus eſt.

Digitized by Google

unam quamdam eſſe naturam, ut materiam, ponunt, & hanc corporalem & magnitudinem habentem, patet, quod multipliciter errant. Sed eſt tamen non leve, quod utrosque ſejungit, diſcrimen. Nullus eorum, qui hoc ſcito ad flagitia religionumque detrimentum abuſi ſunt, ſive aërem, ſive aquam, ſive aliud quid in animo habetent, unum illud & omnia *immobile* dixerunt eſſe, ſed mobilitatem ei ſemper adjunxerunt. Contra *Parmenides*, *Meliſſus*, & *Zeno* immobile judicarunt eſſe, quod ita vocabant. Ex quo efficitur, Deum eos intellexiſſe unum, idque ſolum docere ſuos voluiſſe, unam eſſe, ſimpliciſſimam, perfectiſſimam, immmutabilem, omnique concretione liberam naturam, quae res omnes, tamquam cauſſa, ſinu ſuo complecteretur, atque univerſitatem olim condidiſſet & ex ſe procreaſſet. At *Heraclitum*, quem pariter dixiſſe ferunt, ἓν εἶναι τὸ πᾶν, *unum eſſe omnia*, ſive univerſitatem rem unam eſſe & eamdem, utrumque formulae hujus ſenſum copulaſſe, conjicio, atque omnia ex uno Deo & ex uno igne profecta eſſe, cenſuiſſe. Idem prope de Stoicorum dogmate pronuntiem. Utrique enim Deum ita eſſe profitebantur, ut a corpore eum haud disjungerent, ignemque rationis & conſilii compotem rerum omnium exiſtimarent eſſe cauſſam & initium.

Ipſe *Ariſtoteles*, quem in *Phyſicis* de *Meliſſi* & *Parmenidis* auctoritate multum ideo detraxiſſe, monuimus, quod immobile illi rerum ſtatuerent principium, in *Metaphyſicis* eamdem, quam illi, viam atque rationem manifeſto ingreditur. Concedit enim, qui unum eſſe cenſent a corpore remotum & immobile rerum omnium principium, eos Deum fateri, Deumque largitur ſummum naturam eſſe motus omnis neſciam. En ipſa philoſophi verba: (*) Εἴπερ ἐστί τις οὐσία τοιαύτη, λέγω δ', χωριστὴ καὶ ἀκίνητος, ὅπερ πειρώμεθα δεικνύειν, ἐνταῦθα ἂν εἴη που καὶ τὸ θεῖον· ἡ αὕτη ἂν εἴη πρώτη καὶ κυριωτάτη ἀρχή. *Si aliqua quidem talis ſubſtantia eſt, dico autem, ſeparabilis & immobilis, quod tentabimus oſtendere, illic profecto divinitas erit: & hoc erit primum & principale principium.* Erunt forte, qui, ſi minus *Parmenidem*, *Ariſtotelem* tamen multa ejusmodi principia immobilia, ſeu non unas naturas principii expertes ac per ſe exſiſtentes, quarum quaelibet non nihil ad mundi fabricationem contulerit, ſtatuiſſe, ſuſpicabuntur. Verum his *Simplicius* (†) ſatisfaciat, qui μὴ γεγενῆσθαι. confirmat, δέξαν πολλὰς καὶ ἀκινήτους τὰς ἀρχὰς λέγουσαν, id eſt, *tametſi veterum philoſophorum varii multa* (nonnulli etiam infinita) *eſſe dixerint principia mobilia, nullum tamen inter philoſophos exſtitiſſe, qui diceret, multa & varia eſſe principia immobilia.* Ex quo concludimus, qui multas mentes nec factas nec genitas, ſed per ſe exſiſtentes, diceret, aut plures Deos aequalis virtutis atque gradus orbis hujus conſtructioni praeficeret, in antiquis neminem inventum eſſe philoſophis.

Verum videamus, quemadmodum *Plotinus* interpretatus ſit *Parmenidem.* Is igitur τὸ ὄν ſive *ens* illud, quod in ſcriptis ſuis toties commemoravit *Parmenides*, perfectam eſſe mentem ſive intelligentiam, nil quidem dubitare videtur. Nihil enim vere exſiſtere & eſſe, philoſophum hunc putare, ait, praeter id, quod intelligat. Hanc vero mentem, a corpore licet abſtractam, cum ſphaera comparaſſe ſeu globo, cenſet, eo quod cuncta in ſemet involuta comprehendat, quodque ratio ac intelligentia omnis non extra eam ſit, ſed in ea. Quod vero hoc ipſum *ens* in

(*) L. VI. C. 1. (p. 348.) & Lib. XIII. C. 7. (p. 462.)
(†) In Phyſ. Ariſt. f. 17.

(†) *Ariſtotelem*] *Metaphyſicor. Lib.* I. *Cap.* 6. *p.* 272. *T.* IV. *Opp.* Hoc vero *Ariſtote-*
les

Digitized by Google

in libris ſuis *unum* etiam appellaverit, inde putat eveniſſe, ut in nonnullorum reprehenſionem incurreret, ensque illud ſuum & *unum* & *multiplex* ſimul feciſſe videretur, quum intelligentia tamen & ratio rerum omnium ſpecies & notiones complectatur. Ergo totam *Parmenidis* diſciplinam multo melius digeſtam, multoque diſtinctius & curatius expoſitam eſſe a *Platone* cenſet in *Parmenide*, ubi tria princi- 466
pia inaequalia ſeu tres in divinitate perſonas eſſe, profiteatur: (*) Ὁ μὲν Πλάτων Παρμενίδης, ἀκριβέστερον λέγων, διαιρεῖ ἀπ' ἀλλήλων τὸ πρῶτον ἕν, ὃ κυριώτερον ἦν, καὶ δεύτερον ἓν πολλὰ λέγων, καὶ τρίτον ἓν καὶ πολλά· καὶ σύμφωνος ἑαυτῷ καὶ αὐτὸς ἐν ταῖς φύσεσι ταῖς τελείαις. *Parmenides autem loquens apud Platonem, exactius inter ſe diſtinguit primo ipſum unum, quod & praecipue unum eſt, ſolumque unum: item ſecundum unum multa nominat: tertium denique unum atque multa. Hic itaque ſic tres dictas confirmat naturas.* Et ego quidem, quod quaſi in itinere poſitus indico, hanc minime admonitionem *Plotini* ſpreverim; quin ad obſcurum & difficilem *Platonis Dialogum*, quem *Parmenides* inſcripſit, referandum vix aliquid opportunius hoc inveniri poſſe, arbitror. Quod ſi igitur tribus divinitatem *hypoſtaſibus* ſeu perſonis contineri, credidit *Parmenides*, illud, quod proprie τὸ ἓν καὶ πᾶν, *unum & omne*, vocare ſolebat, primum in illis haud dubie locum tenuit. Alteram vero, quam perfectiſſimam judicabat mentem eſſe, videtur diſcriminis gratia ἐν πολλὰ vel πάντα, *unum multa* ſive *omnia*, nominaſſe. Haec *omnia* vero ſpecies rerum ſunt intelligentiae obviae, quas univerſas mens perfectiſſima complectitur in ſe & comprehendit. Nec de aliis, quam de his ipſis ſpeciebus, intelligi debet pronuntiatum ejus: *res omnes ſtare & permanere, non autem fluere.* Singulas autem res & in ſenſus incurrentes haud in eodem ſtatu manere, praecepit. Namque has, quod ipſe confirmat uſus, recte fluere docuit *Heraclitus* cum ſectatoribus. Verum illas notiones, quae, re nulla interjecta, animis noſtris obverſantur, aeternas pronuntiavit eſſe & immutabiles. Atque ipſe *Ariſtoteles* (†) generari eas & corrumpi poſſe negavit, eo quod nullarum certa poſſet eſſe & immutabilis ſcientia, niſi mentibus noſtris aeternae, immutabiles, & neceſſariae ſpecies & notiones objicerentur. Igitur, quae *Parmenidis* & *Heracliti* familias diſtraxit olim, nobiliſſima quaeſtio: resne omnes fluerent perpetuo, an quaedam ex illis conſiſterent? eodem *Ariſtotele* judice, hanc unice vim habebat & ſententiam: utrum, praeter ea, quae ſenſibus ſubjecta ſunt, alia quaedam eſſent immutabilia, in quibus contemplandis verſari poſſet animus, nec ne? Cui quidem diſceptationi haec altera colligata & connexa eſt: ſitne ſcientia quaedam aut notitia, quae ſtabilitatem certamque rationem & veritatem adjunctam habeat? Quicumque enim ex *Heracliti* diſcipulis mentibus objici negabant aliquid, niſi quod ſingulare eſſet, & ſenſibus pateret, hi non poterant, quin etiam contenderent, certam, ſtabilem, & firmam ſcientiam nusquam eſſe. Nec enim, quod ſcriptum legimus apud (t) *Ariſtotelem*, *rerum ſingularium, quae ſenſibus percipiuntur, ulla definitio vel demonſtratio dari aut ſuſcipi poteſt.* Contra, qui *Parmenidis* obſequuti praeceptis, eſſe diſputabant ſcientiam quamdam firmamentis fretam minime dubiis, a ſemet ipſis diſceſſiſſent, niſi acriter conſtanterque ſimul defendiſſent, cognitionem humanam non unice illarum rerum abſolvi notitia, quae ſepa-

ra-

(*) Enn. V. L. I. C. 8. (de tribus principal. ſubſtantiis pag. 490.)
(†) Metaph. Lib. IV. C. 5. (p. 298. T. IV. Opp.)

ta non ex ſuo, ſed ex *Platonis* ſenſu dicit. Ipſe ab hac abhorret ſententia.

Digitized by Google

ratim exſtant, & in ſenſus incurrunt, ſed habere mentem, in quibus exercere poſſit ſeſe, notiones alias aeternas, immutabiles, & a ſenſuum imperio remotas. Has vero notiones *intelligibiles* vocare ſolebant *ideas*; quas quidem unius ſummae perfectiſſimaeque mentis intelligentia comprehendi & contineri omnes, atque inde ad inferiores mentes ſive animos deferri, judicabant. Hos intra limites ſi conſtitiſſent *Parmenides* & Pythagorei, recte atque ordine feciſſent. Sed ingenue fateri decet, paullo longius hoc genus proceſſiſſe, nec modo exſiſtere aeternas atque immutabiles rerum notiones, quibus omnis niteretur ſcientia, conſtituiſſe, verum etiam has ipſas ſpecies, ut in divina continentur intelligentia, rerum omnium cauſſas & principia dixiſſe. Sic enim mentem eorum declarat *Ariſtoteles*: (*) Αἴτια τὰ εἴδη τοῖς ἄλλοις. *Ideae ſunt reliquarum omnium rerum cauſſae.* Et rurſus: Τὸ τί ἦν εἶναι ἑκάστῳ τῶν ἄλλων τὰ εἴδη παρέχουσι, τοῖς δὲ εἴδεσι τὸ ἕν. *Unicuique rerum ceterarum quidquid eſt, id ipſi eſſe ſpecies attribuunt: ſpeciebus autem ipſum unum eſſe dat.* Has in mente divina *ideas* philoſophi hi rerum omnium, quae conditae ſunt & exſiſtunt, exemplaria & imagines eſſe, ducebant. At qui *Pythagora* duce utebantur, illis placuit iſtas notiones *numeros* frequenter appellare. Qua quidem ex re, quidnam ſibi velit notiſſimum ſcholae hujus ſcitum, quod multis portento-
467 ſum & perobſcurum viſum eſt, intelligitur: (o) *Numeros eſſe cauſſas & principia rerum omnium*, aut: *Ex numeris facta eſſe omnia & compoſita.* Hoc unum ſignificatum eſſe cupiebant hoc dicto, res omnes ad exemplum idearum, in divina mente repoſitarum, factas & effictas eſſe: has vero *numeros* dicebant, quod non ſecus atque numeri, a monade ſeu eo, quod unum eſt, omnes ducerentur. Ipſum *Ariſtotelem* interpretationis hujus auctorem ſiſtimus, qui pronuntiati iſtius, de quo diſſerimus, *numeros eſſe cauſſas & principia rerum reliquarum*, hanc (x) alicubi rationem reddit, ὅτι εἶδος ἀριθμοί, *quod numeri eſſent ideae.* Ceteroquin haud ego neſcius ſum, aliter etiam adhibuiſſe numeros *Pythagoreae* familiam, voluiſſeque ad decadem usque rerum ipſarum imagines eos eſſe & ſigna. Sed revertor ad *Parmenidem*, qui binis illis divinis naturis, quas adhuc commemoravimus, tertiam videtur etiam adjeciſſe. Atque eam quidem, quo ſecerneretur commode a reliquis, non ἓν τὸ πᾶν, *unum, quod eſt omne*, nec ἓν πάντα, *unum omnia*, ſed ἓν καὶ πάντα, *unum & omnia*, eo quod ceteris eſſet paullo mutabilior, nominandum ſibi eſſe ratus eſt. *Plotinus* aeternam eſſe eam cenſet animam, quae ad normam & praeſcriptum divinarum no-

(*) Metaphyſ. Lib. I. Cap. 6. (p. 273. T. IV. Opp.)

(o) *Numeros*] Τὰς ἀριθμοὺς αἰτίους εἶναι τοῖς ἄλλοις τῆς οὐσίας, apud *Ariſtotelem Lib* I. *Metaphyſ. Cap.* 6. *p.* 272. De ipſis *Pythagoreae* numeris tantum dixi ſupra, quantum ſcire convenit hominem, qui rationi ſuum eſſe ducit obſequi. Sententiam, quam hic adſciſcit vir doctiſſimus, numeros *Pythagoreae* & *Platonis ideas* non differre inter ſe, non ita pridem bene longa & erudita commentatione expoliit & defendit vir clariſſimus, *Jac. Bruckerus*, quae in *Jo. Georgii Schelhornii Amoenitat. Litterariis* exſtat *Tom.* VII. *p.* 173. [Probat & *Beauſobre Hiſt. de Manich. p.* 393.] Nihil ego repugno, quin hanc probent, ſi qui velint, opinionem: mihi vero multum intereſſe videtur inter rerum notiones ſeu ideas, & inter numeros, neque ſatis perſpicue intelligo convenientiam utrorumque. Sed in obſcuris ejusmodi rebus nihil explorati licet decernere.

(x) *Alicubi*] *Metaphyſ. Lib.* I. *Cap.* 6. *p.* 272. Verum more ſuo tam impeditus & obſcurus iſto in loco eſt *Ariſtoteles*, ut interpretis defungi me vix poſſe officio ſine magna temporis jactura, exiſtimem. Lateat igitur in tenebris ſuis, qui notus eſſe omnibus noluit.

(y) *Contenderunt*] De ſententia eorum, qui ab aeternitatis notione omnem ſucceſſionem removent, quae plerorumque hodie eſt Theologorum coetus noſtri, ejusdemque antiquitate infra, niſi fallor, commodior nonnulla differendi locus ſpe-

Digitized by Google

notionum res omnes, quibus mundus hic inferior continetur, reapſe finxerit & creaverit.

Ceterum, ne quid dubitationis alicui reliquum faciam hac in cauſſa, *Parmenidem*que nihil aliud intellexiſſe, quam unum omnium excellentiſſimum Deum, quum *unum omne*, illudque *immobile*, laudaret principium, alios quosdam ejus verſus, aut partem verius illorum exiguam, quibus id omnino declaratur, ex *Simplicio* proferam. Quod quidem eo facio libentius, quoniam in *Henrici Stephani Poëſi philoſophica* eos omiſſos video:

(*) —— Ὡς ἀκίνητον ἐὸν καὶ ἀνώλεθρόν ἐστιν,
Οὐδέποτ' ἦν, οὐδ' ἔσται, ἐπεὶ νῦν ἔστιν ὁμοῦ πᾶν
Ἓν συνεχές· τίνα γὰρ γένεσιν διζήσεαι αὐτοῦ;
Πόθεν ἀκίνητον μεγάλων ἐν πείρασι δεσμῶν,
Τοῦτόν τ' ἐκ τοῦτῳ τε μόλον, καθ' ἑαυτό τε κεῖται, &c. &c. τ. λ.

Sequuntur ejus generis plures, quos relinquo. Manifeſtum autem eſt, ſummum omnium Deum a *Parmenide* hic deſcribi, ut naturam unicam, ſolitariam, & ſimpliciſſimam, a nemine factam, ſeu virtute propria ac neceſſario exſiſtentem, corpore prorſus vacuam, omnis magnitudinis expertem, immutabilem, nec ulli umquam converſioni aut viciſſitudini obnoxiam: permanere idcirco eam ait longe alio modo atque ratione, quam nos, nullum ei tempus praeterlabi aut fluere, nec praeteritum ei eſſe aliquid aut futurum, ſed in continuata perennique aeternitate vivere. Ex quo efficere licet, eorum opinionem, qui ſtabilem & continuatam, concipere ſtudent animo aeternitatem, nullis ſibi ſuccedentibus temporum intervallis diſtinctam, non recenti demum memoria natam eſſe, quod multis perſuaſum video, nec a Chriſtianis auctoribus, Patribus, vel ſcholaſticis doctoribus primum excogitatam, ſed *Parmenidis* ſaltim attingere tempora. *A Parmenide* ad alios ea deinde tranſiit ſapientes, praeſtantiſſimisque placuit eorum, qui philoſophorum inter gentes *Chriſti* ignaras nomen conſequuti ſunt. Noſtra demum aetas tollere hanc ſententiam conata eſt: qua non modo homines a religione alieni, verum etiam alii, qui crudam in vulgus ſapientiam arroganter propellunt, defenſores ejus non intelligere, quid dicant, atque ipſum dogma in abſurdo errore verſari, audacter (y) contenderunt.

Me-

(*) In Ariſtot. Phyſ. fol. 7. & 17. & 31.

rictur. Certum eſt, falli eos, qui negant, quinto vel ſexto ſaeculo eam opinionem eſſe antiquiorem. *Parmenides* vero num ei faverit, vehementer dubito: neque verſus, qui hic proferuntur, ejus id extra controverſiam ponunt. Sed haec alias: nunc de *Parmenidis* philoſophia mihi video quaedam eſſe diſputanda, ut, quousque illis fidem habere fas ſit, quae hic erudite ac ingenioſe monentur, appareat. Omnem movet vir eximius lapidem, ut *Parmenides* omnis in Deum ſceleris purus, illi autem, qui *unum* & *immobile*, quod induxit, totam hancce rerum univerſitatem eſſe, cenſuerunt, injuriam philoſopho ſatis gravem intuliſſe videantur. [*Brucker. ep. ad Zimmermannum* purgat eum ab Atheismo.] Ejusdem opinionis patroni multi ſunt alii longeque doctiſſimi viri, in quibus auctorem *Artis cogitandi Part.* III. *Cap.* 19. *p.* 246. *Petrum Gaſſendum Operum Tom.* I. *p.* 206. *Mich. Mouſgues Libro*, quem inſcripſit *Plan Theologique du Pythagoriſme p.* 16. *Renat. Vallinum ad Boëthium de conſolatione philoſ. p.* 72. nominaſſe ſatis erit, qui *Parmenidem* aeque ſapienter ac bene, ut Chriſtianos, ſenſiſſe nihil dubitant. Sed his obſtant alii nec ingenii nec doctrinae copia minores, *Parmenidem*que de Deo rebusque divinis eodem philoſophatum eſſe modo, quo *Spinoſam*, omnemque ideirco ſuſtuliſſe religionem decernunt, *Petr. Baylius Diction. hiſtor. & critique Tom.* IV. *voce*

Xe-

463 · *Meliſſum* ejusdem doctrinae, cujus *Parmenides*, ſtudioſum fuiſſe, pariterque unum
469 principium, quod ſimul eſſet omnia, motusque neſcium, introduxiſſe, id vero pau-

Xenophanes Not. B. p. 2887. *Jo. Franc. Buddeus* in *Theſibus de Atheiſmo & ſuperſtit. Cap.* 1. §. 19. *p.* 60. maxime vir illuſtris, *Nicol. Hier. Gundlingius*, cujus longa & ingenioſa commentatio, qua *Parmenidem* inter Atheos referre ſtudet, *Gundlingianorum P.* XV. *p.* 372. *ſ.* Inter hos ſunt etiam, quibus mediam incedere viam, *Parmenidem*que nec accuſare nec excuſare placet: quibus ſeſe non ita pridem ſociavit vir omnium litterarum peritiſſimus, *Jac. Frid. Reimmannus*, in *Hiſtoria Atheiſmi Sect.* I. *Cap.* 30. §. 3. *p.* 205. 206. Si *Plotino Simplicio*que, quos in hac cauſſa duces adſciſcit doctiſſimus *Cudworthus*, fides haberi ſine formidine poſſet, facile ab omni *Parmenides* infamia vindicatus judicio exiret. Jungi hiſce *Proclus* potuiſſet, qui multis verbis *Parmenidem* laudat, & copioſe philoſophiam ejus perſequitur *Introduct. in Theologiam Platonicam Lib.* I. *Cap.* 7. *ſ. p.* 15 - 45. Sed quum certum ſit, illud hominum genus ex ſuo plerumque ingenio veterum metiri philoſophos, tardius dictis eorum adſentiri ſoleo: neque, dum id facio, peccare me exiſtimo. Ex carminibus ejus, aut potius carminum ejus fragmentis, quae paſſim apud *Galenum*, *Clementem*, *Sextum*, *Simplicium*, & alios exſtant, nihil quoque firmi atque explorati licet eruere, cum quod mirabiliter obſcura, tum quod membra ſunt de reliquo corpore diſtracta, de quorum vero ſenſu nemo facile judicaverit. Idem ferme de *Platonis* dixerim *Dialogo*, cui nomen fecit *Parmenides*. Nec enim conſtat, veramne philoſophi hujus ſententiam retulerit *Plato*, an vero, quemadmodum *Socrati*, ſuos ipſi ſenſus ſuppeditaverit; nec, quid ſibi velint pleraque, liquet, quae in hocce colloquio proponuntur. Quae quum ita ſint, hoc unum illis relictum eſt, quibus ſcita *Parmenidis* cognoſcere lubet, ut, quae veteres de illis retulerunt, non nimis multa inter ſe conferant, & probabili, hoc facto, conjectura decernant, quantum in eo vel pietatis vel impietatis erga Deum fuerit. Ante omnia tenendum eſt, id quod eorum, quos paullo poſt nominabo, teſtimoniis conſtat, *Parmenidi* duplicem fuiſſe philoſophiam, alteram, quae ſenſibus, alteram, quae ratione ac judicio regeretur; hanc quidem certam & minime dubiam, illam vero propter ſenſuum infirmitatem fallacem atque lubricam: quarum illam non male *Phyſicam*, hanc *Metaphyſicam* dixeris. Vid. praeter *Diogenem*, *Euſebium Praeparat. euangel. Lib.* I. *Cap.* 8. *p.* 23. & in primis *Plutarchum Libro adverſ. Colotem p.* 1114. *ſ. T.* II. *Opp.* qui luculenter docet, perperam a nonnullis diſciplinam ejus intellectam eſſe. Ad ſuperiorem philoſophiam omnis rerum natura, quam videmus, omnes ejusdem viciſſitudines ac mutationes, omnia denique pertinent, quae ſenſibus ſubjecta ſunt & expoſita. Quidquid igitur in praeceptis ejus, quae referuntur ab antiquis, de rebus exponit, quae ſentiri, videri, tangi poſſunt, id ad hanc philoſophiam plane pertinet. Quod ſi viri doctiſſimi obſervaſſent, multas effugiſſent hac in re difficultates ac controverſias. Itaque, quod duo dixit eſſe rerum principia, *aquam & ignem*, ſeu ut, *Plutarchus* ait *l. c. p.* 1114. τὸ πυρῶδες καὶ γεωδες, aut, ut *Plato* & alii, *terram & ignem*, quod homines vi ſolis eſſe procreatos affirmavit, quod de coelo, luna, & ſideribus praecepit, teſte *Plutarcho*, id omne ad hanc partem diſciplinae ejus referre decet. Nec alio, niſi totus fallor, id pertinet, quod de Deo fertur docuiſſe. *Parmenides commentitium quiddam coronae ſimilitudine efficit: Stephanen appellat, continentem ardore lucis orbem, qui cingit coelum, quem appellat Deum, Cicero de natura Deor. Lib.* I. *Cap.* 11. *p.* 2895. Deus hic qualis ſit, apertum eſt, ſubtiliſſimus nimirum ignis, univerſum orbem terrarum cingens & ambiens: cui mentem & rationem num tribuerit *Parmenides*, valde dubium eſt. Deum illud *Parmenidi* fuiſſe, quod praeſtantiſſimum eſt in rerum natura, quodve gignit in ea & efficit omnia, dubio caret, ut arbitror. Hoc autem ignem eſſe volebat, quem omnium opificem dictitabat eſſe. *Diogenes Laërtius Lib.* IX. *Segm.* 22. *p.* 561. Δύο τε εἶναι στοιχεῖα, πῦρ καὶ γῆν, καὶ τὸ μὲν δημιουργεῖν τάξιν ἔχειν. *Duo eſſe elementa, ignem & terram, & illum quidem opificis obire vices.* Adde *Origenis Philoſophumena Cap.* 11. *p.* 87. & alios. Ignis vero, id quod nemo negat, ad res pertinet ſenſibus patentes. Quare Deus *Parmenidis* quin ad hanc, de qua agimus, ſapientiae ejus partem referri debeat, nullum cuiquam erit dubium. Ceterum, quod *Stephanen* ſeu *coronam* hanc naturam vocavit omnia efficientem, id, tametſi variam diſquirendi materiam viris doctiſſimis ſuppeditaverit, mihi minime perplexum videtur & abditum. Carmine philoſophiam ſuam complexus eſt *Parmenides*, in quo res fere omnes vocabulis appellavit rerum aliarum, nec conſuetis & uſitatis nominibus expreſſit. Exſtat apud *Sextum Empiricum* ſatis longum ex *Libro* ejus *de natura* fragmentum *Lib.* VII. *adv. Mathematic. p.* 392. *ſ.* in quo appetitiones animi vocat *equos*, rationem *daemonem*, oculos *puellas Heliadas.* Quid ergo mirum, Deum quoque, quem profitebatur, ſimili ab eo vocabulo deſignatum, & *coronam*, quae maximum erat ornamentum, ſalutatum eſſe.

Nemo tamen velim ſibi perſuadeat, tam amentem & a ratione averſum fuiſſe *Parmenidem*, ut haec omnia, quae ſenſibus ſubjecta ſunt, mera eſſe

Digitized by Google

paucos praeterit. Quin etiam ab omni corpore removit illud, quemadmodum *Parmenides*. Sic enim *Simplicius*: (*) Καὶ ὁ Μέλισσος ἓν ἐὸν φησι, δεῖ αὐτὸ σῶμα μὴ ἔχειν.

(*) Simplicius in Ariſtot. phyſ. f. 19.

eſſe ſomnia & ſenſuum commenta, exiſtimaret, motum eſſe nullum, nihil gigni, nihil deſtrui, ſed videri nobis tantum, ac ſi fierent iſta, decerneret. Ita ſi ſenſiſſet homo, non homo, ſed umbra ipſe ſuiſſet hominis. Non ſum neſcius, veteres longe plurimos, *Ariſtotelem*, *Sextum*, & alios ita ejus ſententiam interpretatos. *Coletes* apud *Plutarchum* accuſat *Parmenidem*, quod ignem, aquam, πρηνῆ τὴν πόλιν, *praecipitium & urbes*, ſuſtulitſet, ſeu totam rerum naturam ad aegrotantium deliriones & viſa retulitſet, *Libro adv. Coletem p.* 1114. *T.* II. *Opp.* Nec aliter apud *Euſebium Ariſtocles* mentem ejus cepit, qui eſſe omnino motum, adverſus eum tuetur, *Praepar. Evangel. Lib.* XIV. *Cap.* 17. *p.* 756. Noſtra aetate *Petr. Baylius* hanc accuſationem renovavit *Dictionn. hiſtor. & crit. voce Xenophanes Tom.* IV. *p.* 2887. *Il falut donc*, inquit inter alia, *qu'ils* (la ſecte Eleatique) *ſoutinſſent, que la nature demeuroit toujours la même, & que les changemens qu'elle ſouffre ne ſont que des illuſions de nos ſens & que des pures apparences.* Sed jam dudum *Plutarchus adv. Coletem p.* 1113. *ſ.* verba pro eo fecit, & luculenter oſtendit, *Parmenidem*, quum doceret, opinione conſtare cuncta, quae videmus, hoc unice praecipere voluiſſe, quod *Heraclitus* totque alii praeceperunt, *fluere omnia*, quae naturam rerum abſolvunt, neque ſtabile aliquid & firmum habere, contra ea omnia, quae ratio dimetitur & comprehendit, certa eſſe ſola & conſtantia. Atque hoc ita eſſe, ipſa ejus de rebus naturalibus philoſophia, ut mihi quidem videtur, extra controverſiam collocat. *Parmenides* non modo de ipſis rebus naturalibus, ſed etiam de primis earum cauſſis initiisque differebat, & ad elementa ſua naturam rerum revocabat. Id vero nullo modo feciſſet, ſi cenſuiſſet, ſomniare nos & decipi a ſenſibus, nec aliquid eorum, quae videmur nobis cernere, reapſe contingere. Quis enim, obſecro, ſanus rei, quam nusquam eſſe credit, cauſſas & rationes inveſtigat? Fingamus, *Parmenidem* credidiſſe, nihil omnino naſci, ſed videri tantum nobis, ac ſi naſceretur aliquid, & ſimul tamen in cauſſam rerum, quae naſcuntur, inquiſiviſſe, atque, omnibus exploratis, conſtituiſſe, ignem eſſe opificem rerum omnium & machinatorem: nonne ſumma, quae cogitari poteſt, haec fuiſſet inſania? Id enim, quod non eſt, cauſſam ſui nullam habere poteſt: neque idcirco, ſi eorum, quae putamus evenire, nihil eveniret, ignis pro cauſſa eventorum duci poſſet. Praeterea non de rebus tantum praeſentibus, ſed etiam praeteritis philoſophatus eſt *Parmenides*, earumque cauſſas eruere ſtuduit. Ex dogmatibus ejus, teſte *Laërtio* & aliis, hoc erat: *primos homines ex ſole generatos eſſe.* Quaenam placiti hujus vis eſſet, ſi id ſenſiſſet homo, quod ſenſiſſe eum tot veteres recentioresque volunt? Haec, qua nihil ineptius fieri poteſt: fuiſſe homines, antequam ulli homines exſtitiſſent, quibus viſum fuiſſet, eſſe ſolem, atque ſolem hunc motus in terra ciere, hominesque ex ea producere: ut ſi altiora omittam alia, quae his adjuncta ſunt. Et quid de ſemet ipſo judicaſſet, ſi ad inania viſa, quibus nihil veri ſubeſt, generationes omnium hominum & animantium retuliſſet *Parmenides*? [Motum reliquit in Phyſicis, ſuſtulit in Metaphyſicis.] Rejiciamus igitur vulgarem illam ſententiam, *Parmenidem* omnem motum ex natura rerum ſuſtuliſſe, idque tantum ſibi voluiſſe hominem, exiſtimemus, quaecumque videmus, omnia perpetuis converſionibus & mutationibus expoſita eſſe, neque propterea firmae ſtabilique cognitioni, ſed opinionibus tantum, locum ſuppeditare, praeſertim quum ſenſuum quoque fides incerta ſit.

Altera philoſophiae ejus pars in rebus extra-ſenſus & oculos poſitis contemplandis unice occupata erat. Atque hujus primum erat praeceptum: *unum eſſe omne, immutabile, immobile*, & reliqua. Quale igitur unum illud omne ſit, in controverſiam primum venit. *Cudworthus* cumque eo multi alii, Deum eſſe illud, pronuntiant. Neque ea, quae huic *uni* & *omni* tribuebat, in Deum, ſi modo recte intelligantur, cadere, inficiari licet. Ego vero eorum non accedere vereor ſententiae, qui *unum* & *omne Parmenidis* totum rerum, quas videmus, molem ſeu univerſitatem naturae, ſed a formis omnibus & qualitatibus ratione & cogitatione abſtractam, fuiſſe volunt. Etenim Deus *Parmenidis*, id quod paullo ante vidimus, ſubtiliſſimus erat ignis, naturam omnem ambiens & coërcens: cui nullo modo convenium, quae de uno ſuo differere ſolebat. Praeterea tota ejus philoſophia, quam opinionibus conſtare dicebat, in formis tantum rerum conſiderandis verſabatur. Ex quo conficitur, alteram diſciplinae ejus, quae ſuperiori fuit oppoſita, partem ei fuiſſe naturae dedicatam, quae formarum omnium matrix, ſedes, & mater erat. Nec enim ſibi facile perſuadeat aliquis, de formis unice ſolicitum fuiſſe tam eximium philoſophum, at de materia, in qua formae naſcerentur, ne cogitaſſe quidem: quod quidem hominis fuiſſet omni acumine ingenii deſtituti. Praetermitto, quod unum illud πεπερασμένον ſeu *finitum* dixit: quod de Deo nullo ſenſu dixeris.

ἔχειν· ἃ ᾗ ἔχει πάχος, ἔχει ἂν μέγεθος. *Meliſſus etiam unum ſuum corpore omni ſejunctum*
470 *eſſe debere, indicavit. Etenim ſi ullam haberet craſſitudinem, partes etiam haberet.* Inter utriusque tamen hoc intererat diſciplinam, quod *Meliſſus* ἄπειρον ſeu *infinitam* diceret eſſe ſtabilem illam & immotam, quam omnia praedicabat eſſe, naturam, quum *Parmenides* πεπερασμένον illam, id eſt, *finitam & determinatam*, diceret. Verum hoc diſcrimen non tam in re ipſa & ſententiis utriusque philoſophi, quam in verbis unice poſitum erat & vocabulis. Utrique Deo nihil eſſe majus & perfectius, demonſtrare cupiebant, ſed diverſam, quo id obtinerent, viam inibant. Verba nimirum *finitum* & *infinitum* non eadem ſemper poteſtate gaudent, & utraque nunc perfectionis, nunc vitii & deformitatis ſigna notaeque ſunt. Juvabit hac de re *Simplicium* differentem inducere: qui non tantum diſcordem hanc concordiam *Parmenidis* & *Meliſſi* praeclare ac luculenter exponit, ſed etiam *Xenophanem* de rebus divinis cum his minime diſſenſiſſe, teſtatum facit: (*) Οὐδὲν ᾗ ἧττον χεῖρον ἀπήγαγε παρεκβαίνων τοὺς φιλομαθεστέρους ἐπιδεῖξαι, πῶς καίτοι διαφέρων δοκοῦντες οἱ παλαιοὶ περὶ τὰς τῶν ὄντων ἀρχὰς εἶδον, εὐαρμοστότερον ὅμως συμφέρονται· καὶ γὰρ οἱ μὲν περὶ τὸ πρῶτον καὶ πρώτην ἀρχὴν διελέχθησαν, ὡς Ξενοφάνης, καὶ Παρμενίδης, καὶ Μέλισσος· ὁ μὲν Παρμενίδης ἓν λέγων καὶ πεπερασμένον· ἀναγκαῖον γὰρ τὸ ἓν ἅμα πλήθους προϋπάρχειν, καὶ τὸ πᾶσαν ὅλην καὶ περιφερῆ αἴτιαν, μᾶλλον τὸ πρῶτον μᾶλλον, ἅπερ καὶ ἡ τῶν ἀπείρων αἴσθησις ἀφορίζεσθαι, καὶ τὸ παντὶ τῷ τέλειον τὸ τέλος τὸ οἰκεῖον ἀπειληφέναι, πεπερασμένον εἶναι. μᾶλλον δὲ τῷ τέλος τὸ πάντων, ὡς ἀρχή· τὸ γὰρ ἀπειρὸν ἀόριστον ὄν, ὅπου πέρας ἀπειλήφε· Μέλισσος δὲ τὸ μὲν ἀμεταβλήτων ὁμοίως καὶ αὐτὸς ἐθεάσατο, καὶ ᾗ τὸ ἀνέκλειπτον τὸ ἐσόμενον καὶ τὸ ἄπειρον τὸ δυνάμεως ἄπειρον αὐτὸ ἀπεφήνατο· Παλαὶ ὁ μὲν Ξενοφάνης ὡς πάντων αἴτιον καὶ πάντων ὑπερκείμενον καὶ κινήσεως αὐτὸ καὶ ἡρεμίας καὶ πάσης ἀντιφυσεώς ἐπέκεινα τιθέμενον. ὥσπερ καὶ ὁ Πλάτων ἐν τῇ πρώτῃ ὑποθέσει· ὁ δὲ Παρμενίδης τὸ μὲν καὶ τὸ αὐτὸ καὶ ὡσαύτως ἔχον αὐτὸ καὶ πάσης μεταβολῆς, πάχος δὲ καὶ ἐνέργειας καὶ δυνάμεως ἐπέκεινα, θεασάμενος, ἀκίνητον αὐτὸ ἀπεφήνατο. *Fortaſſis non alienum hujus loci erit, ſi a propoſito paucis digrediar, & lectori eruditionis cupido demonſtrem, quemadmodum veteres hi philoſophi, tametſi diverſis imbuti fuiſſe videantur opinionibus de rerum principiis, nihilo tamen minus amice inter ſe conſentiant. De principio rerum omnium primo & intelligibili diſſerue-runt Xenophanes, Parmenides, & Meliſſus: de quibus Parmenides vocavit illud unum finitum & determinatum, quoniam, ſicuti unitas ante multitudinem neceſſario debet exiſtere, ita id, quod rebus omnibus cauſſa eſt menſurae, finium, atque determinationis, potius per men-*

(*) Ariſt. Phyſ. fol. 7.

Cudworthus quidem paullo poſt ideo Deum ab eo ita eſſe vocatum ait, quia is πάντων καὶ ὅλων ſit πάντων. Sed recte jam veneror. *Wolfius Notis ad Origenis Philoſophumena p. 86.* hanc interpretationem parum eſſe probabilem, dixit. Certe nulla foret tam abſurda opinio, quae non apte ac commode exponi poſſet, ſi tam latas ac liberas vocabulis notiones ſine ullo argumento ſubjicere fas eſſet. *Unum* igitur & *omne* ejus tota eſt rerum natura, at in ſe, nec oculis, ſed ratione ac ingenio, ſpectata. Mens philoſophi haec erat: Tametſi variae contingerent rerum converſiones, generationes & corruptiones, philoſophi tamen eſſe, altius ſpectare, atque ipſam rerum naturam a tot ejus formis modisque meditando ſecernere. Id ſi fiat, apertum fore, omnem univerſitatem eſſe *unam*, id eſt, continua ſerie inter ſe connexam & aptam, quamvis multae res viderentur ſeparatim & per ſe conſiſtere: eamdem eſſe *aeternam nec a quoquam genitam*: praeterea *immutabilem*, id eſt, nullam ejus partem naturam ſuam amittere poſſe, licet omnes varie transferantur, & modo hanc, modo aliam ingrediantur naturam: denique *immobilem* ſeu ἀκίνητον, id eſt, omnes, qui contingant in rerum natura motus haud impedire, quo minus ipſa tamen moles in univerſum conſiderata ſtabilis & inconcuſſa maneat; quemadmodum mare, innumerabilibus licet fluctibus agitetur, haud tamen loco ſuo in univerſum ejicitur, ſed certo ſenſu immobile manet, aut ſicut eruditus *Archimedis* pulvis, etiamſi varie radio ejus concitetur & commoveatur, nihilo tamen minus immotus quie-

Digitized by Google

menſuram & finitatem, quam per infinitatem, deſcribi debet: praeterea id, quod omni ex parte perfectum eſt, propriumque finem ſuum aſſequutum eſt, aut potius, quemadmodum principium, ita finis eſt omnium rerum, naturae neceſſario eſſe determinatae. Quod enim a perfectione abeſt, & idcirco indiget, terminum & menſuram ſuam nondum attigit. At Meliſſus, quamvis & ipſe Dei conſideraret immutabilitatem, inexhauſtam tamen eſſentiae ejus perfectionem, potentiaeque ejus immenſitatem & infinitatem ſpectans, illud cum infinitum eſſe, tum nec genitum nec factum praecepit. Praeterea Xenophanes, qui Deum ut cauſſam omnium rerum & ſupra res omnes poſitum ob oculos ſibi ponebat, collocabat id ſupra motum & quietem & omnes haſce inferiorum naturarum contentiones, non ſecus ac Plato in prima Parmenidis ſui hypotheſi: quum e contrario Parmenides & Meliſſus, qui ſtabilitatem & perpetuam ejus immutabilitatem ſpectabant, nec non ſupra omnem efficien 471
tiam & potentiam illud eſſe poſitum, conſiderabant, immobile illud eſſe, pronuntiarent. Haec *Simplicius:* Ex cujus patet verbis, *Parmenidem*, quum Deum πεπερασμένον, *finitum & determinatum*, appellavit, non propterea id feciſſe, quod nonnullis viſum eſt harum rerum imperitis, ut Deum naturam eſſe corpore concluſam certisque finibus circumſcriptam indicaret, aut eumdem finitis uti viribus & virtutibus, oſtenderet. Vocem vero iſtam eadem adhibuit notione, qua *Plato* verbum πέρας uſurpavit, quod τῇ ἀπειρίᾳ ab eo opponitur, ſummamque Dei perfectionem denotat. Quocirca Deus quoque πέρας καὶ μέτρον πάντων, *rerum omnium terminus & modus*, appellatur. *Meliſſus* vero Deum ἄπειρον ſeu *infinitum* eo ſenſu, quem antea diximus, nominavit, ut inexhauſtam ejus potentiam infinitasque virtutes, nec non aeternitatem ejus & naturam corruptionis neſciam ſignificaret. Qua quidem in re ad noſtram de Deo diſciplinam acceſſit propius, &, qui hodie viget, loquendi morem expreſſit. Mihi vero haec ideo uberius explicare placuit, ut, quanta ſubtilitate & diligentia veteres philoſophi res ad Deum pertinentes ſcrutati ſint, & quam mira fuerit eorum accuratio in conficiendis ejus deſcriptionibus, patefacerem. Quod *Anaximandro* ἄπειρον ſive *infinitum* audiebat, id nihil erat, tametſi θεῖον illud ſimul vocaret ſeu rem maxime divinam, quam materia aeterna vitaeque ac ſenſus inops. At *Meliſſi* ἄπειρον ſive *infinitum* ipſe erat ſummus aeternusque (z) Deus.

Zeno Eleates, Parmenidis auditor & diſcipulus, praeceptori ſuo & *Meliſſo* prorſus aſſen-

quieſcit. Scio, quam acute doctiſſimi viri hoc *Parmenidis* dogma, quo immobile ſtatuit univerſum, expoſuerint. Mihi vero ſatius videtur, quae ſimplicia ſunt & aperta, ſequi, quam ſine neceſſitate animo efferri, & ingenio ſupra lunam & nubes evolare. Poſtremo, quod globoſam formam univerſo ſuo dedit, id pariter facile intelligo. Quum *finitum* ſeu πεπερασμένον diceret τὸ πᾶν ſeu *univerſum*, res ipſa poſcebat, ut figuram quoque ei aſſignaret. Quidquid enim fines habet, id figuram quoque habeat, neceſſe eſt. Forma vero globoſa nulla erat ex ſenſu veterum perfectior: qua de re *Cicero*, praeter alios, teſtatur *de natura Deorum Lib.* II. *Cap.* 18. *p.* 2978. *T.* IX. *Opp.* Itaque hac figura rerum univerſitatem donare, maxime conſentaneum ipſi videbatur. Ceterum proprietates haſce, quas declaravi modo, a *Parmenide* tributas fuiſſe univerſo, auctores cum alii ſunt, tum in primis *Origenes* in *Philoſophumenis Cap.* 11. *p.* 86. & *Euſebius Praeparat. Evangel. Lib.* I. *Cap.* 8. *p.* 23. Generationes omnes quod ſuſtuliſſe dicitur *Parmenides*, id ita intelligi, neceſſe eſt: Nihil novi fieri, quod antea non fuerit, quum res quaedam naſcatur & gignatur.

(z) *Deus*] *Meliſſus*, aeque ac praeceptor *Parmenides*, his bene, illis male audit, his inter divinae naturae profeſſores, illis inter ejusdem inimicos refertur. Mihi quid de pietate ac philoſophia ejus videatur, ex illis conſtare poterit omnino, quae paullo ante de magiſtro ejus diſſerui. Exiguum enim inter utriusque praecepta diſcrimen eſt: quare veteres plerumque *Meliſſum* ac *Parmenidem*, tamquam unius philoſophiae alumnos conjungunt & ſociant. Explicationes *finiti* & *infiniti*, quae hic ex *Simplicio* afferuntur, admodum effe coactas, nec ullo modo probabiles, quilibet intelligit.

aſſentiebatur, nec modo unum eſſe praecipiebat immobile principium, quod ſimul eſſet omnia, ſeu rerum omnium initium, ſed etiam ſummum aeternumque Deum his unice deſignabat vocabulis. Novi, hunc *Zenonem* argumenta quaedam excogitaſſe, quibus motum corporum externum convelleret, & nullum eſſe doceret, ex eorum in primis dogmate ducta, qui infinite ſecari poſſe materiam conſtituebant. In his unum, quod celebritate vincit cetera, *Achilles* vocabatur, eo quod hoc ſeſe demonſtraturum recipiebat auctor, fieri non poſſe, ut velocitate pedum praeſtans *Achilles* teſtudinem, lento gradu incedentem, aſſequeretur, ſi hoc dogma verum eſſet, quod diximus. (*a*) *Ariſtoteles* his ejus rationibus bellum indixit: quod utrum bene geſſerit, an ſecus, hoc loco explorare non vacat. Atqui haec fingebat tantum *Zeno*, ut exercitationis aliquid ingenio daret: valebat enim artibus dialecticis & diſputandi peritia. Niſi forte quis conſilium fuiſſe homini ſuſpicari malit, mentis humanae imbecillitatem & exiguum robur aperiendi, quippe quae in notiſſimis & quotidianis naturae eventis explicandis & comprehendendis turpiter haereat, neque meditando exitum inveniat. Ipſe vero *Ariſtoteles* locuples nobis auctor eſt, *unum* illud *immobile* quod ſimul *omne* dixit eſſe *Zeno*, mundum haud eſſe corporeum, nec idcirco eum *Parmenidis*, *Meliſſi*, & *Xenophanis* deſeruiſſe hac ex parte veſtigia. Τὸ πᾶν, (*b*) inquit, ἓν ὃν ὁ Θεὸν λέγει, ὅτε κινεῖσθαι, ὅτε ἀκίνητον εἶναι. *Zenoni, quod unum vocat, idque nec mobile, nec immobile, Deus eſt.* Ab eodem praeterea traditum accepimus (*c*) *Ariſtotele*, *Zenonem* ex notione Dei,
472 quae in omnium hominum informata ſit mentibus, hoc ſibi ſumſiſſe efficiendum, unum eſſe tantum Deum. Quod enim univerſi mortales Deum haud aliter concíperent animo, quam ut naturam, qua nihil melius fieri poſſit, nihil potentius, nihil excellentius, nihil denique perfectius, id ſatis eſſe dicebat argumenti ad concludendum, falli eos, qui multos ſibi Deos fingerent, Εἰ δ' ἐστὶν ὁ Θεὸς ἀπάντων κράτιστον, ἕνα φησὶ προσήκειν αὐτόν. *Si autem Deus eſt id, quod praeſtantiſſimum omnium eſt, unum debere ipſum eſſe, inquit* Quod ita dilatare ſolebat argumentum: Τὸν Θεὸς καὶ Θεοῦ δύναμις κρατεῖν, ἀλλὰ μὴ κρατεῖσθαι ὥστε καθὸ μὴ κρεῖττον καὶ πρότερον οὐκ εἶναι Θεόν· πολλῶν γὰρ ὄντων, εἰ μὲν εἷεν τινὲς μὴ ἀλλήλων κρείττονες, τὰ δὴ λεγόμενα, οὐκ ἂν εἶναι Θεούς· πεφυκέναι γὰρ Θεὸν μὴ κρατεῖσθαι· ἑνὸς δὲ ὄντος, οὐκ ἂν Θεὸν φύσιν δεῖν εἶναι κράτιστον· καὶ δὴ ἕνα ὄντα βέλτιον. ὅτε χεῖρον εἶναι ἓν ἕνα. ὡς εἴπερ εἴη τι τοιοῦτον εἴη Θεός, ἕνα μόνον εἶναι τὸ Θεόν, οὐδὲ γὰρ οὐδὲ πάντα δύνασθαι, ἃ ἂν βούλοιτο. *Deum enim & Dei potentiam ejuſmodi eſſe, ut praeſideat & dominetur, non ſubjiciatur, ut in eo, quod non eſt praeſtantius,*

(*a*) *Ariſtoteles*] *Libro* VI. *Phyſicor. Cap.* 14. *p.* 559. *T.* I. *Opp.* Longe vero elegantius & ingenioſius *Zenonis* contra motum argumenta declaravit, adjuncta reſponſionum *Ariſtotelis* exploratione *Petrus Bayle Dictionaire hiſtor. & critique Tom.* IV. *voce Zeno p.* 2909. Non patitur propoſitum meum, ut in hiſce rebus moras ponam. Bina tamen placet obſervare. (I.) Certus ego ſum ex aſſidua & attenta veterum lectione, plerasque antiquorum de motu diſputationes & pugnas Andabatarum fuiſſe certamina, ex eo potiſſimum nata, quod non eamdem omnes motus notionem & deſcriptionem in animo haberent. Qui motum omnem ſuſtuliſſe *Ariſtoteli*, *Sexto*, *Senecae*, & aliis dicuntur, talia tamen ſimul ſuis tradiderunt praecepta, quae nemo tradere poteſt, niſi homo, qui moveri multa fatetur. Ex quo conſtare arbitror, eos vocabulo *motus* ſingularem & ab uſu conſucto abeuntem poteſtatem ſubjeciſſe. (II.) Ad *Zenonem* quod attinet, eum animi gratia contra motum certaſſe, reor. Artis dialecticae inventor eſſe *Ariſtoteli* traditur. Hujus igitur artis ut tantam eſſe vim demonſtraret, quanta ſufficit ad res certiſſimas labefactandas, ipſum ejus auctoritate motum oppugnari poſſe, quo nihil certius videtur hominibus, oſtendit.

(*b*) *Inquit*] Ipſa haec verba non exſtant apud *Ariſtotelem loco* mox *cit.* at ſententia ibi exſtat eorum.

(*c*) *Ariſtotele*] *Libro de Xenophane, Zenone, &*

Digitized by Google

tius, Deus non ſit. Si igitur, plures quum ſint, partim ſint ſeſe mutuo praeſtantiores, partim inferiores, Deos nullo modo fore; quum Deus inferior eſſe & ſubjici natura non poſſit. Si ſint aequales, non fore ea natura Deum, ut praeſtantiſſimum omnium ſit: propterea quod aequale neque melius neque pejus aequali ſit, neceſſe eſt. Quapropter ſi eſt & talis eſt Deus, unum ipſum ſolum eſſe: neque enim aliter omnia poſſet, quaecumque vellet.

Fertur & *Empedocles* aemulator fuiſſe *Parmenidis.* Quod ſi de ea intelligatur diſciplina, quae res ſupra naturam poſitas indagat, ferri quidem poteſt. In re phyſica vero corpusculis utebatur *Empedocles* individuis, *Parmenide*que doctius videtur ſapuiſſe. Memini, ſupra me ex ejus philoſophicis carminibus locos attuliſſe aliquot, qui intelligentem ignorare ſinent neminem, *Empedoclem* ex illis fuiſſe philoſophis, qui ſummum unumque Deum, eumque corporei omnino nihil habentem, profeſſi ſunt. His nunc teſtimonium auctoris (*d*) *Libri de mundo* addo, qui *Empedoclem* diſerte perhibet ex uno ſummoque rerum univerſam naturam Deo procreatam eſſe. Non ignoro, *Ariſtotelis* nomen hunc librum falſo gerere: ſed antiquitatem tamen ejus in dubium nemo unus revocaverit: (*) Τὰ μὲν ἐν ἀέρι ἅπαντα, καὶ ἐπὶ γῆς, καὶ τὰ ἐν ὕδατι θεῶν ἔργα φαῖμεν ἂν δικαίως εἶναι, ἅ τε νόμῳ ἐπιτάττει, ἐξ ὧν καὶ ὁ Φυσικὸς Ἐμπεδοκλέης

Πάντ' ὅσα τ' ἦν, ὅσα τ' ἔστιν, ἠδ' ὅσα πη ἔσσεται ἐπίαση, κ. τ. λ.

Omnia, quae in aëre fiunt, quae in terra, quae in aqua, ea certe Dei opera eſſe, merito dixerimus: Dei, inquam, opera cum imperio ſummo mundum ac pro poteſtate obtinentis. Ex quo Deo, ut inquit Empedocles phyſicus,

Omnia, quotquot erunt, quot ſunt praeſentia, quotque
Orta fuere antehac.

Fateor tamen, haec ſententiam referre magis *Empedoclis*, quam ipſam verborum ejus vim. Videtur enim philoſophus iſto loco ex diſcordia & amicitia, non autem ex ipſo Deo, ope nullius cauſſae utente, rerum omnium origines arceſſere. *Simplicius* certe, qui in manibus *Empedoclis* carmina habuit, quum ſcriberet, ſemel iterumque hos ejus verſus ſic, uti nos jam exhibebimus, profert:

Ἐμ

(*) P. 26. *& Gorgia Cap.* 3. *p.* 840. *T. I. Opp.* Verum omnia, quae ibi de *Zenonis* doctrina tradit *Ariſtoteles*, quid is vere de Deo docuerit, non aperiunt. Dei nomen lego: at nusquam, qualem vim ei *Zeno* ſubjecerit, clare ſignificatum video: ſi hoc unum forte excipias, quod Deum id, quod rerum omnium praeſtantiſſimum, eſſe dixit. Mihi nihil eorum, quae ab *Ariſtotele* ibi narrantur, ejus eſſe generis videtur, ut ab homine, qui totam hanc rerum univerſitatem Deum eſſe vult, probari & adſciſci commode nequeat. Interim nec accuſabo plane *Zenonem*, & ex numero profeſſorum Dei ejiciam; quod *Baylius* & alii faciunt: nec excuſabo prorſus, & Dei amicis connumerabo; quod non ita pridem auſus eſt vir eximius. *Jac. Frid. Reimmannus*, in *Hiſt. Atheiſmi Sect.* I. *Cap.* 30. §. 5. *p.* 207. Parum abeſt, quin de ejus diſciplina non minus, quam de magna parte veteris hiſtoriae philoſophicae illud dicam, quod *Terentium* de rebus aliis dixiſſe, notum eſt:

—— —— *Incerta haec ſi tu poſtules*
Ratione certa facere, nihilo plus agas,
Quam ſi des operam, ut cum ratione inſanias.

(*d*) *Libri de mundo*] *Cap.* 6. *p.* 863. *T. I. Opp. Ariſtotelis.*

Digitized by Google

Ἐν ᾗ νῦν ἁρμοχθὲν τὰ ἄνδιχα πάντα πέλονται·
Σωὶ δ' ἔβη ἐν φιλότητι καὶ ἀλλήλοισι πόθειν.
Ἐκ τῶν γὰρ πάντ' ἐστ' ἦν, ἔστιν τε ἴδε καὶ ἔσται,
Δένδρεα τε ἀνέρες, καὶ θῆλυ γυναῖκες,
473 Θῆρές τ' οἰωνοί τε, καὶ ὑδατοθρέμμονες ἰχθῦς,
Καὶ τε θεοὶ δολιχαίωνες τιμῇσι φέρεσθαι.

Res omnes dividuntur & ſegregantur contentione, ſociantur autem & copulantur amicitia. Ex his ergo duobus (contentione ac amicitia) *procedunt omnia, quae fuerunt, quae ſunt, & erunt, ut arbores, viri, feminae, animalia, aves, & piſces, & poſtremo Dii longaevi & honorabiles.* Itaque, ſi verba ejus ſpectemus, hoc ſibi voluit *Empedocles*, contentionem & amicitiam cum univerſum terrarum orbem, tum res omnes, quibus refertus ille eſt, plantas, beſtias, arbores, Deos, & homines produxiſſe. Nihilo tamen minus, quum contentionem hanc & amicitiam unius ſummi altiſſimique Numinis arbitrio & voluntati ſubjecerit, quod non ſecus, ac *Parmenides* & *Xenophanes*, τὸ ἕν, ſeu illud, quod vere unum eſt, nominavit, fas fuit ſcriptori *Libri de mundo* concludere, *Empedoclem*, quidquid rerum eſt & naturarum, nec homines modo, ſed etiam Deos unius Dei conſilio & voluntate generatos eſſe, praecepiſſe. Atque ſic cum reapſe docuiſſe, ex his plane conſtat (*e*) *Ariſtotelis* in *Libris Metaphyſicorum* verbis: (*) Τίθησι μὲν γὰρ (Ἐμπεδοκλῆς) ἀρχήν τινα τὴν φθορᾶς τὴν νεῖκος· δύσις δ' ἂν εἴη ἴδιον καὶ τοῦτο μόνῳ ἐξ αὐτοῦ ὑπάρχειν· ἁπασῶν γὰρ ἐν τούτοις τὰ ἄλλα ἐστὶν, πλὴν ὁ θεός· λέγει γοῦν·

Ἐξ ὧν πάντ' ἦσκε τ' ἦν, ὅσα τ' ἔστ', ὅσα τ' ἔσθ', ὅσα τ' ἔσται ἐπίσσω, κ. τ. λ.

Empedocles ponit quoddam principium, corruptionis cauſſam, contentionem. Nihilominus tamen & haec videatur generare, praeter ipſum unum. Cuncta enim alia ex hac ſunt, praeter Deum. Dicit enim:

Ex quibus omnia, quae erant, quae ſunt, quaeque in poſterum erunt.

Si quid mihi datum eſt perſpicere, res omnes unum idemque prorſus fore, aſſumſit *Empedocles*, niſi νεῖκος, *diſcordia* ſive *contentio*, in rerum natura verſaretur. Itaque univerſa, cujuscumque demum eſſent generis, *contentionis* hujus beneficio, adjuncta tamen *amicitia*, exſtitiſſe, aſſeveravit, ſi unum ſummum omnium excipias Numen. Namque hoc, quoniam natura ſua τὸ ἕν, *unum* illud proprie ſic dictum, ipſaque eſſet amicitia, omni plane vacuum eſſe contentione, judicavit. Hinc *Ariſtoteles* aggrediendi eum occaſionem captat, atque eo ducere haec ejus dogmata contendit, ut ſummus ille beatiſſimusque Deus, quem omnes venerantur, ceteris omni-

(*) Lib. III. C. 4. (p. 295. T. IV. Opp.)

(*e*) *Ariſtotelis*] Non probat hic locus *Ariſtotelis*, cenſuiſſe *Empedoclem*, unius ſummi Numinis conſilio & voluntate cuncta generata eſſe. Hoc unum docet Stagirita, placuiſſe *Empedocli*, ſi diſceſſeris a celſiſſimo Deo, reliqua omnia ex diſcordia eſſe procreata. Quod ut doceat, eos ipſos producit verſus, de quibus hic agitur.

(*f*) *Aqua*] Iniuriam facit *Ariſtoteles Empedocli*, ut multis veterum philoſophis. Quod enim homines hic docuit ſimilia per ſimilia cognoſcere, ex

Digitized by Google

omnibus minor ſapientia videatur, eo quod nihil, praeter ſemet ipſum, nec aliquid extra ſe in mundo intelligere valeret. (*) Διὸ καὶ συμβαίνει αὐτῷ, τὸ εὐδαιμονέστατον εἶναι τὸν θεὸν ἧττον φρόνιμον εἶναι τῶν ἄλλων· οὐ γὰρ γινώσκει τὰ στοιχεῖα πάντα· οὐ γὰρ νεῖκος ἐστὶ ἐν αὐτῷ· ἡ δὲ γνῶσις ἔοικε τῷ ὁμοίῳ τοῦ ὁμοίου.

Γαῖαν μὲν γὰρ (φησὶ) γαῖαν ἐπιπλέομεν, ὕδατι δ' ὕδωρ, κ. τ. λ.

Unde & accidit ei, felicissimum Deum minus ſapientem ceteris esse. Non enim cognoscit omnia elementa: contentionem namque non habet.

Terra enim (ait) terram inſpicimus, aquam vero (ſ) aqua.

Sed haec missa nunc faciamus, & *Empedoclis* potius de Deo sententiam explicemus. Statuit is, uti vidimus, si ab uno discedamus summo beatissimoque Deo, in quo nullus contentioni locus relictus sit, quum & amicitia & discordia eo uno parente natae sint, omnes omnino Deos ex contentione & inimicitia genitos esse. Nullum itaque dubium remanet, quin primo unum Deum professus sit, neque factum, neque genitum, omniumque reliquorum parentem & auctorem, eumque voce τὸ ἕν designaverit, deinde & varios inferiores Deos veneratus sit ex supremo illo editos. Nam quum Deos hosce discordia sive contentione juniores faciat, ipsam autem contentionem uno illo, quod vocat, seu summo & maximo Deo posteriorem esse, fateatur, ecquis non videt continuo, eos longe infra maximum Numen ab homine collocatos esse? Ceterum hi minores Dii, quos ex contentione una cum hominibus ceterisque rebus omnibus educit *Empedocles*, stellae sunt sine omni controversia & daemones.

Praeter haec, *Empedoclis* de origine mali sententiam, quae hic paucis explicetur, 474
dignam arbitror. Omne ergo malum, quod daemones aeque ac humanos urget animos, nam utrosque aeque ad peccandum proclives esse putabat, ex binis ducebat oriri caussis: primum ex discordia illa, quam diximus, & contentione, quam naturis eorum inesse judicabat necessario; deinde ex eo, quod libertate sua, & antequam descenderent in haec corpora, prave abusi essent, nec, postquam conjuncti essent corporibus, ab ista perversitate desisterent (†). Ex quo intelligitur, *Pythagoram* sibi ducem his delegisse *Empedoclem*, cujus etiam laudes in poëmatibus suis eleganter & diserte cecinit:

(§) Ἦν δέ τις ἐν κείνοισιν ἀνὴρ περιώσια εἰδώς,
Ὅς δὴ μήκιστον πεφυκὼς ἐπιπάλλετο πάντων
Παντοίων τε μάλιστα σοφῶν ἐπιήρανος ἔργων. κ. τ. λ.

Ho-

(*) Metaph. L. III. C. 4. (p. 295. T. IV. Opp.)
(†) Juxta illud: Νείκεϊ μαινομένῳ πίσυνος. P. 23.
(§) Porphyr. de vit. Pythag. p. 194. (ed. Cantabr. at p. 35. ed. Kusteri.)

ex eo minime consequitur, idem cognitionis genus ab eo supremo Numini adscriptum esse, aut omni cum cognitione Deum privasse. Potuit *Empedocles* docere, Deum longe alio, quam homines, modo intueri ac percipere omnia.

(g) Rei

Horum de numero quidam praeſtantia norat
Plurima, mentis opes amplas ſub pectore ſervans,
Omnia veſtigans ſapientum dicta (g) *reperta &c.*

§. XXII. Iter nobis hinc ad *Socratem* & *Platonem* patet. Ad quos priusquam proficiſcamur, alios quosdam Pythagoreos & eminenti gloria philoſophos, qui cum unum ſummumque Deum, tum multos pariter inferiores Deos profeſſi ſunt, in ſcenam producere ſtatuimus. *Philo* de hebdomade ſive numero ſeptenario diſſerens in *Libro de opificio mundi* (*), Pythagoreos monet numerum hunc appellare ſolere virgineum & matre orbum: cauſſam autem illis hanc eſſe nominis iſtius, addit, quod hic numerus ad decadem usque ſolus nec generetur ex alio, nec alios ex ſe gignat numeros: ex quo factum ſit etiam, ut numerum illum ſupremi Numinis imaginem & ſignum conſtituerint: Οἱ Πυθαγόρειοι τὸν ἀριθμὸν τῶν ἑξομοίων τῷ ἡγεμόνι καὶ συμπάντων. *Pythagorei numerum hunc comparant univerſitatis hujus imperatori.* Exiſtimaſſe enim genus hoc, numerum iſtum divinae quodammodo naturae ſtabilitatem & immutabilitatem adumbrare. Quod eorum commentum nos ſupra quoque attigimus. In hoc dum verſatur negotio *Philo*, valde commemorabilem *Philolai*, Pythagorei, locum affert: Ἔστι γάρ, φησιν, ἡγεμὼν καὶ ἄρχων ἁπάντων ὁ θεὸς εἷς ἀεὶ ὤν, μόνιμος, ἀκίνητος, αὐτὸς αὑτῷ ὁμοιος, ἕτερος τῶν ἄλλων. *Eſt auctor & princeps rerum omnium Deus, ſemper unus, ſtabilis, immobilis, ipſe ſui ſimilis, aliorum diſſimilis.* Cui, quod ex eodem *Philolao* a *Stobaeo* translatum vidimus, effatum adjungi debet: (†) Ἦν δὲ ὁ κόσμος ἐξ ἀϊδίου, καὶ εἰς ἀϊδιον διαμενεῖ· εἷς ὑπὸ ἑνὸς τῶ συγγενέος, καὶ κρατίστω κυβερνώμενος. *Mundus hic fuit ab aeterno, & permanebit in omnem aeternitatem: unum gubernatur ab uno, quod cognatum eſt & optimum.* Quamquam hic, quod *Ocellum* ſenſiſſe conſtat, mundum ex infinito exſtitiſſe tempore, statuere videtur. Addamus & alia quaedam verba ejus, eodem quae loco exſtant: Διὸ καὶ καλῶς ἔχειν ἔλεγε, κόσμον ἧμιν ἀπεργασμα ἀΐδιον θεῶ τε καὶ γένεσιν. *Itaque, inquit Philolaus, mundus commode dici poteſt aeternus Dei effectus & generatio ſucceſſiva.*

(*h*) *Jamblichus* in *Protrepticis* non diſſimile recitat ex *Archyta*, quem *Pythagoram* quoque ſequutum eſſe accepimus, pronuntiatum: (§) Ὅστις οὖν ἀναλύσαι δύναται τί ἐστι πάντα τὰ γένεα ἑνὸς μιᾶς τε καὶ αὐτᾶς ἀρχᾶς, ὅτος δοκεῖ μοι καλὰν σκοπίαν ἐξευρηκέναι, ἀφ' ἃ δυνατὸς ἐστιν ἐπὶ θεὸν καταφεύγειν, κ. τ. λ. *Quicumque igitur reſolvere poſſit omnia genera, quae ſub uno eodemque principio conduntur, & deinde rurſum componere, ac numero compingere, ille mihi videtur ſapientiſſimus & longe veraciſſimus. Porro pulcram ſpeculam reperit, e qua Deum contemplari poteſt, atque omnia in rerum ſerie ac ordine ab illo ſeparata, & latiſſimam hanc viam ingreſſus, —— exploratum habebit, Deum eſſe principium, medium, & finem rerum omnium, quae ſecundum juſtitiam & rectam rationem perficiuntur.* Quae *Archytae* verba ſic interpretatur *Jamblichus*: *Manifeſte in biſce declaravit finem omnis contemplationis theologicae, dum non vult inſiſti multis initiis cunctisque generibus ejus, quod eſt: ſed magna animi contentione hanc operam dandam, ut cuncta ſub unum idemque principium reducantur.* Addit: Τοιαύτη ἐπιστήμη ἔσται ἑνὸς τέλος ἐς πάσας θεω-

(*) P. 23. (aut potius p. 22. Opp.) (†) Eclog. phyſ. p. 44. (§) Cap. 4. p. 20.

(*g*) *Reperta*] De *Empedocle* atque philoſophia ejus ſupra late *ad Caput* 1. in primis *ad* §. 24. egimus.

(*h*) *Jamblichus*] Ex quo haec *Archytae* fragmenta decerpſit, & *Opuſculis veterum mythologicis & phyſicis* inter alia Pythagorcorum fragmenta adjunxit *Thom. Gale p.* 735. addita eleganti & ac-

cu-

Digitized by Google

θεωρίας. *Ejusmodi scientia hujus unius finis est omnis contemplationis.* Sed & *Stobaeus* (*) *Archytam Libro de principiis* docuisse refert, praeter formam & materiam, ἀναγκαίαν τινὰ εἰμὲν αἰτίαν, τὴν κινήσεων ἐναντίων περιμάτων ἐπὶ τὰ μερτὰ, ταύτην ἢ τὰν πρώτων δυνάμιν ἢ καθυπερτάταν εἶμεν, ὀνομάζεσθαι ἢ θεὸν, κ. τ. λ. *aitiam esse magis necessariam caussam, quae movendo formam dat materiae, atque hanc esse principem & potentissimam caussam, quae apte Deus vocetur. Igitur tria sunt principia, Deus, materia, & forma, Deus opifex & motor, materia, quae movetur, & forma seu ars introducta in materiam.* Sequuntur ex eodem haec apud eumdem auctorem: Δεῖ νῷ τι κρέσσον εἶναι, νῷ ἢ κρέσσον ἐστὶ, ὅπερ ἐνομάζομεν θεόν. *Necesse est, esse aliquid mente praestantius: id vero, quod mente praestantius, illud est, quod Deum appellamus.*

Ocellus, ut apud eumdem *Stobaeum* (†) scriptum legitur, sic praecepit: Συνέχει τὰ μὲν σώματα ζωὰ, ταύτας δ' αἴτιον ψυχά· τὰ δὲ κόσμον ὁμόνοια, ταύτας δ' αἴτιον ὁ θεός· τοὺς δ' οἴκους καὶ τὰς πόλιας ὁμόνοια, ταύτας δ' αἴτιον νόμος. *Vita continet corpora animalium, cujus vitae caussa est anima. Concordia continet domos & urbes, cujus concordiae caussa lex est. Harmonia continet orbem universum, cujus harmoniae caussa Deus est.* Nec alio modo *Aristaeus*: (**) Ὡς ὁ τέκτων πρὸς τὰν τέχναν, οὕτως θεὸς πρὸς ἁρμονίαν. *Quemadmodum artifex sese habet ad artem, ita Deus sese habet ad harmoniam.* Mitto, quem ex Pythagoreo nescio quo *Stobaeus* profert, locum hunc: (††) Θεὸς μέν ἐστιν ἀρχὰ καὶ πρώτων, θεῖος ἢ ὁ κόσμος. *Deus principium est atque prima omnium natura: & hic tamen mundus* (etiamsi non ipse summus est Deus) *divinus est.*

Timaeus Locrus, qui, *Platone* nondum nato, dogmata *Pythagorae* propagavit, *Librum de natura* seu *de anima mundi* reliquit, quem *Plato* in *Timaeo* explicandum sibi veluti & enodandum sumsit. In eo, quod perspicuum est, cum unum esse summumque Deum fatetur, qui universam rerum naturam solus comparaverit & gubernet, tum plures alios ex eo Deos procreatos esse, quibus tamquam voluntatis suae ministris utatur, perhibet. (*i*) In extremo autem libro de poenis & suppliciis improborum post hanc vitam ita differit: Ἅπαντα ἢ ταῦτα ἐν τᾷ δευτέρᾳ περιόδῳ ἃ Νέμεσις συνδέκειν σιὰ δαίμοσι παλαμναίοις χθονίοις π., τοῖς ἐπίπαν ἀνθρωπίνων, οὓς ὁ πάντων ἡγεμὼν θεὸς ἐπέτρεψε διοίκησιν κόσμου συμπληρωμάτων ἐκ θεῶν τε καὶ ἀνθρώπων, ἔτι τε ἄλλων ζώων ὅσα διδαμᾷ ἢ πεῖ εἰκόνα τὰν ἀρίστων εἴδεος ἀγήρατον καὶ αἰώνιον. *Omnia autem haec in secundo circuitu Nemesis certo judicio rata fixaque esse voluit, cum infernarum illarum furiarum Numinibus, quibus humanarum rerum inspectionem summus ille Deus, omnium imperator atque praeses, attribuit, quibus etiam gubernationem mundi commisit: qui quidem mundus & Diis & hominibus & ceteris animantibus constat, absoluta plane omnibusque numeris cumulata ratione. Et haec quidem omnia ad optimam illam ingenitae, aeternae, intelligibilis formae imaginem fuerunt creata.* His *Timaei* verbis tria veteris Theologiae capita declarantur. Quorum quidem primum: Unum esse summum Deum, aeternum & omnis caussae nescium, mundi hujus universi effectorem & moderatorem, qui praeterea in rerum natura fingenda optimum exemplar imitatus sit, quod ab aeterno sapientissime sibi proposuerit. Alterum: Mundum hunc, quem Deus condidit & creavit, constare & compositum esse ex Diis aliis mi-

(*) Eclog. Phys. p. 82. (†) P. 32. (Lib. I. Cap. 16.) (**) P. 45. (††) P. 8.

curata versione *Jo. North.* Et hujus ego versionem, quod Arceriana clarior est & melior, loco huic addidi.

(*i*) *In extremo*] *Timaeus de anima mundi* in *Thom. Gale opusculis veter. mythologicis & physicis p.* 566.

Digitized by Google

minoribus, hominibus, & brutis animantibus. Tertium: Maximum & excellentiſſimum Numen rerum humanarum procurationem daemonibus & Diis credidiſſe inferioribus, qui propterea humanarum actionum diligentiſſimi ſpectatores ſint: ex illis vero quosdam ſceleratos & flagitioſos homines, ubi deceſſerint, tormentis excruciare juberi. Ceterum variis nominibus ſummus iſte Deus a *Timaeo Locro* compellatur. Interdum ὁ Θεὸς, *Deus*, eminentiori nimirum modo, nonnumquam ὁ δαίμων, alias νόος, *mens*, aliquoties τἀγαθὸν, *verum bonum*, nunc ἀρχὰ τῶν ἀρίστων, *rerum meliorum principium*, ipſi audit. Eſt, ubi eum δημιουργὸν ἐξ βελτίονος, *effectorem ejus, quod melius eſt*, nominat: mali enim nihil ab eo cenſet proficiſci poſſe. Saepenumero κράτιστον αἴτιον, *optimam & efficaciſſimam cauſſam*, vocat. Aliquando & ἀρχαγὸς καὶ ἡγεμὼν ἁπάντων, *princeps & parens rerum omnium*, dicitur. Neque vero Deum huncce mundi putat eſſe animam, ſed ejus animae conditorem. Mundum 47 enim animal Deumque ſecundarium cenſet eſſe, ex ſummo Deo genitum. (*) Δημιουργὸς ὢν ἄριστον ἡνίκα πάντων, τῶν ἐπὶ Θεὸν ἡγουμένων ὑπὸ ἄλλου αἰτίου, ἐξω τοῦ αὐτὸν συμπαγῆναι Θεῷ, ἔπρεπε διὰ παντὸς αὐτὸν διαλύειν. *Quum igitur Deus vellet pulcherrimum foetum producere, hunc effecit Deum genitum, nunquam corrumpendum ab alia cauſſa, praeterquam a Deo, qui ipſum compoſuit, ſi quando voluerit ipſum diſſolvere. At non eſt boni genitoris, ad ſui foetus, & pulcherrimi quidem illius, perniciem impelli. Permanet igitur mundus conſtanter talis, qualis eſt creatus a Deo, ab omni corruptione liber & interitu, beatus, optimus rerum omnium genitarum; quandoquidem ab optima cauſſa exſtitit, proponente ſibi non exemplaria quaedam manuum opificio edita, ſed illam ideam intelligibilemque eſſentiam, ad quam videlicet, quum res ipſae exquiſita quadam ratione effectae fuerint, pulcherrimae exſtiterunt, & hujusmodi, ut novas quadam opera emendari minime debeant.* Praeterea genitum iſtum Deum ſive mundum coepiſſe certo tempore, exordiumque habuiſſe, affirmat: Πρὶν οὐρανὸν γενέσθαι, λόγῳ ἦσαν ἰδέα τε καὶ ὕλα, καὶ ὁ Θεὸς δημιουργὸς ἐξ βελτίονος. *Antequam coelum exſtaret, ratione erant forma & materia, & quidem Deus ille erat melioris opifex.* Quamobrem, quidquid demum *Ocellus* & *Philolaus* ſenſerint, *Timaeus* hicce eorum eximi debet ordine, quibus mundus aeternus eſſe viſus eſt. Qua quidem in re non ipſum modo *Pythagoram*, cujus jam expoſuimus ſententiam, ſequutus eſt, ſed etiam omnes illos, qui principes diſciplinam ejus probarunt: de quibus univerſe pronuntiat *Ari-*

(*) (P. 546.)

(k) *Exſiſtentes*] Fruſtra, niſi totus fallor, laborat vir egregius, ut *Timaeum Locrum* doceat materiam ſummo Numini aeternam non adſcripſiſſe, aut, quod idem eſt, judicaſſe, mundum a Deo ex nihilo eſſe conditum. Qui vel leviter *libellum* ejus *de mundi anima* inſpexerit, is non poterit non certus eſſe, perennem materiam eamque motu quodam confuſo agitatam, inter rerum principia ab eo eſſe relatam. Ταύτας δὲ τὰς ὕλας, haec verba legas p. 544. ἀΐδιον μὲν ἔφα (Τίμαιος), ἀ μὲν ἀκίνητον, ἄμορφον δὲ καθ' αὑτὰν καὶ ἀσχημάτιστον, δεχομέναν δὲ πᾶσαν μορφάν. *Hanc vero materiam ajebat eſſe ſempiternam, nec vero mobilem, & ab omni forma & figura per ſe immunem & liberam, quaslibet tamen formas recipientem.* Aeternam materiam, quam Deo ſuo ſuppeditat, vocat hic ἀκίνητον ſeu *immobilem*. Sed hoc cave ſic intelligas, ac ſi ſtetiſſet *Timaeus*, nullo plane motu eam fuiſſe concitatam. Ἀκίνητον id ipſi dicitur, quod ratione & ordine non movetur. Et ejusmodi motum ordinatum materiae derogat, id quod, quae paullo poſt ſequuntur, extra dubium collocant, p. 545. Ἀγαθὸς δὲ ὁ Θεὸς, ἐρῶν τὰν τᾶς ὕλας δεχομέναν τὰν ἰδέαν καὶ ἀκοσμίαν, ταύταις μὲν, ἀτάκτως δ', ἴδη τ' εἰς τάξιν αὐτὰν ἄγων. *Deus, quum bonus ſit, & videret, materiam recipere formam, & alterari, varie quidem, ſed inordinate, vidit quoque, opus eſſe, ut eam ipſe in ordinem reduceret.* Neque aliter nos ſentire jubent, quae hic afferuntur a doctiſſimo viro, ut *Timaeus* ex eorum eximatur ordine, qui materiam eſſe volunt aeternam. (l.) *Ariſtoteles*, quum Pythagoreos dicit *mundum omnes ge-*

Ariſtoteles: (*) γενᾶσι γὰρ τὸν κόσμον. *Mundum enim generant.* Non ego negem, videri *Timaeum* hoc in libro materiam aeternam ducere, neque aliter, ac rem, ſpectare, quae ex infinito tempore una cum Deo fuerit, nec ex eo genita ſit. Verum *Clemens Alexandrinus* aliud ejus dictum laudat, ab hac plane alienum ſententia: (†) Ἀλλ' ἄπιμεν καὶ μίαν ἀρχὴν ἅπασιν ἀκοῦσαι παθεῖν; Τιμαῖος ὁ Λοκρὸς ἐν τῷ Φυσικῷ συγγράμματι φησὶν οὕτως· Μία ἀρχὴ πάντων ἐστὶ ἀγένητος· εἰ γὰρ ἐγένετο, οὐκ ἂν ἦν ἔτι ἀρχή, ἀλλ' ἐκείνου ἀρχή, ἐξ οὗ ἐγένετο. *Num vero Graecorum etiam ex ore principium unum audire geſtis? Ieſtem dabo Timaeum Locrum, qui Libro de natura ſic ad verbum loquitur: Unum omnium principium eſt, quod ortu caret: nam ſi aliunde ortum eſſet, principium jam non eſſet, ſed illud potius, unde ortum haberet.* Ergo huic ſi nos ſtare oporteat, *Timaeum* cenſendum eſt unum aeternum originisque omnis expertem Deum, naturae rerum parentem & conditorem, coluiſſe, ſed & alium praeterea genitum ſtatuiſſe Deum, ipſum nimirum mundum, quem animi putavit eſſe compotem, variaque ejus membra. Quamnam vero inter utrumque Deum hunc arbitratus ſit differentiam eſſe, id his ipſe verbis nos docuit: (§) Θεὸν μὲν, τὸ μὲν αἰώνιον νόῳ ὁρᾷ μόνῳ, τὸ αἰσθητὸν αἰσθανόμενον καὶ γιγνόμενον τοῦτον, τὸ δὲ γιγνόμενον ἤδη ὁρᾶσθαι, κόσμον δὲ τόνδε καὶ τὰ μέρη αὐτοῦ, ἔργον εἶναι θεοῦ. *Deum porro ſola mens videt in his omnibus ſane rebus, principem auctoremque & parentem horum omnium. Id autem, quod genitum eſt, oculis videmus, & hunc mundum per ipſius partes, quarum quidem praecipuae ſunt coeleſtes*, id eſt, ſidera, quae totidem exiſtimat eſſe Deos in mundo (*k*) exſiſtentes. Hic vero praetermitti minime debet, *Timaeum* binis de cauſſis ſummum Deum *aeternum* nominaſſe: primum, quod initii omnisque principii expers ſit: deinde, quod duratio ejus nihil plane cognati habeat cum ea, quam tempus vulgo vocamus. Dei enim durationem proprie αἰῶνα ſive aeternitatem vocari, affirmat. Sic ante eum *Parmenides*, quod vidimus, jam praeceperat: Εἰκὼν δ' ἔστι τοῦ ἀγενήτου χρόνου, ὃν αἰῶνα πανταχοῦμεν· ὡς γὰρ πρὸ αἰῶνος παράδειγμα τὸ ἰδεωνὸν κόσμου ὧδε αἰρανὸς ἐγενήθη· ἔτευξε γὰρ ὡσεὶ παράδειγμα ὧδε χρόνῳ σὺν κόσμῳ ἰδεωνεγένθη. *Eſt autem tempus ingeniti temporis imago, quod aeternitatem vocamus. Quemadmodum enim haec univerſitas ad intelligibilis mundi exemplar creata eſt; ita & hoc tempus ad aeternitatem, veluti ad exemplar quoddam, cum mundo ab opifice fuit (l) conſtitutum.*

Ona-

(*) Metaph. L. I. C. 7. (p. 276. T. IV. Opp.)
(†) Strom. V. p. 604. (p. 718. ed. Potteri.) (§) (P. 549.)

generaſſe, non tamen addit, eos *mundum ex nihilo generaſſe*. Hoc tantum ſibi vult *Ariſtoteles*, id quod luculenter, quae antecedunt & conſequuntur, oſtendant, Pythagoreos formam mundi non duxiſſe aeternam eſſe, quemadmodum ipſe cenſebat Stagirita; materiam non negat pro aeterna fuiſſe ab illis habitam. (II.) Locus *Timaei* ex *Clemente* contra dicterta, quae ex libello deprompi poſſunt, teſtimonia nihil valet. Etenim, ut omittam, ita eum explicari poſſe, ut aeternitati non adverſetur materiae, pauca ejusmodi verba quemnam ſenſum habeant, niſi ſuo in continua oratione loco collocentur, nemini licet conſtituere.

(*l*) *Conſtitutum*] Vix crediderim, effici ex hoc loco *Timaei* poſſe, viſum ipſi fuiſſe, aeternitatem eſſe durationem ſine ulla ſucceſſione. Tempus ipſi eſt illud tempus, quod annua ſolis ſiderumque converſione efficitur. Ὁ θεὸς, inquit, ἐκόσμησε τὰς περιόδους τοῦ κόσμου· ἅμα γὰρ τῷ κόσμῳ καὶ τὰ μέρα ἔστρα. *Deus tempus ſeu converſiones temporis una cum mundo ordinavit. Nec enim ante mundum aſtra erant.* Illud autem tempus, quod aſtrorum motus ab orbe condito producunt, etiam illi fatentur non fuiſſe ante mundum, qui ceteroquin partes & ſucceſſionem quamdam in aeternitate animo concipiunt. Itaque, quod tempus fuiſſe negat *Timaeus* ante aſtrorum ortum, id nondum ſignificat, continuam aeternitatem ab eo fuiſſe Deo attributam. Praeterea, quod tempus ad aeternitatis exemplar eſſe factum affirmat, id argumento eſt, tem-

Onati, qui Pythagoreus pariter fuit, locum quemdam supra in medio posuimus, quo aetatis suae philosophos affirmasse scriptum reliquit, unum esse tantum Deum, qui universum mundum coërceat & contineat: alios, praeter hunc, nullos esse Deos, saltim non tales, quibus cultum atque honorem divinum adhibere deceat. Ipse vero sibi ratus est ab hac discedendum esse opinione, Deumque simul unum & plures esse, judicavit; id est, unum quidem esse praestantissimumque Numen, cujus omnia pareant imperio, sed & multos alios minoris naturae atque dignitatis Deos, quos homines cultu & honore si prosequantur, recte atque laudabiliter faciant. Nunc reliqua ejus verba, quibus bina haec persequitur uberius, adjicere juvabit: (*) Τοὶ μ̓ λέγοντες ἕνα θεὸν εἶμεν, ἀλλὰ μὴ πολλοὺς, ἁμαρτάνοντι· τὸ γὰρ μέγιστον ἀξίωμα τᾶ θείας ὑστεροχᾶς ἀ συνθεωρῆν· λέγω μ̓ τὸ ἄρχειν καὶ καθηγέεσθαι τᾶ ὁμοίων, καὶ κοσμῆσαι μ̓ καθυπέρτερον εἶμεν τᾶ ἄλλων· τοὶ δ̓ ἄλλοι θεοὶ ποτὶ τὸ πρῶτον μ̓ νοερὸν ἔτως ἔχοντι, ὥσπερ χοροδιδάσκαλον ποτὶ κορυφαῖον, καὶ στρατιῶται ποτὶ στρατηγὸν, καὶ λοχῖται καὶ ἐπιτετραμμένοι ποτὶ πεζάρχαν καὶ λοχαγέτταν. ἔχοντι φύσιν, ἕπεσθαι καὶ ἐπακολουθῆν τῶ καλῶς καθηγεμόνος· κοινὸν μὲν τᾶ αὐτῶν τὸ ἔργον ἐσσῖ καὶ τῶ ἄρχοντι καὶ τᾶ ἀρχομένων· ἀλλ̓ ἰδίαν διώκοντο συντάχθαι τοὶ ἀρχέμενοι ποτὶ τὸ ἔργον, ἀπολειφθέντες ἀγαθοῦ· ὥσπερ ἀδὲ χοροδιδάσκαλος ποτὶ συναυλίαν, ἀδὲ στρατᾶ ποτὶ στρατηγίαν, ἀπολειφθέντες ἀγαθοῦ· τοὶ μὲν στρατηγῶ, τοὶ δ̓ κορυφαίω. *Qui unum tantum esse Deum pugnant, non autem multos Deos, illi vehementer a recta ratione aberrant. Nec enim secum reputant, in quo dignitas & majestas divinae praestantiae praecipue consistat. Consistit illa nimirum in gubernatione, & administratione eorum, qui similes Deo sunt,* (id est, Deorum) *nec non in eo, quod prae reliquis longe excellit Deus, & omnibus praestantior est. Omnes vero reliqui Dii, quos esse contendimus, primo illi & soli rationi conspicuo Deo idem sunt omnino, quod saltatores coryphaeo seu chorum ducenti, & quod milites inferiorum ordinum imperatori: quorum quidem munus est, sequi & probare ea, quae chori auctor & imperator mandant. Opus quidem ipsum commune habet is, qui regitur, cum eo, qui regit: at qui reguntur, amice ad unum opus perficiendum conspirare nequeunt, si duce careant & praefecto: quemadmodum cantores & saltatores ad unam saltationem & concentum efficiendum conjunctim conferre aliquid nequeunt, si coryphaeo destituantur, neque ex militum multitudine exercitus ordinatus componi potest, si desit imperator. Coryphaeum Deorum Onatus* hic Numen illud appellat,
478 quo nihil majus est & augustius. Cui nomini affine est illud, quod auctor (*m*) *Libri de mundo* adhibet, qui *mundi* eum salutat *coryphaeum*, sive *praecentorem* ejus & *praesaltorem*: Καθάπερ ἐν χόρῳ, κορυφαῖος ἁπάσῃ τᾷ χορᾷ ἀνδρῶν, ἐφ̓ ὅτῳ καὶ γυναικῶν, ἐν ἁρμονίαις φωναῖς ὀξυτέραις καὶ βαρυτέραις, μίαν ἁρμονίαν ἐμμελῆ πεφανωμένων. ὕτως ἔχει καὶ ἐπὶ τᾶ σύμπαντι διακόσμῳ θεῶ· καὶ γὰρ τὸ ἄναυλον εὐδόκιμον ὑπὸ τᾶ φερωνύμῳ ἀν κορυφαίω συναγωγόθειῶ κατεῖ μὲν τὰ ἄστρα ἀεὶ καὶ ὁ σύμπας οὐρανός. *Quemadmodum in choro*

(*) Stobaei Eclog. phys. L. I. p. 5.

tempus aeternitati, & aeternitatem tempori similem ab eo habitam fuisse. Tolle vero ex aeternitate successionem, nec intelliges, quaenam temporis & aeternitatis similitudo sit, aut qua ratione tempus ad exemplum aeternitatis fingi potuerit. Ut appareat, posse aliquem negare, tempus fuisse ante orbem conditum, nec tamen aeternitatem omni successione carere, profiteri, *Ciceronis* de hac re locum ex *Libro* I. *de natura Deorum* Cap. 9. p. 2891. *T.* IX. *Opp.* describere placet: *Saecula nunc dico, non ea, quae dierum noctiumque numero annuis curribus conficiuntur: nam fateor, ea sine mundi conversione effici non potuisse: sed fuit quaedam ab infinito tempore aeternitas, quam nulla temporum circumscriptio metiebatur,* SPATIO *tamen, qualis ea fuerit, intelligi potest: quod ne in cogitationem quidem cadit, ut fuerit tempus aliquod, nullum quum tempus esset. Velleii,* omnis Epi-

cu-

Digitized by Google

choro ſit, ut auſpicanti praeſuli aut praecentori accinat omnis chorus, e viris interdum feminisque compoſitus, qui diverſis ipſi vocibus, gravibus ſcilicet & acutis, concentum attemperant: eamdem ipſi rationem ſtatuimus & in Deo, qui univerſum mundum moderatur & regit. Et ſidera enim ſemper & univerſum ipſum coelum eos ad numeros moventur, quos Deus ſurſum quaſi auſpicando praecinendoque emodulatur, quem a ſimilitudine ſane congrua coryphaeum mundi recte appellaveris, quaſi praeſultorem ipſum, hujusque chori magiſtrum.

Ecphantum, Pythagoreum, & *Archelaum*, qui *Anaxagorae* ſcholam tenuit, (*n*) ſupra demonſtravimus docuiſſe, mundum huncce primo factum eſſe & conditum, gubernari vero perpetuo a divina quadam mente. Uterque hic vero in naturae rationibus explicandis atomos ex animo non dimittebat: quam tamen multi hodie philoſophandi viam ita ſequuntur, ut his longe ſentiant deterius, tametſi nihil in Deum injurioſum videri velint committere. Pergo ad *Euclidem*, *Megarenſem*, ſectae, quam *Megaricam* vocant, caput & principem, quem *Plato* poſt exceſſum *Socratis* ad tempus aliquod docentem fertur audiviſſe. Hic quidnam docuerit, (*o*) *Laërtii* verbis exponemus: Οὗτος ἓν τὸ ἀγαθὸν ἀπεφαίνετο, πολλοῖς ὀνόμασι καλούμενον· ὁτὲ μὲν γὰρ φρόνησιν, ὁτὲ δὲ θεὸν, καὶ ἄλλοτε νοῦν, καὶ τὰ λοιπά· τὸ δὲ ἀντικείμενον τοῦ ἀγαθοῦ οὐκ εἶναι φάσκων. Quae ſic ego verba interpretor: *Euclides* (qui *Xenophanem* & *Parmenidem* ſequutus eſt,) *primum rerum omnium principium bonum eſſe unum, praecepit, idque multis dixit appellari nominibus, nonnumquam prudentiam, interdum Deum, alias mentem, ſaepe aliis quoque vocabulis. Quae autem bono adverſa viderentur, ſuſtulit, ea ne eſſe quidem, dicens.* (*p*) Id eſt, mali naturam ſtabilem eſſe, aut malum principium eſſe aliquod, inficiabatur. Nec ego aliter (*q*) *Ciceronis* exiſtimem intelligenda eſſe verba, quibus *Megaricorum* explicat doctrinam: *Id bonum ſolum eſſe, quod eſſet unum & ſimile & idem & ſemper.* De Deo haec mihi omnia videntur dixiſſe. Hunc bonum ſive ipſam bonitatem vere & proprie vocari debere, contendebant: hunc idem, hunc unum, hunc ſimile, hunc ſemper putabant eſſe: hujus denique compos & ſimilis qui evadat, eum demum vere beatum & felicem appellari poſſe. Suſpicor, hanc ab illis doctrinam *Platonem* accepiſſe. Nam & hic Deum binis his nominibus, τὸ ἓν & τὸ ἀγαθὸν, *unum* & *bonum*, compellat, negatque, ullum mortalium felicitatis participem fieri alicujus poſſe, niſi ad eam incumbat curam, ut cum ſummo omnium Deo ſeu natura divina arcte conjungatur & ſocietur.

Euclidem excipiat *Antiſthenes*, novae pariter ſectae conditor, quae *Cynica* dicta fuit. Etenim in libro neſcio quo phyſico decreviſſe eum, (*r*) ferunt, *eſſe populares Deos multos, ſed naturalem Deum*, aut, quemadmodum (*s*) *Lactantius* ſententiam

curci, hae voces ſunt: qui, non ſecus ac *Timaeus*, tempus fuiſſe negat, antequam ſidera eſſent, nec aeternitatem tamen exiſtimat ſucceſſionis & partium eſſe neſciam, quoniam ſaecula fuiſſe ante tempus affirmat. *Nec enim*, inquit, *ſi mundus nullus erat*, SAECULA *non erant.* Aeternitatem ergo in ſaecula cogitando diſtribui poſſe, concedit.

(*m*) *Libri de mundo*] *Cap.* 6. *p.* 861. 862. *T.* I. *Opp. Ariſtotelis.*

(*n*) *Supra*] Vid. *Cap.* 1. §. 26.

(*o*) *Laërtii*] *Lib.* II. *Segm.* 106. *p.* 142.

(*p*) *Id eſt*] Aut, ut philoſophorum verbis rem clarius explicem: *Malum dixit eſſe privationem.*

(*q*) *Ciceronis*] *Academ. Quaeſtion. Lib.* IV. *Cap.* 42. p. 2325. *T.* VIII. *Opp.*

(*r*) *Ferunt*] *Cicero* hoc dictum refert *Antiſthenis de natura Deor. Lib.* I. *Cap.* 13. *p.* 2898. *T.* IX. *Opp.*

(*s*) *Lactantius*] *De ira Dei Cap.* 11. *p.* 934. At *divinar. Inſtitut. Lib.* I. *Cap.* 5. *p.* 36. ita hoc effatum exhibet *Antiſthenis*, ut apud *Ciceronem* exſtat.

Digitized by Google

tiam ejus expreſſit, *unum eſſe naturalem Deum, quamvis gentes & urbes ſuos habeant popularis.* Quamobrem *Velicjus* ille Epicureus, quem (*t*) *Cicero* loquentem introducit, objurgat *Antiſthenem*, quaſi naturam plane divinam ſuſtuliſſet, eo quod multitudinem Deorum nullius voluntati ſubjectorum & aequalium, qualem *Epicurus* ſuis obtruſit, ferre noluiſſet. Hoc vero neminem errore duci oportet, ac ſi *Antiſthenes* minores omnes, quos tum venerabantur populi, Deos hac voce irriſerit & contemſerit: quod ſi aulus fuiſſet, ſine ullo dubio, quod *Anaxagorae* contigit,
479 impietatis erga Deum inſimulatus eſſet. Igitur veram tantum, quam de Diis inferioribus fovere deceret, ſententiam hac voce declaravit: quumque fieri poſſe intelligeret, ut hi Dii a multis crederentur per ſe exſiſtere, & nullius imperio ſubjecti eſſe, Deos, quibus populi ſupplicarent, unius tantum maximique Numinis varia eſſe nomina, non autem diſtinctos Deos, ſignificavit. Graeci, ut exemplis ſententiam hominis explicem, Διὰ precabantur, Latini *Jovem* adorabant, Aegyptii *Hammonem*, Babylonii *Belum*, Scythae *Pappaeum*. En multos Deos populares. Atqui omnes tamen hi Dii re vera unus tantum idemque erant *naturalis Deus*. Leges urbium, civitatum, atque populorum publicae varios ad divinos honores civibus Deos deſignabant, aliisque eorum ſuas veluti regiones & tractus diſtribuebant, *Jovi* coelum, *Junoni* aërem, *Neptuno* mare; alios autem certis rebus, ſcientiis, & artibus praeficiebant, *Minervam* ſapientiae, *Bellonam* militiae conſtituebant antiſtitem. (*v*) *Ariſtoteles Libro contra Zenonem* moris hujus meminit: Κατὰ τὸν νόμον πολλὰ χρήσιμος ἀλλήλων οἱ θεοί. *Secundum legem in multis praeſtantiores ſeſe mutuo Dii eſſe dicuntur. Antiſthenes* hos omnes pariter Deos varia eſſe popularia ſeu civilia nomina ſignificabat; at omnes tamen unum tantum naturalemque Deum (*x*) referre.

Antiſthenem comes eat *Diogenes Sinopenſis:* quem (*y*) *Laërtius* narrat, quum mulierem conſpexiſſet ſignum ſeu imaginem Dei cujusdam ſuperſtitioſe venerantem, inſaniam ejus hac voce caſtigaſſe: Οὐκ αἰσχύνῃ, ὦ γύναι, μήποτε θεοῦ ὄπισθεν ἑστῶσα, πάντα γάρ ἐστιν αὐτοῦ πλήρη, ἀσχημονήσῃς; *Nonne vereris, mulier, ne forte, ſtante poſt tergum Deo, cuncta enim plena ipſo ſunt, inhoneſte te habeas?* Perſpicuum eſt, monuiſſe philoſophum mulierem, ut ſummi potius & ſempiterni Numinis, quod totum replet terrarum orbem, nec ullo loco abeſt, rationem in precibus ſuis haberet.

§. XXIII. *Socratem* multorum litteris traditum eſt ideo veneno ſublatum eſſe, quod, contemtis Graecorum variis Numinibus, uni Deo ſupplicandum eſſe, docuiſſet. Omnium inſtar (*z*) *Tertullianus* ſit, qui, *Propterea*, inquit, *damnatus eſt Socrates, quia Deos deſtruebat.* Id quidem omni vacat controverſia, *Socratem* ad unius

(*t*) *Cicero*] *De natura Deor. Lib.* I. *Cap.* 13. *p.* 2898.

(*v*) *Ariſtoteles*] *Libro de Zenone, Xenophane, & Gorgia Cap.* 4. *p.* 782. *T.* II. *Op.*

(*x*) *Referre*] Haec vero interpretatio dicti *Antiſthenis: Multos eſſe populares Deos, unum naturalem*, longius, quam fas erat, mihi quaeſita, neque vocabulorum poteſtati reſpondere videtur. Quis enim his indicare verbis voluiſſe *Antiſthenem* facile ſibi perſuadeat? *Deos populorum unius tantum ſummi Numinis varia eſſe vocabula & nomina.* Quod vir doctus ipſemet hac imbutus erat opinione, ideo licuit ipſi eam facile in verbis *Antiſthenis* cernere: nobis vero, quibus dubia haec opinio habetur, non idem licet. Evidens eſſe arbitror, hoc ſibi voluiſſe parentem Cynicorum: Tametſi multos varii populi Deos in coelum ſuſtulerint, hos tamen natura non eſſe Deos, ſed unum tantum eſſe Numen, quod per ſe & ipſa natura Deus ſit. Sic etiam *Lactantius* hoc pronuntiatum intellexit.

(*y*) *Laërtius*] *Lib.* VI. *Segm.* 37. *p.* 333.

(*z*) *Ter-*

Digitized by Google

unius Dei, quem hunc orbem cum effeciſſe, tum ſemper adminiſtrare dicebat, cognitionem & cultum familiares ſuos deduxiſſe. *Xenophon Libro* I. *memorabilium dictorum Socratis* colloquium ejus cum *Ariſtodemo* refert, quo variis id ab hoc rationibus impetrare ſtudet, ut orbem hunc non temere & fortuito, verum ratione & conſilio, factum eſſe, credat: (*a*) Οὕτω γε σκοπουμένῳ πάνυ ἔοικε τοῦτο σοφῶν τινος δημιουργοῦ καὶ φιλοζώων πεπνεύσθαι. *Mihi ea ſic conſideranti ſapientis cujusdam creatoris & animantum cupidi opificio ſunt conſentanea.* Mentem pariter & intelligentiam, qua utimur, eidem perſuaſum eſſe cupit *Ariſtodemo*, ex ſempiterna quadam ratione & animo, qui hanc univerſitatem unus moderetur, delibatam eſſe, non aliter atque terra illa & aqua, quibus corpus noſtrum ex parte conſtat, ex aqua & terra univerſitatis hujus decerptae ſint: (*) (*b*) Σὺ δ' οὐκοῦν φρένιμόν τι δοκεῖς ἔχειν; ἄλλοθι δ' ἐνταῦθα οὐδὲν φρόνιμον εἶναι; εἰδὼς, ὅτι γῆς τι μικρὸν μέρος ἐν τῷ σώματι πολλῆς ἄνου ἔχεις, καὶ ὑγροῦ βραχύ, πολλοῦ ὄντος, καὶ τῶν ἄλλων δὴ πάντων μεγάλων ὄντων ἑκάστου μικρὸν μέρος λαβὼν τὸ σωθῆναί σοι νῦν γε μέτριον ἄνευ ὕδατος ὅλως τι δύσχρως πως δοκεῖς σωματοειδέσθαι. *Tu vero non te ipſum aliquid habere prudentiae putas? An vero nusquam alibi quidquam eſſe putas prudentiae? praeſertim quum ſcias, quod exiguam terrae partem habeas in corpore, quum ea magna ſit: quod parum habeas humoris, quum humor multus ſit; itemque de ſingulis rebus ceteris, quae magnae ſunt, exiguam quum partem accepiſſes, ita deinde corpus tuum compactum fuit. Mentem vero, quae ſola nusquam erat, quodammodo feliciter corripuiſſe te putas. Atque haec ampliſſima numeroque infinita per dementiam quamdam in hunc ordinem redacta eſſe, putas.* Reſpondet *Ariſtodemus*, rerum quidem ceterarum humanarum artifices & fabricatores ſeſe videre, verum ejus, qui hunc mundum comparaverit & condiderit, ſpeciem & formam nusquam ſibi occurrere. Quae ſic diluit *Socrates*: Οὐδὲ γὰρ τὴν σαυτοῦ σύ γε ψυχὴν ὁρᾷς, ἣ τοῦ σώματος κυρία ἐστίν, ὥστε κατὰ τοῦτο ἔξεστί σοι λέγειν, ὅτι οὐδὲν γνώμῃ, ἀλλὰ τύχῃ πάντα πράττεις. *Nimirum tu ne tui quidem ipſius animum cernis, quae rerum in corpore potitur. Itaque, ſi ita velis, licet tibi dicere, nihil te judicio tuo facere, ſed omnia fortuito.* *Ariſtodemus* poſtea neceſſitatem, quae Deum colere ac revereri jubeat, ſibi parum eſſe perſpectam, conqueritur: Οὐκοῦν ὑπερῶ τὸ δαιμόνιον, ὦ Σώκρατες, ἀλλ' οἶμαι μεγαλοπρεπέστερον ἡγεῖσθαι, ἢ ὡς τῆς ἐμῆς θεραπείας προσδεῖσθαι. *Ligo, mi Socrates, Numen non ſperno: ſed arbitror, id eſſe magnificentius, quam ut cultu meo indigeat.* Ad quae *Socrates* continuo, Ὅσῳ, inquit, μεγαλοπρεπέστερον ἀξιοῖ σε θεραπεύειν, τοσούτῳ μᾶλλον τιμητέον αὐτόν. *Imo quanto magnificentius tui curam habere dignatur, tanto magis honore vult abs te affici.* Ad extremum incredibile ſibi plane videri, *Ariſtodemus* ait, Dei providentia hunc mundum adminiſtrari, nec, quemadmodum fieri poſſit, ſeſe intelligere, ut univerſis humanis rebus Deus ſimul provideat & conſulat. *Socrates* hunc animi morbum his verbis

(*) (P. 574.)

(*z*) *Tertullianus*] In *Apologetico Cap.* 14. *p.* 144. *ed. Havercampii.*

(*a*) Οὕτω γε] Haec non *Socratis*, ſed ipſius *Ariſtodemi* ad *Socratem* verba ſunt apud *Xenophontem Lib.* I. *de dictis & factis Socrat. p.* 573. *Opp.*

(*b*) Σὺ δ'] Non video, his in verbis id dicere *Socratem*, quod eum dicere *Cudworthus* perhibet, animos hominum ex mundi totius animo delibatos & decerptos eſſe. De animi ortu & natura in hoc cum *Ariſtodemo* colloquio nihil ſciſcit *Socrates*; ſed hoc unum demonſtrare omni ope nititur, orbem hunc cum a Deo conſtructum eſſe, tum ab eodem curari & regi. Ceterum in Latina verſione Graecorum verborum paullo plura ſunt, quam in Graecis verbis. Solet ſaepe *Cudworthus* ita veterum Graecorum ſiſtere locos, ut verſiones ampliores ſint ipſis locis: quem ego morem, quum nihil rebus ipſis noceat, retinendum eſſe duxi.

(*c*) *Alius*]

Digitized by Google

bis curare nititur: (*) Ὦ γαθὲ, καταμαθὲ, ὅτι καὶ ὁ σὸς νοῦς ἐκεῖνο τὸ σὸν σῶμα, ὅπως βούλεται, μεταχειρίζεται· οἰητέον δὴ καὶ, ἢ ἐν παντὶ φρονοῦντα τὰ πάντα, ὅπως ἂν αὐτῷ ἡδὺ ᾖ, οὕτω τίθεσθαι· καὶ μὴ τὸ σὸν μὲν ὄμμα δυνατὸν ἐπὶ πολλὰ σταδία ἐξικνεῖσθαι, τὸ δὲ τοῦ θεοῦ ὀφθαλμὸν ἀδύνατον εἶναι ἅμα πάντα ὁρᾶν. *Animadverte, vir optime, mentem etiam tuam, dum ineſt corpori, ex arbitratu ſuo corpus gubernare. Quamobrem exiſtimandum eſt, ſapientiam illam, quae eſt in hoc univerſo, ſic omnia regere, quemadmodum ipſi gratum eſt. Non tuus oculus ad multa usque ſtadia pertingere poteſt, & non poteſt Dei oculus ſimul omnia intueri.* Quibus dictis, concludit, ſi modo diligenti Deum cultu & officio proſequatur *Ariſtodemus*, fore demum, ut perſpiciat, ὅτι τοσοῦτον καὶ τοιοῦτόν ἐστι τὸ θεῖον, ὥστ' ἅμα πάντα ὁρᾶν, καὶ πάντα ἀκούειν, καὶ πανταχοῦ παρεῖναι, καὶ ἅμα πάντων ἐπιμελείσθαι, *Numen tantum ac tale eſſe, ut omnia pariter videat, & audiat omnia, & ubique adſit, & omnium pariter curam habeat.* Alium ejus cum *Euthydemo* dialogum *Xenophon Libro quarto* recitat, in quo *Socrates* de ſummo illo totius orbis moderatore & auctore Deo, quem nullius intuetur hominis oculus, hac ratione diſſerit: (†) οἱ δὲ ἄλλοι θεοὶ ἡμῖν τὰ ἀγαθὰ διδόντες, οὐδὲν τούτων εἰς τὸ ἐμφανὲς ἰόντες διδόασιν· ὁ δὲ τὸν ὅλον κόσμον συνταττῶν τε καὶ συνέχων, ὃν μὲν πάντα καλὰ καὶ ἀγαθά ἐστι, κ. τ. λ. οὗτος τὰ μέγιστα μὲν παρέχεται ὁρᾶν, πᾶσι οἰκονομῶν ἀεὶ παρέστιν ἡμῖν ἐστιν· οὗτος ᾧ καὶ ὁ πᾶσι φανερὸς δοκῶν εἶναι ἥλιος, οὐκ ἐπιτρέπει τοῖς ἀνθρώποις ἑαυτὸν ἀκριβῶς ὁρᾶν, ἀλλ' ἐάν τις αὐτὸν ἀναιδῶς ἐγχειρῇ θεᾶσθαι, ἀφαιρεῖται. *Nam & Dii ceteri, quum bona nobis largiantur, nihil tamen horum ita largiuntur, ut in conſpectum noſtrum prodeant. Et is, qui mundum univerſum compoſuit & continet, quo pulcra & bona omnia comprehenduntur, quique utentibus eo ſemper ipſum non attritum exhibet, —— maxima quaeque facere conſpicitur, atque haec gubernare nihilominus cerni non poteſt. Etiam conſideres velim, quod ſol, quum omnibus eſſe conſpicuus videatur, non permittat hominibus, uti ſe accurate adſpiciant, ſed ſi quis impudenter ſpectare eum conetur, videndi facultatem amittat. —— Quin etiam animus hominis, ſi quid rerum humanarum aliud, quiddam cum natura divina commune habet. Patet enim, hunc in nobis imperare, quamvis non cernatur.* Ἃ χρὴ κατανοοῦντα μὴ καταφρονεῖν τῶν ἀφανῶν, ἀλλ' ἐκ τῶν γιγνομένων, τὴν δύναμιν αὐτῶν καταμανθάνοντα, τιμᾶν τὸ δαιμόνιον. *Quae conſiderantem te nequaquam ea, quae cerni nequeunt, contemnere decet, ſed de iis, quae accidunt, eorum poteſtate animadverſa, Numen ipſum honore proſequi.* In hoc loco vox δαιμόνιον, quemadmodum antea θεῖον, ſummum Deum aperte ſignificat. Ceterum haec ego *Socratis* dicta, quibus Deum & providentiam Dei tam magnifice praedicat, propterea in primis tota fere deſcripſi, ut iis, qui his noſtris temporibus nihil magis cavent, quam ne Deum videantur & religionem profiteri, pudoris aliquid excuterem, niſi omnis forte huic generi pudor periit.

481 Nullum igitur cuiquam eſſe poteſt dubium, quin *Socrates* unum eſſe ſummum maximumque Deum, qui toti rerum naturae leges ferat, exiſtimaverit. Sed quod inde plerique efficiunt, omnes eum minores gentium Deos ſpreviſſe & repudiaſſe,

(*) (P. 575.) (†) (P. 633.)

(c) *Alias*] Indicat haud dubie locum illum, qui *Lib.* VII. *adv. Celſum p.* 335. legitur, quo laudes, quibus Apollo *Socratem* honeſtavit, ex eo effe ſuſpicatur natas, quod Dei hujus frequens cultor philoſophus hicce fuerit.

(d) *Abegiſſet*] Equidem haud probo hanc ultimorum *Socratis* verborum explicationem. Nec enim intelligo, quemadmodum parti cuidam divinae providentiae gallum aliquis immolari jubere queat. Nec tamen cum iis fecerim, qui ex hiſce verbis argumentum graviſſimae accuſationis in *Socratem* ducunt: quem aeque fuiſſe ſuperſtitioſum, ut plebs Athenienſis, hinc fine controverſia patere, exiſtimant. Moriens & hauſto dudum ve-

ne-

Digitized by Google

diaſſe, id metuo, ne parum firmamenti habeat. Contrarium enim vel illi, quos modo protulimus, loci indicant, quibus, praeter ſummum Deum, alii quoque Dii nominantur. Extrema vero vox ejus, quam, hauſto jam veneno, quum nullus joco amplius locus eſſet, emiſit, nihil eum praeter ceteros Athenienſes de religione & Diis novi ſenſiſſe, extra omnem collocat controverſiam. Namque decedens jam & moriens amicos jubet gallum votivum ſuis verbis offerre Aeſculapio. Qua de cauſſa his eum verbis *Origenes* increpat: (*) καὶ τηλικαῦτα φιλοσοφήσαντες περὶ τῆς ψυχῆς καὶ τῆς μελλούσης μακαριότητος διεξελθόντες, καταλιπόντες τὸ μέγεθος τῶν αὐτοῖς ὑπὸ θεοῦ ἐφανέντων, εἰς πολὺ φαῦλα καὶ σμικρὰ, ἀλεκτρύονα τῷ Ἀσκληπιῷ ὀφείλοντες. *Illi, qui tam praeclare de anima philoſophati ſunt, & de ſumma eorum in futura vita felicitate, qui bene vitam hic egerint, ſcite diſſeruerunt, poſtea, contemplatione rerum tam magnarum & nobilium relicta, quas Deus ipſis patefecit, ad vilia & abjecta deſcendunt, Aeſculapio gallum voventes.* Mitior tamen hic eſt in *Socratem Origenes*, atque (*c*) alias; neque tam inſulſam & veſanam ei ſuperſtitionem ob haec ultima verba exprobrat, quam eo loco, quo ſacrificium, quod Apollini fecit Pythio, qui inferior tantum erat daemon, commemorat. Atque erunt fortaſſis, quibus hoc *Socratis* factum commode excuſari poſſe videbitur. Philoſophum enim dicent Aeſculapium non ſic, ut ceteri, ſpectaſſe, ſed nomen hoc ſummi eſſe Numinis cenſuiſſe vocabulum, quo illa pars divinae providentiae, quae morbos hominum, eorumque curationes moderatur, deſignetur. Itaque magnum virum hoſtiam immolari voluiſſe ſupremo Numini, quod omnem penitus a ſe morborum & incommodorum vim unius mortis beneficio (*d*) abegiſſet. Utcumque eſt, (*e*) *Plato* tamen, antequam venenum biberet, *Socratem* narrat precatum eſſe, εὔχεσθαι τοῖς θεοῖς, ἢ μᾶλλον τῷ θεῷ ὅτῳ ἐκεῖνον ἦν θέμις εὔξασθαι τινα, (non Deum, ſed Deos, id eſt, ſummum Numen, atque Deos ſimul inferiores: quemadmodum in *Platonis Phaedro* cum ad Panem, tum ad reliquos tutelares loci Deos preces fudit) *ut felix eſſet ſua ex hac vita in alteram transmigratio.* (*f*) *Xenophon* etiam in *Libris memorabilium Socratem* memoriae prodidit tam verbis, quam factis hanc Apollinis Pythii doctrinam approbaſſe: *ex uniuscujusque civitatis inſtituto & more Deos eſſe adeundos & placandos*, vanitatisque eos, qui ſecus facerent, condemnaſſe. Poſtremo in *Apologia*, quam nomine ejus *Plato* perſcripſit, ſolem, lunam, & ſidera in Diis a ſe numerari, aperte profitetur, atque *Anaxagoram*, quod hos eſſe Deos negaverit, abſurdi erroris & mentis non nimis caſtigatae poſtulat. Quamobrem, quid obſtet, nihil video, cur eorum ſententiam, qui *Socratem* ideo veneno interemtum eſſe volunt, quod Diis ſupplicare nolucrit, unumque Deum eſſe tantum clamaverit, ad populares referri errores debere, concludamus.

Hic vero fortaſſis requirent aliqui, quale igitur illud ſit impietatis genus, cujus in judicio accuſatum eſſe *Socratem*, accepimus. His ipſe *Socrates* reſpondeat: qui

(*) Contra Celſ. Lib. VI. (p. 277.)

neno has voces emiſit *Socrates*, quum totus fere jam obriguiſſet. Ecquis igitur temere affirmaverit, hominem ita loquentem ſciviſſe adhuc, quidnam mandaret amicis. Forte mentis jam emotae fuit, nec ita rationis particeps, ut accurate, quidnam diceret, intelligeret.

(*e*) *Plato*] In *Phaedone p.* 402. *Opp.* Quae de *Socratis* precibus ad Panem in *Platonis Phaedro* hic monentur, eorum ſupra jam infirmitatem aperuimus.

(*f*) *Xenophon*] *De dictis & factis Socrat. Lib.* IV. *p.* 634. *Opp.*

in *Platonis Euthyphrone* id in se graviter tulisse perhibet Athenienses, quod libero gravique sermone vulgares de Diis fabulas castigaverit, impieque fecisse, dixerit, qui improbissima quaeque scelera & flagitia Diis primum tribuerint. *Euthyphron* parentem suum ut homicidii reum ad judices detulerat, a quibus idcirco in vincula conjectus, diem in illis obierat. Hoc ille postea facinus Deorum purgabat exemplis. Jovem ajebat, Deorum optimum & justissimum, Saturnum, patrem suum, quod natos devorasset suos, in custodiam dedisse: Saturnum pariter Coelum, genitorem suum, ob nonnulla perverse gesta exsecuisse. *Socrates* hanc ita
482 refellit excusationem: (*) *Ἀλλὰ, ὦ Εὐθύφρων, τοῦτ' ἔστιν, ὃ ἕνεκα ἐγὼ φεύγω, ὅτι τὰ τοιαῦτα ἐπιδάν τις περὶ τῶν θεῶν λέγῃ, δυσχεραίνουσί πως ἀποδέχεσθαι. καὶ τ. λ. Atqui hanc ob caussam, o Euthyphron, accusor, neque, quid respondeam jam, habeo. Nam quoties de Diis talia quaedam quis diceret, moleste ferebam: qua de caussa, ut videtur, peccare me ferunt. —— Bellum igitur inter Deos agitari invicem, arbitraris, inimicitiasque graves & pugnas, aliaque permulta, quae a poëtis & peritis scriptoribus memorantur. Unde & alia nobis sacra hujusmodi varietate sunt plena, & in magnis Panathenaeis peplum istarum varietatum plenum in arcem infertur.* Ergo *Socrates*, tametsi unum esse tantum summum Deum agnoscebat, haud tamen a receptis & tempore roboratis Graecorum religionibus refugiebat, pluresque simul inferioris numeri Deos, eosque genitos, colendos sibi esse, statuebat. Atqui poëtarum de his Diis narratiunculas & fabulas, quibus omnis generis scelera nefariaque facta Dii peregisse ferebantur, in populi justo levioris animum demitti, id vero tolerabile negabat esse. Adde his invidiam, quam differendi libertate sibi *Socrates* concitaverat, & veram habebis, cur impietatis erga Deos accusatus sit, (*g*) rationem.

483 Exstiterunt etiam, qui *Platonem* unum tantum Deum, nec plures praeterea, con-

(*) (P. 49.)

(*g*) *Rationem*] Bene hic & sapienter de *Socratis* religione contra receptas opiniones decernit vir egregius. Atque hanc ejus sententiam pluribus postea firmavit & roboravit vir longe doctissimus, *Jo. Clericus*, in *Silvis philologicis, Aeschinis Socratici Dialogis* subjectis, *Cap.* 3. quod inscripsit, *de Socrate*, *p.* 177. *f.* Nec eos audire fas est, quos inter multi sunt ex antiquis Christianorum doctoribus, qui *Patres* vocantur, qui *Socratem* hanc unam propter caussam veneno sublatum esse, narrant, quod unum Deum professus sit, plures vero negaverit esse. Nec illis accedi debet, qui Graecorum religionibus eum prorsus assensum esse, atque idem credidisse, quod populum Athenienscm de Diis, asseverant. Medius veluti *Socrates* interjectus est inter unius Numinis professores & inter inanium Deorum cultores. Persuasum erat magno viro, id quod ex *Xenophonte* & *Platone* sine controversia patet, unum esse summum Numen, rerum omnium opificem ac conditorem: huic vero uni Numini multas esse subjectas existimabat naturas homine nobiliores, certisque muneribus a summo Numine praepositas, quibus cultum quemdam adhibere homines oporteat. Has naturas Deos esse illos existimabat, quibus Graeci & Athenienses tum temporis supplicabant. Quare fabulas poëtarum, quippe quae in Deos ejusmodi nullo modo caderent, tolli quidem de medio jubebat, at ipsas caerimonias & ritus, dum major lux hominibus beneficio supremi Numinis affulgeret, ferri & tolerari volebat. Hinc nihil mirum est, id quod *Xenophon* sub initium statim *Operis* sui *de dictis & factis Socratis* significat, eum cum sacram rem Diis fecisse, tum divinationi non nihil dedisse. Conjungebat unus Deorum cultus *Socratem* & populum Atheniensium: at non eadem de Diis, qui colebantur, opinio ipsi erat, quae populo. Populus Mercurio supplicans, illum deprecabatur Mercurium, quem Majae filium, furum patronum, Deorum legatum, poëtae canebant. At *Socrates* eodem defungens munere, fabulis istiusmodi rejectis, divinam quamdam & potentem naturam venerabatur, cui potentiae suae partem aliquam praepotens illud Numen, quod cuncta contineret, commisisse, arbitrabatur. Idem de reliquis intelligi velim Numinibus, quibus *Socratem*, non secus ac Athenienses, sacra fecisse, accepimus. Verum populus Atheniensis, & ipsi haud dubie sacerdotes aegre ferebant, fabulas illas de Diis labefactari, quibus omnis religio pa-

Digitized by Google

confirmarent profeſſum eſſe. Qui quum viderent, multos huic ſententiae *Platonis* locos obſtare, quibus plures Deos commemorat, haec dicta ex animi ab eo ſententia prolata eſſe, inficiati ſunt, *Platonem*que veneni, quod *Socrates* haurire coactus fuiſſet, memorem, tam provide loquutum eſſe, ne Athenienſium exacerbaret animos, dixerunt. Atque hoc ne temere videantur conjeciſſe, locum quemdam ex *decima tertia* ejus *Epiſtola*, quae ad *Dionyſium* perſcripta eſt, (*) conſiderare jubent, quo *Plato* ſignum hoc ſuppeditat, cujus ope familiares ſui epiſtolas, quas ſerio exaraſſet, quibusve mentis ſuae ſenſa vere declaraſſet, ab illis ſecernerent, quas ſine cura aut ſimulate ſcripſiſſet: Τῆς μὲν γὰρ σπουδαίας ἐπιστολῆς Θεὸς ἀρχή, Θεοὶ δὴ τ' ἄπιον. *Seriae epiſtolae initium eſt Deus, non ſeriae vero Dii.* Atque multum certe locus hic virtutis habere videtur. Quapropter *Euſebius* (†) jam dudum eum, ut id, quod diximus, oſtenderet, *Platonique* locum inter unius Dei profeſſores aſſereret, teſtatus eſt: Δηλοῖ δὲ ἐφ' ἑνὶ μόνον Θεὸν εἰδὼς, εἰ καὶ σπουδῇ Ἕλλησι, τῇ δ' ἄλλῃ σύνηθι χρῆσθαι πολυπραγμονεῖν, ἐκ δὲ τῆς πρὸς Διονύσιον ἐπιστολῆς, ἐν ᾗ σύμβολα δίδωσι, τὴν τε ἀληθῆ σπουδὴν αὐτοῦ, καὶ τὴν ἄλλως ἀπρόσκοπον. *Eumdem porro* (Platonem) *ut vulgari Graecorum more plurium Numinum appellatione uti ſoleat, Deum tamen unum agnoſcere, vel ex ea, quam ad Dionyſium ſcribit, epiſtola quivis intelligat: ubi, quas ſtudioſe ac ſerio conſcriberet, epiſtolas ab aliis, quas temere negligenterque profunderet, ſua quadam nota ſecernens.*

Nihilo tamen minus ſatis ego ſupra ex *Platonis Timaeo* probatum arbitror, placuiſſe ei omnino, plures eſſe Deos. Deos autem vocat naturas intelligentes & mentis compotes, quae hominem dignitate & nobilitate ſuperent, divinisque idcirco honoribus affici debeant a mortalibus. Itaque ſolem, lunam, & ſidera Deorum in concilio reponit illo libro, quem diximus: quin etiam mundum ipſum, in quo animum eſſe opinatur, Deum aut Divam eſſe cenſet. In noſtris quidem *Platonis*

(*) P. 728. Opp. (†) Praepar. euang. Lib. XI. C. 13. (p. 530.)

publica nitebatur. Sacerdotes certe non tam obtuſo poterant eſſe ingenio, quin intelligerent, narrationibus hiſce poëtarum ſtirpitus ex animis extractis, fore, ut ipſi ſimul dies feſti, quibus fabulae poëtarum occaſionem dederant, ſacrificia, imagines, ſtatuae, ſigna, templa, ſacerdotes poſtremo conciderent ac tollerentur. Itaque *Socrates novos Deos* ſeu novam religionem introducere dicebatur, & hoc nomine apud judices accuſabatur. Nec id male factum, aut contra veritatem, ut ingenue fatear, exiſtimo. Ipſe quidem *Socrates* hanc a ſe propulſat apud *Platonem* criminationem, nec ſegnior eſt in ea retundenda *Xenophon*. Ego vero populo Athenienſi citius crediderim, quam *Socrati* & *Xenophonti*. Athenienſes nimirum quem colebant Jovem, eum Saturni filium, Junonis maritum, Deorum patrem, fulminis moderatorem, Plutonis & Neptuni fratrem, credebant eſſe: atque his opinionibus omnis Jovis cultus apud eos, tamquam fundamentis minime dubiis, ſuffultus erat. Atqui omnes haſce narratiunculas rejiciebat *Socrates*, & Jovem ſummum eſſe totius univerſitatis conditorem ac dominum, praecipiebat. Quocirca, tametſi caerimoniis iisdem, quibus reliqua turba, Jovem placabat *Socrates*, Jupiter tamen, quem ipſe ſibi animo effingebat, longe alius erat, atque Jupiter Athenienſium, & novus ideo Deus, novusque Jupiter, cujus neſcii fuerant antea Graeci. Hactenus ergo recte *Socratem* accuſabant *Anytus* & *Melitus*, quod novos in urbem Deos introduceret. Etenim nomina & ſacra Deorum Graeciae relinquebat: ipſos vero Deos, ſublatis poëtarum fabulis, auferebat, & alios in eorum locum ſufficiebat, quorum ipſe parens erat. Dolendum eſt, tantum, quantum *Socratis* fuit, ingenium non altius adſcendiſſe, atque verae religionis naturam accuratius exploraſſe. Sed ne pergeret, atque veritatem diligentius indagaret, animus, qui fuit in ipſo, ad dubitationem valde proclivis, & rerum a corpore ſejunctarum juſto negligentior, haud dubie obſtitit. Scilicet, ſi pauca quaedam demas de Deo & rebus divinis decreta, quibus addictus fuit, reliqua omnia, quae de rebus tam naturalibus, quam ceteris, in ſola contemplatione poſitis, diſputarentur, vehementer incerta eſſe, putabat: qua de cauſſa nec recepto Deorum cultui derogari volebat aliquid. Certi enim nihil ſine Dei peculiari quadam patefactione de rebus ejus generis ſanciri ab hominibus poſſe, judicabat.

Digitized by Google

tonis exemplis hanc fruſtra aliquis ſententiam quaeſiverit, in quibus quippe ſcriptum exſtat, (*) terram eſſe πρεσβυτάτην σωμάτων, *corporum omnium ad coelum usque antiquiſſimam.* Verum aliter legiſſe veteres, conſtat, atque πρεσβυτάτην θεῶν, *veruſtiſſimam Deorum* terram a *Platone* vocatam eſſe, cum *Procli* & *Ciceronis* oſtendunt auctoritates, tum haec verba (*h*) *Laërtii*: γῆν δ' πρεσβυτάτην μὲν εἶναι τῶν ἐν τῷ οὐρανῷ θεῶν, ἡμέρας δ' δημιούργημα, ὡς νύκτα καὶ ἡμέραν εἶναι, ὅταν μὲν ὑπὸ τὸ μέσον, νύκτα· ὅταν δὲ ἐπὶ τὸ μέσον. *Terram eſſe antiquiſſimam omnium, qui eſſent in coelo, Deorum* (Plato docuit): *fuiſſe autem conditam, ut diei noctisque tempora & vices variaret: eam, quum media ſit, circa medium moveri.* *Timaeum* enim quum in litteras referret *Plato*, diurnam tantum cognitam habebat terrae converſionem: quamquam poſtea & anniverſariam intellexiſſe dicitur. Reliqui omnes, quos reliquit, libri pariter hanc animo ejus de Diis opinionem inſediſſe, luculenter teſtantur: e quibus praecipue, praeter eum, quem *Epinomis* inſcripſit, *Libros de legibus* conſulere juvabit, quos annis jam gravis conſcripſiſſe fertur. Namque in his in divinitate ſolis, lunae, ſiderumque inculcanda valde copioſus eſt, juvenumque Athenienſium deplorat temeritatem, quod *Anaxagorae* ſibi ſcita perſuaderi patiantur, qui ſidera nil eſſe docuit, quam ſaxa & terram mente atque ratione vacua. Eodem volumine probari ſibi declarat conſuetudinem, quae tum temporis vigebat inter Graecos, ſolis lunaeque ortus & occaſus, tamquam Deorum, feſtis diebus excipiendi: quam ipſemet etiam exemplo ſuo conſuetudinem videtur comprobaſſe: (†) Ἀνατέλλοντός τε ἡλίου καὶ σελήνης, καὶ πρὸς δυσμὰς ἰόντων, πρόσκυλίσεις ἅμα καὶ προσκυνήσεις Ἕλλησιν τε καὶ βαρβάροις πᾶσιν, ἐν συμφοραῖς παντοίαις ἐχομένων καὶ ἐν ἀπραγίαις, ὡς ὅτι μάλιστα θεῶν, καὶ οὐδαμῇ ὑποψίαν, ὡς οὐκ εἰσὶ θεοί. *Quod in ortu & occaſu ſolis & lunae quotidie Graecos & barbaros conſpiciunt tam in rebus adverſis, quam ſecundis ſuppliciter adorare, non ſuſpicionem inde colligunt, non eſſe Deos, ſed certum teſtimonium, eſſe Deos.* Quae quum ita ſint, non poſſum, quin *decimam* hanc *tertiam Platonis* ad *Dionyſium epiſtolam*, quamvis ante *Euſebii* jam exſtiterit tempora, Chriſtiani hominis dolum & commentum eſſe, pronuntiem, cujus immoderatum erga religionem, quam profitebatur, ſtudium exigua rerum veterum temperaverit cognitio. Nec diſſentiunt, qui *Platonem* ediderunt, doctiſſimi homines, verum omnes epiſtolae huic vocem νοθεύει, ut fucatae mercis ſignum, praefixerunt.

484 Fateamur itaque, neceſſe eſt, *Platonem* non unius Dei tantum, ſed multorum quoque inferiorum Numinum religione obligatum vixiſſe. Nec idcirco tamen Deos, quos credebat, pares gradu faciebat & potentia, verum omnes uni ſummo ſubjiciebat Numini, quod unum per ſe ab aeterno tempore exſtitiſſe, coelumque ac terram ceterosque Deos omnes condidiſſe, ſtatuebat. Primo enim *Platonem* animam, quam toti ineſſe mundo judicabat, neque pro aeterna habuiſſe, neque ex ſemet ipſa natam credidiſſe, verum certo tempore a Deo factam aut creatam exiſtimaſſe, ante tamen, quam corpus ejus ſive mundus fingeretur, haec ejus verba neminem ignorare ſinunt: (§) Τὴν ψυχὴν ἐκ δὴ παντὸς ὑστέρου ἐπιχειρήμαν λέγειν, ὅτως ἐμηχανήσατο ὁ Θεὸς πατήρ, ὃ ἦν καὶ ἔστι καὶ αἰῶνι σωτήρων καὶ πρεσβυτήρων ψυχὴν σώ-

(*) P. 40. Sar.
(†) De leg. X. (p. 664. Opp.)
(§) Plat. Timaeo p. 34. (p. 528. Opp.)

(*h*) *Laërtii*] *Libro* III. *Segm.* 75. *p.* 211. Supra ceterum a nobis jam oſtenſum eſt, in *Pla-*

σώματος, ὡς διατάττειν καὶ ἄρχειν ἀρξομένῳ σωτηρίαν. *Animam haud ita, ut modo dicere coepimus, tum demique procreavit, quum corpus ei effeciſſet.* —— *Sed tam generatione, quam virtute priorem antiquioremque animam corpore conſtituit, utpote quae obedienti corpori eſſet imperatura.* Atque hoc nomine in *Platonem* invehitur *Ariſtoteles*: quem ſibimet ipſi repugnaſſe, arbitratur, quum animam mundi inter principia rerum retuliſſet, nec aeternam tamen eſſe conſtituiſſet, ſed una cum coelo conſtructam & creatam: (*) Ἀλλὰ μὴν οὐδὲ Πλάτωνί γε οἷόν τε λέγειν, ἢν οὗ δέχεται εἶναι, ἀεὶ αὐτὸ ἑαυτὸ κινοῦν· ὕστερον δὲ ἅμα τῷ οὐρανῷ ἡ ψυχή. *At neque Platoni poſſibile eſt dicere id, quod quandoque putat principium eſſe, quod ſe ipſum movet; interdum vero animam una cum coelo eſſe factam, affirmat.* Quae reprehenſio nonnullos induxit aſſectatorum ejus, ut *Platonem* duplicem aſſeverarent mentem ſive ψυχὴν introduxiſſe, alteram perennem & aeternam, tertiam nimirum divinitatis perſonam, alteram ſuo tempore una cum ipſo mundo conditam. Quam quidem ego ſententiam non plane duxerim ſpernendam eſſe. Quod ſi igitur ne mundi quidem animam, quam omnium Deorum infetiorum familiam veluti ducere putabat, originis expertem negavit eſſe *Plato*, ſed natam atque factam cenſuit a Deo, quanto minus ceteris, quos coli voluit, Diis, qui partes tantum mundi ſunt, ſoli, lunae, ſtellis, & daemonibus illam attribuere potuit gloriam? His ſi qui forte nondum contenti ſint, fierique ſuſpicentur potuiſſe, ut *Plato* mundum hunc ceterosque Deos non tam unius aeternique Numinis opus eſſe, quam multorum Deorum ſive principiorum, qui, quum poteſtate atque dignitate pares eſſent, amice conſpiraverint ad rem tantae molis aggrediendam, cenſuerit, hos ipſis facile *Platonis* verbis conticeſcere jubebo. Qui quidem celebrem illam quaeſtionem: Pluresne ſint & innumerabiles mundi, quod multis viſum erat philoſophis, an vero tantum unus? dirimere cupiens, in haec erumpit verba: (†) Πότερον οὖν ἀρθῶς ἕνα εἰρήκαμεν προσήκοντα; ἢ πολλοὺς καὶ ἀπείρους λέγειν ἦν ἐφάπτεσθαι; ἕνα· εἴπερ καθ' ὑποδειγμα δεδημιουργημένῳ ἔσται· τὸ γὰρ περιέχον πάντα ὅσαπερ νοητὰ ζῶα, μετ' ἐκεῖνο δοκεῖ οὐκ ἂν ποτ' εἶναι κ. τ. λ. ἵνα οὖν τόδε καθ' ὁμοίωσιν ἐμεῖναι ᾖ τῷ παντὶ ὃ ζῷον, λέγε πάντα ὅτι δύο ὅτ' ἀπείρους ἐπιοῦσιν ὁ πιὼν κόσμους, ἀλλ' εἷς ὅδε μονογενὴς οὐρανὸς γεγονὼς ἔστι τε καὶ ἔσται. *Proinde rectene mundum unum diximus? an rectius plures innumerabilesve dici oportuit? Unum profecto, ſi modo ad unius ſimilitudinem ſit formatus. Quod enim viventia omnia, quaecunque intelliguntur, continet, ſocium alterum habere non poteſt.* —— *Ut igitur hic mundus eſſet abſoluto animali ſimillimus, ex eo, quod ſolus atque unus eſſet, idcirco neque duo neque innumerabiles procreati ſunt, ſed unus mundus unigenitusque factus eſt & erit.* Patet, ut exiſtimo, ſententia hominis. Unam eſſe contendit divinam mentem, a qua res omnes, quae exiſtunt, effectae ſint, & plures uno propterea mundos eſſe negat.

Unus ceterum hicce Deus, quem *Plato* univerſam naturam rerum comparaſſe & compoſuiſſe, autumat, cum in *Timaeo*, tum aliis in locis ſimpliciter ei ὁ Θεὸς, *Deus*, appellatur. Alias δημιουργὸς, *architectus & artifex mundi* hujus audit. Quibusdam in locis ὁ πατὴρ καὶ ποιητὴς τῆδε τοῦ παντὸς, *parens & effector hujus univerſitatis*, dicitur, *quem difficile ſit cuivis invenire, at multitudini declarare nulli integrum homini.* Rur-

(*) Ariſt. Metaphyſ. Lib. XIV. 6. (p. 478. T. IV. Opp.)
(†) Tim. p. 31. (p. 527. ed. Ficini.)

tonis Timaeo, ubi de terra loquitur, legendum omnino eſſe Θεῶν pro σωμάτων, quod noſtri habent codices.

Rurſus ὁ ἐπὶ πᾶσι θεὸς, *Deus, qui rebus omnibus praeeſt,* ὁ φύσεως κτιστὴς, *naturae conditor,* ἓν πασῶν ἀρχὴ, *unum totius univerſitatis principium,* πάντων αἴτιον, *omnium rerum cauſſa,* νοῦς πάντων βασιλεὺς, *mens rebus omnibus dominans,* νοῦς αὐτοκρατὴς, πάντα κοσμῶν, νοῦ πάντων ἰών, *mens ſuprema, quae res omnes exornat & componit, ac per rerum naturam commeat,* ὁ παντὸς κυβερνήτης, *gubernator univerſitatis,* τὸ ὂν ἀεὶ, γένεσιν δ' οὐκ ἔχον, *id, quod ſemper exiſtit, nec umquam factum eſt,* ὁ πρῶτος θεὸς, *princeps Deus,* ὁ μέγιστος δαίμων & ὁ μέγιστος θεῶν, *maximus Daemon, Deorumque altiſſimus,* (*) ὁ ἥλιον γενέσας, *is qui ſolem confecit,* (i) ὁς γῆν, οὐρανὸν τε θεοὺς, τε πάντα τὰ ἐν οὐρανῷ, τε τὰ ἐν ᾅδου καὶ ὑπὸ γῆς ἅπαντα ἐργάζεται, *is, qui terram, coelum Deosque fecit, operaturque omnia in coelo, apud inferos & ſub terra,* vocatur. (k) Alio loco (†) eum eſſe hunc Deum ſignificat, cujus efficientia & virtute res omnes ὕστερον ἐγένετο, πρότερον οὐκ ὄντα, *factae eſſent poſtea, quum antea non eſſent,* aut ex nihilo effectae ac conditae eſſent. Eſt &, ubi *Plato* aeque facile eſſe Deo pronuntiat, (§) *ſolem, lunam, ſidera, & terram ex ſemet ipſo producere, atque nobis eſt, beneficio ſpeculi noſtras imagines, & quidquid praeterea nobis placet, gignere ac procreare.* Poſtremo & ὃς πάντα τὰ τε ἄλλα ἐργάζεται, τε ἑαυτὸν, *qui cum cetera omnia, tum ſemet ipſum fecit & produxit,* (l) alicubi nominatur. Cujus quidem deſcriptionis haec vis eſt, Deum eſſe αὐτοφυῆ, quod vocabulum idem de Deo *Plato* adhibet, *ſeu per ſe exiſtere, naturam talem eſſe Deum, quae nulli alii cauſſae, extra ſe poſitae, ortum debeat, rebus vero omnibus reliquis vitam & initium dederit.* Ipſe (m) *Lactantius Firmianus* hoc modo de Deo non veritus eſt ſcribere: *Se ipſum fecit,* inquit, *ex ſe ipſo procreatus, & propterea talis, qualem ſe eſſe voluit.* Sed vix quemquam eſſe putem, cui libera haec & audax atque a vulgari conſuetudine multum diſtans de Deo loquendi ratio magis arriſerit, quam

(*) De legib. L. X. (†) In Sophiſta. (§) De Republ. Lib. X. (p. 511.)

(i) Ὃς γῆν] Haec eo loco, quem vir doctus deſignat, apud *Platonem* ſcripta non reperi. Suſpicabar itaque, doctiſſimum virum fugiente oculo *Platonis Librum* X. *de legibus* luſtrantem, quae in illo de mundi anima dicuntur, ad Deum forte traxiſſe, atque nonnulla de ſuo addidiſſe. Etenim animum mundi *Plato p.* 667. ait gubernare univerſa & πάντα τὰ κατ' οὐρανὸν, τε γῆν, τε θαλάτταν εὖ διοικοῦν, *omnia, quae in coelo ſunt, quae in terra, quae in mari, ſuis motibus ducere.* Sed dimiſi hanc opinionem, poſtquam alio loco *Libro* X. *de republica p.* 511. haec ipſa verba offendi.

(k) *Alio loco*] *Plato* in *Sophiſta p.* 168. vim effectricem ſeu δύναμιν ποιητικὴν diſtribuit in *humanam* & *divinam.* Generatim vero hanc vim ita definit: Ποιητικὴν δύναμιν πάσαν ἑνὶ ὁρισμῷ λάβωμεν, ἣτις ἂν αἴτια γίγνηταί τοῖς μὴ πρότερον ὄσοις ὕστερον γίγνεσθαι. *Effectricem facultatem dicimus vim quamdam, quae cauſſa eſt, ut ſint poſtea, quae ante non fuerant.* Hanc deſcriptionem virtutis ad Deum ipſum a viro doctiſſimo referri, equidem leviter fero: nec enim *Platonem* docuiſſe quisquam negaverit, Deum hac efficiendi virtute in primis valere. At hoc minime probem, quod non ſecus haec *Platonis* verba interpretatur, ac ſi Deum ſignificarent ex nihilo fecille atque condidiſſe, quae ſunt, omnia: a qua certe opinione philoſophus iſte alienus fuit. Ducem habuit hac in re, praeter alios, *Marſilium Ficinum*, ex cujus in *Platonem indice voce Deus* manifeſto apparet, hunc ipſum ex *Sophiſta* locum ſatis ipſi luculentum fuiſſe viſum, propter quem *Platonem* contenderet de rerum omnium procreatione idem, quod Chriſtianae religionis profeſſores, ſenſiſſe. Verum temere prorſus & ſine ratione. *Plato* enim, ut omittam alia, hanc definitionem virtutis effectricis communem eſſe voluit duplici illi, quam memorat, efficientiae, tam divinae, quam humanae. Quapropter, ſi deſcriptio haec id, quod viri docti volunt, indicaret, hominibus etiam philoſophus, id quod abſurdum prorſus eſt, potentiam ex nihilo efficiendi aliquid daret. Praeter haec, ſequentia ſatis declarant, non de materiae ipſius, ex qua res conſtant, ſed de formae tantum productione, *Platonem* loqui.

(l) *Alicubi*] Fit hoc *Libro* X. *de republ. p.* 511. ubi ſic *Plato* loquitur: Ὁ αὐτὸς δὴ χειροτέχνης οὐ μόνον πάντα ἂν τὰ σκεύη ποιήσαι, ἀλλὰ καὶ ὅσα τε φύεται πάντα ποιεῖ, καὶ ζῶα πάντα ἐργάζεται, τε ἑαυτὸν καὶ ἄλλα. *Idem iſte artifex non ſolum poteſt omnem iſtam ſupelleſtilem fabricari, ſed etiam quaecunque ex terra naſcantur, efficit, & animalia*

quam *Plotino Libro*, quem inſcripſit περὶ τοῦ θελήματος τοῦ ἑνὸς, *de voluntate ejus, quod unum eſt proprie*: ex quo quosdam locos afferre ſtatui. Sic igitur *Plotinus* de ſummo omnium Deo: (*) Αἴτιον ἑαυτοῦ, καὶ παρ' αὐτοῦ, καὶ δι αὐτὸν αὐτός. *Sui ipſius cauſſa eſt, atque a ſe ipſo & propter ſe eſt hoc ipſum, quod dicitur ipſe.* Nonnullis interjectis: Αὐτός ἐστιν ὄντως ὁ ποιῶν ἑαυτὸν καὶ κύριος ἑαυτοῦ, καὶ οὐχ ὡς τις ἕτερος βέλτιστε γράψας, ἀλλ' ὡς θελήσας αὐτός. *Conſtat, Deum ſe ipſum effecere, ſuique exſiſtere dominum, neque ſic eſſe factum, ut aliud quidquam voluerit, ſed quemadmodum ipſe vult.* Paullo poſt ita differit: (†) Αὐτὸς ὢν τοῦτο, ὅπερ ἠράσθη, τοῦτο δέ ἐστιν ὑποστήσας αὐτὸν, ὅπερ ἐνέργειαν μίαν· ὥστε ἐνέργημα αὐτός, ἀλλ' ἄλλο μὲν ἐδιές· ἑαυτοῦ ἄρα ἐνέργημα αὐτός· οὐκ 486
ἄρα ὡς συμβεβηκὸς ἐστιν, ἀλλ' ὡς ἐνεργεῖ αὐτος καὶ ὡς αὐτὸς ἐθέλει, κ. τ. λ. *Deus ipſe hoc ipſum, quod amat, exſiſtens, id eſt autem, in ſubſiſtentiam ſe producens, ſiquidem actus eſt permanens.* —— *Intellectus autem ipſius eſt opificium: quapropter opificium ipſe eſt. Quum vero non ſit opus alterius, ſequitur, ut ſui ipſius ipſe ſit opus. Quamobrem non ita eſt, ut contigit, ſed potius, ut ipſe agit, & ut ipſe vult.* Quae verba haec praecedunt: (§) Ἀναγκαῖον ἐξ ἓν ἢ βούλησιν καὶ ἢ οὐσίαν· τὸ δὴ θέλειν παρ' αὐτοῦ, ἀνάγκη ἄρα τὸ εἶναι παρ' αὐτοῦ· ὥστε αὐτὸν πεποιηκέναι αὐτὸν, ὁ λόγος ἀνεῦρεν· εἰ γὰρ ἡ βούλησις παρ' αὐτοῦ, καὶ εἶναι ἔχον αὐτοῦ, αὕτη δ' ταυτὸν τῇ ὑποστάσει αὐτοῦ, αὐτὸς ἂν ἄρα ὑποστήσας ἂν εἴη αὐτόν· ὥστε οὐχ ὅπερ ἔτυχεν ἐστίν, ἀλλ' ὅπερ ἐβουλήθη αὐτός. *Neceſſe omnino eſt, ut exiſtimemus, eſſentiam & voluntatem unum idemque eſſe. Quum vero ipſum velle ſit ab illo, neceſſarium eſt, ab illo quoque ipſum eſſe ſibimet adeſſe. Quapropter & ipſum effeciſſe ſe ipſum, ratio haec invenit. Si enim voluntas eſt a ſe ipſo, ac velut ipſius opus, haec autem idem atque ejus ſubſtantia eſt, profecto ſic ipſe ſe in actum edidit exſiſtendi. Quamobrem non illud eſt, quod eſſe contigerit, ſed potius, quod ipſe voluerit.* Sufficerent haec, ut arbi-

(*) Enn. VI. L. VIII. p. 749. (Cap. 14. p. 750.) (†) P. 751. (§) P. 548.

omnia, atque ſe ipſum. Quae poſtea verba ad Deum accommodat.

(m) *Lactantius*] Duo ſunt *Lactantii* hujus argumenti loci, quos miſcuit vir doctiſſimus. Alter eſt *Inſtit. Lib.* I. *Cap.* 7. *p.* 53. ubi: *Quia*, inquit, *fieri non poteſt, quin id, quod fit, aliquando eſſe coeperit; conſequens eſt, ut, quando nihil ante illum fuit, ipſe ante omnia ex ſe ipſo procreatus, ideoque ab Apolline* αὐτογενὴς, *a Sibylla* αὐτογόνος *&* ἀγένητος *&* ἀπάτωρ *nominatur: quod Seneca, vir acutus, in exhortationibus vidit. Nos, inquit, aliunde pendemus. Itaque ad aliquem reſpicimus, cui, quod eſt optimum in nobis, animam debeamus. Alius nos edidit, alius inſtruxit, Deus ipſe ſe fecit.* Alter eſt *Lib.* II. *Cap.* 8. *p.* 214. *Ex ſe ipſo eſt, ut in primo libro diximus, & ideo talis eſt, qualem ſe eſſe voluit, impaſſibilis, immutabilis*, &c. [Pari modo de Deo *Ariſtides T.* I. *Opp. Hymn. in Jov. p.* 5. *edit. Canteri.* Conf. *Spanhem. ad Callimach. p.* 8.] Corruptiſſime his in locis de Deo philoſophatur *Lactantius*; nec ideirco, ut mea fert opinio, cum illis conjungi debet, qui ex Platonicis, vel ipſis etiam antiquioribus Chriſtianorum doctoribus, quum alioquin Deum finis & initii concederent eſſe nescium, eadem uſi ſunt loquendi ratione. Longo enim utrique diſtant intervallo. Scio, non deeſſe ſuos *Lactantio* patronos; verum ipſe omnes recuſat patronos, quoniam non tam in verbis & oratione ejus, quam in univerſa demonſtratione, quam ſuppeditat, vitium latet, cujus accuſatur. Hoc nimirum praecepti loco aperte aſſumit: *Id, quod eſt, coepit aliquando eſſe.* Ex quo praecepto hoc poſtea cogit: *Deus eſt, Ergo etiam aliquando eſſe coepit.* Hoc poſito pergit: Atqui nihil ante Deum fuit, ex quo naſci potuit. Igitur Deus ſemet ipſum procreavit. Vides ſeriem propoſitionum aptarum inter ſe ac cohaerentium, quae nullo modo patitur, ut *Lactantium*, non ſecus ac *Syneſium*, *Plotinum*, alioſque Platonicos, recte ſenſiſſe, parum vero proprie loquutum eſſe de Deo, decernamus. Sufficit omnino aeternitatem Dei, atque res conjunxit, quae nullo conjungi modo poſſunt, ſeque mutuo interimunt. Quid enim ineptius eſt, quam affirmare: coepiſſe rem quamlam, nec ulla tamen ex cauſſa genitam eſſe? Sed plura occurrant apud *Lactantium*, quae virum hunc oſtendunt plus temporis in eloquentiae ac bene dicendi praeceptis, quam in rationis cultura, poſuiſſe. Conferri poterit vir doctiſſimus, *Jo. Georg. Gaet.* in *Specimine Examinis Theologiae Lactantii Witteb.* 1723. 4. *Quaeſt.* I. §. 2. 3. *ſ. p.* 3. *ſ.*

(n) *Dei-*

Digitized by Google

arbitror. At quoniam genus hoc loquendi prorsus inusitatum est, ideo unum alterumque ex eodem philosopho argumenti hujus pronuntiatum adductis non gravabor adjicere: (*) Οὐκ ἔξω τοῦ βελτίστου αὐτοῦ ἡ οὐσία, ἀλλὰ συμφυὴς αὐτοῦ τῇ οὐσίᾳ ἡ θέλησις· καὶ οὕτω ἔστιν αὐτὸν λαβεῖν ἄνευ τοῦ θέλειν ἑαυτῷ, ὅπερ ἐστί· καὶ συμφόρμῳ αὐτὸς ἑαυτῷ, θέλων αὐτὸς εἶναι, καὶ τοῦτο ὤν, ὅπερ θέλει· καὶ ἡ θέλησις καὶ αὐτὸς ἕν· καὶ τοῦτο οὐχ ἕτερον, ὅτι μὴ ἄλλο αὐτὸς, ὅπερ ἔτυχεν, ἄλλο δὲ τὸ ἂν ἐβουλήθη ἄν· τί γὰρ ἂν καὶ ἐβούλετο, ἢ τοῦτο ὅ ἐστι; καὶ γὰρ εἰ ὑποτιθείμεθα ἐπὶ θάτερα αὐτῷ ὁρᾶν, ἃ θέλοι γενέσθαι, καὶ ἐξεῖναι αὐτῷ ἀναλέξασθαι ἃ αὐτὸς φύσιν εἰς ἄλλο, μήτε ἂν ἄλλο τι γενέσθαι βουληθῆναι, μήτ' ἂν ἑαυτῷ τι μεμψασθαι, ὡς ὑπὸ ἀνάγκης τοῦτο ὄν, ὅ ἐστι, τῷ αὐτὸν εἶναι, ὅπερ αὐτὸς ἀεὶ ἐβούλετο καὶ θέλει· ἔστι γὰρ ἔνιους ἡ ἀγαθὴ φύσις θέλησις αὐτοῦ. *Non extra voluntatem ipsius essentia est, sed cum ipsa velut ejus essentia copulatur penitus voluntas. Neque licet illum accipere absque volendi actu sibimet hoc ipsum, quod est, approbante. Itaque concurrit Deus ipse secum, volens ipse existere, idque existens, quod & vult: voluntasque & ipse unum est, atque ex hoc non minus est unum; quoniam non aliud quidem est ipse, quod videlicet contigit, aliud autem, quod esse voluisset, existere. Quid enim voluerit aliud, praeter hoc, quod nunc existit? Etenim si fingamus, in ejus optionem adduci, ut, quodcumque velit, efficiatur, eique licere naturam suam in aliud commutare, consiat sane, hinc nolle, se aliud esse vel exstitisse, neque quidquam in se incusare, quasi cogente necessitate id ipsum, quod est, evaserit, propterea, quod id proprie ipse sit, quod ipsemet & voluit semper, & vult. Est enim re vera ipsa boni natura ipsiusmet voluntas.* Postremo: (†) Πᾶν ἄρα βούλησις, καὶ οὐκ ἔστι τὸ μὴ βουλόμενον, ἐνὸς τοῦ βελτίστου ἄρα· πρῶτον ἄρα ἡ βούλησις αὐτός. καὶ τὸ ὡς ἐβούλετο ἄρα, καὶ οὕτω ἐβούλετο, καὶ τὸ τῇ βουλήσει ἐπόμενον, ὃ ἡ παύτη βούλησις ἐφύτευε· ἐφύτευε δὲ ἐν ἐν αὐτῷ. *Totum ergo voluntas erat, nec quidquam erat ibi non volens, neque igitur, quod*

(*) P. 747. (†) P. 755.

(n) *Doctrinam*] Ego vero aliter sentio, id quod jam professus sum paullo ante. Inter *Lactantii* doctrinam, qui diserte Deum esse negat aeternum, & *Plotini* praecepta multum interest, qui pro aeternitate Dei paullin fortiter propugnat. Praeterea, nisi multum fallor, abhorruit *Lactantii* ingenium ab istiusmodi, quales *Plotini* sunt, subtilitatibus: quas fortasis vir bonus ne cepisset quidem aut intellexisset, si propositae fuissent ipsi.

(o) *Videri*] Multa ejusmodi dicta, in quibus αὐτογενὴς Deus appellatur, ex Graecis Latinisque scriptoribus collegit *Dion. Petavius* in *Dogmatibus theol. de Trinitate Lib.* V. *Cap.* 5. §. 14. *p.* 294. *Tom.* II. Quae tamen omnia, quoniam sensu differunt, non eodem habenda sunt loco.

(p) *Scrutati sint*] Breviter hic quaedam observare placet ad ea, quae a viro doctissimo hic erudite disputata sunt. (I.) Plato ubi Deum appellet αὐτογενῆ, equidem ignoro. *Orpheum*, quisquis demum ille fit, hoc adhibuisse vocabulum, ex *Lactantio* didici. Forte igitur memoria fefellit virum doctum. (II.) Locum *Platonis* ex *Libro de republica* X. quo summum Numen cum alia omnia, tum semet ipsum fecisse, affirmat, parum abest, quin de notionibus naturarum, non de ipsis naturis, accipiendum esse putem. Id sibi philosophum velle, suspicor: Deum ex omni aeternitate cum rerum omnium, quas conditurus esset aliquando, tum sui-met ipsius notionem, exemplum, speciem, ἰδέαν animo effinxisse ac formasse. In hanc me suspicionem inducunt ea, quae sequuntur apud *Platonem*. Illustrat nimirum philosophus hanc rem, quae mirabilis videbatur, exemplo hominum, imagines suas in speculis pro lubitu producentium. Atqui hae imagines ope speculorum natae non sunt ipsi homines, sed umbrae tantum & exempla hominum. Quare, quum *Plato* Deum ibi & se & reliqua procreasse omnia affirmat, id etiam de aeternis cum Dei, tum rerum omnium, quas fingebat, simulacris & exemplis intelligi debere videtur. (III.) Quidquid id est, quae *Plotinus* subtiliter de hoc argumento disseruit, ea longe aliam habent significationem, quam verba *Platonis* habent, si vel proprie de ipsa Dei natura explicentur. Etenim *Plato* Deum ait eodem modo semet ipsum, quo mundum produxisse. Mundum vero ex sententia ejus ita Deus comparaverat, ut in confusam, rudem, ac indigestam materiam certam & ordinatam formam induceret. Quocirca, si Deus se ipsum pariter, ut rerum naturam, effecit, ex lege disciplinae *Platonis*, statuendum foret, philosophum dixisse, Deum certo tempore, quum

Digitized by Google

quod ante voluntatem eſſet. Principio igitur ipſa voluntas ipſe Deus exſtitit. Ita igitur exſtat, ſicut & voluit, & quale voluit. Tum vero, quod dicitur, quod eſt ibi, voluntatem ſequi, quod videlicet voluntas ejusmodi genuit, intelligendum eſt, voluntatem nihil in Deo amplius genuiſſe: hoc namque jam erat. Haec nos dicta fateri cogunt propemodum, a *Plotino* & *Platone* didiciſſe *Lactantium* iſtam, quam audivimus, de Deo (*n*) doctrinam. Quae quatenus vel probari poſſit, vel excuſari, id aliis dijudicandum relinquimus. Id tamen unum praetermittere nequeo, vocem αὐτο-γενὴς, quam frequentiſſime de Deo tam Chriſtiani, quam a Chriſtianis ſacris alieni uſurpant, ejusdem fere poteſtatis, cujus *Lactantii* dicta, (*o*) videri. Quod ad 487
Plotinum autem attinet, ejus omnia, quae recitavimus, huc ſpectant unice, quod manifeſtum arbitror, partim ut ſummum Numen per ſe exſiſtere, efficaciori quadam & expreſſiori ratione inculcaret, partim ut inſanam, quam nonnulli forte poſſent fovere, ſententiam de Deo refelleret, ac ſi ille id, quod eſt, caſu & fortuito factus eſſet, aut vero certa quadam naturae lege ac neceſſitate, ut id eſſet, quod eſt, compulſus fuiſſet. Quod quidem genus evocere cupiebat philoſophus, Deum ſemper id eſſe, quod eſſe vult, neque aliter ſeſe habere, ac ſi ſemet ipſum ſua ſponte libereque feciſſet & condidiſſet. Mihi quidem, cur tam fuſe dicta haec referrem, non haec una fuit cauſſa, ut *Platonis* illud pronuntiatum illuſtrarem, quo Deum & ſui ipſius & rerum omnium eſſe cauſſam aſſeveravit. Propoſitum mihi fuit dato ſimul ſpecimine oſtendere, quanta ſubtilitate, accuratione, & mentis contentione veterum philoſophorum, quibus *Chriſtus* tamen inviſus fuit, aliqui res divinas Deique naturam (*p*) ſcrutati ſint.

Redeat nunc, unde divertit, ad *Platonem* oratio. Trinitatem, quae vulgo ap- 488
pel-

quum antea confuſus & ordinis expers jacuiſſet, novum habitum & ſingularem formam induiſſe. Quae ſententia cum in ſe ſtulta eſt & inficeta, tum a *Plotini* & ſociorum diſciplina ita eſt remota, ut nihil ſit remotius. Haec ea re moneo, ut vel hoc exemplo diſcant alii, qui verbis prope utuntur iisdem inter veteres, eos non ſtatim ob vocabulorum affinitatem in eandem aggregandos eſſe familiam. Dici non poteſt, quantum hoc nomine vel ii quoque peccent, quibus nihil eſt in orbe erudito illuſtrius. Atque hic exemplum exſtat, ex quo id intelligas. *Plotinum* enim & *Lactantium* ſociat vir egregius, quos multo rectius ſecreviſſet. Addo his, qui hic afferuntur, *Plotini* locos non ita ſemper eſſe deſcriptos, ut apud *Plotinum* exſtant, ſed hinc inde quaedam omiſſa brevitatis cauſſa, quae rem ipſam non multum illuſtrare viſa ſunt viro docto. (IV.) Chriſtiani ſcriptores, qui Deum a ſe ipſo natum dixere, ad Deum patrem maximam partem hoc vocabulum retulerunt, notamque illud eſſe voluerunt, qua filius, quem ex patre genitum ſacrae litterae docent, a patre diſcerneretur. Quam ob rem multo frequentius hoc verbum poſt motas ab *Ario* de divinitate filii controverſias in libris auctorum occurrit Chriſtianorum, quam antea. Ex quo rurſus manifeſtum eſt, longe diſcrepare notionem, quam *Chriſti* ſectatores huic ſimilibusque vocabulis ſubjecerunt, ab illa, quae Platonicis in animo fuit, de Deo idem verbum uſurpantibus. Chriſtianis nimirum αὐτο-φυὴς, ἀγένητος, & alia hujus generis nomina idem ſunt, quod *ex nullo alio genitus & natus*, quum ad Deum patrem accommodantur. Neque deſunt prorſus, quae doceant, exempla, non id prorſus abſurde ac contra Graeci ſermonis naturam factum eſſe. Unum ego dabo ex *Dionyſio*, qui *Areopagitae* ſibi nomen ſumſit: cujus haec verba ſunt ex *Libro de Theologia myſtica Cap. 2. p. 25. T. II. Opp.* Ὥσπερ τὸ αὐτοφυὲς ἄγαλμα ποιῆσις. Dei, ait, naturam qui ſcrutari velint, eos id facere oportere, quod illi faciunt, qui *ſtatuam naſcam dedolant.* Ridiculus foret, qui nomen αὐτοφυὲς hic redderet: *ex ſe ipſo* aut *a ſe ipſo natum.* Statuam enim ex ſe ipſa naſci poſſe, quis, obſecro, ſanus intelligat? Ἄγαλμα αὐτοφυὲς ſignum hic eſt, quod nullus artifex fabricatus eſt, verum ipſa natura protulit & genuit: ut multi ſunt lapides, qui natura ſtatuam quodammodo referunt. Deum igitur αὐτοφυῆ commode ſic licet interpretari: *Deum, qui nullam ſui cauſſam habet, aut qui per ſe exſtitit, nec a quoquam genitus vel factus eſt.* Haec licet ita ſint, haud tamen negem, eſſe in Chriſtianis ſcriptoribus, qui ad Deum univerſe ſpectatum ejusmodi vocabula nonnunquam applicent, idque ſenſu faciant alio. Quos quidem ego Platonicorum preſſiſſe veſtigia, non invitus dederim. Omnium

pellari ſolet *Platonica*, ſunt, qui multo recentiorem ipſo eſſe judicant *Platone*, ſomnium eam & commentum eſſe, ſuſpicantes, quod recentioribus quibusdam Platonicis ingenii fervor dictaverit. Horum autem nullo modo ferri poteſt ſententia, quum ipſum *Platonem* exploratum ſit tres ejusmodi hypoſtaſes ſeu perſonas, quae principiorum habeant naturam, in diſciplinae ſuae fundamentis numeraſſe. *Decimo* quidem *de legibus Libro*, quo ex inſtituto contra Dei contemtores diſputat, atque Deum eſſe, demonſtrare nititur, altius tamen haud adſcendit, quam ad ψυχὴν ſive mundi animam. Satis ſeſe putat religionem contra impetus improborum confirmaſſe, ſi eſſe docuerit in orbe principium quoddam ſemet ipſum movens, unde omnis motus, qui in orbe verſetur, unice profectus ſit. Verum aliis librorum, quos reliquit, locis accuratius philoſophatur, &, praeter animam ſemet ipſam interiori motu cientem, νῦν ſeu intelligentiam eſſe defendit immobilem & ſtabilem, atque eam mentem proprie δημιουργὸν eſſe, ſive totius rerum naturae architectum & fabricatorem, contendit. Sed nec hic ſibi ſubſiſtendum arbitratur, verum eſſe poſtremo affirmat *hypoſtaſin* quamdam, multiformi hac intelligentia multo nobiliorem & excellentiorem, ſeu naturam omnis concretionis & compoſitionis plane expertem, numerisque omnibus perfectam & abſolutam. Hanc naturam τὸ ἓν vocat ſive *unum*, ut omne prorſus ab ea removeat vitium, quod cum eo, quod multiplex dicitur, conjunctum ſolet eſſe: item τἀγαθὸν, *ipſam bonitatem*, quam nulla humana mens & ratio aſſequatur: primum ex ordine rerum intelligentiae ſoli ſubjectarum, infinitam denique fertilitatem, immenſa ſimul benignitate redundantem. Secunda vero ad *Dionyſium* epiſtola aperte conjunctim meminit trium divinitatis hypoſtaſeôn. Jam verba ὁ Θεὸς & τὸ Θεῖον, *Deus* & *divinitas*, interdum apud *Platonem* tam amplam habere videntur notionem adjunctam, ut triplicem hanc divinitatem ſimul ſignificent, nonnumquam vero unam tantum harum divinarum naturarum deſignant. Sic quoque, quod jam antea animadvertimus, ὁ Ζεὺς ſive *Jupiter* non ubique *Platoni* principem & primariam divinitatis hypoſtaſin deſignat, ſed aliquando etiam alteram hypoſtaſin ſeu mentem & intelligentiam, ſaepe quoque tertiam ſeu aeternam animam, per res omnes intentam & commeantem. At prima tamen harum naturarum illa eſt, quam Platonici πηγὴν & βυθὸν, *fontem divinitatis*, appellant, quamque ipſe ita (q) *Plato* deſcribit: Ὁ πάντων βασιλεὺς, περὶ ὃν πάντα ἐστὶν, ἕνεκα ἐκεῖνος πάντα, καὶ ὃ αἴτιον πάντων τῶν καλῶν. *Omnium rex, circa quem cuncta ſunt: ipſius gratia omnia: ipſe pulchrorum omnium cauſſa.* In hac prima divinitatis natura, quam proprie πατέρα vocare ſolebat, ſeu *ipſam divinitatem*, laudanda copioſus praecipue *Plato* eſt *Libro ſexto Commentariorum de republica.* Nominat eam ibi τἀγαθὸν ſive *bonitatem*, idque ſibi datum in primis credit, inſtar *Syneſius* ſit, ſemi-Chriſtianus & ſemi-Platonicus, qui *Hymno* III. *Opp. p.* 323. Deum ſuimet ipſius & patrem & filium appellat:

Πατὴρ πάτωρ σεαυτοῦ,
Πρόπατορ, ἄπατορ,
Υἱὲ σεαυτοῦ.
Pater, pater tui ipſius;
Ante pater, ſine patre,
Fili tui ipſius.

Exſtitit etiam, qui de altera divinitatis perſona, filio nimirum Dei, nil dubitaret iſta verba, de quibus loquimur, adhibere, eumque πάτροφον, πατροφῶν, πάτοργον appellare, *Nonnus* ſcilicet, cujus notiſſima *in Johannem Metaphraſis.* Id autem aeriter in hoc poëta caſtigavit, negans omnino, fieri poſſe, ut Deus ejusmodi nominibus compelletur, eo quod ita in eo, quod principio caret, principium aliquod conſtituatur, *Dan. Heinſius* in *Ariſtarcho Nonno huic ſubjecto Cap.* 3. Ego, id quod jam ſignificavi, non exiſtimem, tam severe iſtiusmodi verba exponenda eſſe, ſi ab illis adhibeantur, qui *Chriſto* nomen dederunt.

(q) *Plato*] Haec verba exſtant in *Epiſtola ſe-*

Digitized by Google

dit, ut naturam ejus, comparatione cum sole instituta, declaret. Solem autem ipsum *coelestem Deum* nuncupat, atque summi Numinis opus esse, dicit, quod in tota rerum, quam oculis spectare liceat, natura proxime ad similitudinem maximi Dei accedat: (*) Ὅ, τι περ αὐτὸ ἐν τῷ νοητῷ τόπῳ πρὸς τὸ νοεῖν καὶ τὰ νοούμενα, τοῦτο τοῦτον ἐν τῷ ὁρατῷ πρὸς τὸ ὄψιν καὶ τὰ ὁρώμενα. *Quemadmodum ipsum in loco intelligibili ad intellectum & ea, quae intelliguntur, se habet; sic & iste in loco visibili ad visum se habet & ad ea, quae videntur.* (r) *Nam sicut sol non ipse visus est, sed caussa tantum visus; neque illa lux, cujus ope videmus, ipse sol est, sed tantum* ἡλιοειδὲς, *res soli non* 489 *dissimilis: ita summus celsissimusque Deus* (proprie) *non est cognitio, sed caussa cognitionis tantum; neque intelligentia* (in se scilicet spectata) *res optima est & perfectissima, sed tantum* ἀγαθοειδὲς, *res boni speciem habens.* Rursus: *Quemadmodum sol efficit, ut reliquae res omnes non modo videantur, sed etiam generentur: ita supremus quoque Deus non modo facit, ut res cognoscantur*, sed etiam uti sint & exsistant. Οὐκ οὐσίας ὄντος τοῦ ἀγαθοῦ, ἀλλ' ἔτι ἐπέκεινα τῆς οὐσίας, πρεσβείᾳ καὶ δυνάμει ὑπερέχοντος. *Summus hicce Deus non ipse proprie est essentia, sed supra essentiam, eamdemque cum dignitate, tum potentia multum superans.* Hanc de Deo differendi rationem, quam ex *Platone* exhibuimus, Graeci quidam doctores instar normae videntur adsciviisse, quando Deum ὑπερούσιον sive *supereſſentialem* appellabant: quamquam de tota verbum hoc capi volebant Trinitate. *Plato* vero nihil aliud sibi proposuisse videtur hac disputatione, quam ut summum omnium Deum nulla nota sive peculiari signo a ceteris discerni rebus, ac veluti terminari, sed abstrusam reconditamque cunctorum, quae exsistunt, stirpem atque caussam esse, condocefaceret. Antequam *Platonem* dimittam, ceteris, quibus primam divinitatis hypostasin exornavit, nominibus unum hoc adjiciam: Ὃ τε ἡγεμόνος καὶ αἰτίᾳ πάντων πατρὶ, *parens principis & caussae rerum omnium.* In quo non possum, quin admirabilem religionis Christianae & philosophiae *Platonis* concentum ostendam. Utriusque enim Trinitatis, & ejus, quam Christiani, & illius, quam Platonici profitentur, persona altera, quam *Platonis* assectatores non modo νοῦν, sed etiam λόγον vocant, rerum omnium esse dicitur origo atque caussa, totiusque hujus orbis architectus, effector, & artifex, sive *Demiurgus*.

Platoni socium adjungere licebit *Xenophontem*, quoniam uterque & eodem floruit tempore, & ex *Socratis* disciplina prodiit: quamquam alioquin nulla inter eos fuisse videtur benevolentiae conjunctio. *Xenophon* itaque, etiamsi sexcentis scriptorum suorum locis multos esse Deos fateatur, nihilo tamen minus diserte quoque unum esse summum Numen, cujus vi & ratione cuncta contineantur, praedicat. Velim tantum sequentia ejus verba diligenter (s) ponderari: Ὁ πάντων σύνολον, καὶ κατὰ

(*) (P. 478.)

cunda Platonis ad Dionysium p. 707. Opp. De ipsa, quam *Platonem* ferunt professum esse, Trinitate infra copiosius *Cudworthus* differit: in quem locum differimus, quae nobis de hoc argumento videntur esse monenda.

(r) *Nam sicut sol*] Cave putes, haec ipsa esse divini *Platonis* verba. Vir doctissimus, quam *Platonis* esse sibi persuasit, sententiam suis enarravit verbis, quae num mentem ejus accurate exprimant, valde dubium est. Nimis mihi longa, eaque huic instituto parum conducens ingrediendi esset disputatio, si totam explicare vellem & explanare *Platonis* argumentationem. Itaque ipsum legant philosophum, qui subtilitatum, quarum ingens eo loco messis est, amore ducuntur.

(s) *Ponderari*] In *Xenophontis*, quae hodie leguntur a nobis, scriptis haec verba non exstant. Attulit autem ea, & bis quidem *Clemens Alexandr.* in *Cohort. ad gentes Cap. 6. p. 61.* & *Stromat. Lib. V. p. 417. s.* a quo *Eusebium* & *Cyrillum*,

Digitized by Google

αἰτρεμίζων, ὡς μὲν μέγας τις καὶ δυνατὸς, φανερὸς· ὁποῖος δ' ἐστὶ μορφὴν, ἄφανές. Qui omnia concutit, idemque tranquillat, eum & magnum & potentem esse, constat: qua vero specie sit, non liquet.

§. XXIV. Jam ordo tangit *Aristotelem*. Quem qui neget, non secus atque ceteros Graecos, Deorum agmen quoddam sibi finxisse, is mediocriter in scriptis ejus versatus sit, necesse est. Saepissime enim Θεοὺς sive Deos nominat. Luculentus in primis est in *Libris ad Nicomachum* locus, quem totum huc transferre non gravabor: (*) Ἡ δ' τελεία εὐδαιμονία, ὅτι θεωρητική τίς ἐστιν ἐνέργεια, καὶ ἐκβαῖνον ἄν φαιτὴν τὸς Θεοὺς δὴ μάλιστα ὑπολήψομθα μακαρίους καὶ εὐδαίμονας εἶναι· ποφίξεις δ' ποίας δοτέον αὐτοῖς; πότερα δ' δικαίας; ἢ γελοῖοι φανοῦνται συναλλάττοντες, καὶ ἀποκαταθήκας διδόντες, καὶ ὅσα ἄλλα τοιαῦτα; ἀλλὰ τὰς ἀνδρείας, ὑπομενοῦσας τὰ φοβερὰ καὶ κινδυνεύσοντας, ὅτι καλόν; ἢ τὰς ἐλευθερίους; τίνι δ' δώσουσιν; ἄτοπον δ', εἰ καὶ ἔσται αὐτοῖς νόμισμα, ἢ τι τοιοῦτον· εἰ δὲ σώφρονες, τί ἂν εἶεν; ἢ φορτικὸς ὁ ἔπαινος, ὅτι σὺκ ἔχουσι φαύλας ἐπιθυμίας; διεξιοῦσι δ' πάντα φαίνοιτ' ἂν τὰ περὶ τὰς πράξεις μικρὰ καὶ ἀνάξια Θεῶν· ἀλλὰ μὴν ζῶν τε πάντες ὑπολαμβάνουσιν αὐτὸς, καὶ ἐνεργεῖν ἄρα· εἰ δὲ τὸ καθεύδειν, ὥσπερ τὸ Ἐνδυμίωνα· τῷ δὲ ζῶντι καὶ πράττειν ἀφῃρημένῳ, ἔτι δὲ μᾶλλον καὶ ποιεῖν, τί λείπεται, πλὴν θεωρίας; *Perfectam autem beatitudinem opus quoddam esse in contemplatione positum, etiam ex hoc perspicere licet, quod Deos felicissimos ac beatissimos esse, arbitramur. Actiones autem quas eis tri-*
490 *buere nos oportet? Justasne? Quasi vero non ridiculi fierent, si contraberent inter se, deposita redderent, & cetera id genus. An fortes, ut res formidolosas subeant ac perferant, & periculum adeant, quia honestum sit? An liberales? Cui vero donabunt? Absurdum autem, si apud eos erit etiam nummus, aut aliquid tale. Jam vero utrum erunt temperantes, an inepta & contumeliosa laus illa Deorum futura est, vitiosis cupiditatibus eos carere? Quod si omnia, quae in actionibus versantur, persequamur, exigua sane Diisque indigna reperientur. Atqui nemo est, qui non eos vivere existimet: ergo & aliquo munere fungi. Non enim eos oportet dormientes fingere, ut Endymionem? Ei igitur, qui vivit, si actio, multoque magis, si effectio adimatur, quid, praeter contemplationem, relinquitur?* Hanc ipsam rem alio deinceps argumento confirmat: *Cetera animalia, quae contemplatione orbata sunt, beatitudine quoque excluduntur. Diis enim immortalibus omnis vita beata est: hominibus autem, quatenus aliquod simulacrum contemplationis habent. Reliquorum vero animalium beate vivit nullum, quoniam nulla est eis contemplationis communitas.* Perspicuum est, *Aristotelem* hic de certa quadam familia sive ordine naturarum verba facere, quae homines praestantia & nobilitate antecedant, seu, quod idem est, examen quoddam Deorum inducere. Idem hicce locus, id quod in itinere veluti constitutus indico, ad eorum valet sententiam convellendam, qui (t) non

(*) Lib. X. C. 8. (p. 183. T. III. Opp.)

qui similiter ea testantur, accepisse, nil dubito. Similis tamen sententia occurrit inter dicta *Socratis Libro* IV. *Memorab. Socratis p.* 634. Quod quidem virum venerandum, *Jo. Potterum*, adduxit, ut in *Annot. ad Clement. p.* 61. conjiceret, *Clementem* ex memoria protulisse istud *Xenophontis* dictum: ex quo evenerit, ut sensum quidem ejus, non item verba, referret. Sed quum bis, & iisdem prorsus verbis, pronuntiatum hoc exhibeat *Clemens*, huic ego conjecturae vix aliquid dederim.

(t) *Non ita pridem*] Fecisse id nonnullos accepimus tum temporis ex Romani Pontificis assecla in Brittannia viventibus, qui cum celeberrimis Anglicanae ecclesiae Theologis de vera *idololatriae* natura & notione certabant. Qui quidem, ut omnem criminis hujus suspicionem tanto longius a se amoverent, id agebant in primis, ut veterum

po-

Digitized by Google

non ita pridem persuadere nobis studuerunt, inanimatas mundi hujus partes olim a gentibus plerisque pro veris atque proprie sic dictis Numinibus esse habitas. Contrarium ex his verbis liquet *Aristotelis*: Ζῆν τε πάντες ὑπειλήφασι θεούς. *Omnes vivere Deos existimant.* Idem & ex illis, quae sequuntur, verbis intelligitur, quibus omnes consentire significat populos, Deos esse naturas animi, vitae, & rationis participes, ut meditari omnia, circumspicere, & contemplari queant. Idem in *Politicorum Libris* philosophus, ubi artes ad stabiliendam & conservandam tyrannidem, quam vocat, necessarias enumerat, hanc inter alia principibus legem rogat: (*) Ἔτι δὲ τὰ πρὸς τοὺς θεοὺς φαίνεσθαι μὲν σπουδάζοντα διαφερόντως· ἧττόν τε γὰρ φοβεῖσθαι, τὸ παθεῖν τι ἀδίκημα ὑπὸ τῶν τοιούτων, ἐὰν δεισιδαίμονα νομίζωσιν εἶναι τὸν ἄρχοντα καὶ φροντίζειν τῶν θεῶν· καὶ ἐπιβουλεύουσιν ἧττον, ὡς συμμάχους ἐχοῦσι καὶ τοὺς θεούς. *Quod ad Deorum cultum attinet, hujus rei semper egregie studiosus videri debet. Nam minus timent, ne quid sibi incommodi praeter leges a talibus viris importetur, si principem religiosum esse, & metu Deorum contineri, & Deos curare, existiment: & minus ad insidias tyranno comparandas se conferunt, tamquam Deos habenti belli societate conjunctos.* Quae hic exstat, vox δεισιδαίμων non tam hominem *superstitiosum*, ut plerumque solet, quam *religiosum*, denotare, laudisque potius, quam vituperationis, videtur nota esse. Quamquam ipse *Aristoteles* non ejus hic officio fungitur, qui laudabili sensu δεισιδαίμων appellari potest, verum hominis personam sustinet versuti ac callidi, qui principem regnandi cupidum artibus parum ingenuis imbuit. Addamus non dissimilem ejus ex *primo de coelo libro* locum: (†) Πάντες ἄνθρωποι περὶ θεῶν ἔχουσιν ὑπόληψιν, καὶ πάντες τὸ ἀνωτάτω τῷ θείῳ τόπον ἀπεδίδοσαν, καὶ βάρβαροι, καὶ Ἕλληνες, διὰ τῷ ἀθανάτῳ τὸ ἀθάνατον συνηρτημένον· εἴπερ ἄρ ἐστί τι θεῖον, οὕτως ἔχει, κ. τ. λ. *Omnes enim homines de Diis existimationem habent, & universi, qui Deos esse putant, tam Graeci, quam Barbari, ipsum supremum locum Diis attribuerunt, propterea quod immortale ad immortale est accommodatum. Si igitur quippiam est divinum, quemadmodum & est, ea sane, quae de prima corporum substantia dicta sunt, bene rectèque sunt dicta.* (υ) *Libro secundo* vero sic in rem nostram disserit: *Consentaneum esse vaticinationi, quam de Diis habemus,* τῇ μαντικῇ περὶ τῶν θεῶν, *existimare, coelum esse singularem naturam, a reliquis elementis sejunctam, & corruptionis ideirco omnis expertem.* Affirmat philosophus, omnium hominum mentibus innatam esse & insitam μαντικὴν sive divinationem de Diis. Itaque homines negat naturas esse earum praestantissimas, quibus universitas haec continetur; contra alium esse docet ordinem animantium & intelligentium naturarum, quae multo homine sint meliores & praestabiliores. Harum prin-491
ceps summus ille maximusque Deus est ex ejus sententia, ad quem quae pertinet, μαντικὴ sive vaticinatio ceterarum omnium haud dubie nobilissima est.

Equi-

(*) Lib. V. C. 11. (de republ. p. 547. T. III. Opp.)
(†) C. 3. (p. 615. T. I. Opp.)

populorum religionibus summam crearent infamiam, & inanimatis rebus gentes olim supplicasse, ostenderent. Commovit haec res, praeter alia, illustrem virum, *Eduardum Herbertum* de *Cherbury*, et notissimum *de religione gentilium Librum* exararet, in quo nimius ex altera parte est in purgandis & excusandis aliquorum populorum sententiis ac caerimoniis.

(υ) *Libro secundo*] Tuetur hanc sententiam, quam hic expressit, *Aristoteles Libro secundo de coelo*: at nusquam dicit, eam τῇ μαντικῇ περὶ θεῶν consentaneam esse. Meminit tamen istius μαντικῆς in extremo *Capite primo* hujus *libri* p. 641. *T. I. Opp.* ubi, si aeternum esse coelum statuatur, sententias huic vaticinationi convenientiores proferri posse, praecipit.

Digitized by Google

Equidem, nec enim diffiteri verum placet, *Ariſtotelem* minus verborum facere de daemonibus, largior, atque *Platonem* ceterosque feciſſe, conſtat, qui tum temporis religioſe Deos venerabantur. Quid? quod ne illis quidem vehementer repugnaverim, qui liquere ſibi negant, an vel eſſe daemones *Ariſtoteles* crediderit. Interim tamen daemonum ab eo mentionem eſſe factam, certum eſt. (*x*) In *Metaphyſicis* enim, quum de corporibus diſſerit ex elementis compoſitis, exemplorum loco ζώα τε καὶ δαιμόνια, *animalia & daemones*, proponit. Alias daemones corporibus gaudere ex aëre conflatis ſignificat. (*y*) En ipſa verba: (*) Ἐπιζητήσειε δ' ἄν τις καὶ διὰ τίνα αἰτίαν ἡ ἐν τῷ ἀέρι ψυχὴ τῆς ἐν τοῖς ζώοις βελτίων ἐστὶ καὶ ἀθανατωτέρα. *Quaerere etiam aliquis poſſet, quamobrem anima, quae eſt in aere, ſit praeſtantior, & magis immortalis, quam ea, quae eſt in animalibus.* Quamquam, quod ad noſtrum inſtitutum, perinde eſt, utrum *Ariſtotelem* autumemus conceſſiſſe, daemones eſſe, an vero eos ſuſtuliſſe, eo quod neminem fugiat harûm rerum peritum, aliud eam, idque excelſius, Deorum genus commendaſſe, *intelligentias* nimirum, quas orbibus coeleſtibus praepoſitas ducebat eſſe. Fortaſſis ipſarum quoque ſphaerarum & ſide-

(*) De anima L. I.

(*x*) *In Metaphyſicis*] Nullum mihi dubium eſt, quin ſequens intelligatur locus *Metaphyſ. Lib.* V. *Cap.* 8. *p.* 329. *Tom.* IV. *Opp.* Οὐσίαι δ' λέγουσι τὰ τε ἁπλᾶ σώματα, οἷον γῆ, καὶ πῦρ, καὶ ὕδωρ, καὶ ὅσα τοιαῦτα, καὶ ὅλως σώματα, καὶ τὰ ἐκ τούτων συνεστῶτα, ζῷά τε καὶ δαιμόνια, καὶ τὰ μόρια τούτων. *Subſtantia dicuntur & ſimplicia corpora, ut terra, ignis, aqua, & quae talia ſunt, & univerſaliter corpora, & quae ex his conſiſtunt, animalia & daemonia, ac eorum particulae.* Multum hicce locus valet ad id confirmandum, quod ſupra ſuſius *ad Cap.* 1. §. 26. & §. 40. obſervavimus, id, quod antiqui philoſophi *ſimplex*, *apertum*, ἀσώματον & *a corpore ſegregatum* appellarunt, non idem eſſe, quod id, cui recentiores eadem impoſuere nomina, nec, qui *ſpiritus*, *naturas corpore carentes*, & *daemones* eſſe ſtatuerunt olim, easdem in animis habuiſſe horum verborum notiones, quibus nos ſumus imbuti. Etenim *Ariſtoteles* hic terram, ignem, & aquam οὐσίαν eſſe & ἁπλᾶ ſeu *ſimplicia*, dicitat, & animalia, non ſecus ac daemones, ex his conflata eſſe initiis, ſcitcit. Quae quidem egregie conſentiunt cum verbis, quae ſupra protulimus, *Ciceronis* de anima ex *Academ. Quaeſt. Libro* IV. Ex his etiam, quid οὐσία ſit in multis veterum philoſophorum locis, quum γενητῷ opponitur, liquet. Ἁπλᾶ id plerique veterum dixerunt, quod nihil admixtum habet alienae naturae, nec concretum eſt. Atque his rebus οὐσία tribuitur, ὅτι οὐ κατ' ὑποκειμένου λέγεται, ut *Ariſtoteles* ait *Lib.* V. *Metaphyſ. Cap.* 8. *p.* 329. ἅπαντα τὰ ἄλλα, *quoniam non dicuntur de ſubjecto, ſed de iis cetera.* Γενητὸς vero id eſt, quod ex pluribus initiis conflatum & generatum eſt.

(*y*) *En ipſa verba*] Haec verba leguntur *Lib.* I. *de anima Cap.* 8. *p.* 17. *T.* II. *Opp.* Quemadmodum vero ex hoc loco probari poſſit, viſum fuiſſe *Ariſtoteli*, daemones corporibus uti ex aëre contextis, me quidem prorſus praeterit. Nec enim hic mentio exſtat ulla daemonum, nec de corporibus aëriis verbum ullum legitur: ſed de anima in aëre verſante philoſophus diſſerit. Quocirca in dicti hujus, quod ad hanc cauſſam pertinet, locum ſufficiam aliud pronuntiatum, quo aperte *daemonis* occurrit memoria. Sumtum id eſt ex *Rhetoricor. Lib.* II. *Cap.* 23. *p.* 785. *T.* III. *Opp.* Τὸ δαιμόνιον οὐδὲν ἐστιν, ἀλλ' ἢ θεὸς, ἢ θεοῦ ἔργον· κείσθω ὅστις οἴεται) θεοὺ ἔργον εἶναι, τοῦτον ἀνάγκη οἴεσθαι καὶ θεοὺς εἶναι. *Daemonium nihil eſt, niſi aut Deus, aut Dei opus. Atqui quicumque exiſtimat, Dei opus eſſe, eum neceſſe eſt exiſtimare etiam, Deos eſſe.* Sed, ut ingenue, quod res eſt, profitear, neque hoc, neque altero, quem *Cudworthus* exhibet, loco niti poterit valide, qui daemones *Ariſtotelem* haud ſuſtuliſſe, probare ſtudet. Quod ad hunc ex *Libris Rhetoricorum* attinet locum, is exemplum eſt, quo philoſophus oſtendere vult, quemadmodum ex definitione rhetor argumentari queat in foro: nec idcirco talis eſt, ut mens & ſententia ejus inde cognoſci queat. Neque enim, id quod neminem fugit, quae quis affert ad regulas dicendi illuſtrandas, pro veris opinionibus omnia habere convenit. Niſi vehementer fallor, ex *Socratis* cauſſa, atque fortaſſis ex ipſis *Platonis* aut *Xenophontis pro Socrate Apologiis* exemplum hocce a philoſopho hauſtum eſt. *Socrates* negatorum Deorum accuſabatur: at idem tamen daemonem ſibi ſemper adeſſe, confirmabat. *Ariſtoteles* ergo vel hunc *Socratis* daemonem ſatis ſuppeditare praeſidii atque firmamenti ad purgandam ejus famam & criminationes hoſtium diluendas, demonſtrat. Daemonem enim aut eſſe Deum, aut Dei opus:

siderum animas in Diis habuit. Quumque illi, qui tum astrorum cursus ratione persequebantur, quadraginta septem sphaeras seu orbes coelestes numerarent, totidem saltim quin etiam Deos *Aristoteles* esse duxerit, nullum omnino dubium est. Sed & aliud videtur Deorum genus corpore vacuorum, & extra coelos commorantium, in quibus judicio ipsius neque corpus est, nec locus, nec vacuum, nec denique tempus, veneratus esse. Subjiciam ipsa, ex quibus hoc effici posse pu- 492
to, verba: (*) Οὔτ' ἐν τόπῳ τοιαῦτ' πέφυκεν, ὅτι χείνῳ· αὐτὰ ποῖ γηρᾴσειεν, οὐδ' ἔστι διὰ τοῦτο ἀδύνατα μεταβολή, οὔτε ὁ χρόνος ἐξωτάτω περιέχων φορᾶς, οὐδ' ἀναπολιῶται οὐδὲ ἀπαθῆ, ἀλλ' ἀρίστην ἔχοντα ζωὴν καὶ αὐτάρκεστάτην διαπλεῖ τὰ ἄπαντα αἰῶνα *Quocirca neque apta sunt ea, quae illic sunt, esse in loco, neque tempus senescere ipsa facit, neque ullius eorum ulla est mutatio, quae super extima sunt disposita latione, sed nullis alterationibus, nullis passionibus prorsus subjecta, optimam in universa sempiternitate vitam & sufficientissimam habent.* Sed fateor tamen, non omni fraudis suspicione locum hunc (z) carere.

Multos ergo Deos coluit philosophus noster; verum ita, id quod exploratum est,

(*) Lib. I. de coelo Cap. 9. (p. 631. T. I. Opp.)

opus: ex quo cogatur, qui daemonem secum versari pugnet, ab eo omnem violatae Deorum majestatis suspicionem abesse.

(z) *Carere*] Mihi vero de hoc loco secus omnino videtur. Primum, quare in suspicionem adducatur, ac si ab *Aristotele* non esset profectus, nullam plane caussam video. Nam ut ceteris cum cum Stagiritae sententiis, *eodem Capite* & alias propositis, prorsus congruere, praetermittam, contextus totius orationis haec verba plane postulat: ex qua si eximerentur, hiulca prorsus illa & sensu vacua fieret. Deinde, quibus ex his verbis machinis elici possit, placuisse Stagiritae, quosdam extra coelum quoque Deos esse, nullo modo consequor. Nec enim de naturis extra coelum positis loquitur, sed affectiones naturarum explicat coelo conclusarum, quas loci, temporis, omnisque vicissitudinis, eo quod ipsum coelum loco, vacuo, & tempore vacet, esse decernit. Addam de tota ratione, quam hic persequitur vir doctissimus, aliqua. Si qua mihi est facultas judicandi, quae disputat, omnia nondum efficiunt, ut *Aristotelem* sine controversia cum illis sociandum esse putem, qui multos esse Deos censuerunt: quod etiam de aliis quibusdam philosophis, quorum antea placita explanavit, intellectum velim. Principio universa disciplinae, quam profectus est *Aristoteles*, ratio declarat, tales ipsum Deos non venerari potuisse, quales Graeci tum temporis venerabantur, nec Junonem idcirco, Jovem, Dianam, Mercurium, & reliqua populi Numina proprie coluisse. Reliquum est, ut disquiramus, an tali forte modo, quali *Socratem* paulo ante docuimus, multos Deos profectus sit. Hac de re ut constet, ante omnia constitui debet, quid sit, *multos esse Deos fateri.* Is demum meo quidem judicio plures esse Deos censet, qui non modo multas esse naturas concedit homine potentiores, nobiliores, excellentiores, verum etiam his ipsis naturis cultum quemdam ab hominibus exhibendum & sacra esse facienda, praecipit. Is nimirum inter plurium Deorum cultores locum minime meretur, qui naturas esse non paucas existimat, longe supra homines potentia, viribus, sapientia, & aliis dotibus positas. Quod si ita esset, qui *Christum* profitentur universi, & simul legatos esse Dei seu *angelos*, ex praescripto sacri codicis credunt, huic ordini aggregandi essent. Accedat necesse est opinio, decere omnes, qui sapiunt, has ipsas naturas cultu quodam divino & caerimoniis placare ac honestare. Hac igitur ratione num plures esse Deos crediderit *Aristoteles*, id vero in primis expediendum erit. Id quidem dubio vacat, orbibus eum coelestibus mentes seu intelligentias praefecisse: quas naturas esse credidit universo genere humano praestantiores, & medium inter Deum summum mortalesque homines locum obtinentes. His etiam intelligentiis *Deorum* nomen imposuit: quin etiam, praeter has, nullos esse Deos alios, profectus est. Nihil hic conjecturis damus: ipsis *Aristotelis* verbis rem ita sese habere, probabimus ex *Libro* XIV. *Metaphysicor. Cap.* 8. *p.* 483. *T.* IV. *Opp.* Postquam nimirum esse mentes ejusmodi, rationibus nescio quibus offenderat, haec subjicit: Παραδέδοται δ' ὑπὸ τῶν ἀρχαίων καὶ παλαιῶν, οἱ μετὰ σχήματα καταλιπόρμα τοῖς ὕστερον, ὅτι θεοὶ τὰ ἄστρα εἶναι, καὶ ἔστιν τὸ θεῖον τὸν ὅλην φύσιν. *Tradita vero sunt quaedam a majoribus nostris & antiquis viris, ac in fabulae figura posteris relicta, Deos esse has* (intelligentias,) *universamque naturam id, quod divinum est, continere.* Quibus dictis, hanc quidem opinionem addit ferri posse,

Digitized by Google

eſt, ut unum tamen eſſe Deum cenſeret cunctis majeſtate & gloria majorem, cujus nutui tota rerum natura obtemperet. Non ſum neſcius, vocabulorum θεὸς, τὸ θεῖον, & δαιμόνιον poteſtatem tam late apud eum ſaepenumero patere, ut quamvis naturam divinam ſignificent, non vero certum quemdam Deum. Novi quoque, fuiſſe inter Chriſtianos auctores, qui haec ejus dicta, quibus verba iſta tantum, quantum dixi, ſignificant, perperam interpretarentur, ſupremumque in illis Deum laudari, temere exiſtimarent. Sed neque hoc in dubium revocari poteſt, multos exſtare locos ejus, quibus nomina haec ſigillatim unum illum Deum denotant, quo
493 nihil in rerum natura majus eſt & excellentius. Juvat aliquot ejus generis dicta in medium proferre. (*a*) In *Metaphyſicis Libris* haec verba exſtant: Ὅτι γὰρ θεὸς δοκεῖ τὸ αἴτιον πᾶσιν εἶναι, καὶ ἀρχή τις. *Deus etenim tum cauſſa omnibus eſſe videtur, tum quoddam principium.* *Libro de anima*, ubi de anima coelorum, motuque eorum orbem conſtanter conficiente, ſic inter alia loquitur: (*) Ἀλλὰ μὴν διὰ τοῦτ' οὐκ ἐπὶ βέλτιον λέγεται· καίτοι γ' ἐχρῆν τὸν θεὸν ἕνεκα τοῦτου κύκλῳ ποιεῖν φέρεσθαι τὴν ψυχὴν, ἐπὶ βέλτιον αὐτῇ τὸ κινεῖσθαι ἢ μένειν, κινεῖσθαι δ' ἔστως, ἢ ἄλλως. *At vero ne dicitur quidem, quia melius. Atqui oportebat Deum ideo facere, ut anima circulo moveretur, quia melius ei moveri, quam ſtare, & ita moveri, quam aliter. Sed quia ejusmodi conſideratio aliarum diſputationum eſt magis propria, eam in praeſentia dimittamus.* Interpoſitis aliis, (*b*) *eodem* ita fatur *Libro*: Συμβαίνει δ' Ἐμπεδοκλεῖ γε καὶ ἀφρονέστερον εἶναι τὸν θεόν· μόνου γὰρ τῶν στοιχείων ἂν ἀγνοεῖ, τὸ νεῖκος, τὰ δ' ἄλλα πάντα· ἐκ πάντων γὰρ ἕκαστον. *Accidit etiam Empedocli, (ut ſtatueret) Deum eſſe inſipientiſſimum: quippe qui ſolus non cognoſcet unum elementum, (ex quo omnia ſunt conflata) diſcordiam:* (quoniam ipſe nihil eſt, quam φιλία, concordia & amicitia) *mortalia vero cognoſcunt hoc omnia, quia unumquodque ex omnibus conſtat.* Atque hic locus in ejus quoque legitur (*c*) *Metaphyſicis*, ex quibus, alio licet propoſito, ſupra eſt a nobis prolatus. His adjicere libet aliud ex (*d*) *Libro* ejus *de generatione & corruptione* effatum: Τὸ ὅλον συμπεπλήρωκεν ὁ θεὸς, ἐπιπλοκῇ ποιήσεως ἀϊδίου· *Deus ipſe univerſum complevit, continua facta generatione.* Ad extremum ipſa vox δαιμόνιον ſic ſaepenumero ab *Ariſtotele* ponitur, ut non Deum quemvis generatim & in univerſum, nec rem aliquam divinam, ſed unum ſummumque Deum, cujus providentia univerſus adminiſtretur mundus, deſignare eam, ſine ulla controverſia appareat. Speciminis & exempli cauſſa locum ex *Rhetoricorum Libris ad Alexandrum* dabo: (†) Τοῦτό ἐστιν, ᾧ διαφέρομεν τῶν λοιπῶν ζώων ἡμεῖς, εἰ μεγίστης τιμῆς ἐσμὲν ἀπὸ τῶν δαιμονίων τυγχάνοντες. *Hoc unum eſt, quo ceteris animalibus praeſtamus, ut praeclarum quiddam a Deo adepti videamur. Nam cupiditate, ira, & aliis affectionibus utuntur etiam reliqua animalia, oratione autem homo dumtaxat.*

Quem haec omnia non commovent, eum hoc tamen, opinor, movebit, quod *Ari-*

(*) Lib. I. C. 3. (p. 10. T. II. Opp.) (†) Cap. I. p. 609. P. (p. 833. T. III. Opp.)

poſſe, immo praeclaram eſſe; at quae praeterea de Diis traderentur, commenta eſſe mera, nugasque legum & reipublicae cauſſa excogitatas: Τὰ δὲ λοιπὰ μυθικῶς ἐπὶ πρόσχημα πρὸς τὸν πολλὸν τῶν πολλῶν καὶ πρὸς τὸν εἰς τοὺς νόμους καὶ τὸ συμφέρον χρῆσιν. *Cetera vero (de Diis) fabuloſe ad multitudinis perſuaſionem & ad legum ac ejus, quod utile eſt, opportunitatem jam illata ſunt.* Nihil fieri poteſt apertius. Nullos eſſe Deos credidit alios *Ariſtoteles*, quam naturas illas, quas orbibus praeſidere autumabat coeleſtibus. Iisne vero naturis cultum quoque, preces, & ſacrificia deberi, cenſuit? Aut vehementer fallor, aut haec omnia retulit ad ineptias illas, quas utilitatis cauſſa vult inventas eſſe. Tantum abeſt, ut his intelligentiis divinos ab eo honores decretos eſſe putem, ut ne ſummo quidem Numini cultum & reverentiam publice exhibendam eſſe, perſuaſum ei fuiſſe, ſuſpicer. Certe

Ariſtoteles in *Metaphyſicis*, (*) uti antea jam animadvertimus, futilem eorum ſententiam ex inſtituto oppugnat, qui varia univerſitatis hujus principia paria inter ſe & aequalia confingunt, ſeu, quod idem eſt, multos eſſe Deos nec factos nec genitos, ſed per ſe exſiſtentes, affirmant. Cujus quidem generis perverſitatem ſatis ea putat refellere, quae in rerum natura quotidie eveniunt, eo quod ex illis naturam hanc uno conſenſu junctam eſſe & continentem, perſpicuum fiat. Ἅπαντα, inquit, πρὸς ἓν συντέτακται. *Ad unum coordinata ſunt omnia.* Quod quidem longe ſecus foret, ſi a multis hic orbis dominis atque Diis, nulla lege inter ſe junctis, ſed poteſtate paribus, aut nunc regeretur, aut olim comparatus & factus eſſet. Namque horum diverſa voluntas mundum haud dubie ἀνωφελῶς, *nec aptum inter ſe, nec conſpirantem*, verum inficetae non diſſimilem effeciſſet fabulae, quam ex variis partibus nulla ſibi ratione reſpondentibus illepidus poëta compoſuit. Quibus poſitis, ratio ſic ab *Ariſtotele* concluditur: Τὸ δὲ πολυκοιρανίη· εἷς κοίρανος ἔστω.

Οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη· εἷς κοίρανος ἔστω.

Entia nolunt male gubernari.

Non eſt bonus multorum principatus: unus eſto princeps.

Credo ego, quae hunc *Homeri* verſum praecedit, ſententiam ea, qua vivebat aetate philoſophus, proverbii loco adhibitam fuiſſe. Hoc quid *Ariſtotelis* loco ad rem noſtram aptius & opportunius eſſe queat, equidem me ignorare fateor: Docet enim, tametſi plures uno eſſe Deos placuit *Ariſtoteli*, ſive πλῆθος vulgari ſenſu, quod & a nobis paullo ante oſtenſum eſt, philoſopho huic probata fuit, nihilo tamen minus exoſam ei plane fuiſſe πολυκοιρανίαν & πολυαρχίαν, id eſt, *Ariſtocratiam orbis terrarum*, ſeu, ut clarius loquar, uno plura rerum principia inter ſe dignitate atque poteſtate 494
paria, aut multitudinem Deorum omnis originis & initii neſciorum *Ariſtotelem* ferre nullo modo voluiſſe. Ergo, licet nihil prius ipſi fuerit & antiquius notiſſimo illo ſomnio, quot omnes coeli ſphaeris gaudeant mobilibus, tot mentes eſſe quoque conſilii participes, aeternas, & immobiles, uno verbo, ut hodie loquimur, *intelligentias*; quas intelligentias *principia* non veretur interdum vocare: credendum tamen omnino eſt, niſi hominem a ſemet ipſo diſſenſiſſe velimus, omnes illas mentes uni ab eo ſummoque Deo, ſeu, ut *Simplicius* loquitur, ἀρχῇ ἀρχῶν, *principio principiorum*, ſubjectas eſſe, neque aliter eum maximum hunc Deum minores reliquos Deos complecti & gubernare, cenſuiſſe, quam ſummus & extimus orbium coe-

(*) Lib. XIV. Cap. 10. (p. 484. S. T. IV. Opp.)

ſe nihil ego cauſſae video, cur deprecari haecce Numina voluerit, quae non modo ex omni aeternitate neceſſario & fataliter munere ſuo defungi, ſed etiam, praeter orbem, cujus praeeſſent motui, nihil aliud curare, neque res humanas ulla ratione moderari, cenſebat.

(a) *In Metaphyſicis*] *Metaphyſ. Lib.* I. *Cap.* 2. *p.* 263. *T.* IV. *Opp.*

(b) *Eodem Libro*] *De anima Lib.* I. *Cap.* 7. *p.* 16. *T.* II. *Opp.*

(c) *Metaphyſicis*] *Lib.* III. *C.* 4. *p.* 295. *T.* IV. *Opp.* Eadem ſententia tamen ibi tantum exſtat, non eadem plane verba. De ipſa re ſupra dixi *ad* §. 21. & *Empedocli* injuriam ab *Ariſtotele* factam eſſe, docui.

(d) *Libro de generat.*] *Lib.* II. *Cap.* 10. *p.* 741. *T.* I. *Opp.*

Digitized by Google

coeleſtium, ſeu primum, quod dicitur, mobile ceteros omnes orbes arcet & continet. Quae quidem niſi ita ſeſe haberent, non εἷς eſſet κοίρανος, *unus princeps & moderator rerum omnium*, verum mundus multorum Deorum imperio pareret, nec poſſet idcirco non male adminiſtrari. Ut (*e*) *Plotinus* ſententiam explicat *Ariſtotelis*, neminem is comprehendere animo aut cogitatione poſſe conſequi putavit, quemadmodum fieri potuerit, ut plura principia libera nec ullius voluntati morem gerere coacta tam conſtanter conſpirarent (*) πρὸς ἓν ἔργον, καὶ ἓν πάντες μέλους συμφωνίαν, *ad unum opus perficiendum, ſuavem nimirum & egregiam coeli totius harmoniam & concentum.*

Quod ſi propius contemplari libeat, quidnam *Ariſtoteles* de ſummo hoc principio ſenſerit, quod ἀκίνητον φύσιν ſeu *naturam* eſſe cenſuit *immobilem*, primo quidem ἀρχὴν illud eſſe κινήσεως, ſeu principium illud, unde motus omnis in rerum univerſitate oriatur, exiſtimavit; ſaltim *primum mobile* ſeu orbem coelorum ſummum, qui nullus fuiſſe videtur aetatis illius Aſtronomis, quam coelum illud, cui ſtellae inerrantes infixae ſunt, cieri ab illo autumavit principio, cujus deinceps rapidiſſima contortione reliqui omnes coeli & orbes ab oriente ſolis ad occaſum contorqueri credebantur. Qua de cauſſa ſummus Deus *Ariſtoteli* (†) τὸ πρῶτον κινοῦν ἀκίνητον, *primum movens immobile*, ſeu is, qui *primum mobile*, & hinc univerſum ſimul coelum impellit & agitat, dicitur. Motorem porro hunc non niſi unum eſſe, arbitratur: ex quo deinde unum etiam tantum eſſe coelum ſeu mundum, efficit: (§) Ἓν μὲν ἄρα τῷ λόγῳ καὶ ἀριθμῷ, τὸ πρῶτον κινοῦν ἀκίνητον ὄν· καὶ τὸ κινούμενον ἄρα ἀεὶ καὶ συνεχὲς ἓν μόνον. *Unum ergo tum ratione, tum numero, primum movens immobile ens eſt: id etiam igitur, quod ſemper continuoque movetur, unum tantum eſt. Unum ergo tantum coelum eſt.* Haec doctrina *Ariſtotelis* non mediocriter diſtare videtur ab ea, quam *Plato* veram eſſe putavit, diſciplina. Namque *Plato* naturam illam, unde omnis ducitur motus, quo cum coelum, tum univerſus orbis cietur & pellitur, animam eſſe putavit interiori motu ſemet ipſam agitantem. Atqui *Ariſtoteles* immobilem intelligentiam ſive mentem eſſe, arbitratur. Quod ſi tamen ipſum *Ariſtotelem* audiamus animi ſui ſenſa interpretantem, neſcio, an inter utramque philoſophiam hac quidem in re multum intereſſit, ſi modo aliquid omnino intereſt. Qui ex mente *Ariſtotelis* orbem incitat, quum ipſe ſit immobilis, non *efficienter* movet rerum naturam, ſed ſpectat tantum motum, certoque moderatur conſilio, ſeu *objective* movet ac *finaliter*, ὡς ἐρώμενον. Quam quidem *Ariſtotelis* opinionem *Proclus Commentario in Timaeum Platonis* his ſibi perſtringendam eſſe verbis duxit: (**) Τῶν παλαιῶν οἱ μὲν τὸ κόσμον ἐπιστρέψεσθαι ἐπὶ τὰ νῦν καὶ λεχθέντα, διὰ τὸ πρῶτον ὀρεκτὸν δοῦλες αὐτῷ τὴν κίνησιν, ἵνα ἔχωσιν ὅπου διὰ παντὸς καθήκειν εἰς αὐτὸν. ἐν ἴσῳ σφαλλόμενοι καὶ τοῖς ἐφεξῆς μὲν τῶν αἰσθητῶν, μηδὲν δὲ γνησιώτερον ἔχουσιν ἐν τῇ ἑαυτῶν φύσει. Ve-

(*) Enn. V. Lib. I. C. 7. (aut potius Cap. 9. p. 490. 491. Libro, utrum omnes animae una ſint anima.)
(†) Metaphyſ. Lib. XIV. C. 8. p. 1003. P. (P. 481. T. IV. Opp.)
(§) Metaph. L. XIV. C. 8. (p. 483. T. IV. Opp.)
(**) P. 167.

(*e*) *Plotinus*] Fallitur vir doctiſſimus. *Plotinus* iſto in loco non tam *Ariſtotelis* explicat & enarrat ſententiam quam difficultates cum ea conjunctas enumerat, ut *Platonem* multo melius ſenſiſſe de rebus divinis *Ariſtotele*, planum faciat. Atque ipſa haec, quae affert, verba dubium continent quoddam, quo *Plotinus* urgeri putat doctrinam *Ariſtotelis*. Negat, expeditum eſſe ab *Ariſtotele*, quam ob cauſſam omnes intelligentiae ad rem unam perficiendam tam amice conſentiant.

(*f*) *Le*

Digitized by Google

Veterum nonnulli mundum convertunt ad mentem (ſeu intelligentiam) *eumque moveri unice putant amore ejus, quod primum deſiderabile eſt, confitentes, nihil omnino a mente* (ſeu Deo) *in hunc mundum deſcendere; verum ſimilem illum faciunt rebus aliis, quae amore dignae ſunt inter res ſenſibus ſubjectas, in quarum natura nihil eſt, quod generet.* Si recte hominis ſententiam capio, exiſtimavit, *Ariſtotelem* Deo nihil efficientiae ad hunc orbem coërcendum reliquiſſe: quod quidem perperam ab eo fieri, ſuo infra loco demonſtrabitur. Interim hoc certum haberi debet, quum philoſophus hic naturam coelos commoventem, ipſamque ſtabilem, motum tantum eorum gubernare & dirigere amoris cauſſa, ratus ſit, fieri non poſſe, quin, praeter iſtam 495
naturam, aliam eſſe cauſſam, cenſuerit, ipſa virtute ſua, nulla intercedente alia cauſſa, coelos incitantem & commoventem. Hanc porro cauſſam mentem credidiſſe eum, neceſſe eſt, ſupremae mentis amore accenſam, ejusque imitandae ſtudio ardentem, ideoque coelos in gyrum perpetuo cogentem. Fallor vero, aut haec ipſa eſt *Platonis* doctrina, quamquam leviter inflexa & velo quaſi obducta. Nam & *Plato* coelum motu ſuo circulum & orbem conficere, & a mundi quadam anima in gyrum cogi, cenſuit: ipſam autem commotionem hanc (*f*) in *Timaeo* Ἢ αὖ νῦν καὶ φρόνησιν μάλιστα ἴσον, *motum, qui menti atque ſapientiae in primis conſentaneus eſt*; & rurſus in *Libris* (*g*) *de legibus* Ἢ ἓν τὴν μεθόδῳ πάντως, ὡς δυνατὸν, εἰκονοπρεπῶς καὶ ὁμοίαν. *eam commotionem, quae ex omnibus corporeis motionibus ſola converſioni reſpondet intelligentiae*, eſſe praecepit. Arriſit haec *Platonis* ſententia *Boëthio*: quare mundi animam deſcripturus hos olim verſus fudit:

(*) *Quae quum ſecta duos motum gloneravit in orbes,*
In ſemet reditura meat, mentemque profundam
Circuit, & ſimili convertit imagine coelum.

Quamobrem nec *Plato* nec *Ariſtoteles* graviter ferre poſſet hominem, qui in ſummum Deum ex utriusque ſententia haec cadere verba *Boëthii* exiſtimaret:

—— *Stabilisque manens dat cuncta moveri.*

Conſentiunt *Plato* & *Ariſtoteles*, a mundi quadam anima coelos impelli & iſta lege incitari, ut orbem conficiant. Verum *Ariſtoteles*, an haec anima inter principia referri debeat, dubitare videtur. In hanc vero dubitationem, hoc eum, ut arbitror, impulit, quod mentes quidem ſeu intelligentias corpore plane deſtitutas eſſe, putavit, idem vero an de animis ſibi ſtatuendum ſit, anceps & incertus (*h*) haeſit.

Nunc

(*) De conſol. Lib. III. Met. IX. (p. 68. 69.)

(*f*) *In Timaeo*] *Cap.* 17. *p.* 241. *ex edit. Fabricii. Cicero* aliter haec verba vertit: *Unus*, inquit, *ex ſeptem motibus, qui mentem atque intelligentiam cohiberet maxime.* Melius, ut arbitror, *Chalcidius* mentem expreſſit *Platonis*, qui reddidit: *motum rationabilem, cui animarum proprius eſt circuitus*, duce altero *Platonis* loco *Lib. X. de legib. p.* 669.

(*g*) *De legibus*] *Libro de legibus decimo p.* 669.

(*h*) *Haeſit*] Haec tota quaeſtio: utrum *Ariſtoteles* mundo animam dederit, nec ne? & quo pacto haec *Ariſtotelis* anima differat ab ea, quam *Plato* finxit? copioſe ſupra iam a nobis explicata eſt *ad Diſſ. de natura genitrice* §. 23. 24.

Nunc cetera perſequamur, quae *Ariſtotelem* de ſtabili illo principio, quod reliquis omnibus ſuperius & excellentius eſſe credidit, ſeu de ſummo Numine exiſtimaſſe, accepimus. Neque enim tam fuit inſipiens, ut omnem ejus virtutem hoc uno duceret abſolvi, quod primum mobile in gyrum cogeret, idque non alio modo, quam res amata, aut cauſſa certo agens propoſito, ut *Procio* viſum eſſe oſtendimus. Igitur cum *Anaxagora* ſummum Deum quoque (*) ἓν εἶναι τὴν καλὸν αἰτίαν, *cauſſam ejus, quod bonum & pulchrum eſt*, aut τὸ ἓν οὐκ ἄνευ τοῦ εἶναι, *illud, ſine quo nihil eſſe poteſt ejusmodi, quod bonum dicitur*, cenſuit, id eſt, nullum ordinem, conjunctionem, proportionem, aut harmoniam in univerſa rerum natura ſine Deo fore, judicavit. Bella eſt in primis haec ejus ſententia: Εἰ μὴ ἔσται παρὰ τὰ αἰσθητὰ ἄλλα, οὐκ ἔσται ἀρχὴ ἡ τάξις, ἀλλ' αἰεὶ τοῦ ἀρχοῦς ἀρχή. *Niſi aliquid in orbe ſit, praeter ea, quae in ſenſus incurrunt, nec ordo in eo aliquis, nec principium erit, verum una res alterius erit ſine ullo fine principium.* Quibus adde (*i*) aliud ejus dictum, quod jam antea laudavimus: Τῷ εἶναι ἢ καλῶς, ἴσως ὅτι πῦρ ὅτι γῆν, κ. τ. λ. εἰ δ' αὖπω αὐτοματάτῳ ἢ τυχῇ ποεῖταν ἐπιτρέψαι πρᾶγμα καλῶς ἔχει. *Probabile nullo modo eſt, aut ignem, aut terram, aut aliud ejusmodi corpus cauſſam eſſe ejus, quod pulchrum & bonum in orbe eſt; neque etiam praeclara res haec ad ſolum caſum ſeu fortunam ullo modo referri poterit.* Ita quum ſentiret, idem, quod *Anaxagoras*, decernere debuit, νοῦν ſive mentem vere atque proprie cauſſam eſſe recti atque pulchri, αἴτιον δὲ καλῶς ἢ ὀρθῶς; neque Deum idcirco ſupremum mentis dubitavit variis in locis nomine compellare. (*k*) Longius etiam progreſſus eſt acutus homo, atque ordinem, pulchritudinem, concentumque, quibus haec rerum decorata ſplendet univerſitas, eo modo ab altiſſima
496 praeſtantiſſimaque omnium natura procedere & manare, judicavit, quo ab imperatore ac praefecto exercitus cujusdam ratio & diſtributio proficiſcitur. Qui quidem imperator non conſtitutus eſt ab ordine, tamquam cauſſa, verum ipſe ordinem effecit & conſtituit. Inde fit, quod *Ariſtoteles* ſummum rerum naturae arbitrum, quod idem feciſſe *Platonem* novimus, τἀγαθὸν κεχωρισμένον, *bonitatem a mundo ſecretam*, appellat, quo ſcilicet eum ab inhaerente & inſita mundi bonitate, ipſo nimirum ordine, cognatione, & harmonia, diſtingueret: (†) Ἐπισκεπτέον δ' ἐπὶ καὶ πότερον ἔχει ἡ ἅπασα φύσις τὸ ἀγαθὸν καὶ τὸ ἄριστον; πότερον κεχωρισμένόν τι, καὶ αὐτὸ καθ' αὑτό, ἢ ἐν τάξει, ἢ ἀμφοτέρως, ὥσπερ στράτευμα· καὶ γὰρ ἐν τῇ τάξει τὸ εὖ· καὶ ὁ στρατηγὸς, καὶ μᾶλλον οὗτος· οὐ γὰρ οὗτος διὰ τὴν τάξιν, ἀλλ' ἐκείνη διὰ τοῦτόν ἐστι· πάντα γὰρ συντέτακταί πως. *Perſcrutandum autem etiam hoc, quonam modo natura univerſi habeat ipſum bonum & ipſum optimum: utrum ſeparatum quiddam, & ipſum an per ſe, an ipſo ordine, an utroque modo, quemadmodum exercitus. Etenim bene eſſe ejus in ordine: & dux ipſe eſt, ac magis ipſe: non enim ipſe propter ordinem, verum ordo propter ipſum eſt.* Cuncta

(*) Metaphyſ. Lib. XIV. C. 7. (†) Metaph. Lib. XIV. C. 10. (p. 484. T. IV. Opp.)

(*i*) *Aliud ejus dictum*] Exſtat *Metaphyſ. Lib.* I. *Cap.* 3. *p.* 266. *T.* IV. *Opp.* Lege, quae diximus *ad Cap.* 3. §. 11.

(*k*) *Longius etiam*] Haec hauſta ſunt ex *Metaphyſicor. Lib.* XIV. *Cap.* 10. *p.* 484. 485. *T.* IV. *Opp.*

(*l*) *Compoſuerit*] Ad mentem prorſus & ſententiam juniorum Platonicorum vir longe doctiſſimus *Ariſtotelis* de Deo praecepta explicat: quod quidem non ſatis caute ac provide putem factum eſſe. Mihi quidem ſi qua eſt de rebus ejusmodi facultas judicandi, quid *Ariſtoteles* aliique philoſophi de Deo divinisque rebus ſenſerint, id arbitror non eſſe ex effatis quibusdam brevibus, hinc & inde decerptis, aeſtimandum, ſed ex univerſae, quam probarunt, diſciplinae contextu atque rationibus. Nemo ita ſibi cavet aut cavere poteſt ſcribendo, ne quid excidat ipſi, quod alius in alienum detorquere ſenſum, atque in amoris vel invidiae argumentum convertere nequeat. Quare,

Digitized by Google

Cuncta autem coordinata quodammodo ſunt. Quae quum ita ſint, neque dubium cuiquam eſſe poſſit ullum, quin ſummus, quem *Ariſtoteles* eſſe ſtatuit, Deus, quocumque demum appelletur vocabulo, ſive mens audiat, ſive bonitas, omnia virtute ſua procreaverit, quae recti atque pulchri habent ſpeciem, nullusque ordo ſit aut dignitas & concentus naturae rerum, niſi ejus beneficio & potentia; hoc etiam ſine controverſia dare nos oportet, eumdem Deum totius mundi parentem, conditorem, & architectum eſſe, errare vero eos atque decipi, qui hoc tantum ab eo putant agi, ut amore ſui aut propter ſe coeli gyrum conficiant perpetuum. Nihil affirmamus hic, praeter id, quod ipſius philoſophi verbis demonſtrare licet. Laudat enim *Anaxagoram*, quod (*) *τὸν νοῦν καὶ τὸν κόσμον καὶ τὴν τάξιν πάσης οὔσιν, mentem & mundi & omnis, qui eſt in mundo, ordinis cauſſam eſſe*, defenderit: ipſe vero: (†) *Ἐκ τοιαύτης ἀρχῆς ἤρτηται ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ Φύσις. A tali principio cum coelum tum natura dependet*, confidenter praecipit. Vox *coelum* in his verbis univerſum deſignat mundum, *naturae* vero vocabulum artificioſam illam ejus naturam, de qua ſupra me diſſerere memini, quae nihil temere ſuſcipit aut agit, verum cunctas actiones ſuas ad certam quamdam refert metam, divinaeque mentis quaſi manus & inſtrumentum eſt. (§) Alio loco, ſi mundus aut coeli generati ſint, ſeu certo tempore facti & producti, tum confitendum eſſe pronuntiat, fortunae ac temeritati nihil in eis efficiendis fuiſſe loci, verum artificioſam quamdam naturam, tamquam perfectiſſimae mentis inſtrumentum, conſilio totum opus perfeciſſe. Quid? quod in *Phyſicorum Libris*, ubi mundum tamen ex omni fuiſſe aeternitate, demonſtrare cupit, nihil tamen minus, (**) *ἀνάγκη τὸν νοῦν καὶ τὴν Φύσιν εἶναι τῶν τοιούτων, neceſſe omnino eſſe, ut mens atque natura totius rerum univerſitatis cauſſae ſint*, profitetur. Quamvis enim mundus atque mens pari certa ratione gaudeant aeternitate, ſi rerum naturam tamen ſpectemus, mundus junior & recentior eſt mente, ut effectus ejus: qua de re ipſum *Ariſtotelem* juvabit perliberaliter audire differentem: (††) *Εὐλογώτατον εἶναι νῦν πεφηνέναι καὶ κύριον τὸν Φύσιν· τὰ δὲ στοιχεῖά φασι πρῶτα τοῦ ὄντος εἶναι.* Id eſt: *Tametſi nonnulli* (ex Atheis) *affirmant, quae prima omnium exſtiterunt, elementa eſſe: rationi tamen eſt maxime conſentaneum, mentem eſſe antiquiſſimam* (ſenioremque cum elementis, tum ipſo mundo) *& ſecundum naturam rerum omnium moderatorem ac dominum.* Itaque confectum eſſe arbitror & apertum, quemnam *Ariſtoteles* ſummum eſſe Deum putaverit. Non modo illam cenſuit eſſe eum naturam, cujus amore & adſpectu coeli perpetuo contorqueantur, ſive cauſſam, propter quam coeli curſum ſuum teneant, ſed etiam cauſſam univerſae rerum naturae efficientem, quae cum ſapientiſſime & prudentiſſime, tum modo omnium optimo & pulcherrimo totam hancce molem fabricata ſit & (*l*) compoſuerit.

Hinc

(*) Metaph. L. I. C. 3. (p. 266. T. IV. Opp.)
(†) Metaph. Lib. XIV. C. 7. (p. 479. T. IV. Opp.)
(§) De partib. animal. Lib. I. C. 1.
(**) Lib. II. C. 6. (p. 474. T. I. Opp.)
(††) De anima L. I. C. 7. (p. 16. T. II. Opp.)

re, ſi pauca quaedam verba ſufficiunt vel ad excuſandum, vel ad accuſandum, nec quiſquam tam ater, nec viciſſim ita candidus erit, quin vel apud rerum mediocriter peritos aut juſto negligentiores vel maximorum argui flagitiorum, vel omni ſcelere liberari poſſit. Quamquam de his ipſis *Ariſtotelis* locis, eorumdemque vero ſenſu longam, ſi vellem, inchoare diſputationem poſſem: quod quidem omitto, quoniam infra breviter de pietate ac religione *Ariſtotelis* ſententiam dicturus ſum.

Digitized by Google

497 Hinc vero antequam abeam, recte atque ordine me facturum, arbitror, ſi, quo ſenſu *Ariſtoteles* ceterique veteres philoſophi Deum *mentem* appellaverint, planum faciam. Ferax eſt aetas noſtra hominum, quibus vocabulum hoc, quando de Deo adhibetur, naturam ſignificat conſilii quidem & rationis participem, nulliusque prorſus rei ignaram, verum omnia tamen arbitratu ſuo & voluntate facientem, nec ullam bonitatis & juſtitiae normam curantem, contra cuncta, ut fortuita ejus voluntas fert, decernentem. Nihil ejus ſimile priſcis, quod diximus, philoſophis placebat. Namque hi non tam *mentis*, quam *dementiae* nomen mereri arbitrabantur, qui ſic ageret, ut omnem bonitatis & juſtitiae contemneret regulam. Mundi vero hujus ſive univerſae naturae conſtructionem & fabricationem tali, qualem ante deſcripſimus, naturae attribuere, id aeque illi ſanum & ſapiens eſſe judicaſſent, atque fortunae & caſui negotium hoc adſcribere. *Ariſtoteles* igitur, reliquique veteres philoſophi, ſupremum Deum νοῦν ſive mentem vocantes, naturam eo verbo denotabant, qua nulla caſui, fortunae, & temeritati magis eſſet contraria; rem ne latum quidem unguem a pulchri, veri, rectique (ὃ οὐ πάνυ καλῶς) regula recedentem, niſi quis ipſam pulchritudinis & veritatis menſuram & regulam dicere malit; naturam denique nihil, niſi certo propoſito, bonique unice obtinendi cauſſa, ſuſcipientem, ſuſceptaque optima ratione, ſicut ſalus totius poſcit univerſitatis, perficientem. Hoc certe pacto *Socrates* loco, quem antea ex *Platonis Phaedone* protulimus, ſcitum iſtud exponit: *Mens compoſuit mundum, omniumque rerum cauſſa eſt.* Ἡμπέμψω, εἰ τοῦτο ἔτως ἔχοι, ὃ νῦν πάνυ θορυβῶν, καὶ ἕκαστον πάλιν τοιοῦτον ἐπὶ τὸ ἄριστον ἔχοι. *Si hoc ita ſeſe haberet, mentem omnia ornare ac diſponere, unamquamque rem ducimus optima, qua fieri potuit, ratione conſtitutam & adornatam eſſe.* Neque Dei deſcriptio, quam *Theophraſtus*, auditor *Ariſtotelis* & ſucceſſor, dedit, alio ex fonte, quam hac manavit opinione: Τὸ πρῶτον καὶ θειότατον, πάνυ τὸ ἄριστον βουλόμενον. *Deus eſt id, quod primum & diviniſſimum eſt omnium, quodque optima ſemper quaevis vult.* Nunc utri amiciorem pietati & Chriſtianae religioni ſententiam foveant, hi veteres philoſophi veritatis coeleſtis ignari, qui Deum ipſam eſſe cum ſapientiam tum bonitatem dixerunt, aut, quae *Plotini* vox eſt a *Platone* accepta, *ipſam decentiam & juſtitiam*, an vero illi, quos nominavimus, hodierni Chriſtianorum ſapientes, quibus Deum placet naturam eſſe nulli plane adſtrictam legi, nec ulla virtute, niſi infinita potentia & ſcientia praeditam, id vero prudentioribus dijudicandum committo.

Redeo ad *Ariſtotelem.* Perpendenti atque circumſpicienti omnia, veri mihi non diſſimile videtur, eum non modo, quod vidimus, naturae totius ſive mundi fabricationem & compoſitionem ad divinam retuliſſe efficientiam, verum etiam res ipſas ab ea profectas judicaſſe. Atque putem fere, ſi ipſam excipiamus materiam, nullam hac de re dubitationem fore. Namque & Deum affirmat cauſſam eſſe & prin-

(m) Ἅμα τῷ καλῶς] Hanc ego ſententiam, *mentem una cum eo, quod pulcrum eſt, rerum omnium eſſe cauſſam*, non reperio apud *Ariſtotelem.* Non meminit ille mentis: neque mentem una cum eo, quod bonum & pulchrum eſt, cauſſam eſſe rerum, perhibet. En ipſa verba philoſophi: Οἱ μὲν οὖν ἄλλοι ἅπαντες ἅμα τῷ καλῶς τὴν αἰτίαν ἀγχοῦ εἶναι τῶν ἄλλων. Quorum ego verborum hanc eſſe opinor ſententiam: *Illi igitur, qui* (quod Anaxagoram & Hermotimum fociſſe dixerat) *ſic arbitrati ſunt, illi cauſſam ejus, quod bonum & pulchrum eſt, ſimul cauſſam omnium eſſe rerum voluerunt, quae vere exiſtunt.*

(n) *Ex Rhetoricis loco*] Hunc locum prorſus nihil valere ad id probandum, quod probatum cupit vir egregius, viſum fuiſſe *Ariſtoteli*, ex ipſo Deo procreatas eſſe intelligentias, quae orbes re-

gunt

Digitized by Google

principium omnium rerum, & *Anaxagorae* hoc ſcitum vehementer commendat: (*m*) (*) Ἅμα τῷ καλῶς αἰτίαν καὶ δεχθῆναι τῶν τε ὄντων τὴν τοῦ ὄντων νοῦν. *Mentem una cum eo, quod pulchrum & bonum eſt, ipſarum rerum cauſſam & principium eſſe.* Sed nihil tamen univerſe pronuntio. Interim id omni caret controverſia, inferiores *Ariſtotelis* Deos ſive intelligentias, quibus minores concreditae ſunt ſphaerae, quas naturas corpore omni ducebat abſtractas eſſe, judicio ejus ex uno ſummoque Deo procreatas & genitas eſſe. Quod etiamſi jam probatum dedimus, iterum tamen alio (*n*) ex *Rhetoricorum Libris* loco demonſtrabimus: (†) τὸ δαιμόνιον οὐδὲν ἐστιν, ἀλλ' ἢ θεὸς, ἢ θεοῦ ἔργον. *Daemon nihil eſt, quam ipſe Deus, aut opus Dei.* Nemo erit, opinor, quin verbum θεὸς hoc in loco eminentiori modo adhibitum eſſe, celſiſſimumque omnium ſignificare Deum, intelligat. Et dati ſunt a nobis antea jam alii ejus loci, quibus pari ſenſu hoc verbum ponitur; quibus plures, ſi neceſſe eſſet, addere liceret. Unum item & alterum, occaſione ſic ferente, afferemus. Πάντα, inquit, (§) ἔχει ταγαθὰ ὁ Θεὸς, καὶ ἐστιν αὐτάρκης. *Deus omnia poſſidet bona, ac ſibimet ipſi ſufficit.* Alias, quando de rebus diſſerit omni laude majoribus, haec ſubjicit, (*o*) (**) Τοιοῦτον δ' εἶναι τὸν Θεὸν καὶ ταγαθόν· πρὸς γὰρ τοῦτο καὶ τἆλλα ἀνάπτεται. *Talem eſſe Deum & bonum: ad haec enim cetera quoque referri.* Quod vero *Ariſtoteles* iſto, quem ex *Rhetoricis* ante attuli, loco nullam rem divinam eſſe confirmat, praeter ipſum Deum, operaque & effectus Dei, id abunde, ut exiſtimo, declarat, nihil ipſi rei fuiſſe cum pluribus Diis per ſe exſiſtentibus, iſtas vero eum intelligentias, quarum ſapientia & virtute minora ſidera ſeu ſphaerae regerentur, quamvis aeternas, ab uno ſummo tamen & altiſſimo Deo effectas & procreatas judicaſſe. 498

Ceterum iſtam Dei atque divinarum rerum contemplationem (††) *Ariſtoteles* arbitratur peculiarem per ſe conſtituere diſciplinam, a ceteris, quae pariter ſpeculando perficiuntur, ſcientiis, phyſiologia nimirum artibusque mathematicis, plane ſegregatam. Tres nimirum omnino facit ſcientias in ſola ſpeculatione poſitas, quarum diſcrimen res, in quibus exponendis verſantur, deſignant, Phyſiologiam, Mathematicen puram, & Theologiam ſive Metaphyſicam. Quarum quidem illa, ſive Physiologia, ex ſententia ejus occupata eſt περὶ ἀχώριστα μὲν, ἀλλ' οὐκ ἀκίνητα, *circa res a materia non ſeparabiles, & ſimul mobiles.* Iſta, Geometria nimirum ſeu Matheſis pura, περὶ ἀκίνητα μὲν, ἀλλ' οὐ χωριστὰ, ἀλλ' ὡς ἐν ὕλῃ, *circa res reapſe quidem immobiles, attamen a materia non ſeparabiles, ita ut per ſe exſiſtere valeant.* Haec denique περὶ χωριστὰ καὶ ἀκίνητα, *circa res cum a materia ſegregatas, tum immobiles*, id eſt. naturas corpore vacuas & ſtabiles. Quibus expoſitis, ita pergit commentari philoſophus: Εἰ μή ἐστί τις ἑτέρα οὐσία παρὰ τὰς φύσει συνεστηκυίας, ἡ φυσικὴ ἂν εἴη πρώτη ἐπιστήμη. Εἰ δὲ ἔστί τις οὐσία ἀκίνητος, αὕτη προτέρα καὶ φιλοσοφία πρώτη. *Si igitur non eſt aliqua alia ſubſtantia, praeter eas, quae natura conſiſtunt, phy-*

(*) Metaph. L. I. C. 3. (p. 266. T. IV. Opp.) (†) Lib. II: Cap. 23. (p. 785. T. III. Opp.)
(§) Magn. Mor. Lib. II. C. 15. (p. 255. T. III. Opp.)
(**) Ethic. Nicomach. Lib. I. C. 12. (p. 18. T. III. Opp.)
(††) Metaph. Lib. VI. C. 1. (p. 346. T. IV. Opp.)

ſicae ſunt coeleſtes, ea luculenter docebunt, quae ſupra *Not.* de ſenſu eius monuimus. Neque mihi facile intellectu eſt, quemadmodum iſtae *Ariſtotelis* intelligentiae ex Deo potuerint gigni, quas ille ex omni aeternitate orbibus ſuis alligatas fuiſſe arbitratus eſt.

(*o*) Τοιοῦτον.] His verbis autem non ſuam, ſed *Eudoxi* ſententiam exprimit *Ariſtoteles.*

(*p*) At

phyſica profecto prima ſcientia eſt. Quod ſi vero eſt aliqua ſubſtantia immobilis, haec prior eſt & philoſophia prima. Poſtremo, quemadmodum omnes ſcientiae, quae ſpeculatione continentur, praeſtantiores natura & nobiliores ſint reliquis artibus & diſciplinis, ita Theologiam ſeu Metaphyſicam ſcientiarum contemplationi ſubjectarum principatum obtinere, decernit. Quod ſi jam aliquis fundamenta requirat Metaphyſicae hujus ſeu Theologiae Ariſtotelicae, his eam quatuor fulcris niti, deprehendet. Primum: Omnes quidem res non carent ortu & initio, aut, ut ipſe loquitur libro (ρ) adverſus *Xenophanem*: Ἆρ' ἀνάγκη ἀγένητα πάντα εἶναι; ἢ οὐδὲν κωλύει γεγονέναι ἕτερα ἐξ ἑτέρων; *Numquid igitur neceſſe eſt, ut res omnes ſint ingenitae? An vero nihil eſt, quod impedit, quo minus aliae quaedam res ex aliis procreatae ſint?* (*) At ſit tamen aliquid oportet aeternum, nec a quoquam factum: ſit & aliquid neceſſe eſt corruptionis omnis expers. Quod ſi enim πᾶσαι οὐσίαι φθαρταί, πάντα φθαρτά, *omnes ſubſtantiae corruptibiles eſſent, fieri poſſet, ut omnia redirent aliquando ad nihilum.* Haec vero natura ſempiterna, ſua virtute exiſtens & immutabilis non eſt materia mente, animo, & vita vacua, verum mens perfectiſſima. (†) Alterum: Deus eſt natura ſimplex & aperta, nulla corporea concretione admiſta, κεχωρισμένη τῶν αἰσθητῶν, *a rebus, quae ſenſus feriunt, ſecreta & ſeparata.* Idem eſt ἀδιαίρετος, *individuus*, ἀμερής, *partibus deſtitutus*, & ἀμεγέθης, *magnitudinis expers.* Nec ita ſolus ſenſit *Ariſtoteles*; verum, quotquot veterum naturas faſſi ſunt exſiſtere ſecretas corpore, iidem eas quoque negarunt extentas eſſe, atque bina, quod *Philo* ſcriptum reliquit, naturarum eſſe genera, docuerunt, διαστηματικὴ καὶ ἀδιάστατος οὐσία, *diſtantes & indiſtantes, aut extenſas & non extenſas ſubſtantias.* Quae doctrina quantum veritatis & auctoritatis habeat, nunc quidem disquirere non vacat. Tertium: (§) Τὸ αὐτὸ νοῦς καὶ νοητόν. *Intelligentia in Deo idem eſt, quod intelligibile.* Mentem enim divinam, quum univerſa rerum natura ſaltim aetate major ſit, mundumque totum compoſuerit & effecerit, abſurdum dictu foret, extra ſe, ſi quid percipiendum ſit, animum & oculos circumferre debere, rerumque notiones aliunde accipere. Quare rerum omnium ſimulacra & imagines in Deo ſint, neceſſe prorſus eſt. Atque hoc *Ariſtotelis* praeceptum cum ipſam fulcit & communit religionem, tum *Platonis* cognatum eſt diſciplinae. Contra impii homines, quibus Deus odio eſt, dum mentem & intelligentiam mundo & materia tuentur, naturae ordine, recentiorem eſſe, non poſſunt, niſi repugnare ſibi velint, quin omnem intelligendi & percipiendi facultatem extrinſecus a rebus corporeis provenire, atque animo velut imprimi, dictitent, ullam vero mentem ſeu intelligentiam rerum,
499 de quibus deliberat, notiones & ſimulacra inſita & informata habere, negent. Poſtremum: Deus natura eſt ſtabilis & immutabilis. Οὐσία ejus ſeu eſſentia non differt ab ejus ἐνεργείᾳ ſeu *efficiendi virtute.* (**) Δεῖ ἄρα τὴν πρώτην ἀρχὴν τοιαύτην, ἧς ἡ οὐσία ἐνέργεια. *Oportet igitur tale principium eſſe, cujus eſſentia actus ſit.* Hic autem obſervari velim, hoc praecepto *Ariſtotelem* abuti ad aeternitatem mundi ſtabiliendam. Quod ſi enim Deus natura concedatur immobilis eſſe & immutabilis, cujus eſſentiam a virtute ſive efficientia diſtinguere nulli liceat, tum conſentaneum eſſe judicat, ut fieri nullo modo potuiſſe concludamus, ut Deus ab omni aeternitate otioſus

(*) Metaph. L. XIV. C. 6. (p. 477. T. IV. Opp.)
(†) Metaph. Lib. XIV. C. 7. (p. 480. T. IV. Opp.)
(§) Metaph. Lib. XIV. C. 7. & 9. (p. 479. T. IV. Opp.)
(**) Metaph. L. XIV. C. 6.

Digitized by Go

ſus conſideret, nec tentaret aliquid aut perficeret, infinito vero tempore elapſo, demum ad materiam commovendam mundumque coagmentandum animum appelleret. Quare falli eos decernit, qui mundum cenſeant ἐκ νυκτὸς καὶ ἁπάσης πάντων, καὶ ἐκ μὴ ὄντος, *ex nocte, & ex confuſa quadam chao, atque ex nihilo*, genitum, ſeu, quod idem eſt, mundum certo tempore, quum nullus fuiſſet antea, initium ſumſiſſe, credant. Eſſet forte in hac ejus argumentatione, quod difficultatem haud mediocrem parere poſſet, ſi mundus, motus, & tempus ejus eſſent generis & naturae, ut ab aeterno potuiſſent exiſtere. Sed haec alias expedientur copioſius. Teneamus hic tantum, quod ex illis, quae modo diximus, perſpicuum eſt, *Ariſtotelem*, etiamſi mundum crediderit aeternum eſſe, eum nihilo tamen minus divinum ſummi Numinis opus exiſtimaſſe. Nam ut mundum oſtendat aeternum eſſe, ad Deum ipſum confugit, ejusque ſtabilitatem & ceſſantem numquam efficientiam unici loco argumenti adhibet.

Obſignabo haec, quae de *Ariſtotele* differere placuit, commemorabili ejus loco, quo ipſemet, quid de Deo atque religionibus a majoribus traditum ſibi eſſe crediderit, ipſeque verum eſſe putaverit, nervoſe complectitur: (*) Παραδέδοται ὑπὸ τῶν ἀρχαίων καὶ παλαιωτάτων, ὅτι θεοί εἰσιν ἔνιοι, καὶ περιέχει τὸ θεῖον τὴν ἄλλην φύσιν· τὰ δὲ λοιπὰ μυθικῶς ἤδη προσῳκῆσθαι πρὸς τὴν πειθὼ τῶν πολλῶν καὶ τὴν εἰς τοὺς νόμους καὶ τὸ συμφέρον χρῆσιν· ἀνθρωποειδεῖς τε γὰρ τούτους καὶ τῶν ἄλλων ζώων ὁμοίους τινὰ λέγουσι, καὶ τούτοις ἕτερα ἀκόλουθα καὶ παραπλήσια. *Tradita autem ſunt quaedam a majoribus noſtris & admodum antiquis, ac in fabulae figura poſteris relicta, quod hi Dii ſint, idque, quod divinum eſt, univerſam naturam contineat. Cetera vero fabuloſe ad multitudinis perſuaſionem, & ad legum ejusque, quod conducit, opportunitatem jam illata ſunt. Hominiformes namque ac aliorum animalium nonnullis eos ſimiles dicunt, ac alia conſequentia & affinia iis, quae dicta ſunt.* Tria habent haec verba, quae attendi velim magnopere. Primo nullam bene moratam & bene conſtitutam gentem ex omni memoria deſignari poſſe, hinc liquet, quin eadem unum eſſe τὸ θεῖον, quod univerſam arceat & complectatur rerum naturam, firmiter perſuaſum habuerit: θεῖον enim hic *Ariſtoteli*, id quod manifeſtum eſt, ſummum Deum ſignificat. Qui quidem & alio loco iisdem fere verbis, idem ſibi verum videri, ſignificavit. (†) Poſtquam enim de ordine, harmonia, & proportione dixerat, θεῖος, addit, τοῦτο δὴ τῆς δυνάμεως ἔργον, ἥτις καὶ τὰδε συνέχει τὰ πάντα. *Hoc divinae potentiae opus eſt, quae univerſitatem quoque arcet & continet.* Haec autem divina ratio & natura, univerſam rerum naturam coërcens & continens, non poteſt non unica, ſimplex, & ſolitaria eſſe: quod quidem *Horatius* loco antea laudato ſcite ſic expreſſit:

Nec viget quicquam ſimile aut ſecundum.

Alterum, de quo nos hic locus philoſophi certiores facit, hoc eſt: Sic plerisque omnibus placuiſſe quondam populis, praeter ſummum illud Numen, cujus voluntati parent omnia, eſſe alia minora & inferiora Numina, naturas conſilii participes homineque praeſtantiores: in his erant, ſi multitudinem audias, ſtellae atque or-

(*) Metaph. Lib. XIV. C. 8. (p. 483.) (†) In Polit.

(p) *Adverſus Xenophanem*] *Libro de Xenophane, Zenone, Gorgia* Cap. 2. *p.* 836. *T.* II. *Opp.*

orbes coeleſtes anima praediti; ſi *Ariſtotelem* praeferas, mentes illae ſtabiles & immobiles, ſive intelligentiae orbibus affixae & praefectae coeleſtibus. Poſtremo hoc nos docet *Ariſtoteles:* ſi ab his diſcedas duobus, quae diximus, reliquam omnem veterum religionem commentitiam & futilem eſſe, plebis tanto arctius conſtringendae cauſſa, ne civilium legum & inſtitutorum clauſtra refringeret, inventam & excogitatam. In primis quod Dii formas & ſimilitudinem hominum vel animalium habere putabantur, quod ſigna eorum & ſimulacra effingebantur, quod his imaginibus divinus cultus & religio adhibebatur, quod denique multa ſuſcipiebantur

(q) *Debent*] Ex hoc *Ariſtotelis*, de quo copioſe vir praeſtantiſſimus diſputat, loco, quidnam ipſe de publicis religionibus, aetate ſua in Graecia inſtitutis, ſenſerit, cognoſcitur, non item omnium Graecorum, multo etiam minus omnium veterum populorum, de re divina opinio. Neque hoc attentior viro egregio, Θεῖον in his Stagiritae verbis ſummum & unicum deſignare Numen. Θεῖον, id quod totius orationis contextus declarat, *vis* eſt *divina*, quam veteres ex aſtris, quae pro Diis habebant, in reliquam fundi univerſitatem rerum exiſtimabant. Neque *Ariſtoteli* hoc in loco de ſummo rerum omnium domino, verum de mentibus & inteiligentiis ſermo eſt, quas ſideribus putabat praeſidere. Vis totius dicti haec eſt: *Sic a majoribus traditum accepimus, ſidera aut mentes ſidera gubernantes Deos eſſe, horumque Deorum vim ac poteſtatem univerſam rerum naturam complecti.* Mitto, vocem Θεὸς generatim ab ipſo de qualibet re hominibus excellentiori ſumi, etiam de Diis. vid. *Libr.* I. *de coelo Cap.* 3. *p.* 615. *T.* 1. *Opp.*

Ceterum de ipſius *Ariſtotelis* religione atque adverſus Deum pietate longae ſunt ac graves dudum virorum doctiſſimorum controverſiae: quorum quidem multi, id quod *Mericus Caſaubonus* in *Notis ad Diogen. Laërtium p.* 635. ſcriptum reliquit, *Ariſtotelem plane divina de Deo ſcripſiſſe*, aſſeverare non verentur; alii vero decretis ejus nihil pietati ac verae religioni capitalius & perniciofius fieri poſſe, principemque inter Atheos *Ariſtoteli* locum aſſignari debere, diſputant. Quae ad *Ariſtotelem* excuſandum vim quamdam habent, nervoſius nemo ex ſcriptis eius collegit *Jo. Jonſio de ſcriptoribus Hiſtor. philoſ. Lib.* I. *Cap.* 1. §. 5. *p.* 9. Quae vero eos juvant, qui cum Dei hoſtibus Stagiritam ſociant, magno ſtudio & labore expoſuit vir vener. multisque de re ſacra & litteraria meritis inſignis, *Jo. Georg. Walchius*, in *Exercit. de Atheiſmo Ariſtotelis*, quae in ejus exſtat *Parergis academicis Lipſiae* 1721. 8. editis *p.* 297. *ſ.* Ex quo etiam auctores, qui in utramque partem de hoc argumento certarunt, addiſcere licet: quos *Jo. Alb. Fabricius* quoque enumerat in *Delectu argum. pro veritate religionis Chriſtianae Cap.* 8. §. 3. *p.* 307. Nuperrime omnium pro pietate *Ariſtotelis* in Deum verba fecit *Jac. Frid. Reimmannus*, vir longe doctiſſimus, in *Hiſtoria Atheiſmi Sect.* II. *Cap.* 27. §. 1. 2. *ſ. pag.* 182. *ſ.* Anceps haec propterea eſt pugna, quod nec nomini *Deus*, nec vocabulo *Atheus*, eamdem ſubjiciunt poteſtatem litigantes. Quocirca ante omnia, quid ſit Deus, quid homo Deum eſſe negans, diſpiciendum erit. Aliam difficultatem id parit, quod ex ſingularibus philoſophi locis quibusdam hanc multi controverſiam dirimi volunt: quum alii, rectiusque ſine dubio, univerſum philoſophiae ejus complexum atque habitum ſpectari debere, contendant. Quibus id etiam accedit, quod *Librum de mundo* in partes etiam vocant, qui famae ejus bene cupiunt, quem ceteri, quibus diſplicet *Ariſtotelis* religio, aſpernantur, & ex germanis eius operibus, & bene quidem meo judicio, eximunt. Ego, ut ingenue de meo fatear ſenſu, propenſior natura ſum ad excuſandum alios, quam accuſandum, nec facile ſubſcribo, quum de tanto crimine, quantum Dei eſt negatio, certamen oritur. Idem tamen non poſſum, quin affirmem, Deum *Ariſtotelis* talem mihi videri, qualem nec amarem ego, nec metuerem, id eſt, nomine potius, quam reapſe, Deum. Gravius aliquid dico: Inter Deum *Ariſtotelis* & *Epicuri* Deos parum ego diſcriminis intereſſe arbitror. Utrique nec ipſi aliquid habent negotii, neque aliis exhibent, ſed in contemplatione toti poſiti, eaque de cauſſa beati ſunt.

Deus eſt aeterna rerum omnium cauſſa, libertate, ſapientia, potentiaque infinita praedita, juſti praeterea rectique amantiſſima. Harum aliquam virtutem qui tollit ex Deo, is umbram potius & ſimulacrum Dei, quam Deum, veneratur, nec, tametſi magnificis utatur vocabulis, centiesque decret, ſe Deum revereri, audiendus eſt. In *Ariſtotelis* autem, id quod breviter docebo, Deum vix aliquid horum cadit. Ex quo conficietur deinde, nec prodeſſe cum humano generi, nec nocere, nulloque idcirco cultu proprie dignum eſſe. Primum inter omnes conſtat, viſum fuiſſe *Ariſtoteli*, mundum, non ſecus atque Deum, per ſe atque neceſſario ex omni aeternitate exſtitiſſe. Qua ratione mundum cum Deo copulaverit, nunc quidem non inquiram. Sive rerum naturam ex infinito tempore fluxiſſe ex Deo putaverit, quod ju-

nio-

tur alia rebus his affinia, id omne *Aristoteles* ad nugas refert multitudinis gratia repertas. Cujus si sequamur ductum, atque haec omnia a veterum religione removeamus, πάτριον δόξαν, seu *religio a majoribus tradita*, ad duo commode momenta revocabitur: quorum primum: unus est summusque Deus, qui totam rerum universitatem moderatur & complectitur; alterum vero: stellae & coelestes orbes, seu mentes, quarum orbes hi reguntur imperio, Deorum inferiorum numero & loco haberi (*q*) debent.

Aristoteli socios dabo *Speusippum* & *Xenocratem*, *Platonis* quidem successores, at illiores Platonici, quos multi probant recentiores, existimarunt, sive aliam nescio quam Dei mundique necessitudinem excogitaverit, illud quidem controversia caret, eandem, quam Deo, illum etiam mundo perennitatem atque necessitatem existendi adscripsisse. Itaque coelum etiam, quod vocat, non secus atque Deum, censuit esse nullo modo mutabile. Lege ipsum *Libro de coelo I. Cap.* 3. *p.* 613. *T.* I. *Opp.* Ex quo consequitur, nihil Deum ipsius libertatis habere, nec ideirco utile aut conducibile cuiquam esse, precibus ipsum adire. Quod si enim aeterna universitas rerum lege fertur, nec mutari ulla ratione potest, nescio, cur a Deo auxilii aliquid exspectandum sit. Dicet forte aliquis, coelum quidem immutabile visum esse *Aristoteli*, non item ea, quae infra coelum & lunam sunt. Huic multa possum respondere: sed id unum tantum nunc reponam, ad Deum, id quod notum est, non pertinere judicio *Aristotelis*, quae infra lunam sunt & fiunt. Ergo Deum habemus primum libertate carentem, & religione idcirco cultuque omni indignum.

Hunc ipsum deinde Deum extremae sphaerae alligasse *Aristotelem*, notissimum est. Igitur, quod perspicuum est, nec infinitum eum esse credidit, nec immensum, nec ubique praesentem. Talem quid, quaeso, juvat Deum vel colere, vel amare, vel metuere? Equidem, quanam via, si vel aliquid virtutis reliquisset huic Numini *Aristoteles*, preces hominum ad illud perferri potuerint, non intelligo. *Plato* daemonibus utitur hac in re ministris, & Dei summi, quem pariter remotissimum a rebus humanis, nec ubique locorum praesentem esse voluit, hominumque Deum precantium conciliatores eos esse, statuit. At *Aristoteles* daemones ejusmodi negat esse, nec, quod antea vidimus, alios adoptat Deos, quam intelligentias seu mentes, orbibus coelestibus praepositas. Hae vero intelligentiae, quid rerum inter homines agatur, ignorant, neque, praeter orbem sibi commissum, curant aliquid. Igitur, his interpretibus, summus cognoscere non potest Deus precationes hominum. Quonam igitur alio modo Deus *Aristotelis* de nostris certior fieri potest supplicationibus & desideriis? Equidem nullum video: nec, cur magni Deum faciam, invenio, ad quem rerum & votorum meorum nihil prorsus pervenire potest. Deum autem profiteri, in quo nec libertas, nec vis ulla est, aut in quo nec spem ullam, nec fiduciam ponere licet, id idem paene mihi videtur esse, quod de *Epicuro* scriptum exstat, verbis relinquere Deum, re ipsa vero tollere.

Sed fac, posse aliquid rerum earum, quae inter homines geruntur, ad Deum illum pervenire: fac, omnium illum rerum gnarum ac peritum esse: fac denique, propensum illum esse ad homines juvandos: neque sic tamen is erit, quem esse Deum credendum est. Quare vero? Otiosus prorsus est Deus *Aristotelis*, quemadmodum Dii *Epicuri*, neque agit aliquid, sed cessat continuo, in eaque cessatione beatitudo eius praecipue posita est. Scio, dixisse *Aristotelem*, ἐνέργειαν Dei seu *essentiam* esse ἐνέργειαν, *operationem*, *Metaphysicor. Lib.* XIV. *C.* 6. *Tom.* IV. *Opp. p.* 477. *f.* Verum magnifica haec vox nihil aliud, quam hoc, signi ficat, Deum vivere atque contemplari. Hoc ipsis philosophi verbis edocebo, *Lib.* II. *de coelo Cap.* 3. *p.* 644. *T.* I. *Opp.* Θεοῦ ἡ ἐνέργεια ἀθανασία· τοῦτο δ' ἐστὶ ζωὴ ἀίδιος. *Dei vero operatio immortalitas est: hoc autem est perpetua vita.* Quid clarius? Dei ergo *essentiam* quum dicit *Aristoteles operationem* esse, id unum praecipit, Deum ex infinito tempore vivere. Praeterea diserte omnes a Deo actiones removet, nihilque ei reliquit, quam contemplationem. Postquam enim Deum vivere dixerat, ex eoque coëgerat, Deum etiam agere, nullam actionem aliam in Deum cadere, praecipit, quam contemplationem: Τοῦ δὴ ζῆν τὸ κράτιστον ὑπάρχειν, ἐπεὶ δ' ἡμῶν τὸ νοεῖν, τοῦτ' ἀληθῶς, [illegible] θεωρίας; ὥστε ἡ τοῦ Θεοῦ ἐνέργεια, μακαριότητι [illegible] θεωρητική. *Ei igitur, qui vivit, si actio, multoque magis si effectio, adimatur, quid, praeter contemplationem, relinquitur? Quocirca muneris Dei functio, qua in primis beatus est, in contemplatione consistere reperietur. Libr.* X. *ad Nicomachum Cap.* 8. *p.* 184. *Tom.* III. *Opp.* Quaesitus, quidnam igitur Deus contempletur? nihil decernit, verum rem hanc hominum superare captum, non obscure fatetur, *Magnor. Moral. Lib.* II. *Cap.* 15. *p.* 256. *T.* III. *Opp.* Τί μὲν οὖν ὁ Θεὸς θεωρεῖ, ἐᾶμεν. *Quid igitur Deus contemplatur, omittamus.* Valeat vero Deus, qui sibi vivit unice,

illius aequales & aemulos, nec non *Theophrastum*, qui disciplinam ab *Aristotele* acceptam, mortuo eo, propagare studuit. De *Speusippo* (r) *Cicero* memoriae prodidit, eum ad exemplum magistri sui *Platonis*, *vim quamdam, qua omnia regantur,*
502 *eamque animalem*, esse censuisse. Quamobrem *Vellejus* Epicureus apud eumdem *evellere* hominem *ex animis cognitionem Deorum*, conqueritur. Certe *Speusippus* non minus, quam *Plato*, Epicureos illos tollebat Deos, qui omnes nullius credebantur imperio subjecti esse, nec ulli res humanas curae habere. Neuter vero illorum multos esse Deos inficiabatur inferiores, ex uno summoque Deo genitos, quorum hic labore & opera in administranda rerum natura uteretur. Namque horum aliquid si negare fuissent ausi, opinione citius impietatis adversus Deum postulati essent. *Xenocrates* ut affectus fuerit erga Deum animo, ex his verbis, quae *Stobaeus* habet, apertum est: (*) Τὴν Μονάδα καὶ τὴν Δυάδα Θεούς· τὴν μὲν ὡς ἄῤῥενα πατρὸς ἔχουσαν τάξιν, ἥτινα νοερὰν καὶ Ζῆνα. καὶ πρεσβύτην. καὶ νοῦν, ὅστις ἐστὶν αὐτῇ πρώτῳ Θεός· τὴν δὲ θηλείαν μητρὸς Θεῶν δύναμιν, τὸ ὑπὸ τὴν ἐσχάτην λῆξιν ὑγρομιγῆ, ἥτις ἐστὶν αὐτῇ ψυχὴ τοῦ παντός. *Deos dixit esse tum Monadem, quam Dyada: alterum masculum, patris habentem rationem, quem vocabat Zena & excellentissimum & mentem; atque hic princeps etiam ipsi Deus est: alterum femineum, omnium, quae sub oculis sunt, praesidem, quasi matrem quamdam Deorum; quae quidem anima ipsi est hujus universitatis.* Praeter haec, coelum arbitrabatur divinum esse, seu, quod idem est, anima peculiari sibique propria praeditum, stellas igneas Deos esse coelestes asseverabat, denique certum quoddam Deorum genus infra lunam volitare, sive daemones esse, qui cerni nequeant oculis, perhibebat. Tria igitur, quae *Plato* suis inculcaverat, principia dimisisse videtur, eorumque in locum duas substituisse hypostases divinas: quarum alteram *mentem* vocat seu *Monadem*, alteram *mundi animam* seu *Dyadem*. Ad extremum (s) *Theophrasti* hoc luculentum habemus testimonium ex *libris* ejus *metaphysicis* sumtum, ne plures ejus locos referam: Θεία δὲ πάντων ἀρχή, δι' ἣν ἄπαυστος καὶ ἐν ἀφθαρσίᾳ. *Unum est divinum rerum principium, per quod omnia subsistunt & permanent.*

§. XXV. Stoici, quique familiam in illis ducunt, *Zeno*, *Cleanthes*, & *Chrysippus*,

(*) Eclog. phys. Lib. I. C. 3. (p. 17.)

ce, totusque in contemplatione positus est. Etenim in hoc quidnam homini vel solatii vel praesidii est?

Postremo nullam in Deo *Aristotelis* justitiam esse, ex his, quae diximus, abunde liquet. Qui enim necessitati adstrictus est, qui certo loco conclusus, qui res hominum nec videt, nec, si videret, curare posset, is quanam praeditus esse potest voluntate bonis praemia, malis poenas tribuendi? Hinc omnia, quae de moribus & virtute probitate tradidit *Aristoteles*, nullis nituntur caussis a Deo ejusque virtutibus sumtis, nullis vel poenarum comminationibus, vel praemiorum promissionibus, verum unice humanis & naturalibus rationibus, in quibus parum virtutis est.

Judicent, nec enim copiosior esse volo, ex his sapientes, quantum interfit discriminis inter hominem Deum esse prorsus inficiantem, & inter *Aristotelem*, qui primam quidem motus caussam non tollit, at eam liberam, infinitam, ubique praesentem, omnipotentem, rerum humanarum peritam, gubernatricem denique omnium esse, negat. Si is est Atheus, qui Deum quidem esse fatetur, at eumdem tamen Deum non alia de caussa colendum esse, praecipit, quam propter naturae praestantiam, equidem non video, quomodo ex Atheorum ordine possit eximi *Aristoteles*. Quamquam & hoc dubium est, an Deum propterea colendum esse censuerit, quod rebus omnibus praestet ac major sit. Ut hunc locum concludam, *Aristoteles*, id quod omnia ejus docent, quae de Deo rebusque divinis scripsit, mundum hunc una cum ipso Deo non secus ac machinam concepit animo, aeterno motu praeditam. Ut in omni vero, quae movetur, machina principium quoddam, unde mo-

Digitized by Google

pus, quum *Heraclito* duce ac auctore, in rebus physicis & metaphysicis, uterentur, iisdem, quibus ille, maculis utramque disciplinam contaminarunt. Itaque exstare aliquid negabant, praeter corpus, in rerum natura. Corporis vero vocabulum proprio veroque adhibebant sensu, sic, ut eo rem denotarent non modo διαστατὸν, *extentam*, sed etiam *ἀντίτυπον*, *resistendi virtute praeditam*, nec penetrabilem. Ergo genus hoc animos cum ceterorum animantium, tum hominum in primis, corporeos ducebat esse, seu naturas *extensas & impenetrabiles*, quae nulla re alia differrent a corpore, quo conclusae essent, quam quod (*s*) σῶμα essent *ἀεριώτερον καὶ λεπτομερέστερον*, *tenuius corpus & subtilius*, πνεῦμαque *ἔνθερμον*, *spiritus igneus & fervidus*. Quidquid enim consilii, rationis, & intelligentiae in orbe esset, id philosophi hi in una orbis hujus ignea residere materia judicabant. Plerique omnes, qui hanc sectam adamabant, non statim post fata exstingui animam, sed certum permanere tempus, ducebant: nonnulli etiam ad futuram usque terrarum orbis conflagrationem mentibus usuram vitae largiebantur, nisi forte corpore discedentes turris cujusdam prolapsione aut simili calamitate opprimerentur & comminuerentur. Verum nulli tamen eorum ad infinitum eas tempus vivere, nec interire, concedebant, nihil plane immortale duci debere, id quod deinceps demonstrabitur, constituentes, praeter unum Jovem, sive Deorum omnium auctorem & principem. De supplíciis improborum animorum, postquam hinc excessissent, non idem placebat omnibus. Quidam vana esse omnia, quae de poenis illis ferrentur, nec nisi poëtarum jocos atque lusus, praecipiebant: quorum rationibus ipse (*v*) *Epictetus* assentitur, *Acherontem*, *Cocytum*, & *Phlegethontem*, plane rejiciens. Verum alii meliores & sanctiores animas, ubi corporis expeditae vinculis essent, ad stellas, unde essent delapsae, sursum reverti, sceleratas vero in loca descendere subterranea, putabant, squalore atque caligine horrida, quibus ultro citroque ferrentur, donec finem earum miseriis ultimus afferret interitus. Interim hoc universae persuasum 503
fuisse videtur familiae, qui metum injicerent hominibus suppliciorum & cruciatuum post hanc vitam, eos virtutis & justitiae non nisi malos esse magistros. Virtutem enim per se ipsam esse expetendam, nec quidquam esse bonum, nisi honestum

motus oriatur, adesse debet; ita etiam causam aliquam existimavit motui magnae hujus molis mundanae praeficiendam sibi esse. Hanc motus causam Deum nominat, & copiosis pulcrisque verbis describit, sed potestate atque notione fere cassis. Esse si cogitem aeternum quoddam motus omnis initium, quod vivat & contempletur, quidnam inde vel gaudii vel spei vel metus habeo, vel quidnam ad recte vivendum incitamenti, ad tranquille moriendum adjumenti? Tantum, nisi fallor, quantum, si in *Epicuri* hortis Deos in intermundiis beatos vivere, neque ipsos aliquid negotii habere, aut aliis creare, suaviter somniarem.

(*r*) *Cicero*] *De natura Deor. Lib.* I. *Cap.* 13. *p.* 2898. 2899. *T.* IX. *Opp.* Male vero vir doctissimus interpretatur *Ciceronis* verba. Non illis *Vellejus* contendit, *Steuippum* eos tantum sustulisse Deos, quos *Epicurus* finxerat, sed omnes omnino Deos. Mens dicti haec est: *Steuippum* ita decrevisse de rebus divinis, ut, si consequutionis lege cum homine sit agendum, omnem Deorum cognitionem extraxisse videri possit ex mentibus hominum. Uni enim virtuti animali rerum omnium administrationem commisisse: id autem esse, Diis omnem vim & potentiam derogare.

(*s*) *Theophrasti*] Non mihi ad manus est libellus ille, qui *Ἀποτελεσμάτων ἢ μετὰ τὰ Φυσικὰ Theophrasti* dicitur, ut, num hoc in eo dictum, exstet, nec ne, investigare queam. Quamquam & multi sunt doctissimi viri, qui opusculum hoc *Theophrasti* esse negant. Vid. *Jo. Alb. Fabricii Biblioth. Graec. Lib.* III. *Cap.* 9. §. 14. *p.* 242.

(*t*) *Στωϊκὰ*] Haec sunt *Chrysippi* verba, servata a *Plutarcho Libro de repugnantiis Stoicorum p.* 1052. *T.* II. *Opp.* Quae hic praecise dicuntur de Stoicis eorumque praeceptis, ea longius a *Lipsio*, *Thomasio*, *Scioppio*, & aliis, qui ex instituto Stoicorum explanarunt decreta, sunt expolita.

(*v*) *Epictetus*] Vid. *Arriani Comm. de Epicteti Dissert. Lib.* III. *Cap.* 13. *p.* 293.

nestum, vitia vero per se ipsa esse fugienda, nec quidquam esse malum, nisi turpe, dictitabant: externis itaque suppliciis & poenis ad homines incitandos & a malo revocandos haud opus esse. Hinc *Chrysippus* vitio id *Platoni* solebat vertere, quod civitatem suam tam multis aduituque terribilibus narratiunculis de suppliciis malis post hanc vitam expectandis communire studuisset: (*) Φησὶν οὐκ ἰσῶς δεῖν τρέπειν τῷ δεῖ τὸ θεῶν φόβῳ τὰ ἀδικίας ἢ Κέφαλον· διὰ ταῦτα δ' εἶναι, καὶ πρὸς ταῦτα ἐξάγειν πολὺς πιθανολογίας καὶ παιδαριώδεις ἀντιπαίδουσας, ἃ φοβεῖ τοὺς ὑπὸ δεισιδαιμονίας λέγων, ὡς ἐδὲν Δίγφίονα τὸν Ἀκτέα ἢ τὸν Ἀλφιτᾶν, ὑφ' ὧν τοὺς παιδαρίους ἡ χαυνοχολεῖν αἱ γυναῖκες ἀνείργουσι. *Non recte ait Cephalum* (Platonem, qui Cephalum inducit loquentem) *metu Deorum ab injustitia homines deterrere: rationem enim hanc expositam esse calumniis, & in diversam partem multis abducere revulsionibus, ac multa occurrere probabilia, quae sermonem de poenis divinitus irrogandis impugnent, similemque faciant Acteoni & Alphitoni, quarum formidine puerulos mulieres a malo otio deterrent.* Ceterum, quam arcte Stoici dogma hoc: *Praeter corpus, nihil omnino existit*, complexi sint, vel ex eo intelligitur, quod qualitates etiam & ea, quae accidunt corporibus, in corporum referri numerum voluerint. Hinc vocem, sonum, diem, noctem, mane, vesperam, aestatem, hiemem, quin etiam nonas & calendas, menses & annos pro corporibus haberi debere, contendebant. Sed nec his contenti, animorum etiam qualitates, virtutem & vitium, eorumque commotiones & perturbationes, iram & invidiam, gaudium & dolorem, corporibus aggregabant. Auctor rei (*x*) *Seneca* est, qui: *Corporis bona, inquit, sunt corpora: corpora ergo sunt & quae animi: nam & hic corpus est.* Quibus fretus initiis & veluti fundamentis, ipsas etiam actiones, perpessiones, & qualitates animi non tantum esse corpora, verum etiam animantia, disputat, (*y*) *Animam constat animal esse, quum ipsa efficiat, ut simus animalia. Virtus autem nihil aliud est, quam animus taliter se habens: ergo animal est.* Tam suaviter & facete hi corporum patroni, quorum omnis tamen cura & diligentia in dialecticis exercitationibus consumebatur, ratiocinabantur, tamque insano & immoderato ardebant philosophiae & conclusiuncularum suarum amore.

Sed hoc tamen neminem errore duci oportet, Stoicos idcirco divinam plane naturam sustulisse, quod corporibus absolvi omnia, parum quidem sapienter, existimaverint. Mentem enim sive rationem, etsi numquam sine corpore esset, haud tamen principio ex materia vita & sensu vacua, certaque ratione temperata & affecta, natam, sed rem esse sempiternam, nec aliunde genitam, ceterarum vero rerum omnium causam & effectricem, docebant. Itaque, si qui nobilem illam & valde decantatam veterum quaestionem: casune mundus esset factus & fortuito, an vero fato materiaeque motu necessario, an denique mente, ratione, & con-

(*) Plutarch. de Stoic. repugn. p. 1040.

(*x*) *Seneca*] *Epist.* CVI. *p.* 399. *T.* II. *Opp.* Sed locus ipse paullo aliter, atque hic descriptus est, apud *Senecam* sese habet: *Quae ergo propria sunt corporis, ea corporis bona sunt: corpora ergo sunt & quae animi sunt: nam & hic corpus est.*

(*y*) *Animam*] Haec verba *Senecae* leguntur *Epistola* CXIII. *p.* 422. *T.* II. *Opp.* Non tamen ibi scriptum invenias, quod hic legitur: *taliter se habens*, sed: *quodammodo se habens.* Describit vir doctissimus utrumque locum ex *Justi Lipsii Introd. in Physiol. Stoic. Lib.* II. *Dist.* IV. *p.* 64. a. b. ubi ita, uti hic, vitiose utrumque exstat dictum. Ceterum ipse *Seneca* hanc Stoicorum opinionem spernit, & aperte, *Me*, inquit, *in alia sententia profiteor esse.* Ridemus nos hodie Stoicum hocce dogma: neque prorsus injuria. Minus tamen multo ridiculum & ineptum videbitur, si Stoicorum de corpore ac corporibus ge-

Digitized by

conſilio? ſi qui, inquam, controverſiam hanc in medio ponerent, Stoici nil verebantur & his refragari, qni temeritati, & illis, qui neceſſitati omnium rerum conſtructionem tribuerent, mundum vero a divina aeternaque, eademque perfectiſſima, mente conſtructum eſſe, aperte profitebantur. Atque ex hac una aeternaque mente hominum etiam animos carptos & hauſtos eſſe, non autem ex materia vitae ſenſusque inope, dicebant. (z) *Prudentiam* ajebant *& mentem a Diis ad homines perveniſſe, rationemque nihil aliud eſſe, quam in corpus humanum partem divini ſpiritus merſam.* Mentes igitur hominum totidem ducebant eſſe (a) *μόρια θεῦ καὶ ἀποσπάσματα, partes ex Deo decerptas, & ex ejus natura avulſas.* Rationi- 504
bus porro, ut mundum non caſu exſtitiſſe, ſed divino conſilio creatum eſſe, probarent, non ſpernendis ſane aut infirmis pugnabant; nec eſt, cur illas multum infra ea collocemus argumenta, quibus noſtra aetas in hac cauſſa uti ſolet. Luſtrabimus, quo id pateat, praecipuas. Principio, qui mundum hunc tam ſcite atque eleganter conſtructum temere ac fortuito naſci potuiſſe exiſtimarent, eos ſimiles eſſe dicebant homini, qui contendat, ſi innumerabiles unius & viginti formae litterarum aliquo conjiciantur, poſſe ex his in terram excuſſis Annales Ennii aut Iliadem Homeri, ut deinceps legi poſſint, effici. Quantam enim cogitationum conſentientem & continuatam cognationem iſta carmina habeant, tantam rerum conſpirantem conjunctionem in hac mundi eſſe mole. Quumque fortuita materiae commotione neque domum aut urbem, nec librum aut bibliothecam confici videamus, ineptum prorſus ducebant eſſe, ſtatuere, temerarios materiae motus tam ſcitam, venuſtam, & mirabilem mundi compagem producere potuiſſe. Deinde fieri non potuiſſe diſputabant, ut tam amice conſpirans rerum omnium cognatio, & incomparabilis iſte univerſitatis concentus naſceretur, niſi haec omnia, quae videmus, uno divino & continuato ſpiritu continerentur. Quod quidem argumentum illis ſemper in ore ſolet eſſe, qui unum tantum & ſolitarium eſſe Deum, demonſtrare cupiunt. Tum naturae, quam vocant, ſcalam in auxilium vocabant, idque divinitatis eſſe pronuntiabant argumentum, quod res aliae aliis perfectiores eſſent & meliores. Ex quo efficiebant, eſſe naturam quamdam perfectiſſimam, mundumque ipſum, aut vim illam, quae mundo praeſideat, (b) *a principio*, ſeu potius ſine principio & ex omni aeternitate, *ſapientem* exſtitiſſe. Quemadmodum enim in vite, aut in pecude, videmus naturam ſuo quodam itinere ad ultimum pervenire, atque ut pictura & fabrica ceteraeque artes habent quemdam abſoluti operis effectum; ſic in omni natura, ac multo etiam magis, neceſſe eſt aliquid abſolvi ac perfici. *Neceſſe eſt, praeſtantem eſſe aliquam naturam, qua nihil eſt melius.* Itaque, ut in univerſitate a primis inchoatisque naturis ad ultimas perfectasque paullatim proceditur, ita excellentem quamdam & perfectiſſimam

generatim intueamur decreta, definitionesque corporum conſideremus, quas dare ſolebant: qua de re nunc quidem differere nolo.

(z) *Prudentiam*] Prius dicti huius membrum ex *Cicerone* ſumtum eſt *Libro* II. *de natur. Deor. Cap.* 31. *p.* 3000. *T.* IX. *Opp.* poſterius apud *Senecam* eſt *Epiſtola* LXVI. *p.* 168. *T.* II. *Opp.* qui, *Ratio autem*, inquit, *nihil aliud eſt, quam in corpus humanum pars divini ſpiritus merſa.*

(a) *Μόρια*] Ex *Arriano Diſſ. in Epictet. Lib.* I. *Cap.* 14. *p.* 123. haec ſumta ſunt: *Αἱ ψυχαὶ μέρη ἤσαν ἀπὸ τοῦ συναφοῦς τῷ Θεῷ, ἦσαν αὐτοῦ μόρια ἦσαν καὶ ἀπεσπασμένα. Animi ita ſunt devincti Deo, ut particulae ſint ejus, & ab eo quaſi avulſi.*

(b) *A principio*] His verbis *Cicero* utitur *de natura Deor. Lib.* II. *Cap.* 13. *p.* 2973. *T.* IX. *Opp.* Atque ex hoc *Ciceronis Libro* univerſa, quae hic affert vir doctiſſimus, Stoicorum argumenta depromta ſunt.

(c) *Un-*

Digitized by Google

mam naturam, cui nihil omnino deſit, oportet eſſe. Namque eo, quod rerum omnium ultimum & caput eſt veluti, quid, quaeſo, melius eſſe poteſt ac praeſtantius? Praeter haec, Socratico more ſic rationem acute concludebant Stoici: (c) *Unde arripuit homo vitam, mentem, & rationem? Quin & humorem & calorem, qui eſt fuſus in corpore, & terrenam ipſam viſcerum ſoliditatem, animum denique illum ſpirabilem, ſi quis quaerat, unde habeamus, apparet, quod aliud a terra ſumſimus, aliud ab humore, aliud ab igne, aliud ab aëre eo, quem ſpiritu ducimus.* (*) *Illud autem, quod vincit haec omnia, rationem, mentem, & conſilium, ubi invenimus, unde ſuſtulimus? An cetera mundus habebit omnia, hoc unum, quod plurimi eſt, non habebit? Nihil, quod animi, quodque rationis eſt expers, id generare ex ſe poteſt animantem compotemque rationis. Mundus autem generat animantes compotesque rationis. Animans eſt igitur mundus compoſque rationis.* Hanc argumentationem ſimilitudinibus dilatare ſolebant: *Si ex oliva modulate canentes tibiae naſcerentur, non dubitares, quin eſſet in oliva tibicinis quaedam ſcientia. Quid ſi platani fidiculas ferrent numeroſe ſonantes; idem ſcilicet cenſeres, in platanis ineſſe muſicam. Cur igitur mundus non animans ſapiensque judicetur, quum ex ſe procreet animantes atque ſapientes?* (d) *Cotta*, non diffiteor, vehementi & acuta orationem hanc reſponſione reprimit: *Quaerit Socrates: unde animam arripuerimus, ſi nulla fuerit in mundo? Et ego quaero: unde orationem? unde numeros? unde cantus? niſi vero loqui ſolem cum luna putemus, quum propius acceſſerit, aut ad harmoniam canere mundum, ut Pythagoras exiſtimat.* Verum, ut acuta videatur & callida haec ratio, ventoſam tamen potius Academicorum loquacitatem ſapit, id quod deinceps oſtendemus, quam hominem ſapientiae deditum. Poſtremo Deum eſſe Stoici hoc modo efficere cupiebant: *Ut nulla pars corporis noſtri eſt, quae non ſit minor, quam nosmet ipſi ſumus; ſic mundum univerſum pluris eſſe neceſſe eſt, quam partem aliquam univerſi.* Melius ſine dubio igitur quum ſit ratione uti, quam ea deſtitui, neque rei ullius ſenſu carentis pars aliqua poſſit eſſe ſentiens, mundus ſenſu carere non
505 poteſt, quoniam partes ejus ſunt ſentientes. Nam id admodum eſt ridiculum, exiſtimare aliquem, *nihil in omni mundo melius eſſe, quam ſe*, qui pars tantum mundi eſt. *Cotta* quidem hanc quoque ratiocinationem more Academicorum arroganter cavillatur: *Hoc ſi placet*, inquit, *jam efficies, ut mundus optime librum legere videatur. Iſto modo etiam diſertus, Mathematicus, Muſicus, omni denique doctrina refertus, poſtremo philoſophus erit mundus.* Verum & haec ratio, aeque ut prior illa, robore & ſoliditate inanis eſt. Quamvis enim effectum meliorem & praeſtantiorem cauſſa ſua, partemque toto nobiliorem eſſe non poſſe, certum ſit, neque ullus idcirco ſanae mentis hanc reprehendere concluſionem queat: Quidquid in effectu perfectum eſt & egregium, id in cauſſa multo magis ſit, neceſſe eſt; longe tamen alia rerum illarum, quas *Cottam* memorare vidimus, ratio eſt. Quae quidem, quoniam omnes, quod apertum eſt, imbecillitatis cujusdam & inopiae contagione laborant, in ea natura, cui nihil ad ſummam deeſt abſolutionem & perfectionem, reapſe adeſſe nequeunt. Atqui ſatis eſt, quod in ea eminentiori quadam ratione & efficienter reperiuntur.

His

(*) Cic. p. 2966.

(c) *Unde*] Haec omnia ex *Cicerone* huc translata ſunt; quem vide *Lib.* II. *de natura Deor. Cap.* 6. 7. 8. 9.

(d) *Cotta*] Apud *Ciceronem Lib.* III. *de natura Deor. Cap.* 11. *p.* 3064. *T.* IX. *Opp.*

(e) *Cle-*

Digitized by Google

His fere argumentis, ut nunc, quem vehementer etiam urgere solebant, locum de praesensione rerum futurarum atque divinatione praetermittam, Stoici veteres Deum esse seu naturam quamdam excellentem, quae totam rerum universitatem fabricata sit, & continuo administret, eamque non gignendi tantum facultate praeditam, aut via quidem & ordine, sed sine ratione, progredientem, verum animi & consilii compotem & perfectissimam, sperabant sese efficere posse. Tantum itaque aberat, ut hunc mundum nil, nisi brutae & sensu carentis materiae molem, quae fortuita commotione coiverit, aut ingentem quamdam plantam, genitrice tantum anima praeditam, existimarent, ut eum potius animal esse censerent mente, ratione, ac consilio instructum. Non equidem ignoro, genus hoc, quod cuncta credebat esse corporea, interdum totum huncce mundum aut mundanum animal, nonnumquam igneum illud, quod eum regere, atque principatum in mundi obtinere censebat anima, principium, *Deum* appellasse. At non ipsa tamen materia Stoicorum Deus erat, verum magna illa mens, ratio, & intelligentia, seu, ut *Senecae* verbis utar, *incorporalis* illa *ratio*, cujus nutu & imperio universam contineri & coërceri putabant materiam. Atque hunc ipsum Deum, quo nihil esse melius, benignius, & beneficentius putabant, *τἀγαθὸν* quoque & *νοῦν*, *bonitatem* & *mentem*, vocare solebant: quod quidem eximia illa Dei descriptio, quam ex *Cleanthe* (e) *Clemens Alexandrinus* exhibet, egregie confirmat:

Τἀγαθὸν ἐρωτᾷς μ' οἷόν ἐστι; ἄκουε δή·
Τετραχῇ, δίκαιον, ὅσιον, εὐσεβές,
Κεχρῶν ἑαυτῷ, χρήσιμον, καλὸν, θεόν, κ. τ. λ.

Frequentissime vero conditorem & gubernatorem totius universitatis verbo *Ζεὺς* & *Ζεὼ* sive *Jupiter* designabant. Quem ut unum esse tantum & solitarium convincerent, non pari omnes incedebant via. Etenim nonnulli ex eo affirmabant patere, unum esse Jovem, cujus omnia voluntati morem gerant, quod universus terrarum orbis unum tantum esset animal, cui una moderetur & praesit anima. Verum alii e contrario unum esse tantum summum Deum, unum fatum, unamque divinae rationis providentiam, a principio assumebant: ex quo postea unum esse quoque mundum, non plures, efficiebant. Horum autem argumentationem *Plutarchus*, dum in eo est, ut multos esse mundos doceat, prorsus spernit & rejicit: (*) Καὶ μὴν τά γε ἄλλα τῶν Στωϊκῶν τίς οὐ φοβεῖται; πυθόμενος, πῶς εἱμαρμένη μία μέλλει καὶ πρόνοια, καὶ οἱ πολλοὶ Διὸς καὶ Ζῆνες ἔσονται, πλείονων ὄντων κόσμων; τίς γὰρ ἀνάγκη — Πῶς ἂν εἷεν Δίες, οὐ πλείονες ὦσι κόσμοι, καὶ μὴ καθ' ἕκαστον ἀρχόντων πρώτων καὶ ἡγεμόνα ἕξει ὅλου Θεὸν, εἰ μὴ ὁ παρ' ἡμῖν κύριος ἀπάντων καὶ πατὴρ δημιουργὸς; *Et quidem reliqua Stoicorum interrogata quem terreant? dum quaerunt, qui unum fatum, una providentia maneat, ac non plures Joves fiant, si plures sint mundi? —— Quae enim necessitas cogit, multos esse Joves, si plures sint mundi, nec singulis praesse principem universi Deum mente ac ratione praeditum, qualis est, qui a nobis dominus omnium ac pater cog-*

(*) De defectu orac. p. 425.

(e) *Clemens Alex.*] Binis locis in *Protreptico* Cap. 6. p. 61. & *Stromat. Lib.* V. p. 715. Graeca verba sic Latine reddidit *Jo. Potterus*:

Quidnam bonum sit, me rogas? Jam accipe:
Quod ordinatum est, integrum, sanctum, pium,
Suique compos, utile, decens, commodum.

Digitized by Google

cognominatur? Aut quid obstabit, quo minus Jovis fato ac providentiae omnes ii obediant, isque singula inspiciat ac dirigat, singulis praebens initia, semina, ac rationes eorum, quae peraguntur? Quum enim in rebus humanis saepenumero unum aliquod corpus ex di-
506 *versis corporibus constet, quorum pro se quodvis vivat, intelligat, sentiat, ut est concio, ut exercitus, ut chorus, in universo nefas nequaquam putandum est, esse mundos decem, quinquaginta, centum, qui una regantur mente, & ab uno pendeant principio.* Quae *Plutarchi* verba duo habent in hac caussa scitu necessaria. Primo enim inde patet, Stoicorum familiam unum esse Deum seu totius rerum naturae moderatorem & rectorem, constanter praecepisse. Deinde *Plutarchum* videmus nihil in contrariam afferre partem, sed pugnare potius, si vel decem, quinquaginta, aut centum essent mundi, unius tamen summi potentissimique Numinis tam late patere dominatum, ut hos omnes uno imperio suo continere & voluntate administrare valeat.

Certum igitur est, Stoicorum sectae firmiter hoc persuasum fuisse, totam hancce rerum naturam ab uno regi Numine, cujus gloriam, virtutem, & potentiam nullius naturae dignitas exaequet. Iidem tamen, haud aliter atque multitudo, multos simul contendebant esse Deos, atque pronuntiatum hoc in ore habebant, πάντα μετὰ τῶν Θεῶν καὶ δαιμόνων, *plena esse omnia Deorum & daemonum.* In quo tanta exstitit eorum superstitio, ut plures etiam, quam reliqui omnes populi, Deos adscivisse videantur. (*f*) *Plutarchus* incredibilem eos narrat Deorum vim & numerum veneratos esse, ποσὸν πλῆθος Θεῶν, *tantum, quantam nulli alii, Numinum multitudinem*, atque ἐμπεπλῆσθαι affirmat τῷ λόγῳ Θεῶν τὸ ἀέρος, τὴν γῆν, τὸ αἰθέρα, τὴν θάλατταν, *coelum, terram, aërem, mare Diis repleviisse.* Sed hos omnes tamen Deos, si unum illum, quem diximus, excipias, ex uno illo, quem Ζῆνα sive *Jupiter* vocabant, generatos & procreatos esse, praedicabant: quem Jovem, non mentem tantum omnia ratione gignentem, sed etiam totius mundi animam affirmabant esse, qui ex semet ipso cum reliquum mundum, tum Deos istos, quum antea nulli essent, produxerit. Addebant, in exustionibus illis mundi, quas longis redire intervallis oporteat, totum illud Deorum agmen in unum illum summumque Deum reversurum esse. Audiamus hac de re *Plutarchum Libro de defectu oraculorum*, ubi daemones interire posse demonstrat: (*) Τὸς Στωϊκὸς γοῦν ἔνιοι μόνον τῶν δαιμόνων, οὐ λόγῳ, δόξαν ἔχοντας, ἀλλὰ τῇ Θεῶν, ὧν ποσὸν τὸ πλῆθος, οὐ χρωμένους αἰῶνι καὶ ἀφθάρτῳ, τοὺς δ' ἄλλους καὶ γεγενῆσθαι καὶ φθαρήσεσθαι νομίζοντας. *Stoicos novimus non modo in eadem nobiscum de geniis sententia esse, sed etiam de Diis, quorum tantum statuunt esse numerum, unum duntaxat aeternum interitusque expertem, reliquos & natos & obituros censere.* Ipse hic *Plutarchus* negat, ad infinitum tempus permanere daemones. Quamquam id de corporea tantum eorum parte intelligi vult. Daemones enim censet corpus, quo amicti sint, amittere aliquando, & in alia commigrare corpora, animis interea perpetuo vigentibus, nec ulla labe contactis. Multo secus Stoici: qui & Deos & daemones interire statuebant, nec corpora tantum eorum dissipari, verum etiam vitas, animas, & naturas destrui prorsus & deleri, judicabant. Sed juvat & alium de hac re *Plutarchi* locum afferre ex *Libro* ejus *de communibus notionibus contra Stoicos:* (†) Χρύσιππος καὶ Κλεάνθης ἐμπεπλῆσθαι (ὡς ἔτος εἰπεῖν)

(*) P. 420. (†) P. 1075.

(*f*) *Plutarchus*] *Libro de repugnantiis Stoicor. p.* 1075. *T.* II. *Op.*

(*g*) *Se-*

Digitized by Google

εἰπεῖν) τῷ λόγῳ Θεῶν τὸ πῦρ, τὴν γῆν, τὸν ἀέρα, τὴν θάλατταν, οὐδὲν τῶν ποιητῶν ἄφθαρτον, οὐδὲ ἀίδιον ἀπολείπουσι, πλὴν μόνου τοῦ Διός, εἰς ὃν παῖδας καταναλίσκουσι τοὺς ἄλλους, κ. τ. λ. ταῦτα ἢ οὐχ ὡς ἄλλα πολλὰ τῶν ἀτόπων συλλογισμῶν ἔχει τὰς ὑποθέσεις αὐτῶν. καὶ τὰς διαμαχείας ἔπειθ', ἀλλὰ αὐτοὶ μέγα βοῶντες ἐν τοῖς περὶ Θεῶν καὶ προνοίας, εἱμαρμένην τε καὶ φύσεως γενέσεσι Δημιούργου λέγουσι, τοὺς Θεοὺς ἅπαντας εἶναι γεγονότας καὶ φθαρησομένους ὑπὸ πυρός, πλὴν τοῦ κατ' αὐτούς, ὥσπερ κηρίνης ἢ κατασπενδὸς ὄντας *Chryſippus vero & Cleanthes (ut ſic dicam) ſuis dictis coelum, terras, aërem, mare Diis repletes, nullum horum ab interitu liberum aut ſempiternum ſtatuerunt, ſolo Jove excepto, in quem reliquos omnes conſumi putant, &c. Haec vero non, ut alia ipſorum abſurda, ex ſententiis & decretis eorum ſequuntur, aut ratiocinando colliguntur; ſed ipſi magna cum vociferatione in libris de Diis, providentia, fato, ac natura expreſſe omnes Deos natos eſſe & interituros vi ignis, autumant, conflatiles opinione ipſorum, ac ſi cerei eſſent vel ſiannei.* Nulla hic a *Plutarcho* injuria Stoici afficiuntur, nec quidquam ponitur, niſi quod principiis, quibus utebantur, conſequens & connexum eſt. Negabant enim, eſſe aliquid, niſi corporeum, nec ullam addebant corpoream molem aut ſtruem vim ignis effugere poſſe in exuſtionibus illis & conflagrationibus mundi, quas certis eventuras eſſe intervallis, praedicebant. Ex quo quidem nullum Deorum inviolabilem & ab igne intactum remanere poſſe, efficitur, ſi ſolum demas Jovem, ſive igneum naturae rerum principium, animae particeps & intelligentiae. Igitur non mediocri diſcrimine a ceteris Deorum cultoribus ſejuncti erant Stoici. Reliqui enim fere omnes, tametſi Deos, quos venerabantur, certo tempore ex uno ſummoque Deo generatos eſſe, non diffiterentur, mori tamen eos nolebant, ſed ad infinitum tempus permanere, ſtatuebant. Verum Stoici unum Jovem nec natum nec periturum eſſe, credebant; ceteros Deos omnes & genitos & corruptioni obnoxios fatebantur. Fore enim tempus, ajebant, quo naturae eorum proſus everterentur & deſtruerentur, omnesque Dii in unum illum ſummumque Deum, unde manaſſent, reverterentur. 567

Quocirca intervallis illis, quae inter exuſtionem quamlibet & novi mundi principium interjecta putabant eſſe, unus tantum ex mente eorum Deus, unus ζεὺς ſeu *Jupiter* regnat, nec extra eum usquam aliquid exiſtat. Qui quidem Jupiter novum iterum mundum omnesque Deos ex ſemet ipſo gignit & procreat. *Chryſippus* apud *Plutarchum*, (*) Ἑωκέναι, inquit, τῷ μὲν ἀνθρώπῳ τὸν Δία καὶ τὸν κόσμον, τῇ δὲ ψυχῇ τὴν πρόνοιαν· ὅταν ἐν ἐκπύρωσις γένῃ, μόνον ἀφθαρῆναι ἀνάγκη τὸν Δία τῶν θεῶν, ἀναχωρῶν εἰς τὴν πρόνοιαν. εἶτα ὁμοῦ γενομένους, εἰς μιᾶς τῆς αἰθέρος οὐσίας ἀμφοτέρους. *Chryſippus Jovem homini ſimilem eſſe & mundum ſcribit, animae providentiam. Ergo, quum conflagrabit mundus, Jovem, ſolum quippe de omnibus Diis expertem interitus, recessurum ad providentiam, ibique ambos in aetheris ſubſtantia perpetuo futuros.* His in verbis tamen Jovem & providentiam animadverti velim unum idemque ſignificare. (g) *Seneca* viri ſapientis vitam in locis ſolitariis & deſertis hoc modo deſcribit: *Qualis futura eſt vita ſapientis, ſi ſine amicis relinquatur, in cuſtodiam conjectus, aut in deſertum littus ejectus? Qualis eſt Jovis, quum, reſoluto mundo, & Diis* IN UNUM CONFUSIS, *paullisper ceſſante natura, acquieſcit ſibi, cogitationibus ſuis traditus.* Neque ſecus *Epictetus* apud *Arrianum*: qui Jovem inducit faceta ironia calamitatem ſuam

(*) P. 1077. (de repugn. Stoic.)

(g) *Seneca*] *Epiſt.* IX. p. 22. *T.* II. *Opp.*

Digitized by Google

ſuam deplorantem, quod, exuſto mundo, ſolus & ſine ſocio relictus eſſet: (*) Τάλας ἐγὼ, ἔτι μὲν Ἥραν ἔχω, ἔτι δὲ Ἀθήνην, ἔτι δὲ Ἀπόλλωνα, ἔτι δὲ ὅλως ἀδελφὸν, ἢ υἱὸν, ἢ ἔγγονον, ἢ συγγενῆ. *Me miſerum! neque Junonem habeo, neque Minervam, neque Apollinem, denique neque fratrem, neque filium, neque nepotem, neque cognatum.* (nec omnino Deum vel Deam, quibuscum vivam.) Idem ex Stoicorum ſententia, quidnam agat Jupiter, orbe toto in cineres redacto, his verbis explicat: Ὁ Ζεὺς αὐτὸς ἑαυτῷ συμίσγει, ἢ ξυγχάζεται ἐφ' ἑαυτοῦ, ἢ ἐνοῖ μὲν δοκεῖν ἑαυτῷ, εἷς ἐστι, καὶ ἐκ πυρὸς γίνεται πρὸ-

(*) Arr. Lib. III. Cap. 13. (p. 291.)

(*h*) *Revocet*] Stoicorum diſciplinam tot viri graves & eruditi explanarunt, ut laborem prorſus ſupervacaneum ſuſciperem, ſi longam de illa diſputationem hoc loco inſtituerem. De Diis tamen ſectae hujus, quo *Cudworthi* lucis aliquid comparem, nonnulla proferam in medium. (I.) Duplicis ſunt generis, niſi fallor, Stoicorum Dii, *naturales*, ſi loqui ita licet, & *facti*. *Naturales* Dii ſunt ſidera, ſol, luna, ſtellae tam fixae, quam errantes; quibus quidem multis verbis *Lucilius* apud *Ciceronem Libro* II. *de natura Deor.* divinitatem aſſerere conatur. *Lactantius divinar. Inſtitut. Lib.* II. *Cap.* 5. *p.* 185. *Philoſophi Stoicae diſciplinae in ea ſunt opinione, ut omnia coeleſtia, quae moventur, in Deorum numero habenda eſſe, cenſeant.* Innumerabilem vides jam Deorum exercitum. Praeter ſidera vero, nunc alios etiam opinati ſint Deos naturales in orbe verſari, ſi a daemonibus diſceſſeris, quos *Plutarchus de placitis philoſ. Lib.* I. *C.* 8. *p.* 882. *T.* II. *Opp.* ab illis introductos eſſe, affirmat, equidem vehementer dubito. Quod enim *Plutarchus de repugnant. Stoicor. p.* 1075. *T.* II. *Opp.* ſectam hanc terram, aërem, mare, & ignem Diis repleviſſe, ſcribit, id invidioſius, quam verius, pronuntiatum eſt. Neque illis majorem haberi fidem poſſe, putem, qui terram, aquam, ignem, & neſcio quas alias naturae rerum partes a Stoicis in Deorum ordine repoſitas eſſe, ſcriptum reliquerunt. Loquendi, quae Stoicis uſitata erat, ratio effecit, ut opinor, unice, ut multi tam prave de hoc genere ſentirent. Vim nimirum divinam per naturam uniuscujusque rei pertinere, exiſtimabant: quam propter cauſſam rem unamquamque Deum & vocari poſſe quodammodo cenſebant, & vocabant etiam ſaepenumero. *Res ipſa*, inquit Stoicus apud *Ciceronem de natura Deor. Lib.* II. *Cap.* 23. *p.* 2988. differens, *in qua vis major ineſt aliqua, ſic appellatur, ut ea ipſa vis nominetur Deus.* Idem paullo ante: *illud, quod erat a Deo natum, nomine ipſius Dei nuncupabant.* Ex quo factum, ut multi, quos harum loquutionum vis fugiebat, exiſtimarent, ipſas naturae rerum partes pro Diis ſingularibus & per ſe conſtantibus a Stoicis haberi: a qua tamen illi ſententia prorſus averſi erant. Nomina unius Dei varia pro varietate munerum & virtutum, quibus praeditus eſſet, circumferri patiebantur: ſed ad unam haec omnia vocabula naturam pertinere, diverſa ratione vim ſuam declarantem, exiſtimabant. *Seneca de beneficiis Lib.* IV. *Cap.* 7. *p.* 427. *Quaecumque voles, Deo nomina proprie aptabis, vim aliquam effectumque coeleſtium rerum continentia. Tot appellationes ejus poſſunt eſſe, quot munera.* Adde, qui palcre idem oſtendit, *Athenagoram Legat. pro Chriſtianis Cap.* 6. *p.* 28. *ed. Oxon.* Non igitur ego facile Deos Stoicorum proprie ita dictos extra ſtellas quaeſiverim: in quibus propter perennes earum curſus & perpetuos, cum admirabili incredibilique conſtantia, intelligentias praeſtantes & ex ſummo Numine decerptas habitare, conſtituebant. *Facti*, quos appellavi, Stoicorum Dii homines erant, quos fama & opinio mortalium in coelum extulerat, ſeu *heroës*. Quos quidem an ex animi ſententia, an vero ad invidiam tantum declinandam Diis adſcripſerint, equidem non temere dixerim. Satis nobis eſt mentem hominum exponere: verane illa fuerit, an ficta, viderint alii. Stoici, tametſi animos negabant immortales eſſe, quorumdam tamen hominum mentes tanta judicabant virtute valere ac conſtantia, ut corporibus ſolutae permanerent, neque ante mundi exuſtionem ad communem, unde fluxiſſent, animorum fontem reverterentur. Hos animos perennes atque ſtabiles Deos eſſe, & Deorum in loco colendos, arbitrabantur. Hac ratione Herculis, Aeſculapii, Caſtoris, reliquorumque Numinum, quae vixiſſe cum hominibus certum erat, cultum tuebantur. Perſpicuum hoc eſt cum aliis ex veterum locis, tum ex *Balbi* Stoici apud *Ciceronem* oratione: qui, poſtquam de cultu heroum diſſeruerat, his verbis locum, quem tractaverat, concludit: *Quorum* QUUM REMANERENT ANIMI, *atque aeternitate fruerentur, Dii rite ſunt habiti, quum & optimi eſſent, & aterni, de natura Deor. Lib.* II. *Cap.* 24. *p.* 2990. *T.* IX. *Opp.* Reliquos, qui poëtis laudabantur, Deos Stoici prorſus repudiabant, nec niſi naturae rerum partes eſſe humana ſpecie a vatibus indutas, diſputabant: ex quo tot natae ſunt veterum de Diis fabularum explicationes phyſicae, magnam partem ad nos etiam delatae, in quibus mirifice hoc genus ſibi placebat.

(II.)

Digitized by Google

πέρας ἑαυτῷ. *Jupiter ſecum vivit, & in ſe ipſo acquieſcit, & gubernationem ſuam, qualis ſit, intelligit, eaque cogitat, quae ſe deceant.* Ergo certum eſt & extra omnem poſitum controverſiam, placuiſſe Stoicis, unum eſſe tantum Deum per ſe exiſtentem, nec ullius voluntati ſubjectum, qui reliquam Deorum turbam non modo procreaverit ex ſeſe, verum etiam eamdem ſtatis temporibus viciſſim deleat & exſtinguat, qui nunc una cum toto terrarum orbe Deos producat, nunc rurſus omnes abſorbeat, & in ſinum tamquam ſuum (*b*) revocet.

Eos-

(II.) Ergo, quales Stoicis Dii fuerint, apertum eſt: quod ideo luculentius mihi declarare placuit, quia plerosque injuriam facere huic ſectae video, qui religionem ejus perſequuti ſunt, alios vero vehementer haeſitare, quemadmodum de Diis eorum ſentire oporteat. Mihi, ſi a naturis diſcedamus in ſtellis latentibus, & magnorum virorum animis, quibus aeternitatem dabant, nullis aliis Numinibus proprie ſic dictis familia haec ſerviiſſe videtur. Interim magna ſatis, immo incredibilis haec Numinum eſt multitudo. Nihilo tamen minus non tam id miror, tot Stoicis Numina fuiſſe culta, quam hoc, non plures hoc genus Deos veneratum eſſe. Etenim, ſi reliquis praeceptis ſuis convenienter de Diis ſentire voluiſſent, longe ampliorem numerum adſciſcere debuiſſent. *Deus inferior*, ex Stoicorum decreto, *natura eſt mentis, conſilii, rationis, virtutis denique materiam ciendi particeps, atque a ſummo, quem celebrant, Deo, non ſecus ac ramus aut radius, avulſa.* Stellas enim cur in Deorum referrent numerum, haec una illis erat ratio, quod ex perpetuis & conſtantibus earum curſibus mentem illis & prudentiam ineſſe, intelligi poſſet. Rationem nimirum ita, id quod ex *Cicerone* liquet, ſubducebant: Quodcumque mente valet atque conſilio, id Dei pars aut Deus quidam eſt. Ubi vero conſtantia & perpetuus quidam eſt ordo, ibi conſilium & mens adſit, neceſſe eſt. Jam ſtellae curſus ſervant ordinatos, perennes, ac aequabiles. Igitur mente ſint oportet inſtructae ac ratione. Ergo Dii ſunt. Haec vero Dei deſcriptio in hominum quoque animos, ſi ſcitis Stoicorum obediamus, apte atque commode cadit. Sunt & hi non modo rationis, mentis, & ordinis compotes, verum etiam ex Deo decerpti, ſummique Numinis portiones & radii, in quibus vis ineſt materiam & corpus impellendi atque concitandi. Neque verentur idcirco Stoici mentem noſtram ſaepenumero Deum, qui in nobis reſidet, nominare. Quapropter, ſi ſecum ipſis conſentire voluiſſent, omnes etiam animos inter Deos recipere, ſeque ipſos mutuo divinis honoribus afficere debuiſſent. Brutorum animantium animos, de quibus non idem omnes ſentire Stoici, praetermitto.

(III.) Utcumque eſt, id quidem ex his, quae diximus, apparet, Stoicos non eodem modo, quo reliquos populos, multorum Deorum cultores fuiſſe, nec propterea commode cum illis ſociari poſſe. Stoicorum Dii unius ſummi Numinis partes erant & radii, quibus ad naturam, unde erant profecti, aliquando revertendum eſſet. Nihil igitur in illis propriae ſtabilitatis & virtutis erat: magno anno vertente, interitus imminebat omnibus & exitium. At gentium reliquarum Dii naturae ſunt per ſe conſtantes, a ſummo Numine reapſe ſecretae, atque ad infinitum tempus permanſurae, quae & diſtribuendis pares ſunt praemiis, & poenis infligendis. Stoici, ſi proprie loquendum ſit, unum tantum reverebantur Deum. *Athenagoras Apol. pro Chriſtian. Cap. 6. p.* 28. Οἱ μὲν δὴ τὸ θεῖον πρὸ τῶν προηγουμένων καὶ τὰς ἀναπλάσεις τῆς ὕλης, ἐξ ἧς φασι τὸ πνεῦμα χωρεῖν τῷ θεῷ, πλανῶνται τὸ θεῖον τοῖς ἀνόμασι, τῷ γὰρ ἔργῳ ἕνα νομίζουσι τὸν θεόν. *Stoici, etiamſi nominibus pro diverſitate materiae, per quam ſpiritum Dei penetrare ajunt, aliis atque aliis utentes, multiplicare Deum videntur, re ipſa tamen unicum eſſe Deum, ſtatuunt.* At quod unum illum Deum virtutis ſuae partes quasdam emiſiſſe & certis corporibus concluſiſſe, autumabant, ea de cauſſa plures etiam Deos videbantur colere, & ipſi videri volebant. Neque hoc prorſus celarunt Stoici: quos ego quidem, ut indicarent, & unius ſeſe, & multorum quoque Deorum cultores certo ſenſu dici poſſe, vocabula *Deus* & *Dii* promiſcue uſurpaſſe, reor. Fit hoc infinitis in locis apud *Antoninum*, *Senecam*, *Arrianum*, quibus una rescademque modo Diis, modo Deo ſine diſcrimine tribuitur. Neque *Cicero*, Stoicorum exponens ſcita, ab hoc more alienus eſt. Afferam auctoritatis cauſſa unum *M. Antonini* Imperatoris locum ex *Lib.* XII. §. 5. *ad ſe ipſum p.* 351. Ὁρᾷς δὲ καὶ αὐτός, ὅτι τοῦτο . . . διαλογὴ πρὸς ΤΟΝ ΘΕΟΝ· ἂν ἀεὶ δὲ ὅτου ἄλλου, ἀλλὰ ΤΟΙΣ ΘΕΟΙΣ, εἰ μὴ ἄρα καὶ ἐν δικαστηρίῳ εἶ. *Vides, quod in hujus rei indagatione de jure cum Deo diſceptas: non autem de jure cum Diis diſcepteremus, niſi optimi illi ac juſtiſſimi forent.* Adde *Arriani Diſſ. in Epictetum Lib.* I. *Cap.* 12. *p.* 118. *&c.* Ipſe vir doctiſſimus hoc paullo poſt recte animadvertit: ſed aliam, quam probare nequeo, rationem affert. Scilicet Dii Stoicorum conjunctim ſpectati Deus ſunt, & viciſſim Deus Stoicorum in naturae rerum partibus ſpectatus in multos Deos diſtributus eſt.

508 Eosdem vero Stoicos non huic uni tantum Deo, sed, quod reliqui solebant ho-
mines, multis Diis seu naturis intelligentibus & homine nobilioribus divinos adhi-
509 buisse honores, omni prorsus vacat controversia. Ipse (*i*) *Epictetus* praeceptum hoc reliquit suis: τύχα θεοῖς. *Precare Deos.* Qui philosophus praeterea hominem recte animo affectum officium suum his verbis exquirentem (*k*) introducit: εἶναι ἐθέλω, τί μοι καθήκον πρὸς τοὺς θεούς. *Scire percupio, quemadmodum primum erga Deos, deinde erga parentes & propinquos me gerere debeam.* Nec alias (*l*) *M. Antoninus* leges tulit; cujus quippe haec sunt effata: Αἰδοῦ θεούς. *Revereri Deos.* Item: Ἐν ἅπασι θεοὺς ἐπικαλοῦ *In omnibus rebus opem & auxilium Deorum implora.* Quibus quidem monitis ipsemet extremo *Libro primo* morem gerit, quo se multa Diis immortalibus debere beneficia, gratus profitetur: (*) Παρὰ τῶν θεῶν τὸ ἀγαθοὺς πάππους κ. τ. λ. *Diis acceptum refero, quod bonos avos & parentes nactus sum.* Inter alia vero, quae Diis se debere gratus fatetur, munera id non postremo reponit loco, quod nec in rhetoricis, nec in facultate carmina pangendi magnos progressus feciset. Credo, hoc ideo seciisse Imperatorem, quod, si multum in his studiis laboris consumsisset, futurum fuisse censuerit, ut res graviores & arduas parcius attingeret & scrutaretur. Omnibus enumeratis Deorum beneficiis, his ad extremum verbis orationem claudit: Πάντα γὰρ ταῦτα θεῶν βοηθῶν καὶ τύχης δεῖ) *Omnia enim haec Deorum auxilio fortunaque indigent*, quoniam nimirum in nostra non sunt potestate (*m*) posita.

Interim Stoicos de honore summi Numinis interdum detraxisse, Diis ea generatim dona tribuendo & adscribendo, quae ad summum unice Deum referre fas fuerat, gravissimis constat auctoritatibus. Ita (*n*) *Epictetus* rationem, qua homines utimur, Deorum esse munus, praecipit: Ἡμῖν ἐν λόγῳ ἐπὶ ἀπωλείᾳ καὶ κακοδαιμονίᾳ δέδοται ὑπὸ τῶν θεῶν; *Nobisne igitur ratio propterea data est a Diis immortalibus, ut calamitosi simus ac infelices?* Nec veretur idem virtutem Deorum beneficentiae & amori tribuere: Πόσῳ μείζων αἰτία θυσίας, ἡ ὑγιαίνειν, ἢ ὑγιαίνειν; τοῦτο ἐκ σαυτῆς γίνεται καὶ ὑπὸ τῶν θεῶν. *Quanto major tibi causa est rei divinae faciendae, quam si convaluisti aut magisterium equitum esses adeptus? Haec enim a te ipso tibi conferuntur & a Diis.* Quamquam, cur ita loquerentur, equidem hanc illis fuisse rationem & causam suspicor, quia omnes illas naturas animi rationisque compotes & homine praestantiores, quas Deos nominabant, ministros & instrumenta ducebant esse, quibus summum Numen in procuranda hujus mundi felicitate uteretur: ex quo consequitur, singulos illos Deos, pro sua quemque virtute & natura, aliqua in rebus & negotiis humanis potentia valere. Neque aliam propter causam evenisse, putem, ut verba *Dii* & *Deus* promiscue adhiberent. Una exempli causa eademque

(*) (Lib. I. §. 17. p. 30.)

(*i*) *Epictetus*] Apud *Arrianum Diss. Epictetar. Lib.* I. *Diss.* I. *p.* 84.

(*k*) *Introducit*] Apud *Arrianum Lib.* III. *Cap.* 17. *p.* 222.

(*l*) *M. Antoninus*] Illud praeceptum exstat *Lib.* VI. *ad se ipsum* §. 30. *p.* 190. hoc vero *Libro* VI. eodem §. 23. *p.* 183.

(*m*) *Posita*] Ad hos locos, quibus Stoici Deos precari iubent, eius, quod paullo ante significavi, meminisse in primis decet, vocabula θεός, & θεοί promiscue apud illos adhiberi. Neque tamen Diis, quos vocabant, supplicasse Stoicos, aeque atque supremo Numini, negaverim: quamquam utrumque inepte ab illis factum censeo. Mentes enim hominum ex praescripto *Zenonis* Dei sunt partes. Igitur Stoicus, quum deprecari homines Deum vult, partem precibus adire totum suum jubet. Quumque idem reliquis Diis rem sacram homines facere debere, decernit, suadet, ut una Dei pars alteri eiusdem parti supplex fiat.

Sed

Digitized by Google

que *Socratis* oratio alias ita refertur ab *Arriano*, ut vocabulum θεὸς in ea occurrat: Εἰ ταύτῃ τῷ θεῷ φίλον. *Si quidem Deo illud placuerit.* (*Arr. Epict. L.* I. *C.* 29.) Alias ſic, ut nomen θεοὶ in ea reperias: Εἰ ταύτῃ φίλον τοῖς θεοῖς. *Si quidem Diis ita viſum ſit.* (*L.* IV. *C.* 4.)

Hoc itaque ratum nobis eſto, Stoicos, etiamſi plures colerent Deos, unum tamen in primis ſummum Deum ſeu Numen, toti terrarum orbi praeſidens, veneratos eſſe. Atque hujus excellentiſſimi Numinis varia erant in ſcholis eorum nomina: quorum quidem praecipua proferre, non inutile arbitror. Interdum *ratio & natura totius terrarum orbis* appellatur: (*) ἡ τῶν ὅλων φύσις, πρεσβυτάτη θεῶν, *natura rerum omnium, Deorum vetuſtiſſima:* nunc (†) ἡ τὰ ὅλα διοικοῦσα φύσις, *natura res omnes gubernans*, (§) ὁ τῶν ὅλων ἰδίαν διοικῶν λόγος, *ratio univerſitatis materiam regens*, (**) ὁ διὰ τῆς οὐσίας διήκων λόγος καὶ διὰ πάντος ἕδ αἰῶνος, καὶ περίοδος τεταγμένας εἱμαρμένων τὸ πᾶν, *ratio pertinens per ſubſtantiam omnium rerum omnemque aeternitatem, cunctaque ſecundum definitas periodos gubernans ac diſpenſans.* Nonnumquam appellatur ἡ τῶν ὅλων αἰτία, *rerum omnium cauſſa:* ſaepius etiam (††) τὸ ἕδ κόσμου ἡγεμονικὸν, *illud, quod principatum in mundo obtinet*, & (§§) ὁ ἡγεμὼν ἕδ κόσμου, *princeps mundi.* Rurſus ὁ διοικῶν τὰ ὅλα, *is, qui omnia gubernat:* quod quidem in hoc (*o*) *Epicteti* loco fit: Ὁ καλὸς καὶ ἀγαθὸς τῇ αὐτοῦ γνώμῃ ὑποτάσσει τῷ διοικοῦντι τὰ ὅλα, καθάπερ οἱ ἀγαθοὶ πολῖται νόμῳ τῷ πόλεως. *Vir bonus animum ſuam gubernatori univerſitatis ſubmittit, quemadmodum boni cives legi civitatis ſe ſubjiciunt.* Alio quodam loco ὁ διατάσσων, *is, qui res omnes ordinat & componit*, dicitur: Τὸ παιδεύεσθαι, τοῦτο μανθάνειν ἐκάστα ὅτω θέλειν, ὡς γίνεται· πῶς δὲ γίνεται; ὡς διέταξεν αὐτὰ ὁ διατάσσων. *Illud eſt eruditi, ſi diſcas ita velle fieri omnia, ut fiunt. Quomodo autem fiunt? Ut ea diſpoſuit is, qui diſponit omnia.* Rurſus idem Deus vocatur τὸ περιέχον τὰ ὅλα νοερὸν, *rationale illud principium, quod rerum univerſitatem continet*, ut in hoc *M. Antonini* praecepto: (***) Μὴ μόνον συμπνεῖν τῷ περιεχοντι ἀέρι, ἀλλὰ καὶ συμφρονεῖν τῷ περιέχοντι πάντας νοερῷ. *Curae tibi ſit non tam cum aëre ambiente conſpirare, quam menti cuncta ambienti conſentire.* Eidem *Antonino* Deus dicitur (†††) ὁ ἕδ ὅλου νοῦς καὶ διάνοια, *mens & ratio totius mundi*, μία πάντων πηγὴ νοερὰ, *unus rerum omnium fons rationalis*: poſtremo, ut alia ejus generis nomina praetermittam, (§§§) θεὸς εἷς διὰ πάντων, καὶ ἐσία μία, νόμος εἷς, *Deus unus per omnia, una eſſentia, lex una.* Id vero cum reliquis fere omnibus philoſophis commune habent Stoici, quod celſiſſimum illum mundi regem & moderatorem peculiari ratione modoque eminentiori τὸν θεὸν, *Deum* ſalutant: quod quidem aliquot probabo *Epicteti* locis, quibus, ſi res ita poſceret, innumerabiles alios liceret ſociare. Sic igitur *Epictetus* (*p*) alicubi: Μηδὲν ἄλλο θέλε, ἢ ἃ ὁ θεὸς θέλει· καὶ τίς σε κωλύσει; *Noli velle aliquid, praeter ea, quae Deus vult. Et quis te, ne id facias, impediet?*

(*) Anton. Lib. IX. (§. 1. p. 262.) (†) Anton. L. VII. §. 18. (p. 215.) (§) Anton. L. VI. §. 1. (p. 170.) (**) Antonin. L. V. §. 24. (††) Antonin. L. IX. §. 7. (§§) Anton. L. VII. §. 47. (potius §. 75. p. 236.) (***) Anton. L. VIII. §. 45. (potius §. 54. p. 258.) (†††) Anton. p. 125. (potius Lib. V. §. 30. p. 164.) (§§§) Anton. L. VII. §. 7. (potius §. 9. p. 210.)

Sed haec mentis humanae imbecillitas eſt, ut ne ſapientes quidem ſaepenumero, niſi admoniti, quid ſcita ſua proxime conſequatur, videant.

(*n*) *Epictetus*] Apud *Arrianum Diſſ. Lib.* III. *Cap.* 24. *p.* 329. Qui ſequitur, locus exſtat apud eundem *Lib.* IV. *Cap.* 4. *p.* 388.

(*o*) *Epicteti*] Qui apud *Arrianum* exſtat *Diſſ. in Epictetum Lib.* I. *Cap.* 12. *p.* 118. Eodem loco dictum illud legitur, quod hunc locum excipit.

(*p*) *Alicubi*] Haec leges apud *Arrianum Lib.* II. *Cap.* 27. *p.* 221.

(*q*) *Pro-*

Digitized by Google

diet? Alio loco: (*) Θέλησον, inquit, καλὸς φανῆναι τῷ Θεῷ· ἐπιθύμησον καθαρὸς μὲ καθαρῷ σαυτῷ γενέσθαι καὶ μὲτὸ Θεῖον. *Velis tandem pulcher videri Deo: deſiderato purus cum te ipſo puro eſſe & cum Deo.* Item, quum certas ſtatasque naturae viciſſitudines admiratur, haec inter alia (q) profert: Τεταγμένως, καθάπερ ἐκ προστάγματος Θεοῦ, ὅταν ἐκεῖνος εἴπῃ τοῖς φυτοῖς ἀνθεῖν, ἀνθεῖ, ὅταν εἴπῃ βλαστάνειν, βλαστεῖ. *Tanto ordine, tamquam ex divino mandato, quum ille plantas florere jubet, florent, quum germinare, germinant.* Ζεὺς ſeu *Jupiter* aliud eſt nomen ſummi potentiſſimique Numinis, quod frequens in ore Stoicis erat. Quamobrem mundi totius gubernatio (r) Διὸς διοίκησις, *Jovis adminiſtratio*, ab hoc genere ſolet appellari. Poſtremo non raros in commentariis Stoicorum locos videas, quibus nominatim excellentiſſimum illud Numen, de quo loquimur, a ceteris diſcernunt & diſtinguunt Diis. Audiamus *Epictetum*, qui (†) Ἐγὼ, inquit, δ' ἔχω τινὶ ἐπιτετάχθαι, τινὶ πεῖσθαι, τῷ Θεῷ καὶ τοῖς μετ' ἐκεῖνον. *Ego vero habeo, cui me placere oportet, cui obnoxium eſſe, cui obtemperare: Deum & eos, qui proximum ab eo locum tenent*, hoc eſt, ſummum Deum & inferiora Numina. Eodemque modo, ubi homines adhortatur, ne quid eorum deſiderent, quae in poteſtate ſua non eſſe intelligant: (§) Ἀλλὰ, inquit, τῷ Διὶ χαρίσασθε αὐτὰ, καὶ τοῖς ἄλλοις Θεοῖς· ἐκείνοις ἀπόδοσθε· ἐκείνοις ὑποτάξατε. *Sed Jovi donato ea, & ceteris Diis: illis tradito: illi gubernanto.* Rurſus hominem felicitatem ſuam in rebus extra ſe poſitis collocantem ita loquentem inducit: Καθήμενος καὶ στένων, καὶ ὃν δυνάμενος, λοιδορῶν, τὸν Δία καὶ τοὺς Θεοὺς ἄλλους. *Sedebo tunc lamentans, & cui potero, convitiabor, ipſi Jovi & reliquis Diis.*

Jam ſummum iſtum Deum ſive Jovem Stoicos longe pluris feciſſe, atque majoribus affeciſſe honoribus, quam reliquam omnem inferiorum Deorum turbam, ipſa, ut credamus, res eſflagitat & ratio. Namque illum cum omnes hosce minores Deos, tum univerſam rerum naturam comparaſſe & condidiſſe, exiſtimabant: illum ſolum aeternum & immortalem, quidquid praeterea Deorum eſſet, id quod
511 jam ante vidimus, ſicuti generatum & editum, ita fragile, mortale, & ad interitum properare, cenſebant. Non ignoro, *Balbum Lucilium*, Stoicum, qui ſectae ſuae apud *Ciceronem* rationes & doctrinam explicat, mundi hujus omniumque rerum origines a pluribus Diis repetere: (**) *Dico igitur*, inquit, PROVIDENTIA DEORUM *mundum & omnes mundi partes & initio conſtitutas eſſe, & omni tempore adminiſtrari.* Sed non dubito, quin *Ciceronem*, quum haec ſcriberet, ſive ratio fefellerit, ſive memoria; nec eum tam Stoicorum, quam aliorum ex illis, qui Deos plures colebant, opinionem retuliſſe, arbitror. Conſtat enim fuiſſe, qui, quum mundum generatum eſſe faterentur, multos tamen ſimul Deos aeternos, uni licet ſummo Deo parentes, venerati ſunt. Nihil ſimile Stoici: quod quidem genus, quo-

(*) Lib. II. C. 18. (p. 225.) (†) Lib. IV. C. 12. (p. 426.) (§) Lib. II. C. 17. (p. 221.)
(**) De natur. Deor. L. II. p. 225. Lamb. (Cap. 30. p. 2999. T. IX. Opp.)

(q) *Profert*] Haec habes in *Arriani Libro* I. *Cap.* 14. *p.* 122. 123.

(r) Διὸς] Haec ante oculos habuit *Epicteti* verba, quae *Arrianus Lib.* II. *Cap.* 23. *p.* 251. ſervavit: Ἄνθρωπε, τὸ προκείμενόν σοι, κατεσκεύασται σαφῶς, —— συμφωνίζοντα τῇ τοῦ Διὸς διοικήσει. *Homo, inſtitutum tuum eſt, ita te parare, —— ut cum Jovis adminiſtratione congruas.*

(s) *Laërtium*] *Lib.* VII. *de vitis philoſ. Segm.* 136. *p.* 450. Non ipſa tamen vir doctus *Zenonis* aut *Laërtii* verba recitat, ſed ſummam tantum, quam ipſe putat, ac ſententiam eorum.

(t) *Cicero*] *De legib. Lib.* I. *Cap.* 8. *p.* 3304. *T.* IX. *Opp.* Recte monet vir eximius, ex Stoicorum praeſcripto haec dicta eſſe. Namque ma-

gna

quoniam unum esse tantum aeternumque Deum statuebat, ceteros vero Deos omnes iteratis illis mundi exustionibus in unum illum summumque Deum transire totos, sic ut Jupiter solus relinqueretur, ducebat, non poterat, quin universum Deorum exercitum totumque mundum ex unius summi Dei sinu educeret. Nihil ipsis *Zenonis* verbis apud *Diogenem* (s) *Laërtium*, quibus mundi explicat origines, apertius est: Τὸν Θεὸν κατ' ἀρχὰς, καθ' αὑτὸν ὄντα, κ. τ. λ. *Principio Deum, quum solus esset, substantiam mundi igneam sensim in aquam convertisse*, id est, in chaos quoddam crassius, *& ex hac deinceps aqua, quod seminalis mundi ratio esset, elementa totamque mundi machinam fabricatum esse.* Atque ipse (s) *Cicero* alio loco, *Libro* nimirum *de legibus*, caute & sapienter homines non ex Diis, verum ex uno summoque Deo generatos esse decernit & editos: *Hoc animal providum, —— quem vocamus hominem, praeclara quadam conditione generatum esse* A SUMMO DEO. In quo Stoicorum verius sequitur, quam Platonicorum, sententiam; quorum quippe inferiores Dii, tametsi geniti sunt initio & procreati, postea tamen suas in hominum animantiumque ceterorum fabricatione partes tuentur & sustinent. *Epictetus* pariter eo loco, quo mortis despicientiam, quam Galilaei sive Christiani prae se ferrent, consuetudinis & recepti moris potius, quam rectae purgataeque rationis, esse fructum, contendit, non secus, ac (v) *Marcus Antoninus*, quem constat eamdem mortis contemtionem ad ψιλὴν αὐθάδειαν, *meram animi pervicaciam*, retulisse, diserte mundum Dei, summi nimirum Dei, opus esse, profitetur: (*) Τὸ μανίας μὲν δυνατόν τις ἔτω διατεθῆναι, καὶ ὑπὸ ἔθους, ὡς Γαλιλαῖοι· ὑπὸ λόγου δὲ καὶ ἀποδείξεως εἰδεῖς δυνατὸν μαθεῖν, ὅτι ὁ Θεὸς πάντα πεποίηκε τὰ ἐν τῷ κόσμῳ, καὶ αὐτὸν τὸν κόσμον. *Ergo furore quidem sic aliquis affici potest adversus illa & consuetudine, ut Galilaei: ratione vero & demonstratione cognoscere nemo potest, Deum ea, quae in mundo sunt, omnia fecisse, & ipsum mundum totum liberum & perfectum, partes autem ejus ad usum universi. —— Quare decet, ut partes cedant universis.* Idem alias hoc modo disputat: (†) Τὸν ἥλιον τίς πεποίηκε; καρπὸς δὲ τίς κ. τ. λ. *Quis solem condidit? quis terrae fructus? quis anni tempestates? quis amoenam rerum omnium convenientiam? Tu igitur, quum ab alio acceperis omnia, quin te ipsum quoque acceperis, conquereris tamen & murmuras adversus donatorem, si hanc vel illam rem a te auferat? Nonne hic in terrarum orbem te introduxit? Nonne lucem tibi ostendit? Nonne sensus & rationem tibi dedit?* Quod (x) si sol, ad quem principatum inter Deos familia Stoica deferebat, natus ex alio & factus est, quis, quaeso, ceteros hoc inferiores Deos nobiliori esse loco, censeat? Atque locus, quem nunc dabo, omnem prorsus ex hac caussa dubitationem tollet: (§) Εἰ τις τῷ δίκαιά τέτῳ συμπαθήσει κατ' ἀξίαν δικαίῳ, ὅτι γεγόναμεν ὑπὸ τοῦ Θεοῦ πάντες πεποιημένων, καὶ ὁ Θεὸς πατὴρ ἴσι τῶν τ' ἀνθρώπων καὶ τῶν Θεῶν,

ἀδὲν

(*) Lib. IV. C. 7. (p. 500.) (†) (Lib. III. C. 26. p. 363.)
(§) Lib. I. C. 3. (p. 90.)

gna pars orationis, quam ibi habet *Cicero*, ex porticu sumta est.

(v) *M. Antoninus*] *Libro* XI. Τῶ εἰς ἑαυτὸν §. 3. p. 319. De quo loco dedita quondam opera diserui *Observation. sacrar. & historico-criticar. Lib.* I. *Cap.* 3. *p.* 137.

(x) *Si sol*] De sole a summo Deo condito illustrior, quam hic est, locus exstat in *Arriani Lib.* I. *Cap.* 14. *p.* 124. ubi Deum omnia intueri, rationibus non contemnendis probat: Ὁ δὲ καὶ τὸν ἥλιον αὐτὸν ποιήσας καὶ περιάγων, μικρὸν ὄντα αὐτοῦ μόριον, ἐς πρὸς τὸ ὅλον, ὅτῳ δὲ ὁ δυνατὸς πάντων ἐπίσασθαι. *Qui autem solem ipsum & fecit & circumagit, parvum suorum operum partem, si cum universo conferatur, is vero non potest animadvertere omnia.*

ἐλθὸν ἀγχοῦς, ὑδὲ ταπεινὸν ἐνθυμηθέντ) περὶ ἑαυτοῦ. *Si quis illud infigere poſſet animo, uti decet, nos omnes a Deo praecipue eſſe factos, ac Deum patrem eſſe hominum atque Deorum, eum nil abjectum aut humile de ſe ipſo cogitaturum, arbitror.* Θεὸς hic, quod ne-
512 minem praeterire poteſt, ſummum Deum, nomen vero θεοὶ minora Numina ſignificat. Alio loco idem cum hominum fabricationem, tum totius mundi procurationem ad unum Deum ſive Jovem aperte refert: (*) Ὁ Θεὸς πάντας ἀνθρώπους ἐπὶ τὸ εὐδαιμονεῖν ἐποίησε, κ. τ. λ. Τὴν δ' οὐσίαν ἣ ἀγαθὰ καὶ ἣ κακὰ, ὅστις ἄξιον ἦν κηδόμενον ἡμῶν, καὶ πατρικῶς προϊστάμενον ἐν τούτοις ἵδρυσε. *Deus omnes homines ad felicitatem condidit, &c. Naturam vero bonorum & malorum, ut eo dignum fuit, qui nos curaret, patriaque ſollicitudine tueretur, in illis rebus collocavit, quae in noſtra poteſtate ſunt poſitae.* Non ita multo poſt: (†) Τῷ ὄντι κακῶς διοικεῖ) τὰ ὅλα, εἰ μὴ ἐπιμελεῖ) ὁ Ζεὺς τῶν ἑαυτοῦ πολιτῶν, ἵνα ὦσιν ὅμοιοι αὐτῷ καὶ εὐδαίμονες. *Omnino rerum univerſitas male gubernatur, niſi cives ſuos curat Jupiter, ut ſimiles ſint ipſius ac (y) beati.*

513 Verum longius, quam exiſtimaveram, excurro. Itaque ad illud nunc accedo propius, quod probandum mihi ſumſi, Stoicos ſummum Deum ſuum ceteris Numi-

(*) Lib. III. Cap. 24. (p. 328.) (†) (P. 331.)

(y) *Beati*] Stoicos ſummum, quod eſſe profitebantur, Numen rerum omnium certa ratione parentem atque conditorem feciſſe, id quod multis hoc loco *Cudworthus* auctoritatibus oſtendit, omni vacat controverſia. Neque tamen ideo *Ciceronem* vituperem, quod is *Deorum immortalium providentia mundum hunc conſtitutum eſſe atque adminiſtrari*, ſcripſit, quum Stoicum loquentem induceret, aut vitii cujusdam admiſſi coarguam. Namque (I.) obſervatum jam antea eſt, Stoicos vocabulis *Dii* & *Deus* promiſcue fuiſſe uſos, atque unum opus idemque nunc Deo, nunc Diis, tamquam auctoribus, adſcripſiſſe. Atque *Cicero* in ipſa illa *Balbi* Stoici oratione, unde verba haecce ſumta ſunt, huic ita mori obtemperat, nihil ut inter eum ceterosque Stoicos interſit. *Non eſt igitur*, inquit paullo poſt ea verba, de quibus hic quaeritur, *natura* DEORUM *praepotens, neque excellens, ſi quidem ea ſubjecta eſt vel neceſſitati vel naturae.* —— *Nihil autem eſt praeſtantius* DEO. —— *Nulli igitur eſt naturae obediens aut ſubjectus* DEUS. —— *Etenim, ſi concedimus, intelligentes eſſe* DEOS, *concedimus etiam, providentes.* Vel unus hicce locus argumento eſt, viſum *Ciceroni* fuiſſe ex Stoicorum lege differenti, perinde eſſe, Deine an Deorum adhiberet vocabulum. (II.) Nec, ſi Stoicorum accuratius inſpiciamus diſciplinam, abſurdum nobis videri poteſt pluribus Diis mundi conſtructionem ab hoc genere attributam eſſe, etiamſi proprie ſummum tantum & altiſſimum Deum hoc munere perfunctum credidiſſet. Etenim Stoicorum Dii omnes Dei celſiſſimi partes ſunt, & in Deo fuerunt univerſi, quum is ſolus de mundo fabricando cogitaret. Quocirca, quum ipſemet hoc opus aggrederetur, Dii etiam quodammodo, qui in Deo aderant, ſimul ei manum admi-

moverunt. Nec proinde Stoicus reprehendi debet, ſi modo Deum, in quo omnes Dii erant, modo Deos, poſtea a ſummo Numine ſegregatos, fabricam adortos eſſe mundi, conſtituat. Patitur utrumque diſciplinae, quam ſequitur, ratio. (III.) Quid ſi vero planum fecero, Stoicos Diis etiam minoribus partem aliquam attribuiſſe fabricationis huius orbis, non ſecus atque Platonicos, neque, ut doctiſſimus vir ſibi perſuaſit, univerſum hoc negotium unice ad ſummum, quem colebant, Deum ejusque vim & potentiam detuliſſe? Docebo hoc non modo diſertis illuſtris ex hac ſchola philoſophi verbis, verum etiam ex ipſa interiori Stoicorum phyſiologia demonſtrabo. Is, quem appellavi teſtem, philoſophus, *Seneca* eſt, qui *de beneficiis Lib.* VI. *C.* 23. *p.* 494. *T.* I. *Opp.* de ſole, luna, & ſideribus, quos praecipuos Stoici Deos habebant, ita verba facit: *In prima autem illa* (mundi) *conſtitutione, quum* UNIVERSA DISPONERENT, *etiam noſtra viderunt, rationemque hominis habuerunt. Itaque non poſſunt videri ſua tantum cauſſa decurrere, & explicare opus ſuum, quia* PARS OPERIS SUMUS ET NOS. *Debemus ergo ſoli & lunae & ceteris coeleſtibus beneficium.* —— *In noſtras quoque utilitates a* PRINCIPIO RERUM *praemiſſa mens eſt, & is ordo mundo datus, ut appareat, curam noſtri non inter ultima habitam.* —— *Dii non poſſunt videri neſciſſe, quid eſſecturi eſſent, quum omnibus alimenta protinus & auxilia proviserint: nec eos per negligentiam genuere, quibus tam multa generabant.* Igitur, ſi hunc audiamus, totius univerſitatis diſpoſitio, rerum omnium providentia, generatio denique humani generis ad ſolem, lunam, ſidera, non ad ſolum Deum, quo nullus major eſt, pertinet. Atque haec ſententia phyſicis Stoicorum praeceptis omnino conveniens eſt atque

minibus exquisitiori & augustiori ratione coluisse. Id vero non uno docere mihi licet argumento. Principio Deum istum fatebantur supremum esse legislatorem, homineque voluntati legibusque ejus obtemperante, quemquam esse liberiorem negabant mortalium. Loquatur hic denuo *Epictetus*: Εἰς ἐμὲ οὐδεὶς ἐξουσίαν ἔχει· ἐλεύθερον ἀπὸ τοῦ θεοῦ· ἔγνωκα αὐτοῦ τὰς ἐντολάς· ἐφ' ἑαυτὸν οὐδεὶς δουλαγωγήσει με πλέον. *In me nemo ullam potestatem habet. Libertate sum donatus a Deo: novi ejus mandata: nemo posthac in servitutem me redigere poterit.* Idem alio loco: Ταῦτα ἐπιτηδεύων θέλω ἐξετασθῆναι, ἐὰν εἶπόν ποτε τῷ θεῷ· μήτι παρέβην σου τὰς ἐντολάς; κ. τ. λ. *Liber ea, quae volo, agens deprehendi cupio, ut dicere possim Deo: Numquid praecepta tua violavi? Numquid ad alia sum abusus vel facultatibus vel anticipationibus*, (seu communibus notionibus) *quas mihi dedisti?*

Universam deinde rerum naturam ejus nutu & arbitrio administrari, ejusque fato & providentia cuncta regi, componi, & distribui, asseverabant: quamobrem & placere sibi omnino, quaecumque ipsi placerent, & probari, quae ipse constitueret, profitebantur. *Epictetus* hac oratione (z) alicubi summum compellat Deum:

> Sed facies quaecumque tamen sub origine rerum
> Convenit, & CERTO DIGESTUM est ORDINE corpus.
> Ignis in aethereas volucer se sustulit auras,
> Summaque complexus stellantis culmina coeli,
> Flammarum vallo naturae moenia fecit.

que consentanea. Scilicet, tametsi secta haec ex uno Jove seu supremo Numine fluxisse atque prodiisse omnia, censebat, haud tamen uno impetu & momento, verum certa lege, via & ordine procreatam & digestam hanc esse molem, existimabat. Itaque primum rerum omnium ignem sive aetherem prorupisse, summumque locum occupasse, sciscebant; quem reliqua deinceps consequuta esse, opinabantur. Testes non unos habeo: sed unum sufficiet laudasse *Manilium*, quem Stoicis praeceptis imbutum fuisse, satis constat, *Astronomicon Lib.* I. *vs.* 147. *f. p.* 5. ita canentem:

Adde *Diogenem Laërtium Lib.* VII. *Segm.* 136. 137. *p.* 450. Simulatque ignis a summo Deo, si quidem ita loqui licet, secretus fuit, continuo in eo ex Stoicorum sententia minores Dii seu sidera genita & procreata sunt: quibus natis, reliqua demum elementa prodierunt, & locis suis collocata sunt. Apertis hoc verbis ex *Zenone*, *Chrysippo*, & aliis familiae Stoicae fulcris *Laërtius Lib.* VII. *Segm.* 137. *p.* 451. refert: Ἀνώτατω μὲν οὖν εἶναι τὸ πῦρ, ὃ δὴ αἰθέρα καλοῦσι· ἐν ᾧ πρώτην τὴν τῶν ἀπλανῶν σφαῖραν γενέσθαι, εἶτα τὴν τῶν πλανωμένων, μεθ' ἣν τὸν ἀέρα, εἶτα τὸ ὕδωρ, ὑποστῆναι δὲ πάντων τὴν γῆν. *Summo enim in loco ignem esse*, (dicunt,) *quem aethera appellant: in quo* PRIMUM *immobilium astrorum orbem esse natum, deinde errantium, post hunc aëra, tum aquam, extremam autem omnium subsidere terram.* Ergo Dii coelestes Stoicorum, quos reliquis longe praeferebant omnibus, extiterunt principes, antequam elementa reliqua, aër, aqua, terra essent, antequam vel homines, vel animantia, vel ulla pars mundi hujus alia aut ratione vacua, aut ejus compos nasceretur. Deos autem esse, nihilque agere, id vero Stoici dictu esse ineptum atque perabsurdum ducebant. *Primum igitur*, inquit *Balbus* Stoicus apud *Ciceronem de natura Deor. Lib.* II. *Cap.* 30. *p.* 2999. *T.* IX. *Opp. aut negandum est, Deos esse, — aut, qui Deos esse concedant, iis fatendum est, eos* ALIQUID AGERE, *idque praeclarum.* Quocirca, Dii Stoicorum si primi sunt exorti, Dii vero non possunt non agere praeclarum aliquid, consequitur, ut Deos hosce statim, atque nati essent, id quod etiam *Seneca* perspicue profitetur, operas suas ad mundum disponendum, ornandum, hominesque & animalia gignenda contulisse, constituamus. Ergo nihil est, cur *Cicero*, itemque alii erroris accusentur, quod Stoicos praecepisse perhibuerunt, Deorum immortalium cura & providentia mundum hunc & constitutum initio esse, & postea administratum. Eadem enim Stoicis fuit opinio, quae *Platoni*: quem, ut ex *Timaeo* apparet, summo Numini productionem Deorum inferiorum, his vero hominum & animalium reliquorum procreationem attribuisse, compertum habemus. Neque haec sententia eum tot eorum pugnat dictis, quibus unum Jovem seu celsissimum Numen fabricatorem & architectum hujus esse orbis, tradunt. Etenim minora haecce Numina quum ex summo nata esse Deo judicent, omniaque nutu & virtute ejus perfecisse, patent, quodcumque ab his sit, id non male tamquam supremi parentis eorum opus spectari & laudari poterat. *Plato*, & qui eum sequuntur, infinitis in locis unum Deum conditorem hujus mundi esse, profitentur: & iidem, id quod paullo ante monui, magnam tamen partem hujus operis minoribus Diis commissam esse, docent.

(z) *Alicubi*] Apud *Arrianum Diss. Epict. Lib.* III. *Cap.* 5. *p.* 274.

Deum : Μὴ ἐμεμψάμην σε ἢ διοίκησιν ; ἐνόησα , ὅτι ἐβούλησας , καὶ εἰ ἄλλοι , ἀλλ' ἐγὼ ἑκών· πένης ἐγρώμην σοι θέλοντι , ἀλλὰ χαίρων· οὐκ ἤρξα , ὅτι σὺ οὐκ ἐβούλησας· ἀεί ποτ' ἐπεθύμησα ἀρχῆς· μή πω με τούτου ἕνεκα συγκόπτων εἶδες ; μὴ δ' ἀπελθεῖν σοι Φαιδρᾷ τῷ σοφιστῇ , ἔσομαι· εἴ τι ἐπιτάσσεις , εἴ τι σημαίνεις ; νῦν με θέλεις ἀπελθεῖν ἐκ τῶν παιγνίων ; ἄπειμι· χάριν σοι ἔχω πᾶσαν , ὅτι ἠξίωσάς με συμπαιγνιάσαι σοι , καὶ ἰδεῖν ἔργα τὰ σά , ἢ τὴν διοίκησίν σου συμπαθηναλυβάσαι· ταῦτά με ἐνθυμούμενον , ταῦτα γράφοντα , ταῦτα ἀναγινώσκοντα καταλάβοι ἂν θάνατος. *Num gubernationem tuam reprehendi? Aegrotavi, quia voluisti. Aegrotarunt & ceteri, ſed ego volens. Pauper fui, te volente, ſed laetus. Non imperavi, quia tu voluiſti. Numquam appetivi imperium. Numquid me unquam hac de cauſſa triſtiorem vidiſti? Numquid umquam vultu minus bilari te acceſſi? paratus, ſi quid mandes, ſi quid imperes. Vis me nunc ludorum celebritate abire? abeo. Gratias, quas poſſum, maximas habeo, quod me dignatus es ad ludos tuos admittere, & ad ſpectanda opera tua, & adminiſtrationem tuam intelligendam. Haec me cogitantem, haec ſcribentem, haec legentem accupet mors.* Alios pariter his idem verbis commonet: (*) Τόλμησον ἀναβλέψας πρὸς τὸν θεὸν εἰπεῖν· ὅπως χρῶ μοι λοιπὸν , εἰς ὃ ἂν θέλῃς· ὁμογνωμονῶ σοι , ἴσός εἰμι· ἐμὸν οὐδὲν οὐδαμοῦ τῶν σῶν δοκούντων· ὅπου θέλεις , ἄγε· ἣν θέλεις ἐσθῆτα , ἔνδυθι· ἄρχειν με θέλεις ; ἰδιωτεύειν ; μένειν ; φεύγειν ; πένεσθαι ; πλουτεῖν ; ἐγώ σοι ὑπὲρ ἁπάντων τούτων πρὸς τοὺς ἀνθρώπους ἀπολογήσομαι· δείξω τὴν ἑκάστου φύσιν , οἷά ἐστιν. *Aude tandem, ſublatis ad Deum oculis, dicere: Tracta me poſthac arbitratu tuo: ejusdem, cujus tu, ſententiae ſum, ad omnia indifferens. Nihil recuſo eorum, quae tibi placent. Quo voles, ducito: veſte me, qua voles, induito. Vis me fungi magiſtratu? vis privatam agere vitam? manere? exſulare? cum paupertate colluctari? opibus abundare? Ego te in his rebus omnibus apud homines defendam: oſtendam, qualis ſit rei cujusquam natura.*

514 Praeterea Deum ſeſe omnibus in rebus & negotiis unice ſpectare, omnia ad eum referre, opem ab eo & auxilium exſpectare, denique ſpem omnem ac fiduciam in eo collocare, gloriabantur. Vide, ut *Epictetus* diſſerat: (†) Κἀγὼ μὲν ἔχω πίστιν ἐπιβολὴν ἀνυπολείπτου ὑμᾶς ἰδεῖν , ἀδιαποδίστους , εἰς τὸ θεὸν ἀφορῶντας ἐν παντὶ μικρῷ καὶ μεγάλῳ. *Mihi propoſitum eſt, eos efficere vos, qui non prohiberi, non cogi, non impediri poſſint, qui liberi ſint, quibus proſpere feliciterque ſuccedant omnia, qui in magnis aeque ac parvis rebus omnibus Deum intueantur.* Is ipſe Stoicus ſic rationem (a) alio loco concludit: Οὐκ ἔστιν ἄλλως ἐκβαλεῖν λύπην , φόβον , ἐπιθυμίαν , κ. τ. λ. εἰ μὴ πρὸς μόνον τὸν θεὸν ἀποβλέπουσι , ἐκείνῳ μόνῳ προσπεπλέξεται , τοῖς ἐκείνου προστάγμασι καθιερωμένος. *Numquam dolorem, timorem, cupiditatem animo ejicies, niſi ad ſolum reſpicias Deum, eique ſoli ſis addictus, & illius mandatis initiatus.* Praeterea *Herculem* affirmat magnum hoc erga Deum pietatis officium religioſe dudum ſervaſſe: (§) Τὸν Δία αὐτὸν πατέρα ἐκάλει , καὶ πρὸς ἐκεῖνον ἀφορῶν ἐπράττετο , ἃ ἐπράττε. *Jovem patrem ſuum appellabat, eumque intuebatur, eoque fretus rei ſuas gerebat.* M. *Antoninus* (**) duo eſſe docet, quae homines intueri perpetuo deceat, primo πρὸς τὸν συμβιοῦντας , *eos, qui nobiscum vivunt*, deinde πρὸς τὴν θείαν αἰτίαν , ἀφ' ἧς συμβαίνει πᾶσιν πάντα , *cauſſam divinam, a qua proveniunt omnibus omnia.* Ejusdem praeclarum hoc ſcriptum legitur praeceptum: (††) Οὐκ ἀνθρώπινόν τι ἄνδρα ἢ ἐπὶ τὰ θεῖα συναναφορᾶς

(*) Lib. II. C. 16. (p. 217.) (†) Lib. II. C. 19. (p. 231.)
(§) Lib. III. Cap. 24. (p. 330.) (**) Lib. VIII. §. 23. (potius §. 27. p. 247.)
(††) Lib. III. §. 11. (potius §. 13. p. 87.)

(a) *Alio loco*] Vid. *Arrianum Lib.* II. *Cap.* 16. *p.* 218.

(b) *Epi-*

φεγὰς ἀπροόψεως. *Neque enim, homines quod ſpectat, quidquam recte egeris ſine habito ad res divinas reſpectu.* Quo fretus, homines egregie exhortatur: (*) Ἐν τούτῳ μόνῳ τέρπου, καὶ ἐν τούτῳ ἀνάπαυε, τὸ ἀπὸ πράξεως κοινωνικῆς μεταβαίνειν ἐπὶ πρᾶξιν κοινωνικὴν σὺν μνήμῃ τοῦ Θεοῦ. *Hoc uno te oblecta, in eoque acquieſce, ut ab una, quae communitatem juvet, actione ad alteram tranjeas, Numinis memor.* Poſtremo, quantum ipſemet virtuti divinae tribuat, his breviter vocibus exponit: (†) Θαῤῥῶ τῷ διοικοῦντι. *Confido ego totius mundi gubernatori.*

Idem, quod diximus, ex eo elucet, quod Deo, tamquam omnium bonorum parenti & auctori, unice gratias eſſe duxerunt agendas, ſi quid grati & jucundi nobis eveniſſet, laudesque ejus delicias eſſe ſuas, praedicarunt. *Epictetus* boni viri hoc eſſe munus ait, (**) χάριν ἔχειν ὑπὲρ πάντων τῷ Θεῷ, *Deo gratias agere pro omnibus.* Alio vero loco ſic eum commentantem hac de re audias: (††) Εἰ νῦν εἴχομεν, ἄλλο τι ἔδει ἡμᾶς ποιεῖν ἢ κοινῇ καὶ ἰδίᾳ, ἢ ὑμνεῖν τὸ Θεῖον, καὶ εὐφημεῖν, καὶ ἐπεξέρχεσθαι τὰς χάριτας; οὐκ ἔδει καὶ σκάπτοντας, καὶ ἀρῶντας, καὶ ἐσθίοντας ᾄδειν τὸν ὕμνον τὸν εἰς τὸν Θεόν; Μέγας ὁ Θεὸς, ὅτι ἡμῖν παρέχει ὄργανα ταῦτα, δι' ὧν τὴν γῆν ἐργασόμεθα· μέγας ὁ Θεὸς, ὅτι χεῖρας ἔδωκεν· κ. τ. λ ὅτι αὐξεσθαι λελήθότας, ὅτι καθεύδοντας ἀναπνεῖν· ταῦτα ἐφ' ἑκάστῳ εὐφημεῖν ἔδει, καὶ τὸν μέγιστον καὶ θειότατον ὕμνον ἐφυμνεῖν, ὅτι τὴν δωρεὰν ἔδωκε τὴν ἐνδυναμοῦσαν ταῦτα· τί οὖν; κ. τ λ. εἰ γὰρ ἀηδόνες ἦμεν, ἐπρέπεν ἂν τὴν τῆς ἀηδόνος, εἰ κύκνος, τὴν τοῦ κύκνου· νῦν δὲ λογικὸς εἰμι, ὑμνεῖν με δεῖ τὸν Θεόν. *Si ſani eſſemus, quid nobis aliud agendum erat & publice & privatim, quam Numen celebrare ac laudare, eique grates perſolvere? Nonne & fodientes, & arantes, & edentes hunc Deo hymnum canere deceret? Magnus eſt Deus, qui nobis inſtrumenta praebuit haec, quibus terram colamus. Magnus eſt Deus, qui manus nobis dedit &c. qui effecit, ut latenter creſcamus, ut dormientes reſpiremus. Haec ſingulis in rebus cantanda erant: at hymnus maximus & diviniſſimus idcirco decantandus, quod vim nobis dedit has res intelligendi & utendi ratione inſtructam. Quid ergo? Quum vulgo excoecati ſitis, nonne oportebat eſſe aliquem, qui hoc munere fungeretur, & loco omnium hymnum de Deo publicaret? Quod ſi luſcinia eſſem, luſciniae officio fungerer; ſi olor, oloris. Nunc rationis quum particeps ſim, officium meum eſt laudes decantare Dei*, id eſt, ſupremi Numinis.

Ad extremum Stoici ſummum illum Deum in primis adorabant & deprecabantur, neque Diis ex reliquis aliquem ſocium ei dabant in precibus ſuis. Idque tum ſigillatim facere ſolebant, quum opem ejus & auxilium contra tentationes, quas *viſa* dicebant, expoſcerent. Juvat (*b*) *Epictetum* iterum teſtem rogare: Μέγας ὁ ἀγὼν ἐστι, Θεῖον τὸ ἔργον, ὑπὲρ βασιλείας, ὑπὲρ ἐλευθερίας· σὺ Θεοῦ μέμνησο, ἐπικαλεῖν αὐτὸν καὶ πιστεύειν, ὡς τὰς Διοσκούρους ἐν χειμῶνι οἱ πλέοντες. *Ingens eſt certamen, divinum facinus, regnum agitur, libertas agitur, felicitas agitur. Dei memento, illum adjutorem advocato & commilitonem, ut Caſtorem & Polluccm precari ſolent, qui in tempeſtate navigant.* Idem brevem hanc precationem ſaepius ſuadet adhibendam eſſe, quae partem quoque conſtituit orationis ejus, qua *Cleanthes* Deum ſibi propitium reddere (*c*) ſtuduit:

Ἄγε

(*) Lib. VI. §. 5. (potius §. 7. p. 172.) (†) Lib. VI. §. 8. (potius §. 10. p. 174.)
(**) Lib. IV. C. 7. (p. 401.) (††) Lib. I. C. 16. (p. 127.)

(*b*) *Epictetum*] Vid. *Arrianus Lib.* II. *Cap.* 18. *p.* 216.

(*c*) *Studuit*] *Arrianus* paſſim has preces commendat, in primis *Lib.* III. *Cap.* 26. *p.* 366.

Digitized by Google

515 Ἀγοῦ δέ μι, ὦ Ζεῦ, καὶ σύ γ' ἡ πεπρωμένη,

ὅπῃ σοὶ (ὑμῖν) εἰμι προκειμένῳ, ὡς ἕψομαί γε ἄοκνος· ἢν δέ γε μὴ θέλω, κακὸς γενόμενος ἕψομαι. *Me Jupiter, duc, & fati neceſſitas, quocumque veſtro deſtinatus numine ſum: ſequor ego ſponte atque libens. Nam ſi vel maxime reluctarer, invito tamen ſequendum eſſet.* Fatum & Jupiter duo hic tantum nomina ſunt, quibus unus idemque ſummus Deus deſignatur. Quapropter *Seneca* ſenſum hujus obſecrationis non minus vere & fideliter, quam ſcite & eleganter, his verſibus expreſſit:

(*) *Duc me, parens celſique dominator poli,*
Quocumque placuit, nulla parendi eſt mora.
Adſum impiger: fac nolle, comitabor gemens,
Malusque patiar, quod pati licuit bono.

Sed quoniam plurimos aegerrime adduci ſentio, ut eos, qui multis olim ſupplicabant Diis, unum tamen ſummumque Deum prece adiiſſe, credant, pium & egregium *Cleanthis* hymnum ad Deum huc totum transferam, idque tanto libentius, quod eum paucis innotuiſſe video. Ac, ne ullo modo defuiſſe videar lectoribus, facilem & elegantem ejusdem verſionem ſubjiciam, quam familiaris meus, *Dupertus*, vir longe doctiſſimus, Latinis numeris alligavit.

(†) Κύδιστ' ἀθανάτων, πολυώνυμε, παγκρατὲς αἰεὶ
Ζεῦ, Φύσιος, δέσποτ'. σὲ μὲν πάντες κυβερνῶσιν,
Χαῖρε! σοὶ γὰρ καὶ πᾶσι θέμις θνητοῖσι προσαυδᾶν.
Ἐκ σοῦ γὰρ γένος ἐσμὲν ἔχω μίμημα λαχόντες
Μοῦνον, ὅσα ζωή τε καὶ ἕρπετὰ θνητὰ ἐπὶ γαῖαν.
Τῷ σε κατυμνήσω, σὸν κράτος αἰὲν ἀείσω.
Σοὶ δὴ πᾶς ὅδε κόσμος ἑλισσόμενος περὶ γαῖαν
Πείθεται, ᾗκεν ἄγῃς, καὶ ἑκὼν ὑπὸ σοῖο κρατεῖται.
Τοῖον ἔχεις ὑπερέχων ἀνικήτοις ὑπὸ χερσὶν,
Ἀμφήκη, πυρόεντα, ἀειζώοντα κεραυνόν.
Τοῦ γὰρ ὑπὸ πληγῆς Φύσεως πάντ' ἐρρίγασι,
Ὧι σὺ κατευθύνεις κοινὸν λόγον, ὃς διὰ πάντων
Φοιτᾷ μιγνύμενος.
Ὅς τε μέγας γαίης ὑπαὶ βασιλεὺς διὰ παντὸς
Οὐδέ τι γίγνεσθαι ἔργον ἐπὶ χθονὶ σοῦ χωρὶς ἄνακτος,
Οὔτε καθ' αἰθέριον θεῖον πόλον, οὔτ' ἐπὶ πόντῳ,
Πλὴν ὁπόσα ῥέζουσι κακοὶ σφετέρῃσιν ἀνοίαις.
Καὶ κοσμεῖς τὸ ἄκοσμον, καὶ οἱ φίλα σοὶ φίλα ἔστιν.
Ὧδε γὰρ εἰς ἓν πάντα συνήρμοκας ἐσθλὰ κακοῖσιν,
Ὥσθ' ἕνα γίγνεσθαι πάντων λόγον αἰὲν ἐόντων,
Ὃν φεύγοντες ἔασιν, ὅσοι θνητῶν κακοί εἰσιν.
Δύσμοροι, οἵ τ' ἀγαθῶν ἐπὶ μὲν κτῆσιν πεφύκασιν,

Οὔτ'

(*) Ep. CVI. (potius CVII. T. II. Opp. p. 402.)
(†) Stephani Poëſ. philoſ. p. 49. (ex Stobaei Eclog. phyſ.)

Digitized by Google

Οὔτ' ἐπαῖσι θεῶ κοινὸν νόμον, ἅπτ κλύουσιν,
Ὧΐ κεν πειθόμενοι σὺν νῷ βίον ἐσθλὸν ἔχοιεν.
Αὐτοὶ δ' αὖ ὁρμῶσιν ἄνδ κακὸν ἄλλο ἐπ' ἄλλῳ.
Οἱ μὲν ὑπὲρ δόξης σπουδὴν δυσέριδα ἔχοντες,
Οἱ δ' ἐπὶ πορδαισιν πθαμαμιξίαι ἥδονὶ κόσμῳ,
Ἄλλοι δ' εἰς ἄυπνον καὶ σώματος ἥδεα ἔργα.
Ἀλλὰ Ζεῦς πάνδωρε, κελαινεφὲς, ἀρχικεραυνὲ,
Ἀνθρώπους ῥύου ἀπειρεσίνης ἀπὸ λυγρῆς,
Ἣν σὺ πατὴρ σκέδασον ψυχῆς ἀπο, δὸς δ' ἀγαθὴν
Γνώμην, ἣ πίσυνος σὺ δίκης μετὰ πάντα κυβερνᾷς·
Ὅφρ' ἂν τιμήσαντες ἀμειβώμεθά σε τιμῇ,
Ὑμνοῦντες τὰ σὰ ἔργα διηνεκὲς, ὡς ἐπέοικε
Θνητὸν ἐόντ'· ἐπεὶ οὔτε βροτοῖς γέρας ἄλλο τι μεῖζον,
Οὔτε θεοῖς, ἢ κοινὸν αἰὲι νόμον ἐν δίκῃ ὑμνεῖν.

Magne pater Divûm, cui nomina multa, ſed una
Omnipotens ſemper virtus, Tu Jupiter auctor
Naturae, certa qui ſingula lege gubernas,
Rex, ſalve! Te nempe licet mortalibus aegris
Cunctis compellare: omnes tua namque propago 156
Nos ſumus, aeternae quaſi imago vocis & echo
Tantum, quotquot humi ſpirantes repimus. Ergo
Te cantabo, tuum & robur ſine fine celebrans.
Quippe tuo hic totus, terram qui circuit, orbis
Paret (quoquo agis) imperio, ac obtemperat ultro.
Invictis telum manibus tibi tale miniſtrum
Anceps, ignitum, haud moriturum denique fulmen.
Ictu etenim illius tota & natura tremiſcit:
Illo & communem rationem dirigis, & quae
Mundi agitat molem, magno ſe corpore miſcens.
Tantus tu rerum dominus, rectorque ſupremus:
Nec ſine te factum in terris, Deus, aut opus ullum
Aethere nec dio ſit, nec per coerulea ponti,
Errore acta ſuo niſi quae gens impia patrat.
Confuſa in ſeſe tu dirigis ordine certo:
Auſpice te ingratis & ineſt ſua gratia rebus
Felice harmonia. Tu ſcilicet omnia in unum
Sic bona mixta malis compingis, ut una reſurgat
Cunctorum ratio communis & usque perennans,
Quam refugit ſpernitque hominum mens laeva malorum.
Heu miſeri! bona qui quaerunt ſibi ſemper & optant,
Divinum tamen hanc communem & denique legem
Nec ſpectare oculis, nec fando attendere curant:
Cui ſi parerent, poterant traducere vitam
Cum ratione & mente bonam: nunc ſponte feruntur
In mala praecipites, trahit & ſua quemque voluptas.
Hunc agit ambitio laudisque immenſa cupido;

Illum

Digitized by Google

Illum & avarities & amor vesanus habendi;
Blanda libido alium, Venerisque licentia dulcis:
Sic alii tendunt alio in diversa ruentes.
At tu, Jupiter alme, tonans in nubibus atris,
Da sapere, & mentem miseris mortalibus aufer
Insanam: hanc tu pelle, pater: da apprendere posse

Con-

(d) *Legem*] Stoicos certum quemdam Deum, seu naturam igneam, at a mole corporea tamen secretam, aeternam, sapientem, & providam, professos esse, omni vacat controversia: nec ego propterea illis accesserim, qui nihil inter hanc familiam & eorum factionem, qui summum Numen plane tollunt, interesse arbitrantur. Sed nec illis me junxerim, qui tantum fere in Stoicis de Deo & religione praeceptis esse censent dignitatis, quantum in decretis aut sanae rationis, aut religionis Christianae. Ut enim multa esse a Stoicis splendide de Deo & officiis erga Deum dicta, minime dissitear, neque, si in se spectentur, sectae hujus pleraque de religione pronuntiata parum a veritate abesse, negem: multum tamen de hac praestantia decedit, si cum inter se, tum cum reliquis disciplinae Stoicae placitis conferantur. Non ex gloriosis hujus vel illius Stoici verbis disciplina hujus generis aestimari debet: sed totus eius habitus ob oculos nobis ponendus, & deinceps de dogmatum singulorum utilitate & excellentia judicandum est. Equidem nullam sectam facilius ab homine ingenioso & erudito purgari posse, arbitror, quam hanc; idque duabus potissimum de caussis: Primum, tametsi de summa philosophiae satis inter se consentiant Stoici, tamen, si ad singula descendamus praecepta, mirifice discrepant, nec, quod huic placet, id illi etiam arridet. Deinde infinita exstant eorum dicta, in quibus prorsus a fundamentis disciplinae suae discedunt, &, quae ipsimet posuerant, evertere videntur. Quod quidem vel ex uno facillime discas *Seneca*: in quo tot legas inter se pugnantia & doctrinae, quam profitebatur, initiis contraria, ut nullius par sit ingenium omnibus ejus inter se sententiis conjungendis & conciliandis. Quapropter, si, quae huic vel illi Stoico aut placuerunt, aut excideruntt, in se considerare velis, numquam desiderabis argumentorum copiam, quibus familiae hujus caussam exornare valeas. Ego vero disciplinae alicujus pravitatem & bonitatem ex fundamentis ejus totoque contextu arbitror metiendam esse, nec, quid aliqui scripserint vel dixerint, sed quid reliquis decretis suis convenienter vel scribere vel dicere debuerint, in primis spectandum esse, arbitror. Qua ratione atque via neglecta, quis, obsecro, tam ater & inficetus erit, quem homini diserto & ingenio praedito defendere non liceat? Nullus enim unquam ita vel in Deum, vel in veritatem & rectam rationem injuriosus exstitit, quin interdum multa diceret egregia & a reliquis sententiis suis valde remota. Sed ad Stoicorum Deum redeo: qui, si non tam ex magnificis quorundam hujus gentis dictis, quam ex ipsis universi generis decretis describatur, non mihi nimis esse magnus & gloriosus videtur.

Primum omnes fateantur, necesse est, Deum Stoicorum in materiam prorsus immersum esse, nec ab ea ulla sejungi ratione posse, diffusum quoque & extentum per rerum universitatem. Ex qua opinione quaenam consequantur absurda, olim jam *Lactantius Divinar. institut. Lib.* II. *Cap.* 5. *p.* 189. nostra aetate satis acute *Petr. Baylius Continuation des Pensées sur les Cometes Tom.* I. §. 67. *p.* 338. *f.* ostendit. Deinde Deus hicce totus est corporeus: quod nec ipse inficiari potuit *Justus Lipsius*. Collegit etiam multa, ex quibus id conficitur, veterum testimonia *Ezech. Spanhemius ad Juliani Caesares duos les Preuves p.* 110. 111. Tum finitum est Stoicorum Numen. Mundum enim finitum esse sciscebat haec familia, pluresque uno negabat mundos esse, quod vel ex *Plutarcho* constat *de Stoicorum repugnantiis T.* II. *Opp. p.* 1053. Quare, si Deus nihil est, quam natura ignea per universum mundum commeans, consentaneum est, ut Deus etiam finitus sit, nec amplior mundo, extra quem immensum esse vacuum, decernebant *Zenonis* sectatores. Hinc etiam non pauci hujus sectae rotundam Deo figuram attribuebant. Mundus enim ex eorum sententia rotundus est: Deus vero mundi anima: ex quo eum forma eadem, qua ipsum mundum, esse praeditum, efficitur. *Manilius Astronomicon Lib.* I. *p.* 7. de figura, quam sphaeram vocamus:

Haec aeterna manet DIVISQUE SIMILLIMA FORMA.

Quod si finitus est, quem gens Stoica veretur, Deus, finitas quoque virtutes esse ejus & perfectiones, controversia caret. Nec id illi negant, vel negare possunt. Haud igitur ab hoc Deo scientiam, sapientiam, potentiam, bonitatem nullis finibus circumscriptam potitus. Omnes hae, & quae, praeter has, aliae sunt in eo, virtutes orbe hocce nostro terminantur & definiuntur. Ad potentiam & libertatem sigillatim quod attinet, Deum suum non omnia potuisse, quae voluisset, efficere, nec facultatem habere libere decernendi, fato quippe

Conſilium, fretus quo tu omnia rite gubernas:
Nos ut bonorati pariter tibi demus honorem,
Perpetuis tua facta hymnis praeclara canentes,
Ut fas eſt homini: nec enim mortalibus ullum
Nec ſuperis majus poterit contingere donum,
Quam cancre aeterno communem carmine (d) legem.

§. XXVI.

pe in ipſa plerumque materiae natura latente impeditum, aperte fatebantur. Obſtitiſſe nimirum, non ſecus atque Platonici, materiae pervicacitatem & malignitatem, conquerebantur, ne meliora in hoc mundo fierent multa, atque facta ſunt a Deo & conſtituta, id eſt, potentiorem fuiſſe materiam Deo, largiebantur. *Seneca de provid. Cap.* 5. *p.* 195. *T.* I. *Opp. Quare tamen*, inquit, *Deus tam iniquus in diſtributione fati fuit, ut bonis viris paupertatem, vulnera, & acerba funera adſcriberet? Non poteſt artifex mutare materiem: haec paſſa eſt. Quaedam ſeparari a quibusdam non poſſunt, cohaerent, individua ſunt.* Conf. eumdem in *Quaeſt. natural. Praef. Lib.* I. *p.* 485. *T.* II. *Opp.* & maxime *Antoninum Lib.* VI. *ad ſe ipſum* §. 36. *p.* 195. Neque cum hac pugnat, quemadmodum *Thom. Gatakerus*, ſibi perſuaſit, ſententia, quod *M. Antoninus* cum alias, tum *Lib.* VI. §. 1. *p.* 170. ſcifcit, τῇ τοῦ ὅλου ὑποκειμένῃ, *univerſi materiam*, εὐπειθῆ καὶ εὐτρεπῆ, *obſequentem & parere promtam eſſe.* Nam & illa paret & obſequitur materia, quae tantum patitur ex ſe comparari & fingi, quantum natura ejus permittit: atque lignum aliquod, ex quo Mercurium fingere nequit artifex, etiamſi induſtriae ejus certa ratione repugnet, alio tamen modo manibus ejus & ingenio morem gerit. Interiorem *juſtitiam* relinquunt Deo Stoici; verum externam, quae poenis & praemiis male vel bene agentes afficit, ab ejus natura removent: quod dum faciunt, omnem virtuti ſtudendi vim in homine exſtinguunt, & ipſa divini cultus fundamenta convellunt. Non ignoro, *Senecam* nonnumquam de praemiis & poenis Dei verba facere: vid. *Epiſt.* XCV. *p.* 354. *T.* II. *Opp.* Verum haec ejus effata inter ea eſſe referenda, quae populariter apud eum dicta occurrunt innumerabilia, is facile perſpiciet, qui cum reliquis ea Stoicorum decretis contulerit. Moris eſt Stoicis ſaepenumero, uſum loquendi populo relinquere, ſibimet vero ipſis ſcientiam reſervare. Qua ex obſervatione multarum ſententiarum vis eſt aeſtimanda, quae in *Senecae Libris*, maxime in *Conſolationibus ad Marciam & Heloidiam*, leguntur: in quibus ad eorum, quos compellat, captum voces accommodat, & non tam ex praeſcripto diſciplinae, cui ſe tradiderat, quam ex vulgari hominum conſuetudine differit, ut fortius imbecilles animos commoveat.

Itaque intueamur aliquanto propius, quidnam ex lege philoſophiae ſuae de praemiis & poenis divinis decernere debuerint Stoici, miſſis eorum pronuntiatis, quae populi auribus potius, quam veritati, ut credebant, largiebantur. Aeterna quidem praemia poenasque perennes fuſtuliſſe, animisque immortalitatem derogaſſe Stoicos, ſaltim plerosque, pervulgatum eſt. [Contrarium tamen oſtendere vult *Berckley Alciphron T.* I. *p.* 206. at temere.] Vid. omnium inſtar, quae b. *Jo. Franc. Buddeus* ex *M. Antonino* collegit in *Introd. ad Philoſ. Stoicam ex mente Antonini Sect.* IV. §. 8. *p.* 55. *ſ.* quae nuperae *Antonini editioni Lipſienſi* praemiſſa eſt. Atque haec doctrina, niſi vehementer fallor, ex ipſa interiori diſciplinae Stoicae conſtitutione ſequitur. Summa felicitas ex decretis Stoicorum conſiſtit in virtute; maxima calamitas & miſeria in vitio. *Solum bonum*, notiſſimum eſt hujus ſectae ſcitum, *honeſtum*, *ſolum malum turpe.* Vita igitur & reliqua, quae vitam vel jucundiorem vel miſeriorem reddunt, nec in bonis, nec in malis locum habere poſſunt: neque ſapiens vel vitam vel bona vitae requirit & optat. Quapropter, ſi vita foret ſapientis aeterna, is nullo fieret modo felicior, nec, ſi animus improbi aeternum maneret, incrementum aliquod calamitati ejus accederet. Nos, qui animos numquam interituros eſſe, ratione duce, probamus, non poſtremum ex ſtatu bonorum & malorum hac in vita ducimus argumentum. Bonis hic male eſſe plerumque, malis bene, concedimus. Ex quo deinceps effici debere concludimus, quum Deus juſtiſſimus ſit, fore, ut altera in vita poſt hanc bonis praemia erogentur, malis poenae infligantur. Idque recte a nobis fieri, ipſum Servatoris noſtri exemplum oſtendit, qui hoc argumento differte in parabola de divite epulone utitur *Luc.* XVI. 25. Μακαρίζει, ὅτι ἀπολαμβάνει τὰ τὰ ἈΓΑΘΑ΄ ἐν τῇ ζωῇ ἐκείνῳ, καὶ Λάζαρῳ ὁμοίως τὰ ΚΑΚΑ΄· νῦν δὲ ὁδὶ ΠΑΡΑΚΑΛΕΙΤΑΙ, ἐκεῖνος δὲ ὈΔΥΝΑΣΑΙ. Verum Stoici viro bono mali aliquid hic evenire poſſe, quum omnis in una virtute ſalus & felicitas ſit, malo autem homini boni aliquid accidere poſſe, quum omnis in vitio miſeria ſit poſita, negabant. Quamobrem totum hunece locum omittere debebant, neque fore aliquando tempus, quod bona, quibus hic caruiſſent, viris bonis, malis autem bonorum, quibus hic gaviſi fuiſſent, loco mala redditurum eſſet, concedere poterant. Praeterea, quodnam ſapiens Stoicorum vir praemium a

Digitized by Google

517 §. XXVI. Vix umquam finem inveniret oratio, si cuncta philosophorum scriptorumque recentiorum temporum, quibus unum supremumque Deum reliquis praefecerunt Numinibus, pronuntiata referre mihi animus esset. Quamobrem ex
518 multis pauca tantum referre placet, quae cum auctoritate, tum perspicuitate reliqua superant. Exordium a *M. Tullio Cicerone* ducetur. Hunc autem, multi sunt, qui certi aliquid de Deo divinisque rebus statuisse negant, ideoque in Dei professoribus haberi nolunt, eo quod in *Libris de natura Deorum Cottam*, Academicum, non modo *C. Vellejum*, *Epicuri* affectatorem, sed & *Q. Lucil. Balbum*, Stoi-
519 cum, inducat refutantem. Quibus ego propter varios, qui in scriptis ejus occurrunt, locos, animum Dei metu religioneque imbutum testantes, assentiri plane nequeo. *Libro secundo de divinatione* (*) haec scripta exstant, exempli caussa, verba: *Esse praestantem aliquam aeternamque naturam, & eam suspiciendam admirandamque hominum generi, pulcritudo mundi ordoque rerum coelestium cogit confiteri.* Gravius etiam *Oratione de haruspicum responsis:* (†) *Quis est*, inquit, *tam vecors, qui, quum suspexerit in coe-*

(*) Cap. 72. p. 3255. Tom. IX. Opp. (†) C. 10. p. 2333. T. V. Opp.

Deo post excessum ex hac vita exspectare queat, nescio. Num voluptates? num delicias? At has minime curat sapiens, sed spernit, cui virtus unica merces est. Vid. *Antoninus Lib.* VI. §. 34. p. 193. Num igitur virtutem? Verum hanc sibimet ipsi comparare potest sapiens, jamque habet discedens hinc. Similiter quodnam supplicium imminere potest improbo ex Stoicorum praeceptis post fata? Num cruciatus? num dolores? At hos negant in malis & poenis esse Stoici. Num igitur vitiosae propensiones & violentae animi commotiones, in quibus omnis mali vis est? Verum hae a Deo, in quo nihil mali est, proficisci nequeunt. Taceo, ex sententia Stoicorum omnes animos, etiam sceleratorum, innatam habere vim cupiditates & libidines debellandi & sedandi. Esset igitur in ipsa hominis impii anima virtus poenis divinis resistendi, seseque ab illis liberandi. Praetermitto alia, quae Stoicos non potuerunt non in hanc opinionem inducere, ut mentes hominum capitis condemnarent.

Neque plus vitae hujus praemiis & poenis loci in Stoicorum disciplina relictum est. Primum sapientis esse, Stoici decernebant, omnibus animi perturbationibus vacare, & affectus prorsus expellere. Sapientem vero Deum sequi & imitari debere, simul praecipiebant. Quare non poterant, quin etiam ex Deo affectus omnes iram, misericordiam, odium, quemadmodum ex sapiente, proscriberent, eumque ab improbis & vitiosis laedi nullo modo, nec vicissim a bonis placari posse, constituerent. Vid. *Lactantius de ira Dei Cap.* 5. p. 901. & *Cap.* 17. p. 951. Deus vero si offendi nequit hominum vitiis, si nec odio habet aliquem, qui peccat, nec misereatur, nec certa ratione facinoribus mortalium irascitur, quid de praemiis & poenis ejus liet? Vel hoc unum qui observaverit, is facile intelliget, vocabula, *peccatum*, *praemium*, *poena*, *supplicium*, non id, quod apud reliquos homines, in Stoicorum scholis significare, magisque splendida esse, quam vera & propria. Quidnam habet deinde Stoicorum Deus, quo vel recte facta bonorum in hac vita remuneretur, vel male admissa improborum coërceat? Num divitiis, opibus, honoribus sapientem cumulabit? In his vero nihil boni est, neque sapiens his externis & fortuitis rebus utitur, qui aeque felix est in tauro Phalaridis, atque in Sybaritarum conviviis. Num virtute donabit? Ad hanc vero impetrandam auxilio Dei non indiget sapiens. Virtus enim, si Stoicos audias, est in illis rebus, quas τὰ ἐφ' ἡμῖν seu in potestate nostra posita vocant. Vid. *Epicteti Enchiridion Cap.* 1. & *Arrianus Diss. in Epictetum Lib.* 1. *Cap.* 1. *p.* 84. Mali vicissim quodnam timebunt poenarum genus? Num morbos, paupertatem, ignominiam, exsilium? At haec primum fortuita sunt & naturae rerum necessario ad uncta, quae in sapientem & probum aeque cadunt, atque in impium & secundum naturam viventem. *Antoninus Lib.* VI. §. 36. *p.* 193. Deinde mala minime sunt, nec ideirco ut poenae spectari possunt. Num vitiorum aut vitiosarum propensionum copiam? Verum haec Deus, natura benignus & justus, omnique carens vitio, impertire nullo pacto valet. Postremo malis & improbis, tamquam parte necessaria, mundus indigere non potest: vid. *Antoninus ad se ipsum Lib.* VI. §. 42. *p.* 196. *Chrysippus* apud *Plutarchum de repugnant. Stoicor. T.* II. *Opp. p.* 1049. atque fieri nullo modo potest, quin sint homines impudentes, infidioli, fraudulenti. *Antoninus Lib.* IX. §. 42. p. 285. Quaenam ergo poena dictari poterit hominibus, quos universitatis hujus ratio poscit, quibusque mundus, si quidem recte sese omnia habere

Digitized by Google

coelum, Deos esse non sentiat, & ea, quae tanta mente fiunt, ut vix quisquam arte ulla ordinem rerum ac vicissitudinem persequi possit, casu fieri putet? Plura hujus generis effata procedente disputatione laudabimus. Interea libris, quos de rebus ad philosophiam pertinentibus exaravit, *Ciceronem* recentioris, quam *Carneades* condidit, Academiae rationes & instituta sequi, neque certi aliquid decernere, haud equidem diffitear. Quem quidem morem cum prudentia, tum aliae illi rationes suaserunt, quas ipsemet his verbis exponit: (*) *Qui requirunt, quid quaque de re ipsi sentiamus, curiosius id faciunt, quam necesse est. Non enim tam auctoritatis in disputando, quam rationis momenta quaerenda sunt. Quin etiam obest plerumque illis, qui discere volunt, auctoritas eorum, qui se docere profitentur. Desinunt enim suum judicium adhibere, idque habent ratum, quod ab eo, quem probant, judicatum vident.* * At extremo tamen *de natura Deorum Libro*, id quod (*e*) *Augustinum* quoque observare memini, diserte *Cicero* propensiorem sibi ad veritatis similitudinem *Balbi* sententiam, quam *Velleji* & *Cottae*, videri, confitetur: Quorum verborum hanc apparet esse (*f*) sen-

(*) De nat. Deor. L. I. (Cap. 5. p. 2886.)

bere debeant, aeque atque sole & sideribus, carere nequit.

Ex his jam aperte, ut opinor, liquet, quemadmodum accipienda sint illa, quae de cultu Dei & officiis erga summum Numen Stoici magnifice satis praecipiunt. Mihi quidem ista omnia plus multo vanitatis & speciei, quam veritatis, habere videntur. Preces, quaeso, cur Stoicus ad Deum fundat? Virtutis accipiendae caussa? Hanc vero, si modo velit, a se ipso impetrare potest. Divitiarum, voluptatum, honorum, commodorum consequendorum gratia? Haec vero tanti non sunt, ut a Diis peti debeant. Praeterea descripta sunt dudum a Deo, quum orbem constitueret, uniuscujusque fata, nec mutari propterea quidquam potest. *Seneca de providentia Cap. 5. p. 194. T. I. Opp. Olim constitutum est, quid gaudeas, quid fleas. Fata nos ducunt, & quantum cuique restet, prima nascentium hora disposuit.* Exstant hujus generis innumerabilia fere apud Stoicos pronuntiata. Igitur quid nos ipsos, si haec ita sunt, & Deum simul precibus fatigamus, quum inviolabili omnia lege ferantur & decurrant? *Majestatis diminutio est*, inquit idem *Seneca Quaest. natural. Lib. I. Praef. p. 482. T. II. Opp. & confessio erroris, mutanda fecisse. Necesse est enim, ei eadem placere, cui nisi optima placere non possunt: nec ob hoc minus liber & potens est. Ipse enim est necessitas sua.* Stoici, ut paucis verbis negotium universum expediam, si praeceptis suis obedire, nec a se ipsis dissidere velint, erga Deum non aliter affecti esse possunt, quam populi erga homines defunctos solent esse affecti, a quibus olim magna acceperunt beneficia: quos nec amant proprie, nec metuunt, sed venerantur tantum animo. Est certe, quod Stoici Deo suo debent, vita, animus, opportunitates hujus aevi: plura vero exspectare nequeunt ab illo, neque bona, neque mala. Habent in virtute praemium, si ei studeant; habent in vitio poenam, si huic sese dedant. Quocirca nec caussam habent ullam, cur diligant Deum, nec, cur timeant: satis est, si beneficiorum ejus recordentur, aut, ut *Cicero de Divinat. Lib. II. Cap. 72. p. 3255. T. IX. Opp.* optime Stoicorum erga Deum officia exposuit, *esse* credant aliquam *praestantem aeternamque naturam, eamque* SUSPICIANT & ADMIRENTUR. Quamquam, si vel hoc neglexerint officium, nihil aut parum inde mali reportabunt. Quae quum ita sese habeant, equidem, quae de precibus ad Deum fundendis scitum Stoici, ipsasque preces, quibus adisse Deum legantur, aut hominum esse reor decreta & voces non satis considerantium, quid rem quamque consequatur, aut vero ad illa generis hujus effata pertinere, quae, ne prorsus a populi religione communibusque notionibus dissidere viderentur, crebro adhibere solebant.

* [*Cicero de Nat. Deor. L. I. c. 1. p. 2831.* diserte ex sua persona fatetur, verisimiliorem esse sententiam eorum, qui Deum credunt, imo nos natura duce ad hanc sententiam duci. Vid. *Zimmermanni Diss. de Theologia Ciceronis* in *Musaeo Helvetico T. I. P. III. p. 374.* qui ex nostris adnotationibus nonnullas modeste refellit, & Ciceronem ab Atheismo tuetur.]

(*e*) *Augustinum*] Lege hunc *de civitate Dei Lib. IV. Cap. 30. pag. 86. Tom. VII. Opp.* ubi tamen non nimis benigne de *Ciceronis* religione sentit.

(*f*) *Sententiam*] Fallitur vir doctissimus, quod *Ciceronem* his extremis *Operis de natura Deorum* verbis & Epicureorum & Academicorum de Diis rejicere opiniones, existimat. Nam his ipsis in verbis ita loquitur *Cicero*, ut Academicum dece-

Digitized by Google

520 sententiam: Se non ex toto quidem probare, quae de Deo divinisque rebus Stoici praecipiant: *Platoni* enim magis erat deditus, quam Stoicis: at eorum tamen sententias cum Epicureorum sententiis, quas *Vellejus* expoſuerat, tum Academicorum rationibus, quas *Cottam* enarrare fecerat, longe meliores & praestantiores ducere. Itaque *Auguſtinus Steuchus*, aliique viri doctrina & ingenio nobiles non tam *Ciceronem* impietatis erga Deum insimulant, quam nonnullis eum locis tam inscite & perturbate loquutum esse, conqueruntur, ac si multos credidisset Deos esse potestate, gradu, atque ordine pares, nec ullius imperio subditos. Namque videas, hominem, ubi de mundi totius fabricatione & compositione, de humani generis ortu, de terrarum orbis administratione & gubernatione differendum est, totum hoc negotium ad plures Deos referre. (*g*) *Ut perpetuus*, inquit alicubi, *mundi esset ornatus, magna adhibita cura est a providentia* DEORUM. Item: A DIIS *immortalibus provisum esse &c.* Sic eo, quem paullo ante adduximus, loco: *Dico igitur, providentia Deorum mundum & omnes mundi partes initio constitutas esse.* Postremo, dum in eo est, ut quaestionem de natura Deorum suis terminis circumscribat: *Utrum*, inquit, *Dii nihil agant, nihil moliantur? an contra ab his & a principio omnia facta & constituta sint, & ad infinitum tempus regantur atque moveantur?* Sed haec omnia parum habent momenti, neque certius est quidquam, quam hoc, inclytum huncce oratorem & philosophum unum tantum summumque Deum, cujus omnia regantur unice arbitrio, veneratum esse. Principio, ut id doceam, animadvertendum mihi est, eum voce *Deus* saepissime singulari modo rationeque eminentiori uti. (*h*) *Ipsi Deo*, inquit, *nihil minus gratum, quam non omnibus patere ad*

bat loqui: quod genus eas probasse sententias, in quibus maximam ducebat esse verisimilitudinem, nullam autem pro explorate certa veraque habuisse, notum est. [*Zimmerm. l. c. p.* 519. *Warburton Divine legation of Moſes T.* I. *p.* 393. multis ostendit, quam difficile sit veram Ciceronis sententiam assequi.] Proprie si loqui velimus, Academicis nulla erant dogmata. Solebant contra omnium disputare opiniones, at ea tamen interea sequi, quibus maximam existimabant probabilitatem adjunctam esse. Hinc, quid de *Ciceronis* religione sentiendum sit, apparet. Academicos unice probabat: credo, ideo, quod sectae hujus instituta forensi, cui deditus erat in primis, eloquentiae prae reliquis omnibus maxime apta esse & accommodata, intelligebat. In utramque partem de rebus omnibus disputabant hi philosophi. Hac vero facultate quid optatius & convenientius erat homini, qui voce populum flectere, & pro accusatis verba facere, suum esse ducebat? Itaque modo hanc, modo illam, ut e re ipsi videbatur, sententiam amplectebatur & defendebat. Stoicorum de Diis decreta plus reliquorum philosophorum praeceptis auctoritatis & verisimilitudinis habere, censebat; verane autem essent, nec ne, id nullius existimabat ingenio explicari posse. Incerta ergo prorsus & dubia, id est, nulla, magni hujus oratoris fuisse videtur religio. In *Orationibus* ejus, fatcor, copia quaedam exstat locorum, in quibus magna videtur esse in Deum aut Deos pietas: sed quis nescit, in illis ad vulgi opinionem loqui oratorem, nec, quod ipse significat, tam id spectasse, quod veritas, quam quod res & causa, quam agebat, flagitare videbatur?

(*g*) *Ut perpetuus*] His vero locis, qui una cum aliis ejus generis pluribus *Lib.* III. *de natura Deor.* exstant, *Cicero* non ut *Cicero* loquitur, sed ut *Balbus* Stoicus. Stoicis vero, id quod antea copiose animadvertimus, frequentes in ore Dii erant.

(*h*) *Ipsi Deo*] *Libro* II., *de legib. Cap.* 10. *p.* 3352. *Tom.* IX. *Opp.* At hoc ipso quoque in libro solet *Cicero* vocabula *Deus & Dii* promiscue adhibere. Quare summum hic ab eo Deum intelligi, haud equidem affirmem.

(*i*) *Alio loco*] *De natura Deor. Lib.* II. *C.* 66. *p.* 3048. Haec vero non tam *Ciceronis* sunt verba, quam *Balbi*, cujus ibi orationem recitat, Stoici.

(*k*) *Rursus*] *Orat. pro Sexto Roscio Cap.* 45. *p.* 449. *Tom.* III. *Opp.* At monendum, hoc in loco non legi apud *Ciceronem: a* DEO *nobis dari*, sed: *ab eo.* Vocula vero *eo* refertur ad nomen *Jupiter optimus maximus*, quod paullo ante exstat. Quocirca eximi hic locus ex illis debet, quibus *Cicero* supremum Numen eminentiori modo *Deum* salutasse dicitur.

(*l*) *Timaei*] Haec, si hoc modo legerentur in La-

ad se placandum & colendum viam, eo quod sacrificia vulgo nimio conflarent. *Nisi juvante Deo*, (*i*) alio loco ait, *tales non fuerunt Curius, Fabricius.* (*k*) Rursus: *Commoda, quibus utimur, lucemque, qua fruimur, spiritumque, quem ducimus, a Deo nobis dari atque impertiri, videmus.* Ac, ne pluribus lectorem testimoniis obruam, in versione (*l*) *Timaei Platonis: Deos*, inquit, *alios in terra, alios in luna, alios in reliquas mundi partes spargens Deus quasi serebat.* Deinde tales apud eum descriptiones occurrunt Dei, quales nemo potest suppeditare, nisi qui unum tantum esse summumque Deum persuasum habet. Sic in *Oratione* (*m*) *pro Milone: Est, est*, inquit, *profecto illa vis, neque in his corporibus atque in hac imbecillitate nostra inest quiddam, quod vigeat & sentiat, & non inest in hoc tanto naturae tamque praeclaro motu. Nisi forte idcirco esse non putant, quia non apparet, nec cernitur: perinde quasi nostram ipsam mentem, qua sapimus, qua providemus, qua haec ipsa agimus & dicimus, videre, aut plane, qualis & ubi sit, sentire possimus.* Hic primo Deum esse acriter contendit; deinde affert ea, quae unum esse illum ostendunt. Namque unam esse disputat vim atque mentem, quae isto modo totam rerum naturam gubernet & moderetur, quo animus noster corpus, quo cinctus est, regere & administrare so- 521
let. In *Tusculanis Quaestionibus* non dissimilem nobis legere locum licet: (*) *Nec vero Deus ipse alio modo intelligi potest, nisi mens soluta quaedam & libera, segregata ab omni concretione mortali, omnia sentiens & movens.* Rursus eodem libro: (†) *Haec igitur*, inquit, *& alia innumerabilia quum cernimus, possumusne dubitare, quin his praesit aliquis effector, si haec nata sunt, ut Platoni videtur, vel, si semper fuerint, ut Aristoteli placet, moderator tanti operis & muneris?* Jungo huic alium ex *tertio de legibus Li-*

(*) C. 27. p. 2604. T. VIII. Opp. (†) C. 29. p. 2606.

Latina *Timaei* versione, quam *Cicero* confecit, haud tamen de sensu *Ciceronis* testarentur, sed de sensu tantum *Platonis*, quem *Cicero* vertit. Sed nec ita scripsit *Cicero*, ut hic scripsisse dicitur. Verba ex *Cap.* 13. *Timaei p.* 4034. *Tom.* X. *Opp.* haec sunt: *Quae quum ita designasset, —— alios in terra, alios in luna, alios in reliquas partes spargens quasi serebat.* Nec *Dei*, nec *Deorum* hic videas vocabulum. Esse tamen non inficior ex superioribus haec nomina repetenda. Atque plures sunt, quod satis constat, in *Timaeo* loci, quibus *Plato* & unius & multorum Deorum meminit.

(*m*) *Pro Milone*] *Cap.* 31. *p.* 2846. *T.* III. *Opp.* Sed hunc quoque locum non patior esse testimonium de uno, quem *Cicero* professus sit, Deo. Omitto nunc, quod ex *Oratione* desumtus est, in qua populi potius judicia, quam rerum veritatem sequitur *Cicero:* sufficiet, si docuero, *Ciceroni* hoc in loco *vim divinam* & *Deos immortales* unum idemque significare. Totus in eo est, ut multitudini persuadeat, orator callidus, *Milonem*, ut *Clodium* aggrederetur, *vi quadam divina* aut *a Diis immortalibus* incitatum & impulsum fuisse, quo tanto monstro respublica Romana liberaretur. Hanc ita orationis partem exorditur: *Hujus beneficii gratiam, judices, fortuna populi Romani, & vestra felicitas, & Dii immortales sibi deberi putant.* Haec postquam dixerat, breviter statim ostendit, esse *vim* ejusmodi *divinam*, seu *Deos*, quos vocaverat, *immortales.* Id fit maximam partem in verbis illis, quae hic leguntur. Qua demonstratione absoluta, sic demuo fatur: *Non est humano consilio, ne mediocri quidem, judices,* DEORUM IMMORTALIUM *cura res illa perfecta.* Atque, ne quis dubitet, quales Deos intelligat, confestim Deos Albanos, Jovem Latiarem & Bonam Deam compellat, quos oculos aliquando aperuisse ad puniendum *Clodium*, ait. Pluribus haec etiam in sequentibus persequitur, a quibus describendis, ne sine ratione longus sim, me contineo. [Vid. *Zimmermann. loco supra cit. p.* 417. 418.] Igitur *vim divinam*, quam hic esse docet *Cicero*, & *Deos immortales* seu populi Romani Numina non differre hoc in loco, perspicuum est. Vir doctissimus quidem ex eo censet patere, unum tantum a *Cicerone* Deum hic esse indicatum, quod hanc vim divinam cum animo comparat humano, qui unus est, orator disertissimus. Sed res ipsa docet, *Ciceronem* non tam late hanc comparationem patere voluisse; quippe quae his unice continetur finibus: Quemadmodum animus noster, tametsi non cernitur, est tamen & exstitit; ita etiam vis illa divina, licet a nobis haud conspiciatur, nihilo tamen minus vere exstitit.

Libro locum: (*) *Sine imperio nec domus ulla, nec civitas, nec gens, nec hominum universum genus stare, nec rerum natura omnis, nec ipse mundus potest. Nam & hic Deo paret, & huic obediunt maria terraeque, & hominum vita justis supremae legis obtemperat.* (n) Alias: *Dominans ille*, inquit, *nobis Deus, qui nos vetat hinc injussu suo demigrare.* (o) Item: *Deus, cujus numini parent omnia.* Mentionem etiam *Cicero* facit (p) *summi* sive *supremi Dei*, a quo genus humanum primum esse ortum, perhibet. Ne quid nunc de aliis ejusmodi nominibus dicam, quibus Deum exornare solet: in quibus quidem sequentia eminent. (q) *Summi Rectoris & Domini Numen*, (q) *Deus praepotens*, *rerum omnium praepotens* (s) *Jupiter*, (t) *princeps ille Deus, qui omnem hunc mundum regit, sicut animus humanus id corpus, cui praepositus est.* Igitur, quod aliis in locis, uti vidimus, Deorum immortalium vi atque ratione mundum hunccce gubernari, humanaque fatum negotia procurari, tradit, id ex eo evenit unice, quod, non secus ac alii, praestantem illam & aeternam naturam, quam Deum vocamus, ipsam per se mundi hujus molem continere & regere, negabat, sed inferioribus Diis suas veluti in ejus administratione provincias distribuisse, judicabat: qui propterea Dii tamquam summi Numinis ministri ab eo spectabantur, quorum cuique illud Numen aliquam tradidisset secum moderandi & regendi orbis potestatem, & habenas mundi veluti commisisset. Constat hoc ex ipso *Cicerone*. Nam quum *Balbus*, quod bona malis, mala vero bonis evenirent quotidie, id divinam minime tollere providentiam, hac sigillatim ratione declarare voluisset: *Non animadvertere omnia Deos, ne reges quidem; Cotta* sic in eum inter alia disputat: (o) *Hac, divinam mentem esse dissentam, coelum versantem, terram tuentem, ma-*
522 *ria moderantem; cur tam multos Deos nihil agere & cessare patitur? Cur non rebus humanis aliquos otiosos praefecit Deos, qui a te, Balbe, innumerabiles explicati sunt?* Rursus, quando *a Diis immortalibus hominibus provisum esse a principio*, ait *Cicero*, ex *Platonis* disciplina sententiam hanc interpretari convenit: qui quidem Deos atque daemones primum a supremo Numine conditos esse, at postea ab eodem hominibus ceterisque naturae mortalis animantibus fabricandis adhibitos esse, asseverabat. Postremo, quod multis videtur explicatu ceteris omnibus difficilius, *Ciceronis* scitum, *providentia Deorum mundum & omnes mundi partes initio constitutas esse*, neque id conturbabit aliquem, si de illis, quos aeternos esse *Plato* dixit, Diis accipiatur, quorum ad similitudinem seu imaginem cum ipse mundus, tum homines effecti dicebantur esse. Hi Dii tres illae sunt *Platonis* in uno Deo *hypostases*, quas *Amelius* tres *Platonis* mentes seu tres ejus reges vocat, alii vero discipulorum ejus primum, se-

(*) Cap. 1. p. 3389. T. IX. Opp.

(n) *Alias*] *Tusculan. Quaest. Lib.* I. *Cap.* 30. *p.* 2609. Sed in describendo hocce dicto iterum non nihil peccatum est. Non legas apud *Ciceronem*, ticuti hic: *Dominans nobis Deus*, sed: *Dominans* IN NOBIS *Deus.* Deus vero, qui dominatur in hominibus, Stoicis est animus rationis compos, seu recta ratio. Ex quo non de summo & celsissimo Numine has voces esse capiendas, apparet.

(o) *Item*] Hic locus exstat *de divinatione Lib.* I. *Cap.* 53. *p.* 3177. *T.* IX. *Opp.*

(p) *Summi Dei*] Credibile omnino est, hunc mihi oculos habuisse locum *Cudworthum*, qui in *Somnio Scipionis C.* 4. *p.* 3977. *T.* X. *Opp.* legitur: *Novem tibi orbibus connexa sunt omnia: quorum unus est coelestis, extimus, qui reliquos omnes complectitur*, SUMMUS *ipse* DEUS. *arcens & continens ceteros.* At hic *summus Deus Ciceronis* est supremus novem illorum orbium, ex quibus coelum constare putabant veteres. Hunc orbem quare summum appellet Deum, *Ramus & Vinetus* in *Observationibus ad h. l.* indagarunt. Huic loco adde tamen alium, in quo *supremum Deum* memorat, *de legibus Lib.* I. *C.* 7. *p.* 3304. *T.* IX. *Opp.*

(q) *Sum-*

Digitized by Google

ſecundum, & tertium Deum, ſeu primam, ſecundam, & tertiam cauſſam, τὸ πρῶτον αἴτιον, τὸ δεύτερον αἴτιον nominant. Atque hanc expoſitionem non mediocriter id roborat, quod a *S. Cyrillo* memoriae proditum eſt, fuiſſe in aetatis ſuae philoſophis, qui ex ipſis *Moſis* libris dogmatibus hiſce ſuis & loquendi modis colorem & praeſidium quaeſiverint: Θεοῖς ἑτέροις ὑποτιθέασιν ὁ τῶν ὅλων Φάναι Θεὸν· ποιήσωμεν κατ' εἰκόνα ἡμετέραν καὶ καθ' ὁμοίωσιν. *Quid ſibi velint illi, qui ſuſpicantur, Deum univerſi creatorem aliis Diis* (τοῖς μὲν ἑαυτοῦ δευτέροις καὶ ὑπ' αὐτὸν ὄσι, *ſecundariis & eo inferioribus*) *haec loquutum eſſe: Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram?* Quod quidem *Moſis* dictum *Cyrillus* una cum aliis Chriſtianis exiſtimat de Trinitate intelligi debere. Atqui aeterni hi, quos *Plato* vocat, Dii, quorum ad imaginem & exemplum orbem ipſum terrarum & homines conditos & conſtructos eſſe, putat, quosque omnes ſuam ad opus hoc mirabile perficiendum induſtriam & operam contuliſſe, opinatur, tametſi unus tantum eorum proprie δημιουργὸς ſeu *conditor* appelletur, non totidem Dii ſunt, id quod ante jam monui, per ſe ex omni aeternitate exiſtentes, nec ullius imperio ſubditi, verum omnes uno ex fonte ac principio prodierunt. Quamobrem, quum *Platonis* hac in re veſtigia premat *Cicero*, totque aliis in locis aperte fateatur, unius Dei numine rerum univerſitatem conſtitutam eſſe primum & adminiſtrari, qui multos nihilominus Deos ejusdem poteſtatis & dignitatis ab eo credunt inductos eſſe, quorum quisque partem mundi quamdam produxerit, hi viderint, ne in magni hominis memoriam cunctis, qui ſapiunt, injurioſi (*x*) videantur.

Itaque, *Cicerone* dimiſſo, ad *M. Terentium Varronem*, aequalem ejus divertere placet, qui multarum rerum ſcientia & cognitione tantam ſibi comparavit, quantam nemo Romanorum alius, famam, nec, quamvis eloquentia & dicendi facultate nonnullis cederet, eruditione, & antiquitatis praeſertim notitia, ullum umquam civium ſuorum parem habuit. *Libris* autem is *uno & quadraginta* omnem divinam humanamque antiquitatem tam perite ac ſcienter complexus eſt, ut ipſos longe vinceret Romanorum Pontifices; quorum ſaepiſſime correxit in iis rebus, quae ad religionem pertinent, inſcitiam & ignorantiam. Notum eſt, in his libris tria eſſe ab eo conſtituta Theologiae genera: unum *mythicum* ſeu fabuloſum, alterum *phyſicum* ſeu naturale, poſtremum *civile* ſeu populare. Quorum quidem illud ſcenae ac theatro, iſtud hominibus ſeu viris potiſſimum rerum peritis, hoc denique civitatibus ſeu multitudini in civitatem coactae in primis accommodatum eſt. Haec etiam *Scaevolae*, eruditi illius Pontificis, doctrina fuit, qui

(*q*) *Summi Refloris*] Vid. *Lib.* IV. *de finib. bonor. & malor.* C. 5. *p.* 2471. *T.* VIII. *Opp.*

(*r*) *Praepotens Deus*] *De legibus Lib.* I. *Cap.* 7. *p.* 3304. *T.* X. *Opp.*

(*s*) *Jupiter*] Vid. *Lib.* II. *de divinat.* C. 18. *p.* 3204. *T.* IX. *Opp.*

(*t*) *Princeps*] Vid. *Somnium Scipion. Cap.* 3. *p.* 3973. *T.* X. *Opp.*

(*v*) *Fac*] *De natur. Deor. Lib.* III. *Cap.* 39. *p.* 3107. *T.* IX. *Opp.* Mico vero judicio ex hoc loco non intelligitur, quae *Ciceronis* fuerit ſententia. Etenim primo *Vellejus* more Academicorum id tantum agit hic, ut *Balbum* retundat, ipſe vero certi nihil conſtituit. Deinde *Cicero* ipſe, id quod vir doctus ſupra jam obſervavit, extremo hoc opere *Vellejum* deſerit, probabilioremque videri ſibi *Balbi* ſententiam fatetur.

(*x*) *Videantur*] Circuitus vir doctiſſimus hic ſine ulla quaerit neceſſitate. *Cicero* hunc quum exararet locum, de Diis *Platonis* aeternis ne cogitavit quidem. Stoicus in illo loquitur, & ſectae ſuae ſententiam exponit, id quod ipſe ſupra animadvertit *Cudworthius*. Hanc vero familiam ſtellis, quas in Deorum habebat numero, locum aliquem in procreatione & adminiſtratione hujus mundi dediſſe, ſatis paullo ante oſtendimus, quum *Ciceronis* dictum hocce ſimilitra erroris inſimulari, docuimus.

(*y*) Ob-

qui triplex Deorum genus esse praecipiebat, *poëticorum*, *philosophicorum*, & *civilium*. *Mythicum* seu poëticum Theologiae genus, id quod ex hisce verbis ejus patet, rem vilem & abjectam ducebat esse *Varro:* (*) *In eo*, inquit, *sunt multa contra dignitatem & naturam immortalium ficta. In hoc enim est, ut Deus alius ex capite, alius ex femore sit, alius ex guttis sanguinis natus. In hoc, ut Dii furati sint, ut adulteraverint, ut servierint homini. Denique in hoc omnia Diis attribuuntur, quae*
523 *non modo in hominem, sed etiam in contemtissimum hominem cadere possunt.* Alterum genus seu *naturalem* Theologiam *Varro* unice quidem esse veram, at nimis abstrusam & reconditam, quam ut a multitudine capi posset, censebat. Itaque rei publicae interesse arbitrabatur, ut medium quoddam genus religionis, inter poëticam & naturalem interjectum, esset, quod vulgi commodum & aptum esset ingeniis. Atque hoc illud est, quod *civile* nominabat. (†) *Multa* enim putabat *esse vera, quae vulgo scire non sit utile, & quaedam, quae, tametsi falsa sint, aliter existimare populum, expediat.* Eodem modo *Scaevola*, Romanus Pontifex, expedire judicabat, ut plebs ignoret, verum Deum neque sexum, nec aetatem, nec corporea denique membra habere. *Expedire igitur existimat*, *Augustini* verba recito, (§) ejus sententiam explicantis, *falli in religione civitates; quod dicere etiam in libris rerum divinarum ipse Varro non dubitat.* Quocirca *Varro*, tametsi poëtarum Theologiam sperneret ac improbaret, bono tamen & salutari, ut ipse quidem arbitrabatur, consilio *civilem* seu popularem, quam Romani tum temporis profitebantur, Theologiam pro virili parte defendebat, nec contemni publice patiebatur. Quamquam hoc ita faciebat, ut simul non dubitaret confiteri, (**) *si eam civitatem novam constitueret, ex naturae potius formula Deos & Deorum nomina se fuisse dedicaturum.* Ipse vero quidnam sentiret de Deo, id in *divinarum rerum Libris* sine ullo circuitu exposuit, ex quibus *Augustinus* hausit, quae de eo retulit. Deum esse mentem existimabat seu rationem per universam rerum naturam pertinentem & commeantem. (††) *Hi soli Varroni videntur animadvertisse, quid esset Deus, qui crediderunt, eum esse animam, motu ac ratione mundum gubernantem.* Ergo planum & propositum omnino est, *Varronem* uni Deo rerum omnium gubernationem & administrationem attribuisse. Id vero in eo requirit tantum *Augustinus*, quod Deum animam vocaverit, quem potius effectorem animae, aut mentem simplicem & ab omni concretione mortali segregatam, appellare debuisset. Utcumque est, *Varro* totum mundum huncce animatum, aut animam verius mundi hujus, summum illud Numen decernebat esse, cujus ratione atque voluntate omnia regerentur; quod Numen praeterea variis compellari nominibus, in terra exempli caussa Tellurem, in mari Neptunum dici, affirmabat. Huic autem uni Deo alios more civium suorum minoris numeri Deos adjungebat: qui quidem Dii partes ei erant mundi hujus, quem videlicet anima praeditum esse judicabat, mentibus instructae humanis mentibus excellentioribus. (§§) *A summo circuitu coeli usque ad circulum lunae aethereas animas*

(*) Augustinus de civ. Dei Lib. VI. C. 5. (p. 116. T. VII. Opp.) (†) Aug. de civit. Dei L. IV. Cap. 31. (p. 87. T. VII. Opp.) (§) De civit. Dei L. IV. C. 27. p. 84. T. VII. (**) De civit. Dei Lib. IV. C. 30. p. 87. (††) De civit. Dei Lib. IV. C. 9. (potius C. 32. p. 87.) (§§) De civit. Dei Lib. VII. C. 6. p. 129. T. VII. Opp.

(y) *Observare*] Stoicorum philosophiam quum praetulerit reliquis *Seneca*, & publice professus sit, quae de Deo & religione senserit, ex illis addiscentur facile, quae de Stoicorum erga Deum pietate paullo ante diximus.

(z) *Dederit*] Dubito an *Quintiliani* mentem hic

mas esse astra ac stellas, eosque coelestes Deos, non modo intelligi esse, sed etiam videri: inter lunae vero gyrum & nimborum cacumina aëreas esse animas, sed eas animo, non oculis, videri, & vocari heroas & lares & genios. Ex quibus omnibus naturales Deos *Varroni* visos esse nullos, perspicuum est, id quod ipsemet testatur, praeter magnam illam mundi animam, totam rerum naturam arcentem & continentem, ac partes animati hujus mundi, quas hominibus meliores & praestantiores esse putabat. Atque Deos hosce *castius* & sanctius sine imaginibus & simulacris coli jubebat, id quod Romanorum majores ante centum & septuaginta fecissent annos. (*) *Qui primi*, inquit, *simulacra Deorum populis posuerunt, illi civitatibus suis & metum demserunt, & errorem addiderunt: prudenter existimans*, ut *Augustinus* addit, *Deos facile posse in simulacrorum soliditate contemni.*

Christi, Servatoris nostri, atque amicorum ejus aetate *L. Annaeus Seneca*, magni nominis philosophus, vixit. Is vero, quamvis multos passim Deos laudet, ita tamen multitudine eo sese abduci non est passus, ut unum summumque Deum esse negaret. Nam & saepe Deum excellentiori ratione nominat, & varias ejus descriptiones suppeditat, luculentos summi erga eum studii testes. Ita Deum appellat (†) *formatorem universi: rectorem & arbitrum & custodem mundi, ex quo suspensa sunt omnia: animum ac spiritum universi: mundani hujus operis dominum & artificem, cui nomen omne convenit, ex quo nata sunt omnia, cujus spiritu vivimus: totum suis partibus inditum, & se sustinentem sua vi: cujus consilio huic mundo providetur, ut inconcussus eat, & actus suos explicet: cujus decreto omnia fiant: divinum spiritum per omnia maxima & minima aequali intentione diffusum: Deum potentem omnium:* (§) *Deum illum maximum potentissimumque, qui ipse vehit omnia: qui ubique & omnibus praesto est: coeli & Deorum omnium Deum, a quo ista Numina, quae singula adoramus & colimus, suspensa sunt.* Omitto alia ejusdem generis nomina. Huc accedit, quod *Augustinus* scriptum reliquit, (**) *Senecam Libro contra superstitiones* scripto, quem temporum abstulit injuria, non modo naturalem Theologiam eximiis ornasse laudibus, verum etiam populares de Diis sententias, quae tum Romanorum occupaverant animos, majori libertate & acrimonia reprehendisse, quam *Varro* fabulosam vitu- 524
peraverat, quae in theatris tum dominabatur, Theologiam. Pleraque vero instituta, quae ad religionem pertinerent publicam, virum sapientem, ait, *tamquam legibus jussa*, ut boni nimirum civis officio satisfaciat, *non tamquam Diis grata*, (*y*) observare.

M. Fabius Quintilianus, quum *Senecae* alioquin non nimis faveat, de religione & Diis tamen idem, quod ille, non veretur praecipere. Principio Dei hanc tradit definitionem, tamquam publice receptam: (††) *Deus est spiritus omnibus partibus immistus.* Qua fretus *Epicurum*, licet verbo Deos esse constituerit, ad Dei contemtores tamen amandat, eo quod talem non esse Deum censuerit, qualem haec finitio describit, sed humanam ei formam locumque inter mundos (*z*) dederit. *Pli-*

(*) De civ. Dei Lib. IV. C. 31. p. 87. T. VII. Opp. (†) Nat. Quaest. Lib. II. C. 45. p. 537. T. II. Opp. (§) P. 442. ed. Lipsi. (**) Civ. Dei Lib. VI. C. 10. (p. 122.) (††) Lib. VII. C. 3.

hic recte vir eximius exposuerit, an vero non nihil caussae dederit, quam agendam susceperat. Existimabunt hac de re lectores omnium optime, totum *Quintiliani* locum *ex Instit. orator. Lib.* VII. *Cap.* 3. *p.* 412. describam: *Quando*, inquit, *de nomine constat, de re dubium est: interim conjectura est: ut si quaeratur, quid sit Deus. Nam qui id neget, Deum esse spiritum omnibus partibus immixtum,*

Digitized by Google

Plinium Juniorem exquisitis novimus Christianos suppliciis affeciſſe, censuiſſeque, (*a*) *qualecumque esset, quod fatercntur, pervicaciam certe & inflexibilem obstinationem debere puniri.* Itaque multos eorum cogebat imperatorum simulacra venerari, statuis & signis Deorum sacrificia offerre, denique *Christo* Servatori maledicere. Et hic ipse tamen *Plinius*, Christiani nominis osor, unum esse Deum, rebus omnibus providentem, asseverare non dubitat. Argumento est *Panegyricus*, quem *Trajani* dedicavit honoribus, quo summum illud Numen *Deus ille* vocatur, *qui manifestus ac praesens coelum ac sidera insidet* (*). (*b*) In ipso statim orationis limine prece Deum hunc compellat: quod idem extremo quoque non intermittit *Panegyrico.* Postremo multos videas locos, quibus eum singulari modo nominat, & de vulgo Deorum eximit. Speciminis instar unum proferam: *Occultat utrorumque semina Deus, & plerumque bonorum malorumque causſae sub diversa specie latent.* Jam quid de *Apulejo* dicam? cujus commentitiis miraculis Deorum amici, quemadmodum & *Apollonii Tyanaei* mirabiliter factis, causſam suam tueri (*c*) conabantur. Multis ille librorum suorum locis unum profitetur excellentissimumque Numen, ex quibus unum referre placet: (†) *Quum summus Deorum cuncta haec non solum cogitationum ratione consideret, sed prima, media, & ultima obeat, compertaque intimae providentiae ordinationis universitate & constantia regat.* Ad extremum *Symmachus*, quo nemo acrius collapsis Deorum rebus succurrere studuit, Deorum cultores unum, eumdemque, quem *Christi* sectatores, Deum venerari, dispari licet lege & ritu, confirmat. Nec enim, ut simili ab omnibus populis ratione Deus colatur, necessarium judicat. (*d*) *Aequum est, quidquid omnes colunt,* UNUM *putari. Eadem spectamus astra: commune coelum est: idem nos mundus involvit. Quid interest, qua quisque prudentia verum requirat? Uno itinere non potest perveniri ad tam grande secretum.* Cujus orationis sententiam (*e*) eleganter his versibus expressit;

525 *Uno omnes sub sole siti vegetamur eodem*
Aëre, communis cunctis viventibus aura.

Sed

(*) Nec non mundi parens, & parens hominum Deorumque.
(†) De philos. p. 278. ed. Col.

tum, non *hoc dicat, falsam esse illius divinae naturae appellationem; sicut Epicurus, qui humanam ei formam locumque inter mundos dedit. Nomine uterque uno utitur; utrum sit in re, conjectat.* Nisi me fallit animus, neque Dei hanc finitionem publice receptam esse, *Quintilianus* tradit, neque *Epicurum*, spernentem hanc Dei descriptionem, propterea contemti Dei & religionis postulat. Hoc tantum affirmat, & cum, cui haec placeat Dei finitio, & *Epicurum*, cui displiceat eadem, consentire, esse aliquam naturam, cui nomen Deus conveniat, dissentire vero, qualis ea sit natura. Ceterum, de religione quod dicam celeberrimi hujus rhetoris, nihil habeo. Nec enim usquam clare ac aperte animi sui sententiam expressit.

[*a*) *Qualecumque*] Sumta sunt haec verba ex notissima ejus ad *Trajanum* epistola, *Lib. X. Epistolar. Ep.* 97. *p.* 456.

(*b*) *In ipso*] Et in exordio & in fine *Panegyrici Plinius Jovem optimum maximum & Jovem Capitolinum* prece compellat. Restat, ut explicetur, quod, nam fieri possit, dubito, an his verbis Jovem illum, quem Romani colebant, Saturni filium, designaverit, an vero summum illud, quod regit & gubernat omnia, Numen. Ego quidem sic opinor, ex oratoris cujusdam *Panegyrico*, non seeus ac ex carmine poëtae, quid de religione senserint auctores, haud facile posse intelligi. Nam utrique generi magna concessa est fingendi & ad vulgi sententias verba sua componendi facultas.

(*c*) *Conabantur*] Auctore *Augustino Ep.* 138. *p.* 317. *Tom.* II. *Opp.*

(*d*) *Aequum est*] *Symmachus Epistolar. Lib.* X. *Ep.* 61. *p* 442.

(*e*) *Prudentius*] *Libro* II. *contra Symmach. vs.* 85. *s. p.* 285. Alter locus est *vs.* 842. *s. p.* 308. tertius *vs.* 846. *s. p.* 308.

(*f*) *Aliquot locis*] Sed mihi hos in isto *de mundo libello* locos reperire non licuit. Contra ex *ultimo* ejus *Capite*, quo Deum unum variis compel-

Digitized by Google

Sed quid ſit qualisque Deus, diverſa ſequuti
Quaerimus, atque viis longe diſtantibus UNUM
Imus ad OCCULTUM: *ſuus eſt mos cuique genti,*
Per quod iter properans eat ad tam grande profundum.

Idem, interjectis aliis, ita canit:

Secretum ſed grande nequit rationis opertae
Quaeri aliter, quam ſi ſparſis via multiplicetur
Tramitibus, & centenos terat orbita calles,
Quaeſitura Deum variata indage latentem.

Cujus ſententiae confutationem ſic exorditur *Prudentius:*

Longe aliud verum eſt: nam multa ambago viarum
Anfractus dubios habet, & perplexius errat.
Sola errore caret ſimplex via, neſcia flecti
In diverticulum, biviis nec pluribus anceps.

His omnibus teſtimoniis Graecorum auctorum quorumdam, qui recentiori floruerunt memoria, pronuntiata adjungere placet. *Librum de mundo Ariſtoteli* fine ratione adſcribi, facile largior: attamen, quin ſcriptor ejus homo fuerit Deorum cultui deditus, nullum reſtat dubium. Namque recte eos & praeclare facere, (*f*) aliquot locis perhibet, qui rem ſacram Diis facerent, heroësque ac defunctorum animas victimis placarent. Neque *Apulejus*, ſi de Diis male ſentire hominem cognoviſſet, tantam libri hujus partem Latine vertiſſet, in ſuumque *de mundo Librum* tranſtuliſſet. Hic igitur ſcriptor non modo hanc (*g*) *Heracliti* pronuntiatio-

pellari nominibus docet, intelligi poſſe, putem, ſpretam ab auctore fuiſſe illam Deorum multitudinem, cui ſupplicavit olim Graecia. Doctiſſimus *Cudworthus*, haec quum ſcriberet, haud dubie iſta in animo verba habuit, quae *Cap.* 6. *p.* 865. *T.* I. *Opp. Ariſtotelis* exſtant: Γίνε) ϗ κ) *διοικοῦντας πάντα*, κ) *πανηγύρεις ἑορτάς*, ΘΕΟΙΣ τε θυσίας, κ) *τοὺς τῶν θανάτων*, κ) *γοὰς καταπαύεται*. *Fiunt & epulae legitimae, aguntur dies feſti, jam anniverſaria ſacrificia fiunt divis, heroësque ritu ſuo colunt*ur, *poſtremo inferiae mortuis inferuntur.* Ex hoc vero loco numquam, niſi me fallunt omnia, conficias, ſcriptorem *Libri de mundo* multis Diis ſerviiſſe. Etenim non laudat vel probat eos, qui haec omnia faciunt, ſed narrat tantum, quid rerum geratur inter homines, variaque civium unius rei publicae officia & negotia recenſet. Comparat nimirum hoc in loco mundum cum civitate quadam; &, quemadmodum in civitate unius omnia nutu ac lege gerantur, varia licet ac diverſi generis, ita etiam in mundo, tametſi infinita ſunt, quae accidunt in eo, univerſa tamen Dei numine ac poteſtate adminiſtrari, diſputat. Quam ab *Apuleſo* vir doctiſſimus ducit rationem, ut hunc *Libri de mundo* ſcriptorem Diis pluribus fuiſſe deditum oſtendat, eam nullius plane virtutis eſſe, apertum eſt.

(*g*) *Heracliti*] Non exiſtimo, dicti *Heraclitei* eam eſſe, quam vir doctiſſimus eſſe putat, ſententiam: *ab uno Deo cuncta eſſe comparata & facta.* Auctor *Libri de mundo Cap.* 5. *p.* 856. *T.* I. *Opp. Ariſtotelis*, mundum ex contrariis & repugnantibus, ſed amice tamen inter ſe conſentientibus, conflatum eſſe docet; idque *Heraclitum*, his etiam ſignificaſſe verbis, ſubjicit: Συναφῆιας ὅλα, κ) οὐχὶ ὅλα, συμφερόμενον κ) διαφερόμενον, συᾴδον κ) διᾴδον· κ) ἐκ πάντων ἓν, κ) ἐξ ἑνὸς πάντα. *Criſpa & minime criſpa una vinxeris, conſentiens & diſſentiens, conſonans & diſſonans: unum etiam ex omnibus, omniaque ex uno.* Vim hujus effati ex intimis philoſophiae *Heraclitei* receſſibus ita erudite declarat *Godefr. Olearius Diſſ.* II. *de Heraclitii principio rerum omnium* §. 8. *p.* 865. in *Thom. Stanleji Hiſtoria philoſ. Ex omnibus unum, inquam ἐξ ἑνὸς τὰ πάντα, dum omnes atomi diverſae figurae, quas ὅλα κ) οὐχὶ ὅλα vocat Heraclitus, in unam*

tionem comprobat: Ἐκ πάντων ἓν, καὶ ἐξ ἑνὸς πάντα, cujus ſententia eſt: *Ex omnibus factum eſſe unum aptiſſime concinens ſyſtema, & ex uno viciſſim omnia eſſe derivata;* verum ipſe etiam de ſummo omnium Numine pulcre atque luculenter diſſerit. Deum nempe vocat (*) ϑ ϖ ὅλων συνεκτικὸν αἰτίαν, *cauſſam omnia continentem*, & τὸ δ κόσμε κυριώτατον, *praecipuam mundi & principem partem.* Ipſam vero de Deo diſputationem hiſce verbis, inchoat: Ἀρχαῖος μὲν ἔν τις λόγος καὶ πάτριος ἐξ ἀνθρώπων ἀνδρώπις, ὡς ἐκ θεῦ τὰ πάντα καὶ δι' θεῦ ἡμῖν συνέστηκε· ἐθερμία ἡ φύσις, αὐτὴ καθ' ἑαυτὴν αἰτία ἄρσης, ἱκανωθεῖσα δ ἐκ τέτε σωτηρίας. *Vetus igitur ſermo eſt a majoribusque proditus inter omnes homines, univerſa tum ex Deo, tum per Deum conſtituta fuiſſe atque coagmentata, nullamque naturam ſatis inſtructam ad ſalutem eſſe poſſe, quae citra Dei praeſidium ſuae ipſa demum tutelae permiſſa ſit.* Quem dum recito locum, non poſſum, quin *Apulejum*, a quo hic locus Latine redditus eſt, moneam, ſententiam auctoris pervertere. *Vetus*, inquit, *opinio eſt, atque in cogitationes omnium hominum penitus incidit, Deum eſſe, originis non habere auctorem, Deumque eſſe ſalutem ac perſeverantiam earum, quas effecerit, rerum.* Graeca majus aliquid & amplius hominibus tribuunt. Omnibus enim mortalibus hoc inſitum eſſe, dicunt, res omnes a Deo profectas eſſe, ejusque cura conſervari, neque aliquid extra Deum poſitum ſemet ipſum naturamque ſuam conſervare poſſe. *Apulejus* immutat haec, idque tantum humano ait generi perſuaſum eſſe, eſſe Deum, Deum huncce ex nulla re alia genitum eſſe, denique omnibus rebus, quas quidem ipſe creaverit & produxerit, ſalutis & incolumitatis auctorem eſſe. Ex quo quidem intelligi videtur, *Apulejum*, quem *Plutarchi* ferunt ex familia eſſe, *Plutarchi* portentis quoque infectum fuiſſe, atque omnia negaſſe a Deo eſſe facta, & ab eo conſervari, id quod *Libri de mundo* ſcriptor docet, binas vero alias naturas Deo adjunxiſſe, ſimiliter aeternas, nec aliunde procreatas, materiam, malumque principium quoddam. Interjectis nonnullis, idem auctor *Libri de mundo*, quemadmodum ſupremum Numen uno ſimplicique motu efficientiaque ſua, ſine ullo labore ac moleſtia, tot tamque varia motionum genera, quae hanc univerſitatem concitant, & primum produxerit, & moderetur omni tempore, quaque ratione poſſit συνέχειν ϑ ϖ ὅλων ἁρμονίαν τε & σωτηρίαν, *continere harmoniam & ſalutem totius mundi*, eleganter, comparationibus adhibitis, declarat. Quam quidem diſputationem ita concludit: (†) ὅπερ ἐν νηὶ κυβερνήτης, ἐν ἅρματι ἡνίοχος, ἐν χορῷ κορυφαῖος, ἐν πόλει νόμος, ἐν στρατοπέδῳ ἡγεμών, τῦτο θεὸς ἐν κόσμῳ *Quod in navi gubernator eſt, quod in curru agitator, quod in choro praecentor, quod denique lex in civitate, & dux in exercitu, hoc Deus eſt in mundo.* Quamquam hoc inter utrosque intereſt, quod nonnullorum, quos nominavit, gubernatio curae, moleſtiae, ac negotii pleniſſima ſit, Dei vero imperium, quo mundum hunc temperat & regit, ab omni remotum difficultate ac

ſol-

(*) C. VI. (p. 858. T. I. Opp. Ariſt.) (†) (P. 864.)

nuſſam concrevere: ex uno omnia, ἐκ ἑνὸς τὰ πάντα, *dum*, ut inferius §. 12. *p.* 869. rem exponit, *ex rudi mole & indigeſta, divina cura, corpora ad ornatum hujus mundi ſpectantia educuntur.* Quibus obſervatis, ita vir veteris philoſophiae peritiſſimus *Cudworthum* noſtrum caſtigat: *Sane iſtum verum verborum Heracliti apud Ariſtotelem ſenſum eſſe, peno, qui totum locum conſideraverit, diffitebitur; ut mirum proinde ſit, doctiſſimum virum, R. Cudworthum ſublimius quippiam in iſtis quaeſiviſſe, dum auctorem Libri de mundo commendat, quod non tantum illud Heracliteum,* ἐκ ἑνὸς τὰ πάντα, *allegaverit, ſed & ipſe egregie de ſummo Deo docuerit.* Sartis feliciter num ſententiam *Heraclii* aſſequutus ſit *Olearius*, alio loco, uti ſpero, inveſtigabitur: id vero non poſſum, quin fatear, *Cudworthum* noſtrum

Digitized by Google

ſollicitudine. Nam, quod idem ſubjicit auctor, *Deus ipſe in loco ſtabili immotoque collocatus, omnia movet & circumagit pro arbitratu, non ſecus ac lex civilis, quae immobilis ipſa exſiſtens in utentium animis, regit omnia ad rem publicam pertinentia.*

Plutarchus Chaeronenſis, id quod ſupra demonſtratum eſt, malo quodam fato in binas inciderat opiniones, veri plane neſcias. Nam quod illud veterum ſcitum: *Ex nihilo nihil fit*, arctius tenebat complexum, ideo primum materiam initii expertem & aeternam eſſe, aſſeverabat. Deinde vero malum quoddam mente ſibi fingebat principium, ſive animam rationis expertem, aut daemonem ex infinito tempore exſiſtentem, unde omnis ad homines fluxiſſet malitia & pravitas: cujus opinionis hanc afferebat (*b*) cauſſam: Τῷ καὶ αὐ γεγονέναι τῷ μὴ ἐκ θεῶν πρόνοιαν, ὥσπερ τὸ φαῦλον ἐπίγραμμα τῷ μὴ ἐκ ποιητῆ βούλησιν, πᾶσαν ἐπίνοιαν ἀτοπίας ὑπερβάλλ. *Nihil fingi animo ineptius & abſurdius poteſt, quam hoc, malitiam non ſecus a Dei providentia proficiſci, quam malum epigramma ex poëtae cujusdam voluntate procedit.* Quamobrem ſupra a nobis in eorum relatus eſt numerum, qui binos eſſe Deos ſtatuerunt. Praeter haec, quum ipſe Apollinis Pythii ſacerdos eſſet, multis illis, quos tum orbis venerabatur, Diis divinum etiam adhibere non dubitabat honorem. At hoc tamen non impedimento erat homini, quo minus unum eſſe omnis boni parentem & auctorem, qui, ſi materiam & malum demas, res omnes perfeciſſet, totumque non minus orbem, quam omnes, qui verſarentur in eo, Deos, finxiſſet, aſſeveraret. Atque hanc rerum omnium cauſſam non raro peculiari ratione *Deum* appellat. Sic (*i*) θεὸν ait ἀεὶ γεωμετρεῖν, *Deum ſemper Geometriam tractare*, id eſt, certa res omnes menſura ac proportione conficere. Eumdem (*k*) affirmat πάντα καθ' ἁρμονίαν κατασκευάζεσθαι, *ad harmoniam Deum omnia inſtituere.* Eſt & hoc in (*l*) enuntiatis ejus: Ὁ θεὸς ἁρμονικὸς καλεῖται καὶ μουσικός. *Deus harmonicus vocatur & muſicus.* Praeterea variis cognominibus majeſtatem Dei hujus inculcat. Ita ὁ μέγας θεὸς, *magnus ille Deus*, ὁ ἀνωτάτω θεὸς, *Summus & celſiſſimus Deus*, ὁ πρῶτος θεὸς, *princeps Deus*, ipſi dicitur. Ut reliquos omnes Deos una cum ipſo mundo certo tempore procreatos eſſe, ſignificet, hunc, quem diximus, ſummum Deum θεὸν nominat ἀγένητον, *Deum ex nullo generatum, ſed ex ſe veluti ortum.* Alio quodam loco πέλαγος τοῦ καλοῦ, *mare pulcritudinis*, ab eo vocatur. *Libro* vero *de inſcriptione Delphici templi* ſtabilitatem ejus & perpetuitatem, nullis temporum intervallis diſtinctam, peregregie explicat. Poſtremo ab hoc omnes homines Deo petere, affirmat, quae viribus ſuis majora eſſe intelligerent: Ὅσα μὲν παρ' ἡμῖν ἰσχύει, ἀρχόμεθα τοῦ θεοῦ διδόναι.

Dionem Chryſoſtomum, Sophiſtam & *Plutarchi* aequalem, multos exiſtimaſſe Deos eſſe, omni vacat controverſia. Idem vero mundum praecipit unius regis imperio & voluntati parere, (*) βασιλεύεσθαι τὸ ὅλον. Summum vero hunc orbis moderatorem.

(*) P. 199. (ed. Morelli.)

ſtrum recte reprehenſum eſſe.

(*h*) *Cauſſam*] *Libro de fato p.* 572. *T.* II. *Opp.*

(*i*) *Deus ait*] Memoria fallit doctiſſimum virum. Non *Plutarchi* hoc dictum eſt, ſed *Platonem* ita praecepiſſe ferunt. *Plutarchus* tamen *Sympoſiacon Lib.* VIII. *Quaeſt.* II. *p.* 718. *T.* II. *Opp.* in vim & ſententiam pronuntiati hujus non inepte inquirit.

(*k*) *Affirmet*] Neque hoc ex ſuo ſenſu *Plutarchus* affirmat in extremo *de Muſica Libro p.* 1147. *T.* II. *Opp.* ſed ex ſenſu Pythagoreorum & aliorum veterum philoſophorum, quos ita docuiſſe narrat.

(*l*) *Enuntiatis*] Hoc mihi pronuntiatum invenire haud licuit apud *Plutarchum.*

Digitized by Google

rem variis compellat nominibus, nunc (*) ὁ κοινὸν ἀνθρώπων καὶ θεῶν βασιλέα καὶ ἄρχοντα, καὶ πρύτανιν, καὶ πατέρα, *communem Deum hominumque regem, gubernatorem atque parentem* eum vocans, nunc (†) ὁ πάντων κρατοῦντα θεὸν, *Deum rebus omnibus imperantem*, alias (§) ὁ πρῶτον καὶ μέγιστον θεὸν, *primum & maximum Deum*, ὁ κορυφαῖον σπουδάσαντα τὸ ὅλον, καὶ κατοδύνοντα τὰ ἅπαντα ἐφορῶντα καὶ κόσμον, *primum rerum omnium praeſidem, qui totum coelum & mundum ita gubernat & adminiſtrat, ut ſapiens gubernator navem*, ὁ δὲ ξύμπαντος ἡγεμόνα ὑμνῶν, καὶ ὁ ὅλης δεσπότην οὐσίας, *principem totius coeli, & univerſae eſſentiae dominum*, nunc ſimilibus eumdem vocabulis ſalutans. Quin etiam omnes homines natura anteceptam quamdam Dei informationem in animis habere, diſputat: (**) Περὶ δὲ θεῶν τὸ μὲν καθόλου φύσεως. καὶ μάλιστα δὲ πάντων ἡγεμόνος, πρῶτον μὲν καὶ ἐν πρώτοις δόξαν καὶ ἔννοιαν κοινὴ δὲ ξυμπάσης ἀνθρωπίνης γένει, ὁμοίως μὲν Ἑλλήνων, ὁμοίως δὲ βαρβάρων, ἀναγκαίως καὶ ἐμφύτως ἐν παντὶ τῷ λογικῷ καὶ φύσιν, ἀλλὰ διδασκάλου καὶ μυσαγωγοῦ. *Quod ad Deorum naturam generatim, ſigillatim vero ſupremi illius omnium rectoris attinet, opinio quaedam eſt de ea in totius humani generis animis, tam Graecorum, quam barbarorum, quae naturaliter illis, ut natura ratione praeditis, inſita eſt, nec ab ullo mortali magiſtro accepta.* Promtum arbitror & propoſitum eſſe, quidnam ſibi velint haecce verba. Neminem eſſe cenſet mortalium, in cujus mentem ipſa hoc non impreſſerit veluti natura, unum eſſe Deum, mundi hujus ſummum moderatorem & rectorem, atque, praeter hunc, multas alias naturas intelligentiae ac rationis compotes, quas vulgo Deos nominent, illo quidem ſummo Deo minores, homine vero praeſtantiores ac nobiliores.

Galenus qualem de Deo ac religione foverit ſententiam, cum multis ex aliis librorum ejus locis, tum ex eo in primis perſpicuum eſt, quem nunc exhibeo, ex *tertio* ejus *de uſu partium Libro* decerptum: (††) Ἀλλὰ γὰρ ἴσως εἰ ἐπὶ πλέον τοιούτων μυθολογοίμι βουκημάτων, οἱ σωφρονέστεροι δικαίως ἂν μοι μέμψαιντο, καὶ μαίνεσθαι φαίεν ἱερὸν λόγον, ὃν ἐγὼ δημιουργοῦντος ὑμᾶς ὕμνον ἀληθινὸν συντίθημι· καὶ νομίζω τοῦτ' εἶναι τὸ ὄντως εὐσέβειαν, οὐχὶ εἰ ταύρων ἑκατόμβας αὐτὸς παρασκευάσας κατακάοιμι, καὶ τὰλλα μύρα μύρων θυμιάσαιμι καὶ κασσίας, ἀλλ' εἰ γνοίην μὲν αὐτὸς πρῶτον, ἔπειτα δὴ καὶ τοῖς ἄλλοις ἐξηγησαίμην, οἷος μὲν ἐστὶ τὸ σοφίαν, οἷος δὲ τὸ δυνάμιν, ὁποῖος δὲ τὸ χρηστότητα· τὸ μὲν γὰρ ἐθέλειν κοσμεῖν ἅπαντα τὸ εὐδιαχύτων κόσμον, καὶ μηδενὶ φθονεῖν τῶν ἀγαθῶν, τὸ πλειστότης χρηστότητος ἐγὼ δείγμα τίθεμαι· ταύτην μὲν οὖν ἀγαθὸς ἡμῖν ὑμνεῖσθω· τὸ δ' ἐξ οὗ ἂν μάλιστα κοσμηθείη, πᾶν ἐξάρτων, ἄκρας σοφίας· τὸ δὴ καὶ δεῖσθαι πάνθ' ὅσα συνέστηκε, δυνάμεως ἀπείρου. *Si longius ſtultum & agreſte hoc hominum genus increparem, viri fortaſſis ſapientes, nec injuria, me reprehenderent, quod ſacram hanc orationem, quam ut verum hymnum in ejus, a quo conditi ſumus, laudes compono, contaminarem. Equidem veram germanamque adverſus Deum pietatem non arbitror in eo conſiſtere, ut taurorum ipſi hecatombas caedam, aut thura ipſi aliosque odores accendam, ſed ut primum memet ipſum cognoſcam, deinde vero aliis, quanta ejus ſit ſapientia, quanta potentia, quanta benignitas, aperiam. Quod enim mundum hunc iſto modo comparaverit, nec cuiquam invideat ex bonis, quae continet, aliquid, id ego*
528 *maximae bonitatis ſignum ac documentum eſſe, arbitror. Quare canere nos eum ut bonum & benignum decet. Quod autem, quemadmodum omnia aptiſſimo modo coagmentari & adornari potuerint, invenire valuerit, id ſignum maximae in eo ſapientiae agnoſco. Ad extremum, quod univerſa, quae decrevit & conſtituit, perficere quoque ipſi facile fuit, id infinitam arguit potentiam.*

De

(*) P. 210. (†) P. 203. (§) P. 446. (**) P. 201.
(††) P. 402. (Cap. 10. Tom. IV. Opp. ed. Baſil.)

De religione *Maximi Tyrii* non locupletiorem a me teſtem excitari poſſe, arbitror, quam ſi ipſa ejus verba, quibus extrema utitur *Diſſertatione prima*, recitem. Sic igitur mentem ſuam enarrat: Βέλομαι δέ σοι δεῖξαι τὸ λεγόμενον σαφεστέρᾳ εἰκόνι· ἐνθὲ μεγάλου δέχεταί τινος ἢ βασιλείου ἐρωμένου, οὗ πάντες μίαν ψυχὴν βασιλέως ἔχουσι καὶ προθυμίαν συμπαίζουσαν τοῦ κινοῦντος ἐκείνου· ὅρον δὲ τῆς δέχεως οὐ Ἅλυν ποταμὸν, οὐδὲ Ἑλλήσποντον οὐδὲ τὴν Μαιῶτιν, οὐδὲ τὰς ἐπὶ τῷ Ὠκεανῷ ἠϊόνας, ἀλλὰ οὐρανὸν καὶ γῆν, τὸ μὲν ὑψοῦ, τὴν δὲ ἔνερθεν· —— βασιλέα δὲ αὐτὸν δὴ τὸν μέγαν ἀτρεμοῦντα, ὥσπερ νόμον παρέχοντα τοῖς ποθουμένοις, σωτηρίαν κατάρχουσαν αὐτῶν, καὶ ἡνιοχοῦς δὲ δέχεως, πολλοὺς μὲν θεοφιλεῖς θεούς, πολλοὺς δὲ ἀφανεῖς· τοὺς μὲν οὖν τὰ πρόσωπα αὐτὰ ἱλαρούς, οἷον εὐσεβείας πνεῦν καὶ βασιλεῖ συγγενεστάτους, ὁμοτραπέζους αὐτοὺς καὶ συνεδρίους, τοὺς δὲ τούτων ὑπηρέτας, τοὺς δὲ ἐπὶ τούτων καταδεεστέρους· Λιγδούνου ὁρᾷς καὶ τάξιν δέχεως καταβαίνουσαν ἐπὶ θεοῖς μέχρι γῆς. *Sed jam id, quod volo, illuſtriori imagine proponam tibi. Finge animo magnum aliquod regnum, aut potentem principatum, in quo reliqui omnes actiones ſuas ad unius regis nutum, qui dignitate & majeſtate antecedit ceteris, ſponte dirigunt. Limes hujus imperii ſit non Halys fluvius, aut Helleſpontus, non Maeotis, aut Oceani littora, ſed coelum ſupra, terra infra. —— In alto magnus rex ille immotus ſedeat, populisque ſuis volentibus leges, quibus ſarti tecti maneant, praeſcribat. Regni autem conſortes ſint Dii multi, quorum alii videntur, alii oculis conſpici non poſſunt. Horum nonnulli, tamquam ſtatores quidam, regique genere proximi, circa veſtibula oberrent, menſae ejusdem familiaeque conſortes; alii rurſus, qui his ſubſerviant. & rurſus alii, qui infra hos ſint. Vides catenam perpetuam, regnique ſeriem, quae a Deo ad terram usque deſcendat.* Hebes ſit, neceſſe eſt, qui hinc non intelligat, unum quidem ſummumque Deum profeſſum eſſe *Maximum*, qui toti dominetur rerum univerſitati, & tres ſimul Deorum minorum claſſes conſtituiſſe, quorum Deus opera in adminiſtratione hujus mundi utatur: quos etiam Deos θεοὺς θεοῦ παῖδας καὶ φίλους, *Deos filios & amicos Dei*, appellat.

Ariſtides, orator & ſophiſta nobiliſſimus, qui aetatem *Adriani* ingenio & ore illuſtravit, hymnum ſeu orationem Jovi, poſtquam tempeſtatem effugerat maximam, conſecravit, quae primum in *Orationibus* ejus locum occupat. Ex qua ſi omnes huc referre locos vellem, quibus unum ſummumque Deum eſſe fatetur, amplum ſatis replere mihi ſpatium liceret. Unus alterque locus ſufficiet. Abſoluto orationis igitur exordio, ſic hominem declamantem audias: ζεὺς τὰ πάντα ἐποίησε, καὶ Διός ἐστιν ἔργα ὅσα ἐστὶ πάντα, καὶ ποταμοὶ, καὶ γῆ, καὶ θάλαττα, καὶ οὐρανὸς, καὶ ὅσα τούτων μεταξὺ ἄνω, καὶ ὅσα ὑπὸ ταῦτα, καὶ θεοὶ, καὶ ἄνθρωποι, καὶ ὅσα ψυχὴν ἔχει, καὶ ὅσα εἰς ὄψιν ἀφικνεῖται, καὶ ὅσα δὴ νοεῖσθαι λαβεῖν· ἐποίησε δὲ πρῶτον αὐτὸς ἑαυτὸν, ὁ Κρὴς ἐν Κρήτῃσιν ἄντρους τεθραμὼς, ὃν ἐμήσατο αὐτὸν Κρόνῳ καταπιεῖν, ὅτ' αὖτ' ἐκεῖνος λίθον κατέπιεν, ὃν ἐκπυδώσοι ζεὺς, ὑδὲ μήποτε κινδυνεύσῃ, ὑδ' ἔστι πρεσβύτερον ὑδὲν Διὸς, ὁ μαθὼν γε ἢ υἱοῖς τε πατέρων πρεσβύτεροι γίνοιτ' ἂν, καὶ τὰ γιγνόμενα τῶν πάντων· ἀλλ' ὃδε ἐστὶ πρῶτός τε καὶ πρεσβύτατος καὶ δεσπότης τῶν πάντων, αὐτὸς ἐξ αὐτοῦ γενόμενος· ὅσοι δὲ ἐγένοντο, ἐκ ἔστιν εἰπεῖν, ἀλλ' ἦν τε ἄρα ἐξ ἀρχῆς, καὶ ἔσται εἰς ἀεὶ, αὐτοπάτωρ τε καὶ μείζων, ἢ ἐξ ἄλλου γεγονέναι· καὶ ὥσπερ τὴν Ἀθηνᾶν ἄρα ἐκ τῆς κεφαλῆς ἔφυσε, καὶ γάμου ὑδὲν προσεδεήθη εἰς αὐτῷ, ἵνος ἐπὶ πρόπαν αὐτὸς ἑαυτὸν ἐξ ἑαυτοῦ ἐποίησε, καὶ ὑδὲν προσεδεήθη ἑτέρου εἰς τὸ εἶναι· ἀλλ' αὐτὸ τοῦναντίον πάντα εἶναι ἀπ' ἐκείνου ἔρξαλο, καὶ σὺν ἔστι χρόνον εἰπεῖν· ἵνα γὰρ χρόνος ἦν πω τότε, ὅτε μηδὲ ἄλλο μηδέν· δημιουργὸν γὰρ ἔχων ὑδὲν ἔστι πρεσβύτερον· ἵνα δὴ δέχη μὲν ἀπάντων ζεὺς, καὶ ἐκ Διὸς πάντα· ἅτε γὰρ ἂν χρόνου τινὸς πρεσβύτερον, καὶ ὑδένα ἔχων τὸν ἀντιπάλουντα, αὐτός τε ἀμῶς καὶ ὁ νόμος ἦν, ἵνα τυχὸν πάντα ἐποίησεν· ἐποίησε γὰρ ὧδε, κ. τ. λ. *Jupiter fecit omnia, & univerſa, quae exiſtunt, Jovis ſunt opera, fluvii, terra, mare, coelum & omnia, quae in his & ſub*

ſub his verſantur: ſimiliter & Dii, & homines, & quaecumque animam habent, omnia, quae vel ſenſu vel ratione percipiuntur. Principio omnium Jupiter ſemet ipſum fecit: nec enim educatus eſt in antris Cretenſibus odoriferis, nec Saturnus devorare eum voluit, nec loco ejus lapidem deglutivit. Numquam in periculo quodam fuit Jupiter, nec umquam erit: neque ulla res antiquior eſt Jove, quemadmodum nec filii majores ſunt parentibus ſuis, nec opera ſuis opificibus; ſed Jupiter primus eſt & antiquiſſimus, princeps omnium rerum, ipſe ex ſemet ipſo genitus. Neque vero, quonam tempore genitus ſit, dici poteſt: 529 *fuit enim ab initio, & erit perpetuo, ipſe ſui pater, & major, quam qui ex alio gigni potuerit. Quemadmodum Minervam ex cerebro ſuo genuit, nec ad eam rem matrimonio opus habuit, ſic antea ſemet ipſum ex ſemet produxit, nec ullius rei ad hanc rem perficiendam auxilio indiguit. E contrario res omnes eſſe coeperunt ab eo, neque tempus quisquam indicare valet: nec enim tum tempus erat, quum nihil, praeter ipſum, eſſet: nec ullum opus antiquius eſſe poteſt opifice ſuo. Ita Jupiter exordium fuit omnium rerum, & ex Jove ſunt omnia, isque melior eſt tempore, quod una cum mundo eſſe coepit.* Rurſus item, aliis interjectis: Ὡς ἡ καὶ θεῶν, inquit, ὅπε φῦλα ὑπερβελὼ ὁ Διὸς ἦ πάντων πατρὸς δωμάτιος ἔνεστι ἔχει, ἢ ἀπηχᾶς ἢ ἢ Ὁμήρω σειρὴν ἅπαν ἂν τις αὐτὸν διέρπῃ), ἢ πάντα ἐξ αὐτοῦ ἐξῆπται· ἔρωτά τε ἢ ἀνάγκην δύο τέτων συναγωγοτάτω ἢ ἰσχυροτάτω ἐν τοῖς πρώτοις ἐγκατέστησε, ὅπως αὐτῶ τὰ πάντα συνέχοιεν, κ. τ. λ. ἐπεὶ θεὸς μὲν, ἀνθρώπων ἐπιμελητὴς, ἀνθρώπως ἢ θεῶν διερμηνεὺς τε ἢ ὑπηρέτας, κ. τ. λ. πάντα ἢ παντα χῆ Διὸς μεστὰ, ἢ ἀπάντων θεῶν ἀγχιστία Διὸς εἶναι ἔχει, κ. τ. λ. *Omnia Deorum genera nihil ſunt, quam emanationes & derivationes ex Jove, omnesque res, id quod Homeri ſignificat catena, connexae ſunt cum ipſo, & ex eo pendent. Is in principio amorem produxit & neceſſitatem, quae duo potentiſſima ſunt & validiſſima rerum omnium vincula, ut eorum auxilio firmiter omnia cohaererent & coagmentarentur. Fecit Deos, ut illi hominum eſſent curatores ac tutores, & viciſſim homines fecit, ut horum Deorum eſſent cultores & adoratores. Omnia ubique locorum plena ſunt Jove, & ceterorum omnium Deorum beneficia ipſius ſunt opus, eique debent unice attribui, quoniam ex praeſcripto & mandato ejus ab his facta ſunt.*

Jam qui poſt introductam in orbem religionem Chriſtianam philoſophando gloriam conſequuti ſunt, ſive *Platoni* ſeſe adjunxerint, ſive *Ariſtoteli*, licet plerique mundum aeternum eſſe ſtatuerent, uno tamen omnes ore ſummum profeſſi ſunt Deum, cum mundi totius, tum reliquorum omnium Deorum parentem & cauſſam. Tacco, *Numenium*, *Plotinum*, *Amelium*, *Porphyrium*, *Proclum*, *Damascium*, & alios in tres etiam divinitatem naturas diviſiſſe, idque unum commemoro, tam ſcite in his philoſophis nonnullos de Deo diſſeruiſſe, ut, quod in eorum reprehendat ſermonibus, nemo unus facile reperiat. Nulli ſigillatim *Plotinus* ſententiarum pondere & gravitate cedit. Et hic ipſe tamen, quum materiam ipſam, resque ſimul omnes ex uno genitas eſſe principio, contendat, in multorum Deorum cultu commendando mirifice copioſus eſt. Legatur, quem ex *Libro* ejus *adverſus Gnoſticos* affero, locus: (*) χρὴ ὡς ἄρισον μὲν αὐτὸν πεποιῆθαι γίνεσθαι, μὴ μέτον ἢ αὐτὸν νομί-

(*) Enn. II. Lib. IX. Cap. 9. (p. 207.)

(m) Ταῦτα] Haec Graeca verba non *Themiſtii* ſunt, ſed *Dion. Petavii*. Edidit *Andr. Dudithius* hanc *duodecimam Themiſtii orationem* Latine ex Graeco converſam. Sed ab eo tempore, neſcio quo fato, Graecum illud exemplar prorſus periit, nec ullis vel *Petavii* vel *Harduini* curis inveſtigari potuit. Hinc *Petavius* in editione, quam dedit, *Themiſtii* jacturam hanc ex ingenio ſupplere,

Digitized by Google

νομίζειν ἄριστον δυνάσθαι γενέσθαι, ὅταν γε ὅπως ἄριστος, ἀλλὰ μὴ ἀνθρώπους ἄλλους ἀρίστους, ἢ μὴ δαίμονας ἀγαθοὺς εἶναι· πολὺ γὰρ μᾶλλον θεὸς, τοὺς τε ἐν τῇδε ὕλῃ καὶ βλέπουσι· πάντων γὰρ μάλιστα τὸ ἡγεμόνικον τῇδε ἅπασι, ψυχῇ μακαριωτάτῃ· ἐντεῦθεν γὰρ ἤδη καὶ τοὺς νοητοὺς ὁρᾶν θεός· ὑφ' ἅπασι γὰρ ἤδη τὸ μέγιστον τῆς ἐκεῖ βασιλείας, καὶ ἐν τῷ πλήθει μάλιστα τῶν θεῶν τὸ μέγιστον αὐτῶν ἐπιδεικνύμενον· οὐ γὰρ τὸ συνεῖναι εἷς ἕν, ἀλλὰ τὸ δεῖξαι πολὺ τὸ θεῖον, ὅσον ἔδειξεν αὐτὸς, τοῦτ' ἔστι δυνάμενον θεῶν τιθέναι, ὅταν μέγιστον, ὃς ἔστι, πολλοὺς ποιῇ, πάντας εἰς αὐτὸν ἀναφέροντας, καὶ δι' ἐκεῖνον καὶ παρ' ἐκείνου ὄντας· καὶ ὁ κόσμος ὅδε δι' ἐκεῖνόν ἐστι, κρατεῖ βλέπει καὶ πᾶς ἐστὶ θεῶν ἔκφορος. *Oportet autem omnibus viribus contendere, ut optimus tandem efficiare, neque putare, te solum fieri posse optimum, alioquin nondum optimus essis, verum cum alios quoque homines optimos esse, tum etiam daemones esse bonos: multoque magis Deos, qui mundum hunc habitantes, superiorem suspiciunt mundum, horum vero omnium maxime totius mundi ducem, animam beatissimam: hinc & Deos intelligibiles colere: praeter cunctos denique, & in cunctis magnum ibi regem omnium venerari: quem quidem in multitudine Deorum potissimum excellentiam suam demonstrare, procul dubio censeamus. Non enim in unicum duntaxat rem omnem repente contrahere, sed explicare tantam divinitatis amplitudinem, quantam explicuit ipse, eorum munus est, qui Dei ipsius potentiam cognoverunt, quatenus videlicet unus ipse, qui est, permanens, efficit multos, qui ab ipso cuncti dependeant, quippe quum per ipsum ab ipsoque sint. Atqui & hic mundus per illum est, & illuc suspicit totus, & quisque Deorum. Themistius*, scholae Peripateticae decus, tantum abest, ut Christianae fuerit religioni amicus, ut probabiliter potius *Petavius* suspicetur, hominem, quando *Empedoclem* eo nomine objurgat, quod semet ipsum creare Deum voluisset, occulte Servatorem nostrum pungere. Is vero quid de Deo? Non modo Christianos disputat omnesque populos unum eumdemque Deum, diverso licet ritu atque lege, venerari, verum etiam hac religionum varietate Deum unice capi atque delectari, perhibet: (*m*) (*) Ταύτῃ νομίζε χαίνεσθαι τῇ ποικιλίᾳ τῶν ἅπασι δεχομένῳ· ἄλλως Σύρως εὐκλεᾶ πολιτεύεσθαι, ἄλλως Ἕλλησι, ἄλλως Αἰγυπτίοις, καὶ οὐδ' αὐτοὺς Σύρους ὁμοίως, ἀλλ' ἤδη κατακεκερμάτισται εἰς μικρά. *Auctor principesque universitatis hujus hac ipsa religionum varietate delectari videtur. A Syris hac quidem via vult coli, a Graecis autem alia ratione, diversa item ab Aegyptiis: ne a Syris* (Christianos intelligit) *quidem eodem modo cupit adorari. In varias enim & bi sectas scissi sunt.*

Tot igitur gravissimis auctoribus consultis & auditis, nihil obstat, quo minus totum huncce locum *Cyrilli* testimonio ex *Libro primo contra Julianum* obsignemus, eique nihil ad veritatem deesse, concludamus: (†) Ἅπασιν ἐναργὲς, ὅτι καὶ πᾶς τὰ Ἑλλήνων φιλοσοφῶν εἰωθέσιν ἕνα μὲν ἰδίᾳ θεὸν εἶναι συνομολογεῖν, καὶ τῶν ὅλων δημιουργὸν, καὶ πάντων ἐπέκεινα καὶ φύσιν, πεπιῆσθαι δὲ παρ' αὐτοῦ καὶ παρῆχθαι πρὸς γένεσιν ἑτέρους πως θεοὺς, κατὰ λόγον αὐτοῦ, γενητοὺς τε καὶ αἰσθητούς. *Manifestum est, etiam Graeco more philosophantibus unum censeri ac in confesso esse Deum, universi conditorem, & natura omnes superantem, a quo facti sint & producti ad generationem alii deinceps Dii, sub intellectum & sensum, ut ipsi loquuntur,* (*n*) *cadentes.*

§. XXVII.

(*) Orat. XII. (p. 156. ed. Hard.) (†) P. 23.

re, atque Latinam *Dudithii* versionem Graecis exprimere verbis conatus est.

(*n*) *Cadentes*] Neque primus *Cudworthus*, neque solus, unum Deum a plerisque Graeciae sapientibus, in quibus veritatis consequendae nobilis quidam ardor fuit, cultum fuisse, probare studuit; quamvis omnes forte, qui hoc argumentum tractarunt, copia & varietate testimoniorum vice-

Digitized by Google

531 §. XXVII. Cave verò, ſolos ita putes ſenſiſſe philoſophos, hominesque doctrina atque litteris excultos: vulgi, quod nunc planum faciam, & multitudinis idem omnino

rit. Omnes primum illi, qui primis rerum Chriſtianarum temporibus religionis Chriſtianae veritatem adverſus Deorum cultores, ſcriptis *Apologiis*, roborarunt, id ſibi datum crediderunt, ut oſtenderent, maximi nominis philoſophos, non ſecus atque Chriſtianos, unum rerum omnium parentem ac dominum profeſſos eſſe. Scio, non id ſemper ita eſſe ab illis factum, ut eventus conſilio reſponderit, nec paucos in hanc ſocietatem unius Dei cultorum reluctantes fuiſſe raptos, quos in Dei hoſtibus numerare ſatius fuiſſet: at idem tamen illis, quod *Cudworthо*, fuiſſe propoſitum, controverſia caret. Ex Graecis legi velim *Clementem Alexandr.* cum paſſim in *Stromatis*, tum in *Cohortatione ad gentes Cap.* 6. *p.* 59. *ſ. Athenagoram* in *Apologia pro Chriſtian. Cap.* 6. *p.* 22. *ſ. p.* 27. *ſ. Theophilum Antioch. Lib.* II. *ad Autolycum Cap.* 57. *p.* 263. & *Lib.* III. *Cap.* 2. *p.* 268. *Cyrillum Alexandr. Lib.* I. *contra Julian. p.* 26. *ſ. Juſtinum Mart.* in *Cohortatione ad gentes p.* 15. ex Latinis *Tertullianum* in *Apologetico Cap.* 24. *p.* 235. *Minucium Felicem* in *Octavio Cap.* 19. *p.* 174. *Arnobium Lib.* I. *adv. gentes p.* 21. *ſ.* & alios, quos enumerare, nil opus eſt. Recentioribus temporibus ante *Cudworthum*, praeter *Steuchum*, *Mornaeum*, *Grotium*, & alios, quibus religionis Chriſtianae patrocinium ſuſcipere placuit, ex noſtrae eccleſiae Theologis vir acutus, *Jacob. Martini*, in *Exercit. Metaphyſicis*, *Witteb.* 1608. *in* 8. *editis*, *Lib.* II. *Exerc.* IV. *Theor.* 7. *p.* 707. & 728. *ſ.* erudite profecto & copioſe philoſophorum de uno Deo ſententias explicuit. Cui jungi poterit *Elias Schedius*, qui *de Diis Germanis p.* 291. longam admodum, ſed verboſam magis, quam accuratam, de populorum in uno Deo colendo conſenſione commentationem contexuit: itemque *Michaël Mourgues Plan Theologique du Pythagoriſme*, *Tom.* I. *Lettr.* I. *p.* 2. *ſ.* Poſt *Cudworthum* multum curae atque laboris in hoc argumento *Tobias Pfannerus* poſuit in *Syſtemate Theologiae gentil. purioris Cap.* 2. §. 1. *ſ. p.* 34. *ſ.* cui *Petr. Dan. Huetium* recte jungemus, concinnius & nervoſius omnia complectentem, quae latius ab aliis ſunt tradita, in *Quaeſtionibus Alnetanis de concordia rationis & fidei Lib.* II. *Cap.* 2. §. 11. *p.* 84. *ſ.* Taceo *Cudworthi* civem, *Eduard. Herbert.* de *Cherbury*, qui totus in eo eſt, ut omnes, qui Diis olim ſupplicarunt, eumdem ſimul ſummum Deum, quem Chriſtiani colimus, veneratos eſſe, demonſtret, *Libro de religione gentilium Cap.* 13. *p.* 214. & *Cap.* 15. *p.* 248. Vehementer olim hoc inſtitutum plerisque placuit. Verum poſtquam patrum noſtrorum memoria diligentius in veterum philoſophorum placita inquiſitum fuit, multi exſtiterunt viri eruditione praeſtantes ac ingenio, quibus vana haec omnis viſa fuit opera. Etenim, quae de uno Deo ex antiquis philoſophis proferuntur dicta, ea cenſuerunt aut de ſole, aut de anima mundi, aut vero de tota rerum natura eſſe accipienda: ex quo confecerunt, cum Atheis potius plerosque ſociandos eſſe, qui unum profeſſi Deum feruntur, quam cum Chriſtianis & ſanis ſupremi Numinis cultoribus. Princeps, quod ſciam, antequam *Cudworthus* librum huncce ſuum ederet, ex inſtituto hanc rem aggreſſus eſt *Sam. Parckerus*, Oxonienſis epiſcopus, in *Tentaminibus Phyſico-Theologicis de Deo*, *Lond.* 1665. *in* 4. *editis*, quorum *Libr.* II. *Cap.* 1. & 2. *p.* 181. hoc ſibi demonſtrandum ſumit: *gentilium de Deo placita perperam ad ſupremum, quem colimus, Deum traduci; ſed aut de ſole, aut de anima mundi, quae ſuprema omnium Numina eſſe cenſuerunt, intelligi oportere.* Nec ingenio diffiteor & acumine hanc viri docti diſputationem ſeſe probare. At majori tamen ſubtilitate & eloquentia noſtris temporibus in eodem argumento elaboravit *Petr. Baylius*, qui partim in *Dictionario hiſtorico-critico* excellentiſſimos veteris aevi philoſophos, quos ſecure alii in unius Numinis cultoribus numeraverant, ad gregem potius *Spinoſae* amandandos eſſe, pugnat, partim aliis in ſcriptis aut nullos, aut puſillam ſaltim manum veterum ſapientum proprie unum Deum ſtatuiſſe, contendit. Vid. ejus *Reponſe aux Queſtions d'un Provincial Tom.* II. *Cap.* 107. *p.* 415. & *Continuation des Penſées ſur les Cometes Tom.* I. *p.* 116. 118. 331. & *Tom.* II. *p.* 495. Cujus quidem diſertiſſimi viri ſententia opinione latius manavit, plurimosque induxit viros ſummi hodie inter eruditos nominis, ut cuncta paene veterum philoſophorum, eorum quoque, quorum pietas omni tempore laudata fuit, nomina ſummae erga Deum impietatis nota inurerent, omnesque fere, qui de uno rerum principio loquuti ſunt, *Spinozae* deliriis contaminatos & infectos fuiſſe, judicarent. Saepius ego jam hanc cauſſam attigi, atque de nonnullis eorum philoſophorum, quorum religio in controverſiam non ita pridem vocata fuit, libere ſententiam dixi. Nunc ea tantum conſiderabo & expendam, quae adverſus *Cudworthum* noſtrum *Baylius* monuit. Etenim totam hanc ejus diſputationem, qua praeſtantiſſimos veterum philoſophos unum profeſſos eſſe ſummum Numen docere nititur, acutiſſimus hicce Gallus convellere in primis ſtuduit. Neque tamen ipſo opere Anglico *Cudworthi* uſus eſt, ſed ea tantum, quae *Jo. Clericus Tomo* III. *de la Biblioth. choiſie p.* 63. *ſ.* ex eo excerpſit, ſub examen revocavit. Generatim in *Cudworthо* noſtro requirit *Baylius*, quod nullum teſtimoniorum delectum habue-

no fuit judicium. Equidem pro universa plebe, imperita plerumque rerumque omnium ignara, verba nolim facere. Concedo enim, minori huic, quam fas 532 erat,

buerit, *Continuation des Penſées ſur les Cometes T.* I. *p.* 333. & 335. multaque veterum dicta in partes ſuas traxerit, quae, ſi ſententia ſub verbis latens rite exploretur, prorſus ab eorum, qui Deum eſſe unum volunt, dogmate remota ſint, *l. c. p.* 336. Habet, fateor, haec accuſatio nonnihil veritatis: id quod ea ſatis oſtendunt, quae ipſimet ad hunc librum, & veterum, qui in illo afferuntur, locos paſſim obſervavimus. At multa tamen viciſſim praeclare ſunt animadverſa: neque mirum eſt, in tanta teſtimoniorum multitudine nonnumquam id eveniſſe doctiſſimo viro, ut verba potius, quam verborum ſpectaret ſententiam: quum praeſertim non pauca ex memoria recitaſſe videatur dicta. Et quis, quaeſo, tanta valet vel ingenii vel memoriae praeſtantia, ut, quae legit apud veteres, omnia ſtatim ad fontes ſuos referre, & inde dijudicare queat? Magnae potius doctiſſimo viro debentur gratiae, quod tam inſignem locorum copiam collegerit, ex quibus veterum philoſophorum de Deo ſententiae magnam partem optime intelliguntur; etiamſi in nonnullis erratum ſit.

Singillatim *Baylius* (I.) Aegyptios negat recte a *Cudworthо* inter ſummi Numinis profeſſores eſſe relatos. Obſtare ait *Diodori Siculi* auctoritatem, qui nefanda hanc gentem ſuperſtitione laboraſſe teſtetur; *l. c. p.* 332. Haec controverſia ex illis, ut opinor, facile dirimetur, quae ſupra copioſe de Aegyptiorum religione diſputavimus. (II.) *Pythagoram* ex hoc ordine cenſet eximendum eſſe. Etenim hunc philoſophum Deum pro anima habuiſſe mundi. At mundi animam non eſſe unum & ſimplex aliquid, ſed naturam variis ex partibus compoſitam; *l. c. p.* 333. Hic vero ipſemet ingenioſiſſimi hominis aut candorem aut perſpicientiam deſidero. Miſcet enim, id quod mox apparebit, duas notiones, quae miſceri nullo modo debent. (III.) *Xenophani* & *Parmenidi* nihilo plus tribuit, quos *Spinoza* negat meliores fuiſſe; *l. c. p.* 334. *ſ.* De his nos ſupra jam ſententiam diximus. (IV.) Omnium maxime miratur *p.* 334. Romanos, & in his *Varronem* atque *Plinium*, in eorum eſſe numerum adſcriptos, qui unum profeſſi ſunt Deum eſſe. Utrumque enim nullum habuiſſe alium Deum, quam mundi animam, & hanc totam rerum univerſitatem, in qua nulla proprie ita dicta ſit *unitas*. Idque de *Varrone* aperte teſtatum eſſe *Auguſtinum*. De *Plinio* nihil addit: ſed ex ipſa re intelligitur, *Plinium Seniorem* ſpectaſſe, haec quum vir acutus ſcriberet, quum de *Plinio* tamen *Juniore*, cujus eſt *Panegyricus in Trajanum*, *Cudworthus* verba faciat. (II.) Stoicos concedit non ſine quadam veri ſpecie inter Dei unius cultores numerari, §. 67. *p.* 338. *ſ.* At ſi cuncta rite ponderentur, apertum fore, adjicit, Deum huncce Stoicorum ex innumerabilibus partibus conſtare, nec idcirco unum vere ac proprie dici poſſe. Idem de *Hippocratis* Deo pronuntiat. Ne Platonicos quidem (VI.) §. 68. *p.* 342. in iis eſſe patitur, quibus unum eſſe Deum viſum fuerit. Etenim (I.) recentiores Platonicos, qui poſt natum fuerint Servatorem, ex librorum Chriſtianorum profeciſſe lectione, atque voces non minus, quam dogmata, diſciplinae Chriſtianae imitatos eſſe. (II.) Si, quae conſequuntur doctrinam *Plotini*, *Procli*, & aliorum hujus generis de Deo ac religione, accuratius expendantur, nihil ea fieri portentoſius poſſe, *p.* 346. (III.) Ne ipſum quidem *Platonem* concinne ac apte de Deo exiſtimaſſe: quod *Gaſſendi* auctoritate probat. Binas harum obſervationum poſteriores paullo poſt diluemus, quum ad generalem ventum erit negotii hujus explicationem. Ad primam vero quod attinet, eam ego haud veram eſſe negem, nec idcirco putem, ex recentiorum Platonicorum effatis aut *Platonis* aut aliorum veterum philoſophorum ſententias addiſci poſſe. Plus certe huic ſectae dedit doctiſſimus *Cudworthus*, ut, quemadmodum ſentio, dicam, quam licuit. Tantum poterant diſputationes Chriſtianorum adverſus multorum Deorum amicos, ut philoſophi in primis multo, quam antea, melius praeciperent, Deumque unum & plures certa ratione conjungerent. Id quo modo factum ſit, elegantius fere nemo expoſuit, quam eruditus *Recognit. Clementis* ſcriptor, qui *Lib.* V. §. 19. *p.* 551. *T.* I. *Patr. Apoſtol.* his verbis plerorumque aetatis ſuae philoſophorum ſententiam explicat: *Unum eſſe & nos dicimus Deum, qui eſt omnium dominus: ſed & iſti Dii ſunt. Sicut enim unus eſt Caeſar, & habet ſub ſe multos judices:* —— *ſimili arbitramur modo, quum unus ſit major omnium Deus, etiam iſtos ad ſimilitudinem eorum, quas diximus, poteſtatum ordinatos eſſe in hoc mundo Deos, illi quidem majori ſubjectos, nos tamen, & quae in hoc mundo ſunt, diſpenſantes.* Sic eos vis veritatis, cui Chriſtiani ſeſe addixerant, loqui cogebat. At haec nihil ad eos, qui ante *Chriſtum* natum vixerant. Denique (VII.) *Heraclitum* etiam inficiatur ad hunc ordinem pertinere: cujus poſtquam doctrinam ex mente b. *Godofr. Olearii* expoſuiſſet, concludit, philoſophi hujus Deum non unam eſſe naturam, verum acervum quemdam & cumulum variarum & ſeparatarum naturarum: *Tom.* II. *l. c.* §. 105. *p.* 495. Haec *Baylius* in *Cudworthum* noſtrum monuit. Quorum quidem aliqua, id quod jam faſſi ſumus, non omni carent robore; at pleraque

Digitized by Google

erat, religionem curae fuiſſe, neque populum Graecum & Romanum ignoraſſe diffiteor myſterium illud priſcae Theologiae, quod deinceps declarare ſtatui, plerosque Deos varia tantum eſſe unius ſummi celſiſſimique Dei nomina, quibus diverſas ejus virtutes perfectionesque patefacere veteres voluerint. Id vero demonſtrandum mihi ſumo, nullam inter Graecos & Latinos fuiſſe gentem, in qua non doctos inter & indoctos vetuſtiſſimum illud ſcitum univerſe verſatum fuerit, unum eſſe, qui res omnes complectatur & moderetur, Deum. Multitudo quidnam olim de Deo rebusque divinis conſtituerit, id vero neſcio unde rectius eruatur, quam ex poëtis fabularumque ſcriptoribus, quorum auctoritatem populum in primis conſtat ſequutum eſſe. Atque hanc viam *Ariſtotelem* jam iniiſſe, video: quippe qui in *Politicis*, ubi de Muſica commentatur, ex poëtis patere, arbitratur, quales ſibi vulgo Deos fingant homines: (*) Σκοπεῖν δ' ἔξεστι ἢ ὑπόληψιν, ἣν ἔχομεν περὶ τῶν θεῶν· ἐπεὶ ὁ γοῦν Ζεὺς αὐτὸς οὐκ ἄδει οὐδὲ κιθαρίζει τοῖς ποιηταῖς. *Licet autem, quae ſit noſtra de Diis opinio, conſiderare: nec enim Jupiter ipſe canit & citbara pulſat apud poëtas.* Jam vero, qui legerit, quae ſupra deſcripſimus ex antiquis vatibus non exiguo numero, teſtimonia, is, opinor, certus erit, genus hoc graviſſimis quidem maculis populorum inquinaſſe religiones, at numquam tamen hoc dogma paſſum eſſe obliterari, unum eſſe ſummum Deum, unum Deorum parentem & regem. Longe vero plura licuiſſet adjicere ex *Seneca* Tragico, *Statio*, *Lucano*, *Silio Italico*, *Perſio* & *Martiale* ejusdem argumenti dicta: quae, ne faſtidio & ſatietate lectores abalienarem, prudens tum omiſi. Idem nunc faciam, unoque *Dionis Chryſoſtomi* loco contentus ero, quo veterum poëtarum de Deo ſententiam apte & perſpicue explicat: (†) Οὗτοι δ' ἂν πάντες οἱ ποιηταὶ πρῶτον καὶ μέγιστον θεὸν πατέρα καλοῦσι τῶν ὅλων ἁπάντων καὶ κοινὸν γόνιμον, καὶ δὴ καὶ βασιλέα· οἷς πειθόμενοι οἱ ἄνθρωποι, Διὸς βασιλέως ἱδρυσάμενοι βωμούς, καὶ δὴ καὶ πατέρα αὐτὸν ὄντα λανθάνει περιτρέχοντες ἐν ταῖς εὐχαῖς. *Poëtae omnes primum principemque Deum univerſe parentem appellant omnium rerum ratione praeditarum, nec non regem earumdem: cui poëtarum doctrinae morigeri homines, Jovi regi altaria dedicant, neque verentur eum patrem appellare.*

533 Ipſe *Ariſtoteles* praeterea (o) in *Politicorum Libris* haec ſcripta reliquit: Πάντες λέγουσι, Θεὸν βασιλεύεσθαι. *Omnes homines affirmant, Deos eſſe ſub imperio*, aut, quod idem eſt, *unum eſſe regem & dominum, qui Diis reliquis imperet. Maximus* vero *Tyrius* omnium omnino populorum, doctorum & indoctorum, in hoc opiniones & ju-

(*) L. VIII. C. 5. (p. 607. T. III. Opp.) (†) Orat. XXXVI. p. 447.

raque *Cudworthum* minime feriunt. Scilicet *Baylius* ludit in ambiguitate vocabulorum *unus* & *unitas*, quibus aliam & ampliorem, quam *Cudworthus* poteſtatem ſubjicit. *Cudworthus unitatem*, quam vocat, *multitudini* opponit, & hoc tantum probandum ſibi ſumit, plerosque viros ſapientiores ad unum omnia fontem & cauſſam revocaſſe, tametſi plures alioquin Deos coluerint. Neque tamen de hoc uno principio rerum & hac una omnium cauſſa ita omnes hoſce philoſophos decreviſſe, ut in eorum nihil reprehendendum ſit ſententiis, contendit. Satis ipſi eſt, ſi obtineat, magnam antiquorum philoſophorum turbam uni ſtuduiſſe Deo: rectene ceterum, an parum apte de hoc Deo docuerint, id in medio relinquit, neque ſibi datum eſſe putat, oſtendere, nihil ex praeceptis eorum, niſi quod ſanum & commodum, fluere. At *Baylius* verbo *unitas* non *multitudinem* tantum, ſed etiam *compoſitionem* opponit, binasque notiones, quas ſegregare ſatius fuiſſet meo judicio, inter ſe confundit, notionem nimirum *ſimplicitatis* & *unitatis*. Hoc ipſis ejus verbis probabo, *l. c. Tom.* I. §. 66. p. 335. *Quel eſt l'etat de la queſtion lorſqu'on veut philoſopher touchant l'*UNITE *de Dieu? C'eſt de ſavoir s'il y a une Intelligence parfaitement* SIMPLE, *totalement diſtinguée de la matiere & de la forme du monde & productrice de toutes choſes. Unitas* igitur ex mente Bay-

Digitized by Google

judicia concordare, perhibet, unum eſſe tantum ſummum Deum, ex quo generati ſint reliqui, qui Deorum uterentur nominibus: (*) Εἰ συναγαγὼν ἐκκλησίαν, καὶ πρῶτον τούτων πειθοῦς ἄπαντας αἴτησαι λόγον ὑπὲρ ἀμφισβητουμένων περὶ τοῦ Θεοῦ, εἰπέ, ἄλλο μὲν ἂν τὸ γεγραφὸς εἰπεῖν, ἄλλο δ' ἂν τὸ ἀγαλματοποιὸν, καὶ τὸ ποιητικὸν ἄλλο, καὶ τὸ φιλόσοφον ἄλλο· οὐκ ἴδοις δὲ μᾶ Δία τὸ Σκυθικὸν, οὐδὲ τὸ Ἕλληνος, οὐδὲ τὸ Πέρσου, ἢ τὸ Ὑπερβόρειον· ἀλλὰ ἴδοις ἂν ἐν μὲν τοῖς ἄλλοις, ἐν δὲ τοῖς ἄλλοις, καὶ τὰ αὐτὰ ψηφιζομένους τοὺς ἀνθρώπους, πάντας δὲ πᾶσι διαφερομένους· τὸ μὲν ἀγαθὸν τὸ αὐτὸ πᾶσιν, τὸ δὲ καλὸν ἕμοιον, τὸ δὲ αἰσχρὸν, τὸ καλόν· νόμου μὲν γὰρ δὴ περὶ δίκης ἄνευ καὶ κάτω φέρειν διαπτώματα καὶ σπαραγμούς, μὴ γὰρ ὅπλου γλῶ γλῶ ἐμολογεῖ ἐν τούτοις, ἀλλ' οὐδὲ πόλις πόλει, ἀλλ' οὐδὲ οἶκος οἴκῳ, οὐδὲ ἀνὴρ ἀνδρὶ, οὐδὲ αὐτὸς αὐτῷ. —— ἐν τοσούτῳ δὲ πολέμῳ καὶ τοσῇδε διαφωνίᾳ ἕνα ἴδοις ἂν ἐν πάσῃ γῇ διαφωνοῦντα νόμων καὶ λέγοντα, ὅτι ΘΕΟΣ ΕΙΣ ΠΑΝΤΩΝ ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΚΑΙ ΠΑΤΗΡ, καὶ Θεοῦ πάντες Θεοῦ παῖδες, καὶ συναρχοῦντες Θεῷ· ταῦτα δὲ ὁ Ἕλλην λέγει, καὶ ὁ Βάρβαρος λέγει, καὶ ὁ ἠπειρώτης, καὶ ὁ θαλάττιος, καὶ ὁ σοφὸς, καὶ ὁ ἄσοφος. *Quod ſi concionem cogas, omnesque ſimul artes uno decreto convenire jubeas, ac de Deo ex iis quaeras, putasne, aliud pictorem, aliud ſtatuarium, aliud poëtam, aliud dicturum eſſe philoſophum? Imo ne Scytha quidem, & Graecus, & Perſa, & Hyperboreus. Verum enimvero in aliis videbis alia, nec umquam eadem ſtatuere homines. Nec enim bonum idem omnibus, nec idem omnibus malum, nec idem turpe aut honeſtum. Ut de legibus & jure taceam, quae pro cujusque placito in omnes ita partes diſtrahuntur ac vellicantur, ut non modo non gens cum gente, ſed nec urbs cum urbe, nec familia cum familia, nec homo cum homine, nec unus aliquis interdum ſecum ipſo conſentiat. —— In hac tanta pugna, contentione, atque opinionum varietate in eo leges ubique terrarum atque opiniones convenire videbis: Deum eſſe unum, regem omnium & patrem: huic multos additos eſſe Deos alios, qui ſupremi illius filii ſint, & quaſi in imperio collegae. In eo Graecus cum Barbaro, mediterraneus cum inſulano, ſapiens conſentit cum ſtulto.* Equidem hoc *Maximi* teſtimonio nihil inveniri poſſe luculentius arbitror ad convincendum, turbam eorum, qui Diis quondam ſupplicarunt, non litteratos tantum & ſapientes, verum rudes etiam & illitteratos hanc penitus infixam habuiſſe animis ſententiam, unum eſſe, cujus omnia voluntas creaverit, poteſtas moderetur omni tempore, ſummumque Deum: Eamdem vim dictum hoc *Dionis Chryſoſtomi* habet, cujus antea partem attulimus: (†) Περὶ δὲ Θείαν δὲ τὴν καθόλου φύσιν, καὶ μάλιστα δὲ πάντων ἡμεῖς, δίκαιον καὶ ἐπιπλέον κοινὴ δὲ ξύμπαντες ἄνθρωποι ἴσμεν, ὁμοίως δὲ Ἑλλήνων, ὁμοίως δὲ Βαρβάρων, κ. τ. λ. *Una eſt ac conſentiens in omnium*

(*) Diſſ. I. p. 4. 5. (†) Orat. XII. p. 201.

Baylii etiam *ſimplicitatem libertatemque ab omni plane concretione corporea* complectitur. Quapropter, ſi haec ejus definitio probabitur, quod num multi ſint facturi, dubito, nullus unum dici poteſt Deum profiteri, nili qui eumdem & ſimpliciſſimum & ab omni prorſus materiae contagione remotum eſſe, concedit. Ad quam regulam ſi exigantur veteris philoſophiae de Deo praecepta, nec ego *Pythagorae*, nec *Parmenidi*, nec Stoicis, nec ipſi *Platoni* & *Socrati* patronus eſſe velim. Verum haec de *unitatis* finitione ne cogitavit quidem *Cudworthus*, nec propterea reprehenſione ea de cauſſa dignus eſt, quod ad unius Dei cultores non paucos retulit, qui, tametſi unum eſſe Deum dixerunt, naturam tamen ejus aut corpoream quodammodo, aut ex partibus compoſitam arbitrati ſunt. Taceo, ſapientis repugnare officio, confeſtaria hominibus exprobrare vita dudum functis, quae fortaſſis, ſi viverent, ſtudioſiſſime repudiaturi eſſent. Sed ita ſolet acutiſſimus *Baylius*: miſcet omnia, diſiungit componitque pro lubitu, poteſtates vocabulorum mutat, veterum praecepta ex ſuo ſenſu interpretatur, obvium quodlibet arripit & eloquentia non mediocri exornat, modo voto ſuo potiatur, idque probabile faciat, quod probabile videri voluit.

(o) *In Polit. Libris*] *De Republica Lib.* IV. C. 15. *p.* 510. *T.* III. *Opp.*

omnium hominum animis, tam Graecorum, quam Barbarorum, opinio, cum generatim de natura Deorum, tum ſigillatim de illo, qui princeps eſt omnium, Deo. Ergo *Dio* quoque, quae multos olim crediderunt Deos eſſe gentes omnes atque nationes, easdem nil dubitaſſe, quin unus omnium princeps & parens Deorum ſit, aperte (*p*) teſtatur.

534. Suum vero quilibet populus peculiare habebat propriumque nomen, quo ſummum illud Numen, quod adorabat, honeſtare ſolebat. Quam quidem rem ſupra jam me declarare memini. Graeci maximum altiſſimumque Deum ζεύς ſive ζηνὸ, Latini eumdem *Jovem*, Aegyptii, Afri & Arabes *Hammon* appellabant. Quae cauſſa erat, cur *Hammon* a Graecis Afrorum ζεύς, a Latinis vero *Jupiter* eorum nominaretur. Nec ignotus eſt (*g*) *Ciceronis*, qui huc pertinet, ex *Libris de natura Deorum* locus: *Jovis Capitolini nobis alia ſpecies, alia Afris Ammonis Jovis. Jovem* Scytharum auctor eſt *Herodotus Pappaeum* ſeu *patrem* ſalutatum eſſe. Perſis etiam ſuus erat, quod *Xenophon* teſtatur, ζεὺς πατρῷος, *Jupiter patrius*, *Mithras* nimirum ſeu *Oromasdes*. Quem quidem *Xenophon* differre ſcribit a ſole, *Cyrus* autem in litteris, quas ſacer codex exhibet, *Dominum* appellat *Deum coelorum*, *a quo omnia terrae regna acceperit*. *Beroſus*, Chaldaeorum ſacerdos, Deum teſtatur, quem *Belum* vocaverint Babylonii, Numen illud eſſe, quod coelum terramque condiderit & conſtruxerit. Suntque viri doctrina praeſtantes, qui *Baal*, quod nomen idem eſt, quod *Bel*, dominumque ſignificat, inter Phoenices nomen olim fuiſſe ſuſpicantur ſummi illius Numinis, quod virtute ſua coelum terramque produxit, & nonnumquam *Beel ſamen*, *Dominus coeli* vocatur. Verbum *Molech*, quod regem proprie denotat, Ammonitis illum indicabat Deum, quem pro ceterorum Deorum rege

(*p*) *Teſtatur*] Duplici auctoritate confici poſſe, opinatur vir doctiſſimus, populum & multitudinem tam Graecorum, quam Romanorum unum reliquis Diis omnibus majorem & totius univerſitatis parentem coluiſſe Deum, primum poëtarum, deinde philoſophorum & rhetorum quorundam. Ego autem vereor, ne utraque infirmior re ipſa ſit ad negotium hoc dirimendum, quam primo adſpectu videtur. (I.) Ex poëtis, quid plebs de Diis & religione ſenſerit, intelligi hodie poſſe, confiteor: non quod exiſtimem, a poëtis plebem accepiſſe religionem, quod multis viſum eſt doctiſſimis viris, contra quos alio jam loco ſatis verborum feci; ſed quod poëtas arbitror, quae vulgo de Diis ferebantur, & a plebe ſacerdotibusque tradebantur, numeris illigaſſe, ſuavitateque carminis roborandae ſuperſtitionis auctores fuiſſe. Unus vero ille, quem poëtae canunt, Jupiter & Deus, id quod ſupra quoque jam ex *Homero* & *Heſiodo* docui, Saturni eſt filius, nec melioris, quam Dii reliqui, originis, quos omnes ex Chao vel Oceano, non ſecus ac homines, natos ferebant eſſent poëtae. Imperium ille habet ac poteſtatem in Deos reliquos, ſed, quod antea quoque planum feci, non jure naturae, verum partim vi, partim beneficio reliquorum Numinum. Deinde igitur Deo, rerum omnium parente atque conditore, atque a materia ſecreto, ne cogitaſſe quidem poëtae videntur vulgares, qui *Homerum* & *Heſiodum* ſequuti ſunt: ac, ſi quid apud eos, quod hujus eſſe videtur argumenti, occurrit, paullo tamen poſt ſequuntur alia, ex quibus facile cognoſcas, falli eos magnopere, qui ſplendida poëtarum verba ex noſtro ſenſu ponderant, & figuras carminis ex ſolutae orationis legibus aeſtimant. Exemplum ex *Petronio* cape *Satyricon Cap.* 122. *p.* 580. *ed. Burmanni*. *Caeſar* apud hunc Jovem magnificis compellat verbis:

Jupiter omnipotens, & tu Saturnia telius,
Armis laeta meis.

Haec ſi verba in ſe ſpectes, & vocabulum *omnipotens* arctiori Chriſtianoque ſenſu ſumas, optime poëtam hunc de Deo ſenſiſſe, & rerum univerſitati Numen infinite potens praefeciſſe, arbitraberis. Quod ſi vero legendo pergas, confeſtim apparebit, dilutam admodum & exiguam huic nomini poteſtatem ſubjiciendam eſſe, ſplendidiusque poëtam ſcripſiſſe, quam exiſtimaſſe. Etenim is ipſe *omnipotens Jupiter Pompeji* triumphos horret ac metuit; *Cap.* 123. *p.* 589.

Et piratarum ſcopulos: modo quem ter evantem
JUPITER HORRUERAT.

(II.)

Digitized by Google

rege habebant. Gazaeorum denique, qui stirpe Philistaei erant, princeps Deus *Marnas* dicebatur: quod vocabulum *Dominum* significat *hominum.* A quo Cretes *Jovem* suum derivasse, arbitror, quem *Deorum hominumque parentem* (r) nominabant.

Memini, (s) *Origenem* nefas esse Christiano homini contendere, his similibusque nominibus, quibus gentes utebantur superstitionibus obrutae, summum Deum compellare. Cujus sententiae has fine dubio causas habuit, quod vocabula haec tum temporis simulacris Deorum vulgo accommodari, ineptissimisque fabulis & commentis turpiter foedata esse, non ignoraret. Neque tamen vir doctissimus gentes variis hisce nominibus reapse Deum omnium rerum moderatorem, τὸν Θεὸν ἐπὶ πᾶσιν, designasse diffitetur. Secus vero *Lactantio Firmiano* visum est, utpote qui *Jovis*, quem in Capitolio Romani venerabantur, nomen summo tribui Numini, illicitum prorsus judicabat. Audiamus, quibus hanc nonnullorum consuetudinem rationibus oppugnet: (*) *Vana est persuasio eorum, qui nomen Jovis summo Deo tribuunt. Solent enim quidam errores suos hac excusatione defendere; qui convicti de uno Deo, quum id negare non possunt, ipsum colere affirmant, verum hoc sibi placere, ut Jupiter nominetur. Quo quid absurdius? Jupiter enim sine contubernio conjugis filiaeque coli non solet. Unde, quid sit, apparet, nec fas est, id nomen eo transferri, ubi nec Minerva est ulla, nec Juno.* Magnum *Jovis Capitolini* templum, quum haec scriberet, animo *Lactantii* & oculis obversabatur. Namque (t) templum hoc tria minora complectebatur sacella, uno eodemque tecto septa, quorum medium ipsi *Jovi*, dextrum *Minervae*, sinistrum *Junoni* consecratum erat. Quod quidem notissimo versu poëta expressit:

Trina 535

(*) Lib. I. C. 11. p. 76.

(II.) Rhetores ac philosophi parum mihi aequi videntur esse arbitri, quum de vulgi religione disceptatur. Suos enim sensus multitudini suppeditare, & ex suo ingenio plebis metiri solent ingenium. Praeterea quid, obsecro, cogit nos, ut, si quid forte *Dio* vel *Maximus* tradidit, id nos statim ita sese omnino habere credamus? *Maximus* universum terrarum orbem unum profiteri Deum scripsit: restat, ut disquiramus, an homo ingenio praeditus veritati sit obsequutus, haec quum scriberet, an vero rhetorum more figuris plus aequo dederit. Mitto alia, quae vim testimoniorum ejusmodi valde labefactant & diminuunt.

(q) *Ciceronis*] *De natura Deor. Lib.* I. *Cap.* 29. *p.* 2923. *T.* IX. *Opp.* Ex hoc autem loco id tantum licebit efficere, si modo id licet, Ammonem Aegyptiorum & Jovem Graecorum a Romanis pro uno fuisse ac eodem Deo habitos, non autem, binos hosce Deos nullo reapse discrimine sejunctos fuisse. Moris id erat Romanis, principes aliorum populorum Deos *Joves* dicere. At ipsa diversa Ammonis & Jovis species homines docere potuisset, male haec duo Numina in unum conflata Numen esse.

(r) *Nominabant*] De his omnibus Dei nominibus quum supra jam satis actum, & auctorum simul, qui hic laudantur, loci designati sint, nunc quidem sileo. Fuisse ceterum in quovis populo nomen aliquod supremo, quod quidem gens ista credebat esse, Numini proprium, lubens equidem concesserim. Hoc autem minime commoveor, ut existimem, omnes istos populos nil dubitasse, quin unus esset summus rerum omnium dominus, a quo potestatem, qua valerent, reliqui omnes Dii accepissent, quemve omnes ceteri colerent populi. Etenim historia Deorum, quibus haec data sunt nomina, perspicue docet, populares & patrios eos fuisse Deos, & praeterea homines populorum suffragiis in coelum evectos. Taceo, Graecos non secus, atque Romanos, uniuscujusque gentis Deos suorum Numinum vocabulis nominasse: ex quo ingens Deorum confusio nata est. Sed multus hic esse nolo in argumento, in quo aliquoties jam copiosus fui.

(s) *Origenem*] Lege *Lib.* I. *adversus Celsum p.* 18.

(t) *Templum*] Copiose hac de re differentem vide *Justum Ryquium Libro de Capitolio Cap.* 13. *p.* 158. *f.*

(u) *Ma-*

Trina in Tarpejo fulgent consortia templo.

Juno vero, si poëtas consulamus, uxor erat Jovis, *Minerva* filia ejusdem, quam non ex Junone, sed ex cerebro parentis prognatam ferebant esse. Miram vides hic religionum confusionem. Nam quod in plerisque evenit Deorum historiis, quales populo solebant proponi, ut naturalis Theologia poëtarum misceretur narratiunculis, id hic etiam sine ulla controversia contigit. Secretiorem vero si adeas & reconditam Romanorum de Diis doctrinam, equidem minime dubitans affirmaverim, trinos hosce Deos Capitolinos, *Jovem*, *Minervam*, & *Junonem*, non secus atque alia quaedam Numina, diversa tantum esse unius summi Dei vocabula, ideirco unice inventa, ut variae virtutes ac perfectiones ejus patefierent. *Jupiter* nota erit, si haec via placeat, summae illius Dei gloriae & majestatis, quae in coelo veluti habitat & residet: *Minervam* divinae sapientiae & rationis signum interpretari licebit: *Junonem* denique vim ejusdem Dei, quae in mundi partibus inferioribus conspicitur, designare, dicendum erit. (*v*) *Macrobius* tamen rem paullo aliter instituit, atque trinos hosce Deos cum Physicorum praeceptis componit. *Minervam* ait esse *summum aetheris cacumen*, *Jovem medium aethera*, *Junonem* denique *infimum aërem cum terra:* quibus omnibus mentem & animum inesse, arbitratur. Ergo tria haecce nomina unum denotare Deum, censet, in tribus hisce mundi regionibus diversa ratione potentiam virtutemque suam exercentem. Non impedio, si quis hanc illi alteri anteponat expositionem: ego, quum *Minervam* supra *Jovem* collocet, vix eam (*x*) probaverim.

Sed

(*v*) *Macrobius*] *Saturnal. Lib.* III. *Cap.* 4. *p.* 391. 392.

(*x*) *Probaverim*] (I.) Sed haec ipsa, nisi fallor, opinionum de tribus his Numinibus discrepantia edocere virum poterat doctissimum, commentitias has omnes esse explicationes religionum veterum, & a viris sagacioribus recentiori aetate ideirco tantum inventas, ut turpitudinem atque deformitatem publici cultus quodammodo velarent. Octo vel novem, immo plures, exstant de arcana significatione trium Deorum Capitolinorum sententiae: ex quibus quaenam reliquis anteponenda sit, nemo certe dixerit, qui rationem, non fallax sequitur ingenium. Ex quo quidem luculentum est, omnes fundamento carere, & ab hominibus excogitatas esse pro lubitu, qui populi religiones ad philosophiae suae dogmata cupiebant accommodare. Et quid multis? Templa, sacerdotes, caerimoniae, historiae Deorum, de quibus agimus, sine ullo refellunt negotio, quidquid horum adhuc in lucem prolatum est. Actum erit meo judicio de veterum religionum historia, nisi religiones ipsas a novis philosophorum & sacerdotum interpretationibus, praesertim iis, quae post natam religionem Christianam ingenti numero propositae sunt, diligenter segregemus. (II.) *Macrobii* sententiam de tribus hisce Diis ampliorem facit vir doctissimus studio sententiae, ut suspicor, quam probat, atque apud eum exstat. Nec enim scripsit *Macrobius*, tria *Jovis*, *Minervae*, ac *Junonis* nomina unum designare Deum vario modo potentiam suam exercentem. (III.) Quod ideo *Macrobii* rejicit sententiam, quoniam *Minervam* supra *Junonem* collocat, id ego, si satis alioquin bene sese haberet, parum curarem. Etenim in Capitolino templo honestiorem locum occupasse *Minervam*, aut dextrum claussisse *Jovis* latus, quum inferiorem *Junoni* locum teneret, omni vacat controversia. Vid. *Ryquius de Capitolio Cap.* 13. *p.* 158. *Gerh. Jo. Vossius de Theol. gentili Lib.* VIII. *Cap.* 12. *p.* 751. Quaerunt magna cura viri harum litterarum peritissimi, quid causae fuerit Romanis, ut filiam *Jovis* uxori ejus praeferrent, & altiori loco ponerent, rationesque initiati hujus nescio quas sanctiores & secretiores comminiscuntur. Mihi vero faciles admodum explicatus haec quaestio videtur habere. Etenim primum haec Diva *Jovis* veluti ipsius portio erat, ex cerebro nimirum ejus procreata, *Junone*que propterea nobilior: deinde *Junone* quoque potentior, quia, non secus ac parens, prae reliquis Diis fulmine parentis armata erat, quod pro arbitrio jaculari poterat in hostes: qua quidem potestate carebat *Juno*. *Virgilius* de *Minerva Aeneid. Lib.* I. *vs.* 46.

Ipsa Jovis rapidum jaculata e nubibus ignem.

(*y*) *Vossii*] Vid. *de Theologia gentili Lib.* VIII. *Cap.* 12. *p.* 750. 751.

(*z*) *Ma-*

Digitized by Google

Sed nec *Gerh. Jo.* (y) *Voſſii* conjecturam temere putem ab aliquo contemnen- 536
dam eſſe, qui ſanctius aliquod & ſublimius myſterium ſub tribus hiſce Diis ſuſpicatur latere, eorumque nominibus trinam quamdam divinitatem, ſeu tres in Deo hypoſtaſes indicari, putat. Vetus eſt opinio, trina haecce Numina ex Phrygia in Italiam a Trojanis primum aſportata eſſe, Phryges vero a *Dardano* accepiſſe, qui ex inſula Samothracia ſecum attulerit. Idque factum perhibet *Euſebius* octingentis annis poſt illam terrae eluvionem, quae *Noachi* tempore accidit. Latinis dicti ſunt hi Dii *penates:* quod nomen, ſi (z) *Macrobium* audias, *Deos* ſignificat, *per quos penitus ſpiramus, per quos habemus corpus, per quos rationem animi poſſidemus; ſi Varronem* conſulas, cujus teſtimonium (a) *Arnobius* ſervavit, *Deos qui ſunt intrinſecus, atque in intimis penetralibus coeli.* Samothracibus autem vulgo vocabantur Κάβειροι ſive *Cabiri:* quam vocem recte (b) *Varro* interpretatur: Θεοὶ δυνατοί, *Divi potentes.* Non differt autem a voce Hebraeorum כביר. Ex quo juſtiſſimam naſci nobis puto conjiciendi cauſſam, vetuſtiſſimum illud dogma, quod in tres Deum perſonas dividit, quodve *Orpheus, Pythagoras, & Plato* Graecis inſtillarunt, neque Perſae & Aegyptii neſciviſſe videntur, ab Hebraeis principio profectum eſſe. Prima igitur divinarum harum perſonarum, quam *Jovem* nuncupant, fons eſt divinitatis: altera, cui nomen apud Latinos fuit *Minervae*, quod (c) *Varro* teſtatur naturam ſignificare, in qua *ideae & exempla rerum* contineantur, concinna eſt divinae rationis imago: tertia denique, *Juno*, quae *amor & delicium Jovis* dicitur, ſatis commode, ut *Voſſio* placet, illi reſpondet perſonae, quem *Sanctum* appellamus (d) *Spiritum.*

Sa-

(z) *Macrobium*] *Saturnal. Lib.* III. *Cap.* 4. *p.* 391. Sed addendum fuiſſet, hos Deos, per quos ſpiramus & ratiocinamur, *Macrobio* nullos eſſe alios, quam tres aëris, quo cingitur hic orbis, regiones, ſummam, mediam, & infimam. Quae quidem opinio vehementer refellit illis, qui hoc ejus teſtimonio utuntur ad Trinitatem in Diis *penatibus* inveſtigandam.

(a) *Arnobius*] *Lib.* III. *adv. gentes p.* 155. Verum adjecit, id quod non praetermittendum, *Varro, horum Deorum penatum nec numerum nec nomina ſciri.*

(b) *Varro*] *Lib.* IV. *de lingua Lat. p.* 66.

(c) *Varro*] Haud dubie locum intelligit *Varronis*, quem *Auguſtinus* ſervavit *de civit. Dei Lib.* VII. *Cap.* 28. *p.* 141. *Tom.* VII. *Opp.* quo ſe comperiſſe ait, *coelum Jovem, terram Junonem, ideas Minervam* indicare.

(d) *Spiritum*] Ego vero hanc *Voſſii & Cudworthi* opinionem de tribus Diis Capitolinis, *Jove, Minerva*, & *Junone*, aperte falſam & ab omni vero averſam eſſe, libere pronuntio: nec unquam a me impetraverim, ut in ejusmodi rebus divinae Trinitatis imaginem quaeram. Nihil dicam de hiſtoria horum Numinum, ex qua ſine controverſia conſtat, homines fuiſſe *Jovem*, *Junonem*, & *Minervam*, quos ſuperſtitio in coelum extulit: de re ipſa tantum aliqua commonebo, ut imbecillitas ejusmodi ſuſpicionum aperiatur. (I.) Tres hoſce Deos quare conjunxerint Romani, non admodum difficile intellectu eſt. *Junonem* & *Jovem* conſociatos eſſe, nemo miratur. Maritum enim uxoris decet ſocietas. Id ergo unum expediendum reſtat, quare *Minerva* ex reliquorum Deorum numero binis hiſce Numinibus una ſit adjuncta. Verum cogitanti, *Minervam Jovis* fuiſſe ipſius prolem cariſſimam & partem nobiliſſimam, ex cerebro quippe ejus prognatam, neque hoc mirum videbitur, eam ad parentis latus prae ceteris Diis omnibus una cum *Junone* fuiſſe collocatam. Dilectiſſimam & unicam proprie filiam parenti comitem datam eſſe, quidnam, quaeſo, reconditum aut ſingulare habet? (II.) Tria haecce Numina trium Deorum ſimulacra & imagines eſſe potuiſſe, conceſſerim: at, quemadmodum *Jupiter, Juno*, & *Minerva* trium in uno Deo perſonarum eſſe queant imagines, id viderint, qui eiusmodi conjecturis delectantur. Tres nimirum naturas ſeparatas & plane diſtinctas, at ſimul inaequales, haec tria eſſe Numina, tota cum Graeca, tam Romana vetuſtas ſemper credidit: nec vel leviſſimum usquam veſtigium exſtat, ita quemquam de his Numinibus ſenſiſſe, ut de *Patre, Filio*, & *Spiritu S.* Chriſtiani ſentiunt. Quapropter, ſi *Juno, Jupiter, Minerva* Trinitatis ſunt reliquiae, a Judaeis ad Phryges, Samothraces, Graecos, & Romanos, neſcio quo modo, delatae, conſentaneum erit, ut Trinitatem Judaeorum non ex tribus perſonis

537 Satis diximus de prima *Lactantii* cauſſa, propter quam ferri poſſe negat eos, qui ſummum Deum *Jovem* nominant. Videamus nunc alteram: *Quid? quod hujus nominis proprietas non divinam vim, ſed humanam exprimit. Jovem enim Junonemque a juvando eſſe dictos, Cicero interpretatur: & Jupiter quaſi juvans pater dicitur. Quod nomen in Deum minime convenit, quia juvare hominis eſt. —— Nemo ſic Deum precatur, ut ſe adjuvet, ſed ut ſervet. —— Ergo non imperitus modo, ſed etiam impius eſt, qui nomine Jovis virtutem ſummae poteſtatis imminuit.* Vereor, ne hanc totam boni hominis argumentationem vehementer infirmam eſſe rerum periti judicent: cujus, quo unice nititur, fundamentum prorſus fragile & nullum eſt. Nam quod nomen *Jupiter* idem eſſe putat, quod *juvans pater*, in eo, quamvis *Ciceronis* auctoritati

dignitate paribus in uno Deo, ſed ex tribus Diis imparibus conſtitiſſe, ſtatuamus. (III.) Jam quid concoctu difficilius, quam hoc, *Filium* & *Spiritum S.* ſignis mulierum, & uxoris quidem filiaeque *Jovis*, expreſſos fuiſſe? *Filium Dei* in filiam & natam Dei commutare, *Spiritum S.* in uxorem Dei, quidnam, quaeſo, hominem ſanae mentis adducere potuiſſet? Num Sabinorum quisquam umquam tam abſurde atque ſtolide ſomniavit, quam ille, a quo haec profecta eſſent? Scio, quid viri docti dicant. *Minerva* ſapientiae Dea eſt. *Filius Dei* autem dicitur *verbum Dei*. *Juno* delicium & amor fuit *Jovis*. *Spiritus S.* Cabbaliſtis dicitur *Amor*. Igitur ille tamquam Dea ſapientiae, hic tamquam uxor ejusdem exhiberi potuit. Sed nili *Voſſius* & quidam alii, quorum merita ſuſpicio, haec affirmaſſent, equidem exclamarem:

O rem ridiculam, Cato, & jocoſam!

Hoc dicam ingenue: Ita ſi licebit ratiocinando pergere, mox ego forte etiam callidius, niſi mihi nimis faveo, apud inferos in *Plutone* & *Proſerpina* imaginem divinae Trinitatis inveniam. Num quid vetabit matrem Proſerpinae, *Cererem*, uxori & marito ſociare? Et quidni tria Indorum celeberrima Numina, *Brama*, *Iſuren*, & *Wiſhnu*, veteris de tribus in Deo perſonis ſententiae luculentiſſima exhibere veſtigia, dicam, ſi haec ratio alicuius eſt ponderis? (IV.) Verum inſtant viri egregii: *Juno*, *Jupiter*, *Minerva Dii* fuerunt *penates*: at Dii *penates* ſunt, per quos ſpiramus & vivimus. Hi Dii quoque *Dii* ſunt *Cabiri*: *Cabiri* deſcendit a vocabulo Hebraeo כביר *magnus*. Ergo ab Hebraeis venerunt hi Dii ad reliquas gentes. Ab Hebraeis vero quis falſa ſtatuat Numina proficiſci potuiſſe? Quot membra, tot argumenta, non eos ſemper, qui valent ratione, ſic ea, quemadmodum par eſt, uti. Primum quod ad *Deos* attinet *penates*, univerſa Deorum, qui ſic dicti ſunt, hiſtoria innumeris referta eſt quaeſtionibus & dubitationibus, neque certi nobis licet aliquid de illis hodie ſtatuere. Legi tantum velim, quae *Arnobius Lib.* III. *adv. gentes p.* 155. de hoc genere Numinum obſervavit. Sed fuerint hi Dii *penates*: valeat etiam iſta Deorum *penatium* deſcriptio, quam attulit *Macrobius*, & apud *Macrobium Varro*: illa tamen, quae paullo ante ad *Macrobii* & *Arnobii* dicta monui, fieri nullo modo poſſe, oſtendent, ut vel de tribus in Deo perſonis cogitemus, quando *penatium* Deorum mentio ſit. Qualis denique haec argumentatio? Dii *penates* ſunt *Jupiter*, *Juno*, *Pallas*. At Dii *penates* illi ſunt, per quos ſpiramus & vivimus. Igitur *Jupiter*, *Juno*, *Minerva* ſanctiſſimae Trinitatis imaginem ſiſtunt. In *Diis Cabiris* nihilo plus eſt ad hanc rem conficiendam auxilii. Principio aeternae & inexplicabiles ſervent inter eos rixae, qui de Diis *Cabiris* diſputant. Incertum enim eſt, tres, duo, quatuor, aut plures fuerint Dii, quos ita vetuſtas ſalutavit: incertius etiam, quales illi ſint Dii, quibus hoc nomen eſt impoſitum. Vid. *Gerh. Jo. Voſſius de idololatria Lib.* II. *Cap.* 57. *p.* 228. & *Tobias Guthberlethus de myſteriis Deor. Cabirorum Cap.* 3. & 4. *p.* 19. Sunt quidem, quibus placuit, *Jovem*, *Junonem*, & *Minervam* Deos unice hos *Cabiros* eſſe. Verum illi multo plurium auctorum teſtimoniis muniti ſunt, qui aut duos tantum eſſe Deos *Cabiros* volunt, *Caſtorem* & *Pollucem*, aut quatuor, *Cererem*, *Proſerpinam*, *Plutonem*, & *Mercurium*. Lege *Adr. Relandi Diſſ. de Diis Cabiris* §. 2. *in Diſſ. ſelect. Tom.* I. *p.* 194. De notatione vocabuli *Cabiri* non minora vigent certamina. *Marſhamus*, *Voſſius*, *Bochartus*, multique alii eam probant vocabuli hujus derivationem, quam *Cudworthus* ſuam fecit: ſed rejiciunt alii, nec ingenio nec eruditione inferiores. Vid. *Guthberlethus de myſter. Deor. Cabir. Cap.* 1. & *Rapl. Fabrettus Comm. ad columnam Trajani Cap.* 4. *p.* 80. *ſ.* Atque non ita pridem *Relandus* exſtitit, qui non contemnendis rationibus demonſtrare ſtuduit, nomen hoc ab Hebraeo vocabulo חבר *conjunxit*, *ſociavit*, deſcendere, *Deosque Cabiros Deos* eſſe *ſocios*. Sed credamus illis, qui *Deos Cabiros* Deos eſſe כבירים ſeu *potentes* exiſtimant, & a nomine כביר natales vocabuli iſtius repetunt: ſiccine conſtabit, Deos *Cabiros* unum fuiſſe illum & trinum Deum, quem gens Hebraea coluit? Non

Digitized by Google

tati pareat, aperte tamen fallitur. *Jupiter* nihil eſt aliud, quam *Jovis pater*: *Jovis* autem Hebraeorum illud nomen eſt, quo ſummum Deum compellant, quod *Tetragrammaton* vulgo dicitur, ad Romani tamen ſermonis regulam inflexum: quod unde Latini acceperint, nunc quidem indagare nolo. Quamobrem tantum abeſt, ut impium haberi debeat, Deum iſto appellare nomine, ut potius ipſe Deus hoc nomine ſalutari quondam a ſuis voluerit. Neque ulla ratio apparet, cur Latinos ſummum Deum hoc vocabulo negandum ſit deſignaſſe, quum Graeci, id quod 538
locis poſtea demonſtrabo minime dubiis & ambiguis celſiſſimum Numen ſuum verbo ζεὺς (*e*) denotaverint.

Multum ad hanc rem momenti habet, quod populus Romanus *Jovem Capitolinum*,

urbitror. Longe ſecus viſum eſt *Sam. Bocharto*, qui *Canaanis Lib.* I. *Cap.* 12. *p.* 394. hac ipſa nixus notatione, ingenioſiſſime pugnat, a Phoenicibus antiquis cultos fuiſſe Deos illos, quibus *Cabirorum* nomen eſt. Certe, quum cognatae fuerint Phoenicum, Hebraeorum, & aliorum populorum Orientis linguae, etiamſi oſtendas, nomen quoddam Hebraei cujusdam nominis propaginem eſſe, haud tamen inde continuo conſequetur, rem iſto nomine deſignatam inter Hebraeos etiam unice inveſtigandam eſſe. Ac, ſi omnia, quorum nomina Hebraeo cuidam vocabulo affinia ſunt, Hebraeae etiam originis eſſe, credendum foret, multa profecto ad Hebraeos eſſent referenda, quae inter alias gentes orta eſſe, nec Hebraeis unquam recepta, conſtat. Taceo, rationibus, quas etymologicas vocant, nil eſſe levius & incertius: taceo etiam, intelligi nullo modo poſſe, quare, ſi Hebraei Deum trinum Deos אלהים vocaſſent, nullum ejus nominis in Hebraeorum ſacris libris veſtigium exſtaret. Sed quid multis diſputo? Qui vel leviter myſteria cultumque Deorum, qui *Cabiri* nominantur, inſpexerit, is nullum majus requiret argumentum, ut lucem tenebrasque, diem & noctem minori diſiungi diſcrimine credat, quam tres in uno Deo perſonas & commentitia illa *Cabira* Numina, quibus veteres populi ſupplicarunt.

(*e*) *Denotaverint*] Quae de nomine *Jovis* hic monet vir doctiſſimus, ne longior ſim, quam neceſſe eſt, praetermitto. Erunt tamen, nil dubito, qui *Ciceronis* notationem vocabuli hujus aeque judicabunt eſſe veriſimilem, atque illam, quam meliorem *Cudworthus* arbitratus eſt, tametſi ſummorum virorum ſequatur veſtigia. *Lactantii* etiam poſterius argumentum, ob quod Deum negat *Jovis* nomine compellari poſſe, futile ac frigidum eſſe, lubens conficeor. Ad rem ipſam vero quod attinet, non poſſum, quin *Origeni* & *Lactantio* accedam, qui nefas eſſe judicarunt, ſummum Numen Deorum commentitiorum, quibus veteres ſupplicabant populi, vocabulis appellare: certe robuſta mihi videtur & valida, quam afferunt, ſententiae hujus ratio. Nomina *Jovis*, *Hammonis*, *Beli*, *Sabazii* certis erant Diis propria, de quorum ortu ac rebus geſtis inſulſiſſimae circumferebantur narrationes: neque poterant haec ideo recitari vocabula, quin audientibus plerisque omnia illa in mentem venirent, quae multitudo & ſacerdotes cum his conjungebant nominibus. *Jovem* qui appellari audiebat, ejus ſimul animum parentum ejus, Rheae & Saturni, fratrum, uxoris, ſtuprorum & adulteriorum memoria ſubibat. Quapropter Chriſtiani, ſi ſummum, quod venerabantur, Numen eodem ſalutaſſent vocabulo, plerosque omnes, ſi a paucis quibusdam ſapientioribus diſceſſeris, in eam induxiſſent ſententiam, Chriſtianorum Numen ejusdem eſſe naturae, cujus *Jovem* Graecorum & Romanorum, iisdemque idcirco criminibus inquinatum. Quae ſententia quantum generi humano detrimentum attuliſſet, nemo non intelligit. Chriſtiani quidem longe aliam ſubjeciſſent nomini *Jupiter* poteſtatem, quam Graeci atque Romani: at quis neſcit, populum aegerrime commoveri, ut novas vocabulis uſitatis notiones imponat, neque de nominum virtute ex ſapientum quorumdam ſenſu & arbitrio, ſed ex uſu & conſuetudine ſermonis recepta judicare ſolere? Quamobrem, quidquid etiam dixiſſent aut ſenſiſſent Servatoris noſtri diſcipuli, multitudinis tamen animis ſemper vulgaris illa notio vocabuli *Jupiter* obverſata fuiſſet. Quod ſi etiam huic occurri potuiſſet errori, indignum tamen, ſi quid ego judico, ſupremi Numinis majeſtate fuiſſet, ejusmodi vocabula in illud conferre, quibus per tot ſaecula tam inſignes maculae nefandaque crimina adhaeſerant. Praeter haec, qui poſtulabant hoc a Chriſtianis, ut perinde eſſe concederent, quo nomine Deus ſummus appellaretur, *Jovis*, *Beli*, *Ammonis*, aut alio, pauci erant philoſophi, *Celſus*, *Hieracles*, & alii, qui nec cum populo de religione ſentiebant, nec aliud habebant propoſitum, quam perniciem & interitum religionis Chriſtianae: cui ut nocerent, hoc in primis ofiendere conabantur, quidquid eximium, praeclarum, & rationi conſentaneum in praeceptis Chriſtianorum eſſet, id dudum, antequam hoc genus hominum e Palaeſtina prodiiſſet, a plerisque populis probatum

Digitized by Google

num, non quidem ſignum ejus vitae atque ſenſus inops, verum Deum illum, quem ſtatua referre dicebatur, *Optimum & Maximum* nominare conſuevit. Quae bina cognomina cenſuiſſe veteres Romanos declarant, Jovem naturam eſſe infinite benignam, parique potentia praeditam. *Jupiter*, ſic loquitur (*f*) *Cicero de natura Deorum, a poëtis dicitur Divûm atque hominum pater, a majoribus autem noſtris Optimus Maximus.* Idem *Oratione pro S. Roſcio: Jupiter*, inquit, *Optimus Maximus, cujus nutu & arbitrio coelum, terra, mariaque reguntur.* Appoſite quoque *Plinius Junior* ad hanc cauſſam in *Panegyrico: Parens*, inquit, *hominum Deorumque Optimi prius, deinde Maximi nomine colitur.* Praeterea *Servius Honoratus*, (*) Pontifices Romanos, quum publice rem divinam facerent, auctor eſt, *Jovem* hac formula alloquutos eſſe in precibus: *Omnipotens Jupiter, ſeu quo alio nomine appellari voluerîs.* Ex quo, ut opinor, intelligitur, quem Romani *Jovem* vocarunt, Deum illis infinite potentem habitum eſſe. Sed nec illud omittere debeo, quod de Hetruſcis *Seneca* (†) ſcriptum reliquit: quos quum a philoſophis diſtinxiſſet, atque ut genus hominum, ſuperſtitione varia, nullis vero litteris tinctum, his verbis ſpectari juſſiſſet: *Haec adhuc Hetruſcis & philoſophis communia ſunt, in illo diſſentiunt*, nomine *Jupiter* ſupremum totius rerum naturae moderatorem & arbitrum ab illis deſignari, perhibet. Juvabit ipſa hominis verba legiſſe. Primo igitur, de fulminibus quid ſentiant Hetruriae populi, exponit: *Fulmina dicunt a Jove mitti, &*
539 *tres illi manubias dant. Prima, ut ajunt, monet, & placata eſt, & ipſius conſilio Jovis mittitur. Secundam quidem mittit Jupiter, ſed ex conſilii ſententia: duodecim enim Deos advocat. Tertiam idem Jupiter mittit, ſed adhibitis in conſilium Diis, quos ſupe-*
rio-

(*) Comm. in Virgil. (†) Nat. Quaeſt. Lib. II. C. 41. p. 536. T. I. Opp.

fuiſſe. In his autem praeceptis, quorum inficiari nullo modo poterant praeſtantiam & veritatem, illud erat maxime, quod unum tuetur eſſe Deum. Quocirca nullam fuiſſe contendebant gentem, cui haec non ante *Chriſtum* perſpecta fuiſſet de uno Deo doctrina, nominaque idcirco ſummorum cujusque nationis Deorum unius ſummi Numinis eſſe vocabula, ſibi credi volebant. Ex quo quidem id manabat, nihil eſſe, cur a Chriſtianis diſcerent populi, unum eſſe Deum, aut avita ſacra deſererent. Quae quum ita ſint, prudentiſſime feciſſe Chriſtianos, arbitror, quod in verbis hic difficiles fuerint. Etenim, ſi hoc dediſſent, *Pappaeus, Jupiter, Belus, Ammon*, & infinita hujus generis alia vocabula unius eiusdemque Dei ſummi eſſe nomina, nec ad rem ipſam multum intereſſe, quonam ex his nomine Deus afficiatur, id quoque largiendum fuiſſet, publicas populorum religiones multo eſſe ſaniores atque meliores, quam Chriſtiani dicerent, neque orbem terrarum novo magiſtro & correctore veterum ſuperſtitionum magnopere indiguiſſe.

(*f*) *Cicero*] *De natur. Deor. Lib.* II. *Cap.* 25. *p.* 2992. *T.* IX. *Opp.* Qui ſequitur, *Ciceronis* locus exſtat in *Orat. pro Roſcio Cap.* 45. *p.* 948. *Tom.* III. *Opp.*

(*g*) *Largiatur*] Romanorum quosdam tantum valuiſſe ſapientia, ut, remotis fabulis & ſacerdotum nugis, ſub *Jovis* nomine ſummum, quod omnia moderatur, Numen colerent, equidem *in* controverſiam minime vocabo. At Romanos promiſcue, populum & philoſophos, litteratos & illiteratos, rudes & eruditos eadem de *Jove* imbutos fuiſſe opinione, id vero ut credat, ab animo meo impetrare nequeo. Populus certe Romanus, id quod loci docent veterum auctorum innumerabiles, quin ipſe Jovis cultus oſtendit, *Jovem Capitolinum* Saturni eſſe rebatur filium, qui coelo imperaret, & fulmina inde in homines emitteret, uxorem Junonem, filiam Minervam haberet. Neque attulit hic aliquid vir longe doctiſſimus, quod ab hac me demovere queat ſententia. (I.) Ex nomine *Optimus Maximus* nihil cogitur. Namque neminem praeterit, vim & amplitudinem eiusmodi vocabulorum ex conditione & natura rerum earum aut conſtringendam aut dilatandam eſſe, quibus applicantur. De *Jove* itaque ſuo, quem *Optimum* vocant & *Maximum*, quum talia paſſim narrent Romani, quae nec magnam bonitatem nec interminatam potentiam arguunt, multa e contrario magnae infirmitatis ſigna commemorent, apertum eſt, amplißimam minime notionem, verum valde tenuem & exiguam his eſſe nominibus ſubjiciendam. (II.) Jovem *omnipotentem* a Romanis eſſe.

Digitized by Google

riores & involutos vocant, quae vaſtat. Deinde vetuſtam hanc doctrinam interpretatur & explanat. Negat vero, hanc ejus eſſe ſententiam, quam verba prae ſe ferunt: propoſitum tantum fuiſſe affirmat auctoribus ejus, perterrefacere homines, idque inculcare, *Jovem* ipſum omnium ſalutem & felicitatem cupere, mala autem & poenas numquam, niſi neceſſitate jubente, neque umquam ſolum, ſed conjunctim cum aliis, infligere. Ad extremum haec addit: *Ne hoc quidem credidesunt* (Hetruſci,) *Jovem, qualem in Capitolio & in ceteris aedibus colimus, mittere manu ſua fulmina, ſed eumdem, quem nos, Jovem intelligunt, cuſtodem rectoremque univerſi, animum ac ſpiritum, mundani hujus operis dominum & artificem, cui nomen omne convenit.* Qui initia conſtitutae civitatis Chriſtianae vivendo attigerunt, Romani majorum hac in parte veſtigia non deſeruerant, ſed, quod illi fecerant, *Jovem* ſuum ſummum exiſtimabant Deum eſſe. Teſtis *Tertullianus* eſt *Libro ad Scapulam*, qui Romani exercitus preces, poſtquam *Marci Aurelii* Quados debellantis tempore Chriſtianorum militum pietate largum imbrem obtinuerant, ad Deum fuſas his verbis enarrat: (*) *Tunc populus acclamans* JOVI DEO DEORUM, QUI SOLUS POTENS EST, *in Jovis nomine Deo noſtro teſtimonium reddidit.* Igitur *Lactantio* multum aequiorem videmus & indulgentiorem *Tertullianum* fuiſſe, quum milites verum Deum invocaſſe, *Jovem* implorantes, (*g*) largiatur.

Uſitatiſſimi moris fuit, id quod antea docuimus, ſcriptoribus verae religionis ignaris, nomen *Deus* ponere, & iſto vocabulo ſummum illum Deum, cui parent omnia, indicare. Eamdem conſuetudinem in vulgaribus ſermonibus populum fre- 540
quentiſſime tenuiſſe, non paucis antiquorum ex Chriſtianis ſcriptorum teſtimoniis

(*) C. 4.

eſſe dictum, ſatis certum eſt. Verum antea ex *Petronio* jam oſtendi, vocabulum hoc, quum *Jovi* tribuitur, non ea eſſe notione praeditum, qua inter nos hodie valet, ſed longe dilutiori aeque minori. (III.) *Seneca* Hetruſcorum commenta ad cuſtodem rectoremque univerſi trahit. At quis nihil hac in expoſitione peccaſſe *Senecam* dixerit? Hetruſci non hanc eſſe ſuam opinionem faſſi ſunt, ſed *Seneca* ſuſpicatur tantum, aut fingit, ita Hetruſcos ſenſiſſe. Quis vero philoſopho fidem habeat, populorum religiones ex diſciplinae ſuae legibus explicanti? (IV.) In *Tertulliani* teſtimonio nihilo plus eſt virtutis. Primum *Tertullianus* haec verba preces eſſe militum Romanorum, nusquam ait, ſed populi Romani, Deum, depulſa ſiccitate, laudantis. Tentantur hoc ipſa, quae deſcribam, verba: *Quomodo non genuflexionibus & jejunationibus noſtris etiam ſiccitates ſunt depulſae? Tunc & populus acclamans*, & reliqua. Sed quoniam paullo ante imbris in Germanica expeditione precibus Chriſtianorum impetrati *Tertullianus* meminerat, ideo haec verba vir doctiſſimus ad iſtam pluviam pertinere opinatus eſt. Deinde non affirmat *Tertullianus*, *Jovem* Romanorum eumdem eſſe, quem Chriſtiani colerent, Deum. Dicti ejus, id quod planum, haec eſt ſententia: *Populus Romanus, ſiccitate depulſa, Jovem laudat: Sed quoniam Chriſtianorum precibus ſalus illa impetrata eſt, ideo laudes hae proprie ad Chriſtianorum Deum ſpectant. Canit populus Jovis laudes, at dum ejus Dei laudes canit, a quo beneficium illud manavit, reapſe Dei Chriſtianorum laudes canit, cui totum iſthuc debetur.* Ex quo ſimul apparet, non probaſſe *Tertullianum* eos, qui ſummum Deum *Jovem* appellarent, nec aliter hac de re, quam *Lactantium* & *Origenem*, judicaſſe. Contra in *Apologetico* ejus & aliis libris ita Jovem Romanorum illudit & irridet, ut nullo modo credibile ſit, aequo animo laturum fuiſſe aliquem *Tertullianum*, qui tam obſcoeni & ſcelerati Numinis vocabulo ſummum Numen afficeret. *Apologetici Cap.* 10. *p.* 114. haec de Jove ſcripta legantur: *Etiam Jovem offendemus tam hominem, quam ex homine, & deinceps totum generis ipſius examen tam mortale, quam feminis ſui par.* Quomodo, quaeſo, is ſub *Jove* ſummum latere Deum, rerum omnium parentem, arbitrari poteſt, qui Jovem miſerum fuiſſe hominem ſine circuitu profitetur, & omnia ejus crimina poſtea exagitat? Addo alium ejus locum, quo diſerte negat, Chriſtianos Romanorum Deum colere, *Apolog. C.* 24. *p.* 241. 242. *Laedimur Romanos, quia non Romanorum Deum colimus.*

Digitized by Google

niis conſtat. (*b*) *Tertullianus* tam in *Apologetico*, quam in *Libro de animae teſtimonio* varios ejus generis loquendi modos refert, quibus multitudo in foris ceterisque vitae humanae negotiis tum temporis utebatur: *Deus videt*, *Deo commendo*, *Deus reddet*, *Deus inter nos judicabit*, *quod Deus vult*, *ſi Deus voluerit*, *quod Deus dederit*, *ſi Deus dederit*, & ſimilia. (*i*) *Minutii Felicis* hic locus eſt, quo idem teſtatur: *Quum ad coelum manus tendunt*, *nihil aliud*, *quam Deum*, *dicunt.* ET MAGNUS *eſt*, *&* DEUS VERUS *eſt.* —— *Vulgi iſte naturalis ſermo*, *an Chriſtiani confitentis oratio?* Sed & a (*k*) *Lactantio* teſtimonium petere licet: *Quum jurant*, *& quum optant*, *& quum gratias agunt*, *non Deos multos*, *ſed Deum nominant.* *Adeo ipſa veritas*, *cogente natura*, *etiam ab invitis pectoribus erumpit.* Et interjectis aliis: *Ad Deum*, inquit, *confugiunt*, *a Deo petitur auxilium*, *Deus*, *ut ſubveniat*, *oratur.* *Et ſi quis ad extremam mendicandi neceſſitatem redactus*, *victum precibus expoſcit*, DEUM SOLUM *obteſtatur*, *& per ejus divinum atque unicum Numen hominum ſibi miſericordiam quaerit.* Accedit, quod rem egregie confirmat, *Procli ex Commentario in Timaeum Platonis* (*) teſtimonium, quo unum illum ſummumque Deum omni tempore & aetate plures ubique terrarum cultores habuiſſe, quam iſtam viliorum Deorum turbam, diſputat: Τάχα δ᾽ ἂν τὸν αὐτὸν τρόπον, ὃν δὴ καὶ αἱ ψυχαὶ τῶν ἑαυτῶν παρεγκειμένων θᾶττον ἐπιλανθάνονται· τῶν δὲ ὑπερτέρων ἧττον μιμνήσκονται· ὁρῶσι γὰρ μᾶλλον εἰς αὐτὰς ἀπ᾽ ὑστεροχλοῦ δυνάμεως. καὶ δοκοῦσιν αὐταῖς παρεῖναι σφόδρα· ὃ δὴ καὶ ἐξ ἧς ἔφην γίγνεται τῶν ἡμετέρων· πολλὰ γὰρ τῶν ἐν γῇ κειμένων ἐκ ὁρῶσιν. ὅμως αὐτῶν ὁρᾶν δοκοῦμεν καὶ ἀπλανῆ καὶ αὐτὰς τὰς ἀπείρους. διὸ καταλάμπειν ἡμῶν τὸν νοῦν τῇ ἑαυτῶν φωτί· μᾶλλον δὲ καὶ τὸ σῶμα τῆς ψυχῆς λεῖον ἔχει καὶ εὐόρατον τῶν ὑποκειμένων, ἢ τῶν ἀνωτέρων καὶ θειοτέρων ἀρχῶν, ὅτου τῷ πρωτίστῳ ἀρχῷ πᾶσαν θνητὴν καὶ ἀϊδίους συγχωρῶσιν εἶναι, καὶ θεὸν πάντες ἄνθρωποι ἐπικαλέσει βοηθόν· θεὸς γὰρ εἶναι μετ᾽ αὐτοῦ, καὶ σωτῆρα ἀπ᾽ αὐτῶν ἐν τῷ παντὶ, ὃ πᾶσι πρόδηλον· ἐναργέστερον γὰρ αὐτοῖς καταφαίνεται τὸ ἓν ἢ πλῆθος. *Fortaſſis hoc quoque dixeris*, *animos citius rerum illarum cognitionem amittere*, *quae inferiores ſunt & ipſis propiores*, *celſorum vero illorum principiorum memoriam arctius retinere.* *Etenim haec ob virtutis*, *qua valent*, *praeſtantiam fortius in eos agunt*, *& propter efficacitatem*, *quam habent*, *praeſentia eſſe illis videntur.* *Idem oculis noſtris corporeis uſu venire ſolet.* *Multa enim licet in hac terra ſint*, *quae noſtrum nemo videt*, *quilibet tamen ultimum coeli orbem obſervat*, *infixasque in eo ſtellas contemplatur*, *quoniam hae luce ſua oculos noſtros in primis feriunt.* *Simili plane modo animi noſtri oculus citius memoriam & viſum perdit inferiorum*, *quam altiorum & diviniorum principiorum.* *Sic omnes omnino ſectae ac religiones unum illud ſummumque principium agnoſcunt*, *hominesque ubique terrarum Dei auxilium implorant: eſſe vero alios*, *praeter & infra ſummum hoc principium*, *Deos*, *atque ab hiſce Diis certam quamdam providentiam ad hanc rerum univerſitatem manare*, *id vero non omnes conſitentur ſectae: cu-*

(*) P. 286.

(*b*) *Tertullianus*] Vid. *Apologeticus* ejus Cap. 17. *p.* 175. & *de teſtimonio animae Cap.* 2. *p.* 35. *Opp. ed. Venetae.* Adde eundem *Libro de reſurrectione carnis Cap.* 3. *p.* 205.

(*i*) *Minucii Felicis*] In *Octavio Cap.* 18. *p.* 171. *ed. Gronov.*

(*k*) *Lactantio*] *Inſtitut. divinar. Lib.* II. *Cap.* 1. *p.* 159. His locis luculentum ejusdem argumenti locum liceat addere ex *Arnobii Lib.* II. *adverſ. gentes p.* 54. *Da*, inquit, *verum judicium: & haec omnia circumſpiciens*, *quae videmus*, *magis*, *an ſint Dii ceteri*, *dubitabit*, *quam in Deo cunctabitur*, *quem eſſe*, *omnes naturaliter ſcimus: ſive quum exclamamus: o Deus! ſive quum illum teſtem Deum conſtituimus improborum*, *&*, *quaſi nos cernat*, *faciem jublevamus ad coelum.* Ipſum vero, quod ex hiſce vulgi vocibus ducitur, argumentum debile mihi admodum videtur. Quis enim ignorat, eos, qui multas unius generis & ordinis naturas eſſe credunt, unam tamen in quotidiano ſermo-

Digitized by Google

cujus quidem rei haec ratio eſt, quod unitas clarior ipſis & planior apparet multitudine.

Ipſa illa Dei miſericordiam implorandi formula, quae tot ſaecula jam inter Chriſtianos recepta fuit, Κύριε ἐλέησον! *Epicteto* apud (*l*) *Arrianum* teſte ac auctore, ſive a Graecis, ſive a Latinis, ſive ab utrisque olim fuit adhibita, quum 541
ſupremum ſibi Deum vellent propitium reddere. Τὸν θεὸν ἐπικαλούμενοι, inquit *Epicte-tus*, δεόμεθα αὐτοῦ· Κύριε ἐλέησον! *Deum invocantes, precamur eum: Domine, miſerere noſtri!* Vixit vero *Epictetus Adriano* imperatore: cujus, quem attulimus, locum minime Chriſtianos mores enarrare, ſed inſtituta referre eorum, qui Diis tum ſupplicabant, ex ipſo patet orationis contextu. Nam de illis verba facit, qui volatu avium atque cantu res futuras declarari, arbitrabantur. Multi quoque, id quod in primis huc pertinet, ſcriptorum Graecorum ſummum Numen in ſcriptis ſuis ſaepenumero Κύριον ſive *Dominum* ſolent vocare. Omitto locum ex *Dialogo*, qui *Aſclepius* & πλατωνικὸς λόγος inſcribitur, a (*m*) *Lactantio* productum, in quo ὁ κύριος καὶ πάντων ποιητὴς, *Dominus & effector rerum omnium*, Deus dicitur, quum alii non deſint aeque luculenti. *Menander*, cujus verba apud (*n*) *Juſtinum Martyrem* ſunt, Deum, cujus res hic agitur, τὸ ὑπὲρ πάντων κύριον χρηκότα θεὸν, *Dominum rebus omnibus quam maxime praeſidentem*, appellat. Cui *Oſirin* addo apud *Plutarchum* ἀπάντων κύριον, *Dominum rerum omnium*, nominari. Sed & alii paſſim occurrunt loci in auctoribus a vera religione alienis, quibus, non ſecus atque Chriſtiani ſcriptores, nec non ſeptuaginta interpretes, Deum, nulla voce alia adjecta, abſolute Κύριον nominant. In *Plutarchi de Iſide & Oſiride Libello* memoratur ἓν πρώτου καὶ ΚΥΡΙΟΥ καὶ νοητοῦ γνῶσις, *cognitio primi, intelligibilis, & Domini*, id eſt, ſupremi Numinis. In ejusdem *Vita Alexandri M.* Oromasden ὁ κύριον, *Dominum* ſalutari, videas. (*) *Ariſtoteli* is, qui rebus omnibus dominatur, cum νοῦς, tum κύριος dicitur. *Plato ſexta ad Hermiam Epiſtola* primam divinitatis hypoſtaſin, qua nihil arbitratur eſſe divinius & auguſtius, ἓν ἡγεμὼν καὶ αἴτιον πατέρα κύριον, *patrem principis & cauſſae hujus orbis* (id eſt, aeternae intelligentiae) *atque Dominum*, nominat. *Jamblichi* hoc de ſupremo Numine pronuntiatum exſtat: (†) Δεῖν ὁμολογεῖν ὅτι ἓν κυρίου τὸ ἀγαθὸν αἰτεῖν. *In confeſſo eſt, quod bonum a Domino petendum ſit*, id eſt, a ſupremo Deo. Quae verba deinceps etiam ab eo repetuntur p. 129. at (*o*) in exemplo formis deſcripto hac ratione depravata leguntur: Δεῖν ὃ ὁμολογεῖν ὅτι ἓν κυρίου ταγαθὸν ἴσι. Poſtremo (*p*) *Clemens Alexandrinus* Deum non uno ab omnibus nomine compellari, ſed a variis varie vocari, ſcriptum reliquit, nimirum ἢ τὸ ἕν, ἢ τἀγαθὸν, ἢ νοῦν, ἢ αὐτὸ τὸ ὄν, ἢ πατέρα, ἢ θεὸν, ἢ δημιουργὸν, ἢ Κύριον, *ſive unum, ſive bonum, ſive mentem, aut ipſum id, quod eſt, aut patrem, aut Deum, aut creatorem, aut Dominum.* Quamobrem nullum omnino dubium reſtat, quin iſtud *Arriani* Κύριε ἐλέησον! *Domine miſerere!* iis olim in ore fuerit, qui

(*) De anim. Lib. I. Cap. 7. (p. 16. T. II. Opp.) (†) Vit. Pythag. pag. 89. (Cap. 18. p. 72. ed. Kuſteri.)

mone interdum nominare tantum, licet plures intelligant? Chriſtiani innumerorum angelorum cuſtodiae ſanctos homines a Deo eſſe commiſſos, cenſent, & nihilo tamen minus unum ſaepenumero *angelum* tantum, quum hac de re loquuntur, inducunt. Ex quo tamen male aliquis concluderet, unum tantum *angelum* ab illis, qui hoc more verba faciunt, ſtatui.

(*l*) *Arrianum*.] *Diſſ. Epictetear. Lib.* II. *Cap.* 7. *p.* 186.

(*m*) *Lactantio*.] *Inſtitut. divinar. Lib.* II. *Cap.* 6. *p.* 419.

(*n*) *Juſtinum M.*] *De Monarchia Dei p.* 108. Conf. *Jo. Clerici Menandri & Philemonis reliquiae p.* 49.

(*o*) *In Exemplo*.] Recte hoc *Lud. Kuſterus* animadvertit, qui in ſua *Jamblichi* editione *Cap.* 28. *p.* 115. locum hunc ex *Cudworthi* ſententia emendatum exhibuit.

(*p*) *Clemens Alex.*] *Stromat. Lib.* V. *p.* 695.

(q) Le-

ſe Diis gratos & acceptos praeſtare cupiebant. Quamquam poſtea, id quod nos *Mauritius* Imperator in *Strategematibus* edocet, (*) Chriſtiani milites hanc formulam decantare ſolebant, antequam in aciem hoſtium (*q*) irruerent.

542 Haec ſi quem nondum commovent, ab eo fortaſſis *Aurelius Prudentius*, ut in noſtram eat ſententiam, impetrabit. Namque hic in *Apotheoſi* neminem, ne ex illis quidem, quos maxima urgeret ſuperſtitio, quique Diis omnia ridiculis repleta eſſe crederent, tanta fuiſſe veſania, ut omnibus illis Numinibus unum ſolum leges ferre atque imperare, inficiaretur, apte atque copioſe his verſibus teſtatur:

(†) *Ecquis in idolis recubans inter ſacra mille,*
Ridiculosque Deos venerans ſale, ceſpite, thure,
Non putat eſſe Deum ſummum & ſuper omnia ſolum?
Quamvis Saturnis, Junonibus, & Cythereis,
Portentisque aliis fumantes conſecret aras;
Attamen in coelum quoties ſuſpexit, in uno
Conſtituit jus omne Deo, cui ſerviat ingens
Virtutum ratio, variis inſtructa miniſtris.

Non ſum ego neſcius, *Platonem* in *Cratylo*, ubi verborum notationes & origines perſequitur, & inter alia, unde vox Θεὸς nata ſit, declarare ſtudet, de antiquiſſimis Graeciae incolis & habitatoribus haec litteris prodidiſſe: (§) *Videntur utique mihi Graecorum priſci Deos ſolos putaſſe eos, quos etiam his temporibus barbarorum plurimi arbitrantur, ſolem, lunam, terram, ſtellas, coelum. Quum ergo haec omnia perpe-*

(*) Rigaltii Gloſſ. (†) Vers. 254. (potius v. 186. p. 169.) (§) (P. 263. Opp.)

(*q*) *Irruerent*] (l.) Quae doctiſſimi viri de notiſſima inter Chriſtianos precum formula: Κύριε ἐλέησον! eſt ſententia, eadem *Jo. Bonae* Cardinalis eſt, *Rerum Liturgic. Lib.* II. *Cap.* 4. *p.* 316. & *divinae Pſalmodiae Cap.* 14. §. 4. *p.* 485. & nonnullorum aliorum minoris auctoritatis: quorum etiam aliqui eo progreſſi ſunt, ut Chriſtianos a Deorum cultoribus has preces inter alia multa mutuatos eſſe, non affirmare ſint veriti. Ego vero, ut, quod res eſt, fatear, haud facile a me impetro, ut precatiunculam hanc inter eas preces referam, quibus in templis & cultu publico Deos ſuos vulgo adire conſueverunt olim vel Graeci vel Romani. Etenim incertum valde eſt, an *Arrianus* vel *Epictetus* hanc precationem ipſemet compoſuerit, & hominibus, quos objurgat, ſuppeditaverit, an vero ex uſu quotidiano & moribus populorum ſumſerit. Reprehendit eo in loco *Epictetus* homines, qui Deum trementes & anxii ſolerent accedere, neque tam divinae ſeſe providentiae committere, quam exitum ex malis, quibus urgerentur, trepidantes a Deo flagitare: Νῦν δ' τρέμοντες τὸ ἐμπύρευμα χρατοῦμεν, καὶ τὸν ὄρνιν ἐπικαλούμενοι δεόμεθα αὐτοῦ· Κύριε ἐλέησον! ἐπιτρεψόν μοι ἐξελθεῖν. *Nunc autem trementes augurium captamus, Deumque invocantes precamur eum: Domine, miſerere noſtri! fac mihi exeundi poteſtatem.* Quemadmodum *Epictetus* haec verba: ἐπιτρεψόν μοι ἐξελθεῖν, haud dubie ex ſuo petiit ingenio, non autem ex receptis vulgo precum formulis depromſit: quidni & reliquorum, de quibus hic loquimur, verborum ipſemet auctor eſſe potuit? Sed, ſi conceſſerim, audiviſſe aliquando *Epictetum* homines, quum ita precarentur, quod fieri potuiſſe, non inficior; neſcio, quo jure, quod unus item & alter adhibuit, id ordinariis & uſitatis precibus ethnicorum, quibus Deos publice commellaverint, connumerari queat. Illud autem, quod multis placere dixi, Chriſtianos hanc formulam uſurpando imitatos eſſe Deorum commentitiorum cultores, prorſus mihi jejunum ac male meditatum videtur eſſe. Namque ut hanc oratiunculam tam eſſe ſimplicem ac brevem praetermittam, ut ipſa eam natura hominibus calamitate quadam preſſis dictare videatur, non inepte quaeri poſſet, ſi quod eſſet hac in re imitationis veſtigium, utrum Chriſtiani aemulati eſſent ethnicos, an vero ethnici Chriſtianos? Certus ego ſum, Deorum mancipia tot minimum inſtituta, dicta, & dogmata ex Chriſtiana diſciplina in ſuam tranſtuliſſe, quot Chriſtiani ex ritibus profanis inter ſuos aſſumſerunt, imo etiam plura: idque peculiari quadam *Diſſertatione*, haud ita pridem

Digitized by Google

petuo in curſu eſſe conſpicerent, ab hac natura ἀπὸ τοῦ θεῖν *nominaſſe videntur, deinde & alios animadvertentes, omnes eodem nomine nuncupaſſe.* Nec (r) *Euſebium* ignoro, dum perſuadere cupit alicubi, nullos Deos, niſi corporeos & anima carentes, ab omnibus olim cultos eſſe populis, hoc in primis dicto *Platonis* ſeſe tueri. Sed hoc contra *Platonis* fieri ſententiam, certus ſum. Is enim, tantum abeſt, ut usquam ullam gentem tam fuiſſe barbaram & immanem praedicet, ut in Deorum loco corpora haberet mente atque ſenſu vacua, ut contrarium teſtetur potius. Imo vero, qui nunc in manibus eſt, loco vetuſtiſſimos Graeciae populos, aliasque nationes horum barbarie non diſſimiles, a recentioris memoriae Graecis multo illis moratioribus diſtinguit; quorum hos ad inviſorum etiam Deorum perveniſſe cognitionem, tradit. Sed fac, verum eſſe, quod *Plato* perhibet, veterum populorum 543
aliquos nullis ſupplicaſſe Diis, niſi talibus, quos oculis cernerent, naturas autem corpore liberas ignoraſſe penitus, haud inde tamen confectum erit, tam obtuſo fuiſſe gentes illas ingenio, ut nullum ſupremum celſiſſimumque Deum agnoſcerent, qui res omnes gubernaret & componeret. E contrario certum eſt, nonnullos eorum, qui omnem rerum naturam corporibus concludebant, totum tamen coelum aetheremque anima praeditum pro ſummo habuiſſe Numine. Quid enim ſibi aliud hi verſus volunt *Euripidis*, quos apud *Ciceronem* reperias?

(*) *Vides ſublime fuſum, immoderatum aethera,*
Qui tenero terram circumvectu amplectitur:
Hunc ſummum habeto Deum, hunc perhibeto Jovem.

Fue-

(*) De nat. Deor. p. 223. (Lib. II. C. 25. p. 2993.)

dem edita, multis exemplis docui. Sed neſcio, quinam morbus viros etiam doctiſſimos invaſit, ut, ſi cognationis nonnihil inter Chriſtianorum veterum mores & inſtituta atque eorum religiones, qui multis tum Diis ſervierunt, animadvertant, confeſtim ſua omnia furtim ſublegiſſe Chriſtianos ex impuris gentium alienarum rivulis, clamitent. Quaſi vero nihil habuiſſent Chriſtiani, quod Deorum ſacerdotes accendere ad aemulationem potuerit. (II.) Sed mittamus haec, quae locum opportuniorem propter argumenti dignitatem poſtulant, & de vocabulo κύριος quaedam adjiciamus. Preces has ad ſummum pertinere Deum, *Cudworthus* exiſtimat; quod ut perſuadeat, veterum dicta quaedam affert, in quibus ſupremus ille rerum omnium architectus abſolute κύριος appellatur. Sed qui rerum veterum cognitione quadam imbuti ſunt, iis latere nequit, nomina κύριος & δεσπότης apud Graecos, & *Dominus* apud Romanos non uni ſummo Deo fuiſſe propria, ſed omnibus Diis communia. De vocabulo δεσπότης nunc taceo, de quo *Ezech. Spanhemium* inſpici velim *Preuves des Remarques ſur les Cejars de Julien p.* 39. Nomen autem κύριος & vocabulum *Dominus* hanc habuiſſe vim, ut ſimpliciter poſita *Deum* quemcumque deſignarent, vel id argumento eſt, quod Imperatores Romani, ut divinitatem ſuam oſtenderent, κύριος & *Dominos* ſeſe cum in nummis appellaverint, tum a populo dici voluerint. Lege *Ezech. Spanhemium de uſu & praeſtantia numiſmat. Diſſ.* VIII. *Tom.* I. *p.* 758. & *Anton. Borremanſium* in *Veſperis Gorinchemenſibus Cap.* I. *p.* 3. *ſ.* Atque hunc vocabuli κύριος & *Dominus* poteſtatem non ignorabant Chriſtiani: qui propterea nullis vel minis vel promiſſis impelli poterant, ut Imperatores ita ſalutarent. *Herodes* Irenarcha & Niceles *Polycarpum*, epiſcopum Smyrnenſem, apud *Euſebium Hiſtor. eccleſ. Lib.* IV. *Cap.* 15. *p.* 131. ita alloquuntur: Τί κακὸν ἦν, εἰπεῖν ΚΥΡΙΕ Καίσαρ; *Quidnam mali hoc eſt, dicere,* DOMINE *Caeſar?* Ille vero conſtanter hoc recuſat: Οὐ μέλλω ποιεῖν, ὁ συμβουλεύεται μοι. *Numquam id faciam, quod mihi ſuadetis. Tertullianus Apologetico Cap.* 34. *p.* 289. *Dicam plane Imperatorem Dominum, ſed more communi: ſed quando non cogor, ut* DOMINUM DEI VICE *dicam.* Haec ideo viſum eſt annotare, ne quis, quum in monumentis veterum nomen κύριος de Deo videt adhibitum, ſummum continuo Deum cogitet, ſapientiusque nonnullos, atque conſuerunt revera, de Deo ſenſiſſe, arbitretur.

(r) *Euſebius*] *Praeparat. evangel. Lib.* I. *Cap.* 9. *p.* 29.

Fuerunt ex hoc genere alii, quibus ſubtilem illam igneamque materiam, quae totum permearet mundum, quem ratione valere cenſebant, in ſummi Numinis faſtigio ponendam eſſe, viſum eſt. Atque haec quidem opinio ne philoſophis quidem nonnullis, quam reciperent, indigna fuit habita: in quibus *Heraclii* ſectatores & Stoicos numerandos eſſe, notum eſt. Denique, qui *Vettium Praetextatum*, cujus perſonam aſſumſit (*s*) *Macrobius*, tot veterum populorum Numina ad unum referre ſolem, videt, is, vereor, ne in hanc incidat cogitationem, gentes illas ſolem animatum ſummi Numinis inſtar coluiſſe, idque prece hac, quae apud (*t*) *Macrobium* exſtat, fortaſſis declaraſſe: Ἥλιε παντοκράτωρ, κόσμου πνεῦμα. *Sol omnipotens, mens & anima totius mundi, &c.* Taceo, ipſum *Cleanthem*, magnum illud Stoicae familiae decus, quem pietate erga Deum inſignem fuiſſe, conſtat, non paucis hac opinione imbutum videri.

Ut haec ita ſint, nolim tamen, ſibi quisquam perſuadeat, quod nonnullos feciſſe video, conſtitutum fuiſſe *Macrobio* in *Saturnalibus*, hanc, quam diximus, opinionem, ſolem animatum ſummum eſſe & maximum ceterorum omnium Numinum Deum, ita tueri, ac ſi ipſemet, aut plerique omnes Deorum cultores eam foverent. Multo minus idcirco eum hanc adſciviſſe ſententiam, putandum eſt, quo iſtam Deorum, quam orbis adhuc veneratus erat, multitudinem ad unum veluti revocaret Deum, neque tantam eſſe, oſtenderet, quantam multi putarent, Chriſtianae diſciplinae ceterarumque religionum diſſimilitudinem. Namque diſertiſſime ſe de illis tantum Diis affirmat diſputationem inſtituiſſe, *qui ſub coelo ſint*, id eſt, de minori quodam Deorum mundanorum genere. Quin etiam ne hos quidem omnes oratione iſta comprehendit: excludit multos: multos viciſſim nil niſi varia eſſe unius ſolis nomina, quibus diverſas ejus virtutes veteres indicare voluiſſent, contendit. Ceterum, qualem ſibi Deum ipſe *Macrobius* effinxerit, id cum ex ceteris ejus libris, tum ex ſequenti in primis loco patebit, e *Commentario in Scipionis ſomnium* depromto, quo declarat, quonam ſenſu in illo ſomnio extimus globorum coeleſtium & coelum ſideribus fulgens *ſummus Deus* vocetur: (*) *Quod hunc extimum globum ſummum Deum vocavit, non ita accipiendum eſt, ut iſte prima cauſſa & Deus ille omnipotentiſſimus exiſtimetur, quam globus ipſe, quod coelum eſt, animae ſit fabrica, anima ex mente proceſſerit, mens ex Deo, qui vere ſummus eſt, procreata ſit. Sed ſummam*

(*) Lib. I. C. 17. (p. 87.)

(*s*) *Macrobius*] *Saturnal. Lib.* I. *Cap.* 17. *f. p.* 270. *f.*

(*t*) *Macrobium*] *Saturnal. Lib.* I. *Cap.* 23. *p.* 313.

(*u*) *Vettium*] Vid. *Somn. Scipionis Lib.* I. *Cap.* 2. *p.* 9. Hic vero mentem potius & ſententiam, quam verba, recitat *Macrobii* vir longe doctiſſimus.

(*x*) *Crederent*] *Macrobius*, id quod *commentarius* eius *in Somnium Scipionis* a *Cicerone* ſcriptum aperte docet, ſcholae illius, quam recentiorem vocare ſolemus Platonicam, praeceptis plane fuit imbutus. [Non autem Chriſtianus fuit, quod *Barthio*, *Gretio*, *Collino* viſum, contra quos vid. *Maſſon Bibl. raiſonnée T.* XIII. *P.* II. *p.* 447. *f.*] Ex quo ſine negotio intelligitur, partim quid de religione ſummoque Deo ſenſerit, partim cur in ſole laudando & praeter modum exornando tam multus ac ingenioſus fuerit. Haec nempe philoſophorum natio, tametſi ſummum eſſe fateretur Numen, ſecundum hoc tamen nullum ſole majorem & excellentiorem eſſe Deum, affirmabat: quod dogma quam ſubtiliter expoſuerint, ex *Juliani Oratione in ſolem* omnium diſcas optime. Adde *Zachar. Mitylenaeum Dialogo de opificio mundi p.* 173. 176. 184. Itaque, quod huic generi totus addictus erat *Macrobius*, de ſole quoque bene mereri cupiebat, atque, Numinum Deorumque quidquid olim cultum eſt, unum eſſe ſolem, affirmabat. Verum in hac tota diſputatione ſectae potius ſtudio & anteceptis opinionibus, quam rationi atque veritati, morem gerit, populorumque religiones conturbat verius, quam explicat: quod,

Digitized by Google

mum quidem dixit ad ceterorum ordinem, qui ſubjecti ſunt; Deum vero, quod non modo immortale animal ac divinum ſit, plenum inclytae ex illa puriſſima mente rationis, ſed quod & virtutes omnes, quae illiam primae omnipotentiam ſuminitatis ſequantur, aut ipſe faciat, aut contineat. Ipſum denique Jovem veteres vocaverunt, & apud Theologos Jupiter eſt mundi anima. Conſtat hinc, *Macrobium* pariter, atque reliquos Deorum amicos, ſolem omnino magnum eſſe Deum, cenſuiſſe: nec eumdem fortaſſis dubitaturum fuiſſe, ſidus hoc certo ſenſu *Jovem* παντοκράτορα, *omnipotentem rerum omnium moderatorem*, appellare: quin etiam exiſtimo, uti coelum ſtelliferum *ſummus Deus* in *Somnio Scipionis* appellatur, ſic eum *ſolem* eodem nomine honeſtaturum fuiſſe, eo quod primas in inferiori mundo adminiſtrando partes obtineret. At multum tamen ab eorum, quod manifeſtum eſt, opinione aberat, qui tantum ſoli tribuunt, ut eum *primam cauſſam* & *omnipotentiſſimum* eſſe *Deum* ſtatuant. Soli enim primum atque coelo aeternam praeponebat animam, quae utrumque ratione feciſſet & comparaſſet: hanc deinde ex mente ſeu perfectiſſima intelligentia procreatam eſſe ducebat animam: ipſam denique mentem ex vere ſummo putabat manaſſe omnipotentiſſimoque Deo. In quo patet *Platonis* eum ſequutum eſſe auctoritatem, triaque rerum omnium principia, ſeu tres in una divinitate perſonas conſtituiſſe. Quam quidem doctrinam alio loco copioſius & planius hoc modo perſequitur: (*) *Deus, qui prima cauſſa eſt & vocatur, unus omnium, quaeque ſunt, quaeque videntur eſſe, principium & origo eſt. Hic ſuperabundanti majeſtatis foecunditate de ſe mentem creavit. Haec mens, quae νοῦς vocatur, qua patrem inſpicit, plenam ſimilitudinem ſervat auctoris, animam vero de ſe creat, poſteriora reſpiciens. Rurſus anima partem, quam intuetur, induitur, ac, paullatim regrediente reſpectu in fabricam corporum, in corpora ipſa degenerat.* Adjicio (v) tertium ejus locum aeque memorabilem: *Summi & principis omnium Dei nullum ſimulacrum finxit antiquitas, quia ſupra animam & naturam eſt, quo nihil fas eſt de fabulis pervenire, de Diis autem ceteris & de anima non fruſtra ſe ad fabuloſa convertunt.* His quid validius fieri ad eos refellendos poteſt, qui vel *Macrobium*, vel ceteros Deorum adoratores tanta fuiſſe mentis imbecillitate praedicant, ut ſolem animatum naturam omnium ſummam, principem, & excellentiſſimam eſſe, (x) crederent?

Atque hic non dubito, quin operae pretium faciam, ſi, quod antea jam monui,

(*) Somn. Scip. Lib. I. C. 14. (p. 73.)

544

Ti res & locus ferrent, facile demonſtrare liceret. extra ſolem exſiſtere, faſſus eſt, Bacchum, Mercurium, Aeſculapium, & reliquos; at, quo ſoli tamen ſimul honori pro viribus conſuleret, omnes hoſce Deos ex ſole procreatos ac genitos eſſe, docuit; *Orat.* IV. *in ſolem p.* 144. *ſ.* Atque is *Jamblichum* latius eſſe perſequutum *opere*, quod periit, περὶ θεῶν, quae ipſemet praecipue ac breviter enarraſſet, ſimul ſignificat, *l. c. p.* 157. Saepius ego tacitus ex me quaeſivi, quemadmodum viri ſine controverſia magni & eruditi hoc a ſe impetrare potuerint, ut, nulla deliberatione inſtituta, temere probarent omnia, quae recentiores, qui poſt natum vixerunt Servatorem, philoſophi ac rhetores de religionibus & Diis gentium ſcripta reliquerunt: quos quidem non ignorare poterant, quo Chriſtianorum effugerent tela, in omnes ſefe

Neque tamen primus auſus eſt *Macrobius* omnes ad ſolem Deos referre, ſed veſtigia tantum ſummorum eius, quam ſequebatur, familiae philoſophorum preſſit. Exſtat longus *Porphyrii* locus apud *Euſebium Praeparat. Euangel. Lib.* III. *Cap.* 11. *p.* 112. quo non puſillam Deorum manum unius eſſe ſolis ſimulacra tuetur. Sed hos omnes vanitatis jam valide convicit conatus *Euſebius l. c. Cap.* 12. *p.* 120. Cuius rationes ſi viri doctiſſimi attente & diligenter ponderaſſent, credo equidem, non tam facile in *Macrobii* ſententiam, agmine veluti facto, conceſſiſſent. Ipſe *Julianus* fieri nullo modo poſſe, intellexiſſe videtur, ut Dii omnes ad unum ſolem revocarentur. Itaque ingeniioſius rem inſtituit, atque Deos quidem ceteros

nui, repetam, ne ipſos quidem Perſas, quibus hoc prae reliquis omnibus populis exprobratur, quod ſolem ſummi loco Numinis venerati ſint, jure hujus poſtulari flagitii. Quod ſi enim (*y*) *Eubulo*, qui copioſe *Hiſtoriam* conſcripſit *Mithrae*, fidem licet adjungere, populus hic alium Deum, nulli viſum mortalium, multoque majorem ſole, quippe qui non ſolem modo, ſed univerſum virtute ſua mundum produxiſſet, tamquam verum *Mithram*, cultu & religione proſequebatur. Sed nec *Eubulus* id unus teſtatur. *Herodotus* (*) ſimiliter *Jovem* Perſarum diſtinguit a ſole. *Xenophon* multis idem locis teſtatur: in quibus is ceteris eſt luculentior, quo *Cyrum* refert, suum in ſomnio, mortem ſibi imminere, admonitus eſſet, preces atque ſacrificia primum *Jovi* Perſarum, Διὶ πατρῴῳ, tum ſoli ceterisque Diis obtuliſſe: (†) Ἔθυε Διΐ τε πατρῴῳ καὶ ἡλίῳ καὶ τοῖς ἄλλοις θεοῖς ἐπὶ τὰ ἄκρεα, ὡς Πέρσαι νόμιζουσιν, ὧδε ἐποιεῖτο· Ζεῦ πατρῷε καὶ ἥλιε καὶ πάντες θεοὶ, δέχεσθε παῖδα κατεπιόμενα, κ. τ. λ. *Jovi patrio*, (id eſt, Perſarum) *& ſoli, & Diis ceteris in ſummis montium jugis*, (*ſic enim Perſae conſue-*
545 *verunt*) *ſacrificia mactabat, & in hanc ſententiam preces concipiebat: Jupiter patrie*, (id eſt, tu Mithras aut Oromasdes) *ac ſol, vosque Dii univerſi, accipite haec ſacra.* Simili ratione & inſtituto *Plutarchus* memorat *Darium* precatum eſſe: Ζεῦ πατρῷε Περσῶν, *Jupiter patrie Perſarum*, ſeu tu, qui ſummus a Perſis Deus haberis. *Herodotus*, praeter haec, & *Curtius* in ſacris ac ſolemnibus Perſarum pompis moris fuiſſe,

(*) Lib. I. C. 131. (†) Cyr. Inſtit. Lib. VIII. p. 154.

partes vertiſſe, ut pulcriora, quam erant, inſtituta ſua facerent. Sed quid antiqui cujusdam auctoris nomen non poteſt apud eos, qui magnam vitae partem in antiquitatis exploratione conſumſerunt? Feramus haec in hominibus ceteroquin praeſtantiſſimis, & magnis eorum meritis condonemus.

(*y*) *Eubulo*] Apud *Porphyrium de antro Nymphar. p.* 253. *&c.*

(*z*) *Poteſt*] De Perſarum religione ſupra plene ſatis ac copioſe expoſui, quae hoc loco repetere nec placet, nec expedit. Hoc unum addo, ex edicto *Cyri*, quod *Eſdrae* I. 2. legitur, commode quidem, quidnam rex hic tum temporis de Judaeorum Deo ſenſerit, intelligi poſſe, non autem populi totius Perſarum religionem & de re divina ſententiam.

(*a*) *Strabo*] Non invenio in hoc *Strabonis* loco cuncta, quae in eo ſibi viſus eſt invenisse vir longe doctiſſimus. Nec enim *Strabo* cenſuiſſe tradit Aethiopes, ſummum Deum prorſus a mundo ſecretum eſſe, nulliusque mortalium oculis cerni poſſe. Ad ipſam rem quod attinet, nullus ego dubito, quin duplex hic Aethiopum Deus duplex illud principium ſit, alterum bonum, alterum vero malum, in quo colendo tot conſenſere populi. Multis enim veterum perſuaſum fuiſſe, Perſis, Aegyptiis, & aliis, Deum illum, unde malum omne naſceretur, mortalem eſſe, ſenſimque deletum atque exſtinctum iri, vel ex *Plutarcho* conſtat *Libro de Iſide atque Oſiride p.* 370. Atque hoc ut tanto credam facilius, haec duo me in primis commovent. (I.) Aethiopes hi illi ſunt populi, quos nunc *Habeſſinos* dicimus, qui finitimi ſunt Aegyptiis. At Aegyptiorum plerosque binis ſervisse Numinibus, alteri bono, alteri malo, atque hoc quidem, quod *Typhonis* nomine appellabant, mortale feciſſe, ſeu *Typhonis* potentiam paullatim fractum iri, aſſeveraſſe, ex *Plutarcho* teſtatiſſimum eſt. Credibile omnino eſt, Aethiopes, uti multa alia, ita hoc etiam dogma traditum ab Aegyptiis accepiſſe. (II.) Aethiopes alterum hunc Deum ſuum, cui mortem imminere ſtatuebant, dicere ſolebant ἀποτρωτὸν καὶ ἀπαθῆ. Fallor, aut his verbis, ſi modo recte a *Strabone* ſermone Graeco expreſſa ſunt, nihil aliud ſibi voluit haec gens, quam id, quod Perſae, itemque alii populi de malo praecipere ſolebant Deo, ſimilem eſſe eum τῇ ἀγνοίᾳ ſeu *ignorantiae*. *Plutarchus de Iſide ac Oſiride p.* 369. Is certe, qui nec ullo gaudet nomine, nec notus eſt, ignorantiae vera eſt effigies. Habent igitur, niſi me fallit opinio, in Aethiopibus populum viri doctiſſimi, quem reliquis addant gentibus, quae ante *Manichaeum* Manichaeismo infectas fuiſſe, demonſtrarunt.

(*b*) *Caeſar*] *De Bello Gallico Lib.* VI. *Cap.* 21. *p.* 125. *ed. Cellarii.*

(*c*) *Tacitus*] Ambigue dicta ſunt, quae hic de *Taciti* & *Julii Caeſaris* diſcordia in deſcribenda veterum Germanorum religione leguntur. Inſtitutum ſi conſideres doctiſſimi viri, qui hoc agit in primis, ut veteres, quotquot fuerunt, populos unius Dei cultores fuiſſe, perſuadeat, hanc eſſe mentem ejus, facile putes, *Caeſarem* plures quidem Deos Germanis fuiſſe teſtari, ſed repugnare

Ta-

fuiſſe, narrant, ut currus *Jovi* ſacer, isque ab illo, quem ſoli dedicaverant, alius ducceretur. Illud vero *Cyri* edictum, quod in *Esdrae Libro* ſcriptum legitur, negotium plane conficit: in quo quidem Deus ille coelorum, quem *Cyrus* ait ſibi totius terrarum orbis regna dediſſe, imperaſſeque, ut aedem ipſi ſacram Hieroſolymis conſtrueret, idem, qui ſol, eſſe nullo prorſus modo (z) poteſt.

Aethiopes, quorum *Strabo* mores deſcribit, in barbaris non ego repugno gentibus numerari. At hi tamen non modo unum ſummumque Deum profeſſi ſunt, verum hunc etiam Deum a mundo ſecretum eſſe, nec idcirco oculis ſpectari hominum poſſe, putarunt. Sic enim (a) *Strabo* de illis: (*) θεὸν νομίζουσι τὸ μὲν ἀθάνατον, τὸν αἴτιον τοῦ εἶναι τοῖς ἄλλοις ἅπασι πάντων. τὸ δὲ θνητὸν, ἀνώνυμόν τινα· ὡς δ' ἐπὶ τὸ πολὺ τοὺς εὐεργέτας καὶ βασιλικοὺς θεοὺς νομίζουσι *Deum putant alterum immortalem, alterum mortalem: immortalem quidem eum, qui rerum omnium cauſſa ſit; mortalis vero apud eos incertus eſt, & nomine caret: ſed frequentius eos, a quibus beneficium acceperunt. & reges pro Diis habent.* Veteres quidem Germanos (b) *Caeſar* aliis vixiſſe legibus, affirmat: *Deorum*, inquit, *numero eos ſolos ducunt, quos cernunt, & quorum opibus aperte juvantur, Solem & Vulcanum & Lunam.* Verum (c) *Tacitus* hanc culpam ab illis removet, quem, quum *Caeſare* recentius ſcripſerit, melius de rebus Germanorum fuiſſe eruditum, credibile eſt. (†) Et ſunt, qui memoriae prodiderunt, (d) ſcri-

(*) Lib. XVII. p. 822. (p. m. 779.)
(†) Vid. Schedius de Diis Germ. (Syngr. I. Cap. 12. p. 291.)

Tacitum, qui uni tantum Deo Germanos ſerviiſſe dicat. Verum longe ſecus ſeſe res habet. *Tacitus* & *Caeſar* hoc uno ſejuncti ſunt diſcrimine, quod hic Germanos ſolem, ignem, & lunam ſolos Deorum duxiſſe numero, affirmat, ille vero *Germaniae Cap.* 29. 34. 40. alios etiam praeterea Deos illis fuiſſe viſos, Mercurium, Martem, Herculem, Iſidem, aſſeverat. Multa ſunt, quae *Caeſaris* auctoritatem hic repudiari jubent, qui temere haud dubie unius Germaniae populi religionem ad omnes eius incolas retulit. Vid. *Godofr. Hechtii Germaniae ſacrae ac litteratae P. I. Cap.* 3. *n. p.* 3. *ſ.* & *Pauli Hachenbergii Germania media Diſſ.* VIII. *p.* 178. At *Tacitum* licet hac in re praeferamus, haud tamen inde conſtabit, unum Deum Germanos adminiſtrationi ac gubernationi totius rerum naturae praefeciſſe.

(d) *Scriptores alii*] *Schedii* haec eſt coniectura, verum nullis ſulta vel auctoritatibus vel rationibus, tametſi non paucis non probabilis, ſed vero proxima videatur. Ita enim, quaſi leges ferret, *de Diis Germanis Syngr. I. Cap.* 12. *p.* 291. *Deus*, inquit, *priſcis Celtis Thau dictus fuit: poſtmodum errore & ſtupiditate populi τὸ Thau tranſiit in Thauta, hinc in Thantes, ultimo in Theutates. Unicus autem Deus a Celtis colebatur, qui poſteris Theutates, quum primum Thau diceretur, dictus fuit.* Quibus dictis, ad longam divertit digreſſionem, qua plures populos non niſi unum Deum coluiſſe, veterum teſtimoniis demonſtrare nititur. Sic primum loquitur *Schedius*, ac ſi Celtis ipſis magiſtris fuiſſet uſus, aut populi Celtici ſtuporem & pronuntiandi vitia coram contemptatus eſſet. Deinde Celtas non niſi unum Deum coluiſſe, repugnante prorſus veritate, decernit: quum, praeter *Thaautem*, ex monumentis minime dubiis appareat, plures, *Heſum*, *Taranum*, & alios, Deorum numero ab hac gente eſſe habitos. Forte vero commodius & melius exiſtimavit, quam loquutus eſt, idque tantum ſibi voluit, Celtas, etiamſi multis ſupplices olim Diis fuerint, ad unum tamen, ad *Thaautem* nimirum, reliquis majorem rerum ſummam detuliſſe. Longius etiam doctiſſimus *Cudworthus* progreditur, qui, quod de Celtis dixerat *Schedius*, ad Germanos trahit, ductus, ut arbitror, hac opinione, *Theutatem* Celtarum & *Tuiſtonem*, Deum Germanorum *terra editum*, quem *Tacitus* memorat *Germaniae Cap.* 1. nil inter ſe differre. Equidem liberaliter cum eruditiſſimis hiſce viris partiar. Nec *Schedii* etymologias movebo, nec Celtarum Germanorumque diſcrimen urgebo, nec etiam pugnabo hoc in loco, *Thaautem* ſeu *Theutatem* & *Tuiſtonem* confundi minime debere. [Non differre hos putat *Leibnitius Epiſt.* p. 318. add. p. 422. ubi de diſcrimine religionis Gallicae & Germanicae. Ingeniosa eſt eius coniectura p. 451. qua Ditem, a quo Caeſar dicit Germanos ortos, non differre a Theut arbitratur.] Stent haec omnia ſuo, quo collocata ſunt a viris doctis, loco, dum aliorum concidant armis. Nos hoc quidem negabo, Celtas & Germanos uni praeter reliquis omnibus Deo fidem & religionem ſuam ad-

546 ſcriptores alii, Germanos uni ſummo Numini ſupplicaſſe, quod principio *Thau*,
poſtmodum *Thautes* & *Theutates* vocaverint. Ad extremum, qui noſtris adhuc
547 temporibus fictis Numinibus ſacra faciunt, Indi omnes, Siamitae, Guineae po-
puli, Peruani, Mexicani, Virginiae novaeque Britanniae incolae, quorum aliqui
propius a ſumma ſeritate abſunt, de nulla minus re dubitant, quam de hac,
unum

dixiſſe: nihil enim veterum dant libri, quod ad quaeſtionem iſtam plane dirimendam ſufficiat. In hoc vero unum inquiram, an recte *Thautes* iſte, ſive a Gallis ſolum & Celtis, ſive etiam a Germanis cultus ſit, cum ſummo rerum omnium parente ac domino a viris egregiis componatur. Ingenue vero fateor, mihi hoc invita prorſus veritate fieri videri. Etenim (I.) teſtimoniis veterum minime dubiis, quae *Jac. Martini* cultiſſimo *de veterum Gallorum religione Libro* collegit, exploratum eſt, *Heſum* maiorem multo & excellentiorem a Gallis habitum eſſe *Thaute*: quod quidem occaſionem viro huic doctiſſimo praebuit in hoc *Aeſo* vel *Heſo* ſummi Dei effigiem quaerendi: quo jure, paullo poſt inveſtigabo. (II.) De *Theutate* hoc ea praedicabant Celtae ſive Galli, ut Romanis haec naſceretur opinio, Deum hunece eumdem eſſe, quem ſuum *Mercurium*. Vid. *Schedius de Diis Germen. Syngr.* I. *Cap.* 5. *p.* 155. & *Gerh. Jo Voſſius de idololatria Lib.* I. *C.* 35. *p.* 98. Atque nullum mihi dubium eſt, quod res ipſa etiam docet, quin omnia *Julii Caeſaris*, *Tertulliani*, aliorumque veterum de *Mercurio*, cui Gallos ſtudaiſſe narrant, teſtimonia ad hunc unum *Theutaten* pertineant. Quare Deum hunc, nullo modo verisimile eſt, a Gallis toti rerum naturae parentem, architectum, & gubernatorem datum eſſe: quod ſi ab illis factum eſſet, Romani ſine controverſia *Jovis* potius ſui effigiem in eo, quam *Mercurii*, reperiſſent. E contrario iisdem rebus, quibus Graecorum & Romanorum *Mercurius*, mercaturae, furtis, eloquentiae, praepoſitum fuiſſe *Theutatem*, hinc, niſi me fallunt omnia, perſpicuum eſt. (III.) Hunc ipſum *Theutaten* humano ſanguine & victimis placare moris erat Gallis: idemque *Heſo* atque *Taranı* praeſtabant illi officium. *Lucanus Pharſal. Lib.* I. *vſ.* 466.

Et quibus immitis placatur ſanguine diro
Theutates, horrensque feris altaribus Heſus,
Et Taranis Scythicae non mitior ara Dianae.

Tam cruenta & immania ſacra quemadmodum, quaeſo, in ſummum Deum conveniunt? Aut ſi ſummus *Theutates* Deus fuit, cur eodem, quo *Taranis* & *Heſus*, honore affectus eſt? Hae ipſae humanae victimae, quas Gallos *Theutati* accepimus immolaſſe, tantum potuerunt apud *Jac. Martini*, ut *Plutonem* potius ſub hoc Deo latere, quam *Mercurium*, ſibi perſuaſerit, *Religion des Gaulois Libr.* III. *Cap.* 3. *p.* 15. *ſ.* Cujus ego doctiſſimi viri ſententiam cupidius amplecterer, quam veterum Romanorum, ſi fas eſſe ducerem, barbarorum populorum Deos cum Graecorum atque Romanorum Numinibus conferre. Verum ſatis de *Theutate*: de quo ideo latius dicere volui, quod doctiſſimos, hac etiam aetate, viros juſto proniores eſſe animadverto ad cauſſam veterum populorum Gallorum, Germanorum, Celtarum, Britannorum, contra eos agendam, qui turpiſſimis ſuperſtitionibus imbutos eos fuiſſe, nil dubitant.

Qui *Theutaten Plutonis* eſſe non veritus eſt affirmare imaginem eruditiſſimus Gallus, idem tamen alium Galiorum ſeu Celtarum Deum, *Eſum* nempe aut *Aeſar*, in ſupremi Numinis loco poſuit, *Religion des Gaulois Tom.* I. *Lib.* II. *Cap.* 2. *p.* 257. *ſ.* Hunc *Deum* eſſe vult illum *ignotum*, cuius *Paulus* meminit in Areopago *Act.* XVII. Hunc *Deum* Hebraeorum *abſconditum*, hunc, Samaritani quem vocarunt, *Deum ſine nomine* opinatur eſſe, *p.* 260. Gallos igitur cenſet ſummo rerum omnium moderatori ante natum Servatorem fuiſſe devotos: at poſt natum *Chriſtum* malo quodam fato contigiſſe, ut *Hejus* in *Jovem* converteretur. Rationes, ex quibus id patere arbitratur, partim ſunt ex vocabulis & nominibus, partim ex rebus ipſis ductae. (I.) *Ejus* & *Aejar* obſervat lingua Hetruſca & veterum Gallorum *Deum* ſignificare, *p.* 257. Concedam, nihil eſſe verius: ſed ignorare me fateor, quidnam hoc faciat ad eos convincendos, qui *Heſum* & ſummum celſiſſimumque Deum non differre negant. Nomen *Hejus* idem eſt, quod Latinorum *Deus*. Igitur *Hejus* ſupremum eſt Numen illud, quod Hebraei coluerunt. Haec quem commovet argumentatio, is valde mobilis ſit, neceſſe eſt. (II.) *Ejus*, ait, veterum Gallorum lingua idem eſt, quod *terribilis*. Unde vero haec novit vir eximius? Accipe rationem: *Heuz ou Heus en las Breton ſignifie horreur, epouvante.* Si vellem, hoc argumentum contemnerem plane, ac levitate ipſa levius eſſe, dicerem. Verum facilis ero. Teneat, quod ſibi ſumſit, eruditus monachus, *Heſus* idem eſſe, quod *formidoloſus* & terribilis. Atqui, pergit, in ſacris litteris Deus dicitur *terribilis*. Ergo *Heſus* ſupremus eſt Deus. Vid. *p.* 264. Quae vis hujus ſit connexi, manifeſtum erit continuo, ſi imitatus illud fuero. Jupiter *optimus maximus* a veteribus vocatur. Deus ſummus a ſacris ſcriptoribus iisdem inſignitur nominibus. Ergo *Jupiter* ſummus eſt Hebraeorum Deus. *Mars* millies *horribilis*, *terribilis*, *terrus* poëtis & aliis

unum eſſe ſummum maximumque omnium Deorum Numen. Atque hoc Numen variis deſignant nominibus, *Parmiſcer*, *Fetiſſo*, *Viracocha*, *Pachacamae*, *Vitzliputzli*, & aliis: neque tamen plures Deos alios ſignaque Deorum venerari deſinunt. Omnium inſtar, *Joſephus Acoſta* teſtimonium dicat: (*) *Hoc commune apud omnes paene barbaros eſt, ut Deum quidem omnium rerum ſupremum & ſumme bonum fateantur;*

(*) De procur. Indor. ſalute L. V. p. 479.

aliis ſcriptoribus audit. Deus in ſacris ſcriptis ita quoque appellatur. *Mars* igitur ſupremum Numen eſt. *Aeſculapius* Σωτὴρ infinitis in locis nominatur. Nec aliter Deus in ſacro codice vocatur. *Aeſculapius* ergo Deus eſt maximus Chriſtianorum & Hebraeorum. Haec qui argumenta nihil autumat habere momenti, is illud etiam doctiſſimi viri abjiciendum eſſe, fateatur oportet. (III.) At *Aeſo* quercus ſacra fuit. Verus autem & unicus Deus *Abrahamo* ſub quercu apparuit, *Moſe* auctore *Gen.* XVIII. Igitur *Aeſus* nullus eſt Deus alius, quam is, quocum *Abrahamus* colloquutus eſt. Vid. *p.* 259. Tacitus hanc rationem dimittam, dum eſſe aliquem cognovero judicio & ingenio praeditum, cui non contemnenda videatur. Mihi ex eorum videtur argumentorum eſſe genere, quae recitare idem eſt, atque refellere. (IV.) *Lucanus* Druidas ſolos eſſe ait, quibus datum ſit, Deos cognoſcere, quos colerent, *Pharſal. Lib.* I.

Solis noſſe Deos & coeli numina vobis,
Aut ſolis neſcire datum.

Igitur Deus *Aeſus ignotus* eſt ille *Deus* Hebraeorum & Pauli, id eſt, ſummus & praepotens omnium Deus. Ita diſerte vir eruditus argumentatur *p.* 262. Mihi verſus hos *Lucani* omnium videtur optime *Julius Caeſar* explanaſſe, qui *de Bello Gallico Lib.* VI. *Cap.* 14. *p.* 191. Druides *diſciplinam* ſuam *in vulgus efferri noluiſſe*, perhibet. Quam propter cauſſam apud unos Druidas Deorum & religionis erat cognitio. Inde vero quemadmodum conſequatur, *Aeſum* Deum illum ignotum, id eſt, verum, fuiſſe, quem *Paulus* annuntiabat, me quidem plane praeterit. Soli Druides calluere Gallorum religionem. Igitur *Aeſus* eſt verus & unicus Deus. Valeant, qui hoc nihil in argumento vituperabile vident. Mitto, de Diis multis, non de uno, *Lucanum* loqui. Quid multis? Galli unum Deum rebus omnibus praeeſſe cenſuerint, nec ne, equidem in medio relinquo, deficientibus veterum teſtimoniis: eos autem errare, qui *Aeſum* ſummum illum fuiſſe Deum decernunt, pro certo habeo. Certe, ſi nihil eſſet aliud, quod ab horum me abterreret opinione, vel ſola illa ſacrificia humana, quae Gallos *Heſo* novimus obtuliſſe, ſcrupulum mihi vix eximendum injicerent. Sed habeo aliud, quo negotium hoc conficere prorſus licet. Conſtat inter eos, qui vel mediocriter hoc genus eruditionis attigerunt, Romanos exiſtimaſſe, *Heſum* Gallorum ſuum eſſe *Martem*. Vid. *Religion des Gaulois Tom.* I. *Lib.* II. *Cap.* 1. & 2. *p.* 246. *ſ.* Quocirca, quae de cultu *Martis* apud Gallos in *Julio Caeſare* & aliis perſcripta leguntur, evidens eſt, de cultu *Heſi* eſſe accipienda, quem *Martem* vocabant Romani. Jam haec *Julii Caeſaris* verba lege ex *Lib.* VI. *de Bello Gallico Cap.* 17. *p.* 193. & de *Heſo* dicta eſſe, cogita: *Martem* (putant Galli) *bella regere: huic, quum praelio dimicare conſtituerunt, ea, quae bello ceperunt, plerumque devovent: quae ſuperaverint, animalia capta immolant: reliquas res in unum locum conferunt.* Haeccine, obſecro, vel minimum ſummi Numinis ſignum continent, aut vero *Heſum* nullum fuiſſe Numen indicant, quam id, quod bellorum adminiſtrationi praefectum eſſe, judicabat Gallorum natio? Veniam mihi dabunt lectores, quod opinione largior in hac re fuerim. Intereſt omnino religionis Chriſtianae, ut religionum, quae ante natum Servatorem viguerunt, vera natura & indoles aperiatur, neque pravis obſcuretur doctorum virorum expoſitionibus, quo beneficia, quibus Servator noſter humanum affecit genus, tanto fiant illuſtriora & clariora. At fuerunt olim, & nunc ſunt excellenti ingenio viri, & magna doctrinae copia inſtructi, qui hoc ſibi datum eſſe credunt, ut omnem fere ſuperſtitionum & immanium errorum culpam in antiquis deleant populis, ſaltim non tot fuiſſe maculas in illis, perſuadeant, quot antiquis Chriſtianorum doctoribus apparuerunt: quorum quidem opiniones tanto facilius inſtillantur animis, quanto elegantior eſt ſtilus hodie & forma librorum, quibus eas explicant. His ego, quantum per veritatem licet, reſiſtendum opinor, ne exoriatur forte aliquis ex eorum, qui omnibus male volunt religionibus, ordine, nobisque vetus illud *Celſi*, *Hieroclis*, & aliorum Chriſtiani nominis hoſtium carmen occinat: Quidnam igitur eximii commodi & emolumenti *Chriſtus* orbi terrarum attulit, ſi veritas ante ipſum plerisque populis, magnam ſaltim partem, patuit? Quid mirum, tam cito ac celeriter diſciplinam Chriſtianam eſſe propagatam, quum ſemina ejus dudum antea inter omnes gentes delituerint, & cultura tantum qualicunque, ut floreſcerent, indiguerint?

(*) Ca-

tur; ſpirituum vero quorumdam perverſorum non obſcura opinio ſit, qui a noſtris barbaris Zupay vocari ſolent. Igitur &, quis ille ſummus, idemque ſempiternus rerum omnium opifex, quem illi ignorantes colunt, per omnia doceri debent, mox quantum ab illo illiusque fidelibus miniſtris, angelis, abſint gens peſſima (e) cacodaemonum.

548 §. XXVIII. Auditi ſunt a nobis jam *Themiſtius* & *Symmachus*, Diis uterque vehementer addictus, quum omnes totius terrarum orbis populos unum ſummum Deum colere & venerari, dicerent, tametſi variis inſtitutis uterentur & legibus. Hanc illi cultuum & religionum diſcrepantiam nec in ſe turpem ac vituperandam, neque praepotenti Deo ingratam aut moleſtam eſſe, ducebant, eo quod gloria, majeſtate, & magnitudine divina multo eſſet dignius, ſi diverſo modo atque ratione, quam ſi una ſimplicique lege ſuam mortales ipſi teſtarentur reverentiam. Dudum vero ante hos alii exſtiterunt Deorum cultores, quorum animos eadem occupavit opinio. Cujus rei teſtem inſignem nunc producam *Plutarchi* ex *Libro de Iſide* locum, quo pro Aegyptiorum ſuperſtitione ſigillatim verba facit, quod totius fere libri inſtitutum eſt, at ſimul nullam rem anima & ratione vacuam in Diis haberi debere, contendit: (*) Οὐ γὰρ ἄν τι τῶν ἀψύχων ἀνθρώπους ὁ θεὸς· τοὺς δὲ δωρεμένους ἡμῖν καὶ παρέχοντας αἰώνια καὶ διαρκῆ θεοὺς ἐνομίσαμεν, ἐκ ἑτέρους παρ' ἑτέρους, οὐδὲ βαρβάρους καὶ Ἕλληνας, οὐδὲ νοτίους καὶ βορείους· ἀλλὰ κοινὸς ἥλιος, καὶ σελήνη, καὶ οὐρανὸς, καὶ γῆ, καὶ θάλαττα, κοινὰ πᾶσιν, ὀνομάζεται δὲ ἄλλως ὑπ' ἄλλων· ἑνὸς ΕΝΟΣ ΛΟΓΟΥ δὲ τοῦτα κοσμοῦντος, καὶ ΜΙΑΣ ΠΡΟΝΟΙΑΣ ἐπιτροπευούσης, καὶ δυνάμεων ὑπουργῶν ἐπὶ πάσαις ταττομέναις, ἔστιν παρ' ἑτέροις καὶ νόμων μεγίστας τιμὰς καὶ προσηγορίας, καὶ συμβόλοις χρῶνται καθιερωμένοις, οἱ μὲν ἀμυδροῖς, οἱ δὲ τελεωτέροις, ἐπὶ τὰ θεῖα νόησιν ὁδηγοῦντες ὀυκ ἀκινδύνως· *Non enim Deus res eſt animae expers: ſed Deos inde cenſuimus eſſe, quod ii noſtris uſibus res perpetuas atque perdurantes largiti ſunt. Neque vero alii apud alios ſunt Dii, aut ſui Graecis, barbaris item ſui, alii ſeptentrionalibus, alii auſtrinis. Sed quemadmodum ſol, luna, coelum, terra, mare communia ſunt omnibus, tantum aliter ab aliis appellantur: ita unius mentis hoc univerſum temperantis, uniusque providentiae huic praefectae, & facultatum adminiſtrarum omnibus rebus deſtinatarum alii apud alios honores, alia nomina legum inſtituto habentur, notisque utuntur obſcurioribus ii, qui ſacris ſunt dedicati, alii apertioribus intellectum ad divinas res manu quaſi deducunt: quae res periculo non vacat.* Quorſum haecce

(*) P. 377.

(e) *Cacodaemonum*] De viris ſapientibus in hiſce populis, qui regiones orientales habitant, hic minime agitur, ſed de multitudine ac plebe. Nullus ego dubito, quin pleraeque hae gentes unum revereantur Deum, majorem reliquis omnibus Diis ſuis & potentiorem: id vero dubito, an eamdem habeant ſummi hujus Dei notionem in animis, quam nos habemus, qui ſacris litteris illuſtrati ſumus. Multa ſunt, quibus incitor, ut in hanc prope deſcendam ſententiam, plurimas harum gentium ſummorum, quos colunt, Deorum imperium terrarum & regionum, quas incolunt, finibus concludere, nec regnis ſuis latius patere velle. Velim igitur, aliquis harum rerum peritus hanc mihi quaeſtionem explicet: Num Siamenſes putant *Sommonacodom* ſuum non modo regno Siam, ſed etiam Gallis, Germanis, & toti terrarum orbi leges ferre? Num Indi *Brama* Deum, quo nihil majus eſſe cenſent, Europae quoque dominum eſſe, an vero aliam Europae, alium Indiae Deum dominari, arbitrantur? Num Japones Deum, quem caput eſſe opinantur totius Deorum familiae, extra ſuam inſulam quoque aliquid poſſe, & totum terrarum orbem continere, exiſtimant?

(f) *Adminiſtros*] *Livii* locum vir doctiſſimus non ita refert hic, ut ſcriptus exſtat apud hunc auctorem, ſed ex pluribus verbis decerptam exhibet *Livii* ſententiam. Interpretationem vero loci hujus Liviani, neſcio, an multi ſint probaturi. *Livius* ex variis populis conflatum fuiſſe tradit *Hannibalis* exercitum, qui nec moribus, nec lingua, nec ipſa religione conſenſerint, ſed *aliis* prope

DIIS

Digitized by Google

ce spectent, manifestum est. Inter omnes omnium gentium atque populorum religiones & instituta, tam Graecorum, quam barbarorum, & in his Aegyptiorum quoque & aliorum, id *Plutarchus* omnino convenire censet, ut primo unum eamdemque summam aeternamque mentem, rationem, & providentiam coli jubeant, quae res universi terrarum orbis disponat & moderetur, deinde etiam ministros ejus, variis ab eo mundi partibus & muneribus praefectos, non negligi debere ab hominibus, praecipiant. Atqui huic legi non omnes una parere ratione, docet, sed variis ritibus, nominibus, caerimoniis, & sacrificiis distrahi ac sejungi populos, qui de summa rei prorsus consentiant.

Huic *Plutarchi* sententiae *Titum Livium* adscribere licet. Namque is, quem nunc proferam, locus historici hujus de *Hannibale* satis est argumenti, omnes persuasum ipsi fuisse Deos, tametsi incredibili colerentur rituum varietate, diversisque gauderent nominibus, re tamen ipsa minime differre, verum ab omnibus ubique terrarum populis omnes honorari. (*) *Nescio*, inquit, *an mirabilior fuerit in adversis, quam secundis rebus: quippe qui mistos ex colluvione omnium gentium, quibus alius ritus, alia sacra, alii* PROPE *Dii essent, ita uno vinculo copulaverit, ut nulla seditio exstiterit.* Nemo, qui haec verba rite ponderaverit, quin sic senserit *Livius*, ullo modo dubitare poterit: Ritibus quidem, cultu Deorum, & sacrificiis ita populos distare inter se, ut varios venerari diversosque Deos videantur: at nihilo tamen minus omnibus reapse populis eosdem esse Deos, unum videlicet summumque Numen, ejusdemque legatos & (*f*) administros. Quin etiam idem 519
auctor aliis locis aetate sua Romanis fere omnibus atque Italis hanc opinionem placuisse, testatus est. Populum enim Romanum gravissime narrat tulisse factum *Q. Fulvii Flacci*, qui, quum censor esset, novumque in Hispania templum exstrueret, Junonis Laciniae aedem in Brutiis dirui jusserat, marmoreasque tegulas ex eo ablatas in Hispaniam deportari curaverat, ut novo, quod ibi moliebatur, templo decori & ornamento essent: itaque detulisse nomen ejus publice ad senatum, atque his in primis verbis accusasse: *quod ruinis templorum templa aedificaret, tamquam non iidem ubique Dii immortales essent, sed spoliis aliorum alii colendi* (*g*) *exornandique.*

Omnium populorum, quos multorum quondam Deorum religio devinctos tenuit,

(*) Lib. XXVIII. C. 12. (p. 679.)

mus usi fuerint. Arduum mihi ac difficile videtur intellectu, hinc quemadmodum possit elici, omnibus populis, qui *Hannibalis* castra sequuti sunt, eosdem fuisse Deos, nominibus licet diversos, & unum praeterea summum Deum, minoribus Diis, tamquam ministris suis, excellentiorem & praestantiorem. Nimis interdum ingeniosi sunt doctissimi viri in dictis veterum auctorum explicandis, quos certa quaedam sententia sic cepit, ut ejus unice amore ardeant.

(*g*) *Exornandique*] Hic locus exstat *Lib.* 42. *Cap.* 3. *p. m.* 1113. Certe patet ex eo, *Livium*, qui populum Romanum ex suo ibi loquentem fingit ingenio, in hac fuisse sententia, eosdem, qui a Romanis colerentur, Deos in Hispania quoque reliquisque terrarum orbis provinciis coli. Haec communis erat omnium fere Romanorum sententia: quam similitudo primum rituum genuisse, postea vero rei publicae utilitas roborasse videtur. Facilioribus enim Romani sperabant & placabilioribus sese usuros esse barbaris nationibus, si hae animos eorum opinione curarent imbui, sacra, Deos, & religionem omnes cum Romanis populos conjungere, nec alios Romae Deos esse, quam in Gallia, Hispania, Germania. Quam propter causam barbarorum quoque Deos suorum Deorum nominibus appellare solebant. Id vero, de quo tamen hic in primis agitur, ex isto *Livii* loco non aeque perspicuum est, nullum ipsi fuisse dubium, quin omnes populi unum Deum, eumque infinita potentia praeditum, & totius rerum naturae dominum, venerarentur.

nuit, nullus est, cujus sacra atque instituta mirabiliora videantur, quam Aegyptiorum. Suis haec gens utebatur legibus in colendis Numinibus, quae cum reliquarum gentium institutis nihil fere commune habebant. At nihilo tamen minus ea de re, quam nunc tractamus, nulla illis fuit cum ceteris nationibus dissensio. Fatebantur, unum esse summum maximumque Deum, qui multos sibimet adjunxisset rerum gerendarum socios & administros: illi primum & praecipue, his deinceps rem divinam esse faciendam. Id ne quis dubitaret, toto cavit *de Iside & Osiride Libro Plutarchus*, quo Aegyptiorum cautium sacrorum fortiter tuetur. Idem quondam institutum, id quod *Damascii* debemus indicio, (*) peculiaribus susceperunt libris, qui hodie desiderantur, duo philosophi Aegyptii, *Asclepiades* & *Heraiscus*: (*b*) Αἰγυπτίων ἦ ὁ μὲν Ἀσκληπιάδης ἀδὲν ἀκριβὲς ἱστοῖ· οἱ ἦ Αἰγύπτιοι καθ' ἡμᾶς Φιλόσοφοι γεγονότες, ἐξήνεγκαν αὐτῶν τὴν ἀλήθειαν κεκρυμμένην, ἀριθμοῖς ἐν Αἰγυπτίοις δή που λόγοις. ὡς εἰη κατ' αὐτοὺς ἡ μὲν μία τῶν ὅλων ἀρχὴ, σκότος ἄγνωστον, κ. τ. λ. ἐστὶν ἦ καὶ ἑαυτὸν φῆ Αἰγυπτίων, ἐπ' Ἀμμωνίοις εἶσι πολλαχοῦ τῶν ἦ ἄνωθεν ὑφεστώτων, ἐπεὶ καὶ τὸ νοητὸν δημιούργον εἰς πολλῶν Θεῶν ἰδιότητας, ὡς ἔξεστι μαθεῖν τοῖς ἐκείνων συγγράμμασιν ἐντυχοῦσιν τοῖς βιβλίοις· λέγω ἦ τῷ Ἡραϊσκῳ ἀναγεγραφέναι ἐν Αἰγυπτίοις καθόλου λόγοις, τοῦς δὲ Πρόκλον γεγράφειν τὸ φιλόσοφον, ἢ τῇ ἐξαιρέτῳ γεγράφθαι συμφωνίᾳ ὑπὸ Ἀσκληπιάδου τῶν Αἰγυπτίων τοῖς τὰς ἄλλας Θεολόγους. *Eudemus de Aegyptiis nihil certi & accurati memoriae prodidit. At qui recentioribus fuere temporibus, philosophi Aegyptii occultam nobis disciplinae eorum veritatem in lucem protulerunt. Et repererunt illi quidem in nonnullis Aegyptiorum libris, unum esse ex gentis hujus sententia rerum omnium principium, quod sub nomine caliginis ignotae celebrare solent. Atque hanc hymnum ter repetunt. —— Illud etiam de Aegyptiis exploratum est, quod res unas easdemque dividere atque amplificare soleant. Hinc primum illud intelligibile* (summum Deum) *in variorum Deorum proprietates partiti sunt: quod quidem unusquisque, cui libros eorum consulere placuerit, facile deprehendet. Librum vero Heraisci intelligo, quem inscripsit: de generali Aegyptiorum doctrina, & Proclo philosopho dedicavit; itemque Asclepiadis opus, quod scribere quidem exorsus est, verum imperfectum reliquit, de concordia & consensione Aegyptiorum cum reliquis Theologis. Asclepiadis* opus Aegyptii *Suidam* etiam commemorare video voce *Heraiscus*, cujus verba legisse non poenitebit: Ὁ ἦ Ἀσκληπιάδης ἐπὶ πολὺν ἐν τῇ Αἰγυπτίᾳ βίβλῳ, ἀναγορεύει, ἀνελέκτῳ ἦν ἀμφὶ Θεολογίαν τὴν πάτριον. ἀρχάς τε αὐτῆς καὶ μέσα διοικεῖσθαι· ὡς ἔστιν εἰδέναι σαφῶς ἀπὸ τῶν ὕμνων, ὧν συνέγραψεν εἰς τοὺς Αἰγυπτίων Θεούς, καὶ ἀπὸ τῆς πραγματείας, ἣν ἄρασθαι γράφειν, περιέχουσαν τὴν Θεολογίαν ἅπασαν συμφωνίαν. *Sed Asclepiades, quia in libris Aegyptiorum magis versatus erat, Theologiam patriam multo accurati-*

(*) Damascius de principiis MS.

(*b*) *Aegyptius*] Haec *Damascii* verba in illis etiam leguntur *Excerptis*, quae ex *Opere* ejus nondum edito τῶν ἀπορ. *Jo. Christoph. Wolfius* edidit *Anecdotor. Graecor. Tom.* III. *p.* 260.

(*i*) *Symmachus Epistolar. Lib.* X. *Ep.* 1. XI. *p.* 442.

(*k*) *Produxit*] Quae de argumento liberi, quem *Asclepiades* conscribere voluit, absolvere vero non potuit, *de concordia omnium religionum*, vir egregius refert, conjecturae sunt, nullis nixae rationibus. Nec enim veterum quisquam hujus libri summam memoriae posterorum prodidit. At si nihil hisce conjecturis ad firmitatem & constantiam deesset, haud tamen multum ego praesidii in viri hujus auctoritate putarem esse positum. Etenim ex eo, quod hunc librum *Proclo* dedicavit, liquet, fuisse hominem ex familia recentiorum Platonicorum, cujus *Proclus* insigne columen extitit. Hoc ergo sine dubio isto docere studuit opere, praecepta, quibus secta haec studebat, Aegyptiis non modo, sed etiam reliquis omnibus populis recepta fuisse. Quod institutum quam vanum sit ac futile, per se patet. Plerique veterum populorum Dii, id quod recte jam observavit vir longe doctissimus, *Jo. Clericus*, *Bibl. choisie Tom.* III. *p.* 81.

Digitized by Google

ratius & rectius calluit: hinc & in principia ejus inquiſivit, &, quae ſluunt ex his, conſectaria omnia aperuit. Perſpicuum hoc eſt ex hymnis illis, quos in laudes Numinum Aegyptiorum compoſuit, nec non ex Commentario, quem ſcribere quidem coepit, at perficere non potuit, de omnium Theologiarum concentu atque concordia. Omnium ergo religionum *Aſclepiades* conſpirationem & concordiam cum inter ipſis, tum cum Aegyptiorum ſigillatim ſacris & caerimoniis patefacere ſtuduit. Res, de quibus conſenſerunt, binae illae ſunt haud dubie, quas *Plutarchum* indicaſſe, paullo ante docuimus. Primo: Unum ſummumque Deum, unam rationem vimque divinam, quae totum terrarum orbem tueatur, aequiſſimoque temperet imperio, ſuſpiciendam eſſe & colendam. Deinde: Divinae hujus providentiae inſtrumenta & miniſtros, quibus ſuas ſingulis provincias & munera commiſerit, cultus etiam genere quodam aſſici debere. Atqui haec inferiora Numina quoniam variis affecta eſſent nominibus, diverſoque ritu atque lege a diverſis honeſtarentur populis, inde putabat eveniſſe, ut tanta religionum & opinionum de rebus divinis exoriretur diſſimilitudo & varietas. (*i*) *Symmachus* pariter duobus hiſce momentis omnem contineri populorum religionem affirmat: quorum primum his verbis explicat: *Aequum eſt, quidquid omnes colunt, unum putari.* Alterum vero ſic enuntiat: *Varios cuſtodes urbibus divina mens diſtribuit.* Quibus haec ſubjicit: *Suus cuique mos eſt, ſuum cuique jus*, rationem ita concludens, externas hasce differentias rituum tollere nefas, & unicuique, ut civitatis ſuae more Deos placare ſtudeat, liberum relinquendum eſſe. Si cui aliis efferre libeat vocibus haec duo primaria veteris religionis capita, ei his liceret uti: Unus eſt Deus, ex ſe ipſo veluti natus, omnisque initii ac originis expers, qui totius rerum naturae parens, auctor, aut δημιουργὸς eſt. Secundum hunc alii quoque Dii ſunt, ex illo uno nati atque editi, ſeu intelligentes naturae, homine praeſtantiores & nobiliores, quibus, peccant omnino, qui certum honorem atque cultum adhibere recuſant. Ita mentem expreſſit populorum *Stobaeus:* (*) *Τὸ πλῆθος τῶν θεῶν ἔργον ἐστὶ τοῦ δημιουργοῦ, ἅμα τῷ κόσμῳ γενόμενον Multitudo Deorum opus conditoris mundi hujus: una enim cum ipſo mundo Deos ipſos* (*k*) *produxit.*

§. XXIX. Quod ſi porro ſecum reputet aliquis, cunctis prope veterum ſapientibus placuiſſe, totum huncce mundum animal eſſe quoddam, is vero novum ſibi ſentiet argumentum naſci, quo priſcos Theologos non potuiſſe probet, quin unum confiterentur Numen eſſe, toti praeſidens rerum univerſitati. Ita vero, uti diximus, de mundo ſenſiſſe philoſophos, ſcriptor *Libri de placitis philoſophorum*, & ex eo *Stobaeo*

(*) Eclog. phyſ. C. 1. (Lib. I. p. 4.)

p. 81. homines fuerant, qui vixerant in illis regionibus, in quibus colebantur. Omnium ergo populorum Deos qui ad unam veluti familiam revocare, & cum Aegyptiorum ſociare Diis nitebatur, is laborem aeque difficilem ſuſcipiebat, atque is ſuſciperet, qui mare mediterraneum idem illud eſſe probandum ſibi ſumeret, quod Americam aut Arabiam aluit, id eſt, rem, quae fieri nullo modo poteſt, factam eſſe tamen, oſtendere vellet. Univerſas vero religiones terrarum orbis ad unius ſectae Platonicae regulam accommodare velle, multo etiam magis inſanum erat. Quocirca, qui hoc ducebantur ſtudio, ad neſcio quas phyſicas & commentitias religionum interpretationes confugere debebant: quas merito ſpernebant ac ridebant Chriſtiani veteres. Sed e re omnino erat Platonicorum, ut omnes religiones tam inter ſe, quam cum ſcitis ſectae ſuae conſentire, rudiores crederent, quo, Chriſtianis quod reſponderetur, non deeſſet, qui ex diſcordia cum philoſophorum, tum religionum validiſſimum contra veritatem veterum ſuperſtitionum argumentum nectebant: id quod *Hermias* inter alia docet *Irriſio philoſophiae gentilis*, quae cum *Tatiano* edi ſolet.

Stobaeus docet: Οἱ μὲν ἄλλοι πάντες ἔμψυχον τὸν κόσμον καὶ προνοίᾳ διοικούμενον· Λεύκιππος
551 δὲ καὶ Δημόκριτος καὶ Ἐπίκουρος, καὶ ὅσοι τὰ ἄτομα εἰσηγοῦνται καὶ τὸ κενὸν, ἄψυχον, ἄπρονοήτως διοικεῖσθαι. Φύσει δέ πως ἀλόγῳ. *Omnes reliqui* (philosophi) *mundum animatum esse, & a providentia gubernari, statuunt: Leucippus vero, Democritus, & Epicurus, & qui, praeter hos, inane ac atomos introducunt, & animae expertem mundum faciunt, neque providentia, sed natura quadam bruta, administrari, ajunt.* Quae dum affero, facere non possum, quin *Petri* (1) *Gassendi* ludos & astutiam aperiam, qui ex hac ipsa re occasionem capit vehementer laudandi *Epicurum*, &, quod is unus omnium negaverit, mundum esse animal, id argumento praedicat esse, neminem ex omnibus philosophis *Epicuro* propius ad Christianam veritatem accessisse. Quem profecto ignorare non decebat, neminem ex istius aetatis sermone & sententiis mundi tollere potuisse animam, nisi una idem Deum ipsum tolleret. Neque alia de causa *Epicurus* animae mundi bellum denuntiavit, quam quod intelligeret, hac salva & incolumi, providentiam simul sartam atque tectam fore. Quod vero veterum adduxit sapientes, ut in mundo inesse animam ducerent, id ejusmodi est, ut vel mediocri ingenio praedito sua sponte in mentem veniat. Placet id *Plotini* verbis enarrare, qui veterum expressit sententiam: (*) Ἄτοπον τὸν οὐρανὸν ἄψυχον λέγειν, ἡμῶν, εἰ μέρος σώματος ἔχομεν ψυχὴν καὶ πάντες, ψυχὴν ἐχόντων· πῶς γὰρ ἂν τὸ μέρος ἔχειν, ἀψύχου ὄντος; *Absurdum est, coelum inanimatum dicere,* (aut vita & anima vacuum) *quum nos, qui corpus mundani corporis partem habemus, animam habeamus. Quo enim pacto pars animam habuisset, si totum esset inanimatum?* Jam si unum hicce mundus animal est, quis unam, quaeso, neget animam praeesse illi, non vero plures? Atque hanc mundi animam, ipsumque animal mundanum, fuerunt in antiquis Theologis, Stoici in primis, qui πρῶτον esse θεὸν, *Deum omnium rerum principem*, affirmarent.

Sed ab his discedentes alii, tametsi de mundi anima dubitari nollent, tamen id a se nulla impetrabant ratione, ut istam animam pro supremo haberi Deo debere decernerent. Namque summum illum, quo nihil melius & excellentius, Deum mentem esse certi erant a corpore segregatam & immutabilem. Hinc factum, ut Panegyristes ille, quem in partes etiam *Gyraldus* vocat, timide atque dubitanter summum Deum invocaret, incertus, utrum animam eum, an mentem dicere, satius esset: (†) *Te, summe rerum fator, cujus tot nomina sunt, quot gentium linguas esse voluisti: quem enim te ipse dici velis, scire non possumus: sive in te quaedam vis mentque divina est, quae toto infusa mundo, omnibus misceris elementis, & sine ulla extrinsecus accedente vigoris impulsu per te ipse moveris; sive aliqua supra omne coelum potestas es, quae hoc opus totum ex altiore naturae arce despicias: te, inquam, oramus.* Qui summum Deum ut mentem unice perfectissimam spectari debere censebant, anima omni longe meliorem, hi mundi animam seu totum mundum animatum fae-

(*) Enn. IV. Lib. III. C. 7. (de dubiis animae Lib. I. p. 376.)
(†) Hist. Deor. p. 12.

(1) *Gassendi*] Vellem, locum designaret *Cudworthus*, quo haec sibi *Petr. Gassendus* excidisse passus est. In scriptis, quae de *Epicuro* & ejus philosophia reliquit, nihil hujus rei invenias; tametsi omnem in illis moveat lapidem vir magnus, ut infamiae cujusvis notam ab *Epicuro* abstergat. Ipsam quod ad opinionem attinet, cui sese hic addictum profitetur vir doctissimus, quotquot veterum philosophorum Deum esse statuerint, eos quoque mundo dedisse animam, equidem totam illam meam facere nolim. Vehementer dubito, an *Socrates*, philosophiae parens, animam in hac uni-

ver-

Digitized by Google

ſaepiſſime δεύτερον Θεὸν, *ſecundum Deum*, ſolebant nominare. Exemplum praebet *Aſclepianus* ille *Dialogus*, cui nomen *Perfectus ſermo*, utpote quo dominus & conditor rerum omnium alterum quemdam Deum ſpectabilem & in ſenſus incurrentem, mundum nempe, feciſſe dicitur.

Maxima vero pars eorum, qui Numen mundi anima longe excellentius exſiſtere affirmabant, tria credebat eſſe principia, ſeu tres conſtituebat in divinitate naturas gradu diſtinctas. Quemadmodum enim perfectam quamdam mentem ſeu intelligentiam mundi anteponebant animae; ſic mentem hanc ſeu rationem primum omnium negabant eſſe principium. Naturae nimirum lege τὸ νοητὸν ſeu *intelligibile* prius eſſe debere τῷ νῷ ſive *mente*, judicabant. Hic vero fons omnis intelligentiae τὸ ἓν dicebatur illis, *unum*, & τἀγαθὸν, *bonum*, ſeu ipſa *bonitas* & *unitas*, in nulla re alia, ſed ſola, per ſe exſiſtens, cauſſa rationis rerumque omnium. Ceterum hoc ipſum τἀγαθὸν, quod primo collocabant in tribus iſtis principiis loco, quidam etiam τὸ πρῶτον, *primum* vocare ſolebant *Deum:* cui conſentaneum erat, ut552
νῶν ſeu *mentem* δεύτερον Θεὸν, *Deum alterum*, poſtremo mundi animam, ſeu mundum ipſum animae compotem, τρίτον Θεὸν, *tertium Deum*, nominarent. Id *Numenio* moris fuiſſe, *Proclus* auctor eſt *Commentario in Platonis Timaeum*: (*) Νουμήνιος μὲν γὰρ τρεῖς ἀνυμνήσας θεοὺς, πατέρα μὲν καλεῖ τὸ πρῶτον, ποιητὴν δὲ τὸ δεύτερον, ποίημα δὲ τὸ τρίτον· ὁ δὲ κόσμος κατ' αὐτὸν ὁ τρίτος ἐστὶ θεὸς, ὡς ὁ κατ' αὐτὸν δημιουργὸς ἄπλοῦς, ὅ τι πρῶτος καὶ ὁ δεύτερος θεὸς, τὸ δὲ δημιουργούμενον ὁ τρίτος. *Numenius tres Deos celebrat: & primum quidem patrem appellat, alterum conditorem, tertium ipſum opus. Mundus enim, ut ipſi quidem videtur, tertius eſt Deus; quemadmodum binos, quos eſſe ſtatuit, opifices primum & ſecundum Deum vocat, id vero, quod factum eſt ab illis, tertium.* (*m*) *Plotinus* eumdem adhibet loquendi modum, nec obſcure indicat, nihil eo fuiſſe inter ſui ordinis homines uſitatius: Καὶ ὁ πρῶτος θεὸς, ὥσπερ σύνηθες λέγειν, τρίτος. *Forte & mundus, ut dici ſolet, tertius Deus eſt.*

Sed nec illi, qui maximum omnium Deum mentem ſeu intelligentiam ducebant eſſe immutabilem, eamque mundi anima meliorem, in quibus primas tenet *Ariſtoteles* cum *Xenocrate*, mundi animam ipſumque mundum multis ſubeſſe credebant mentibus & intelligentiis ejusmodi aeternis & immutabilibus, tamquam cauſſis, unde natae eſſent, verum uni tantum: neque hi, qui tertium binis his ſociabant principium, ſummumque Deum pro natura cupiebant haberi ſimpliciſſima, ipſa mente ſeu intelligentia praeſtantiori, mentem hancce pluribus ejusmodi naturis ſimplicibus & perennibus ſubjiciebant, ſed uni ſoli. Ex quo perſpicuum fit, veteres Theologos ſub unum omnia revocaſſe imperium, neque tam fuiſſe amentes & inſicetos, ut multos ſuis Deos obtruderent pares inter ſe & aequales, ſed unum Numen, quod modo *mentem*, modo *animam*, interdum *monada* dicebant, caput & initium univerſae rerum naturae dediſſe. Quibus addi debet, quod jam antea te-

(*) P. 93.

verſitate ineſſe, conſtituerit, qui tamen unum eſſe ſummum Deum, quod ex *Xenophonte* patet, nil dubitavit. Nec, quae *Plato* cum loquutum eſſe perhibet, aliud nobis ſuadent, quum multa notum ſit ad *Socratem* retuliſſe *Platonem*, a quibus ille prorſus alienus exſtitit. *Ariſtotelis*, quam mundo tribuit, anima umbra verius eſt ac ſimulacrum animae, quam anima; certe a *Platonis* & *Pythagorae* anima tota diſcrepat: id quod alio loco jam oſtendimus. Nec is tamen prorſus Deum ſuſtulit. Praetermitto reliquam philoſophorum veterum turbam.

(*m*) *Plotinus*] *Libro de amore Ennead.* III. *Lib.* V. *Cap.* 6. *p.* 296.

Digitized by Google

teſtatum fecimus, omnes generatim, qui tria conſtituerunt principia, ſigillatim Platonicos, conſuevisſe ſaepenumero tres illas naturas ſuas, *monada*, *mentem*, & *animam*, uno veluti vinculo copulare, atque ſimul τὸ θεῖον, ſeu *unum ſummum Numen* appellare. Quo facto, etiamſi gradationi cuidam in divina natura locus eſſet, ſingulari tamen concordiae & *unitatis* genere tria illa rerum principia contineri, indicátum volebant aliis.

Monet me, quem nunc tracto, locus, ut, praetereundo veluti, duo de his veterum Theologis in medium proferam, quae non leve mihi momentum videntur habere. Primum: Omnes, quotquot huic, quam diximus, favebant diſciplinae, totam hancce molem corpoream, quam cernimus, negabant vita carere, machinaeque ab hominibus artificioſe contextae & coagmentatae ſimilem eſſe, ſed vitam atque animam ubivis eſſe admiſtam, & per omnes ejus partes fuſam, exiſtimabant. Quae opinio tam alte mentibus eorum infixa erat, ut ipſe *Ariſtoteles* eos, qui ex atomis inanimatis mundum eſſe conflatum putabant, maximi, quod in Deum admitti poteſt, flagitii condemnare non vereretur. Alterum: Quamvis plurimi hujus generis ſummum Deum principemque rerum omnium cauſſam longe ſupra coelum mundumque corporibus conſtantem poſitam eſſe, ducerent, nemo tamen eorum propterea mundum a Deo, aut Deum a mundo ſic penitus avulſum eſſe, perſuaſum habuit, ut nulla inter utrumque intercederet cognatio aut commercium. E contrario, ſicut rerum omnium origines ab uno repetebant capite, ita principem illam cauſſam arctiſſime copulatam eſſe, credebant, quamquam ſine ulla confuſione, cum omnibus, quos emiſiſſet, virtutis ſuae radiis & operibus, in omnibus verſari, cuncta permeare, nec, niſi in ea, quidquam perdurare & conſiſtere. *Plutarchus* in *Quaeſtionibus Platonicis* hoc inter alia in diſceptationem vocat: (*) Τί δήποτε ὁ ἀιωτάτω θεὸν πατέρα πάντων καὶ ποιητὴν προσεῖπεν; *Cur ſupremum Deum omnium patrem & opificem appellavit?* Cui ut ſatisfaciat quaeſtioni, ſic primum reſpondet: Τῶν μὲν θεῶν γεννητῶν καὶ θνητῶν πατήρ ἐστι, ποιητὴς δὲ θνητῶν καὶ ἀψύχων; *An Deorum, qui geniti ſunt, & hominum pater eſt, brutorum autem & animа carentium opifex?* Poſtea celſiſſimum hunece Deum ſubjicit propterea quoque totius rerum naturae parentem non minus, quam effectorem, ſalutari poſſe, quod vita atque anima mundus non ſit deſtitutus, verum vigeat & animo valeat: Ἔμψυχον γὰρ γέγονε ὁ γεννητὸς ἐστι. καὶ ποιητὸν μὲν, οὐχ ἁπλοῦν, ὁ ἰσχάδιος, ὁ λίραν δημιουργὸς, ὁ ἀνδριαντοποιὸς, ἀπηλλαγὸς τὸ γεγεμμένον ἔχον· ἀπὸ δὲ θεοῦ γεννητοῦ ἀρχὴ καὶ δύναμις ἐγκέκραται τῷ πανωφελεῖ, καὶ συμφυὲς ἔχουσιν, ἀπόσπασμα καὶ μυελὸν ὄντα θεοῦ πανωφελοῦς· ἐπεὶ πανὸ ὁ πλασμάτιος ὁ κόσμος οὐδὲ συμμιγμάτιος πεπλασται ἔοικεν, ἀλλ' ἔστιν αὐτοῦ μεῖζον πανὸ ζωτικὸν καὶ θεοτικὸν, ἂν ὁ θεὸς ἐλλαπίσειεν ἀφ' ἑαυτοῦ τῇ ὕλῃ καὶ καταμίξειν, εἰσέτως ἅμα πατέρα τε καὶ κόσμον, ζῶον γεγονότα, καὶ ποιητὴν ἐπονομάζειν. *Ortus enim animati eſt procreatio. Tum opus ab opifice confectum, ut aedificatore, textore, lyrae fabro, aut ſtatuario, prorſus ab auctore ſuo abſcedit. Vis autem & principium procreantis inſita eſt progeniei, ejusque continet naturam, portiuncula quaedam a genitore avulſa. Quando itaque mundus non effictis aut compactis operibus ſimilis eſt, ſed magna ei inſit pars vitae ac divinitatis, quam a ſe Deus materiae inſeruit atque admiſcuit, haud injuria juxta & pater mundi, qui vivens exſtitit, & opifex appellatur.* Idem *Platonem* urgere videas: (†) Γενόμενον δὲ, οὐκ ὀνὸς τις κακὸς καὶ πικρὸς, οὐκ ἀπειρήνη δὲ πανηγύρεως, ἐὰν ἀδ ἐκείνων κρίνῃ· ἔχει γὰρ ἐυ-

χὰς,

(*) P. 100. Par. (potius p. 1000. T. II. Opp.)
(†) Enn. IV. L. III. C. 9. (Libro, quod animae noſtrae differant ab anima mundi p. 379.)

Digitized by Google

χὼ. κρατὲμβρ, ἀ κρατῶν καὶ ἰχὲμβρ, ἀλλ' ὃν ἔχων· καὶ γὰ ἐν τῇ ψυχῇ ἀιεχόμη αὐτὸν, καὶ ὃν ἄμειρέν ἐσν αὐτὸς, ὡς ἂν ἐκ ἔδοσαν ἀλλως πλεκμῆον ζωῆ. *Tactus itaque mundus, tanquam aedificium quoddam ſpecioſum longeque varium, non eſt ſeparatus ab effectore, neque rurſus ſe illi commiſcuit.* —— *Nempe mundus ſic eſt animatus, ut non tam ipſius, quam ipſi habeat animam: ſuperatus, non ſuperans, habitus quoque, non habens. Jacet enim in anima id ſuſtinente, neque quidquam in eo animae ipſius eſt expers, quemadmodum in aquis rete quaſi madefactum vita.* Docet homo, totum mundum, quatenus corporibus conſtat, animae participem eſſe. Atqui negat, mundum ab effectore ſuo, quo nomine hoc in loco mundi vocatur anima, ſecretum & disjunctum eſſe: negat porro, ipſam mundi animam ita eſſe in corpus ſuum immerſam, eoque concluſam, uti mentes hominum cum ſuis ſociatae ſint corporibus: affirmat vero, eam, ut naturam ſupra corpus ſuum elatam, moderari illud, gubernare, atque regere. Alteram quidem divinitatis perſonam, quam νῦν ſeu *mentem* appellat, itidem anima mundi ſublimiorem & meliorem eſſe, cenſet: neque primum omnium principium, Deum rerum omnium altiſſimum, quem *bonitatem* nominat & *unitatem*, rurſus *mentem* vincere praeſtantia, diffitetur. Verum tria haec principia, *monas*, *mens*, & *anima*, quum indiſſolubili atque intimo vinculo inter ſe nexa & jugata ſint ex ejus ſententia, ideo a nullo horum mundum divulſum & ſejunctum eſſe, ducit.

§. XXX Conſtat inter omnes, multis ante natum Servatorem ſaeculis nullam fuiſſe in toto terrarum orbe gentem, quae ſuperſtitionibus fictisque Diis aperte bellum intulerit, praeter Hebraeos. Itaque hunc unum populum probabile eſt, omnium optime intellexiſſe, quidnam ſibi velint iſta Deorum, quos colebant, turba reliqui populi, aut quamnam de illis foverent opinionem: nec eumdem ignoraſſe, utrum multos venerarentur orbis hujus conditores, poteſtate, gloria, & dignitate inter ſe pares, omnisque originis neſcios, gentes a veris ſacris alienae; an vero unum ſummum Deum colerent, & ſecundum hunc alias naturas hominibus melores & praeſtantiores. At *Philonem* videmus *Judaeum* non illud, verum hoc, feciſſe Deorum inanium cultores, memoriae prodidiſſe. *Libro* enim *de linguarum confuſione*, poſtquam de ſummo diſſeruerat Deo, orbis totius auctore & conditore, deque innumerabilibus, quae opem ipſi ferrent, potentiis, (ἀωάμεις ἀγωγὶ) quarum pars oculis ſubjecta eſſet, pars a nullo conſpiceretur mortalium, ſic pergit: (*) Καταπλαγῆπε ἔν τινες ἢ ἐκαπέρω τ κόσμων φύσιν ὰ μόνον ὅλης ἐξεθείασαν, ἀλλὰ καὶ τὰ κάθισα τ ἐν αὐτῆς μερῶν, ἥλιον καὶ σελήνὴν καὶ τ σύμπασαν ἐρανὸν, ἅπερ νῦν ἀθεότητος Θεὺς ἐκάλεσαν, ἂν τ ἐπίνοιαν καλῶν Μωσῆς ἔφη· κύριε, κύριε, βασιλεῦ τ Θεῶν, ὡς ἐδείκνυ τ παρ' ἑαυτὸν ἄρχοντ ὑφεσῶτας. *Utriusque mundi pulchritudinem admirati quidam, non ſolum ipſos totos conſecraverunt, verum & partes eorum praecipuas, ſolem, lunam, coelum, non veriti eas Deos appellare, quorum cogitationem Moſes intelligens, inquit: Domine, domine, rex Deorum, ut indicaret, eum eſſe praeſtantiorem, quam ſubditos.* Exſtat alius ejusdem argumenti locus in *Libro* ejus, quo *decem praecepta Moſis* interpretatur, quem ſubjicio: (†) Πῶσαν ἔν ἢ πιαύτῃ πρᾶξιν ἀποσέμνυμι, τὸς ἀδελφὸς φύσει μὴ πρωτοτοκίας καὶ ἀθανατοπρεπὸς ἰδίας ἐλαχον· ἀδελφὰ δ' ἀλλήλων τὰ γράμματα, καθ' ὁ γέγραπται· ἐπὶ καὶ πατὴρ ἀπάντων ὁ πατὴρ τ ὅλων·

(*) P. 345.
(†) P. 753.

ἁλων· καὶ πρώτου τοῦτο ἡ ἱερώτατον ἄγαλμα σηλιτεύσωμεν ἐν αὐτοῖς, ἵνα ἡ ἀνωτάτω νομίζεται καὶ τιμᾶται Θεῶν. *Amota igitur omni superstitione, germanas nobis naturas non adoramus, ne immortales quidem & purissimas. Intercedit autem inter creaturas quae iam germanitas hoc ipso, quod creatae sunt, quandoquidem creator omnium idem etiam pater est universorum. —— Hinc primum illud sanctissimumque praeceptum penitus inscribimus pectori, unum summum Deum credendum esse colendumque.* Rursus, interpositis non-
554 nullis: Ὅσοι μὲν, inquit, ἡλίου, καὶ σελήνης, καὶ ἐν οὐρανῷ τινος καὶ κόσμου, καὶ τῶν ἐν αὐτοῖς διαφερόντων μερῶν, ὡς Θεῶν, σεβόμενοί τινας καὶ θεραπεύοντες, ἀγάλματα τούτων ἱερὰ καθιδρύσαντες, τοὺς ὑπηκόους ἄρχοντος ἀμυνόντως ἔχουσιν. *Ergo quotquot solis, lunae, coeli, mundi, praecipuarumque hujus partium cultores habentur & hujusmodi sacrorum antistites, peccant procul dubio, dum, postbabito principe, venerantur ejus subditos;* quum solum venerari & observare principem fas fuisset. Igitur hoc unum peccasse Deorum amicos, *Philo* auctor nobis est, quod non uni Deo summo supplicarunt, verum aliis etiam naturis intelligentia quidem praeditis, at creatis, mundique partibus, quas castiores & hominibus magis immortales ducebant, divinos exhibere honores non (*n*) veriti sunt.

Flavius (*o*) *Josephus* quum *Abrahami* sapientiam & pietatem in *Antiquitatibus Judaicis* laudat, haec inter alia de eo: πρῶτος ἐν τολμᾷ τὸ θεὸν ἀποφήνασθαι δημιουργὸν τῶν ὅλων ἁπάντων. *Primus ausus est declarare unum esse Deum rerum omnium opificem.* Quae verba sic nonnulli volunt accipi: Principem fuisse, qui publice profiteretur,
555 *Abrahamum*, unum esse Deum, qui mundum hunc fecisset & constituisset. Quasi ad *Abrahami* usque tempora omnes mundum censuissent non ab uno Deo, verum pluribus, constructum esse. Sed hi mentem parum dextre perspexerunt *Josephi*, qui

(*n*) *Veriti sunt*] Ego vero libere profiteor, nihil esse in his *Philonis* locis, quod sententiam doctissimi viri de veterum populorum religionibus, quos unum omnes coluisse Deum putat, reliquis Diis omnibus majorem, firmare queat. Priori enim loco *Philo* hoc unum affirmat, *Mosen* ita sensisse, atque populorum amentiam, mundum & mundi partes pro Diis habentium, ipsa summi Numinis compellatione castigasse. Hoc autem quid, obsecro, facit ad cognoscendam populorum de uno Deo sententiam? Num ex eo, quod gentes mundum & mundi partes Deorum loco coluerunt, *Moses* autem flagitium hoc detestatus est, consequitur, neminem tam vesanum fuisse, ut unius Dei, rerum omnium parentis, obliviscereturr? Haud equidem arbitror, atque justo perspicaciorem hic in *Philone* interpretando fuisse virum egregium, nil dubito. Neque majori virtute alter locus valet. Video, *Philonem* eo docere, fas esse atque rationi consentaneum, unum Deum revereri, neque rebus ab eo factis honorem illum exhibere, qui conditori, debetur. Sed nulla ratione intelligo, quemadmodum ex eo, quod *Philo* unius Dei cultum inculcat, & superstitiones rejicere jubet, pateat, populos omnes uni Deo supplicasse. Mihi, ut, quod res est, dicam, contrarium potius ex hoc dicto constare videtur. Quid si vero planum fecero, *Philonem* non eam animo habuisse *idololatriae* notionem, quam *Cudworthus* habuit, contra vero in hac fuisse opinione, antiquas gentes unius summique Numinis notitiam omnem abjecisse, atque in animis suis exstinxisse? Faciam id binis ejus locis, quibus nihil fieri puto posse apertius. Alter exstat *Libro de Decalogo p. 751. 752. Opp.* Agit ibi ex instituto *Philo* de religione populorum verae religionis ignarorum: ac primo quidem in sectas eam suas ita partitur: Ἐκτετύπωκασι γὰρ οἱ μὲν τὰς τέσσαρας ἀρχὰς, γῆν, καὶ ὕδωρ, καὶ ἀέρα, καὶ πῦρ, οἱ δ' ἥλιον, καὶ σελήνην, καὶ τοὺς ἄλλους πλανήτας, καὶ ἀπλανεῖς ἀστέρας, οἱ δὲ μόνον τὸν οὐρανὸν, οἱ δὲ τὸν σύμπαντα κόσμον. *Alii quatuor elementa consecrata suis decretis colunt, tanquam Numina; alii solem ac lunam, ceteraque sidera cum fixa, tum errantia, alii coelum, alii mundum universum.* *Philo* igitur, id quod etiam aliis ex locis ejus apertum est, omnem plurium Deorum cultum ad mundum ejusque partes revocavit, neque homines fato functos in Diis esse populorum, credidit: qua quidem in re philosophorum expositionibus veterum, religionum plus, quam par erat, fidei habuit. Hac distributione facta, de his omnibus familiis libere pronuntiat, summi & unius Dei cognitionem ab illis prorsus conculcatam & deletam esse: Τὸ δὲ ἀνώτατον καὶ περιούσιον γένος, τὸν ἀρχέλαον καὶ μεγάλην πόλιν, τὸν ἀρχιέρεων καὶ ἀληθῆ προφήτην, ὃς οἰκονομεῖ σωτηρίως ἀεὶ τὰ σύμπαντα, παρεκλυψάμε-

Digitized by Google

qui hoc unum dicit: *Abrahamus* degeneri iſta & corrupta aetate princeps aſſeverare auſus eſt publice, orbis hujus conditorem unum eſſe illum Deum, quem religioſe fas ſit comprecari atque colere. Confirmant hoc, quae paullo poſt ſequuntur, verba: Ὧι καλὰς ἔχει μόνῳ τιμὰς καὶ χάριτας ἀπονέμειν. *Cui ſoli honorem & gratias tribui, par eſt.* Rationem autem, quare *Abrahamus* doctrinam hanc populis ſuaſerit, hanc affert: Τῶν δ' ἄλλων, εἰ καί τι πρὸς εὐδαιμονίαν συντελεῖ, καὶ μεγαλίως ἕκαστον τούτου παρέχειν ἔχειν, οὐ κατ' οἰκείαν ἰσχύν. *De ceteris vero rebus ſi quid ad felicitatem hominum vel minimum conferat, illud ex hujus mandato unumquodque praebere, non ex vi ſibi propria & innata.* Exempli loco ſolem, lunam, terram, & maria profert: quorum nihil eſt, quod non ab auguſtiori & excelſiori providentia & potentia comparatum ſit, cujus unice virtute id habet, quod opportunitatibus noſtris inſervire queat. Hoc igitur Judaeorum parens inculcavit: Nullam rem, quae initium aliquando habuerit, divinis honoribus affici oportere, verum ſolum omnium rerum conditorem. Atque haec belle congruunt cum illis, quae de *Abrahamo* divinis prodita leguntur litteris. Dicitur enim nomen invocaſſe Domini אל עולם, (*) *Dei totius mundi*, id eſt, vehementer caviſſe, ne ceterarum gentium ſeſe ſuperſtitione contaminaret, qui res varias procreatas adorabant, unumque illud ſummum Numen, quod totum contineret & feciſſet mundum, cultu ſuo dignum unice habuiſſe. Ita locum hunc exponit *Maimonides*: (†) והתחיל להודיע לעם שאין ראוי לעבוד אלא לאלוה העולם: *Et aggreſſus eſt oſtendere populo, neminem colendum eſſe, praeter Deum mundi.* Idem praeterea *Joſephus* (p) *Libro antiquitatum duodecimo Ariſtaeum* inducit, quem Graecum fuiſſe ſuſpicor, clam ſa-

(*) Gen. XXI. 33. (†) De idol. C. 1. §. 7. (p. 7. ed. Voſſii.)

At illum ſummum antiquiſſimumque parentem, illum magnae civitatis principem, & imperatorem invicti exercitus, omnia gubernantem ſalubriter, ſilentio texerunt. His dictis, uberius & latius eorum demonſtrat ſtultitiam, qui coelum ſideraque Deorum ducerent numero, interque alia nonnullis hujus generis eam ipſam ſententiam diſerte tribuit, quam *Cudworthus* ullum umquam habuiſſe negat populum: Ἔσιν περὶ τὰς κρίσεις λίαν τινὰς τοιαύτη πλάνη, ὡς οὐ μόνον τὰ εἰρημένα θεοὺς νομίζειν, ἀλλὰ καὶ ἕκαστον αὐτῶν μάγιστον καὶ πρῶτον θεὸν, τὸν ἄλλα ἄλλοι. *Nonnulli tam perverſe judicant, ut non ſolum Deos credant, quos diximus, verum etiam unumquemque horum eſſe Deum ſummum & maximum, cui vere id nomen conveniat.* Haec ſi vera ſunt, fuerunt certe olim, qui plures Deos prorſus inter ſe pares & aequales, nec unius ſubjectos imperio, crediderunt eſſe. Alter, quem teſtatus ſum, *Philonis* locus exſtat *Libro* I. *de Monarchia* p. 812. ubi ſic: Τοὺς, inquit, ἥλιον καὶ σελήνην καὶ τοὺς ἄλλους ἀστέρας ὑπέλαβον εἶναι θεοὺς αὐτοκράτορας, εἰς τὰς τοῦ γενεθλίου ἀνάγκας ἀπίδοντας. *Quidam ſolem & lunam ceteraque ſidera crediderunt eſſe Deos rerum dominos, ad quos omnium, quae fiunt, rerum cauſſas retulerunt.* Vides jam Deorum quamdam rempublicam ſua virtute gubernantium. At paullo etiam clarius in ſequentibus loquitur, interque alia, quae praetereo, eſſe libere affirmat multos, qui nullos eſſe Deos alios, quam ſolem atque lunam, ſibi perſuadeant: Οἱ μὲν ἰδιῶται ἥλιον —— καὶ σελήνην, —— πλάνην ἐπλανήθησαν ἀνήνυτον, μόνους εἶναι τούτους θεοὺς ὑποτοπιασάντες. *Quidam videntes ſolem —— atque lunam, —— in errorem inducti ſunt inexplicabilem, ſuſpicati, nullos eſſe Deos, praeter hos.* Reliqua ejus argumenti apud ipſum *Philonem* legi velim, qui certe non favet eximii viri ſententiae.

(o) *Joſephus*] *Antiquit. Judaicar. Lib.* I. *Cap.* 7. *p.* 28. *ſ, T.* I. *Opp.* Hic vero locus, ſi vel ita explicetur, ut vir doctiſſimus vult, ad praeſens tamen nihil plane confert negotium. Nec enim *Joſephus*, quid de Deo & religione veteres populi ſenſerint, enarrat, multo minus populis iſtis perſuaſum fuiſſe, tradit, unum eſſe ſupremum Numen, ſed *Abrahami* tantum doctrinam atque de Deo ſenſus exponit, quem unum coluiſſe Deum, nemo quidem negare umquam auſus eſt.

(p) *Libro duodecimo*] *Cap.* 2. §. 2. *p.* 586. *T.* I. *Opp. Havercampi.* Huic orationi, quam *Ariſtaeus* habet, parum ego fidei adjunxerim. Namque (I.) a *Joſepho* ea eſt compoſita, quem id egiſſe notum eſt, ut Judaeorum religionem mi-

Digitized by Google

ſacris Judaeorum initiatum, apud *Ptolemaeum Philadelphum* Judaeorum cauſſam & libertatem hoc modo defendentem: *Τῷ βασιλέϊ σε ἀλλότριον, ὃ ῥυσθῆναι τοὺς νόμους αὐτοῦς· ἡ γὰρ ἅπασι συμπαίθειαν θεὸν καὶ ἡμᾶς σῴζεσθαι, Ζῆνα καλοῦντες αὐτὸν ἐπώνυμον διὰ τὸ σύμφυτον ἐμφύειν τὸ ζῆν, ἢ ἐπίκλησιν εἶναι τοιαύτης.* *Non alienum erit a tua magnificentia & bonitate, liberare Judaeos a calamitate: quandoquidem, qui Deus eis leges tulit, is eſt, qui tuum regnum regit. Conditorem enim univerſitatis Deum & ipſi & nos colimus, familiari ſermone* Ζῆνα (id eſt, Jovem) *vocantes, indito a vivendo nomine, quod is vitam conferat omnibus. Quapropter ad bonorem Dei iis, qui Deum praecipua religione venerantur, redde patriam, ut eis in natali ſolo vitam agere liceat.* Is ipſe etiam *Ariſtaeus* rationem ita concludit ex ſententia eorum, qui Deos tum plures ſuſpiciebant: *Scias velim, o rex, me non ideo patrocinium ſuſcepiſſe Judaeorum, quod aliqua cum iis cognatione conjunctus ſim: πάνυ γὰρ ἀνθρώπων ἀμυήτων ἐσμὲν θεῶν καὶ θεοῦ: ſed quum omnes homines Dei ſint opificium, & ſciam, eum benefacientibus delectari, ad benefaciendum te cohortor.*

Quod ſi recentiores Judaeorum magiſtros & auctores in conſilium vocare placeat, in hac plerosque omnes ſententia verſari, deprehendemus, commentitiorum Numinum cultores uni quidem ſummoque rerum omnium Numini addictos ſeſe oſtendiſſe, at ſimul tamen multos alios deprecatos eſſe Deos, tamquam Numinis ſupremi famulos ac miniſtros, quorum eſſet Deum conciliare hominibus. *Maimonides* in (*q*) *Halacoth* עכום quemadmodum *Enoſi* tempore Deorum cultus exiſtiterit, his verbis explicat: בימי אנוש טעו בני האדם טעות נדול ונבערה עצת חכמי אזותו הדור ואנוש עצמו מן הטועים היה וזו היתה טעותם: אמרו הואיל והאל ברא כוכבים אלו ונלגלים להנהיג את העולם ונתנם במרום וחלק להם כבוד והם ששמשים המשמשים לפניו ראויים: הם לשבחם ולפארם ולחלוק להם כבוד וזהו רצון האל ברוך הוא לגדל ולכבד מי שגדלו וכבדו כמו שהמלך רוצה לכבוד העומדים לפניו וזהו כבודו של מלך: 556 *In diebus Enoſi filii hominum graviſſime errabant, virique ſapientes aetatis ejus obbruteſcebant: in quorum numero ipſemet erat Enoſus. Error autem eorum hic erat: Quandoquidem Deus ſtellas orbesque coeleſtes condidit, ut mundum gubernarent, atque in ſublimi collocavit, honorisque participes fecit, & illis miniſtris uitur atque inſtrumentis; hominum eſt, illos celebrare laudibus, venerari atque colere. Haec enim Dei*

nori diſtare intervallo a reliquorum populorum religionibus, quam vulgo putaretur, doceret: qua in re omnem modum ſaepenumero excedit. (II.) Ad flectendum regis animum & miſericordiam commovendam haec comparata eſt oratio. At quis neſcit, in ejusmodi ſermonibus non tam ea quaeri, quae cum veritate plane congruunt, quam quae ad animos apta ſunt concitandos & capiendos? (III.) Si *Ariſtaeus* ita reapſe ſenſit, Jovem Graecorum & Judaeorum non diſcrepare Deum, haud ex ejus tamen ſenſu, hominis eruditi atque philoſophi, populorum fas eſt metiri religiones, qui, quid ſapientes dicant & doceant, parum curare ſolent.

(*q*) *Halacoth*] Id eſt, *Libro de idololatria Cap.* I. §. I. *p.* 3.

(*r*) *Fingitur*] Haec ego *Maimonidis* teſtimonia convellere nolo, etſi quaedam in ea non prorſus forte ſpernenda monere poſſem. Id tamen indicaſſe mihi liceat, non eidem opinioni magnum hunc Judaeorum magiſtrum fuiſſe deditum, cui *Cudworthus*, nullum unquam exſtitiſſe populum, quin unum eſſe Deum faceretur, ceterorum regem atque dominum. Etenim eſt, ubi diſerte tradit, antequam *Abrahamus* doctrinam de uno Deo traderet, notitiam ſummi hujus Numinis ex orbe prorſus ſublatam fuiſſe, litteratosque aeque ac illiteratos exiſtimaſſe, praeter ſtellas & ſidera, nulla eſſe Numina. Scilicet *Maimonides* binis temporum intervallis omnem *idololatriae*, quam ante *Abrahamum* viguiſſe in orbe terrarum autumat, hiſtoriam comprehendit. In priori intervallo ſic homi-

Dei benedicti voluntas eſt, ut homines eos, quos ipſemet magni fecerit & honoraverit, ſimiliter honorent ac celebrent: quemadmodum rex miniſtris ſuis honorem vult exhiberi, qui honos in ipſum redundat. *Secundum* vero ejusdem *libri Caput* hac ratione exorditur *Maimonides:* עיקר הצווי בעבודה זרה שלא לעבוד אחד מכל הברואים לא מלאך ולא גלגל ולא כוכב ולא אחד מן היסודות ולא אחד מכל הנבראים מהן ואף עלפי שהעובד יודע שהשם הוא האלהים והוא עובד הנברא הזה על דרך שעבד אנוש ואנשי דורו תהלה הרי זה עבר עבודה זרה: *Fundamentum praecepti hujus adverſus cultum peregrinum*, (qui nunc vulgo vocatur *idololatria*) *hoc eſt, ne quis ulli rerum conditarum ſerviat, qualeſcumqne demum ſint, non angelo, non orbi coeleſti, non ſtellae, non uni ex quatuor elementis, aut cuiquam, quod ex illis compoſitum eſt. Quamvis enim is, qui naturas colit ejusmodi, non ignorat, Deum eſſe Dominum, hisque omnibus ſuperiorem, nec aliter naturas iſtas revereatur, quam Enoſus & reliqui aetatis ejus; nihilo tamen minus cultus alieni* (ſeu idololatriae) *reus eſt.* Neque, ſi eidem credendum eſt *Maimonidi*, tempora, quae *Enoſi* conſequuta ſunt aetatem, populorum aliquid addiderunt erga Deos ſuperſtitionibus. Nam in *More Nevochim* in hac univerſam Hebraeorum gentem opinione eſſe, oſtendit, gentes a Deo alienas, praeter unum ſummum Deum, aliarum quoque naturarum religione ſeſe obligaſſe, quas divinae providentiae mandata exſequi, hominumque & ſupremi Numinis conciliationem perficere, temere crediderint. Ipſa hominis verba adſcribam: (*) ואתה יודע כי כל מי שעובר עבודה זרה לא יעבדה רעת שאין אלוה בלעדיה יה ולא דמתה מעולם כלל מן העובדים ולא ידמה מן הבאים שתצורה אשר יעשה מן המחברת או מן האבנים והעצים שתצורה הזיא הזית אשר בראה השמים והארץ אבל אמנם יעברוה על צד שהיא דמיון לדבר שהוא אמצעי ביגם ובין האלוה וזה ממה שלא יזלזק בו אחד מבעלי תודתנו: *Noſti, eum, qui idololatriae crimen committit, non id ita committere, quaſi crederet, nullum eſſe Deum alium, praeter id, quod colit: nam id nulli umquam idololatrarum in mentem venit: neque hoc ſibi velle, ſtatuam ex metallo, lapide vel ligno fabrefactam ipſum eſſe Deum illum, qui coelum terramque condidit: ſed ſtatuas has & imagines colunt hi tantum, tamquam adumbrationes naturae alicujus, quae conciliatoris munere inter Deum ſeque* (r) *fungitur.* *Moſes Albelda*, cujus *librum* habemus עולת תמיד, *Gnolath Tamid*, inſcriptum, omnem profanarum gentium ſuperſti-

(*) P. 1. C. 36.

mines fuiſſe affectos tradit, uti *Cudworthus* omni eos tempore vult affectos fuiſſe, ut ſtellas quidem & ſidera venerarentur, neque tamen ſummum & unum eſſe Deum, cui ſidera cuncta pareant, inficiarentur; *Libro de idololatria Cap.* 1. §. 2, 3. *p.* 5. 6. Poſteriori autem intervallo multo majorem invaluiſſe arbitratur corruptionem, hominesque tam rudes, quam eruditos ita delipuiſſe, ut, radicitus exſtirpata ſummi uniusque Numinis cognitione, praeter ſidera, nullum eſſe Deum, putarent. Dabo ipſa ejus verba, Latine tantum verſa, ut ſpatio parcam, ex *Libro de idololatr. Cap.* 1. §. 5. *p.* 6. *Interjectu*, ait, *temporis periit nomen venerabile ac terribile ex ore omnium hominum, & ex animis eorum, ita ut illud non agnoſcerent. Jamque totum humanum genus —— nihil ſciebat, praeter imagines. —— Sapientes autem, qui inter eos erant, ut ſacerdotes aliique id genus, ne ipſi quidem rebantur, alium eſſe Deum, praeter ſtellas ac ſphaeras, quarum cauſſa ac ſimilitudine ſimulacra illa facta erant.* Hanc diſtributionem ſpectat *Maimonides*, quum in altero, quem *Cudworthus* produxit, loco, etiamſi quis ex inſtituto *Enoſi* Deos plures colat, id eſt, melius illud *idololatriae* genus ſequatur, eum tamen violatae legis de uno Deo colendo reum fore, praecipit. Ex quo idcirco nullo modo conficias, omnes homines ei generi religionis olim fuiſſe deditos, *Maimonidem* ecniuiſſe.

Digitized by Google

ſtitionem & erga Deos ſtudium ad duo revocat fundamenta, quorum unum ipſe Deus eſt, alterum vero homines. Vide, ut loquatur: (*) האטועני לזה מצדי
ית ואומרים כי הוא גבוה מעל גבוה ואא להרבק בו רק עי תאמצעיים כמנהג
המלך בו שהרוצים לשאול שאלה מה ממנו ישאלוה עי אמצעי ולכן עשים
אותה העא כדי להודיד השפע האלהי על ירה: הב כוענין מצד עצמם וזה כי
היות האדם גשמי אינו יכול להתבורך מעצמו אם לא ישים נגרו דבר מה מוחש
יעירהו ויעורדו להבין עצמו בדי שתדבק בו השגחתו יתבורך: *Qui plures Deos co-*
557 *lunt, illi primum intuitu Dei ſic argumentantur: Quum Deus omnes omnino homines perfectione infinitis modis ſuperet, fieri nullo modo poteſt, ut homines participes ejus fiant, aut cum eo conjungantur, niſi mediarum quarumdam naturarum ſeu conciliatorum ope ac auxilio: non ſecus atque ſolent ad reges hujus orbis ſubditorum preces per manus miniſtrorum & deprecatorum pervenire. Deinde iidem intuitu ſui ipſius ſic rationem ſubducunt: Quum corporei ſint homines, ut abſtracte Deum ſibi animo concipiant, fieri nequit. Itaque opus illis eſt re quadam in ſenſus incurrente ad excitandam pietatem & vim imaginandi ad Deum rapiendam. Joſephus Albo*, cujus eſt *Liber Ikkarim*, *Achabum* contendit ceterosque tam Judae, quam Iſraëlis reges, qui Deorum ſacra ſequuti ſunt, duo illa unice ſpectaſſe, quae *Maimonidem* commemorare monuimus, momenta: quorum primum hoc: Ad ſummum pertinere Deum honorem illum, quo legati ejus & miniſtri afficiantur; alterum vero: Indigere genus humanum conciliatorum, quorum ſtudiis & auxilio ſummi Numinis potiatur benevolentia: (†) אחאב וזולתו
ממלכי ישראל ויהודה היו טוענין אחר הכחות הגלגליות משתי צדדין שאמרנו
וגם שלמה טעה בזה עם היותם מאמינים במציאות השם ואחודתו אם בשהיו
חושבים לגדר את השם בזה נאם בשהיו חושבין לעשות סרסור ואמצעיים בינם
ובין השם יתב: *Achabus & reliqui reges Iſraëlis & Judae, ipſe quoque Salomo, ut in ſtellis divino honore afficiendis graviſſime errarent, binis biſce rationibus, quas jam attuli ex Maimonide, adducti ſunt, tametſi & eſſe Deum, & Deum eſſe unum, crederent. Partim Deum ſibi eſſe in miniſtris ejus colendum, exiſtimabant: partim ſtellas, tamquam Dei hominumque conciliatores, venerabantur.* Idem auctor primi praecepti, quod ipſi ſecundum eſt: *Tu non habebis alienos Deos ante faciem meam*, hunc eſſe ſenſum autumat:
להכנים אותם אמצעיים ביני ובינך או שתחשוב לרומים אותי בעבודתם: *Ne proponas tibi Deos alios inferiores, tamquam conciliatores, inter me & te, nec eos ita revereatis, ac ſi mihi hac ratione honorem exhiberi putares.* Nec omittenda ſunt *Davidis Kimchii* ad 2. *Reg.* XVII. verba, quibus utitur de ſacerdote illo Hebraeo, quem Aſſyriae rex Samariam miſiſſe legitur, quo colonos in eam terram amandatos modum edoceret regionis illius Deum placandi: qui coloni poſtea dicuntur ita Dei rationem habuiſſe in ſacris ſuis, ut nec ſimulacrorum & Deorum oblivi ſcerentur:
אם יאמר להם שלא יהיו עובדים עבודה זרה כלל לא היו מאמינים שהוא דבר
שנדלי בו כל האומות מקדם והוא אצלם כמו מושכל ראשון אך אמר להם שיהיו
עובדים את אלוהיהם כמו שהיו עובדים וכלבד שתהא כוונת הא בלבם כי
אלא האלהים לא ירעו ולא ייטיבו כי אם ברצון האל אלא שעובדים אותם
להיותם אמצעיים בינם ובין הבורא: *Quod ſi omnem omnino idololatriam probi-*
buis-

(*) Fol. 147. (†) P. III. C. 18.

Digitized by Google

buiſſet illis, morem voci ejus haud geſſiſſent, eo quod omnes hi populi ſolem ſpectantes orientem a teneris ita huic flagitio adſueti eſſent, ut primi loco principii apud eos eſſet. Hinc permittebat illis Deos ſuos peculiares, non ſecus atque fecerant antea, colere, id unum ſimul requirens ab illis, ut animi ſui intentionem ad Deum Iſraëlis (tamquam ſummum) *dirigerent, quoniam iſta Numina ſine hujus voluntate ac arbitrio nec boni aliquid illis, nec mali afferre poſſent. Itaque hoc ea unice conſilio venerabantur, ut conciliatores eſſent inter ſe orbisque ſupremum conditorem. Liber Nitzachon*, quidquid olim in verum Deum admiſſum fuit criminum a populis, ad haec tria redire capita, ſignificat. Primum: עבדו משרתי השם לכבוד *Miniſtros Dei venerabantur, Deum hoc modo ipſum a ſe coli, judicantes.* Secundum: עברו אותם שיהיו מליצים בעדם. *Deprecabantur miniſtros Dei, tamquam oratores & conciliatores ſuos apud Deum.* Poſtremum עברו לעץ ואבן לזכרו *Signa ex lapide ac ligno facta, tamquam monumenta ejus colebant.* Scio, *Iſaacum Abrabanelem* in *Expoſitione Libri* II. *Regum Cap.* XVII. plura enumerare ſuperſtitioſorum cultuum genera, atque decem proferre hujus notae crimina, quibus ſe adſtrinxerint gentes verae religionis ignarae. Sed in his decem generibus nullum eſt, quod in eam aliquem inducere cogitationem poſſit, fuiſſe quosdam ita leves & abſurdos, ut plures Deos aeternos nulliusque imperio ſubjectos, pluresque mundi hujus conditores revererentur. Varios *Abrabanel* modos enarrat, quibus miſeri mortales ſtudium ſuum rerum creatarum nobilioribus teſtati ſint: nil vero praeterea. Huc accedit, eosdem Judaeorum magiſtros certa ſacri codicis oracula ſic exponere ſolere, ut commentitiorum Numinum amicos haud tamen diſſiteantur unum ſummumque Deum profeſſos eſſe. In his eſt *Jeremiae* locus *Cap.* X. 7. *Quis te non metuat, o gentium Rex? cujus id imperium eſt, ut in omnibus gentium ſapientibus omnibusque regnis nullus ſit tibi conferendus. Inſaniunt autem illi planeque deſipiunt, coarguente vanitatem ligno.* Quem ita exponit *Maimonides:* כלומד הכל יודעים שאתה הוא לבדך אבל טעותם וכסילותם שמדמים שזה ההבל רצונך הוא: *Quaſi diceret: omnes nationes norunt, te eſſe unum ſupremum Deum: verum error eorum & ſtultitia conſiſtit in eo, quod exiſtimant, levitatem hanc Diis inferioribus ſupplicandi tuae voluntati congruere.* Cui jungo *Kimchii* interpretationem ex *Commentario* quem in va- 558
tem hunc reliquit: מי לא יראך אפילו הגוים העובדים האלילים ראוי להם שיראוך כי אהה מלך עליהם בכל הכמי הגוים ובכל מלכותם אומרים מאין כמוך ואינם עובדים הכוכבים אלא להיותם אמצעיים בינך ובינם ואמר הכמי הגוים כי הם יודעים כי הפכל אינו כלום ואם יעבדו הכוכבים לא יעברים אלא מפני שהם משרתיך להיותם אמצעיים: *Quis te non metuat? Aequum eſt, ut ipſae gentes illae, quae fictis ſerviunt Numinibus, te revereantur & metuant, quia tu rex earum es. Ac inter omnes certe viros populorum illorum ſapientes & in omnibus eorum regnis hoc extra controverſiam eſt poſitum, parem tibi eſſe neminem. Neque ſtellas aliter illi colunt, quam ut conciliatores inter ſe atque te. Philoſophi eorum non ignorant, idolum eſſe nihil: & quamvis ſtellis divinum honorem exhibeant, tamen eas ut miniſtros tuos colunt, qui pro ſe apud te deprecentur.* Alius hujus generis locus apud *Malachiam* exſtat *Mal.* I. 11. Quem licet nos ita intelligamus, ut ſanctum hominem de rebus, quae futuris temporibus eventurae eſſent gentibus, vaticinatum eſſe, opinemur; Judaei tamen nil dubitant, quin ad eam, qua in litteras relatus eſt, aetatem pertineat. Sic vero divinus vates: *Nam ab ortu ſolis ad occaſum magnum*

Digitized by Google

Stobaeus docet: Οἱ μὲν ἄλλοι πάντες ἔμψυχον τὸν κόσμον καὶ προνοίᾳ διοικούμενον· Λεύκιππος
551 δὲ καὶ Δημόκριτος καὶ Ἐπίκουρος, καὶ ὅσοι πλὴν βοῶν καὶ τῶν ἀτόμων εἰσηγοῦνται καὶ τὸν κόσμον ἄψυχον, ἄπρονοήτως ὑπὸ φύσεώς τινων ἀλόγων. *Omnes reliqui* (philoſophi) *mundum animatum eſſe, & a providentia gubernari, ſtatuunt: Leucippus vero, Democritus, & Epicurus, & qui, praeter bos, inane ac atomos introducunt, & animae expertem mundum faciunt, neque providentia, ſed natura quadam bruta, adminiſtrari, ajunt.* Quae dum affero, facere non poſſum, quin *Petri* (s) *Gaſſendi* ludos & aſtutiam aperiam, qui ex hac ipſa re occaſionem capit vehementer laudandi *Epicurum*, &, quod is unus omnium negaverit, mundum eſſe animal, id argumento praedicat eſſe, neminem ex omnibus philoſophis *Epicuro* propius ad Chriſtianam veritatem acceſſiſſe. Quem profecto ignorare non decebat, neminem ex iſtius aetatis ſermone & ſententiis mundi tollere potuiſſe animam, niſi una idem Deum ipſum tolleret. Neque alia de cauſſa *Epicurus* animae mundi bellum denuntiavit, quam quod intelligeret, hac ſalva & incolumi, providentiam ſimul ſartam atque tectam fore. Quod vero veteram addixit ſapientes, ut in mundo ineſſe animam ducerent, id ejusmodi eſt, ut vel mediocri ingenio praedito ſua ſponte in mentem veniat. Placet id *Plotini* verbis enarrare, qui veterum expreſſit ſententiam: (*) Ἄτοπον τὸν οὐρανὸν ἄψυχον λέγειν, ἡμῶν, οἳ μέρος σώματος ἔχομεν ψυχὴν ἔχοντες· πῶς γὰρ ἂν τὸ μέρος ἔχειν, ἄψυχα τὰ πάντα ὄντα; *Abſurdum eſt, coelum inanimatum dicere,* (aut vita & anima vacuum) *quum nos, qui corpus mundani corporis partem habemus, animam habeamus. Quo enim pacto pars animam habuiſſet, ſi totum eſſet inanimatum?* Jam ſi unum hicce mundus animal eſt, quis unam, quaeſo, neget animam praeeſſe illi, non vero plures? Atque hanc mundi animam, ipſumque animal mundanum, fuerunt in antiquis Theologis, Stoici in primis, qui πρῶτον eſſe θεὸν, *Deum omnium rerum principem*, affirmarent.

Sed ab his diſcedentes alii, tametſi de mundi anima dubitari nollent, tamen id a ſe nulla impetrabant ratione, ut iſtam animam pro ſupremo haberi Deo debere decernerent. Namque ſummum illum, quo nihil melius & excellentius, Deum mentem eſſe certi erant a corpore ſegregatam & immutabilem. Hinc factum, ut Panegyriſtes ille, quem in partes etiam *Gyraldus* vocat, timide atque dubitanter ſummum Deum invocaret, incertus, utrum animam eum, an mentem dicere, ſatius eſſet: (†) *Te, ſumme rerum ſator, cujus tot nomina ſunt, quot gentium linguas eſſe voluiſti: quem enim te ipſe dici velis, ſcire non poſſumus: ſive in te quaedam vis menſque divina eſt, quae toto infuſa mundo, omnibus miſcearis elementis, & ſine ulla extrinſecus accedente vigoris impulſu per te ipſe movearis; ſive aliqua ſupra omne coelum poteſtas es, quae hoc opus totum ex altiore naturae arce deſpicias: te, inquam, oramus.* Qui ſummum Deum ut mentem unice perfectiſſimam ſpectari debere cenſebant, anima omni longe meliorem, hi mundi animam ſeu totum mundum animatum fae-

(*) Enn. IV. Lib. III. C. 7. (de dubiis animae Lib. I. p. 376.)
(†) Hilt. Decor. p. 12.

(s) *Gaſſendi*] Vellem, locum deſignaſſet *Cudworthus*, quo haec ſibi *Petr. Gaſſendus* excidiſſe paſſus eſt. In ſcriptis, quae de *Epicuro* & ejus philoſophia reliquit, nihil hujus rei invenias; tametſi omnem in illis moveat lapidem vir magnus, ut infamiae cujusvis notam ab *Epicuro* abſtergat. Ipſam quod ad opinionem attinet, cui ſeſe hic addictum profitetur vir doctiſſimus, quotquot veterum philoſophorum Deum eſſe ſtatuerint, eos quoque mundo dediſſe animam, equidem totam illam meam facere nolim. Vehementer dubito, an *Socrates*, philoſophiae parens, animam in hac univer-

Digitized by Google

ſaepiſſime δεύτερον Θεὸν, *ſecundum Deum*, ſolebant nominare. Exemplum praebet *Aſclepianus* ille *Dialogus*, cui nomen *Perfectus ſermo*, utpote quo dominus & conditor rerum omnium alterum quemdam Deum ſpectabilem & in ſenſus incurrentem, mundum nempe, feciſſe dicitur.

Maxima vero pars eorum, qui Numen mundi anima longe excellentius exſiſtere affirmabant, tria credebat eſſe principia, ſeu tres conſtituebat in divinitate naturas gradu diſtinctas. Quemadmodum enim perfectam quamdam mentem ſeu intelligentiam mundi anteponebant animae; ſic mentem hanc ſeu rationem primum omnium negabant eſſe principium. Naturae nimirum lege τὸ νοητὸν ſeu *intelligibile* prius eſſe debere τῷ νῷ ſive *mente*, judicabant. Hic vero fons omnis intelligentiae τὸ ἓν dicebatur illis, *unum*, & τἀγαθὸν, *bonum*, ſeu ipſa *bonitas* & *unitas*, in nulla re alia, ſed ſola, per ſe exſiſtens, cauſſa rationis rerumque omnium. Ceterum hoc ipſum τἀγαθὸν, quod primo collocabant in tribus iſtis principiis loco, quidam etiam τὸ πρῶτον, *primum* vocare ſolebant *Deum:* cui conſentaneum erat, ut 552
τὸν ſeu *mentem* δεύτερον Θεὸν, *Deum alterum*, poſtremo mundi animam, ſeu mundum ipſum animae compotem, τρίτον Θεὸν, *tertium Deum*, nominarent. Id *Numenio* moris fuiſſe, *Proclus* auctor eſt *Commentario in Platonis Timaeum*: (*) Νουμήνιος μὲν γὰρ τρεῖς ἀνυμνήσας Θεοὺς, πατέρα μὲν καλεῖ τὸ πρῶτον, ποιητὴν δὲ τὸ δεύτερον, ποίημα δὲ τὸ τρίτον· ὁ δὲ κόσμος κατ' αὐτὸν ὁ τρίτος ἐστὶ θεὸς, ὡς ὁ κατ' αὐτὸν δημιουργὸς δεύτερος, ὃ μὲν πρῶτος ἦν ὁ δεύτερος θεὸς, τὸ δὲ δημιουργούμενον ὁ τρίτος. *Numenius tres Deos celebrat: & primum quidem patrem appellat, alterum conditorem, tertium ipſum opus. Mundus enim, ut ipſi quidem videtur, tertius eſt Deus; quemadmodum binos, quos eſſe ſtatuit, opifices primum & ſecundum Deum vocat, id vero, quod factum eſt ab illis, tertium.* (*m*) *Plotinus* eumdem adhibet loquendi modum, nec obſcure indicat, nihil eo fuiſſe inter ſui ordinis homines uſitatius: Καὶ ὁ πρῶτος θεὸς, ὥσπερ σύνηθες λέγειν, τρίτος. *Forte & mundus, ut dici ſolet, tertius Deus eſt.*

Sed nec illi, qui maximum omnium Deum mentem ſeu intelligentiam ducebant eſſe immutabilem, eamque mundi anima meliorem, in quibus primas tenet *Ariſtoteles* cum *Xenocrate*, mundi animam ipſumque mundum multis ſubeſſe credebant mentibus & intelligentiis ejusmodi aeternis & immutabilibus, tamquam cauſſis, unde natae eſſent, verum uni tantum: neque hi, qui tertium binis his ſociabant principium, ſummumque Deum pro natura cupiebant haberi ſimpliciſſima, ipſa mente ſeu intelligentia praeſtantiori, mentem hancce pluribus ejusmodi naturis ſimplicibus & perennibus ſubjiciebant, ſed uni ſoli. Ex quo perſpicuum fit, veteres Theologos ſub unum omnia revocaſſe imperium, neque tam fuiſſe amentes & inſicetos, ut multos ſuis Deos obtrudèrent pares inter ſe & aequales, ſed unum Numen, quod modo *mentem*, modo *animam*, interdum *monada* dicebant, caput & initium univerſae rerum naturae dediſſe. Quibus addi debet, quod jam antea te-

(*) P. 93.

verſitate ineſſe, conſtituerit, qui tamen unum eſſe ſummum Deum, quod ex *Xenophonte* patet, nil dubitavit. Nec, quae *Plato* eum loquentem eſſe perhibet, aliud nobis ſuadent, quum multa notum ſit ad *Socratem* retuliſſe *Platonem*, a quibus ille prorſus alienus exſtitit. *Ariſtotelis*, quam mundo tribuit, anima umbra verius eſt ac ſimulacrum animae, quam anima; certe a *Platonis* & *Pythagorae* anima tota diſcrepat: id quod alio loco jam oſtendimus. Nec is tamen prorſus Deum ſuſtulit. Praetermitto reliquam philoſophorum veterum turbam.

(*m*) *Plotinus*] *Libro de amore Ennead.* III. *Lib.* V. *Cap.* 6. *p.* 296.

Digitized by Google

teſtatum fecimus, omnes generatim, qui tria conſtituerunt principia, ſigillatim Platonicos, conſueviſſe ſaepenumero tres illas naturas ſuas, *monada*, *mentem*, & *animam*, uno veluti vinculo copulare, atque ſimul τὸ θεῖον, ſeu *unum ſummum Numen* appellare. Quo facto, etiamſi gradationi cuidam in divina natura locus eſſet, ſingulari tamen concordiae & *unitatis* genere tria illa rerum principia contineri, indicátum volebant aliis.

Monet me, quem nunc tracto, locus, ut, praetereundo veluti, duo de his veterum Theologis in medium proferam, quae non leve mihi momentum videntur habere. Primum: Omnes, quotquot huic, quam diximus, favebant diſciplinae, totam hancce molem corpoream, quam cernimus, negabant vita carere, machinaeque ab hominibus artificioſe contextae & coagmentatae ſimilem eſſe, ſed vitam atque animam ubivis eſſe admiſtam, & per omnes ejus partes fuſam, exiſtimabant. Quae opinio tam alte mentibus eorum infixa erat, ut ipſe *Ariſtoteles* eos, qui ex atomis inanimatis mundum eſſe conflatum putabant, maximi, quod in Deum admitti poteſt, flagitii condemnare non vereretur. Alterum: Quamvis plurimi hujus generis ſummum Deum principemque rerum omnium cauſſam longe ſupra coelum mundumque corporibus conſtantem poſitam eſſe, docerent, nemo tamen eorum propterea mundum a Deo, aut Deum a mundo ſic penitus avulſum eſſe, perſuaſum habuit, ut nulla inter utrumque intercederet cognatio aut commercium. E contrario, ſicut rerum omnium origines ab uno repetebant capite, ita principem illam cauſſam arctiſſime copulatam eſſe, credebant, quamquam ſine ulla confuſione, cum omnibus, quos emiſiſſet, virtutis ſuae radiis & operibus, in omnibus verſari, cuncta permeare, nec, niſi in ea, quidquam perdurare & conſiſtere. *Plutarchus* in *Quaeſtionibus Platonicis* hoc inter alia in diſceptationem vocat: (*) Τί δήποτε ὁ αἰωτάτω θεὸν πατέρα πάντων καὶ ποιητὴν προσεῖπεν; *Cur ſupremum Deum omnium patrem & opificem appellavit?* Cui ut ſatisfaciat quaeſtioni, ſic primum reſpondet: Τῶν μὲν θεῶν γενητῶν καὶ τῶν ἀνθρώπων πατήρ ἐστι, ποιητὴς δὲ τῶν ἀλόγων καὶ τῶν ἀψύχων; *An Deorum, qui geniti ſunt, & hominum pater eſt, brutorum autem & animа carentium opifex?* Poſtea celſiſſimum hancce Deum ſubjicit propterea quoque totius rerum naturae parentem non minus, quam effectorem, ſalutari poſſe, quod vita atque anima mundus non ſit deſtitutus, verum vigeat & animo valeat: Ἔμψυχον δὲ γένεσις ἡ γένεσίς ἐστι. καὶ ποιητὴς μὲν, οἷον οἰκοδόμος, ἢ ὑφάντης, ἢ λύρας δημιουργός, ἢ ἀνδριαντοποιὸς, ἀπολιπὸν τὸ γενόμενον ἔξω· ὅπου δὲ ἡ τοῦ γενέσαντος ἀρχὴ καὶ δύναμις ἐγκάθηται τῷ γενομένῳ, καὶ συνέχει τὴν φύσιν, ὑπόστασιν καὶ μονὴν ἔχων τοῦ γενέσαντος ἐπὶ πολὺ ὁ παντὸς κόσμος· οὐδὲ συνεκπεσόντος ἔοικεν, ἀλλ' ἔστιν αὐτῷ μετὰ πολλῆς ζωτικοῦ
553 καὶ θειότητος, ἣν ὁ θεὸς ἐνέσπειρεν ἀφ' ἑαυτοῦ τῇ ὕλῃ καὶ κατέμιξεν, εἷς τὸν ἅπαντα πατέρα τοῦ κόσμου, ζῶντα γεγενότος, καὶ ποιητὴς ἐπονομάζεται. *Ortus enim animati eſt procreatio. Tum opus ab opifice confectum, ut aedificatore, textore, lyrae fabro, aut ſtatuario, prorſus ab auctore ſuo abſcedit. Vis autem & principium procreantis inſita eſt progeniei, ejusque continet naturam, portiuncula quaedam a genitore avulſa. Quando itaque mundus non effictis aut compactis operibus ſimilis eſt, ſed magna ei inſit pars vitae ac divinitatis, quam a ſe Deus materiae inſeruit atque admiſcuit, haud injuria juxta & pater mundi, qui vivens exſtitit, & opifex appellatur.* Idem *Plotinum* urgere videas: (†) Γενόμενον δὲ, οἷον οἰκίας τις καλὸς καὶ μικρὸς, οὐκ ἀπετμήθη ὁ παντὸς, οὐδ' αὖ ἐκείνων αὐτὸν ἔχει δὲ ἐν-

καὶ,

(*) P. 1095. Par. (potius p. 1000. T. II. Opp.)
(†) Enn. IV. L. III. C. 9. (Libro, quod animae noſtrae differant ab anima mundi p. 379.)

Digitized by Google

χλὼ. κρατεῖμθ-, ὃ κρατῶν καὶ ἰχέμθ-, ἀλλ' οὐκ ἔχων· κεῖ) ὃ ἐν τῇ ψυχῇ διεχόσῃ αὐτὸν, καὶ οὐκ ἄμειρόν ἐστιν αὐτῆς, ὡς ἂν ἐκ ἴδιον διλῦσα πλημμυρὸν ζωῆ. *Factus itaque mundus, tanquam animatum quoddam ſpectoſum longeque varium, non eſt ſeparatus ab effectore, neque rurſus ſe illi commiſcuit.* —— *Nempe mundus ſic eſt animatus, ut non tam ipſius, quam ipſi habeat animam: ſuperatus, non ſuperans, habitus quoque, non habens. Jacet enim in anima id ſuſtinente, neque quidquam in eo animae ipſius eſt expers, quemadmodum in aquis rete quaſi madefactum vita.* Docet homo, totum mundum, quatenus corporibus conſtat, animae participem eſſe. Atqui negat, mundum ab effectore ſuo, quo nomine hoc in loco mundi vocatur anima, ſecretum & disjunctum eſſe: negat porro, ipſam mundi animam ita eſſe in corpus ſuum immerſam, eoque concluſam, uti mentes hominum cum ſuis ſociatae ſint corporibus: affirmat vero, eam, ut naturam ſupra corpus ſuum elatam, moderari illud, gubernare, atque regere. Alteram quidem divinitatis perſonam, quam νῦν ſeu *mentem* appellat, itidem anima mundi ſublimiorem & meliorem eſſe, cenſet: neque primum omnium principium, Deum rerum omnium altiſſimum, quem *bonitatem* nominat & *unitatem*, rurſus *mentem* vincere praeſtantia, diffitetur. Verum tria haec principia, *monas*, *mens*, & *anima*, quum indiſſolubili atque intimo vinculo inter ſe nexa & jugata ſint ex ejus ſententia, ideo a nullo horum mundum divulſum & ſejunctum eſſe, ducit.

§. XXX Conſtat inter omnes, multis ante natum Servatorem ſaeculis nullam fuiſſe in toto terrarum orbe gentem, quae ſuperſtitionibus fictisque Diis aperte bellum intulerit, praeter Hebraeos. Itaque hunc unum populum probabile eſt, omnium optime intellexiſſe, quidnam ſibi veilet iſta Deorum, quos colebant, turba reliqui populi, aut quamnam de illis foverent opinionem: nec eumdem ignoraſſe, utrum multos venerarentur orbis hujus conditores, poteſtate, gloria, & dignitate inter ſe pares, omnisque originis neſcios, gentes a veris ſacris alienae; an vero unum ſummum Deum colerent, & ſecundum hunc alias naturas hominibus melores & praeſtantiores. At *Philonem* videmus *Judaeum* non illud, verum hoc, feciſſe Deorum inanium cultores, memoriae prodidiſſe. *Libro* enim *de linguarum confuſione*, poſtquam de ſummo diſſeruerat Deo, orbis totius auctore & conditore, deque innumerabilibus, quae opem ipſi ferrent, potentiis, (ἀωμάμεις ἀγωγὶ) quarum pars oculis ſubjecta eſſet, pars a nullo conſpiceretur mortalium, ſic pergit: (*) Καταπλαγῆτε ἔν τινες τ ἐκπάγλ τ κόσμων φύσιν ὃ μόνον ὅλης ἐξιθείασαν, ἀλλὰ ἢ τὰ κάλλιστα τ ἐν αὐτῆς μερῶν, ἥλιον καὶ σελήνὶν καὶ τ σύμπαντ ἐρανὸν, ἅπερ νῦν ἀθεοθέτητες Θεὸς ἐκάλεσαν, ὧν τ ἐπίνοιαν καπὼν Μωσῆς φησι· κύριε, κύριε, βασιλεῦ τ θεῶν, σαφὲς ἔνδειξιν τ παρ' ἑαυτοῦ ἄρχοντ ἀγαθοεργῆς. *Utriusque mundi pulcritudinem admirati quidam, non ſolum ipſos totos conſecraverunt, verum & partes eorum praecipuas, ſolem, lunam, coelum, non veriti eas Deos appellare, quorum cogitationem Moſes intelligens, inquit: Domine, domine, rex Deorum, ut indicaret, eum eſſe praeſtantiorem, quam ſubditos.* Exſtat alius ejusdem argumenti locus in *Libro* ejus, quo *decem praecepta Moſis* interpretatur, quem ſubjicio: (†) Πᾶσαν ἐν τ πανίτλω περιεῖναν ἀπωσάμθα, τὰς ἀδελφὰς φύσ μὴ σεσοινωκθμθ· εἰ ἢ καθαρσίοις καὶ ἀθανατισίαις ἐσίαις ἔλαχον· ἀδελφαὶ δ' ἀκτίνων τὰ γλύμθα, καθ' ὁ γίγνετ· ἐπεὶ καὶ πατὴρ ἀκτίνων ὁ πομπὸς τ ὅλων·

(*) P. 345.
(†) P. 753.

ὅλων· καὶ πρῶτόν τοῦτο ἡγησάμενοι ἱερώτατον ἀξίωμα συνιστῶμεν ἐν αὐτοῖς, ἵνα ἡ ἀνωτάτω νομίζεται τε καὶ τιμᾶται Θεὸν. *Amota igitur omni superstitione, germanas nobis naturas non adoramus, ne immortales quidem & purissimas. Intercedit autem inter creaturas quae lam germanitas hoc ipso, quod creatae sunt, quandoquidem creator omnium idem etiam pater est universorum.* —— *Hinc primum illud sanctissimumque praeceptum penitus inscribimus pectori, unum summum Deum credendum esse colendumque.* Rursus, interpositis non-
554 nullis: Ὅσοι μὲν, inquit, ἡλίου, καὶ σελήνης, καὶ δὴ οὐρανοῦ καὶ κόσμου, καὶ τῶν ἐν αὐτοῖς διαφερόντων μερῶν, οἷς Θεῶν, σεβασταί τε καὶ θεραπεῖαι, ἀμφεκτήνωσι, τὰς ὑπηκόους δὲ ἀρχοντικῶς σημαίνουσι. *Ergo quotquot solis, lunae, coeli, mundi, praecipuarumque hujus partium cultores habentur & hujusmodi sacrorum antistites, peccant procul dubio, dum, postbabito principe, venerantur ejus subditos*; quum solum venerari & observare principem fas fuisset. Igitur hoc unum peccasse Deorum amicos, *Philo* auctor nobis est, quod non uni Deo summo supplicarunt, verum aliis etiam naturis intelligentia quidem praeditis, at creatis, mundique partibus, quas castiores & hominibus magis immortales ducebant, divinos exhibere honores non (*n*) veriti sunt.

Flavius (*o*) *Josephus* quum *Abrahami* sapientiam & pietatem in *Antiquitatibus Judaicis* laudat, haec inter alia de eo: πρῶτος ἦν τολμήσας τὴν θεὸν ἀποφήνασθαι δημιουργὸν τῶν ὅλων ἁπάντων. *Primus ausus est declarare unum esse Deum rerum omnium opificem.* Quae verba sic nonnulli volunt accipi: Principem fuisse, qui publice profiteretur,
555 *Abrahamum*, unum esse Deum, qui mundum hunc fecisset & constituisset. Quasi ad *Abrahami* usque tempora omnes mundum censuissent non ab uno Deo, verum pluribus, constructum esse. Sed hi mentem parum dextre perspexerunt *Josephi*, qui

(*n*) *Veriti sunt*] Ego vero libere profiteor, nihil esse in his *Philonis* locis, quod sententiam doctissimi viri de veterum populorum religionibus, quos unum omnes coluisse Deum putat, reliquis Diis omnibus majorem, firmare queat. Priori enim loco *Philo* hoc unum affirmat, *Mosen* ita sensisse, atque populorum amentiam, mundum & mundi partes pro Diis habentium, ipsa summi Numinis compellatione castigasse. Hoc autem quid, obsecro, facit ad cognoscendam populorum de uno Deo sententiam? Num ex eo, quod gentes mundum & mundi partes Deorum loco coluerunt, *Moses* autem flagitium hoc detestatus est, consequitur, neminem tam vesanum fuisse, ut unius Dei, rerum omnium parentis, oblivisceretur? Haud equidem arbitror, atque justo perspicaciorem hic in *Philone* interpretando fuisse virum egregium, nil dubito. Neque majori virtute alter locus valet. Video, *Philonem* eo docere, fas esse atque rationi consentaneum, unum Deum revereri, neque rebus ab eo factis honorem illum exhibere, qui conditori, debetur. Sed nulla ratione intelligo, quemadmodum ex eo, quod *Philo* unius Dei cultum inculcat, & superstitiones rejicere jubet, pateat, populos omnes uni Deo supplicasse. Mihi, ut, quod res est, dicam, contrarium potius ex hoc dicto constare videtur. Quid si vero planum fecero, *Philonem* non eam animo habuisse *idololatriae* notionem, quam *Cudworthus* habuit, contra vero in hac fuisse opinione, antiquas gentes unius summique Numinis notitiam omnem abjecisse, atque in animis suis extinxisse? Faciam id binis ejus locis, quibus nihil fieri puto posse apertius. Alter exstat *Libro de Decalogo p. 751. 752. Opp.* Agit ibi ex instituto *Philo* de religione populorum verae religionis ignarorum: ac primo quidem in sectas eam suas ita partitur: Ἐκτετύπωκε γὰρ οἱ μὲν τὰς τέτταρας ἀρχὰς, γῆν, καὶ ὕδωρ, καὶ ἀέρα, καὶ πῦρ, οἱ δὲ ἥλιον, καὶ σελήνην, καὶ τοὺς ἀπλανεῖς πλανήτας, καὶ ἀπλανεῖς ἀστέρας. οἱ δὲ μόνον τὸν οὐρανὸν, οἱ δὲ τὸν σύμπαντα κόσμον. *Alii quatuor elementa consecrata suis decretis colunt, tanquam Numina; alii solem ac lunam, ceteraque sidera cum fixa, tum errantia, alii coelum, alii mundum universum.* *Philo* igitur, id quod etiam aliis ex locis ejus apertum est, omnem plurium Deorum cultum ad mundum ejusque partes revocavit, neque homines fato functos in Diis esse populorum, credidit: qua quidem in re philosophorum expositionibus veterum religionum plus, quam par erat, fidei habuit. Hac distributione facta, de his omnibus familiis libere pronuntiat, summi & unius Dei cognitionem ab illis prorsus conculcatam & delectam esse: Τὸν δὲ ἀνωτάτω καὶ πρεσβύτατον γενέσθαι, τὸν ἄρχοντα τῶν μεγάλης πόλεως, τὸν στρατήγην τῶν ἀπάντων στρατιᾶς καὶ κυβερνήτην, ὃς οἰακοστρεῖ σοφῶς καὶ τὰ σύμπαντα, παμπληθῆ.

Digitized by Google

qui hoc unum dicit: *Abrahamus* degeneri iſta & corrupta aetate princeps aſſeverare auſus eſt publice, orbis hujus conditorem unum eſſe illum Deum, quem religioſe fas ſit comprecari atque colere. Confirmant hoc, quae paullo poſt ſequuntur, verba: Ὧι καλὰς ἔχει μόνῳ ϑ πρωῖ ϑ ἀρχαίαν δοτέον. *Cui ſoli bonorem & gratias tribui, par eſt.* Rationem autem, quare *Abrahamus* doctrinam hanc populis ſuaſerit, hanc affert: τ ϑ λοιπῶν, εἰ καί τι πρὸς εὐδαιμονίαν συντελεῖ, τῇ προσηκούσῃ ϑ τούτου παρέχειν ἕκαστον, ϑ ὑ κατ' οἰκεῖαν ἰσχύν. *De ceteris vero rebus ſi quid ad felicitatem hominum vel minimum conferat, illud ex hujus mandato unumquodque praebere, non ex vi ſibi propria & innata.* Exempli loco ſolem, lunam, terram, & maria profert: quorum nihil eſt, quod non ab auguſtiori & excelſiori providentia & potentia comparatum ſit, cujus unice virtute id habet, quod opportunitatibus noſtris inſervire queat. Hoc igitur Judaeorum parens inculcavit: Nullam rem, quae initium aliquando habuerit, divinis honoribus affici oportere, verum ſolum omnium rerum conditorem. Atque haec belle congruunt cum illis, quae de *Abrahamo* divinis prodita leguntur litteris. Dicitur enim nomen invocaſſe Domini אל עולם, (*) *Dei totius mundi*, id eſt, vehementer caviſſe, ne ceterarum gentium ſeſe ſuperſtitione contaminaret, qui res varias procreatas adorabant, unumque illud ſummum Numen, quod totum contineret & feciſſet mundum, cultu ſuo dignum unice habuiſſe. Ita locum hunc exponit *Maimonides*: (†) והתחיל להודיע לעם שאין ראוי לעבוד אלא לאלוה העולם: *Et aggreſſus eſt oſtendere populo, neminem colendum eſſe, praeter Deum mundi.* Idem praeterea *Joſephus* (p) *Libro antiquitatum duodecimo Ariſtaeum* inducit, quem Graecum fuiſſe ſuſpicor, clam ſa-

(*) Gen. XXI. 33. (†) De idol. C. 1. §. 7. (p. 7. ed. Voſſii.)

At illum ſummum antiquiſſimumque parentem, illum magnae civitatis principem, & imperatorem invicti exercitus, omnia gubernantem ſuaviter, ſilentio texerunt. His dictis, uberius & latius eorum demonſtrat ſtultitiam, qui coelum ſideraque Deorum ducerent numero, interque alia nonnullis hujus generis eam ipſam ſententiam diſerte tribuit, quam *Cudworthus* ullum umquam habuiſſe negat populum: Ἔνιοι περὶ τὰς κρίσεις ἀλόγιστοι τοσαύτην πλάνην, ὡς ϑ μόνον τὸν αἰσθητὸν Θεὸν νομίζειν, ἀλλὰ ϑ ἕκαστον αὐτῶν μίγνυσθαι ϑ πρῶτον Θεὸν, τὸν ὅλον ὅλως. *Nonnulli tam perverſe judicant, ut non ſolum Deos credant, quos diximus, verum etiam unumquemque horum eſſe Deum ſummum & maximum, cui vere id nomen conveniat.* Haec ſi vera ſunt, fuerunt certe olim, qui plures Deos prorſus inter ſe pares & aequales, nec unius ſubjectos imperio, crediderunt eſſe. Alter, quem teſtatus ſum, *Philonis* locus exſtat *Libro* I. *de Monarchia p.* 812. ubi ſic: Τινὲς, inquit, ἥλιον ϑ σελήνην ϑ τοὺς ἄλλους ἀστέρας ἀπλανεῖς εἶναι Θεοὺς αὐτοκράτορας, οἷς τὰς τ γινομένων ἀναλύσεις μίαν ἀνίστασαν. *Quidam ſolem & lunam ceteraque ſidera crediderunt eſſe Deos rerum dominos, ad quos omnium, quae fiunt, rerum cauſſas retulerunt.* Vides jam Deorum quamdam rempublicam ſua virtute gubernantium. At paullo etiam clarius in ſequentibus loquitur, interque alia, quae praetereo, eſſe libere affirmat multos, qui nullos eſſe Deos alios, quam ſolem atque lunam, ſibi perſuadeant: Οἱ μὲν ἰδιώτας ἥλιον —— ϑ σελήνην, —— πλάνοις ἐκπεπτώκασιν ἀνιάτοις, μόνους εἶναι τούτους Θεοὺς ὑποτοπήσαντας. *Quidam videntes ſolem —— atque lunam, —— in errorem inducti ſunt inexplicabilem, ſuſpicati, nullos eſſe Deos, praeter hos.* Reliqua ejus argumenti apud ipſum *Philonem* legi velim, qui certe non favet eximii viri ſententiae.

(o) *Joſephus*] *Antiquit. Judaicar. Lib.* I. *Cap.* 7. *p.* 28. *ſ. T.* I. *Opp.* Hic vero locus, ſi vel ita explicetur, ut vir doctiſſimus vult, ad praeſens tamen nihil plane confert negotium. Nec enim *Joſephus*, quid de Deo & religione veteres populi ſenſerint, enarrat, multo minus populis iſtis perſuaſum fuiſſe, tradit, unum eſſe ſupremum Numen, ſed *Abrahami* tantum doctrinam atque de Deo ſenſus exponit, quem unum coluiſſe Deum, nemo quidem negare umquam auſus eſt.

(p) *Libro duodecimo*] *Cap.* 2. §. 2. *p.* 586. *T.* I. *Opp. Havercampi.* Huic orationi, quam *Ariſtaeus* habet, parum ego fidei adjunxerim. Namque (I.) a *Joſepho* ea eſt compoſita, quem id egiſſe notum eſt, ut Judaeorum religionem mi-

Digitized by Google

ſacris Judaeorum initiatum, apud *Ptolemaeum Philadelphum* Judaeorum cauſſam & libertatem hoc modo defendentem: Τῷ βασιλέως σε λόγῳ, ὃ θεμιτὸν τοὺς νόμους αὐτῶν· ἐκ γὰρ ἁπάντων συνεπόμενον θεὸν καὶ ὅτι καὶ ἡμεῖς σπεύδομεν, ζῆνα καλοῦντες αὐτὸν ἰσοῖμεν ἂν ὃ σύμπασιν ἐμφύειν τὸ ζῆν, ἐκ ἐπίληπτον αὐτοῖς τοιοῦτος. *Non alienum erit a tua magnificentia & bonitate, liberare Judaeos a calamitate: quandoquidem, qui Deus eis leges tulit, is eſt, qui tuum regnum regit. Conditorem enim univerſitatis Deum & ipſi & nos colimus, familiari ſermone* Ζῆνα (id eſt, Jovem) *vocantes, indito a vivendo nomine, quod is vitam conferat omnibus. Quapropter ad bonorem Dei iis, qui Deum praecipua religione venerantur, redde patriam, ut eis in natali ſolo vitam agere liceat.* Is ipſe etiam *Ariſtaeus* rationem ita concludit ex ſententia eorum, qui Deos tum plures ſuſpiciebant: *Scias velim, o rex, me non ideo patrocinium ſuſcepiſſe Judaeorum, quod aliqua cum iis cognatione conjunctus ſim:* πάντων ἂν ἀνθρώπων ἐκμιμέσεται ἄλλον ὃ θεῶν, καὶ χαιρόντων αὐτὸν ἡδέως τοῖς ἔπεσι τε, ἐκ τῶν κ' σε δικαίων: *ſed quum omnes homines Dei ſint opificium, & ſciam, eum benefacientibus delectari, ad benefaciendum ſe cohortor.*

Quod ſi recentiores Judaeorum magiſtros & auctores in conſilium vocare placeat, in hac plerosque omnes ſententia verſari, deprehendemus, commentitiorum Numinum cultores uni quidem ſummoque rerum omnium Numini addictos ſeſe oſtendiſſe, at ſimul tamen multos alios deprecatos eſſe Deos, tamquam Numinis ſupremi famulos ac miniſtros, quorum eſſet Deum conciliare hominibus. *Maimonides* in (*q*) *Halaceth* עכום quemadmodum *Enoſi* tempore Deorum cultus exiſtiterit, his verbis explicat: בימי אנוש טעו בני האדם טעות גדול ונבערה עצת חכמי אותו הדור ואנוש עצמו מן הטועים היה וזו היתה טעותם: אמרו הואיל והאל ברא כוכבים אלו וגלגלים להנהיג את העולם ונתנם במרום וחלק להם כבוד וחם שמשים המשמשים לפניו ראויים: הם לשבחם ולפארם ולחלוק להם כבוד וזהו רצון האל בריך הוא לגדל ולכבד מי שגדלו וכבדו כמו שהמלך רוצה לכבוד העומדים לפניו וזהו כבודו של מלך: 556 *In diebus Enoſi filii hominum graviſſime errabant, virique ſapientes aetatis ejus obbrutescebant: in quorum numero ipſemet erat Enoſus. Error autem eorum hic erat: Quandoquidem Deus ſtellas orbesque coeleſtes condidit, ut mundum gubernarent, atque in ſublimi collocavit, honorisque participes fecit, & illis miniſtris uitur atque inſtrumentis; hominum eſt, illos celebrare laudibus, venerari atque colere. Haec enim Dei*

nori diſtare intervallo a reliquorum populorum religionibus, quam vulgo putaretur, doceret: qua in re omnem modum ſaepenumero excedit. (II.) Ad flectendum regis animum & miſericordiam commovendam haec comparata eſt oratio. At quis neſcit, in ejusmodi ſermonibus non tam ea quaeri, quae cum veritate plane congruunt, quam quae ad animos apta ſunt concitandos & capiendos? (III.) Si *Ariſtaeus* ita reapſe ſenſit, Jovem Graecorum & Judaeorum non diſcrepare Deum, haud ex ejus tamen ſenſu, hominis eruditi atque philoſophi, populorum fas eſt metiri religiones, qui, quid ſapientes dicant & doceant, parum curare ſolent.

(*q*) *Halaceth*] Id eſt, *Libro de idololatria Cap.* 1. §. 1. *p.* 3.

(*r*) *Fungitur*] Haec ego *Maimonidis* teſtimonia convellere nolo, etſi quaedam in ea non prorſus forte ſpernenda monere poſſem. Id tamen indicaſſe mihi liceat, non eidem opinioni magnum hunc Judaeorum magiſtrum fuiſſe deditum, cui *Cudworthus*, nullum unquam exſtitiſſe populum, quin unum eſſe Deum faceretur, ceterorum regem atque dominum. Etenim eſt, ubi diſerte tradit, antequam *Abrahamus* doctrinam de uno Deo traderet, notitiam ſummi hujus Numinis ex orbe prorſus ſublatam fuiſſe, litteratosque aeque ac illiteratos exiſtimaſſe, praeter ſtellas & ſidera, nulla eſſe Numina. Scilicet *Maimonides* binis temporum intervallis omnem *idololatriae*, quam ante *Abrahamum* viguiſſe in orbe terrarum autumat, hiſtoriam comprehendit. In priori intervallo ſic homi-

Digitized by Google

Dei benedicti voluntas *eſt, ut homines eos, quos ipſemet magni fecerit & honoraverit, ſimiliter honorent ac celebrent: quemadmodum rex miniſtris ſuis honorem vult exhiberi, qui honos in ipſum redundat.* *Secundum* vero ejusdem *libri Caput* hac ratione exorditur *Maimonides:* עיקר הצווי בעבודה זרה שלא לעבוד אחד מכל הברואים לא מלאך ולא גלגל ולא כוכב ולא אחד מן היסודות ולא אחד מכל הנבראים מהן ואף עלפי שהעובד יודע שהשם הוא האלהים והוא עובר הנברא הזה על דרך שעבד אנוש ואנשי דורו תהלה הרי זה עבר עבודה זרה: *Fundamentum praecepti hujus adverſus cultum peregrinum,* (qui nunc vulgo vocatur *idololatria*) *hoc eſt, ne quis ulli rerum conditarum ſerviat, qualeſcumqne demum ſint, non angelo, non orbi coeleſti, non ſtellae, non uni ex quatuor elementis, aut cuiquam, quod ex illis compoſitum eſt. Quamvis enim is, qui naturas colit ejusmodi, non ignorat, Deum eſſe Dominum, hisque omnibus ſuperiorem, nec aliter naturas iſtas reverearur, quam Enoſus & reliqui aetatis ejus; nihilo tamen minus cultus alieni* (ſeu idololatriae) *reus eſt.* Neque, ſi eidem credendum eſt *Maimonidi*, tempora, quae *Enoſi* conſequuta ſunt aetatem, populorum aliquid addiderunt erga Deos ſuperſtitionibus. Nam in *More Nevochim* in hac univerſam Hebraeorum gentem opinione eſſe, oſtendit, gentes a Deo alienas, praeter unum ſummum Deum, aliarum quoque naturarum religione ſeſe obligaſſe, quas divinae providentiae mandata exſequi, hominumque & ſupremi Numinis conciliationem perficere, temere crediderint. Ipſa hominis verba adſcribam: (*) ואתה יודע כי כל מי שעובד עבודה זרה לא יעבדה דעת שאין אלוה בלעדיה יה ולא דמה מעולם כלל מן העוברים ולא ידמה מן הבאים שהצורה אשר יעשה מן המתכות או מן האבנים והעצים שהצורה הזאיא חית אשר בראה השמים והארץ אבל אמנם יעברוה על צד שהיא דמיון לדבר שהיא אמצעי בינם ובין האלוה חה מטה שלא יחלוק בו אחד מבעלי תודתנו: *Noſti, eum, qui idololatriae crimen committit, non id ita committere, quaſi crederet, nullum eſſe Deum alium, praeter id, quod colit: nam id nulli umquam idololatrarum in mentem venit: neque hoc ſibi velle, ſtatuam ex metallo, lapide vel ligno fabrefactam ipſum eſſe Deum illum, qui coelum terramque condidit: ſed ſtatuas has & imagines colunt hi tantum, tamquam adumbrationes naturae alicujus, quae conciliatoris munere inter Deum ſeque* (r) *fungitur.* *Moſes Albelda*, cujus *librum* habemus עולת תמיד, *Gnolath Tamid*, inſcriptum, omnem profanarum gentium ſuperſti-

(*) P. 1. C. 36.

nines fuiſſe affectos tradit, uti *Cudworthus* omni eos tempore vult affectos fuiſſe, ut ſtellas quidem & ſidera venerarentur, neque tamen ſummum & unum eſſe Deum, cui ſidera cuncta pareant, inficiarentur; *Libro de idololatria Cap. 1. §. 2, 3. p. 5. 6.* Poſteriori autem intervallo multo majorem invaluiſſe arbitratur corruptionem, hominesque tam rudes, quam eruditos ita delipuiſſe, ut, radicitus exſtirpata ſummi uniusque Numinis cognitione, praeter ſidera, nullum eſſe Deum, putarent. Dabo ipſa ejus verba, Latine tantum verſa, ut ſpatio parcam, ex *Libro de idololatr. Cap. 1. §. 5. p. 6.* *Interjectu*, ait, *temporis periit nomen venerabile ac terribile ex ore omnium hominum, & ex animis eorum, ita ut illud non agnoſcerent. Famque totum humanum genus —— nihil ſciebat, praeter imagines. —— Sapientes autem, qui inter eos erant, ut ſacerdotes aliique id genus, ne ipſi quidem rebantur, alium eſſe Deum, praeter ſtellas ac ſphaeras, quarum cauſſa ac ſimilitudine ſimulacra illa facta erant.* Hanc diſtributionem ſpectat *Maimonides*, quum in altero, quem *Cudworthus* produxit, loco, etiamſi quis ex inſtituto *Enoſi* Deos plures colat, id eſt, melius illud *idololatriae* genus ſequatur, eum tamen violatae legis de uno Deo colendo reum fore, praecipit. Ex quo idcirco nullo modo conficias, omnes homines ei generi religionis olim fuiſſe deditos, *Maimonidem* contuliſſe

Digitized by Google

buiſſet illis, morem voci ejus haud geſſiſſent, eo quod omnes hi populi ſolem ſpectantes orientem a teneris ita huic flagitio adſueti eſſent, ut primi loco principii apud eos eſſet. Hinc permittebat illis Deos ſuos peculiares, non ſecus atque fecerant antea, colere, id unum ſimul requirens ab illis, ut animi ſui intentionem ad Deum Iſraëlis (tamquam ſummum) *dirigerent, quoniam iſta Numina ſine hujus voluntate ac arbitrio nec boni aliquid illis, nec mali afferre poſſent. Itaque hoc ea unice conſilio venerabantur, ut conciliatores eſſent inter ſe orbisque ſupremum conditorem. Liber Nitzachon*, quidquid olim in verum Deum admiſſum fuit criminum a populis, ad haec tria redire capita, ſignificat. Primum: עבדו משרתי השם לכבוד *Miniſtros Dei venerabantur, Deum hoc modo ipſum a ſe coli, judicantes.* Secundum: עבדו אותם שיהיו מליצים בעדם. *Deprecabantur miniſtros Dei, tamquam oratores & conciliatores ſuos apud Deum.* Poſtremum עבדו לעץ ואבן לזכרו *Signa ex lapide ac ligno facta, tamquam monumenta ejus colebant.* Scio, *Iſaacum Abrabanelem* in *Expoſitione Libri* II. *Regum Cap.* XVII. plura enumerare ſuperſtitioſorum cultuum genera, atque decem proferre hujus notae crimina, quibus ſe adſtrinxerint gentes verae religionis ignarae. Sed in his decem generibus nullum eſt, quod in eam aliquem inducere cogitationem poſſit, fuiſſe quosdam ita leves & abſurdos, ut plures Deos aeternos nulliusque imperio ſubjectos, pluresque mundi hujus conditores revererentur. Varios *Abrabanel* modos enarrat, quibus miſeri mortales ſtudium ſuum rerum creatarum nobilioribus teſtati ſint: nil vero praeterea. Huc accedit, eosdem Judaeorum magiſtros certa ſacri codicis oracula ſic exponere ſolere, ut commentitiorum Numinum amicos haud tamen difficeantur unum ſummumque Deum profeſſos eſſe. In his eſt *Jeremiae* locus *Cap.* X. 7. *Quis te non metuat, o gentium Rex? cujus id imperium eſt, ut in omnibus gentium ſapientibus omnibusque regnis nullus ſit tibi conferendus. Inſaniunt autem illi planeque deſipiunt, coarguente vanitatem ligno.* Quem ita exponit *Maimonides:* כלומד הכל יודעים שאתה הוא לבדך אבל טעותם וכסילותם שמדמים שזה ההבל רצונך הוא: *Quaſi diceret: omnes nationes norunt, te eſſe unum ſupremum Deum: verum error eorum & ſtultitia conſiſtit in eo, quod exiſtimant, levitatem hanc Diis inferioribus ſupplicandi tuae voluntati congruere.* Cui jungo *Kimchii* interpretationem ex *Commentario* quem in vatem hunc reliquit: מי לא יראך אפילו הגוים העובדים האלילים ראוי להם שיראוך כי אהה מלך עליהם בכל הכמי הגוים ובכל מלכותם אומרים מאין כמוך ואינם עובדים הכוכבים אלא להיותם אמצעיים בינך ובינם ואמר הכמי הגוים כי הם יודעים כי הפכל אינו כלום ואם יעבדו הכוכבים לא יעבדים אלא מפני שהם משרתיך להיותם אמצעים: *Quis te non metuat? Aequum eſt, ut ipſae gentes illae, quae fictis ſerviunt Numinibus, te revereantur & metuant, quia tu rex earum es. Ac inter omnes certe viros populorum illorum ſapientes & in omnibus eorum regnis hoc extra controverſiam eſt poſitum, parem tibi eſſe neminem. Neque ſtellas aliter illi colunt, quam ut conciliatores inter ſe atque te. Philoſophi eorum non ignorant, idolum eſſe nihil: & quamvis ſtellis divinum honorem exhibeant, tamen eas ut miniſtros tuos colunt, quo pro ſe apud te deprecentur.* Alius hujus generis locus apud *Malachiam* exſtat *Mal.* I. 11. Quem licet nos ita intelligamus, ut ſanctum hominem de rebus, quae futuris temporibus eventurae eſſent gentibus, vaticinatum eſſe, opinemur; Judaei tamen nil dubitant, quin ad eam, qua in litteras relatus eſt, aetatem pertineat. Sic vero divinus vates: *Nam ab ortu ſolis ad occaſum magnum* 558

Digitized by Google

erit nomen meum apud gentes, & ubique locorum afferetur meo nomini ſuffitus fertumque purum. Tam magnum erit nomen meum apud gentes, inquit Jehova armipotens: id quod vos profanatis. Haec ita exponit *R. Salomon:* מי שיש לא עז יודע שהוא אלוה שהוא על כולם ובכל מקום מחגרבים לשמי אף האומות: *Qui plures Deos colunt, & idola venerantur, non ignorant, eſſe unum Deum omnibus illis Diis & idolis, quae colunt, majorem: & ubique terrarum ferta nomini meo afferuntur, inter ipſos etiam populos idololatras.* Cum quo conſentit *R. Kimchi*, cujus haec verba ſunt: אף על פי שהגוים עובדים לצבא השמים מודים בי שאני הסבה הראשונה אלא שעוברים אותם שיהיו אמצעיים ביני ובינם: *Ethnici, tametſi exercitum coeli colant, confitentur tamen, me primam eſſe rerum omnium cauſſam: ſidera enim propterea tantum reverentur, quod ea conciliatorum inter me & ſe officio fungi opinantur.* Noſtra nunc quidem nihil refert, utrum magiſtri dicta haecce recte ſint interpretati, nec ne. Id quidem, quod nobis ſufficit, ex verbis eorum manifeſtum eſt, cenſuiſſe eos, Deorum cultores unum agnoviſſe Deum, quo nihil majus ſit & melius, cui tamen alios minores Deos, tamquam ejus famulos & miniſtros, adjunxerint. Interim eſt in ſacris litteris alius, isque eximius locus *Pſ.* LXV. 6. qui ſuperioribus aliquanto clarius, quod volumus, declarat, neque ſecus a *R. Salomone* & aliis explicatur. Deus enim vocatur מבטח כל קצוי ארץ וים רחקים *omnium terrae finium & mari quoque remotorum fiducia*, id eſt, orbis totius, qua patet, Diisque etiam addictus eſt.

Ergo Hebraeorum magiſtros & doctores hac plerosque omnes imbutos eſſe conſtat ſententia: Populos antiquiores, qui Diis & ſimulacris ſupplicarunt, ſapientiores ſaltim in illis, rerum omnium origines ad unum ſummum maximumque Numen retuliſſe, ceteros autem, quibus ſacra fecerint, Deos ex uno illo Deo procreatos, ejusque ſatellites cenſuiſſe: his autem ideo rem fieri divinam curaſſe, partim quod exiſtimarent, in ipſum ſummum redundare Deum, quidquid illis honoris exhiberetur, partim quod *oratorum*, *precatorum*, *conciliatorum* apud Deum (מליצין, אמצעיים, סרסורים,) munere eos fungi, ducerent. Ceterum duplici contineri genere totam Deorum, quos populi venerati ſunt olim, familiam, Hebraei exiſtimant: quorum alterum coeleſtes genios, alterum ſtellas ſeu globos coeleſtes complectitur. Stellas vero, non ſecus atque cultores earum, animis eſſe praeditas, Judaei putarunt. Quod quidem vel ex his *Maimonidis* verbis liquet: (*) כל הכוכבים וגלגלים כולן בעלי נפש ורועה והשפל הם והם חיים ומסדים ותכרין את מי שאמר והיה העולם כל אחד ואחד לפי גדלו ולפי מעלתו משבחין ומפארים ליוצרם כמו המלאכים: *Singulae ſtellae orbesque coeleſtes animati ſunt, atque vita, cognitione & intelligentia inſtructi: atque confitentur eum, cujus mandato terrarum orbis factus eſt: quisque pro ſuo gradu & excellentia laudat eum & honorat,*

(*) Jeſude Hattorah C. 3. §. 9.

(s) *Id eſt*] Non ſperno hanc verborum ſancti viri expoſitionem, quae εἰ ἀδίκως idem eſſe aſſumit, quod ἀδίκως ſeu *injuſte*: neque ſummos in his litteris viros ei favere neſcio. Haud tamen dubitem, quin elegantior & reliquis *Pauli* verbis aptior haec ſit interpretatio: *Qui effecerunt injuſtitia ſua, ne veritas in animis eorum ſeſe explicare poſſet.* Ferre ipſa verba hanc expoſitionem, omni caret controverſia: neque fugit quemquam, ἀδικία generatim *omnem impietatem* & *vitioſitatem* ſigni-

Digitized by Google

rat, quemadmodum angeli. Quam quo probent opinionem, Judaei dictum *Nehemiae* IX. 6. teſtantur: *Solus tu, Jova, tu coelos coelorumque coelos, & omnes eorum copias condidiſti, terram, & quaecumque ſunt in ea, maria, & quidquid eſt in eis: tu vitam confers univerſis, teque coeleſtis adorat exercitus. Coeleſtis exercitus* vulgo ponitur in ſacris litteris pro ſtellis.

§. XXXI. Ad extremum ipſa Novi Teſtamenti oracula nos in hac cauſſa non deſtituunt, ſed perſpicue, quod hic demonſtrandum ſumſimus, confirmant: Populos verae religionis expertes, Diisque ſervientes commentitiis, haud tamen unius Dei penitus amiſiſſe notitiam, ſed aeternam quamdam vim, rationem, & naturam ſuſpexiſſe, cujus poteſtate tota rerum arceretur & contineretur natura. 559
Quod ſi illis perſuaſum fuit, conſequens eſt, ut reliquos, quibus ſeſe addixerunt, Deos longe minori ab illis loco fuiſſe habitos, & tamquam unius illius Dei propaginem & familiam ſpectatos eſſe, pro certo habeamus.

(*) Principio *Paulus* in *Epiſtola*, quam *ad Romanos* dedit, gentes ait *veritatem detinuiſſe in injuſtitia*, ἀλήθειαν ἐν ἀδικίᾳ κατέχειν, (s) id eſt, injuſto modo veritatem, ne caput extolleret, depreſſiſſe. *Veritatem* quam hic vocat, id quod ex conſequentibus apparet verbis, illa eſt in primis veritatis pars, qua Deus ejusque natura explicatur. Igitur hinc gentes non ita privatas fuiſſe Dei rerumque divinarum notitia, perſpicuum eſt, ut non potuiſſent omnem ſuperſtitionis pravaeque religionis contaminationem a ſe depellere. Iſtum vero ne cognitionis hujus fructum caperent, ipſorum populorum obſtitit inſcitia & imprudentia: id quod *Paulus* his verbis ſignificat: (†) οὐκ ἐδοκίμασαν τὸν Θεὸν ἔχειν ἐν ἐπιγνώσει. *Non ſtuduerunt habere Deum in cognitione*, ſeu efficaci ejus notitia. Differunt, id quod in primis hic obſervandum erit, γνῶσις & ἐπίγνωσις, *cognitio & agnitio* Dei. Illam quidem hoc in capite *Paulus* relinquit gentibus verae religionis ignaris: hanc vero illis adimit, eo quod in turpiſſimas ſuperſtitiones multorumque Deorum cultum ſuo incidiſſent vitio. Μετήλλαξαν, ſic rem hanc explicat divinus homo, τὴν ἀλήθειαν τοῦ Θεοῦ ἐν τῷ ψεύδει. *Converterunt veritatem Dei in mendacium.* Sed nec reticeri debet, quod idem vir ſanctus perhibet de illis: τὸ γνωστὸν τοῦ Θεοῦ φανερόν ἐστιν ἐν αὐτοῖς. *Quod de Deo percipi poteſt, id apertum fuit illis. Namque Deus ipſe aperuit hoc eis.* Sunt in Deo quaedam, quibus comprehendendis & conſequendis nullius par eſt hominis ingenium. Sed quae mentes capere poſſunt mortalium ex divinis virtutibus, aeternam ejus potentiam & bonitatem, & quae illis connexae ſunt perfectiones reliquae, eas divinorum operum beneficio facile quilibet perſpiciunt & intelligunt. *Quae in oculos non cadunt divinae virtutes ab orbis hujus creatione, eae tamen ex illis rebus, quae factae ſunt, aperte intelliguntur & cernuntur.* Ipſa quoque haec *Pauli* ſevera objurgatio: Διότι γνόντες τὸν Θεὸν, οὐχ ὡς Θεὸν ἐδόξασαν: *Etiamſi cognoſcerent Deum, tamen eum non ſic, ut decet Deum, coluerunt*, Deorum nimirum commentitiorum timore devincti; haec ipſa, inquam, objurgatio, non incognitum fuiſſe populis verum &

(*) Rom. I. 25. (†) V. 28.

ſignificare. Impietate vero, flagitiis, & libidinibus hominum cum olim ſuffocatam veluti ac depreſſam fuiſſe coeleſtem veritatem, tum quotidie deprimi, teſtatiſſimum eſt. Quo major nimirum vis eſt criminum & vitiorum in homine, tanto minor rationis & verae ſapientiae lux in ejus animo fulget. Quare gentes, quum vitam agerent ſceleratiſſimam, nihilque cupiditatibus ſuis denegarent, iſta officiebant ἀδικίαι, ut vera Dei notitia ſenſim in illis diminueretur, atque veritatis locum errores occuparent pernicioſiſſimi.

(s) Pro-

Digitized by Google

& aeternum Deum, argumento eſt. Vanam vero atque ſtultam gentium religionem his enarrat vir ſanctus verbis: (*) *Mutaverunt gloriam Dei immutabilis in imaginem ad ſimilitudinem mortalis hominis, avium, beſtiarum & reptilium effictam.* De Diis eorumque natura nihil movet: honores tantum memorat ſignis & ſimulacris exhibitos. Cujus quidem inſtituti hanc cauſſam habuit, quia hoc *idololatriae* proprie ſic dictae genus, quod lignis & lapidibus in figuram hominum aut beſtiarum formatis divinos decernebat honores, Judaeis ceteris omnibus populorum de re ſacra erroribus longe gravius & flagitioſius videbatur. Teſtem rei locupletem *Philonem* habemus: (†) Ὅσοι μὲν ἡλίου καὶ σελήνης καὶ τῶν σύμπαντος ἑρμῆ τε καὶ κόσμου, καὶ τῶν ἐν αἰτίοις ἀλεξιφαρμάκων μερῶν ὡς θεῶν σέβασμοί τε καὶ θεραπεῖαι, ἀξιωματάσι μὲν, (πῶς γὰρ τὰς ὑπηκόους τῶν ἀρχικῶν στρατιώτας) ἤτιον ὧν τῶν ἄλλων, ἀδικεῖσι, τῶν ξύλα καὶ λίθους, ἀργύρου τε καὶ χρυσὸν, καὶ τὰς ἐκ τούτων πλαστὰς ὕλας μορφουμένων. *Quotquot ſolis, lunae, coeli, mundi, praecipuarumque hujus partium cultores habentur, & hujusmodi ſacrorum antiſtites, peccant procul dubio, dum, poſthabito principe, venerantur ejus ſubditos, minus tamen a recto declinant, quam qui ligna, lapides, argentum, aurum, ſimilesque formatas materias, ut cuique libuit, vertunt in ſtatuas ac ſimulacra.* Rationem vero opinionis iſtius hanc affert: Τὸ γὰρ καθ' ἕστηκεν ἔρεισμα τῆς ψυχῆς ἐξένευται, τὸ περὶ θεοῦ ζῶντος ἀεὶ δόξαν βεβαίαν ἀπολαῦσαν. *Excuſſerunt enim robur ex anima, perſuaſionem veram de ſemper vivente Deo, ut vacillet, tamquam male ſaburratum navigium, huc illuc undis jactatum, cui nec facile portum attingere, nec tutum in aliqua ſtatione interquieſcere.* Inde evenit etiam, ut, quae inferioribus Diis, ſtellis & daemonibus, praeſtabant officia veteres populi, Chriſtiani aeque ac Judaei pariter *idololatriae* nomine appellarent, vocabulo a *fameſiori*, ut ajunt, *ſpecie* ſumto. Poſtremo *Paulus* clare ſignificat, non hoc crimini dari gentibus, quod plures orbis hujus conditores, pluresque unius ejusdemque gradus & ordinis Deos reverentia proſequuti eſſent, ſed quod cultum rerum a Deo conditarum varia ratione cum unius conditoris & Dei cultu conjunxiſſent. Ἐσεβάσθησαν καὶ ἐλάτρευσαν τῇ κτίσει παρὰ τὸν κτίσαντα. Quae verba duplici modo reddi Latine poſſunt. Primo ſic: *Illi religioſe venerati ſunt rem creatam, praeter creatorem.* Vocula παρὰ hac notione frequenter occurrit; ut in illis *Ariſtotelis* verbis, (§) quibus *Platonem* ait τὸ ἓν καὶ τοὺς ἀριθμοὺς παρὰ τὰ πράγματα ποιῆσαι, (non, quod Pythagoraei fecerant, numeros res ipſas eſſe cenſuiſſe, ſed) *unitatem & numeros, praeter res*, aut τοὺς ἀριθμοὺς παρὰ τὰ αἰσθητὰ, *numeros per ſe, praeter ſenſibilia, exſiſtere* judicaſſe. *Numeri*, quos hic vocat *Ariſtoteles*, τὰ εἴδη ſunt, quod ipſe declarat, ſeu *ideae*, quae *principi* obverſantur *intelligentiae*, cui *Plato* alterum in divinitate locum ſolebat dare: quemadmodum τὸ ἓν illud, *ipſum illud unum*, ὃ τοῖς εἴδεσι παρέχει τὸ τί ἦν εἶναι, *quod ideas hasce excitat*, &, *ut ſint*, *efficit*, prima eſt in divinitate *Platonis* hypoſtaſis. Deinde hoc etiam modo verba licet *Pauli* vertere: *Venerati ſunt res conditas magis, quam earum conditorem.* Namque vocula παρὰ non raro etiam ſic ponitur in oratione, ut comparationem inſtitui doceat. Exemplo ſunt Servatoris apud *Lucam* verba: *Putatisne, Galilaeos iſtos peccatores fuiſſe ceteris Galilaeis deteriores & nequiores?* ἁμαρτωλοὶ ΠΑΡΑ πάντας τοὺς Γαλιλαίους *Luc.* XIII. 2. Et *mem-*

560

(*) V. 25. (†) De Decalogo p. 753. (§) Metaph. Lib. I. C. 6. (p. 272. T. IV. Opp.)

(t) *Produſtas*] Ingenioſe haec omnia & erudite a viro doctiſſimo ſunt animadverſa. Id unum reſtat quaerendum, an, quae *Paulus* hoc in capite de ſuperſtitionibus gentium diſſerit, generatim ad omnes populos pertineant, an vero oratio ejus in certa membra diſtribuenda, nec uni ho-

Digitized by Google

membro quarto: Putatisne, duodeviginti illos, in quos turris Siloae irruit, omnibus, qui Hieroſolymis vivunt, graviores fuiſſe debitores? ἀφειλέτ) ΠΑΡΑ' πάντας. Sive haec placeat interpretatio, ſive altera illa, id tamen utrimque manifeſtum eſt, gentes veri Numinis, a quo orbis hic conſtructus eſt, reverentia & metu ductas fuiſſe, tametſi res ab eo factas aut pari, aut fortaſſis majori etiam & excellentiori quodammodo cultu affecerint. *Beza* quidem ſic reddi poſſe *Pauli* verba: ἀντὶ τ κτίσαντος, ratus eſt: *Coluerunt rem creatam, creatoris cultu plane neglecto & intermiſſo.* Verum haecce verſio ipſa ſancti hominis verba nullo modo exprimit, ſed expoſitio potius eſt eorum, quam antecepta haec opinio, quae nihil tamen veritatis habet, peperit, populos veteres nullam plane rationem ſummi rerum omnium parentis in ſacris ſuis duxiſſe, verum rebus ſeſe creatis totos addixiſſe. Quonam ceterum ſenſu Deorum cultores dici poſſint ampliores honores rebus a Deo factis, quam earum effectori & parenti, decreviſſe, id alios, quam me ipſum, exquirere malo. Neque enim haec res difficultate caret, quum fieri nullo modo poſſe, planum ſit, ut res a Deo procreata, ita, uti eſt, ſpectata, a quoquam interiori animi pietate & affectu exquiſitius colatur, quam ejus creator & auctor, ita pariter, uti eſt re vera, ſpectatus. Forte hoc gentibus idcirco crimen exprobratur, quoniam is, qui divinos honores, quibus unus rerum omnium conditor dignus eſt, nulla vero res creata, a Deo tamen ad opera ejus traducit, loquendi quadam ratione, ſacris litteris peculiari & propria, creatorem infra res ab eo creatas ponere, dici poteſt. Forte, quod nonnulli veterum, exiſtimantes, ſummum illud Numen multo eſſe ſublimius, quam ut ab hominibus coli debeat, nec ab aliquo mortalium comprehendi aut intelligi poſſe ingenio, inferiores Deos, ſidera, daemones, heroas in primis ſibi rati ſunt adeundos eſſe, tanti gentes poſtulantur a *Paulo* flagitii. Fortaſſis etiam haec ideo illis nota inuritur, quod, qui ſtatuas olim & imagines venerabantur, quorum hic in primis vitia vir ſanctus tangit, omnem externum cultum, quo defungebantur, rebus unice ſenſibus expoſitis formisque rerum conditarum alligabant. Sed, quod dixi, viderint haec alii. Ego, quod moneam, hoc unum habeo, neminem a vera verborum *Pauli* ſententia gravius aberraturum eſſe, quam qui contenderet, id eum ſibi velle, ſi pari & eodem, quo Deum, cultu minores Deos, non vero majori, proſequuti fuiſſent ſuperſtitioſi populi, tum nihil in illis criminis & culpae futurum fuiſſe. Nullum enim eſt dubium, quin hac in re peccaverint unice, quod naturas a Deo conditas divinis honoribus, qui ſoli debentur Deo, affecerint. *Paulus* vero, ut gravitatem admiſſi ſceleris tanto declararet vehementius, res conditas ipſi docet etiam effectori ac conditori ab illis antepoſitas eſſe. Ergo, quod volumus, conſtat, ſi ſacrarum litterarum attendamus auctoritatem, gentes, quae Diis ſtuduerunt commentitiis, neutiquam plures coluiſſe conditores hujus orbis, verum ejusdem religionis participes feciſſe Deum resque a Deo (*t*) productas.

In *Apoſtolorum Actis Pauli* ſcripta legitur oratio, quam Athenis, in Areopago 561 conſtitutus, recitavit; cujus quidem hoc eſt initium: *Viri Athenienſes, ſentio, vos omnino*

hominum generi applicanda ſit. Mihi diligenter ſancti viri diſputationem perpendenti, & cuncta rite ponderanti, de triplici hominum genere atque de triplici religione ſermonem hic inſtitui viſum eſt. Omnes certe, qui Diis olim ſervierunt commentitiis, non unius fuerunt ſententiae, nec idcirco uno cuncti genere comprehendi poſſunt. Ex quo veriſimillimum eſſe efficitur, *Paulum* quoque in ſuas claſſes diſtribuiſſe homines verae religionis neſcios & a ſano Dei cultu averſos, quum hominum

Digitized by Google

omnino eſſe religioſiores. Vox δεισιδαιμονεστέρους haud dubie in his verbis benignam habet notionem, non vero *ſuperſtitionem* ſignificat. *Paulum* enim credibile eſt in ipſo orationis exordio, quo populi ſibi conciliaret animos, Athenienſium laudaſſe pietatem; nullo vero modo probabile, cultum, quem vero exhibebant Deo, *ſuperſtitionem* ab eo nominatam eſſe. Sic enim pergit: *Pertranſiens enim & contemplans ſacra veſtra*, (ſeu monumenta ſacra) *inveni etiam aram, cui inſcriptum erat:* Ἀγνώστῳ Θεῷ, Deo ignoto. Scio, (*v*) *Philoſtratum* & (*x*) *Pauſaniam* memoriae prodidiſſe, viſas olim fuiſſe Athenis ἀγνώστων θεῶν βωμούς, *ignotorum Deorum aras.* Sed haud ita verba eorum accipienda eſſe, ſuſpicor, ac ſi re vera arae exſtitiſſent Athenis Diis pluribus ignotis dedicatae, verum id eos dicere, arbitror, non unum in urbe illa fuiſſe altare, cui haec inſcriptio: ignoto Deo, addita fuerit. Unam ſaltim aram Athenis fuiſſe his verbis inſignem, cum haec *Pauli* verba docent, tum *Dialogus* ille, (*y*) *Philopatris* inſcriptus, qui *Luciani* vulgo fertur eſſe, in quo *Critias* hanc jurisjurandi formulam adhibet: Νὴ τὸ ἄγνωστον τὸν Ἀθήνησι. *Teſtor ignotum, qui Athenis eſt, Deum.* In extremo praeterea dialogo ſic *Trypbon* loquitur: Ἡμεῖς δὲ τὸν Ἀθήνησιν Ἄγνωστον ἰσοθέοις ἢ μεσονυκτίοις, χεῖρας εἰς ἀέρα ἐκπετάσαντες, τοῦτον ἐκχαιρετίσωμεν, ὡς κατηξιωμένοι, κ. τ. λ. *Nos vero ignotum, qui eſt Athenis, Deum, a nobis inventum, adorantes, manibus in coelum ſublatis, eidem gratias agemus, quum, tam excellenti poteſtati ut ſubjecti*
562 *eſſemus, digni ſumus ab ipſo habiti.* Uterque locus hicce manifeſte inſcriptionem hanc Athenienſem, quam tractamus hic, ſive uni ea fuerit arae inciſa, ſive pluribus, deſignat. Poſterior vero amplius aliquid oſtendit, ignotumque illum, cui ſacra fecerunt Athenienſes, Deum ſummum fuiſſe totius orbis conditorem & moderatorem indicat. A quo non diſcedit *Pauli* oratio, quae hoc modo procedit: Ὃν οὖν ἀγνοοῦντες εὐσεβεῖτε, τοῦτον ἐγὼ καταγγέλλω ὑμῖν. *Quem vos igitur ignorantes colitis*, id eſt, quem ſub ignoti Dei nomine invocatis, *hunc ego vobis annuntio. Deus ille, qui fecit mundum, & omnia, quae in eo ſunt, quum ſit coeli & terrae dominus.* Duo ſunt, quae ex hiſce divini hominis verbis ſine ulla cuivis controverſia patent. Primum: Quem Athenienſes ignoti loco Numinis reveriti ſunt, eum unum illum verumque fuiſſe

num ante natum Servatorem flagitia & crimina adverſus Deum enarrare vellet. Peculiaris & a populi opinionibus plane remota erat virorum ſapientum & philoſophorum religio. Secundum hos illi ſtabant, qui unum quidem Deum eſſe nil dubitabant, at ſimul tamen heroës, genios, daemones, naturasque inter Deum & hominem medias reverebantur. Infimum locum rudis occupabat multitudo, quae mentem a ſenſibus haud avocabat, nec de rerum omnium parente ac conditore cogitabat, ſed ſtatuis, ſignis, ac ſimulacris unice devota erat. Hoc, niſi fallor, triplex religionis genus apte ac perſpicue *S. Paulus* diſtinguit & ſuis coloribus exprimit. Primum de philoſophis loquitur, in quibus multum fuit rationis ac ſapientiae. Hos *vſ.* 19. 20. ex contemplatione ait divinorum operum perſpexiſſe, Deum eſſe unum, eumque ſapientiſſimum & potentiſſimum: verum, (*vſ.* 21.) omiſſa hac cognitione, ad ſubtiliores quaeſtiones & inanes controverſias de rebus inexplicabilibus divertiſſe, in quibus unice ſapientiam omnem poſuerint. Quare, dum ſibi ſapientes in primis eſſe viſi ſint, ſtultos & inſanos potius eſſe factos. *vſ.* 22. Haec quam vere dicta ſint a ſanctiſſimo homine, is demum intelliget, qui veterum philoſophorum hiſtoriam diligentius tractavit. A philoſophis ad infimam turbam *Paulus* digreditur *vſ.* 23. quam vituperat, quod majeſtatem Dei converterit in figuras hominum & animalium, aut, neglecto prorſus & relicto unius ſummique Numinis cultu, in ſignis & imaginibus colendis tota fuerit. Cujus quidem ſceleris poenam ſtatim ſubjicit *vſ.* 24. Poſtremo eos increpat *vſ.* 25. qui, quum unice ſummum Numen divinis honoribus afficere debuiſſent, conditori tamen res conditas, heroës, daemones, genios adjunxerint, immo in his colendis diligentiores, quam in ſummo Numine honorando, fuerint. Egregie meo quidem judicio *Pauli* oratio cohaeret, & pulcre omnia veterum errorum genera perſequitur, ſi hac ratione diſtinguatur: neſcio vero qua confuſione laborare videtur, ſi generatim ac univerſe de omnibus veterum Deorum

Digitized by Google

fuiſſe Deum, qui univerſum mundum, resque omnes, quibus hicce conſtat, fabricatus eſt. Iſtum vero Deum cur Θεὸν ἄγνωστον, *ignotum Deum*, nominarent, hanc habuiſſe videntur Athenienſes cauſſam, quoniam nec mortalibus conſpici poteſt oculis, nec ullius hominis ingenio percipitur omnino & comprehenditur. Quam quidem rem (z) *Joſephus Libro contra Apionem* his verbis complexus eſt: Δυνάμει μὲν ἡμῖν γνώσιμος, ἐνεργείᾳ δ' καὶ ἰδέᾳ, ἄγνωστος. *Deus ſua quidem poteſtate nobis notus, at natura & eſſentia prorſus ignotus eſt.* Paullo vero aliter intelligi debet, quod *Dio Caſſius* Deum Judaeorum ἄῤῥητον καὶ ἀειδῆ, non *inviſum* modo, ſed etiam *ineffabilem*, *Lucanus* eumdem *incertum Deum* vocat. Haec enim cognomina ex eo inveniſſe Deum, arbitror, partim quod nullum ejus ſignum & ſimulacrum exſtaret, partim quod nullo proprio & peculiari nomine inter homines notus eſſet, Judaeis nomen, quod *Tetragrammaton* vocant, ſancte cuſtodientibus & occultantibus, ne quid ex communi uſu labis contraheret. Similiter huc minime exiſtimem pertinere, quod hac occaſione viros doctos obſervaſſe video, fuiſſe olim, qui συνιόντι Θεῷ, *convenienti Numini*, nullo ejus nomine expreſſo, immolarent. Namque mos hic ex ſuperſtitioſo quodam metu profluxit unice. Singulis ſcilicet rebus & muneribus ſuos eſſe Deos praepoſitos, cenſebant veteres. Itaque rem divinam facturi, quo rite hoc vel illud ſuccederet negotium, verebantur plerumque, ne alium inſcientes fortaſſis adirent Deum, quam illum, cujus earum, quas ſibi dari cupiebant, rerum eſſet procuratio. Quod ne contingeret, fructuque ſic careret pietas, tali formula ſibi utendum eſſe potius ſtatuerunt, quae latius pateret, quam peculiari quodam nomine. Ceterum quod Athenienſes a *Paulo* dicuntur ignotum illum Deum ignorantes & inſcii colere, id potiſſimum ſuperſtitionem eorum & inſanum erga plures Deos ſtudium perſtringit. Alterum, quod ex iſtis verbis manat, hoc eſt: Athenienſes, tametſi Diis operam darent plurimis, verum tamen Deum, coeli terraeque architectum, pie ac religioſe deprecatos eſſe, *Conſcii* Quocirca, qui Deorum cultores plane negant, ſummum Numen veneratos eſſe, hi, quum ipſis ſacri codicis verbis confutentur, pugnare aliquando (a) deſinant.

Ve-

rum mancipiis accipiatur. Ita vero dum divinus homo religiones populorum diſtribuit, Judaeorum aetatis ſuae veſtigia ſequitur, qui primum philoſophorum de religione decreta & inanes controverſias a populi ſententiis de Deo cum ſejungebant, tum irridebant: quod ex *Philone Libro de temulentia* p. 269. *f.* apparet, ubi praeclare iſta *Pauli* verba: φάσκοντες εἶναι σοφοὶ ἐμωράνθησαν, illuſtrat; nec non ex *Joſepho Lib.* II. *contra Apion. C.* 16. *p.* 482. *C.* 19. *p.* 484. deinde vero reliquam multitudinem in eos diſtribuebant, qui ſupremi Numinis prorſus immemores, ſtatuis & ſignis Deorum totos ſeſe devoverent, & in eos, qui ſoli quidem, ſtellis, aliisque rebus conditis ſervirent, ſed nec conditoris tamen prorſus obliviſcerentur. Vid. *Philo de Monarchia Lib.* I. *p.* 812. *f.* & alias. Quod ſi haec verborum *Pauli* declaratio non inepta videbitur, conſentaneum erit, ut ex eis hoc unum eo uſi poſſe conſiteamur, fuiſſe in antiquioribus populis aliquos, qui Deum & res a Deo conditas ſimul precibus & ſacrificiis adierint, non vero, univerſas gentes huic morbo fuiſſe deditas.

(v) *Philoſtratum*] *De vita Apollonii Lib.* VI. *C.* 3. *p.* 232.

(x) *Pauſaniam*] *Lib.* V. *p.* 199.

(y) *Philopatris*] Prior locorum, qui hic adducuntur, exſtat *Cap.* 9. *p.* 122. alter *Cap.* 23. *p.* 203. *ed. celeb. Geſneri.* Neuter vero horum locorum probat aliquid: nam ad riſum omnia in hoc *Dialogo* ſunt compoſita, & ſacrorum Chriſtianorum cavillationem, *Pauli*que potius orationem exagitat profanus homo, quisquis demum fuerit, quam reapſe aram ejusmodi Athenis fuiſſe, docet. Idem tamen in hac cauſſa, quod *Cudworthus*, argumentum adhibet *Laur. Ramireſius* de *Prado* in *Pentecontarcho Cap.* III. *p.* 107. ut alios taceam. Non dubito, aram ita inſcriptam a *Paulo* Athenis repertam eſſe: ex *Luciani* tantum hiſce locis id conſtare, nego.

(z) *Joſephus*] *Lib.* II. *contra Apion. C.* 15. *p.* 482.

(a) *Deſinant*] Legi de his omnibus velim *Jo. Andr. Boſii Diſſ. de ara ignoti Dei* pereruditam,

Digitized by Google

Verum nefas foret practermittere, *Arati*, veteris poëtae, verſum de Jove ſeu Ζεύς a *Paulo* ad confirmandam ſententiam afferri:

Τοῦ γὰρ καὶ γένος ἐσμέν. ——

Nos enim progenies ejus ſumus. Sanctus homo de vero illo Deo ab *Arato* hoc pronuntiatum eſſe, contendit, in quo vivamus, moveamur, & exſiſtamus. Qua qui-
563 dem ejus confeſſione nihil fieri poteſt firmius ad convincendum, veteres Graeciae incolas, interdum ſaltim, voce Ζεύς ſummum illud Numen denotaſſe, quod ratione moderatur & gubernat omnia. Certe, cui libitum fuerit, quae apud *Aratum* tam praecedunt haec verba, quam conſequuntur, expendere, is vero ſine ullo ſentiet negotio, non hominem quemdam in Creta aut Arcadia genitum ab eo *Jovis* nomine laudari, verum rerum omnium parentem & moderatorem. Poſtquam enim *Phaenomena* ſua ſic erat exorſus;

Ἐκ Διὸς ἀρχώμεσθα,

quae *Cicero* ſic olim reddidit: *Ab Jove Muſarum primordia*, ſtatim hanc Jovis, quem vocaverat, deſcriptionem ſubjicit:

—— Τὸν ἀείσομεν ἄνδρες ἕωμεν
Ἄρρητον· μεσταὶ μὲν Διὸς πᾶσαι μὲν ἀγυιαί,
Πᾶσαι δ' ἀνθρώπων ἀγοραί, μεστὴ δὲ θάλασσα
Καὶ λιμένες· πάντη δὲ Διὸς κεχρήμεθα πάντες.
Τοῦ γὰρ καὶ γένος ἐσμέν.

Illum, quem numquam tacemus homines: plena vero Jovis omnia quidem compita, omnes quoque hominum coetus: plenum vero mare & portus: ubique autem Jove indigemus omnes. Hujus etenim genus ſumus. Quos quidem verſus *Theon*, qui *Scholiis Aratum* illuſtravit, hoc modo explanat: Πάνυ πρεπόντως ὁ Ἄρατος ἀπὸ τῶν ἄστρων διδάσκειν μέλλων θέσιν, καὶ τάξιν τούτων καὶ δημιουργὸν, Δία, ἐν πρώτοις σεσφώνει· Δία δὲ νῦν τὸν δημιουργὸν αἰνιττόμενος. *Aratus, quum ſtellarum ſitum & poſitum declarare vellet, valde apte ac decenter in ipſo exordio Jovem invocat, parentem & architectum earum. Nam per Jovem mundi fabricator hic intelligi debet*, aut, ut ipſemet poſtea eum nominat: ὁ τὰ πάντα δημιουργήσας Θεὸς, *Deus, qui res omnes fecit.* Nolim tamen praetermittere, hunc ipſum interpretem quaedam *Arati* de Jove dicta, & in his illud, quod *Paulum* attuliſſe vidimus, καὶ γὰρ γένος ἐσμὲν, de Jove etiam phyſico ſeu aëre commode poſſe accipi, contendere. Quamquam tantum abeſt, ut opinionis hujus vel leviſſimum ſuppeditet firmamentum, ut potius hac una de cauſſa videatur ad eam delatus eſſe,

quo

& *Jo. Meurſium Libro de Piraeeo Cap.* 10. Quam hic ſuam facit de ignoto Athenienſium Deo ſententiam vir longe doctiſſimus, eam ipſe ante annos aliquot *Libro* I. *Cogitat. in varios novi foederis locos Cap.* IV. *p.* 68. *ſ.* diligentius partim argumentis ex ipſa *Pauli* oratione depromtis, partim veterum auctorum teſtimoniis longe plurimis, quibus ſummum omnium Deum ignotum eſſe dicunt, ſtabilitum ivi. Nec me hujus, quamvis aliter ſentire multos non ignorem, adhuc ſententiae poenitet. Locis, quos ibi adduxi, liceat nunc addere *Salluſtii*, philoſophi, dictum ex *Libro de Diis Cap.* 6. *p.* 253. quo ſupremum Numen ἀρρήτου δυνάμεως appellat. Μετὰ δὲ τὴν ὕπαρξιν ἀρρήτου δυνάμεως καὶ τὸ Θεῖον τάξεις εἰσὶ. *Poſt hanc virtutem, quae verbis haud exprimi poteſt, Deorum ordines ſubſequuntur.*

Ita.

Digitized by Google

quo locum adipiſceretur, quantos in litteris progreſſus feciſſet, exemplo quodam oſtendendi. Utcumque eſt, naturalem propriumque verborum, de quibus hic agimus, quem legenti primo adſpectu offerunt, hunc eſſe ſenſum, fatetur: Πρὸς τὸ πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε· εἰ γὰρ αὐτὸς ταῦτα δεδημιούργηται πρὸς τὸ τῆς ἀνθρώπους βιωφελὲς, αὐτὸς ἂν κληθείημεν, αὐτὸν πατέρα καὶ δημιουργὸν ὑπογεγράφαμεν. *Haec conſentanea ſunt illi Jovis appellationi, qua pater Deorum hominumque vocatur. Nam ſi nos ipſos fecit, & reliqua omnia, quae vitae hominum inſerviunt, recte ejus eſſe dicimur, ipſumque patrem & fabricatorem noſtrum appellamus.* Qua quidem in re minime hominem falli, nec aliam Jovis notionem, quam hanc, in animo habuiſſe poëtam, haec, quae ſequuntur, verba ſatis declarant:

—— Ὁ δ' ἥπιος ἀνθρώποισι
Δείκηλος σημαίνει.

Hic vero benevolus hominibus commoda ſignificat. In aërem haec quis ſibi convenire ſanus perſuadeat? Ejusdem generis ſequentes ſunt verſus:

Αὐτὰρ γὰρ τά γε σήματ' ἐν οὐρανῷ ἐστήριξεν,
Ἄρκτον Διγενείην· ἐπιφραδὲς δ' οἵ γε ἕκαστα
Ἀστέρας.

Ipſe enim ſigna in coelo firmavit,
Sidera diſpertitus: providit vero ad anicum
Stellas.

Item hic:

Τῷ μὲν αἰεὶ πρώτιστα καὶ ὕστατον ἱλάσκονται.

Eoque ipſum ſemper primumque & ultimum placant.

Quem verſum hoc modo interpres exponit: Ἴσως γὰρ δοκεῖ τισὶ σπονδῶν, τῶν μὲν πρώτων σπονδὴ εἶναι θεῶν τῶν οὐρανίων, δευτέρα δὲ ἡρώων, καὶ τρίτη Διὸς Σωτῆρος. *Haec forte pertinent ad libationes: quarum quidem prima Diis offertur coeleſtibus, altera heroibus, tertia Jovi Servatori.* Ex quo intelligitur, veteres populos in ſacrificiis ſuis haud Jovis Servatoris, id eſt, ſummi Numinis, memoriam paſſos eſſe oblitterari. Po-564 ſtremo non poſſum, quin illum etiam *Arati* verſum huc transferam, quo Deum omnium maximum *ingens mundi miraculum*, *hominumque grande lucrum* nominat:

Χαῖ-

Ita vero ſi hic *Pauli* locus intelligatur, ut *ignotum* illum *Deum* nullum eſſe alium exiſtimemus, quam ſummum rerum omnium parentem ac conditorem; haud tamen illud inde putem effici poſſe, quod hic vir doctiſſimus probatum vult, omnes omnino populos uni ſerviiſſe Deo reliquis omnibus majori. Nam ut omittam, Athenienſium religiones, regulae inſtar, nullo modo poſſe adſciſci, ad quam reliquorum populorum ſacra ſint exigenda, hanc ipſam, quam *Paulus* vidit, aram hominis privati aut familiae cujusdam monumentum videtur fuiſſe, certis de cauſſis conſecratum. Ex privatorum vero aut familiarum pietate totius cujusdam populi de Deo ſenſus metiri velle, nimis, ut opinor, temerarium foret.

Digitized by Google

Χαῖρε, πατὴρ, μέγα θαῦμα, μέγ' ἀνθρώποισιν ὄνειαρ.

Salve, pater, magna admiratio, magna hominibus utilitas.

Quocirca, ſi, qualem *Aratus* Jovem laudibus extulerit, ex univerſi carminis ejus contextu judicandum ſit, illis accedendum omnino erit, qui ſummum ab eo Deum, univerſae naturae parentem, celebrari, autumant. Quam ſententiam, quoniam *Pauli* & ſacrorum librorum confirmat auctoritas, Chriſtianorum nemo ſine ſumma ſpreverit injuria. Neque illis adjungenda fides eſt, qui hoc ſingulare aliquid in *Arato* fuiſſe ſentiunt & ipſi proprium. Namque his multo magis favet ratio, qui recepta Graecorum placita poëtam enarraſſe, neque alia expoſuiſſe, volunt, quam quae non modo ſapientes & eruditi viri, ſed ipſa etiam multitudo probabat (*b*) tum temporis. Et mihi quidem brevis iſta veterum Athenienſium precatio, quam *M. Antoninus* ob ſimplicitatem commendat, eodem modo accipienda eſſe videtur: (*) Ὗσον, ὗσον, ὦ φίλε Ζεῦ, ἐπὶ τῷ ἀρόσει τῷ Ἀθηναίων καὶ τῷ πεδίῳ. *Plue, plue, care Jupiter, ſuper Athenienſium arva & prata.* Qua recitata precandi formula, haec adjicit continuo Imperator: Ἢτοι γὰρ δεῖ εὔχεσθαι, ἢ ἁπλῶς καὶ ἐλευθερίως. *Aut nihil omnino precari, aut hoc modo ſimpliciter & ingenue precari, par eſt.* Ceterum eumdem, quem Graeci Ζῆν vocabant, Latini *Jovem* dixerunt. Ex quo efficitur, Romanorum *Jovem* pariter non alium fuiſſe, quam ſummum illum Deum, cujus virtute coelum terraque exſtitit. Quae qua ratione ex ſacris litteris infirmari queat opinio, haud equidem video, niſi quis fortaſſe *Pauli* locum huc referre velit: (†) *In Dei ſapientia mundus non cognovit Deum per ſapientiam.* Verum haec divini verba viri id unum docent: Populos omnes, antequam *Chriſtus* coeleſti luce repleret mundum, virtute rationis innatae & divinorum operum contemplatione tam efficacem ſummi Numinis non potuiſſe conſequi cognitionem, ut vincula rumperent ſuperſtitionis, quibus conſtricti erant, vitamque conſectarentur vere ſanctam & Deo (*c*) acceptam.

§. XXXII.

(*) Lib. V. §. 5. (§. 7. p. 146.) (†) (1 Cor. I. 21.)

(*b*) *Tum temporis*] (I.) Dubium eſt, an *Paulus* in oratione ad Athenienſes hacc *Arati* verba, an vero alius cujusdam poëtae, aut multorum potius Graecorum poëtarum, ſententiam ſpectarit. Certe non unus eſt *Aratus*, apud quem ejusmodi quid ſcriptum exſtat: nec ſanctiſſimus vir unum laudat poëtam, ſed plures: Τοῦτο, inquit, τῶν καθ' ἡμᾶς ποιητῶν τινες εἰρήκασι. Dignus eſt, qui hac de re legatur, vener. *Jo. Chriſtoph. Wolfius* in *Curis philologicis ad novi foederis libros hiſtoricos p.* 1267. (II.) Graecum illum neſcio quem, qui *Arati Phaenomena* ſcholiis illuſtravit, *Theonem* vulgo nominant, cur vir doctiſſimus vel refelleret, vel ſibi favere doceret, nihil erat gravioris cauſſae. Etenim hoc genus hominum, quod *Scholiaſtas* vulgo appellant, levius eſt, quam ut mentem ſcriptorum, quos interpretantur, perſpexiſſe videri queat. Plerique id unum agunt, ut rerum grammaticarum & veterum rituum in primis periti videantur, auctoribusque ſuis idcirco multa tribuunt, a quibus alieniſſimi ſine ulla facerunt controverſia. (III.) *Arati* religionem tam ſanctam fuiſſe puramque, ut vir putat eruditiſſimus, equidem haud arbitror. Fateor, in exordio carminis de Jove multa praeclare ſplendideque canit, quibus facile adduci poteſt aliquis, ut multitudine multo rectius & ſapientius poëtam hunc de rebus divinis iudicaſſe conſtituat. Legere vero ſi pergas, totiusque carminis contextum conſideres, verum illud eſſe, quod aliquoties jam monuimus, apparebit, dictionis poëticae majeſtatem ad ſolutae orationis normam haud eſſe expendendam. Is ipſe *Aratus*, qui Jovem ſuum univerſitatem rerum replere, ſideraque condidiſſe, narrat, paullo poſt hunc Jovem in monte Ida educatum, a Curetibus nutritum, & Saturni filium eſſe, tradit, eaque ratione ſignificat, intimae multitudinis religionem ſuam quoque fuiſſe:

Ex-

§. XXXII. Haec in univerſum ſufficere arbitror de veterum populorum reli- 565
gione & inſtitutis, quibus plures invocare Deos placuit. Sed quum copioſius priſcae Theologiae naturam explicare, neque intermittere quidquam conſtituerim, quod juvare queat eos, qui veterum de Deo ſententias ſibi nolunt obſcuras eſſe, tria mihi eſſe ſentio momenta in primis accurate declaranda. Quorum quidem hoc princeps eſt: Moratiores gentes unum illum celſiſſimumque Deum variis nominibus in ſacris ſuis appellaſſe. Alterum vero: Easdem tamen uni ſummo Deo multos alios addidiſſe Deos inferioris ordinis & naturae, voluntatique Numinis, quod maximum ducebant eſſe, ſubjectos. Poſtremum: Moris fuiſſe antiquis, ut non modo Diis minoribus, verum ſummo etiam Deo ſtatuas, imagines, & ſigna conſecrarent: quae ſigna ſaepenumero, parum licet proprie & inepte, *Dii* vocabantur. De his quod primum eſt: Varia quondam ſummi Numinis inter gentes multis Diis deditas audita eſſe nomina, a variis ejus virtutibus, operibus, & conſiliis, quibus ſeſe ſpectabilem veluti reddidit hominibus, ducta & tracta, id primum quoque in hac diſputatione locum occupabit.

Duplex Theologiae genus non inter Aegyptios modo, ſed etiam Perſas, Syros, Indos, aliosque populos barbarie infectos viguiſſe, *Origenis* ſupra verbis jam docui: unum quidem *populare*, nec ullis obſcurum; alterum *occultum* & reconditum, nec cuiquam, niſi ſacerdotibus virisque ſapientibus, apertum. Nec Graecorum atque Romanorum more aliter fuiſſe comparatum, vel ea quemvis edocebunt, quae de philoſophica utriusque populi Theologia paullo ante diſſeruimus. *Populare* quod vocamus, Theologiae genus non id tantum eſt, quod alioquin *fabuloſum* & *mythicum* dicitur, verum illud etiam, quod *civile* quondam & *politicum* nominarunt. Recte enim *Auguſtinus*: (*) *Et civilis*, inquit, *& fabuloſa, ambae fabuloſae ſunt, ambaeque civiles.* Abſtruſa vero & recondita, quam praedicabant, Theologia nulla eſt, atque illa, quam ab ipſa natura traditam uniceque veram eſſe, putabant. Nullus eſt veterum Graeciae ſapientum, quin hanc Theologiae diviſionem in naturalem veramque, & civilem vulgaremque probaverit: ceteris autem aper-

(*) Civ. Dei Lib. IV. C. 8. (potius Lib. V. C. 8. p. 120. T. VII. Opp.)

Κρήτηθεν κείνοι ϛ Διὸς μεγάλου ἴσαλοι
Οὐρανὸν εἰσανέβησαν· ὃ μιν τότε κυρίζοντα
Δίκτῳ ἐν εὐώδει ἱρῷ ὄρεϊ Ἰδαίῳ
Ἄντρῳ ἐγκατέθεντο, καὶ ἔτρεφον εἰς ἐνιαυτὸν
Δικταῖοι Κούρητες, ὅτε Κρόνον ἐψεύδοντο.

E Creta vero illae Jovis magni beneficio
Coelum adſcenderunt: quia ipſum olim infantientem
Dicto in odoro montem prope Idaeum
Antro impoſuerunt, atque nutrierunt per annum
Dictaei Curetes, quando Saturnum fallebant.

Egregium vero Jovem! certe parum dignum, qui cum praepotente rerum omnium conditore conferatur. Multis aliis verſibus interjectis, Cephei familiam Jovi cognatam fuiſſe, perhibet: (*p.* 61.)

—— —— Ἀλλ' ἄρα καὶ τῷ
Οὐρανὸν εἰς ὕπερθε ἔτελλε, ἑταὶ Διὶ ἐγγύθεν ἦεν.

—— —— *Quin etiam horum*
In coelum nomen pervenit: ſiquidem Jovis cognati erant.

Quid multis? Jovem quidem *Aratus* ſummum eſſe omnium Deorum & rerum naturae gubernatorem exiſtimavit; ortum vero ſi ſpectemus, reliquis hominibus nihilo praeſtantiorem credidit.

(c) *Acceptam*] *Pauli* locum non inepte interpretatur vir doctiſſimus. Athenienſium vero precatio, qua Jovem orare ſolebant, ut agros ſuos largo imbre recrearet, neſcio, quomodo huc referatur. Etenim Athenienſis populus, Jovem deprecans, illum deprecabatur Jovem, cui ſacra fiebant publice, id eſt, Saturni filium & Junonis maritum, nec de natura quadam perenni & neceſſaria cogitabat.

(d) *Ab-*

Digitized by Google

apertius *Antiſthenes*, *Plato*, *Ariſtoteles*, & Stoici ejus meminerunt. Apud Romanos *Scaevola*, inclytus ille Pontifex, & *Varro*, quo neminem Roma vidit antiquarum rerum peritiorem, nihil prius & antiquius hac diſtributione habuerunt. Uterque enim civilem illam Theologiam, quae legibus Romanorum munita erat, veram eſſe negabat, & ad multitudinem unice cenſebat pertinere: aliam vero affirmabat eſſe ſapientum & intelligentium virorum de Diis ſententiam, quam naturalem & veram quoque appellabant Theologiam. Interim ipſam flagitare neceſſitatem, largiebantur, ut in re publica Theologiae quoddam genus populare & civile maneret, quod ad plebis ingenium, cui vera illa & naturalis Theologia vix commode explicari poſſet, accommodatum foret. Poſtremo inter utramque hoc unum intereſſe cenſebant Theologiam, quod popularis ſeu civilis fabulis & commentis quibusdam temperata eſſet, non item illa, quam naturae dicebant inſtinctu patere. Quare tamquam medium quoddam genus inter abſurdas & fabuloſas poëtarum de Diis narrationes, & inter naturae de Deo praecepta iſtam civilem, quam rebus publicis putabant neceſſariam, ſpectari jubebant Theologiam.

Igitur hoc quidem rerum intelligentes olim dabant, vulgarem populorum Theologiam, neque fabuloſam tantum, quae poëtarum continebatur libris, ſed civilem quoque vehementer interdum a naturali veraque Dei cognitione diſcrepare. Interea, qui ſapientia praeſtabant ceteris, in hanc omni tempore curam & diligentiam incubuerunt, ut quam minimum ejus diſcrepantiae & diſcriminis pateret. Itaque allegoriis, quas vocant, ſtudioſe operam dabant, fabulasque poëtarum de Diis ingenioſe interpretabantur, ut naturae veritatisque praecepta de rebus divinis ſub velo quodam occultare viderentur. Si quid reſtabat, quod hac via commode exponi non poſſe, intelligebant, id vulgi atque multitudinis amentiam & levitatem dicebant poſtulaſſe.

Graecorum aeque atque Romanorum fabulae omnes ortos & genitos eſſe Deos praedicant. Ipſe Jupiter, quo nihil utrique habent majus & praeſtantius, non
566 meliori loco habetur, utpote cujus pater & mater, avus & avia commemorantur a poëtis. Ac licet haec commenta Romani non recepiſſent omnino in illam religionem, quae civitatis ſulta erat legibus; (*d*) *Auguſtinus* tamen, quod ſignum nutricis, cujus ubera ſuxiſſet Jupiter, in ſacris & religioſis Capitolii monumentis ſervari paterentur, graviter in eos invehitur. Perſpicuum eſt, hanc diſciplinam manu veluti ad illud ſcitum ducere, quo (*e*) *Euemerus* ad omnes abutebatur religiones tollendas: Nulli ſunt Dii, niſi qui antea mortales fuerunt, & inter homines vixerunt. At qui rem publicam adminiſtrabant, ut tarditati conſulerent & ſtupori multitudinis, quae vix ac ne vix quidem eo poteſt adduci, ut naturas eſſe originis expertes & initii credat, tolerabant iſtas ineptias, populoque narrari ſinebant. Atque haec quam late patuerit ſuperſtitio, vel (*f*) *Callimachi* exemplo conſtat. Qui quum certus eſſet, gravi ab illis Jovem contumelia affici, qui ſepulcrum ejus in Creta

(*d*) *Auguſtinus*] *De civitate Dei Lib.* V. *Cap.* 7. *p.* 119. *Quid*, inquit, *de ipſo Jove ſenſerunt, qui ejus nutricem in Capitolio poſuerunt?* Haec autem nutrix Capra Amalthea erat, quod non ignorare poſſunt, qui fabulis poëtarum nonnihil temporis dederunt.

(*e*) *Euemerus*] Haec ſumta ſunt ex *Auguſtino*, qui *de civit. Dei Lib.* V. *Cap.* 7. *p.* 119. ita loquitur: *Nonne atteſtati ſunt* (Romani) *Euemero, qui omnes tales Deos non fabuloſa garrulitate, ſed hiſtorica diligentia homines fuiſſe mortalesque, conſcripſit?* De *Euemeri* ceterum ἱερᾷ ἀναγραφῇ, qua Deos omnes homines fuiſſe probare voluit, vid. *Plutarchus de Iſide ac Oſiride Tom.* II. *Opp. p.* 360. &

Digitized by Google

Creta aut Arcadia oſtenderent, hac ratione nixus, quod immortalis eſſet Jupiter, nec mori ullo modo poſſet:

—— Σὺ δέ γ' ἀθάνατος· ἐσσὶ δὲ αἰεί,

tamen, quod (*g*) *Origenes*, praeter alios, obſervat, ortum quemdam & initium ei non veritus eſt tribuere. Nihilo tamen minus, qui ceteris rectius ſapiebant inter populos, rationemque ſtudebant perficere, ne ipſis quidem poëtis exceptis, hoc nullo tempore ex animis dimiſerunt placitum, ad quod naturalis ducit & vera Theologia: Jovem eſſe Deorum hominumque parentem, id eſt, orbis totius conditorem, nec idcirco patre aut matre genitum, ſed aeternum principiique expertem. Quo pertinet oraculum illud Peleadeanum, quod antea ex *Pauſania* attulimus:

Ζεὺς ἦν, Ζεὺς ἐστι, Ζεὺς ἔσται (*f*).

Praeter haec, *civilem* non minus, quam *Poëticam*, veterum Theologiam cum Diis abundaſſe ridiculis, fatendum eſt, tum rei publicae cujusdam habuiſſe ſpeciem, cui multi praeſunt inter ſe dignitate plane pares, nec cujusquam imperio & voluntati ſubjecti principes. Namque certas in provincias diſtribuebat ea terrarum orbem, ſingulisque ſingula praeponebat Numina. Hic Deus coelos moderabatur ſupremo imperio: ille ventis & aëri ferebat leges: alius mari dominabatur: alius denique terrae & inferis praeerat. Hic fruges mortalibus donare putabatur; ille vites producere. Alius ſapientiam & eruditionem curabat; alius voluptates impertiebat; alius bellorum eventus regebat. Suum quaelibet fere res habebat Numen. At quae *naturalis* vocabatur Theologia, ea, quamvis certo modo Deorum non recuſaret multitudinem, quos uni tamen ſummo Numini obtemperare ſtatuebat, nullum tamen, praeter unum, Deum per ſe exſiſtentem reverebatur, nec ullos, niſi naturales, admittebat Deos, id eſt, tales, qui reapſe exſiſterent in rerum natura, nec hominum tantum opinione Dii eſſent. Quinam fuerint hi naturales Dii, (*h*) *Varronis* diſcere licet auctoritate: qui in illis animam mundi principem eſſe docet, deinde partes mundi homine nobiliores & mentis compotes ſecundum hanc Deorum honore dignas arbitratur. Quae quidem huc redit ſententia: Unum eſſe ſummum Numen, quod univerſo praeſit terrarum orbi, at multos inferiores ſimul Deos, ex eo procreatos, ſtellas nominatim, daemones, & heroës. Itaque, qui, praeter hos, in Diis numerabantur, ſaepius a *Cicerone* aliisque veteris aevi ſcriptoribus contumelioſe *Dii poëtici*, non philoſophici, & *Dii commentitii fictitiique*, non autem veri & naturales, appellantur. Iidem auctores ſic habendum eſſe de his Diis praecipiunt, eos nihil eſſe, quam varia unius ſummi maximique Dei nomina, quae diverſae perfectiones ejus, variique benignitatis & potentiae divinae in hoc orbe effectus pepererint. Nefas enim & divina majeſtate

& quae nuperrime de ea diſputavit vir ingenioſus & veteris hiſtoriae philoſophicae in primis peritus, *Jo. Jac. Zimmermannus*, in *Diſſ. de Atheiſmo Euemeri & Diagorae*, quae exſtat *Muſei Bremenſis T.* I. *p.* 715.

(*f*) *Callimachi*] *Hymno in Jovem vſ.* 9. *ſ. p.* 7.

(*g*) *Origenes*] *Lib.* III. *adv. Celſum p.* 713.

(*h*) *Varronis*] Apud *Auguſtinum de civit. Dei Lib.* V. *Cap.* 4. 5. *ſ. p.* 116. *ſ. T.* VII. *Opp.* & *Lib.* VII. *Cap.* 5. 6. *p.* 128. *ſ.*

Digitized by Google

567 ſtate indignum antiquis videbatur ſapientibus, tot tamque varios aeterni Numinis radios & virtutes inter ſe veluti confundere, atque, non ſecus ac ſi permiſtae ac complicatae eſſent tot infinitae perfectiones, hac una profeſſione contentum eſſe: Eſt divina quaedam & aeterna ratio, nulli viſa mortalium, quae hunc orbem conſtruxit. Igitur ſingulas Dei virtutes a reliquis ſollicite ſeparabant, diſtincteque colere & venerari jubebant: quod ut tanto majori cum pompa & apparatu fieri poſſet, perſonarum omnes donabant forma & habitu. Quam quum non perſpiceret ſapientum virorum ſententiam rudis & indocta multitudo, factum inde nonnumquam fortaſſis eſt, ut ea non tantum tot ſibi diſtinctos fingeret Deos, quot Dei unius ferebantur nomina, ſed etiam nulli horum Deorum juris aliquid in reliquos eſſe, quum omnes per ſe ab aeterno exſtitiſſent, perabſurde ſibi (*i*) perſuaderet.

Ab Aegyptiis uni eidemque ſupremo Numini varia eſſe nomina impoſita, quae diverſas ejus virtutes notionesque ob oculos ponerent, antea jam idoneis demonſtratum eſt auctoritatibus. Nec id ipſe diſſiteri potuit (*k*) *Jamblichus* loco, quem ſupra protulimus: Ὁ δημιουργικὸς νοῦς κ. τ. λ. ἡ αἴφνης τῶν κατορθωτικῶν λόγων δύναμις εἰς φῶς ἄγων, Ἀμὼν καὶ ἡ τῶν Αἰγυπτίων γλῶσσαν λέγει), σωτηρίων ἢ κρυφίων φῶς, ἀγαθῶν ἢ πηγικὸς ὢν Ὄσιρις κέκληται), καὶ ὅλως δι' ὅλων δυνάμεως τε καὶ ἐπιστήμης ὑπερβολὰς ἔχει. *Opifex quippe mens, qui & veritatis cuſtos & ſapientiae, quatenus ad generationem ſapienter deſcendit, & incognitam rationum latentium vim producit in lucem, lingua Aegyptiaca dicitur Amun: quatenus vero perficit omnia ſumma cum veritate & arte, vocant eum Phta: —— quatenus autem beneficus eſt, dicitur Oſiris, aliasque denominationes propter alias poteſtates habet:* exempli cauſſa, *Neith*, aut, ſi *Procli* praeferendum ſit exemplar, Νηΐθας, *Neithas*, in cujus Numinis tutela urbs Sais erat. A quo ego

(*i*) *Perſuaderet*] Hac quidem ratione Deorum cultores, maxime poſt natam Chriſtianam religionem, cultus ſui & religionis ineptias tegere ſtudebant. Multos nimirum, quos venerarentur, Deos unum eſſe Jovem, ſed variis nominibus inſignitum, dicebant. [Ita *Julianus* etiam explicat Ethnicam religionem, Deum unum variis ſub nominibus coli, *Cap.* 63. *p.* 454. *edit. Lipſ.*] Sed pulcre jam ac ingenioſe *Auguſtinus de civit. Dei Lib.* IV. *Cap.* 11. *p.* 76. aliisque in locis, inepte haec dici, demonſtravit.

(*k*) *Jamblichus*] *De myſteriis Aegyptior. Sect.* VIII. *Cap.* 3. *p.* 159. Sed, ut evidens eſſe taceam, meras hic a *Jamblicho* nugas proponi, quarum ipſe ſine ullo dubio inventor exſtitit, non autem veteres Aegyptii, locus hic ad rem de qua hic agitur, nullo jure pertinet. Nec enim *Jamblichus* de ſupremo hic differit Numine, de quo antea dixerat, ſed de mente opifice, quam multum infra ſummam illam virtutem, cui ſolo ſilentio vult ſerviendum eſſe, ponit. Varia igitur, quae refert, nomina non unius ſummique Dei ſunt vocabula.

(*l*) *Euſebius*] Ex *Porphyrio Praeparat. Evangel. Lib.* III. *Cap.* 11. *p.* 115. Fingam, quod invita tamen veritate fieri puto, *Porphyrium* mentem Aegyptiorum veterum aſſequutum eſſe, quum Numinis illius, quod *Cneph* appellabant, naturam ſcrutaretur: hoc tamen concedere nequeo, patere ex illis, quae differit, *Cneph* ſummi Numinis imaginem fuiſſe. Contra diſerte hic philoſophus teſtatur, δημιουργὸν, ſeu illam ipſam *rationem opificem*, quam *Jamblichus Amon*, *Phta*, & *Oſiris* dictam eſſe mentitur, nomine & ſigno Dei *Cneph* indicatam eſſe. Atqui haec ratio effectrix ex praeſcripto recentiorum Platonicorum, qui Aegyptiorum ſacra indagarunt, ſummo multum inferior eſt Numine. Confer, quae de eodem *Cneph Euſebius Lib.* I. *Cap.* 10. *p.* 41. ex *Philone* affert: quae quidem in ſummum Deum nulla ratione cadunt. Alia, ex quibus idem conficias facile, *Thom. Gale Notis ad Jamblichum p.* 301. dabit. Quam certa ſint haec omnia, quae de hiſce Aegyptiorum Diis eorumque vocabulis, apud recentiores ſcripta leguntur Platonicos, vel hoc unum ſatis oſtendit, quod *Jamblichus Phta* nomen eſſe contendit *mentis opificis*, ſeu illius virtutis, quae hunc orbem condidit; at *Porphyrius* apud *Euſebium loc. cit. p.* 115. *Phta* illum ſobolem eſſe opinatur & progeniem Dei *Cneph*, quem *Cneph* ipſe pro δημιουργῷ habet ſeu *ratione effectrice*. Dicant mihi, quaeſo, doctiſſimi viri, qui hoc in ſtercore recentiorum Platonicorum neſcio quod aurum quaerunt, utri cre-

Digitized by Google

ego nomine Athenienſium vocabulum Ἀθηνᾶ natum eſſe ſuſpicor: nam & Saitarum colonia feruntur Athenienſes eſſe. Significat vero divinam ſapientiam, ſemet ipſam per univerſam rerum naturam diffundentem. Simili ratione *Serapis*, quem multi ſolem fuiſſe contendunt, ſic ſolet deſcribi ab aliis, ut facile pateat, eum pro rerum omnium potente Deo fuiſſe habitum. Teſtis erit, inſtar omnium, hic *Ariſtidis* locus ex *octava in Deum Serapin Oratione:* (*) Οἱ μὲν δὴ ἀπὸ μεγάλης πόλεως Ἀλεξανδρείας πολῖται καὶ ἔτι τοῦτον ἀναπαλαίουσι Δία, ὅτι σὺκ ἀπολείπει δυνάμει πεφυτῆ, ἀλλὰ διὰ παντὸς ἥκει, καὶ τὸ πᾶν πεπλήρωκε· τοὺς δὲ ἄλλων θεῶν ἀρίθμιοι μὲν δυνάμεις τε καὶ τιμαὶ, καὶ ἄλλος ἐπ' ἄλλα ἄνθρωποι παλαιόν· ὁ δὲ, ὥσπερ κορυφαῖος παντὸς, ἀρχὰς καὶ πέρατα ἔχει. *Magnae urbis in Aegypto incolae Deum hunc Serapis, tamquam unicum ſuum Jovem, invocant, utpote quem virtute nusquam deficere, verum res omnes permeare, ac rerum univerſitatem implere, arbitrantur. Reliquorum quidem Deorum honores ac virtutes diviſae ſunt: nonnulli propter hanc, alii aliam propter cauſſam honorantur: hic vero ab illis tamquam coryphaeus omnium Deorum ſpectatur, qui exordium atque finem rerum omnium continet, potensque eſt omnibus malis mederi.* *Cneph* quod Aegyptiis appellabatur Numen, ejus ſic naturam enarrat (*l*) *Euſebius*, ut facile perſpectu ſit, fuiſſe eum divinam intelligentiam illam, quae hunc orbem conſtruxit, vitamque omnibus animantibus 568
tribuit. Idem (*m*) *Plutarcho* ἀγέννητος, *non genitus*, dicitur. Ex quo apparet, unum hoc quoque nomen ex illis eſſe, quibus ſummum Aegyptii Deum honeſtare ſolebant. Nec aliter ego vocabula *Emeph* & *Eiſton* acceperim, quae apud (*n*) *Jamblichum* leguntur. Quamquam nec repugnem, ſi quis tria iſta nomina tres deſignare hypoſtaſes in divinitate arbitretur. Poſtremo *Iſis*, quae non raro *Multimammea* nominatur, uberibusque diſtentis undique referta pingitur ad foecunditatem indicandam, qua valet, ſic ſemet ipſam apud (*o*) *Apulejum* laudat: *Summa Nu-*

(*) P. 95.

credendum ſit. Ego neutri putem, & hanc totam turbam, veterum religiones quum exponit, ſpreverim.

(*m*) *Plutarcho*] Narrat is *Libro de Iſide et Oſir. p.* 357. ſolos ex Aegypti populis Thebanos Deos nullos mortales colere, verum Deum illum *Cneph*, quem venerarentur, & ortus & interitus expertem ducere. Ex hoc loco non id arbitror conſequi, quod inde vir doctiſſimus manare judicat, *Cneph* ſummi omnium Dei nomen inter Aegyptios fuiſſe. Nec enim, quod ſoli fecerunt Thebani, hoc recte univerſo Aegyptiorum populo tribuitur. E contrario id verba docent nos *Plutarchi*, plerosque Aegyptios tam fuiſſe amentes, ut Diis ſacra facerent cum genitis, tum exſtinctis; ſapuiſſe vero prae reliquis Thebanos, atque Deum ſuum *Cneph* & ortus & interitus neſcium praedicaſſe. Adde, ne hoc quidem certum eſſe, habuerintne Thebani *Cneph* hunc pro ſummo Numine, nec ne. Nec enim Deus is, qui ortu caret & initio, ſtatim unum illud ſolumque Numen eſt, quod omnia condidit. Fieri certe potuit, ut plures ab aeterno Deos exſtitiſſe, Thebani crederent.

(*n*) *Jamblichum*] *De myſteriis Aegypt. Sect.* VIII. *Cap.* 3. *p.* 158. Hic a nobis ſupra jam illuſtratus eſt locus, oſtenſumque, ſanctiſſimae Trinitatis nec umbram nec veſtigium in eo eſſe. Nunc bina licebit adjicere. (I.) Non male mihi videtur ſuſpicatus eſſe *Thom. Gale*, qui corruptum eſſe nomen *Emeph*, & loco eius *Cneph* legendum, autumat. (II.) Fieri per *Jamblichum* nullo modo poteſt, ut bina vocabula *Emeph* & *Eiſton* ad unam referantur naturam. Aperte enim diſtinguit binas illas naturas, quibus haec nomina propria fuiſſe dicit.

(*o*) *Apulejum*] *Metamorphoſ. Lib.* XI. *p.* 258. 259. *ed. Elmenhorſti.* Aegre fero, ne quid diſſimulem, impetrare a ſe potuiſſe virum doctiſſimum, ut paucis verbis *Apuleji*, hominis non nimis acuti, commotus, *Iſin* in ſummum Deum converteret. Mitto auctoritatem *Apuleji*, quam mihi levem ſemper eſſe viſam, non inficior: nec muliebre Numen celſiſſimi Numinis vix eſſe ſimulacrum poſſe, urgeo: ipſa *Apuleji* verba teſtabor, quae perſpicue interpretationem hanc refellunt. *Iſis*, quae ſemet ipſam tantopere commendat, rerum natura eſt, non autem Deus optimus maximus, naturae rerum parens ac conditor: *En aſſum*, inquit, *tuis commota, Luci, precibus*, RERUM NATURA PARENS,

Digitized by Google

Numinum, prima coelitum, Deorum Dearumque facies uniformis, cujus Numen unicum
569 *multiformi ſpecie, ritu vario, nomine multijugo totus veneratur orbis.* Quibus verbis cum ſe ipſam ſatis aperte teſtatur ſummum omnium eſſe Deum, tum hoc etiam declarat, in ſe una, quidquid praeterea Deorum Dearumque eſſet, contineri, ſeque, id eſt, ſupremum Numen, multifariis nominibus multiplicique lege ac ritu toto terrarum orbe coli. Taceo *Damaſcii* philoſophi pronuntiatum, diſerte de Aegyptiis perhibentis, eos *primum intelligibile* (ſeu ſupremum Numen) *multiplicaſſe, & in nomina proprietatesque variorum Deorum veluti partitos eſſe:* (*) τὸ νοητὸν διηρῆσθαι εἰς πολλῶν θεῶν ἰδιότητας. Quod hic de Aegyptiis dicitur, id in omnes prope valet populos fictis Diis deditos, ſigillatim in Graecos & Romanos. Notum enim eſt, Aegyptiorum diſciplinam & ritus omnibus fere gentibus exempli loco fuiſſe, ad quod ſacra ſua (?) inſtituerent.

At res ipſa tamen efflagitat, ut hos etiam populos ex uno ſaepe Deo plures feciſſe, aliquanto copioſius oſtendamus. Illud vero primum inde patet, quod inferioribus Diis ſuis, quibus prae ceteris ſacra faciebant, ſoli, lunae, atque terrae, multa variaque nomina ſoliti ſunt imponere. Qui primus eſt horum Deorum, ſol, tametſi vulgo *Apollo* vocaretur, cognomine tamen πολυώνυμος, *Deus multis nominibus inſignis*, afficiebatur. Atque haec varia ſolis nomina *Macrobius* diligenter perſe-

(*) (MS. de principiis.)

RENS, *elementorum omnium domina, ſaeculorum progenies initialis, ſumma Numinum, regina manium, prima coelitum.* Subjicit eadem poſtea, ſeſe ſub omnium reliquarum Dearum, *Dianae, Veneris, Proſerpinae*, nominibus coli: ſed minime perhibet, quod hic vir longe doctiſſimus ſignificat, omnes etiam Deos in ſe contineri. Pulcre, quid haec ſibi velit *Iſidis* oratio, *Plutarchi* verba docent ex *Libro de Iſide ac Oſiride* p. 372. Ἡ μὲν οὖν Ἶσις ἐστὶ μὲν τὸ πρὸς φύσεως θῆλυ καὶ δεκτικὸν ἁπάσης γενέσεως, πολὺ τιθήνῃ καὶ παιδοτρόφῳ ὑπὸ τοῦ Πλάτωνος, ὑπὸ δὲ τῶν πολλῶν μυριώνυμος κέκληται, διὸ τὸ πάσης ὑπὸ τοῦ λόγου τετυπῶσθαι μορφὰς δέχεσθαι καὶ ἰδέας. Ἔχει δὲ σύμφυτον ἔρωτα τοῦ πρώτου καὶ κυριωτάτου παντὸς, ὃ τἀγαθῷ ταὐτόν ἐστι· καὶτοῦτο πόθῳ καὶ φιλίᾳ. *Eſt ergo Iſis naturae ea pars, quae, quaſi femina, omnes in ſe recipit ortus, tamquam nutrix quaedam & omnium commune receptaculum a Platone dicta, a plerisque aliis Myrionymos, id eſt, innumeris praedita nominibus: quod ratio eam in omnes formas ſpeciesque vertat. Huic Iſidi a natura inſitus eſt amor primae omniumque principis & praeſtantiſſimae naturae, quae eſt bonum: hoc ea deſiderat atque perſequitur.* Atque hanc naturam *Oſirin* appellari cenſebant, qui ſic de *Iſide* judicabant. Huic *Apulejum* opinioni, quam multi quondam foverunt Aegyptii & Platonici, fuiſſe deditum, ex iis abunde patet, quae paullo poſt de *Oſiride* tradit *eodem Libro:* quippe quem ab *Iſide* non diſtinguit modo, ſed hac etiam multo majorem & excellentiorem eſſe, diſertiſſimis verbis tradit. Primum *Iſidis* ſacris initiatum, niſi & idem ante omnia *Oſiridis* religione imbuatur, parum eſſe beatum, fatetur. *Dum*, inquit p. 270. *religioſum ſcrupulum partim apud ſenſum meum diſputo, partim ſacratorum conſiliis examino, novum mirumque plane comperior: Deae quidem me* TANTUM *ſacris imbutum, at* MAGNI DEI, DEUMque SUMMI PARENTIS, *inviſti Oſiridis, necdum ſacris illuſtratum.* Quid illuſtrius ad eos confutandos dici poteſt qui *Iſidem* ſibi perſuadent ſummum fuiſſe Numen? Deinde in *extremo libro* p. 272. *Oſiris* ipſi dicitur *Deus Deûm magnorum potior, & majorum ſummus, & ſummorum maximus, & maximorum regnator.* Scilicet, ut de religione *Apuleji* generatim non nihil dicam, quatenus ex ejus cognoſcitur *Metamorphoſibus*, erat is ex eorum genere, qui religionem populorum, invita licet ac reluctante veritate, ad philoſophiae, quam probabant, praecepta ſtudebant accommodare. Ipſe, id quod etiam ex aliis librorum ejus locis apparet, toti rerum univerſitati bina praeponebat principia, maſculum alterum, ſi loqui ita fas eſt, alterum femineum, Deum quemdam praepotentem & ſummum, & naturam quamdam adminiſtrationi hujus orbis & generationi rerum omnium praefectam, ſeu mundi animam, efficientem omnia & moderantem. Ad has binas naturas univerſam Deorum, quibus populi ſupplicabant, turbam revocabat. Summum illum Deum in *Oſiride* primum, deinde in reliquis Diis omnibus virilis ſexus coli, aut Deos omnes unius tantum illius Dei varia eſſe nomina, ſtatuebat: Dearum autem quidquid eſſet, *Iſidem, Minervam, Junonem*, & reliquas, id omne unam illam mundi animam ſeu naturam genitri-

ſequutus eſt in *Saturnalibus*; quem tamen ſuſpicor plura, quam fas fuerat, in hunc numerum retuliſſe vocabula. Lunae idem, quod fratri ejus, ſoli, contigit. Nec enim tantum *Luna*, ſed etiam *Diana*, *Lucina*, *Hecate*, ut multa praetermittam alia nomina, ſalutata eſt. Ex qua re Dea haec idem, quod ſol, cognomen invenit, ſimiliterque πολυώνυμος dicta eſt. Terram denique cum multis ornabant magnificis vocabulis, *Bonam* eam *Deam*, *magnam Deam*, *matrem Deorum* vocantes, tum in multas veluti Deas, *Veſtam*, *Rheam*, *Cybelen*, *Cererem*, *Proſerpinam*, *Opem*, & alias diſcerpebant veluti. Quo ſpectavit ſine dubio, quum de terra hunc in litteras referret verſum (*q*) *Aeſchylus*:

Καὶ γαῖα πολλῶν ὀνομάτων μορφὴ μία.

Et tellus multorum nominum facies una.

Quod ſi haec minora Numina tot a Graecis & Romanis nominibus ſunt obruta, quis, quaeſo, Deum illum, quo nihil majus eſt & excellentius, multo magis varie potuiſſe appellari, non continuo (*r*) perſpicit? *Heſychius* quidem, Grammaticorum haud poſtremus, *voce* Πολυώνυμον ſummum Deum aperte tradit hoc vocabulo 570 in-

tricem referre, arbitrabatur. Utrumque vero hoc principium vinculo quodam autumabat connexum eſſe, ut, qui unum coleret ac veneraretur, alterum quoque ſimul non poſſet non revereri. *Quamquam enim connexa, immo vero unica ratio Numinis religionisque eſſet, tamen teletae diſcrimen eſſe maximum, ajunt.* Ita loquitur *Metamorphoſ. Lib.* XI. *p.* 220.

(*p*) *Inſtituerent*] De *Damaſcii* quid ſentiam auctoritate, aliquoties jam dixi. De ſacris autem & religione tota Aegyptiorum ſupra copioſe diſſerui: ex quo, cujusnam modi ſint, quae hic diſputantur, ſine negotio conſtare poterit. Quae de Diis paſſim traduntur & narrantur Aegyptiorum, ea minime omnes unum deſignaſſe ſummum Numen, ſed varios fuiſſe homines, naturasque, variis de cauſſis in coelum elatas, demonſtrant. At quilibet populus, quaelibet praefectura, ſingulae civitates ſummis Deos ſuos laudibus extollebant, & reliquis anteponere Diis non dubitabant. His laudibus magnificisque vocibus homines quidam, in primis philoſophi, quum proclives alioquin eſſent ad vulgi ſuperſtitiones honeſte ac philoſophice interpretandas, inducti ſunt, ut omnia Aegyptiorum Numina unius Dei ſimulacra & imagines eſſe, temere decernerent. Aequis maximisque laudibus *Cneph*, *Phta*, *Eiſion*, *Oſiris*, & reliqui afficiebantur Dii ab iis, quos cultus horum Deorum juvabat. Plures ergo ſummi Dii quum eſſe non poſſent, haec omnia nomina ducebant quidam ad unum pertinere Deum, variasque tantum virtutes ejus deſignare. Atque haec via in primis opportuna viſa fuit illis, qui poſt natum Servatorem philoſophiae ſtudebant. Qui quum nullo modo negare poſſent, turpes ac ridiculas eſſe vulgi religiones, id ſtrenue agebant, ut multitudinem Deorum diminuerent, & agmina quaedam ſub uno veluti tecto congregarent. Verum his inter alios praeclare jam occurrit *Auguſtinus de civitate Dei.*

(*q*) *Aeſchylus*] In *Prometheo vincto p.* 29. *edit. Guil. Canteri Antw.* 1580. 12. *Hugo Grotius* in *Excerpt. veterum Tragicor. p.* 5. hunc ita verſum reddidit:

Tellusque multis una res ſub vocibus.

(*r*) *Perſpicit*] In hac ego argumentatione duo requiſiverim. (I.) Nimis mihi videtur infirma & debilis: Veteres inferiores Deos variis appellarunt nominibus. Ergo ſummum Deum pariter multis vocabulis deſignarunt. Facilis ad credendum ſit, neceſſe eſt, quem hoc connexum commovet. In ejusmodi rebus teſtimoniis & auctoritatibus omnia dirimuntur; nihil vero conjecturis & divinationibus probatur. (II.) Ipſum, quo nititur, fundamentum valde lubricum eſt. Etenim in quaeſtionem hoc adduci poteſt, an variis nominibus ſolem, lunam, & terram veteres appellaverint. Non ignoro, ex illis, qui veterum ſuperſtitiones ad rationem revocare conniſi ſunt, non paucos exiſtimaſſe, multorum Deorum nomina unum ſolem, unam lunam, unam terram deſignare. Solem in omnibus ſibi Diis deprehendiſſe viſus eſt *Macrobius*: de cujus inſtituto ſupra luculenter commentatus ſum. Nomina *Dianae*, *Veneris*, *Aſtartes*, *Hecates*, & aliarum Divarum ad unam alii lunam pertinere arbitrati ſunt. *Veſtam*, *Cybelen*, *Rheam*, *Opem*, aliaque Dearum nomina unius eſſe terrae vo-

inſignitum fuiſſe: Τὸν μονάδα ἕνεκα ἐκάλουν, ἢ ἐπίθετον Ἀπόλλωνος. *Monadem ita vocarunt: eſt & nomen hoc Apollinis vocabulum aut cognomen.* Pythagoreorum more hic loquitur, quibus ſummus rerum omnium Deus *Monas* dicebatur. Ergo hunc Deum πολυώνυμον, *multis nominibus ornatum*, vocabant populi. Hinc Hymnum, quo Dei laudes celebrat, ſupra recitatum a nobis, his verbis exorditur *Cleanthes*:

Κύδιϛ' ἀθανάτων, πολυώνυμε.

Magne pater Divum, cui nomina multa.

Cujus magiſter *Zeno* diſerte, teſte (*s*) *Diogene Laërtio*, praecepit: Ὁ θεὸς πολλοῖς προσηγορίαις ὀνομάζεσθαι κατὰ τὰς δυνάμεις. *Deus multis appellatur nominibus ratione virium.* Exempla, quibus hoc praeceptum firmat, deinceps afferentur. Scriptor *Libri* (*t*) *de mundo* idem omnino perhibet: Εἷς ὢν ὁ ὢν, πολυώνυμός ἐστι, καταλαμβάνεται τοῖς πάθεσι πάντων, ἅπερ αὐτὸς ποιεῖ. *Unus Deus quum ſit, pluribus nominibus appellatus eſt, ab iis utique ſuis omnibus affectibus denominatus, quorum ſpecimen edere ipſe ſolet.* Nec diſſentit (*v*) *Seneca*, qui, *Quaecumque voles*, inquit, *illi propria nomina aptabis, vim aliquam effectumque caeleſtium rerum continentia. Tot appellationes eſſe poſſunt ejus, quot munera.* (*x*) *Macrobius* quoque, *Virgilii* permotus auctoritate, *unius Dei*, decernit, *effectus varios pro variis cenſendos eſſe*, ſeu, ut *Voſſius* legere jubet, *cenſeri Numinibus*, id eſt, variis nominibus perſonam indicantibus exprimi. Sic, quod eodem loco dicit, *varias ſolis virtutes diverſis Diis dediſſe nomina*, id hanc unice vim habet, varios ſolis effectus occaſionem dediſſe, ut non unis nominibus perſonam deſignantibus ſol appellaretur. Jungo *Maximi* (*y*) *Madaurenſis*, quod jam ante ex *Auguſtino* attuli, teſtimonium: *Hujus virtutes per mundanum opus diffuſas nos multis vocabulis invocamus, quoniam nomen ejus proprium ignoramus. Ita fit, ut, dum ejus quaſi quaedam membra carptim variis ſupplicationibus proſequimur, totum co-*

vocabula, rati ſunt plurimi. Verum hi utrum ingenio ſuo, an vero rationi atque veritati paruerint, id jure in controverſiam vocatur. Quae de omnibus hiſce Diis Deabusque narrantur, ea homines fuiſſe illos inventis rebusque geſtis inclytos, nec ullo modo inter ſe confundi debere, declarant. Quare parum illos recte inſtituiſſe veriſimillimum eſt, qui, quo turpitudinem receptarum ſuperſtitionum velarent, multos Deos unum eſſe ſolem, vel lunam, vel terram, conſtituerunt. Hoc autem ſi ita ſeſe habet, totum hocce argumentum corruit. Decet nos, ſi veritatem conſectari pulcrum ducimus, res ipſas & hiſtorias veteres ſpectare, nulla vero ratione recentiorum commentitiis interpretationibus temere fidem habere.

(*s*) *Diogene Laërtio*] *Lib.* VII. *Segm.* 147. *p.* 458. Similis plane locus apud eumdem exſtat *Lib.* VII. *Segm.* 135. *p.* 450. ubi ex Stoicorum ſententia ſic loquitur: Ἕν τε εἶναι θεὸν, καὶ νοῦν, καὶ εἱμαρμένην, καὶ Δία, πολλαῖς τε ἑτέραις ἐπωνυμίαις προσονομάζεσθαι. *Unum quoque Deum eſſe, & mentem, & fatum, & Jovem, multisque aliis appellari nominibus.*

(*t*) *De mundo*] *Cap.* 7. *p.* 866. *T.* I. *Opp. Ariſtotelis.*

(*v*) *Seneca*] *Libro* IV. *de beneficiis Cap.* 7. *p.* 427. *T.* I. *Opp.*

(*x*) *Macrobius*] *Saturnal. Lib.* I. *Cap.* 17. *p.* 272. *Sicut*, inquit, *Maro, quum de una Junone diceret:* quo Numine laeſo, *oſtendit, unius Dei effectus varios pro variis cenſendos eſſe Numinibus: ita diverſae virtutes ſolis nomina Dis dederunt. Voſſii* emendationem huius loci in *Opere* eius *de idololatria* exſtare, nil dubito: locum ipſum quaerere, minoris utilitatis duxi, quam laboris.

(*y*) *Madaurenſis*] *Epiſtola* ad *Auguſtinum*, quae XVI. eſt in hujus *Epiſtolis Tom.* II. *Opp. p.* 15. Sed neſcio, cur ſiluerit vir doctiſſimus, *Auguſtinum* in *Reſponſione* ad hanc *Epiſtolam*, quae hanc ſtatim excipit, irridere iſtam opinionem philoſophi Platonici. *Vides*, inquit, ad haec *Maximi* verba delatus, inter alia, *pro tua prudentia, quam locus late iſte pateat reprehenſioni.* Qui ſequitur, verſus poëtae Latini, non recordor, unde ſumtus ſit.

(*z*) *Prae-*

Digitized by Google

colere profecto videamur. Poſtrema ſententiae hujus verba belle concinunt illis antiqui vatis, quibus *Jupiter* reliquos ita compellat Deos:

Coelicolae, mea membra, Dei, quos noſtra poteſtas
Officiis diviſa facit.

Quae ſi vera ſint verba, omnes, quibus olim ſuperſtitio populorum ſupplicavit, Dii varia tantum erunt unius ſummi Numinis membra, muneribus inter ſe diviſa. 571
Neque multum intereſt, utrum Stoicorum ex ſententia dictum hoc eſſe putes, qui nullos veros eſſe ac naturales ducebant Deos, praeter animae mundanae partes, an ad eorum interpreteris voluntates, qui commentitios Deos omnes nil niſi varia cenſent eſſe nomina, quibus unius altiſſimi Dei virtutes, munera, & officia (z) praedicentur.

Qui *Librum de mundo* exaravit philoſophus, is, ut probet, variis Deum gaudere nominibus, numerum quemdam divinorum ejusmodi nominum profert in medium. In his principem locum tenent, quae ſubjicio: (*) βροντῶν & ἀστεροπτῶν, *fulminans* & *fulgurator*, ὑέτιον, *pluvius*, ἐπικάρπιον, *fructuum largitor*, πολιοῦχος, *cuſtos civitatum*, μειλίχιον, *mitis & placabilis.* Quo poſtremo qui eum ſalutabant nomine, hi non animalium ſacrificiis, verum terrae tantum fructibus eum placare ſtudebant. Addit alia ejus generis cognomina ſcriptor, quem diximus: φίλιον, ξένιον, σέβιον, τροπαιοῦχον, καθάρσιον, παλαμναῖον, & alia. Poſtremo eum σωτῆρα quoque ac ἀλάστορα, *ſervatorem* & *vindicem*, nominari, ſignificat. Huic nominum generi Latinorum non pauca, quibus *Jovem* ſuum honorabant, reſpondent. Ita *Victor*, dicitur, *Invictus*, *Opitulus*, *Stator*. *Stator* vero quod appellabatur, id non eam, quam hiſtorici afferunt, cauſſam habet, auctore (a) *Seneca*, *quod poſt votum ſuſceptum acies Romanorum fugientium ſtetit*, ſed, *quod ſtant beneficio ejus omnia.* Neque aliam propter rationem, id quod ab (b) *Auguſtino* accepimus, *Centupeda*, cen-

(*) (Cap. 7. p. 866.)

(z) *Praedicentur*] Haec omnia &, quae ſequuntur, multa id quidem probant, fuiſſe in philoſophis & viris ſapientioribus olim, qui multa Deorum nomina unum tantum ſignificare Deum, ſibi perſuaſerint. Neque hoc umquam quisquam vocavit in dubium, qui modo veterum monumenta inſpexit. Stoici maxime non poterant, quin hanc opinionem amplecterentur, quum omnia, quae anima ſunt praedita, Dei, per totam rerum univerſitatem fuſi, partes eſſe atque membra, cenſerent. Inde vero minime conficitur, quod probandum ſibi ſumſit vir doctiſſimus, rem ita ſeſe habuiſſe, quemadmodum hi opinati ſunt, atque longam illam veterum Deorum familiam ex nominibus unice conſtitiſſe, varias unius Dei virtutes indicantibus. Si centum produci poſſent auctores & philoſophi, quorum haec una fuiſſet & concors ſententia: *Venerem*, *Dianam*, *Jovem*, *Oſirin*, *Iſidem*, *Vulcanum*, *Plutonem*, *Neptunum*, & omnes praeterea Deos unius tantum Dei aut variarum ejus perfectionum eſſe nomina; hoc tamen ex illa conſenſione nullo modo ſequeretur recte hoſce homines de veterum religionibus judicaſſe, nec habere aliquid ſententiam eorum, quod vituperari queat. Sapientis e contrario eſt officium, videre, an haec rebus ipſis conſentanea ſit interpretatio, veterumque ſacra iſtam expoſitionem non recuſent. Hoc autem ſi fiat, equidem vehementer metuo, ne omne huius ſententiae pretium pereat, religioque haec philoſophorum quorumdam privata, non autem populorum publica, fuiſſe videatur. Cognomina ceterum varia uni fuiſſe olim Deo data pro varietate, quae ab eo exſpectabant, beneficiorum, ſatis certum eſt. Sed de his hoc minime in loco quaeritur.

(a) *Seneca*] *De beneficiis Lib.* IV. *Cap.* 7. *p.* 427. *T.* I. *Opp.*

(b) *Auguſtino*] *De civitat. Dei Lib.* VII. *C.* 11. *p.* 131. *T.* VII. *Opp.* Idem eodem loco de cognominibus Jovis, *Almus* & *Ruminus*, agit.

(c) Ci-

centum veluti pedibus nixus, & *Tigillus*, ſeu fulcrum columenque mundi totius dicebatur. Quo etiam duo illa vocabula pertinent, (*) *Almus* & *Ruminus*: quibus quum inter alia *Jovem* Latini deſignarent, id indicatum cupiebant, omnes ab eo res, tamquam uberibus, ali ac nutriri. Sed & aliam addit claſſem divinorum nominum auctor *Libri de mundo*. Ἀνάγκαν, *neceſſitatem*, ait Deum; ideo vocari, quod natura ſit immotus & immutabilis. Quamquam (c) *Cicero* nomen hoc ex alia confirmat cauſſa natum eſſe: *Interdum Deum neceſſitatem appellant, quia nihil aliter eſſe poſſit, atque ab eo conſtitutum ſit.* Εἱμαρμένη aliud eſt Dei nomen, quod invenit, ſi Graecum illud audias, *a ſerie rerum conſerta, inoffenſoque tenore procedente.* Dicitur & πεπρωμένη, *quod ab eo omnia terminata ſunt, ac nihil in rerum natura infinitum eſt.* Μοῖρα idem Deus huic appellatus eſſe videtur *a partitione rerum.* Ἀδράστεια vero dictum ſuſpicatur, *quaſi cauſſam quamdam natura comparatam, quam fallere nemo queat aut vitare.* Poſtremo ingenioſam illam, quam vocat, de tribus Parcis, *Clothone*, *Lacheſi*, & *Atropo*, fabulam ad Deum unice pertinere, contendit: Ταῦτα ἅπαντα ἐστὶν οὐκ ἄλλο τι, πλὴν ὁ θεὸς, καθάπερ καὶ ὁ γενναῖος Πλάτων φησίν. *Proinde haec omnia non aliud quidquam, quam Deum, eſſe, planum eſt, ut eximius Plato cenſuit. Enimvero Deus principium, finem, & media rerum omnium tenet.* Eadem a Latinis eſſe videas adhibita Dei nomina. *Cicero* & *Seneca* Romanos Deum non modo *fatum*, ſed & *naturam* ac *fortunam* nominaſſe, teſtes ſunt. *Quid aliud eſt natura*, (d) *Senecae* haec verba ſunt, *quam Deus & divina ratio, toti mundo & partibus ejus inſerta?* Addit, *Deum* & *naturam* non alio modo differre, quam vocabula *Annaeus* & *Seneca* inter ſe differant. *Si quid*, inquit, *a Seneca accepiſſes, Annaeo te diceres debere, vel*
572 *Lucio, non creditorem mutares, ſed nomen. Nonnumquam*, inquit (e) *Cicero*, *Deum fortunam appellant, quod efficiat multa improviſa & nec opinata nobis propter obſcuritatem ignorantiamque cauſſarum. Seneca* de his omnibus ſimilibusque Dei nominibus hoc modo ad extremum decernit: *Omnia ejusdem Dei nomina ſunt, varie utentis ſua poteſtate.*

Auguſtinus praeclare dudum intellexit, pleraque nomina haec, quae recenſuimus, aliaque non diſſimilia nullo modo ſic eſſe conſideranda, ac ſi totidem diſtinctorum Numinum notae forent: (†) *Haec omnia cognomina impoſuerunt uni Deo propter cauſſas poteſtatesque diverſas, non tamen propter tot res etiam tot Deos eum eſſe coëgerunt. —— Unus Jupiter propter illud Tigillus, propter illud Ruminus appellatus eſt.* Quocirca alia, praeter haec, fuerunt inter veteres populos Dei nomina, eaque uſu trita quotidiano, quae multo aliquis citius non unum, ſed plures diſtinctosque Deos deſignare, credat: nec idcirco tantum, quod propria ſint nomina, verum etiam, quod ſingulis ſua templa, ſacrificia, certaque cultus & ſacrorum ratio adjuncta olim fuerit & aſſignata. Atque haec ego nomina binis exiſtimo claſſibus comprehendi poſſe: quarum quidem una ea continet, quae ad Dei naturam cuncta gubernantem & complectentem propius referuntur; altera illis relicta eſt, quae certas quasdam divinae naturae affectiones, virtutes, effectusque in hoc orbe ap-

(*) Ruma Mamma. (†) De civit. Dei L. VII. C. 11. (p. 131.)

(c) *Cicero*] *Academicar. Quaeſt. Lib.* I. *Cap.* 7. *p.* 2233. *T.* VIII. *Opp.*

(d) *Senecae*] *De beneficiis Lib.* IV. *Cap.* 7. *p.* 427.

(e) *Cicero*] *Academicar. Quaeſt. Lib.* I. *C.* 7. *p.* 2233. *T.* VIII. *Opp.* Quod ſequitur, *Senecae* dictum eodem, quo praecedens, loco ſcriptum legitur.

(f) *Orphei*] In *Hymno in Panem* ſeu Faunum *p.* 109. *ed. Operum* ab *Eſchenbachio* curatorum. In

apparentes exprimunt. Superioris generis non mediocris legitur paſſim copia: in qua neſcio an ullum majoris momenti ſit, quam vox *Pan*. Ipſa verbi poteſtas Numen eo ſignificari docet omnia regens & moderans. Idque ex eo confirmatur, quod ab antiquis ſcriptoribus *ἁρμονὶς orbis totius* dicitur, ſeu is, qui totam rerum naturam, non ſecus ac lyram aut citharam, ratione temperat, ut ſuavis naſcatur omnium concentus. Notus eſt (*f*) *Orphei*, aut, ſi mavis, *Onomacriti* verſus:

Ἁρμονίαν κόσμου πρέπων φιλοπαίγμοσι μολπῇ.

Vocibus flexanimis mundi concenta figurans.

Adde huc, quod antea planum fecimus, *Panem* Graecis & Arcadibus non fuiſſe mundum mentis inopem & animae, ne mundum quidem natura ſentiente praeditum, verum totam rerum naturam, quemadmodum a divino quodam ſpiritu ſeu natura intelligente arte atque conſilio non modo facta eſt, ſed etiam perpetuo regitur, ac, ne harmoniam amittat & ordinem, gubernatur. Hinc evenit, ut *Pan* paſtor omnium mortalium totiusque orbis diceretur, teſte hoc *Orphei* verſu:

Βόσκων ἀνθρώπων γένος ἠδὲ ϗ ἀπείρονα γαῖαν.

Paſcens humanum genus ac ſine limite terram.

Socrates praeterea in *Platonis Phaedro Panem* ut ſummum precatur Deum. Quae omnia ſi colligas & expendas, vocabulum *Pan* intelliges unum illum Deum, nec enim plura eſſe poſſunt univerſa, ſignificare, qui ſinu ſuo continet & arcet omnia, ex ſe cuncta parit & procreat, mundum optime condidit, & aequo imperio temperat, denique certa ratione UNUM eſt & ſimul OMNIA.

Sequitur *Janus*, quem primum invocare ſolebant Romani omnium, quidquid etiam ſacrorum rituum ſuſciperent, nec umquam, cuicumque etiam Deo ſacrificarent, inſalutatum dimittebant. Nullum autem eſt dubium, quin is ſaepenumero loco Dei rebus omnibus praeſidentis ſit habitus. Teſtimonium (*g*) *Martialem* & (*h*) *Ovidium* jubebo dicere. Quorum ille *Janum* ſic compellat:

—— *Nitidique ſator pulcherrime mundi.*

Hic vero loquentem inducit Deum:

Quidque ubique vides, coelum, mare, nubila, terras, 573
Omnia ſunt noſtra clauſa patentque manu.
Me penes eſt unum vaſti cuſtodia mundi.

Ex

In eodem *Hymno* is, qui ſequitur, verſus legitur. De *Pane* jam ſupra dixi. Omnia mihi citius perſuaſerim, quam hoc, capripedem hunc Arcadum Deum, cui paſtorum natio devota erat, ſummum fuiſſe Numen, aut rerum naturam anima praeditam, tametſi nonnullos olim, nominis notione commotos, in hanc iviſſe ſententiam, non ignorem. Idem de reliquis mihi Diis videri, quorum nomina vir doctiſſimus, reluctantia licet, ad ſummum trahit Deum, ingenue fateor.

(*g*) *Martialem*] *Epigramm. Lib.* X. *Epigr.* XXVIII. *p.* 411.

(*h*) *Ovidium*] *Faſtorum Lib.* I. *vſ.* 117. *ſ.*

Digitized by Google

Ex quibus hoc etiam efficere licet locis, quem *Janum* veteres dixere, non fuiſſe mundi materiam ſenſu atque anima vacuam, ſed naturam & rationem materiae illi praepoſitam. Neque dubito, quin hac potiſſimum de cauſſa rerum omnium a *Jano* primordia ceperint, quod eum Deum omnium vetuſtiſſimum, rerumque univerſarum autumarunt eſſe initium. (*i*) *S. Auguſtinus* eumdem eſſe cenſet *Janum*, quem *Jovem*. Quocirca vitio id ducit Romanis, ſeu potius civilis Romanorum Theologiae conditoribus, quod ex uno duos fecerint Deo: (*) *Quum ergo Janus mundus ſit, & Jupiter mundus ſit, unusque ſit mundus, quare duo Dii ſunt, Janus & Jupiter? Quare ſeorſum habent templa, ſeorſum aras, diverſa ſacra, diſſimilia ſimulacra? Si propterea, quia alia vis eſt primordiorum, alia cauſſarum, ex illa Jani, ex iſta Jovis nomen accepit: numquid, ſi unus homo in diverſis rebus duas habeat poteſtates, aut duas artes, (quia ſingularum diverſa vis eſt) ideo duo dicuntur artifices? Sic ergo & unus Deus quum ipſe habeat poteſtatem primordiorum, ipſe cauſſarum, num propterea illum duos Deos neceſſe eſt putari, quia primordia cauſſaeque res duae ſint?* Quod *Auguſtinus* & *Jovem* & *Janum* mundum eſſe affirmat, id cave ſic accipias, ac ſi mundi materiam indicaſſet. Mundi mentem potius ſeu animam intelligit, quod ipſe alias his verbis ſignificat: (†) *Sit Jupiter corporei hujus mundi animus, qui univerſam iſtam molem ex quatuor elementis conſtructam atque compactam implet & movet.* Interea, quemadmodum corpus & anima conjunctim vocantur homo, ita totus mundus ex anima & materia conſtans a veteribus una voce *Deus* appellatur. Ceterum, quod ad ipſam hanc attinet *Auguſtini* ratiocinationem, belle quidem ea & egregie civilem ferit Theologiam Romanorum, at in arcanam eorum & ſecretiorem diſciplinam nihil poteſt. Namque hujus praecipuum & princeps erat fundamentum, unum eſſe tantum Deum, quem certis de cauſſis non variis tantum afficere fas ſit nominibus, verum etiam multiplici ritu & lege colere. Quare, quum *Janus* & *Jupiter* nihil ſint, niſi diverſa unius ejusdemque celſiſſimi Dei nomina, non ego contemnendam putem (*k*) *Salmaſii* conjecturam, judicantis, Romanos vocem *Janus* a Graecorum Ζανὸς, quod Jovis Aetolii nomen erat, traxiſſe.

Genius alius erat de viginti ſelectis Romanorum Diis: quem, qui *Feſtum* modo inſpexerit, non dubitabit amplius, Numen pariter fuiſſe rebus omnibus praefectum, totamque rerum naturam gubernans. *Genium*, inquit (*l*) *Feſtus*, *appellabant Deum, qui vim obtineret rerum omnium gerendarum.* Accedit (*m*) *Auguſtini* 574 teſtimonium, qui aperte *Genium* a *Jove* non differre, ſcriptum reliquit, id eſt, aliud

(*) Civ. Dei Lib. VII. C. 10. (p. 131.) (†) De civit. Dei Lib. IV. C. 11. (p. 76.)

(*i*) *S. Auguſtinus*] Is vero illo in loco non ſuam, ſed *Varronis* & aliorum quorumdam Romanorum ſententiam de *Jano* exponit, atque ineptam eſſe eam, oſtendere nititur. Ipſe *Janum* nec mundum eſſe opinabatur, nec eumdem eſſe, qui *Jupiter*, cenſebat, ſed, quae dabant adverſarii, ſumebat, & ex iis contra eos diſputabat.

(*k*) *Salmaſii*] Hanc ubi *Salmaſius* conjecturam propoſuerit, neſcio. At placuit ea cum aliis quibusdam, tum non ita pridem *Petro Dan. Huetio Prop.* IV. *Cap.* 9. §. 2. *p.* 228. qui ex ea *Janum Jovemque* non differre probat. Ceterum, quantum his, quae de *Jano* erudite hic diſputantur, tribuendum ſit, hic unus omnes *Arnobii* locus docebit ex *Libro* III. *adv. gentes p.* 147. *Incipiamus a Jano, quem quidam ex vobis mundum, annum alii, ſolem eſſe prodiderunt nonnulli. Quod ſi accipiemus, ut verum ſit, ſequitur, ut intelligi debeat, nullum umquam fuiſſe Janum, quem ferunt Coelo atque Hecate procreatum, in Italia regnaſſe primum, Janiculi oppidi conditorem, patrem Fonti, Vulturni generum, Juturnae maritum.* Ergo primum hiſtoria *Jani* ſecretiorem illam, aut potius commentitiam, Romanorum Theologiam erroris & ſtultitiae convincebat, quippe quae *Janum* fuiſſe antiquum Italiae regem monſtrabat. Ipſi deinde hi

Digitized by Google

aliud eſſe unius ſummi Dei nomen: (*) *Quum alio loco (Varro) dicit, Genium eſſe uniuscujusque animum rationalem, talem autem mundi animum Deum eſſe, ad hoc idem utique revocat, ut tamquam univerſalis genius ipſe mundi animus eſſe credatur. Hic eſt igitur, quem appellant Jovem.* Et nonnullis interpoſitis: *Reſtat*, inquit, *ut eam ſingulariter & excellenter dicant Deum Genium, quem dicunt mundi animam: ac per hoc Jovem.*

Pergo ad *Chronon* ſeu *Saturnum*: de quo *Dionyſium Halicarnaſſenſem* audire juvabit. Eo enim loco, quo is fertilitatem effert Italiae, id ſimul indicat, *Saturnum* non certam inter Deos provinciam tenere, ſed totius rerum naturae imperium moderari: (†) Οὐδὲν ἂν θαυμαστὸν, τὰς παλαιὰς ἱερὰν ὑποτελεῖν ἔδοξε Κρόνῳ τὴν χώραν ταύτην, ἣ μὲν δαίμονα τοῦτον οἰομένοις εἶναι πάσης εὐδαιμονίας δοτῆρα καὶ πληρωτὴν ἀνθρώποις· εἴτε Χρόνον αὐτὸν δεῖ καλεῖν, ὡς Ἕλληνες ἀξιοῦσιν, εἴτε Κρόνον, ὡς Ῥωμαῖοι, πᾶσαν ἢ τελειοῦσάν τε καὶ κρίνουσαν φύσιν, ὁπότερον ἄν τις ὀνομάσῃ. *Itaque nihil mirum eſt, quod veteres hanc regionem Saturno ſacram eſſe voluerunt, eo quod hunc Deum datorem & perfectorem omnis, quae hominibus evenire poteſt, felicitatis eſſe, cenſuerunt. Sive Chronon fas ſit eum appellare, ut Graeci arbitrantur, ſive Cronon, ut Romanis videtur; hoc tamen certum utrinque eſt, eſſe eum Deum, univerſam mundi naturam continentem.* *Saturnus* Hetruſcum eſt vocabulum: cujus gentis lingua ex Orientis regionibus in Italiam delata eſt. Igitur derivandum illud arbitrer nomen a voce סתר *occultum*. Quod ſi ita eſt, *Saturnus* abſtruſum & reconditum illud ſignificabit rerum principium, cujus vis & poteſtas univerſam naturam complectitur & continet. Hinc evenit, ut Romanis *Deus Latius* ſeu latens Numen vocaretur, uxor vero ejus in Pontificum Commentariis *Latia Saturni* audiret. Atque ipſa regio, quae Hetruſco ſermone *Saturnia* nominabatur, Romanorum lingua *Latium* dicta fuit. Unde incolae ejus *Latini* nominati ſunt, id eſt, occulti & reconditi Numinis cultores. Ipſa porro fabuloſa veterum Theologia, quoniam *Saturnum Jovis* eſſe docet genitorem, *Saturnum* vetat a quoquam *Jove* minorem aut inferiorem haberi. In quo tamen anceps ſtatim exoritur quaeſtio: Quonam pacto, ſi haec ita ſeſe habeant, fieri poſſit, ut *Jupiter* tamen & *Saturnus* non reapſe differant, ſed unus idemque maximus Deus ſint? Neque una eſt omnium virorum eruditorum de hac controverſia dirimenda ſententia. *Platonis* primum audiemus ſententiam, qui hanc difficultatem ſibi ſolvendam proponit in *Cratylo*. Cenſet vero, *Jovem* in hac poëtarum narratione ſignum eſſe animae mundi. Animam hanc priſcos Theologos ex perfecta & aeterna mente

(*) Civ. Dei Lib. VII. C. 13. (p. 132. T. VII. Opp.) (†) Rom. Antiq. Lib. I. p. 24. ed. Steph.

hi Theologi, qui popularibus in religionibus explicandis mirifice ingenioſi ſibi videbantur, ſemet ipſos conterebant, & mutuis oppugnabant armis. Interim dum diſſident, cujusnam rei figura & ſignum *Janus* ſit, dum alius ſolem in eo videt, alius mundum, alius annum, alius Martem, alius aërem, quod *Servius ad Virgilium* memoriae prodidit, nil ſibi credendum eſſe, aperte praecipiunt, totamque hanc religionem exponendi viam ad humani ludos ingenii pertinere, clamant. Haec in reliquos etiam Deos, quorum hic mentio fit, dicta ſint.

(*l*) *Feſtus*] *De verborum ſignific. Lib.* VII. in *Dion. Godofredi Auctoribus Latinae linguae p.* 292.

(*m*) *Auguſtini*] Verum non ſuam, ſed *Varronis*, ſententiam recitat *Auguſtinus*. Ipſe vero quidnam de commentitiis eiusmodi religionum expoſitionibus ſenſerit, paullo poſt, expoſitis *Varronis* opinionibus, his verbis teſtatur: *Sed quum conantur vaniſſimas fabulas ſive hominum res geſtas velut naturalibus interpretationibus honorare, etiam homines acutiſſimi tantas patiuntur anguſtias, ut eorum quoque vanitatem dolere cogamur. Lib.* VII. *de civ. Dei Cap.* 18. *p.* 135. Nihil fieri verius poteſt hoc judicio.

te ſeu intelligentia procreatam eſſe, decernere. Iſtam ergo mentem *Chronon* ſeu *Saturnum* eſſe. *Saturnum* ipſum *Urano* ſeu *Coelo* rurſus ſubjici: neque hoc injuria. Supremum enim coeleſtem Deum ſeu princeps illud Numen, unde nata ſint omnia, mentis illius aeternae cauſſam eſſe & originem. *Uranus* igitur, *Chronos*, & *Zeus* ſeu *Coelus*, *Saturnus*, & *Jupiter*, ſi *Platonem* in hac cauſſa magiſtrum adſciſcamus, tria ejus denotabunt principia, ex quibus cuncta proceſſiſſe cenſet, bonitatem ipſam, mentem, & animam, τἀγαθὸν, νῦν, & (n) ψυχὴν Sed non omnibus *Platoni* licuit opinionem ſuam ſuadere. Sunt, qui minori opus eſſe ſubtilitate judicant ad *Heſiodi* 575 *Theogoniam* declarandam. Quare *Jovem* neque Deum ſupremum arbitrantur eſſe, nec pro mundi habent anima, verum aetherem illo nomine ſignificari, putant. Simili modo *Neptunum* & *Plutonem*, *Jovis* fratres, & ejusdem *Saturni* filios, mare & terram deſignare, ſuſpicantur. Quod hi tres vero ex *Saturno*, *Urani* filio, dicuntur geniti, id hanc vim habere, opinantur: Abſtruſa & recondita ſupremi coeleſtisque Dei virtute omnia illa facta & conſtituta eſſe, quae ad rerum naturam ſpectant. Aliam ingreſſus eſt viam is, qui *Librum de mundo* litteris conſignavit. Quum *Jovem* fateatur principis & altiſſimi Dei notam eſſe, *Saturnum* tamen immenſam temporis continuationem ſeu aeternitatem ſignificare, putat. *Jovem* igitur *Saturni* filium hoc ſenſu a poëtis dici, exiſtimat, *quod ab aevo ſempiterno ad alterum aevum pertineat*, (*) διήκειν ἐξ αἰῶνος ἀτελευτήτου εἰς ἕτερον αἰῶνα. Ex quo appareret, *Saturnum* & *Jovem* quodammodo rem unam ipſi & eamdem eſſe. Mihi vero explorati nihil hic conſtitui videtur poſſe, certusque ſum, tum demum optime reſponſum iri illis, qui hanc dubitationem commovent, ſi dicamus, inanem ſuscipi laborem & inutilem ab illis, qui in poëtarum fabulis & commentis myſteria neſcio quae juſtamque rerum cohaerentiam inveſtigare cupiunt. Neque dubito, quin hanc reſponſionem ipſimet ingenui & conſiderati Deorum amici, ſi naturalis fuiſſent Theologiae periti, probaturi fuiſſent. *S.* (o) *Auguſtinus Varronis* de *Saturno* ſententiam nobis expoſuit, quae huc redit: *Saturnum* illam eſſe naturam, quae continuo ex ſe occulta rerum ſemina formasque producat, atque rurſus eadem in ſinum ſuum revocet & recipiat. Neque deſunt, qui hoc unum docere voluiſſe, qui fabulam de *Saturno* pueros ſuos devorante excogitarunt, ſuſpicantur, formas rerum corporearum ſemper deſtrui & interire, at femineas naturae partes ſeu materiam ſemper ſuperſtitem eſſe & remanere. Nolim ego hic arbiter ſedere: verum hoc

(*) C. 7. p. 869. (T.I. Ariſtot.)

(n) Ψυχὴν] Plura hic vir doctiſſimus ſibi viſus eſt in *Platone* deprehendiſſe, quam apud eum exſtant. Qui quidem trium illorum principiorum non modo non meminit hoc in loco, ſed etiam affert nonnulla, ex quibus apparet, ne in mentem quidem ei veniſſe, *Saturni*, *Jovis*, & *Urani* hiſtorias ad tres illas naturas applicare. Fabulam quidem de ortu *Jovis* ex *Saturno* in *Cratylo p.* 262. ita explicat, ut *Jovem* magnae cujusdam intelligentiae progeniem eſſe ſtatuat: εἰκὸς δὴ, μεγάλης τινὸς ἀληθείας ἔκγονον εἶναι τὸν Δία. *Probabile vero, magnae cujusdam intelligentiae prolem Jovem eſſe.* Verum quid haec ſibi verba velint, difficile intellectu eſt. Namque paullo ante non obſcure profeſſus erat, *Jovem* Deum eſſe ſummum omnium; quippe quem ἀρχοῦν καὶ βασιλέα τῶν πάντων, *principem & regem omnium*, vocaverat. Is ergo ſummus Deus quonam ſenſu ab eo dictus ſit magnae cujusdam intelligentiae filius eſſe, equidem neſcire me fateor. Multo minus intelligo, quid dicat, quum poſtea de *Saturno* ex *Coelo* nato loquitur: Ἔστι δὲ, inquit, Οὐρανοῦ υἱὸς, ὡς λόγος· ἢ δὲ οὐκ ἐς τὸ ἄνω ἔψυχε καλῶς ἴσχει τοῦτο τὸ ὄνομα καλεῖσθαι Οὐρανὸν, ἐρῶντα τοῦ ἄνω. *Eſt autem is Coeli filius, ut fertur; quippe adſpectus ad ſupera merito* Οὐρανὸς *vocetur, quaſi* ἐρῶντα τοῦ ἄνω. Explorent alii dicti hujus ſententiam & virtutem: mihi quidem non placet. Id ſatis animadverto, nugari *Platonem* non ſecus, ac alti-

hoc plane affirmo, virtutis & naturae divinae adumbrationem quamdam in fabulis de *Saturno* contineri. Quare, quod ab (*p*) *Auguſtino* traditum habemus, (*) *Saturnum* olim definiverunt *ſinum quemdam* eſſe *naturae, in ſe ipſo continentem omnia.* Neque idem veretur concludere *Auguſtinus*, *Jovem* & *Saturnum* non niſi nomine diſcrepare, unumque Numen eſſe, ſi quis eam putet *Saturni* notionem retinendam eſſe, quam *Varro* ſuppeditavit, *de civit. Dei Lib.* VII. *C.* 13. Itaque nil temere me facturum, arbitror, ſi nomen *Saturnus* aliud ex illis pronuntiem nominibus fuiſſe, quibus ſummum veteres Deum condecorarunt, quoniam ſecretam & occultam vim ſignificat, totam rerum naturam complectentem, permeantem, ſuſtinentem, ſeminaque ac formas rerum omnium ex ſe ipſo procreantem & producentem. Idem de voce *Uranus* ſeu *Coelus* cenſeo. Nihil ea eſt, quam aliud ſupremi Numinis cuncta moderantis & continentis, ſeu primae in divinitate perſonae vocabulum. (†)

Venio ad *Minervam.* Hoc ego vocabulum minime diffiteor ſaepenumero peculiarem quamdam Deam, aut vim quoque divinam, in aethere ſingulari ratione manifeſtam, id quod deinceps oſtendemus, denotare. Idem vero illud nonnumquam ſummi Numinis eſſe notam, contendo, vimque propric ſignificare per totam rerum naturam ſua ſponte ſeſe diffundentem. Supra jam teſtatum fecimus, Numen illud, quod *Neith* ſive *Neithas* dixerunt Aegyptii, nulla re ab eo diſcrepare, quod Graeci Ἀθηνᾶν, Latini vero *Minervam* nominarunt. At quae templo Deae *Neith* ſacra inſcripta quondam erant in Aegypto verba: *Ego ſum omne illud, quod fuit, quod eſt, quod futurum eſt*, ea docent ſine controverſia, *Neith* pro vi habitam fuiſſe divina, univerſum orbem moderante & gubernante. Similiter (*q*) *Athenagoras*, quaenam illa fuerit, quam *Athenan* vocarunt Graeci, his vocibus declarat: ἡ Φρόνησις διὰ πάντων διήκουσα. *Mens & ſapientia per omnia diffuſa & extenſa.* Quibus reſpondent, quae auctor *Libri ſapientiae* de ſapientia perhibet: quippe quae ipſi vocatur ἡ πάντων τεχνίτης, *artifex rerum omnium*, diciturque διήκειν καὶ χωρεῖν διὰ πάντων, *permeare atque pertinere per omnia.* Ergo *Athena* ſeu *Minerva*, cui Graeci inſerviebant & Latini, aut ipſe fuit Deus princeps & celſiſſimus omnium, ratio perfecta & infinita, unde nata atque orta ſunt omnia, aut vero altera in divinitate hypoſtaſis, ex ipſo divinitatis aeternae fonte, nulla intercedente alia cauſſa, profecta. Operae pretium erit *Ariſtidem* hic audire, *Oratione in Minervam:* (§) Πάντα μὲν

(*) De civit. Dei Lib. IV. C. 12. (p. 77.)

(†) Ita in veteri inſcriptione legitur: OPTIMUS MAXIMUS CAELUS AETERNUS JUPITER. (§) P. 192.

ultimum Grammaticorum. Video quoque, falli eos, qui exiſtimant, *Uranum* ipſi vitium fuiſſe id, quod aſſectatores ejus ϰυνικὸν vocant, *Saturnum* id, quod iidem σῶρ, *Jovem* denique id, quod ψυχὴν nominant. De reliquis ſolliciti ſint alii. Conjecturas ceterum eximii viri de vocabulorum *Saturnus*, *Latium*, & aliorum originibus probent, quibus placet: mihi, ut verum fatear, nimis videntur eſſe tenues & aridae.

(*o*) *Auguſtinus*] *De civit. Dei Lib.* VII. *C.* 13. *p.* 132. *T.* VII. *Opp.*

(*p*) *Auguſtino*] Verum hoc in loco nulla exſtat apud *Auguſtinum* mentio *Saturni*, neque verba, quae hic adducta ſunt, ad *Saturnum* pertinent. Loquitur de illis, qui Deum mundi eſſe animam, & mundum corpus ejus eſſe, cenſent, *Auguſtinus: Non enim*, inquit, *ingenii opus eſt excellentia, ut depoſito ſtudio contentionis attendant, — ſi mundus Deus eſt, ſinu quodam naturae in ſe ipſo continens omnia.* Haec quid, quaeſo, ad *Saturnum?*

(*q*) *Athenagoras*] *Legat. pro Chriſtianis C.* 19. *p.* 86. Verum *Athenagoras* non hanc ſuam eſſe profitetur opinionem, ſed Graecorum quorumdam, quam ipſe contemnit & falſitatis coarguit.

Digitized by Google

μὲν ἂν τὰ κάλλιστα περὶ Ἀθηνᾶν τε καὶ ἐξ Ἀθηνᾶς· πεφύκασιν ἢ εἰπεῖν, ἓν πάντων δημιουργὸν καὶ βασιλέως παῖς ἐστι μόνη δὴ μόνου· ἐν γὰρ εἶχεν ἐξ ὅτου ὁμοτίμου ποιήσοιτο αὐτῇ, ἀλλ' ἀναχωρήσας αὐτὸς εἰς αὐτὸν, αὐτὸς ἐξ αὐτοῦ γόνῳ τε καὶ τίκτῃ τὴν θεόν· ὥστε ἐστὶ μόνη βεβαίως γνησία ἓξ πατρὸς, ἐξ ἴσου καὶ ὁμολογενοῦς ἑαυτῷ ἓξ γένους γεγαμήκε, κ. τ. λ. *Igitur pulcra omnia & egregia ſunt vel in Minerva, vel ex illa. Ac ut paucis multa complectar, illa eſt unica progenies unius architecti & regis omnium rerum. Etenim neminem habebat ſibi bonore parem, unde gigneret illam. Itaque ipſemet in ſemet ipſum deſcendens, genuit illam & procreavit ex ſemet ipſo: ita ut unica haec ſit & genuina ſoboles primi rerum omnium parentis.* Pergit paullo poſt: Παίδων ἢ αὖ φησι, δεξιὰν καὶ χεῖρας ἓξ πατρὸς αὐτῇ καθιζομένῃ τὰς ἐπιπλοὰς πῶς θεοῖς ἀποδίχεσθαι· ἀγγέλων μὲν γὰρ ἐστι μείζων ἥδε, τῶν ἀγγέλων ἄλλος ἄλλα ἐπιτάττει πρώτη, ὡς καὶ ἓξ πατρὸς ὡς ἐμηχανήσατο, οὕτ' ἐξηγητῆ τινος ἧσσα πρὸς θεοὺς καὶ εἰσαγωγέως, ὅταν καὶ τοῦτο δέῃ. *Pindarus Minervam canit ad dextram ſedere parentis, ab eoque mandata, quae Diis poſtea reddat, accipere. Angelis enim illa major eſt, atque angelorum huic illa, iſti alia imperat, quemadmodum a patre ſuo juſſa eſt. Namque officio interpretis & introductoris ad Deos, quum res ita poſtulat, fungitur.* Ad quem locum aliud mihi liceat agendo monere, vocem *Angelus* ea, qua floruit *Ariſtides*, aetate a Judaeis & Chriſtianis ad Deorum etiam aſſectatores tranſiiſſe. Hinc frequens ejus occurrit mentio in philoſophorum, qui poſt *Ariſtidem* vixerunt, monumentis. Finem orationi, qua *Minervae* laudes perſequutus erat, his verbis facit *Ariſtides*: Σχεδὸν γὰρ δύναμιν ἓξ Διὸς εἶναι λέγων τις αὐτὴν ἐκ τούτων, οὐκ ἂν ἁμάρτοιεν· ὥστε τί δεῖ μακρολογεῖσθαι πρὸς ἓν μέρη πράξεως αὐτῆς διηγούμενον; ὅπερ ἔφην, τὰ ἓξ Διὸς ἔργα κοινὰ ἓξ Διὸς εἶναί φησι καὶ τὴν Ἀθηνᾶν. *Non erraverit, quicumque ex illis, quae diximus, coëgerit, Minervam eſſe Jovis ipſius virtutem ac poteſtatem. Quapropter, ne res omnes minutas ad Minervam pertinentes enumeremus, ita quidem rationem concludimus, omnia Jovis opera ipſi cum Minerva eſſe communia.* Ergo valeat eorum, quam vir longe doctiſſimus & diligentiſſimus, (r) *G. J. Voſſius*, probare videtur alicubi, ſententia, qui, quod rebus omnibus praefecerunt veteres, Numen nihil opinantur eſſe aliud, quam naturam ſenſu vacantem, aut cauſſam genitricem per totam rerum naturam fuſam, nec ullius excellentioris majorisque intelligentiae legibus & voluntati ſubjectam. Nam ut omittam, qui ſic ſentiunt, nihilo eſſe illis meliores, qui divinam plane rationem & Deum tollunt, haec, quae attulimus, neminem dubitare ſinunt, antiquos populos vocabulis *Neith*, *Athena*, & *Minerva* ſummam ſapientiam & intelligentiam deſignaſſe, eamque aut pro ipſo rerum omnium potente Deo, aut pro ea, quam vis ejus principio genuit, natura (e) habuiſſe. *Mi-*

(r) *G. J. Voſſius*] *De idololatria Lib.* VII. *Cap.* I. *p.* 718.

(s) *Habuiſſe*] De *Minerva*, de Dea *Neith*, & de inſcriptione in fano *Neith* reperta ſupra jam tantum dixi, quantum ſufficit ad veritatem eorum, quae hic aſſeruntur, explorandam. *Ariſtides* non is eſt, ex quo veterum religiones addiſcas. Praeterea loci ejus, qui hic extant, non id probant, quod vir doctiſſimus tam diligenter inculcat, *Minerva* nomen eſſe, quod ſummum deſignet Deum.

(t) *Ipſe eſt*] Ex *Plutarchi* dicto hoc non id mihi videtur conſequi, quod ex eo *Cudworthus* perſpicuum eſſe putat, fuiſſe nonnullos, qui aſſeverarint, *Apollinem* ſupremum eſſe, quod rebus univerſis praeeſt, numen. (I.) Patet ex eo, nonnullis *Apollinem* non ſolem, verum ſolis dominum & parentem, quem nemo conſpiciat, viſum eſſe. Huius ego generis ſententiam hanc putem fuiſſe, *Apollinem* naturam eſſe, quae & ſolem condiderit, & perpetuo gubernet ac moderetur. Nihil autem, quod nos cogat, video, ut hos homines exiſtimaſſe credamus, *Apollinem* primum illud eſſe, unde fluxerint omnia, rerum principium. Neminem fugit rerum veterum vel mediocriter gnarum, perſuaſum olim plerisque fuiſſe, ſtellis tam fixis, quam errantibus certos eſſe genios aut Deos praepoſitos, quorum nutu & arbitrio illae regerentur. Ergo ſoli ſuum quoque Deum praeſe-

Digitized by Google

Minervae comitem *Apollinem* dabimus. Notum eſt ſoli, quem omnes cernimus, hoc nomen quondam impoſitum fuiſſe; quae notio ſi valeat, ex inferioribus *Apollo* Diis foret. Sed qui non aliam ſibi perſuadent viguiſſe quondam hujus vocabuli poteſtatem, hi errorem, quem facili negotio refellas, admittunt. Ne is quidem *Apollo*, qui locum inter duodecim Conſentes Deos obtinet, ſol eſſe poteſt. Solem enim conſtat poſtea inter octo illos Deos, quos *Selectos* nominabant, Diis Conſentibus ſociatum eſſe, quum antea extra illorum verſaretur numerum. Sed haec alio pertinent: nobis hic, ut efficiamus, ſtudendum eſt unice, vocabulum *Apollo* ſic etiam fuiſſe uſurpatum, Deum ut omnium maximum, ſolis, totiusque mundi auctorem & parentem, ſignificaret. Vix vero meliorem hac in cauſſa teſtem rogare poſſumus, quam *Plutarchum*; quippe qui ſacerdos fuit *Apollinis*. Ergo legenda hic dabimus, quae in *Libro de defectu oraculorum* de *Apolline* ſcripta reliquit: (*) Εἴτε ἥλιός ἐστιν, εἴτε κύριος ἥλιου καὶ πατὴρ, ἢ ἐπέκεινα τοῦ ὁρατοῦ πυρὸς, οὐκ ἐνὸς ἀπαξιῶν φωνῆς τὸν νῦν ἀνθρώποις, οἷς ἀπὸς ἐστι γνώριμος, καὶ τροφῆς, καὶ εἶναι, καὶ φρονεῖν. *Sive is ſol eſt, ſive dominus paterque ſolis, ultra omnem viſui expoſitam collocatus naturam, veriſimile non eſt, eum noſtra aetate homines voce ſua dedignari, quibus naſcendi, nutritionis, vitae ac intelligendi cauſſa* (1) *ipſe eſt.*

Jam quae *Urania Aphrodite*, *Venus coeleſtis* ſeu *Amor* vocata quondam eſt, Diva haud dubie quoque Dei res omnes tutantis & moderantis ſignum eſt, aut aliud Dei hujus nomen, quo id potiſſimum indicatur, quod generatim mens in Deum intuens continuo concipit, comprehendi & contineri ab eo omnia. Nec enim alia eſt haec Dea, quam Ἔρως ille ſeu *Amor*, quem *Orpheus* aliique, quorum *Ariſtoteles* meminit, rerum omnium voluerunt initium eſſe. Certum eſt, binas veteres populos *Veneres* ſeu amores ſuſpexiſſe: qua de re luculentum hoc extat *Pauſaniae* in *Platonis Sympoſio* dictum: (†) Ἡ μὲν γέ τις πρεσβυτέρα καὶ ἀμήτωρ Οὐρανοῦ θυγάτηρ, ἣν δὴ καὶ οὐρανίαν ἐπονομάζομεν· ἡ δὲ νεωτέρα, Διὸς καὶ Διώνης, ἣν δὴ πάνδημον καλοῦμεν· ἀναγκαῖον δὴ καὶ Ἔρωτα, τὸν μὲν τῇ ἑτέρᾳ συνεργὸν, πάνδημον ὀρθῶς καλεῖσθαι, τὸν δὲ οὐράνιον. *Una quidem antiquior eſt & ſine matre Venus, Coelo nata, quam coeleſtem Venerem nuncupamus: altero vero junior, e Jove ac Dione prognata, quam pandemum, id eſt, vulgarem communemque, appellamus. Neceſſarium itaque, Amorem Veneris illius ſocium atque adjutorem coeleſtem vocari, hujus vero vulgarem.* Quarum *Venerum* quae major natu eſt, ea *Platoni* dicitur *Saturno* & *Japheto* antiquior eſſe, ab (v) *Orpheo* vero rerum omnium vetuſtiſſimum, πρωτόγονος *princeps genitor*, appellatur. Quod quidem ſpectaſſe puto populos orientem ſolem ſpectantes, quum eam *Mylittam* ſeu

(*) P. 413. (†) P. 108. (p. 318. ed. Ficini.)

577

gen-

fectum eſſe, ſtatuebant. Hinc illud de *Apolline* ſententiarum inter veteres divortium, quod *Plutarchus* tangit. Alii *Apollinem* ipſum eſſe ſolem, alii Deum illum, a quo ſol gubernaretur, exiſtimabant. (11.) *Apollo* vitae, ſapientiae, nutritionis cauſſa dicitur a *Plutarcho*. Neque haec verba ſupremum Deum perſpicue deſignant. Soli enim haec omnia fuiſſe ab antiquis attributa, quis, quaeſo, ignorat? *Macrobius Saturnal. Lib.* I. *Cap.* 19. p. 294. *Sol*, inquit, *mundi caput eſt & rerum factor, omnisque vis ejus non in quodam diviſorum miniſterio membrorum, ſed in ſola mente conſiſtit, cujus ſedes in capite eſt.* Adde *Julianum oratione in ſolem.*

(v) *Orpheo*] In *Orphei Hymno in Venerem*, qui *Opp. p.* 151. extat, haec verba non leguntur, quamvis *Venus* in eo omnia gignere dicatur, atque γενετειρα θεα, *genitrix Dea*, vocetur. Atque hic ipſe *Hymnus*, quod ex ſingulis prope verſibus patet, non *Veneri*, quam *coeleſtem* nominarunt veteres, ſed illi, quam ex ſpuma maris prognatam eſſe, atque Adonidis amore arſiſſe, dicebant, conſecratus eſt.

(x) *Pau-*

Digitized by Google

genitricem, foecundiſſimam nimirum rerum omnium matrem, nominarent. Neque diſtat *Venus* haec ab eo, quod *Plato τὸ πρῶτον καλὸν*, *primam pulcritudinem*, ſeu cauſſam omnis pulcritudinis, venuſtatis, ordinis, & convenientiae in hoc orbe ſalutat. (x) *Pauſanias* utrique harum *Venerum*, tam coeleſti, quam vulgari, templa paſſim dedicata fuiſſe, auctor eſt, additque, *Uraniam* ſeu *coeleſtem Venerem* nomen inveniſſe *ἐπὶ ἔρωτι καθαρῷ καὶ ἀπηλαγμένῳ πάθους σωμάτων*, *ab amore puro & corporum cupiditate vacante.* Ut vero in homine eſt hic amor, nihil eſt aliud, quam participatio *Uraniae* principis, *Veneris* ſeu *Amoris coeleſtis*, id eſt, ipſius Dei. Confirmant haec, quae diximus, non uni veterum auctorum loci. (*) *Euripides*, cujus locum (y) *Stobaei* diligentia ab interitu vindicavit, ſic deſcribit *Venerem*, ut ſummum ab eo Deum laudari, vix ſit, cur dubitare queas:

Τὴν Ἀφροδίτην οὐχ ὁρᾷς, ὅση θεός;
Ἀλλ' ὅσ' ἂν εἴπῃς, οὐδὲ μετρήσεις ἄν,
Ὅση πέφυκε, καὶ ἐφ' ὅσον διήκει).
Αὐτὴ τρέφει τε κἀμέ, καὶ πάντας βροτούς, κ. τ. λ.

Quorum verſuum haec eſt ſententia: *Videsne, quam magna Venus haecce Dea ſit? Quidquid dixeris, numquam magnitudinem ejus recte explicabis, aut imperii ejus fines deſcribes. Illa eſt, quae & te, & me, & omnes alit mortales, quaeque efficit, ut coelum & terra inter ſe amice conſpirent*, &c. Luculentius etiam (z) *Ovidius* in *Libris Faſtorum* hanc rem exprimit:

Illa quidem totum digniſſima temperat orbem:
Illa tenet nullo regna minora Deo:
Juraque dat coelo, terrae, natalibus undis,
Perque ſuos initus continet omne genus.
Illa Deos omnes (longum enumerare) creavit:
Illa ſatis cauſſas arboribusque dedit.

Ubi ſigillatim animadverti velim, *Ovidium* Deos omnes a *Venere* ſeu uno ſummo Deo creatos dicere. Neſcio vero, an ullus aptius & ornatius negotium hoc

(*) Sic apud Aeſchylum: Ἐρᾷ μὲν ἀγνὸς ὑετὸς, κ. τ. λ. Ἔρως δὲ γαῖαν λαμβάνει, κ. τ. λ. ——— Ἐγὼ δ' ἔρωτι δουλεύω. Grotii Excerp. p. 45.

(x) *Pauſanias*] In *Boeoticis ſ. Libro* IX. *Cap.* 16. *p.* 742.

(y) *Stobaei*] *Eclog. phyſ. Lib.* I. *C.* 17. *p.* 97.

(z) *Ovidius*] *Lib.* IV. *Faſtor. vſ.* 91. *ſ.*

(a) *Compellatae*] De amore veterum duplici ſupra jam copioſius ſententiam dixi. Libere fateor, quae hic diſputat vir doctiſſimus, ut *Venerem* unius ſummique Numinis apud veteres vocabulum fuiſſe probet, ab omni probabilitate aliena mihi videri. *Venus*, cui ſacra faciebant Graeci, ſine ulla controverſia femina quaedam aut regina fuit, inter Deos poſt fata relata. Luculenter id ex hiſtoria ejus univerſa apparet. Neque quisquam remotioribus temporibus de duplici aut triplici *Venere* cogitavit. Plures autem cur deinceps producerentur *Veneres*, id binis de cauſſis evenit. (I.) Graeci, quum mercaturae aliarumque rerum cauſſa gentes adirent exteras, apud has Deam quoque reperiebant rebus amatoriis praefectam. Nullus certe populus, cui plures venerari Deos placuit, Numine caruit eiusmodi: nec ulla, quod ſciam, gens provinciam hanc amantium negotia curandi Deo mari commiſit, verum omnes feminae procurationem illam crediderunt. Has Deas Graeci nil dubitabant ſuam eſſe *Venerem*, & *Veneris* etiam vocabulo appellabant. Idem poſtea Romani fecerunt.

Digitized by Google

hoc ediſſeruerit *Boëthio*, vate Chriſtiano & philoſopho; cujus quidem hi verſus ſunt:

(*) *Quod mundus ſtabili fide*
Concordes variat vices,
Quod pugnantia ſemina
Fœdus perpetuum tenent,
Quod Phoebus roſeum diem
Curru provehit aureo, &c.
Hanc rerum ſeriem ligat,
Terras ac pelagus regens,
Et coelo imperitans AMOR, *&c.*
Hic ſi frena remiſerit,
Quidquid nunc amat invicem,
Bellum continuo geret.
Hic ſanctos populos quoque
Juncto foedere continet.
Hic & conjugii ſacrum
Caſtis nectit amoribus, &c.
O felix hominum genus,
Si veſtros animos AMOR,
Quo coelum regitur, regat.

Ceterum *Venerem* hanc *Uraniam* ſeu *Coeleſtem* cognatione quadam attingit tertia illa *Venus*, quae *Pauſaniae* (†) Ἀπόστροφος, Latinis *Venus Verticordia* dicitur, caſti puique amoris, in quo nihil eſt nefariae & effrenatae libidinis, ſignum. Huic *Veneri* ſtatuam Romani dedicaverant, *quo facilius*, ut *Valerius Maximus* ait *Lib.* VIII. *C.* 15. *virginum mulierumque mentes a libidine ad pudicitiam converterentur.* Igitur hoc quoque ratum maneat, veteres, quo Deum indicarent naturam eſſe omnium maxime rerum amabilem, pulcritudinem principem, benigniſſimum & foecundiſſimum naturae totius altorem & parentem, illum denique, qui ſuaviſſimo univerſum orbem concentu conſtanter temperaret, *Uraniae* ſeu *Veneris coeleſtis* eum nomine ſubinde (*a*) compellaſſe.

Val-

(*) De conſol. Lib. II. Met. VIII. (p. 47.) (†) (Loc. cit.)

runt. Hinc quatuor illae *Veneres*, quas *Cicero* enumerat *de natura Deor. Lib.* III. *C.* 23. *p.* 3087. & *Arnobius Lib.* IV. *adv. gentes p.* 170. immo longe plures, quas ex veterum libris & inſcriptionibus, cui otium eſt, colligere licebit. Lege *Caelum Patinum loco* mox *cit. p.* 396. Omnis enim Dea, cui populus aliquis amoris detulerat imperium, *Venus* appellabatur. (II.) Graeci, poſtquam philoſophiae operam dare coeperant, facile non unum eſſe perſpiciebant amoris genus, ſed multum inter coecam libidinem amoremque voluptarium, & amorem ſapientia & ratione nixum intereſſe. *Socratem* ſuſpicor & *Platonem* principes exſtitiſſe hujus rei magiſtros inter Graecos, quod ex *Sympoſio Platonis* aliisque ejus libris cognoſcitur: niſi forte rectam rationem etiam ſine magiſtro multis ducem fuiſſe malis ad hoc diſcrimen intelligendum. Utcumque eſt, Graecis ita eruditis, conſentaneum erat, ut turpe ducerent, ſani & inſani, honeſti & inhoneſti, caſti & impudici a noris tutelam uni Divae commendare. Atqui *Venerem* illam, quae publice colebatur, una cum filio *Cupidine* laſciviae potius & libidinum, quam veri rectique amoris, patronam dici poſſe, apertum erat. Itaque, ne caſto & ſapienti amori ſuum tutelare Numen deeſſet, unam *Venerem* in duo diſſecabant veluti Numina, *Venerem*que *coeleſtem* una cum *Cupidine coeleſti* communicebantur, cui

Digitized by Google

579 *Vulcanum*, ſi eam vocis retineamus notionem, quae communi trita fuit uſu, Deus haud dubie fuit certo muneri praepoſitus. Sed nec deſunt, ex quibus appareat, dicta veterum, latius hoc ſaepenumero patuiſſe vocabulum. *Zeno*, quod (*b*) *Laërtius* tradit, ſummum Numen docebat olim Ἥφαιστον ſeu *Vulcanum* appellatum eſſe, κατ' εἰς τὸ πυρικὸν πῦρ διήκειν ἐπ' ἐμπαθεῖ αὐτῷ, *quod in artificiali igne diſtentum ſit imperium ejus.* (*c*) *Plutarchus* & *Stobaeus* vero Stoicorum familiam referunt non modo naturam, ſed ipſum etiam Deorum principem orbisque fabricatorem, quem corpore negabant vacare, πυρικὸν πῦρ, *ignem arte & ratione progredientem*, appellaſſe. (*d*) *Jamblichus* illum, quem Aegyptii *Phtha* dixerunt, Deum *Hephaeſto* ſeu *Vulcano* Graecorum reſpondere, teſtatur: Ἕλληνες εἰς Ἥφαιστον μεταλαμβάνουσι τὸν Φθᾶ, τῷ πυρικῷ μόνον προσβάλλοντες. *Graeci vero hunc Phtha nominant Vulcanum, artem in eo ſolam conſiderantes.* Atqui idem auctor *Phtha* hunc una cum *Oſiri* & *Hammone* unum eumdemque Deum Aegyptiis fuiſſe cenſet, aut, ut rectius loquar, haec nomina unam mundi animam ſignificare, perhibet. Quocirca concludamus, quemadmodum Aegyptii verbo *Phtha* ſupremum non raro Deum, aut mundi ſaltim animam, omnia ratione atque via coagmentantem & conſtruentem, indicarunt, ita Graecos nomen *Vulcanus* eadem nonnumquam adhibuiſſe (*e*) notione.

580 (*) *Seneca* alia quaedam recitat ſupremi Dei nomina, quae talia credebant eſſe Stoici: *Hunc & Liberum patrem, & Herculem, ac Mercurium noſtri putant: Liberum patrem, quia omnium parens;* —— *Herculem, quod vis ejus invicta ſit; Mercurium, quia ratio penes illum eſt, numerusque, & ordo, & ſcientia.* Quamquam quid plura refert producere? Nam quae disputata ſunt adhuc, extra omnem ponunt controverſiam, ſummum Numen variis olim nominibus ornatum fuiſſe. Quare omnia haec Numina, *Jovem*, *Panem*, *Janum*, *Genium*, *Saturnum*, *Coelum*, *Minervam*, *Apol-*

(*) De benef. Lib. IV. C. 8.

ſupplicarent illi, quorum animos legitimus purusque amor inflammaſſet, altera *Venere* & altero *Cupidine*, quibus cognomen *terreſtris* imponebant, iis relictis, quibus amor corporeus & libidinoſus frena injeciſſet. Nihil novi narro & inuſitati. Exemplis enim non paucis oſtendere, proclive eſt, praecepta philoſophorum ad religionem & Deorum hiſtoriam applicata non leves interdum mutationes in veterum fabulas intuliſſe, aut veteres, ne rationis dictata, quae credebant, religioni publicae repugnare viderentur, ſaepenumero haud nefas putaſſe, Deorum hiſtorias pro lubitu refingere. Quare nihil eſt, cur demiretur aliquis, auſos fuiſſe Graecos veteres unam amoris Deam in bina partiri Numina, ne alter amor patrono & tutore careret. Juvabant hanc audaciam *Theogoniae* veterum poëtarum, quae, quod vel unus docet *Heſiodus*, *Amorem* narrabant Deorum eſſe antiquiſſimum. Namque hoc quum nullo modo in *Venerem* illam caderet, quam *Homerus* canit, & Graecia publice colebat, ſatis ſibi hinc naſci putabant argumenti ad binos *Amores* binasque *Veneres* introducendas. Quae vir doctiſſimus hoc in loco movet, nihil habent virtutis ad hanc labefactandam ſententiam. *Plato* binas eſſe *Veneres* monet: *Pauſanias Venerem coeleſtem* ab amore puro denominatam eſſe refert. Hisne teſtimoniis num adducetur aliquis, ut *coeleſtem Venerem* ſupremi Numinis imaginem fuiſſe ſtatuat? *Euripides* & *Aeſchylus* more poëtarum magnitudinem imperii praedicant *Amoris* ſive *Veneris*, id eſt, ſi figuras removeas, quidquid eſt hominum vel animalium, inſtinctu quodam naturae ad amandum inter ſe incitari, docent. Hoc quid, quaeſo, facit ad probandam, *Venerem coeleſtem* & ſummum Deum non differre? Taceo, nihil adeſſe, ex quo conſtet nobis, hos poëtas de coeleſti amore loqui, atque apud *Aeſchylum* ne *Amoris* quidem ſeu *Veneris* vocabulum exitare. *Ovidii* locus de amore totus ab hoc abeſt negotio. Namque carmen eius qui modo inſpexerit, is poëtam hunc nullam aliam laudare *Venerem*, quam eam, cui ſacra Romani faciebant, Aeneae matrem, intelliget:

Proximus Anchiſen, cum quo commune parentis
Non dedignata eſt nomen habere Venus,
Hinc ſatus Aeneas.

Faſter. Lib. IV. vſ. 35. ſ. Boëthius, philoſophus

Digitized by Google

Apollinem, *Uraniam Aphroditen*, *Hephaeſtum*, *Liberum patrem*, *Herculem*, & *Mercurium*, qui totidem arbitrantur diſtinctos eſſe tam perſonis, quam muneribus Deos, in manifeſto verſantur errore; at qui totidem cenſent Deos eſſe poteſtate pares, aeternos, & ex ſe ipſis exſiſtentes, vix turpitudinis notam effugiunt. Unius Dei, naturam rerum comprehendentis, temperantis, & moderantis, varia ſunt haec nomina, quibus variae perfectiones ejus &, quae ex illis ortae, diverſae deſcriptiones occaſionem fecerunt.

Praeter hos, multos alios vetuſtas Deos venerata eſt, qui *Servio Dii* vocantur *ſpeciales*. Quos itidem falluntur, qui tot naturales eſſe Deos putant, aut Numina re vera diſtincta ſuaque virtute conſtantia. Nam aeternos eos exiſtimare, nulliusque voluntati ſubditos, id prorſus ſtolidum foret. Quod de ſuperioribus affirmavi, id in hos quoque Deos cadit: Varia ſunt nomina variaeque notiones unius ſummi maximique Numinis, cujus diverſas virtutes & operandi modos pluribus efferre veteres vocabulis conſueverunt. Non ignoro, recentiores quosdam auctores, qui veterum populorum ſuperſtitiones & de Diis commenta libris perſequuti ſunt, tres ſaltim attribuiſſe illis Deos omni alieno imperio liberos & ſolutos, *Jovem*, *Neptunum*, & *Plutonem*. His Numinibus antiquos cenſent dominationem in orbem terrarum diviſiſſe: ex quo conſequitur, qui unum Deum fateretur eſſe, toti naturae praeſidentem, inter eos inventum fuiſſe neminem. Mihi vero longe alia ſedet animo ſententia. Perſuaſum enim habeo, Numina haec, quae viri docti & diſtincta & ſui plane juris eſſe credunt, ſi natura eorum ex ſecretioris doctrinae veraeque veterum Theologiae legibus aeſtimetur, nullos eſſe, quam poëticos & commentitios Deos. Nec ſapientum fuiſſe quemquam, arbitror, quin haec tria tantum eſſe judicaret unius ſupremi Numinis vocabula, quibus majores hoc unum vo-

& poëta Chriſtianus, ſupremum Numen *Amorem* vocat. Exemplo ſacrarum litterarum tueri hoc factum *Boëthius* poterat. Quid hoc autem ad Deorum cultores? Ex eone, quod *Boëthius* Deo nomen *Amoris* imponit, conſequitur, qui *Venerem coeleſtem* olim coluerunt, rerum omnium parentem Deumque ſupremum coluiſſe? Nemo id, opinor, ſanus dixerit. Ita doctiſſimos ſaepe viros umbra quaedam veri decipit. Qui amore opinionis cujusdam capti ſunt, etiamſi ratione ceteroquin & ingenio valeant, non diſſimiles tamen plerumque eorum ſunt, quos morbus vexat regius, quibus flava videntur, quae conſpiciunt, omnia. Nullum tractant auctorem, in quo non amores ſuos reperiant: ſi res votis ſuis minus faveat, verba tamen, quae favere videntur, numquam deſiderant. Ceterum de *Venere coeleſti* ejusque ſacris veteris omnibus accuratius & copioſius egit *Carolus Patinus Commentario in antiquum monumentum Marcellinae e Graecia nuper allatum*, qui *Patavii* 1688. *in* 4. prodiit. Etenim *Marcellina* illa, cui hoc dedicatum eſt monumentum, ἀρχιερεια Ἀφροδίτης ἐφεσίας fuit. De *Venere* autem *Verticordia* ſeu Ἀποστροφια lectu digna ſunt, quae collegit *Petr. Baylius Diction. hiſtor. & critique voce Sulpitia Tom.* IV. *Not. A. p.* 2676.

(*b*) *Laërtius*] *Libro* VII. *Segm.* 147. *p.* 458.

(*c*) *Plutarchus*] *De placitis philoſ. Lib.* I. *Cap.* 7. *p.* 881. *Stobaeus Eclog. phyſ. Lib.* I. *C.* 2. *p.* 17.

(*d*) *Jamblichus*] *De myſteriis Aegyptiorum Sect.* VIII. *Cap.* 3. *p.* 159.

(*e*) *Notione*] Aut ego neſcio, quid ſit ratiocinari, aut hac iterum concluſione nihil fieri poteſt infirmius. (I.) Stoici nomen *Vulcanus* ex ſummi & unius, quod credebant eſſe, Numinis vocabulis eſſe, affirmarunt. At quis neſcit, tam perverſe ac inepte genus hoc religionem publicam cum praeceptis philoſophiae ſuae compoſuiſſe, ut omnium ſapientum riſus excitaverit? Lege *Ciceronem de natura Deorum Libro* III. Stoicis certe aures non ſunt praebendae, quum de veterum ſacris inſtitutis & opinionibus quaeritur. (II.) Stoici Deum *ignem artificioſum* appellarunt. Ita eſt omnino. Hoccine vero argumento eſſe poteſt, *Vulcanum* ſupremi Numinis vocabulum eſſe? (III.) De *Jamblichi* loco jam ſupra dixi. Nec is Deus, quem *Phtha* dixerunt Aegyptii, ſupremus Deus eſt, nec Graecorum *Vulcanus*. Hoc quidem dederim, *Phtha* id fuiſſe in Diis Aegyptiorum, quod *Vulcanus* in Diis Graecorum: ſed miſceri utrumque non patior.

voluerint indicatum, diverſi generis eſſe, quam in mundi hujus partibus, coelo, mari, terra, & inferis, ſummum Numen demonſtraret atque exerceret, potentiam. Ordiar, ut id planum faciam, a *Plutone* ſeu *Hade*, qui Latinis *Orcus* etiam & *Dis* dicitur: in quibus nominibus quod poſtremo poſitum eſt, id nomen *Dives*, at contractum, videtur eſſe, quippe quod Graeco verbo *Pluto* reſpondet. Huic Deo *Balbus* apud (*f*) *Ciceronem omnem vim terrenam* dedicatam eſſe, ait; alii vulgo imperium tribuunt in animas corporibus ſecretas & his terris egreſſas. Jam *Plutonem*, ſi ut Numen illud ſpectatur, quod inferis & animis dominatur, *Plato* auctor eſt, nihil eſſe aliud, quam vocabulum, quo illa providentiae divinae pars ſignatur, quae ad animas pertinet hominum corporibus exemtas & liberas. Vide, quid *Ficinus* ſcribat *in Platonis Cratylum: Animadverte prae ceteris, Plutonem hic ſignificare praecipue providentiam divinam ad ſeparatas animas pertinentem.* Haec enim illa eſt, quae *Platonis* quidem judicio *vincit atque detinet puras animas in ſeparato illo ſtatu vinculo omnium optimo, quod non eſt neceſſitas, ſed amor ac deſiderium: puris enim, quibus ibi fruuntur, voluptatibus capiuntur & praeter modum delectantur.* Atque hac ratione par eſt etiam *Platonis* verba de *Plutone* accipere, quae *Libro de legibus* leguntur: (*) Καὶ ἃ διαχρατέον πολεμικοῖς ἀνθρώποις τὸ τοῦτον Θεὸν, ἀλλὰ τιμητέον, ὡς ἔστι ἀεὶ τῷ τῶν ἀνθρώπων γένει ἄριστον· κοινωνία γὰρ ψυχῆς καὶ σώματος ἀμείνοσιν οὐκ ἔστιν ἢ κρείττοσι, ὡς ἐγὼ φαίην ἂν σπουδῇ λέγων. *Non enim abjiciendus eſt bellicoſis hominibus hic Deus, ſed colendus, tamquam generi hominum ſemper optimus. Nam animae corporisque conjunctio nullo modo melior eſt, quam ſolutio, ut ego ſerio loquens affirmo.* *Platoni* ergo ſi obtemperare velimus, *Plutonem* nihil eſſe ſtatuemus, praeter nomen idcirco inventum,
581 ut illam partem divinae providentiae notaret, quae mentes regit liberas, poſtquam corporis deſeruerunt (*g*) domicilium. Quod mihi quidem in animo videtur habuiſſe (*h*) *Virgilius*, quum *Plutonem Jovem Stygium* diceret. Verum alii latiorem eſſe contendunt vocabuli hujus poteſtatem, putantque, *Plutonem* una cum *Cerere* univerſam illam vim divinam ſignificare, quae in orbe terrarum ubivis conſpiciendam ſeſe nobis praebuit. Hanc eſſe mentem ſcriptoris *Libri de mundo*, putem, docentis, Deum ſive *Jovem* eſſe duplicem, *coeleſtem* ac *terrenum*: (†) Οὐρανίς τε καὶ χθόνιος, πάσης ἐπώνυμος ἀν φύσεώς τε καὶ τύχης, ἅτε πάντων αἴτιος ὤν. *Coeleſtis & terrenus, ab omni natura ſorteque nomen adeptus, utpote qui omnium rerum cauſſa &* au-

(*) Lib. VIII. p. 643.
(†) (C. 7. p. 869.)

(*f*) *Ciceronem*] *De natura Deor. Lib.* II. Cap. 27. *p.* 2994.

(*g*) *Domicilium*] Quis vero juſſit *Ficinum Platoni* ſententiam hanc adſcribere, cujus in *Cratylo*, ubi de notatione nominis *Pluto* agit, ne minimum quidem exſtat veſtigium? Sed multa ejusmodi occurrunt cum in *Ficino*, tum in reliquis *Platonis* interpretibus, qui hoc ſibi fere omnes datum crediderunt, ut *Platonem* multo nobis ſapientiorem, quam reapſe fuit, obtruderent. Qui ex *Libro* VIII. *de legibus* hic affertur, locus, ſi cum illis, quae praecedunt cum, verbis conjungatur, vel unus ſufficit ad *Ficini* commentum confutandum. Etenim *Pluto* ibi inter duodecim iſtos Deos a *Platone* numeratur, quibus ſingulis menſibus ſacra fiebant, & ultimus anni menſis conſecratus ei fuiſſe traditur. Isne, quaeſo, ſummus Deus eſt, qui duodecimo tantum anni menſe, a Graecis celebratur, & a militibus vulgo negligebatur, quos *Plato* ad frequentiorem Numinis hujus cultum adhortatur?

(*h*) *Virgilius*] *Aeneid. Lib.* VII. *vſ.* 327. Non ego tantam in hoc nomine vim quaeſiverim. *Jupiter Stygius* is eſt, qui apud inferos eadem fruitur poteſtate, qua *Jovem* in coelo veteres exiſtimabant praeditum eſſe. Reſpondet huic nomini Graecorum vocabulum, quo *Plutonem* compellant, Ζεὺς χθόνιος: quod apud *Heſiodum* in *Oper. & dies vſ.* 465. *p.* 267. apud *Aeſchylum*, *Sophoclem*, & alios occurrit. Lege *Jo. Georg. Grae-*

Digitized by Google

auctor sit. Pluto ΖΕΥΣ ille est χθόνιος vel καταχθόνιος, *terrenus* non minus, quam *subterraneus & Stygius Jupiter.* Verum alter ille *Jupiter*, qui a *Plutone & Neptuno* distinguitur, ΖΕΥΣ est ὕψιστος, *Jupiter coelestis*, seu Deus vim suam in coelo declarans & ostendens. Haec causa est, quare in veteri dicto, quod (*i*) *Julianus* tamquam Apollinis oraculum affert, alii vero ad *Orpheum* referunt, ΖΕΥΣ & ΑΙΔΗΣ, *Jupiter & Pluto* unum idemque Numen dicuntur esse:

Εἷς ΖΕΥΣ, εἷς Ἀΐδης.

Jupiter & Pluto unus idemque Deus sunt. Neque aliam propter rationem factum opinor, cur *Euripides* dubitaret, utrum summum Deum, ὁ πάντων μεδέων, *rerum omnium, quae hic sunt, curam gerentem, Jovem* appellare fas esset, an vero *Plutonem.* Locum jam supra tetigimus & adduximus:

—— ΖΕΥΣ εἴτ' Ἀΐδης
Ὀνομαζέσθω ὕψιστος.

Sive Jupiter malis vocari, sive Pluto. Ad extremum *Hermesianactis*, poëtae Colophonii, versus exstant quidam, quos infra exhibebimus, quibus cum *Plutonem*, cui primum concedit locum, tum multos alios Deos nullo a *Jove* modo differre, canit.

Neque minor est veterum auctorum copia, qui *Neptunum* aliud tantum esse testantur summi omnium Numinis vocabulum, in secretiori saltim seu naturali priscorum Theologia, quo vis indicetur & potentia Dei maria sapienter moderans & temperans. *Xenocrates*, cujus verba (*k*) *Stobaeus* habet, & *Zeno* apud (*l*) *Laërtium* Deum diserte perhibent *Posidonium* seu *Neptunum* ab ista virtute vocari, quam in aquis spectandam praebet. Neque aliter *Balbo* videtur, quem *Cicero* sic loquentem inducit: (*) *Sed tamen, his fabulis spretis ac repudiatis, Deus pertinens* 582
per naturam cujusque rei, per terras Ceres, per maria Neptunus, alii per alia, poterunt intelligi, qui qualesque sint. Ergo omnes hi Dii nihil sunt, quam nomina, quibus diversae unius summi Numinis virtutes significantur, si huic credere liceat. Adjun-

(*) De nat. Deor. Lib. II. (Cap. 28. p. 2996.)

Gravium in *Lection. Hesiodeis Cap.* 10. *p.* 51. Nec ego dubitem, quin *Virgilius* aliique auctores Latini, quibus *Pluto Jupiter* audit *Stygius*, hoc ipsum Graecorum nomen, Ζεὺς χθόνιος, exprimere voluerint. Hoc autem qui adhibuerunt, talem esse voluerunt *Plutonem*, qualem Graecorum nobis poëtae depingunt, Deum nimirum interiori terrae ac inferis imperantem.

(*i*) *Julianus*] *Orat.* IV. *in Regem solem p.* 136. Cujuscumque demum hoc sit oraculum, quod ego recentioris potius ex schola Platonica philosophi, quam Pythiae, esse arbitror, in causa, quae hic agitur, nullius utilitatis est. Est totum oraculum:

Εἷς Ζεὺς, εἷς Ἀΐδης, εἷς ἥλιος ἠδὲ Σάραπις

Auctor ejus sub nominibus *Jovis*, *Plutonis*, & *Serapis* unum solem latere, aut nomina *Jupiter*, *Pluto*, & *Serapis* tria solis unius esse vocabula, censuit. Ergo huic si adsentiamur, *Plutonem* esse solem, existimandum nobis erit. Hanc certe opinionem suam facit *Julianus* Imperator, & multis probare nititur. Eadem placuit *Porphyrio*, nobilissimo sectae Platonicae philosopho; quod ex ejus verbis apud *Eusebium* liquet *Praeparat. evangel. Lib.* III. *Cap.* 11. *p.* 109. Sol autem si *Pluto* est, quomodo summus esse Deus, cui omnia obediunt, poterit?

(*k*) *Stobaeus*] *Eclog. phys. Lib.* I. *C.* 9. *p.* 56.

(*l*) *Laërtium*] *Lib.* VII. *Segm.* 147. *p.* 458.

Digitized by Google

jungo *Cottae* verba, quibus apud eumdem *Ciceronem* Theologiae hujus ſententiam poſtea declarat: (*) *Neptunum eſſe dicis animum cum intelligentia per mare pergentem, idem de Cerere.* Sed nimius eſſe nolo in dictis hujus argumenti cumulandis. Omnium inſtar ſint, quae *Maximus Tyrius* hanc in rem diſſeruit: (†) Καλεῖ ϕ μὲν Δία τὸν πρεσβύτατον, κ. τ. λ. ϕ ἢ Περσεφόνῃ πνεῦμα ἄρχῃ γῆς ἢ θαλάττης ἐστὶν, εἱρμονίαν αὐτῶν ϕ πόντου ἢ ϕ ἀρμονίαν. *Jovem antiquiſſimam dic principemque eſſe mentem, &c. Neptunum ſpiritum, qui terram ſimul ac mare pererrat, eorumque ſimul harmoniam gubernat &* (*m*) *contentionem.*

Ad extremum *Jovem*, *Neptunum*, & *Plutonem* non tres eſſe naturas divinas, ipſa re ſegregatas & diſtinctas, ſed totidem tantum, ſi quidem ſecretiora veterum de religione praecepta unice attendantur, unius ſupremi Numinis vocabula, id vero (*n*) *Pauſanias* in *Corinthiacis* extra omnem controverſiam collocat. *Jovis* enim ſimulacrum quoddam tribus oculis inſigne, quod *Jovem* vulgo *Trojanae gentis* nominabant, hac ratione explicat: Τρεῖς ϕ ὀφθαλμοὺς ἔχειν ἐπὶ τῷδε ἄν τις τεκμαίροιτο αὐτόν· Δία ϕδ ἐν ἀρχῇ βασιλεύειν, ἕτερον μὲν λόγον πολὺς πάντων ἐστὶν ἀνθρώπων· ἓν ϕ ἄρχειν ϕασὶν ὑπὸ γῆς, ἐστιν ἕτερον τ Ὁμήρου Δία ὀνομάζον καὶ τοῦτον·

Ζεὺς ϕ κατὰχθόνιος καὶ ἐπώνυμὸς Περσεφόνειαι.

Λιχύλος ϕ ὁ Εὐφορίωνος καλεῖ Δία καὶ τὸν ἐν θαλάσσῃ· τελεῖν δὲ ἐν ἑνὶ ἕκαστον ὀφθαλμοῖς, ἐξ ὧν δὴ ἓν ὁ ποιήσας, ἅτε ἐν πᾶσι τελοῦσι ταῖς λεγομέναις λήξεσιν ἄρχοντα τὸν αὐτὸν τῶν Θεῶν. *Habere autem eum tres oculos, idcirco conjicere quis poſſit, quod communis omnium hominum ſermo regnare in coelo Jovem praedicat. Quod autem idem etiam ſub terris imperet, Homeri verſu teſtatum eſt:*

Jupiter infernus atque inclyta Perſephonea.

Aeſchylus quidem, Euphorionis filius, ipſum maris etiam regem Jovem appellat. Quare hac ductus ratione, quicumque illum fecit, tres ei oculos attribuit, unum & eumdem ſignificans Deum tribus, quas Dii tres ſortiti inter ſe dicuntur, mundi partibus imperare. Utrum recte conſequutus ſit ingenio *Pauſanias* ſigni hujus vim atque rationes, an vero opinio hominem fefellerit, id mea quidem hac in re nil ſcire refert. Satis mihi eſt, ex ejus verbis intelligi, & ipſum, & veterum plurimos *Jovem*, *Neptunum*, & *Plutonem* pro tribus habuiſſe unius Dei nominibus, quae antiquorum excogitaverit ſollertia, quo diverſas potentiae & ſapientiae divinae, quae totam gubernat rerum naturam, partes ob oculos hominibus ponerent. Quumque *Ceres* & *Proſerpina* non diſcrepent a *Plutone*, *Salacia* eadem ſit, qui *Neptunus*, conſentaneum

(*) De nat. Deor. L. III. (C. 25. p. 3090.)
(†) Diſſ. 30. (potius Diſſ. 29. p. 290.)

(*m*) *Contentionem*] Miror, *Phurnuti* omiſſum eſſe a doctiſſimo viro teſtimonium, qui *Libro de natur. Deor. Cap.* 22. *p.* 192. inter *Thomae Gale Opuſcula veterum mythologica Neptunum* aſſeverat eſſe τὴν τετυγκυῖαν κατὰ τὸ ὑγρὸν δύναμιν, *eam virtutem & potentiam, quae in humido ſeu mari dominatur*, & ad hancce definitionem omnia, quae veteres de *Neptuno* tradunt, refert. Sed ſi vera eſſet haec *Maximi* & *Phurnuti* ſententia, quam tamen repudiandam eſſe arbitror, parum tamen valeret ad id, quod hic quaeritur, roborandum: Fac, *Neptunum* eſſe vim neſcio quam aquis leges ferentem, & maris impetus ratione gubernantem, quod hi auctores exiſtimant: quidnam eſt, quod nes

Digitized by Google

neum esse puto, ut concludamus, haec omnia Numina, *Jovem*, *Neptunum*, *Salaciam*, *Plutonem*, *Proserpinam*, & *Cererem*, quos poëtarum licentia & civitatum religio temere distraxit, notas esse tantum & nomina, unum Deum naturalem, quem viri sapientes reverebantur, diversa ratione indicantia.

Quemadmodum *Neptunus* vim divinam designabat aquis dominantem & praesidentem: ita *Juno* potentiam denotabat Dei aëra moderantem & temperantem. Auctores habemus locupletes *Xenocratem* & *Zenonem*: illum apud *Stobaeum*, hunc apud (*o*) *Laërtium*. (*p*) *Augustinus* quoque Deorum amicos, quaesitos ab aliis 583
cur *Jovi* jungerent *Junonem*, tamquam conjugem & sororem, sic respondisse, memorat: *Quia Jovem* (*inquiunt*) *in aethere accipimus*, *in aëre Junonem*. Quare vero effeminarint *Junonem* seu Divam fecerint, id (*q*) *Cicero* nos docet: *Effeminarunt autem*, inquit, *eum*, *Junonique tribuerunt*, *quod nihil est aëre mollius*. Quod de *Junone*, idem de *Minerva* quoque valeat: quae nonnumquam peculiarem Deam significabat, at re vera, id quod *Zenone* dicimus auctore, nomen erat naturae divinae, quatenus per aetherem (sublimiorem) permeat. Ex quo *Augustinus* occasionem nactus est Deorum cultores redarguendi: (*) *Si aetheris*, inquit, *partem superiorem Minerva tenere dicitur*, *& hac occasione fingere poëtas*, *quod de Jovis capite nata sit*, *cur non ergo ipsa potius Deorum regina deputatur*, *quod sit Jove superior?* Atque hac via licet ad reliquos etiam Deos pergere: nec, quid obstet, video, ne supremum Deum statuamus, quemadmodum in mari *Neptunus*, in aëre *Juno* appellatus est, ita eadem de caussa *Vulcanum* in igne dictum esse. De sole & luna simili pronuntiem ratione. In quibus sideribus sub nominibus *Dianae* & *Apollinis* summum Deum, sicut in ceteris mundi partibus, cultum fuisse quondam, existimo, quamquam non ignoro, locum illis in civitatum & populorum inferioribus Diis, tamquam naturis propria praeditis anima, relictum esse. Quae quum ita sint, sic concludamus oportet rationem: veteres, qui cuivis mundi hujus parti certum quemdam Deum praefecerunt, variis tantummodo nominibus unum summumque Deum affeciisse, nec tam plures Deos, quam multa Dei unius vocabula veneratos esse. Placet *Maximi Tyrii* locum afferre, quo hanc veterum Theologiam explicat. Is de *Homeri* differens philosophia, postquam hunc imperium totius terrarum orbis inter *Jovem*, *Neptunum*, & *Plutonem* partitum esse, dixerat, haec continuo subjicit: (†) Εὕροις ἂν καὶ ἄλλας παρ' Ὁμήρῳ ἀρχὰς καὶ γενέσεις παντοδαπῶν ὀνομάζων· ἃν ὁ μὲν ἀνόητος ὡς μῦθον αὐτὰ, ὁ δὲ φιλόσοφος ὡς πραγμάτων· ἔστιν αἰτιά τις καὶ αἱρετὴ ἀρχή, ἀλλ' Ἀθηνᾶ λέγεται, κ. τ. λ. *Sunt & alia apud Homerum diversarum rerum principia & ortus: quae dementes pro fabulis habent; philosophi pro rebus gravissimis. Invenies virtutis principium; sed sub Minervae nomine.* —— *Est & amoris; sed Veneri adscribitur.* —— *Est & artificii; sed hoc Vulcani est, qui igni praeficitur.* —— *Apollo-choreas orditur, Musae*

(*) Civ. Dei Lib. IV. C. 10. (p. 74.) (†) Diss. 16. p. 163.

nos cogit, ut hanc vim supremum esse Numen decernamus? Fierine potest, ut scriptores hi naturam intellexerint aliquam singularem, summi Nominis imperio subjectam? Stoicorum judicium, quos hic iterum testes rogat vir eximius, in hac quidem quaestione prorsus nullum est.

(*n*) *Pausanias*] In *Corinthiacis* seu *Libro* II. *Cap.* 24. *p.* 166.

(*o*) *Laërtium*] *Stobaei* & *Laërtii* loci paullo ante sunt indicati.

(*p*) *Augustinus*] *De civit. Dei Lib.* IV. *C.* 10. *p.* 74. *T.* VII. *Opp.* Hanc autem philosophorum ejus aetatis responsionem *Augustinus* rejicit & stultitiae postulat.

(*q*) *Cicero*] *De natura Deor. Lib.* II. *Cap.* 26. *p.* 2994. *T.* IX. *Opp.*

(*r*) *Hes-*

fac cantum, bellum Mars: ventos producit Aeolus, fluvios Neptunus, fruges Ceres. Quibus positis, sic decernit *Maximus*: Καὶ οὐδὲν μέρος Ὁμήρου ἄθεον, οὐδὲ δυνάστου ἄπορον, οὐδὲ ἀρχῆς ἔρημον, ἀλλὰ πάντα μετὰ θείων ὀνομάτων, καὶ θείων λόγων. καὶ θείας τέχνης. *Nulla pars naturae totius Homero sine Diis est, sine praefecto, sine imperio, sed omnia divinis nominibus, omnia divinis sermonibus, omnia divinis abundant artibus.* Ubi θεῖα ὀνόματα seu *divina nomina*, quae vocat, varia sunt Dei nomina, semet ipsum vimque suam multiformi ratione in variis naturae rebus mundique partibus aperientis & declarantis, quum uno ejus arbitrio & nutu regantur omnia.

Liquet igitur hinc, praeter ista, quorum jam meminimus, Numina, variis mundi regionibus & partibus praeposita, alios fuisse etiam antiquis populis Deos, qui, tametsi pariter nihil essent, quam unius Dei maximi & celsissimi nomina, eum tamen certa tantum ratione sistebant animo, &, tamquam varia munera & provincias obeuntem, variisque donis homines exhilarantem, considerandum exhibebant. Ita *Ceres* summus appellatur Deus, si quidem ut is spectatur, qui fruges distribuit hominibus & largitur. *Bacchus* audit idem, si tamquam vini dator consideratur. *Aesculapii* nomen accipit, quod amissam reddit humano generi valetudinem. Quod mercaturam facientes adjuvare credebatur, id *Mercurii* vocabulum ei peperit. Ex rei militaris administratione nomen *Martis*, ex ventorum gubernatione *Aeoli* invenit nomen. Plura nil opus est exempla producere.

Veterum philosophos & illos, qui sapientia praestabant ceteris, sic reapse poëtarum de Diis fabulas exposuisse, omnesque, quos aut civitatum leges, aut vatum carmina commendabant, Deos ad unum illum summum Deum, quem natura venerari docet, retulisse, non est, cur multis mihi demonstrandum sumam. Nec enim in obscuro latent *Antisthenis*, *Platonis*, *Xenocratis*, *Zenonis*, *Cleanthis*, *Chrysippi*, quem universam Deorum historiam ad res naturales & morales transtulisse, accepimus, *Scaevolae*, Romanorum Pontificis maximi, *Ciceronis*, *Varronis*, *Senecae*, multorumque aliorum de hac re testimonia. Hoc vero an multis notum sit, nes-
584 cio, ipsos saepenumero poëtas ausos esse arcanae hujus secretioris Theologiae mysteria pandere. Qua tamen de re, quae supersunt, fragmenta carminum *Hermesianactis* Colophonii ex Graecis, & *Valerii Sorani* ex Latinis neminem unum dubitare sinunt. (r) *Hermesianax*, praecipua veterum quum enumerasset Numina, ingenue omnia unum esse & eumdem Deum significat:

Πλούτων, Περσοφόνη, Δημήτηρ, Κύπρις, Ἔρωτες,
Τρίτωνες, Νηρῆς, Τηθὺς καὶ Κυανοχαίτης,
Ἑρμῆς θ' Ἡφαίστου τε κλυτὸς, Πὰν, Ζεύς τε καὶ Ἥρη,
Ἄρτεμις ἠδ' ἑκάεργος Ἀπόλλων, εἷς Θεὸς ἐστι.

Pluto,

(r) *Hermesianax*] *Hermesianactis* Colophonii, poëtae nobilissimi, cui signum cives dedicarunt, saepius, nec sine laude, meminit *Pausanias Graeciae Lib.* I. *Cap.* 9. *p.* 23. *Lib.* VI. *Cap.* 17. *p.* 493. *Lib.* VII. *Cap.* 17. *p.* 566. & aliis locis. Meminit ejusdem *Agatharchides* apud *Photium Bibliotheca Cod.* CCL. *p.* 1337. Meminit *Athenaeus Dipnosophist. p.* 597. 599. & alias *ed. Lugd. B.* 1637. *fol.* Memincrunt & alii veterum. Versus citis, qui hic leguntur, ab eorum plerisque laudantur, qui convenientiam religionis Christianae veterisque ethnicae demonstrare conati sunt. Sed, qui factum sit, nescio, ut omnes nomen auctoris omiserint, apud quem hodie leguntur. Ne ipse quidem *Huetius*, qui hoc carmen *Demonstrat. Evangel. Prop.* IV. *Cap.* 10. *p.* 243. in suos apte convertit usus, tametsi diligentissimus sit alioquin in testibus indicandis, cui fragmentum hocce de-

Digitized by Google

Pluto, Perſephone, Ceres, & Venus alma, & Amores,
Tritones, Nereus, Tethys, Neptunus, & ipſe
Mercurius, Juno, Vulcanus, Jupiter, & Pan,
Diana, & Phoebus jaculator, SUNT DEUS UNUS.

(s) *Valerius* ſine ullo circuitu de *Jove omnipotente* pronuntiat:

—— *Deus unus & omnis.*

Quisnam illi fuerit hic *Jupiter*, quem nominat, utrum mundi animam intellexerit, quod *Varroni* viſum eſt, quem novimus idem ſenſiſſe, an vero mentem laudaverit ab omni corpore ſecretam, mundique anima nobiliorem; id in medio relinquo. Viderint hac de re alii. Mihi tamen binis de cauſſis *Valerius Jovem* veriſimile videtur omnes Deos cenſuiſſe: primo, quod is reliquorum omnium naturalium Deorum, id eſt, ſtellarum & daemonum, quos in Diis veteres inferioribus numerabant, parens & conditor haberetur; deinde, quod omnes tam poëtarum, quam civitatum Dii nulli eſſent, quam varia unius Dei vocabula & notiones.

Extremo loco inſignem juvat *Auguſtini* locum afferre; quo quidem cum ceteris copioſius & uberius veterum recenſet Numina, nec paucos commemorat, praeter *ſelectos* illos, Romanorum Deos, quorum ad nos parcior & obſcurior pervenit memoria, tum prudentiores melioresque veterum nil dubitaſſe pronuntiat, quin omnis illa Deorum turba unus eſſet idemque *Jupiter*. Verba haec ſunt: (*) *Ipſe in aethere ſit* JUPITER; *ipſe in aëre* JUNO; *ipſe in mari* NEPTUNUS; *in inferioribus etiam maris ipſe* SALACIA; *in terra* PLUTO; *in terra inferiore* PROSERPINA; *in focis domeſticis* VESTA; *in fabrorum fornace* VULCANUS; *in divinantibus* APOLLO; *in merce* MERCURIUS; *in* JANO *initiator*; *in* TERMINO *terminator*: SATURNUS *in tempore*; MARS & BELLONA *in bellis*; LIBER *in vineis*; CERES *in frumentis*; DIANA *in ſilvis*; MINERVA *in ingeniis*. *Ipſe ſit poſtremo etiam illa turba quaſi plebejorum Deorum: ipſe praeſit nomine* LIBERI *virorum ſeminibus*, & *nomine* LIBERAE *feminarum: ipſe ſit* DIESPITER, *qui partum perducat ad diem: ipſe ſit Dea* MENA, *quam praefecerunt menſtruis feminarum; ipſe* LUCINA, *quae a parturientibus invocatur: ipſe opem ferat naſcentibus, excipiens eos ſinu terrae, & vocetur* OPIS: *ipſe in vagitu os aperiat, & vocetur Deus* VAGITANUS: *ipſe levet de terra, & vocetur Dea* LEVANA: *ipſe cunas tueatur, & vocetur Dea* CUNINA. *Sit ipſe in Deabus illis, quae fata naſcentibus canunt, & vocantur* CARMENTES. *Praeſit fortuitis, vocetur*que FORTUNA. *In Diva* RUMINA *mammam parvulis immulgeat: in Diva* POTINA *potionem immiſceat: in Diva* EDUCA *eſcam praebeat. De pavore infantium* PAVENTIA *nuncupetur; de ſpe, quae venit,* VENILIA: *de voluptate* VOLUPIA; *de actu* AGENORIA: *de ſtimulis, quibus ad nimium actum homo impellitur, Dea* STIMULA *nominetur.* STRENUA *Dea ſit, ſtrenuum faciendo;* NUMERIA, *quae nu-*

(*) De civ. Dei Lib. IV. C. 11. p. 76.

debeamus, aperuit. Viderint ergo, quibus otii copia eſt, quisnam ille ſit, cujus cura hi verſus ad nos pervenerunt.

(s) *Valerius*] *Valerii* verſus *Auguſtinus*, ne perirent, vetuit: cujus ego locum ex *Lib.* VII. *de civit. Dei Cap.* 9. *p.* 131. *T.* VII. *Opp.* totum adſcribam: *In hanc ſententiam etiam quosdam verſus Valerii Soranı exponit idem Varro in eo libro, quem ſeorſum ab iſtis de cultu Deorum ſcripſit: qui verſus hi ſunt:*

Jupiter omnipotens, regum rerumque Deumque
Progenitor, genitrixque Deum, Deus unus & omnis.

Digitized by Google

numerare doceat; CAMENA, *quae canere. Ipſe ſit & Deus* CONSUS, *praebendo conſilia; & Dea* SENTIA, *ſententias inſpirando; ipſe Dea* JUVENTAS, *quae poſt praetextam excipiat juvenilis aetatis exordia: ipſe ſit* FORTUNA BARBATA, *quae adultos barba induit, quos honorare voluerit: ipſe in* JUGATINO *Deo conjuges jungat; & quum virgini uxori zona ſolvitur, ipſa invocetur, & Dea* VIRGINENSIS *invocetur: ipſe ſit* MUTINUS, *qui eſt apud Graecos Priapus, ſi non pudet. Haec omnia, quae dixi, & quaecumque non dixi, hi omnes Dii Deaeque, ſit* UNUS JUPITER, *ſive ſint, ut quidam volunt, omnia iſta partes ejus, ſicut eis videtur, quibus cum placet mundi eſſe animum, ſive virtutes ejus, quae ſententia velut magnorum multorumque doctorum eſt.*

Verum metuo, ne his, quae adhuc diſputavimus, doctiſſimi hominis & in primis laborioſi & diligentis, *Gerhardi Joh. Voſſii*, auctoritas & fama apud plurimos noceat. Quod ne fiat, neceſſarium eſſe arbitror, locum ejus quemdam ex *Opere*, quod *de Theologia gentili* exaravit, in medium afferre, libereque ac ingenue, quid in eo deſiderem, exponere. Igitur, *Veneris* quando res & hiſtoriam perſequitur, haec inter alia (*t*) ſcribit: *Ex philoſophica de Diis doctrina Venus eſt vel Luna, (ut vidimus) vel Lucifer ſive Heſperus: ſed ex poëtica ac civili ſupra hos coelos ſtatuuntur mentes quaedam a ſideribus diverſae, quomodo Jovem, Apollinem, Junonem, Venerem, ceterosque Deos Conſentes conſiderare jubet Apulejus:* Quippe eos, *inquit*, natura viſibus noſtris denegavit, nec non tamen intellectu eos mirabundi contemplamur, acie mentis acrius contemplantes. *Quid apertius hic, quam ab eo per Deos Conſentes intelligi non corpora coeleſtia vel ſubcoeleſtia, ſed ſublimiorem quamdam naturam, nec niſi animis conſpicuam?* Haec *Voſſii* verba ſunt: in quibus quae mihi reprehenſione non carere videntur, nunc ordine commemorabo. Primo quidem vir eruditiſſimus eum hic, tum in toto libro, ex quo locus hic depromtus eſt, philoſophicam veterum de Diis doctrinam, quam *Scaevola*, *Varro*, aliique tenuerunt, non differre pu-

(*t*) *Scribit*] *De Theologia gentili Lib.* II. *Cap.* 31. *p.* 172.

(*v*) *Opinionibus*] Ego vero *Voſſii* doctrinam & ſententiam minus eſſe vituperabilem, quam eam, cui ſeſe hic vir longe doctiſſimus propitium oſtendit, nullus dubito. (I.) Aegre fert, *Voſſium* exiſtimaſſe, eam Theologiam, quam *Varro naturalem* dixit, a *phyſica* non differre Theologia. Atqui *Voſſius* ipſius *Varronis*, ita quum ſentiret, ſententiam expreſſit. Etenim, quod ex *Operum* eius reliquiis, ab *Auguſtino* potiſſimum *Libris de civitate Dei* ſervatis, apparet, omnem de Diis doctrinam ad ſcientiam naturalem revocavit, id eſt, *Jovem* mundum eſſe ſeu animam mundi, Deos reliquos naturae rerum membra, partes, ac proprietates, arbitratus eſt. Atque ipſe *Auguſtinus Voſſii* partes tuetur, docetque, vocabulorum *phyſicus* & *naturalis* eamdem prorſus in hoc argumento poteſtatem eſſe. *Dixerit aliquis*, inquit *Auguſtinus de civit. Dei Lib.* V. *Cap.* 5. §. 3. *p.* 117. *haec duo genera, mythicon &* PHYSICUM, *id eſt, fabuloſum &* NATURALE, *diſcernamus ab hoc civili, de quo nunc agitur.* Nec ego quemquam recordor veterum aliter vocabulo *naturalis* hac quidem in cauſſa uſum eſſe: quare, quae de notione *Theologiae naturalis* apud veteres hic diſſeruntur, praeſidio prorſus & auctoritate carent. (II.) Aſſumit, duo fuiſſe olim Theologiae genera viris ſapientibus uſitata, alterum *phyſicum*, alterum *naturale*, eaque multum diſtincta. Phyſica Theologia applicatio ipſi eſt fabularum, quas de Diis vetuſtas circumtulit, ad res phyſicas & naturales: in qua Stoicos in primis ſollertes & ingenioſos fuiſſe, notum eſt. Naturalem autem Theologiam eorum vocat diſciplinam, qui Deos omnes cenſuerunt unius tantum ſummi Numinis eſſe vocabula, & quidquid olim Deorum exſtitit, ad unum rerum omnium parentem retulerunt. Fuiſſe non diſſiteor, qui has binas Deorum hiſtoriam explicandi rationes ſejunxerunt: ſed plerique tamen eorum, quibus ab uno principio repetere viſum eſt omnia, ſuisque opinionibus publicas religiones accommodare ſtuduerunt, utrumque genus hoc ſimul conſectati ſunt. Idque vel Stoicorum exemplo intelligitur. *Neptunum*, ut exemplum afferam, mare ſignificabat huic ſectae: at eadem ſummi Numinis hoc eſſe nomen ducebat per mare pertinentis. (III.) *Scaevolam*, *Varronem*, omnesque veteris aevi viros ſapientes nil dubitat exiſtimaſſe, unum eſſe Deum, cujus arbitrio & nutu regantur omnia.

Si

putat a phyſica eorum Theologia. In quo vehementer fallitur. Et de phyſica quidem, quam vocavi, priſcorum Theologia inferius commentabor: nunc monuiſſe ſufficiet, philoſophicam de Diis doctrinam non eo ſpectaſſe unice, ut corpora naturalia, & quae ſenſus noſtros attingunt, Deorum forma & habitu donaret, verum hoc in primis dogma inculcaſſe: unum eſſe ſummum Numen, cujus dominatu cuncta tenerentur, quodque ex ſeſe reliquos omnes Deos procreaſſet. Haec philoſophica & ſecretior de Diis diſciplina *Venerem* non, quod doctiſſimus ſibi vir perſuaſit, *Lunam* unice praecipiebat eſſe, aut *Luciferum* & *Heſperum*, verum ſummum quoque & aeternum deſignare Deum, ſive generatim, ſive certa ratione conſideratum, tradebat. Quare, quae *Scaevolae*, *Varroni*, & aliis probavit ſeſe, de Diis philoſophandi ratio non ideo vocatur *naturalis*, quia Deorum nomina & res geſtas ad res naturales accommodabat, verum eo ſenſu, quo *naturalis* id denotat, quod *verum* alioquin & *certum* appellatur. Philoſophia enim illa proprie eſt ſcientia & ratio, quae veritatem nudam & ſimplicem, ipſamque rerum naturam explorat & conſiderat. Neque haec Theologia, de qua loquimur, populi erat, aut ſcenae inſerviebat, ſed mundi virorumque ſapientium, quos mundus continet, diſciplina erat. Itaque non civili tantum, ſed & poëticae oppoſita erat Theologiae, quarum utraque commentis conſtabat & vulgi (v) opinionibus. Deinde hoc etiam in *Voſſio* graviter fero, quod civilem pariter & poëticam vetcrum Theo- 586
logiam philoſophiae fuiſſe cenſet genera. In quo hominis eruditi ingenium & prudentiam in primis requiro. Civilis enim ſeu popularis quae vocatur Theologia, ea nihil aliud, quam lex erat civitatis & rei publicae cujuslibet, populi ſuperſtitionibus & erroribus contaminata: poëtarum vero diſciplina tota nugis, ineptiis, & fabulis referta erat. *Poëtarum iſta ſunt*, *Cotta* inquit apud (x) *Ciceronem*, *nos autem philoſophi eſſe volumus*, *rerum auctores*, *non* (y) *fabularum*. Tertium, idque praeci-

Si copioſus eſſe vellem, multa in hanc ſententiam dicere liceret: ſed ex ſuperioribus facile repeti poſſunt, quae huc pertinent. Ergo hoc tantum moneo, falli magnopere virum egregium, quod *Varronem* & *Scaevolam* eandem ſequutos eſſe viam arbitratur Deorum hiſtoriam exponendi. *Scaevola*, Pontifex maximus, hiſtorice interpretabatur poëtarum fabulas, ſciſcebatque, Deos omnes fuiſſe homines. Haec aperte tradit *Auguſtinus de civit. Dei Lib.* IV. *Cap.* 27. *p.* 84. Unum eſſe Deum, crediderit *Scaevola*, nec ne, an nulla plane religione imbutus fuerit, quum veteres ſileant, incertum eſt. Longe ſecus *Varro*, qui univerſam Deorum hiſtoriam cum ſcientia naturali componebat, nominaque Numinum ad partes naturae rerum trahebat.

(x) *Ciceronem*] *De natur. Deor. Lib.* III. *Cap.* 31. *p.* 3096. *T.* IX. *Opp.*

(y) *Fabularum*] Neque hic ſatis recte *Voſſium* reprehendi, arbitror. Novi, Theologiam civilem & poëticam fabulis innumerabilibus & abſurdiſſimis refertam eſſe: hoc vero quid vetat, quo minus conſtituamus, & populum & poëtas Deos, quos colebant, pro naturis ſeu mentibus habuiſſe ſupra coelos omnes collocatis, & ſumma ibi felicitate fruentibus? Equidem, quamnam fovere aliam de Diis opinionem potuerint, in quibus vel mediocre quondam fuit ingenium, non intelligo: poëtas quoque plerosque non obſcure eam profeſſos eſſe, video. Olympus, quem Dii *Homeri* & reliquorum poëtarum incolunt, regio eſt feliciſſima, longe ſupra coelum poſita, & infinitis affluens deliciis. *Julianus* in *Caeſaribus p.* 307. ὑπερῶ τὸ μετέωρον, *ſummam coeli regionem*, vocat: Τοῖς μὲν Θεοῖς ἄνω κατ' αὐτὸ, φησὶν, ὑπερῶ τὸ μετέωρον.

Οὔλυμπον δ' ἴστι φασὶ Θεῶν ἕδος ἀσφαλὲς αἰεί.

Diis in ſuprema coeli regione diſcumbentibus, olympum vocant,

—— —— *Sedes ubi firma Deorum*
Creditur.

Seneca vero coelum ab olympo clariſſime diſtinguit in *Apocolocynthoſi p.* 681. *T.* I. *Opp. Placet* —— *eum* COELO *intra dies* XXX. *excedere*, OLYMPO *intra diem tertium.* Ad extremum, quare vir doctiſſimus *Voſſium* dicat Theologiam civilem &

Digitized by Google

cipuum, in *Voſſii* verbis vitium eſt, quod ſignificare videntur, non *Conſentes* modo Deos, quibus ſupplicabant veteres, & *ſelectos*, ſed & alios tam poëticos, quam civiles, pro totidem mentibus aeternis & ex ſemet ipſis exſiſtentibus, ſeu naturis conſilio & ratione praeditis, ſupra coelum poſitis, nec ullius imperio ſubditis, olim generatim fuiſſe habitos, neque *Jovem* ceteris Diis, *Apolline*, *Junone*, *Venere*, ſuperiorem & majorem, verum omnibus parem & aequalem, exiſtimatum eſſe. Auctorem hujus ſententiae & principem non alium affert, quam unum *Apulejum*, quem *Platonis* aſſectatorem fuiſſe conſtat. Cujus ne fraudi ſit alicui auctoritas, effectum dabo nunc, ut omnes intelligant, locum ex *Apuleji de Deo Socratis Libro* perperam a *Voſſio* (z) intellectum eſſe. Quamquam hoc ita neminem accipere velim, ac ſi magni hominis exiſtimationi & ſcientiae derogare velim aliquid. Tanti mihi *Voſſius* aeſtimatur, quanti virum aeſtimare decet incomparabili & vaſta eruditione innumerabiliumque rerum cognitione praeditum. Nec idcirco minor erit gloria ejus, ſi magni nominis Philologum non omnes ſcholae Platonicae latebras perreptaſſe, nec minutas quasvis argutias ejus perſpexiſſe, docuero. Fateor, *Apulejum* in iſto *de Deo Socratis Libro*, praeter Deos illos, qui in oculos incurrunt, ſeu
587 ſtellas, aliud Deorum genus laudare, quod oculorum fugiat aciem. In hoc genere duodecim illos *Conſentes*, nec non alios, collocat, quos *animis nos conjectare poſſe* tuetur, *per varias utilitates in vita agenda, animadverſas in iis rebus, quas eorum ſinguli curant.* Verum civilis hujus Theologiae quam parum ſtudioſus fuerit, vel ex eo intelligitur, quod hoc ipſo in loco & nimiam ſuperſtitionem adverſus Deos, & animum a religione omni averſum acque deteſtatur. Conſilium hominis erat, id quod ex toto libro perſpicuum eſt, quae de Diis inter poëtas & in civitatum legibus ferebantur, artificioſe temperare & componere, ne prorſus a vera & naturali de rebus divinis philoſophia, quae omnes ex uno Numine Deos derivabat, abhorrere viderentur. Quumque *Platonem* ſibi ducem in philoſophia delegiſſet, hac etiam in re viam veſtigiis ejus ſignatam deſerere, nefas arbitrabatur. Audiamus hominem ipſum: *Hos Deos in ſublimi aetheris vertice locatos Plato exiſtimat veros, incorporales, animales, ſine ullo neque fine neque exordio, ſed prorſus ac retro aeviternos, corporis contagione ſua quidem natura remotos, ingenio ad ſummam beatitudinem porrecto. —— Quorum parentem, qui omnium rerum dominator atque auctor eſt, ſolum ab omnibus nexibus patiendi aliquid gerendive, nulla vice ad alicujus rei mutua obſtrictum, cur ego nunc dicere exorsiar? quum Plato coeleſti facundia praeditus frequentiſſime praedicet, hunc ſolum majeſtatis incredibili quadam nimietate & ineffabili non poſſe penuria ſermonis humani quavis oratione vel modice comprehendi.* Haeccine ſatis aperte declarant verba, *Apulejum* duodecim Deos *Conſentes*, aeque ac reliqua omnia, quae ſpectari nequeunt, Numina, cenſuiſſe ex uno ſummo Deo, tamquam parente & auctore, natos eſſe? Sed hic quaerat forte aliquis: Quales illi *Platonis* Dii ſint, cum quibus *Apulejus* civiles illos & poëticos Deos, qui his *Ennii* verſiculis conjunctim exhibentur:

Juno, Veſta, Minerva, Ceres, Diana, Venus, Mars,
Mercurius, Jovi', Neptunus, Vulcanus, Apollo,

&

poëticam in philoſophiam convertiſſe, plane me praeterit. Si philoſophi ſunt illi, qui Deum aut Deos mentes eſſe putant ſupra coelum in loco beatiſſimo habitantes, minor erit formicarum, quam philoſophorum, numerus.

(z) *Intellectum eſſe*] Sed aperte cum larvis hic pugnat vir egregius. Ne in mentem quidem veniſſe videtur *Voſſio*, ut omnes Deos *Conſentes* eſſe aequales, nec *Jovem* ullo eorum ſuperiorem pronuntiaret: ſaltem, quae hic caſtigat, verba ejus

& reliquam catervam, seu omnes illos Deos, quos proprie *invisos* dicebant, componere hoc in loco studeat? Cui sic occurro: Illi Dii nulli sunt alii, quam *Platonis ideae*, primae rerum omnium formae & exempla, in mundo, quem *archetypum* vocat, versantes: hic autem mundus divina est intelligentia, altera *hypostasis* divinitatis, ex principe omnium Deo seu monade simplicissima prognata. Ex *Platonis* enim in *Timaeo* (*) sententia *necessarium est, ut hic mundus, qui in sensus incurrit, imago sit alius mundi, quem non nisi animo conspicimus*, ἀνάγκη τόνδε κόσμον εἰκόνα τινὸς εἶναι. Cui scito, quae paullo post consequuntur, adjungo verba: (†) Τίνι δὲ ζώων αὐτὸν εἰς ὁμοιότητα ὁ ξυνιστὰς ξυνέστησε; δὲ μὲν ἂν ἐν μέρος τοῦ προσήκοντος μηδενὶ καταξιώσωμεν· ἀτελεῖ γὰρ ἐοικὸς οὐδέν ποτ' ἂν γένοιτο καλόν· ὃ δ' ἔστι τ' ἄλλα ζῶα καθ' ἓν καὶ ἕκαστα μέρια, τούτοις ὁμοιότατον αὐτὸν εἶναι θετέον· τὸ γὰρ δὴ νοητὰ ζῶα πάντα ἐκεῖνα ἐν ἑαυτῷ περιλαβὸν ἔχει, καθάπερ ὅδε ὁ κόσμος ἡμᾶς ὅσα τε ἄλλα θρέμματα συνίστησιν ὁρατά. *Cujusnam animantium Deus in fingendo mundo similitudinem sequutus est? Nullius profecto, eorum quidem, quae sunt nobis nota animantia. Sunt enim omnia in quaedam genera partita, aut inchoata, nulla ex parte perfecta. Imperfecto autem nec absoluto simile pulchrum esse nihil potest. Cujus ergo omne animal quasi particula quaedam est, sive in singulis, sive in diverso genere cernatur, ejus similem mundum esse, dicamus. Omnes igitur, qui animo cernuntur & ratione intelliguntur, animantes complexu rationis & intelligentiae, sicut homines hoc mundo, & omnia, quae sub adspectum cadunt, comprehenduntur.* Apertum est, *Platonem* cum hic, tum alias mundi hujus intelligentiae soli patentis atque idearum, quibus illum censebat plenum, naturam & rationes perobscure describere. Ex quo evenisse, non mirum est, sectatorum ejus haud paucos tam turpiter in illis lapsos esse, ut species illas rerum tot sibi distincta animalia atque Deos esse persuaderent. In his *Apulejus* est: qui civiles omnes & poëticos populorum Deos, seu universa, quae oculis negabant cerni posse, Numina in mundo isto soli ingenio patenti col'ocata cupiebat, & cum exemplis mundi hujus perverse contendebat. Sed nec solus hic de via deflexit *Apulejus*, verum alii quoque Theologorum hujus ordinis: e quibus *Julianum* nunc Augustum in *Libro Contra Christianos* produco: (§) Θεοὺς ὀνομάζει Πλάτων τοὺς ἐμφανεῖς, ἥλιον καὶ σελήνην, ἄστρα καὶ οὐρανόν· ἀλλ' ἐπεὶ τῶν ἀφανῶν εἰσιν εἰκόνες, ὁ φαινόμενος τοῖς ὀφθαλμοῖς ἥλιος ὃ νοητὸς καὶ μὴ φαινόμενος, καὶ πάλιν ἡ φαινομένη τοῖς ὀφθαλμοῖς ἡμῶν σελήνη καὶ τὰ ἄστρα ἕκαστα εἰκόνες εἰσὶ τῶν νοητῶν· ὁπόσους ἂν τοὺς ἀφανεῖς Θεοὺς ἐννοήσαιμεν καὶ συννοήσαιμεν, καὶ ἐξ αὐτοῦ δὴ δημιουργὸν γνησιώτατος καὶ θεοσεβέστατος ὁ Πλάτων οἶδεν· εἰκότως ἂν φησιν ὁ δημιουργὸς ὁ περὶ αὐτοῦ, Θεοὶ, πρὸς τοὺς ἀφανεῖς λέγων, Θεῶν, τῶν ἐμφανῶν δηλονότι· τοιοῦτος γὰρ ὁ ἀμφοτέρων δημιουργὸς ὅστις ἐστιν, 588
ὁ τεχνησάμενος οὐρανὸν καὶ γῆν καὶ θάλασσαν, καὶ ἄστρα γεννήσας, τὰ τούτων ἀρχέτυπα. *Deos Plato nominat adspectabiles, solem, lunam, astra & coelum. Verum hi simulacra sunt eorum, quae non apparent. Sol, quem oculis intuemur, imago est intelligibilis & non apparentis. Rursum luna, quam oculis cernimus, & unumquodque sidus eorum sunt imagines, quae mente tantum conspicimus. Illos igitur non adspectabiles Deos, qui in opifice exsistunt, ac una exsistunt, quique ab ipso progeniti ac profecti sunt, Plato novit. Jure igitur Platonis opifex*, Dii, *inquit, ad inadspectabiles loquens*, Deorum, *apparentium* ei-

(*) (C. 13. p. 237. ed. Fabric.)
(†) Plato Timaeo p. 30. (Cap. 15. p. 238. Versio Ciceronis est.)
(§) S. Cyrill. contra Julian. Lib. II. p. 65.

ejus nihil omnino, ex quibus hanc aliquis sententiam eliciat, continet.

Digitized by Google

videlicet. Communis autem utrorumque opifex hic est, qui coelum, terram ac mare fabricatus est, & sidera inter ea, quae mente cernuntur, progenuit, quae horum sunt exemplaria. Hanc *Juliani* opinionem confutaturus *Cyrillus*, in haec verba erumpit: (*) Ἔστω δὴ μετὰ τοῦτον ὁ γνησιώτατος ἡμῖν Ἰουλιανὸς τὰς ἰδέας βούλεσθαι παραδηλοῦν, ἃς ποτὲ μὲν οὐσίας καθ' ὑφεστάναι καθ' ἑαυτὰς διαχυρίζεσθαι Πλάτων, ποτὲ δὲ καὶ ἐννοίας εἶναι Θεοῦ διορίζεσθαι· πλὴν ὅπως ποτὲ ἂν ἔχοι, καὶ τοῖς αὐτοῦ μαθηταῖς ἀπαραδέκτους εἶναι φασι τὰς ἐπὶ τούτοις λόγους οἱ τῶνδε τεχνῖται· τὰ δὲ εἰδῆ χαιρέτω, φησὶν ὁ Ἀριστοτέλης· περιττεύματα γάρ ἐστι, καὶ εἰ ἔστιν, οὐδὲν πρὸς τὸν λόγον. *Videtur autem egregius ille noster Julianus per haec ideas nobis significare velle, quas Plato interdum essentias ac per se existere asserit, interdum vero Dei notiones definit. Verum utcumque se res habeat, tamen ab illius discipulis hanc opinionem improbari, dicunt ejus rei periti.* Valeant ideae, *inquit Aristoteles:* argutiae enim sunt; &, ut exsistant, nihil tamen ad rem faciunt. Verum idem *Cyrillus* paullo etiam accuratius & copiosius hoc genus philosophiae in his, quae nunc subjicio, verbis exposuit, quae partem refutationis ejus constituunt: Προσπαίζει δὴ, ὅτι τῆ μὲν ἐμφανῶν καὶ τῆ νοητῶν ἀρμονίας ἐστὶ ὁ τῶν ὅλων Θεὸς, ὁ γῆν καὶ οὐρανὸν τεχνησάμενος· ὅτι τοίνυν, καθὰ καὶ αὐτὸς διομολόγηκεν ἑκουσίως, τέτευκε τὴν κάκεινων ὑφιστορικὸς ἐστιν ὁ αἰώνιος Θεὸς, πῶς ἐξ αὐτοῦ γεγονέναι φησὶν αὐτὰς, συνυπάρχειν τε καὶ ἐνυπάρχειν αὐτῷ· πῶς, εἰπέ μοι, τῷ ἀγενήτῳ Θεῷ συνυπάρξῃ τὸ γενητόν; ἐνυπάρξῃ δὲ πῆ ποτε τρόπου; ἡμεῖς μὲν γὰρ ἀΐδιον ὄντα τὸν ἐκ Θεοῦ λόγον, συνυπάρχειν ἀναγκαίως τῷ Φύσαντι διϊσχυριζόμεθα, καὶ ἐνυπάρχειν μὲν αὐτῷ, προελθεῖν δὲ γνητῶς ἐξ αὐτοῦ· ὁ δέ γε τοῦ Πλάτωνος ἀφελοπεπαίας συνήγορος ἀκεραίους ἀΐδιον μὲν εἶναί φησι τὸν ἀνωτάτω Θεὸν, ἐνυπάρχειν δὲ, καὶ ἐξ αὐτοῦ γεγενῆσθαι μὲν τοὺς παρ' αὐτοῦ γεγονότας, τὰ πάντα κυκῶν καὶ συγχέων. Quorum verborum haec est sententia: *Adlit etiam, universi Deum, qui coelum ac terram condidit, opificem esse eorum, tum quae oculis cernuntur, tum quae animo tantum comprehenduntur. Quando igitur, ut ipse clare professus est, horum & illorum procreator est ingenitus Deus, quomodo ex ipso ortos esse illos praedicat, cumque eo & in eo exsistere? Quonam pacto, amabo te, simul cum increato Deo consistet res creata? inesse vero quanam ratione poterit? Nos enim verbum Dei ingenitum simul exsistere necessario cum patre, asseveramus, & in ipso quidem exsistere, prodire vero per generationem ex ipso. Hic autem Platonicarum tricarum patronus diligens increatum quidem esse ait supremum Deum, exsistere vero in ipso, & ex ipso creatos esse ac ortos, qui ab illo facti sunt.* Ut haec apte disputata sint, nescio tamen, an inducti fuissent illis *Julianus*, ceterique *Platonis* sectatores, ut sententiam, quam adsciverant, dimitterent. Respondissent, nisi fallor: Ideas istas mundi, quem intelligentia tantum comprehendit, sive principis mentis & intelligentiae, ex fonte divinitatis seu principe ejus persona ex omni aeternitate, idque necessitatis lege, emanasse: nec idcirco majori jure inter res factas numerari posse, quam λόγον illum, quem praedicarent Christiani: ex eo vero effici, non ita delirare eos, ac vellent Christiani, qui ideas istas *in* & *cum* prima divinitatis omnis origine & fonte dicerent exsistere. Sed ad *Julianum* redeo, qui alio ejusdem libri loco *Platonis* hanc sententiam pari plane, quo *Apulejus*, modo & ratione ad Numina veterum sigillatim accommodat. Et de *Aesculapio* quidem sic fatur: (†) Ὁ δὲ Ζεὺς ἐκ μὲν τῆς νοητῆς ἐξ ἑαυτοῦ τὸν Ἀσκλήπιον ἐξήνεγκεν· εἰς ἣν ἡ γῆν Διὰ τὴν ἡλίου γονίμου ζωῆς ἐξέφηνεν· ἔστω δὲ καὶ γῆς ἐξ ὑλικοῦ ποιητικῶς πεφυκώς, ἐνσωμάτως μὲν ἐκ κιθαιρώνιος μορφῆς ὡς ἡ Ἐπίδαυρον ἐφάπτη, κ. τ. λ. *Jupi-*

(*) P. 66. (†) Cyrillus contra Julian. Lib. VI. p. 200.

(a) *Alio loco*] Lege in primis *Plotinum Libro de intelligibili pulcritudine Ennead.* V. *Lib.* VIII.

Digitized by Google

piter enim inter ea, quae mente cernuntur, ex ſe genuit Aeſculapium: in terram autem per foecundi ſolis vitam editus eſt. Hic e coelo in terram progreſſus, hominis forma unice quidem circa Epidaurum apparuit. Inde longius provectus, in omnem terrarum orbem ſalutarem dexteram extendit. Sic *Julianus* ille docuit, quem tantopere novimus dogma Chriſtianorum averſatum eſſe de aeterno λόγῳ ſeu verbo humanam carnem in Servatore noſtro *Jeſu Chriſto* induto. Forte erunt, qui poſt natum demum Servatorem Platonicae familiae alumnos eo ſenſim deductos eſſe, ſuſpicabuntur, ut mundum intelligentiae ſoli apertum, quem ſibi fingebant, variis Diis intelligibilibus potentiisque ſempiternis replerent. Sed hi, ut opinor, conticeſcent, ſi *Philonis* locum inſpexerint, quem nunc afferam: ex quo patet, ante *Chriſtum* ſimile 589
quid Platonicis jam arriſiſſe: (*) Εἷς ὢν ὁ θεὸς, ἀμυθήτους περὶ αὐτὸν ἔχει δυνάμεις ἀγωγὰς καὶ σωτηρίους ἕξεις ἡμερίας πάσας· αἱ δὲ τούτων τῶν δυνάμεων ὁ ἀσώματος καὶ νοητὸς ἐπάγει κόσμος, τὸ δὲ φαινόμενον τόδε δεχέτυπον, ἰδέαις ἀοράτοις συμβολὸν, ὅσπερ ἔτος σώματον ὁρατοῖς· καταπλαγήναι δ' ἂν τις τὴν ἑκατέρου τῶν κόσμων φύσιν, ἃ μόνον ὅλως ἐξεθαύμασαν, ἀλλὰ καὶ τὰ κάλλιστα τῶν ἐν αὐτοῖς μερῶν, ἥλιον καὶ σελήνην καὶ τὴν σύμπασαν οὐρανὸν, ἅπερ θεοὺς αἰσθητοὺς θεοὺς ἐκάλεσαν. *Deus quum ſit unus, dici non poteſt, quam multas habeat ſocias potentias, quae ſalutem rerum procurant; quaedam etiam plectunt noxios. —— Per has item potentias ille incorporeus intelligibilisque mundus compactus eſt, exemplar mundi hujus viſibilis, quod conſtat ex ideis inviſibilibus, ſicut hic noſter ex corporibus viſibilibus. Utriusque pulcritudinem admirati quidam, non ſolum ipſos totos conſecraverunt, verum & partes eorum praecipuas, ſolem, lunam, coelum, non veriti eas Deos appellare.* Binos ſoles, duplicem lunam, binos coelos, alterum ſenſibus, alterum uni animo & rationi conſpicuum, *Philo* hic commemorat: quod idem facere *Julianum*, modo vidimus. Ipſe nonnumquam *Plotinus* propius ab hac opinione abeſt. Namque intelligentiae divinae ideas θεοὺς νοητοὺς, *Deos intelligibiles*, nominat. Legatur locus ille, quem ſupra jam adduxi, quo exhortatur homines, ut mentes longe ſupra mundi animam attollant, ad Deos illos, qui animo tantum cernuntur, celebrandos, θεοὺς ὑμνεῖν νοητοὺς, id eſt, ad divinam intelligentiam laudandam, quam (*a*) alio loco unum eſſe ſcribit & multa. (εἷς καὶ πολλά.)

Credo, ex his jam abunde patere, quamnam de civilibus & poëticis veterum Diis ſententiam in *Libro de Deo Socratis Apulejus* foverit. Non ita delirat, ut multos aſſeveret Deos exſiſtere ſempiternos & ex ſe ipſis exſiſtentes, aut plurimas eſſe mentes nullius ex arbitrio pendentes, ſciſcat. Contra in hoc uno totus eſt, ut popularem Theologiam, cum civilem, tum poëtarum, in unam veluti ſocietatem cum naturali, vera & philoſophica doctrina coire jubeat. Ad quod quidem propoſitum *Platonis* adhibet praecepta & inſtituta. Eumdem vero laborem & alii aggreſſi ſunt ex Platonicorum familia tam ante, quam poſt natum Servatorem, Deosque, qui conſpici nequeunt oculis, nullos eſſe re vera, cenſuerunt, quam ſempiternas illas, quae intelligentiae divinae obverſantur, rerum formas, quas partes mundi *intelligibilis* & *archetypi* nominabant. Has autem, id quod notum eſt, ideas exempla non modo cenſebant eſſe & formas, ad quas univerſus ille mundus, quem ſenſibus complectimur, omnesque partes ejus conſtructae eſſent, ſed etiam ita extollebant, ut res omnes inde pendere, & quaecumque haberent, hauſta ex illis

(*) De confuſ. linguar. p. 345.

VIII. *Cap.* 9. *p.* 550. Conf. *Cap.* 3. *p.* 544.

(*b*) Con-

Digitized by Google

illis & accepta habere, decernerent. Portentoſum hoc ſapientiae genus eſſe, nec ſtultitiae abſolvi poſſe philoſophos iſtos Platonicos, qui divinae mentis ideis rerumque omnium exemplis aeternis tam ſecure abutebantur, ut ex illis non tantum naturas ſibi conſtantes, ſed totidem animalia, perſonas, & Deos confingerent, facillime largior. Mirabili ſchola haec flagrabat Deorum numerum amplificandi cupiditate, neque vel leviſſimam praetermittebat occaſionem nova Numina creandi. At ſimul tamen fatendum eſt, eam numquam non praecepiſſe, totam iſtam turbam Deorum ex uno ſummoque Deo & ortam eſſe, & in eo exſiſtere. Neque hoc omittere decet, libere hos Platonicos aliis in locis, quum nulla multitudinis Deorum ratio reddenda eſſet, profeſſos eſſe, ideas illas νοήματα tantum eſſe, ſeu divinae mentis aut principis intelligentiae conceptiones, at multo tamen illis firmiores, conſtantiores, & nobiliores imaginibus & formis, quas humanae ſibi mentes ſolent fingere. Ex quo conficitur, non eſſe has ideas totidem naturas, perſonas aut Deos, multo minus totidem mentes nullius voluntati obnoxias, verum imperfectas tantum unius Dei conſiderationes & (*b*) contemplationes.

Quantam antiquiores populi Dearum Deorumque, quos conſpici poſſe negabant, turbam venerati ſint, praeter Deos illos *Nobiles* & majorum gentium, ſeu *Conſentes* & *Selectos*, *Varronis* jam, *Auguſtini*, & aliorum teſtimoniis demonſtratum dedimus. Erat illis *Dea Alena*, *Deus Vagitanus*, *Dea Levana*, *Dea Cunina*, *Diva Rumina*, *Diva Potina*, *Diva Educa*, *Diva Paventina*, *Dea Venilia*, *Dea Agenoria*, *Dea Stimula*, *Dea Strenua*, *Dea Numeria*, *Deus Conſus*, *Dea Sentia*, *Deus Jugatinus*, *Dea Virginienſis*, *Deus Mutinus*. Quibus ex aliis *Auguſtini* locis plures addi poſſunt Dii Deaeque, nominatim *Deus Deverra*, *Deus Domiducus*, *Deus Domitius*, *Dea Man-*

(*b*) *Contemplationes*] Multo, quam neceſſe erat, resque ipſa patitur, ſubtilius *Apulejum* interpretatur vir eruditiſſimus. Certum eſt, juniores Platonicos, multos ſaltim hujus generis, tam ingenioſe ſtultos fuiſſe, ut Deorum, quos adſpectabiles vocabant, ſolis nimirum, lunae, ſiderumque reliquorum aeternas aſſeverarent formas & ſpecies exſiſtere, easque ſpecies Deorum loco ducerent. Solem ita duplicem ſibi fingit *Julianus* Imperator *oratione in ſolem*, alterum, qui in oculos incurrat, alterum ſolis hujus adſpectabilis aeternum exemplum, cui cernendo ſola ratio apta ſit. Copioſius qui de nugis hiſce cupiunt edoceri, *Proeli* adeant *Theologiam Platonicam*, opus in ſe aridum & ſpinoſum, at rerum Platonicarum cupidis omnino neceſſarium. Verum hoc Platonicae familiae commentum nihil habet cum *Apuleji* de Diis doctrina commune, quam *Libro de Deo Socratis* explicat. *Deos coelites* ſub initium opuſculi hujus diſtinguit *Apulejus* in eos, *quos viſu ujurpamus*, & in eos, *quos intellectu vejligamus*. Illos ſolem, lunam, & omnia ſidera eſſe, docet: de his quidem paullo loquitur obſcurius; verum ſat multa dicit, ex quibus intelligas, de formis hominem & ſpeciebus Deorum adſpectabilium haud verba facere. Primum in hoc Deorum, qui ratione tantum & ingenio conſpiciuntur, numero duodecim illos eſſe, perhibet, qui notiſſimis *Ennii* verſiculis comprehenduntur:

Juno, Veſta, Minerva, Ceres, Diana, Venus, Mars, Mercurius, Jovi', Neptunus, Vulcanus, Apollo.

Si Dii hi nullae eſſent aliae, quam formae Deorum, qui videntur, ſequeretur, *Apulejum* exiſtimaſſe, *Junonem*, *Veſtam*, *Minervam*, & reliqua Numina formas & ideas eſſe ſolis, lunae, ceterorumque ſiderum. Nihil autem veri diſſimilius fieri poteſt. Cujusnam, quaeſo, ſideris *Neptunus* idea eſſet? cujusnam *Mercurius*? Nemo unquam Platonicorum, tametſi nihil tam ſtolidum fingi poteſt, quin hujus generis aliquis id ſomniaverit, ita deliravit, ut eos, quos *Junonem*, *Jovem*, *Mercurium*, *Neptunum* Graeci vocabant, ſtellarum in oculos incurrentium inviſas eſſe formas, ſtatueret. *Apulejum* vero ſigillatim cur in tantam delapſum fuiſſe dementiam credamus, nihil omnino cauſſae eſt. Deinde Deos hoſce, quos ratio contempletur unice, certis hujus orbis rebus praepoſitos eſſe, potentiasque eorum per varias utilitates in vita agenda animadverti, memorat. *Potentiae vero animis conjectatae, per varias utilitates in vita agenda animadverſae in iis rebus, quas ſinguli curant.* Haec quis, quaeſo, verba patet in ſolis, lunae, & ſiderum ſpecies ſeu *Ideas* convenire? Quis unquam ſibi perſuaſit Platonicorum, formas ſiderum certa vitae hujus negotia curare, at-

Digitized by Google

Manturna, *Deus Pater Subigus*, *Dea Mater Prema*, *Dea Pertunda*, *Dea Ruſina*, *Dea Collatina*, *Dea Vallonia*, *Dea Seja*, *Dea Segetia*, *Dea Tutilina*, *Deus Nodotus*, *Dea Volutina*, *Dea Patelena*, *Dea Hoſtilina*, *Dea Flora*, *Dea Lacturtia*, *Dea Matura*, *Dea Runcina*. Sed & alii ſcriptores tam multa memorant alia, quibus nationes ſuperſtitione obligatae ſacra quondam fecerunt, Numina, ut eorum hic inire numerum haud mihi ſit integrum. Quorum quidem alia, ut ex ipſis magnam partem nominibus intelligitur, ſordida nimis, contemta, & abjecta curare putabantur munera; alia tam obſcoenis & foedis praeſidebant officiis, ut eorum tentare interpretationem honeſtas ipſa vetet. Quidquid id eſt, ipſa tamen hanc Deorum quorumdam deformitas & turpitudo ſatis argumenti nobis eſt, μηδὲν ἄθεον, *nihil ſine Deo fieri*, credidiſſe veteres. Tam firmiter enim perſuaſi erant, divinam providentiam ad omnes omnino res pertinere, ut unicuique etiam naturae operi, cuivis mundi parti, ſingulis denique hominum factis & actionibus certum quemdam Deum aut Divam praeponere non vererentur. Ecquis vero ſapientiores inter cos59t exiſtimaſſe putet, omnes hoſce Deos Deasque, qui oculis non patebant, mentes aut naturas eſſe ex infinito tempore ſine ulla cauſſa exſiſtentes, ortus omnis expertes, nec ullius imperio ſubditos? Quis viros ingenio valentes cenſuiſſe credat, verſari in orbe ſempiternam quamdam neque genitam mentem, quae exempli cauſſa nihil aliud curat, quam infantum cunas? aliam, quae hoc unum ſpectet, ut domus recte everrantur? aliam, quae frumenti ſpicas componat, nil agat praeterea? aliam, quae frugum valvulos unice conſtruat? aliam, quae nodos foeni & ſtraminis perficiat? ut de aliis taceam ejusmodi muneribus. Atque haec tam late patet ratio, ut ad illos etiam Deos, quos *Nobiles*, *Conſentes*, & *Selectos* appellabant, ae-

atque virtutes earum in rebus hujus orbis, tametſi ipſae lateant, nec oculis adſpiciantur, animadverti? At commodum & perſpicuum haec omnia ſenſum habent, ſi *Neptunum* verbi cauſſa naturam eſſe credamus ex *Apuleji* mente ab oculis quidem noſtris remotam, at virtutem ſuam in mari & aquis patefacientem, *Vulcanum* naturam conſpectui quidem noſtro ſubductam, at in igne tamen vim ſuam aperientem. His tertium addo, quod ſententiam doctiſſimi viri aperte rurſus labefactat. Statuit is, formas has ſeu ſpecies Platonicorum, quas Deos etiam appellabant, mundo *archetypo* ſeu altera divinitatis perſona concluſas eſſe ex opinione ſectae hujus. Recte, an vero ſecus, alio forte loco videro: nunc nihil eſſe, quod in hac ſententia vituperari queat, aſſumam. Quicumque vero huic opinioni accedit, is peſſime *Apulejum* hic exponi, non poteſt, quin intelligat. Nec enim auctor hic Deos ſuos, quos ſola vult intelligentia inveſtigari, in mundo neſcio quo ſenſ. aut archetypo, ſed in coelo, collocat, & in eo quidem coelo, in quo ſidera infixa ſunt. *Coelites Deos*, id eſt, eos, quibus coelum pro domicilio ſit, partitur in eos, qui videntur, & in eos, qui non videntur. Ergo, qui non videntur, coelum occupent interius, neceſſe eſt. Operae pretium judicavi, diligentius in hanc interpretationem inquirere, cum alias propter cauſſas, tum idcirco potiſſimum, ne pluribus placeat, quod adhuc factum eſt. Solent enim magnorum virorum ſententiae, maxime ſi ſubtilitate ſe commendent, & ex intimis litterarum receſſibus erutae videantur, opinione latius ſerpere, multosque adducere, ut non modo fidem illis habeant, verum etiam ad alias, quas arripiunt, ſententias ſtabiliendas iisdem abutantur. Ex reliquis, quae hic erudite obſervantur, unum *Juliani* locum de *Aeſculapio* expendendum mihi ſumam, quem vir celeberrimus ad confirmandam adducit ſententiam ſuam de *Apuleji* religione. Iſte vero locus prorſus abhorret a doctrina, quam *Apulejo* attribuit. Nec enim *Julianus Aeſculapium* affirmat exemplum ſeu ſpeciem ſideris cujusdam eſſe, ſed duplicem fingit *Aeſculapium*, alterum, quem *Jupiter* in mundo exemplari genuerit, alterum, quem ſol in terris produxerit, ſeu, quod idem eſt, *Aeſculapium*, quem *viſus uſurpet*, ut *Apuleji* verbis utar, & *Aeſculapium*, qui *intellectu tantum veſtigetur*. Ergo hoc quidem ex ejus verbis intelligas, quod aliis etiam ex locis conſtat, rerum omnium, quae cernuntur, Deorum quoque ipſorum, figuras & ſpecies aeternas credidiſſe *Julianum*, nullo vero modo hoc, viſum fuiſſe ei, Deos, quos Graeci & Romani colebant, *Aeſculapium*, *Venerem*, *Jovem*, & reliquos, ideas tantum eſſe Deorum, qui cernuntur, ſive ſtellarum.

Digitized by Google

acquo jure pertineat. Quod ſi enim illi, quos diximus, Dii pro aeternis omnisque principii ignaris mentibus nullo modo haberi poſſunt, quaenam, obſecro, cauſſa vel ratio poteſt afferri, quare hi tam excelſo gradu collocari debeant? Atque huc ſi ventum, idque effectum eſt, nullos horum Deorum mentes fuiſſe ex ſemet ipſis exſiſtentes, ſempiternas, liberrimasque, id ratum etiam atque probatum nobis ſit, neceſſe eſt, cuncta haec Numina vel inde nata eſſe, quod varios divinae rationis & naturae effectus perſonarum habitu veteres induerunt, aut ex eo, quod ſupremi Numinis miniſtros Deorum honore affecerunt. Vidimus jam, eos, qui ceteris accuratius videri volebant ſapere, *Platonique* ſe adjunxerant, *Julianum*, *Apulejum*, & alios non modo *Conſentes* & *Selectos* Deos, ſed & reliquam Numinum inviſorum multitudinem cum exemplis ſive formis rerum, quas divinae menti ab aeterno dicebant obverſatas eſſe, compoſuiſſe. Ex quo apparet, eos in cunctis Diis nihil aliud ſpectaſſe, quam unum ſummum Deum efficienter omnia & in exemplis continentem. Verum aliis viam minus impeditam ſequi placuit & faciliorem. Igitur omnes Deos nomina tantum decernebant eſſe varia ſive notiones ſupremi Numinis, quibus multifariae virtutis ejus ac potentiae patefactiones in hoc orbe occaſionem dederint. Ita (*c*) *Seneca* non modo de *fato*, *natura*, & *fortuna*, ſed etiam de *Libero Patre*, *Hercule*, ac *Mercurio*, quorum antea meminerat, diſerte pronuntiat: *Omnia ſunt ejusdem Dei nomina, varie utentis ſua poteſtate.* *Zeno* vero apud (*d*) *Laërtium* univerſam hoc modo Deorum hiſtoriam interpretatur. Erant & alii, verbo tamen ab his tantum diſſentientes, qui Deos varias eſſe dicebant unius Numinis virtutes & poteſtates, quibus hominum temeritas perſonarum formam & figuram circumdederit. Hac excuſatione Deorum cultores apud (*e*) *Euſebium* (*) utuntur, contendentes, ſeſe ἀποπεῖν τὰς ἀοράτους δυνάμεις αὐτῷ ἕνεκα τῶν, *ſeſe adſpectum fugientes veri Numinis cunctaque venerantis virtutes conſecrare.* Nihilo tamen minus plerique Deum ipſum negabant ubique vim ſuam exercere, ſed conſiliorum ſuorum & operum varios affirmabant habere cuſtodes & adminiſtros, (ὑπηρετικὰς δυνάμεις) quorum fidei & diligentiae varias res naturales, diverſas mundi partes, hominum denique negotia concredidiſſet: quas quidem mentes *daemones* vulgo vocabant. Atque hinc ſaepenumero quoque contigit, ut Dii, quos colebant, pro ejusmodi Dei unius miniſtris ſeu daemonibus haberentur; quod in his *Epicteti* verbis fieri arbitror: (†) Πέμπει ὁ Ζέφυρος πνεῦσαι; ὅταν αὐτὸς θέλῃ, ἢ οὗ βούλεται, ἢ τῷ Αἰόλῳ· οὐ γὰρ τοῦτον ἐπέστησεν ὁ Θεὸς ταμίαν τῶν ἀνέμων, ἀλλὰ τὸν Αἴολον. *Quando Favonius fla-*

(*) Praep. euang. L. III. C. 13. C. 1. p. 121. (†) Arrian. L. I. p. 85.

(*c*) *Seneca*] *De beneficiis Lib.* IV. *Cap.* 8. *p.* 427. 428.

(*d*) *Laërtium*] *Lib.* VII. *Segm.* 147. *p.* 458.

(*e*) *Euſebium*] Sed eo ipſo loco *Euſebius* vanam atque futilem hanc eſſe excuſationem oſtendit.

(*f*) *Horo Apolline*] *Hieroglyphic. Lib.* I. *Cap.* 64. *p.* 77. Conferenda hic erunt, quae ſupra de hoc loco copioſe diſſeruimus.

(*g*) *Iidem*] Teſtis eſt iterum *Horapollo Hierogl. Lib.* I. *Cap.* 13. *p.* 26.

(*h*) *Laërtium*] *Lib.* VI. *Segm.* 37. *p.* 333.

(*i*) *Tis ei*] In hoc vero loco duo mihi videntur obſtare, ne tantae videatur virtutis eſſe, quantam ipſi *Cudworthus* tribuit. (I.) Incertum plane eſt, quale illud ſit animal, quod *Ariſtoteles* coelum, ſtellas, & ſolem obire dicit: utrum Deus ſit, an vero anima quaedam, qualem plurimi veterum in coelo & ejus partibus ineſſe voluerunt. Mihi veriſimillimum videtur, hoc ſibi velle ſcriptorem *Libri de plantis*, animalia ex ſubtiliſſimo illo aethere ſeu animo, coelum, aërem, & ſidera permeante, hauſtos & delibatos habere animos. (II.) Si Deum hoc animal eſſe, quod *Ariſtoteles* memorat, controverſia careret, haud tamen Deus ipſi viſus fuiſſet natura per totam rerum univerſitatem per-

Digitized by Google

flabit? quum ei visum fuerit, o bone, aut Aeolo. Nam te Deus ventorum promum condum non fecit, sed Aeolum.

Haec licet ita sese habeant, duo tamen mihi video praeterea expedienda esse, si quidem universam veterum Theologiam cunctis apertam esse; in primis vero hoc prorsus patere velim, magnam illam, cui veteres sese deditos profitebantur, Deorum copiam magnam partem multis unius summi Numinis constare nominibus, seu, ut uno verbo rem totam complectar, πολυθέϊα nihil esse plerumque, quam πολυωνυμία. Primo mihi ostendendum est, sic omnino persuasum fuisse veteribus, Deum mentem esse toto terrarum orbe diffusam, res omnes permeantem, in rebus omnibus praesentem, cum omnibus denique rebus intime conjunctam. Aegyptiorum sapientes, quod ex (*f*) *Horo Apolline* supra demonstravimus, Deum censebant esse ἓν πάντας κόσμους τὸ διῆκον πνεῦμα, *spiritum per universum orbem permeantem.* (*g*) Iidem praeterea λόγον θεῦ μηδὲν ὅλως συνεστάναι, *sine Deo nihil prorsus consistere*, opinabantur. His tota fere assentiebatur, qua sapiebat, Graecia. Notum est *Diogenis* Cynici, quod scriptum exstat apud (*h*) *Laërtium*, effatum: Αὐτῶν πάντα πλήρη. *Plena sunt ejus omnia.* *Aristoteles*, seu quisquis ille est, cujus *Liber de plantis* ad nos pervenit, Deum non modo docet universum mundum complecti & arcere, sed etiam illud esse interius principium, cujus beneficio vivunt animalia: (*) (*i*) Τίς οὖν ἐστιν ἡ ἀρχὴ ἡ ἐν τῇ ψυχῇ τῶν ζώων; τί ἄλλο, εἰ μὴ τὸ ἔμφρες ζῶον, ὃ τὸν οὐρανὸν περιοδεύει, τὸν ἥλιον, τὰ ἄστρα, καὶ τὰς πλανήτας; *Quid igitur in animalis vita principium est? quodnam aliud, praeter nobile istud animal, quod coelum, solem, stellas, & planetas circuit? Sextus Empiricus Pythagoram, Empedoclem*, totamque scholam Platonicam hac opinione imbutam fuisse, testatur: (†) Μὴ μόνον ἡμῖν πρὸς ἀλλήλους καὶ πρὸς τοὺς θεοὺς εἶναί τινα κοινωνίαν, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὰ ἄλογα τῶν ζώων· ἓν γὰρ ὑπάρχειν πνεῦμα τὸ διῆκον πάντας κόσμους ψυχῆς τρόπον, τὸ καὶ ἡμᾶς πρὸς ἐκεῖνα. *Non solum esse nobis inter nos aliquam & cum Diis conjunctionem, sed etiam cum brutis animalibus. Esse enim unum spiritum, qui instar animae totum mundum pervadat, & nos illis uniat.* De Stoicis *Clementem Alexandrinum* habemus auctorem: (§) Διὰ πάσης ὕλης καὶ λόγὸν θεῖον διήκειν λέγουσι. *Stoici divinum Numen omnem, quantumvis vilem & abjectam, materiam pervadere, affirmant.* Quam eorum sententiam repudiare *Clemens* (*k*) videtur. Quod & (*l*) *Tertullianus* facit, his verbis Stoicorum de Deo irridens opinionem: *Stoici voluut Deum sic per materiam decucurrisse, quomodo mel per favos.* Veteres Indorum Brachmanes ab hac stetisse doctrina, *Strabonis* intelligi-

(*) Lib. I. Cap. 1. (T. IV. Opp. Aristot. p. 492.)
(†) Adv. Mathem. p. 331. (Lib. I. adv. Phys. §. 127. p. 580.)
(§) Protrept. p. 44. (Cap. 5. p. 58. T. I. Opp.)

pertinens, qualem Deum antiquis fuisse visum, *Cudworthus* hic probare nititur, sed natura tantum coelum & sidera circumiens. Nec enim terrae marisque meminit. Taceo, si ista mens esset *Aristotelis*, vitam animalium Dei portionem esse, indignum fore hunc hominem, quem inter Dei professores & religionis amicos referremus. Quidnam enim inter hanc sententiam & impia *Spinosae* portenta interest?

(*k*) *Videtur*] Non videtur *Clemens* hanc Stoicorum opinionem improbare. Tam aperte & severe eam reiicit, ut auctores eius *insignem dedecoris notam philosophiae imprimisse*, scribat: Οἱ κατὰ στοᾶν ἀτιμίαν τῇ Φιλοσοφίᾳ. Nec id certe injuria; tametsi vir doctissimus id agere hic videtur, ut excusatius errasse Stoicos, quam vulgo putant, convincat. Graviter eamdem Stoicorum opinionem de Deo reprehendit idem *Clemens Strom. Lib. V. Cap. 14. p. 699.*

(*l*) *Tertullianus*] *Libro adverf. Hermogenem Cap. 44. p. 149.*

gitur teſtimonio: (*) Περὶ πάντων τῶν Ἑλλήνων ὁμοδοξεῖν, ὅτι μὲν γενητὸς ὁ κόσμος καὶ φθαρτὸς, λέγειν κἀκείνους, ὅ τε δημιουργὸς αὐτῶν καὶ πατὴρ θεὸς διὰ ὅλου διήκειν αὐτόν. *Partim vero cum Graecis conſentiunt, ut, quod mundus ſit creatus & corruptibilis, —— & quod conditor & adminiſtrator omnium Deus univerſum pervadit.* Nec Latini hac in re a Graecis ullo modo ducebant ſibi abeundum eſſe. (*m*) *Seneca* quidem alicubi hanc quaeſtionem proponit: *Utrum extrinſecus operi ſuo circumfuſus ſit Deus, an toti indi-tus?* ſed ipſe tamen (*n*) alio loco dubitationi huic medetur, Deum vocans *divinum ſpiritum per omnia maxima ac minima aequali intentione diffuſum.* (*o*) *Quintiliani* judicio *Deus eſt ſpiritus omnibus partibus immiſtus*, nec non *ille fuſus per omnes rerum*
593 *naturae partes ſpiritus.* Simili modo (*p*) *Apulejus Deum* affirmat *omnia permeare.* Idem auctor: *Nulla res eſt*, inquit, *tam praeſtantibus viribus, quae viduata Dei auxilio, ſui natura contenta ſit.* Et interjectis quibusdam: *Dei praeſentiam*, ait, *non jam cogitatio ſola, ſed oculi & aures & ſenſibilis ſubſtantia comprehendit.* Neque ab hoc dogmate *Servius* alienus fuit, cujus hoc ſcitum eſt: *Nulla pars elementi ſine Deo eſt.* Poëtis hanc plane probatam fuiſſe opinionem, tot loci eorum, quos pauci ignorant, declarant: (*q*) *Jovis omnia plena*; item: (*r*) Μεσαὶ δὲ Διὸς πᾶσαι μὲν ἀγυιαί. *Res omnes naturae partesque mundi omnes Deo plenae ſunt. Virgilii* vero quid notius eſt verſibus?

(†) —— *Deum namque ire per omnes*
Terrasque tractusque maris coelumque profundum.

Poſtremo non poſſum, quin moneam, *Platonem* & *Anaxagoram*, quorum neuter Deum mundo miſcuit, uterque vero mundum prorſus a Deo ſecrevit, ſupremumque Numen ἀδιὰ μεμιγμένον, *nulli rei admiſtum eſſe*, docuit, Deum nihilo tamen minus aſſeveraſſe (§) πάντα κοσμεῖν τὰ πρόγματα, διὰ πάντων ἰέναι, *exornare omnia per*

(*) L. XV. p. 730. (p. m. 677.)
(†) Virgil. Georg. Lib. IV. (v. 222.)
(§) Cratyl. p. 413. (p. 269. ed. Ficini.)

(*m*) *Seneca*] *Libro de otio ſapientis Cap.* 31. *p.* 347. *T.* I. *Opp.*

(*n*) *Alio loco*] Id eſt, *de conſolat. ad Helviam Cap.* 8. *p.* 106. Verum ſi hunc totum attuliſſet locum *Cudworthus*, apparuiſſet, *Senecam* in eo minime conſtituere, quidnam Deus ſit, ſed varias tantum architecti hujus mundi definitiones in medium proferre; quarum quaenam ſit antetenebit, incertum eſſe, an hic ſuam *Quintilianus* ſententiam profeſſus ſit.

(*p*) *Apulejus*] Lege *Librum* ejus *de mundo p.* 68. *edit Elmenhorſtii*, ubi ſcripta, quae hic leguntur, exſtant omnia. Verum non omittere decuiſſet virum doctiſſimum, *Apulejum* paullo poſt hanc abjicere ſententiam, ut divina gloria & majeſtate prorſus indignam, aperteque decernere, quod aliqui etiam ex antiquis eccleſiae doctoribus fecerunt, Deum coelo concluſum, efficientia tantum & virtute rebus omnibus praeſentem adeſſe. Adſcribam ipſa ejus verba: *Quare rectius eſt atque honeſtius, ſic arbitrari, ſummam illam poteſtatem, ſacratam coeli penetralibus, & illis, qui longiſſime ſeparantur, & proximis una eademque ratione, & per ſe, & per alios, opem ſalutis afferre, NEQUE PENETRANTEM atque adeuntem ſpecialiter ſingula, nec indecore attrectantem cominus cuncta. Talis quippe humilitas dejecti eſt & minus ſublimis officii.* Velim cum hoc *Apuleji* loco conferri, quae auctor *Libri de mundo* in eandem ſententiam diſſerit.

(*o*) *Quintiliani*] *Inſtit. orator. Lib.* VII. *Cap.* 3. *p.* 412. Repete hic, ſi placet, ea, quae ſupra in hunc *Quintiliani* locum diſſerui: ex quibus pa-

(*q*) *Jo-*

Digitized by Google

per omnia penetrantem. Quae quidem ſententia proxime ad (*s*) Theologorum Chriſtianorum accedit dogma, qui Deum docent per res omnes ita commeare, ut cum nulla tamen ulla ratione permiſceatur, ὁ θεὸν διὰ παντῶν ἀμιγῶς διήκειν. In eodem, unde haec depromſimus, *Cratylo Plato*, quum docuiſſet, δίκαιον Dei cognomen eſſe, vocabulum iſtud idem eſſe, quod διὰ ἰὸν, id eſt, *res omnes tranſiens*, animadvertit. Atque hac occaſione *Heraclitii* de Deo ſententiam tam ſcite & luculenter exponit, ut nusquam accuratiorem doctrinae ejus hoc quidem in genere memoriam exſtare meminerim. Ac fortaſſis ipſa ſunt *Heraclitii*, quae recitat, verba, ex opere quodam ejus decerpta. Sic autem loquitur: Ὅσοι μὲν οὖν ὑγρὸν τὸ πᾶν εἶναι ὑπειλήφασι, τὸ μὲν πολὺ αὐτῶν ὑπολαμβάνουσι ταὐτόν τι εἶναι, οἷον ὕδωρ ἄλλο ἢ χωρεῖν· διὰ δὴ τοῦτο πάντας εἶναι διέξιον, ὡς ἔοικε πάντα τὰ γιγνόμενα γίγνεσθαι· εἶναι δὲ ταύτην τὴν φύσιν λεπτότατον. εἰ γὰρ ἂν δύνασθ' ἄλλως διὰ παντὸς εἶναι πάντας, εἰ μὴ λεπτότατόν τι ἦν, οὐκ ἂν αὐτὸ μηδὲν κίνειν, οὐδὲ παύειν, ὅτι χρῆσθαι οὐκοῦν ἐοίκασι τῇ ἄλλοις· ἐπεὶ δὲ ἐν ἐπιτροπεύει τὰ ἄλλα πάντα δίκαιον, τοῦτο τὸ ἓν μᾶλλον ἐκλήθη ὀρθῶς δίκαιον, ὀλιγωρίας ἕνεκα τοῦ δ καὶ δύναμιν ἀφελεῖν. *Etenim quicumque totum mobile arbitrantur, plurimum agitari ipſum, exiſtimant, perque omne aliquid permanare, quo ſingula fiant, quodve tenuiſſimum ſit & velociſſimum. Neque enim per omnia diſcurrere poſſe, niſi adeo tenue ſit, ut nihil poſſit obſiſtere penetranti,* 594 *& adeo velox, ut ceteris quaſi ſtantibus utatur. Quoniam vero gubernat omnia δίκαιον, id eſt, diſcurrens & permanans, merito δίκαιον eſt appellatum, & uno politioris pronuntiationis gratia interjecto.* Patet inde, qualis ex *Heraclitii* ſententia Deus ſit, nempe τὸ λεπτότατον καὶ τὸ πύκνον, διὰ παντὸς διῆκον, καὶ ἓν πάντα τὰ γιγνόμενα γίγνεσθαι, *natura ſubtiliſſima & velociſſima, quae totam rerum univerſitatem permeat, per quam, quaecumque fiunt, facta ſunt omnia.* Addit *Plato*, alios ex *Heraclitii* aſſectatoribus naturam hanc, quam modo deſcripſimus, ignem eſſe putare, alios calorem: ipſe vero utramque ſpernit opinionem, *Anaxagoraeque* conſectatur veſtigia, qui Deum eſſe cen-

(*q*) *Jovis*] Hoc *Virgilii* eſſe dictum *Ecloga* III. ſatis notum eſt. Commendant idem pronuntiatum, ut egregium, *Apulejus Libro de mundo p.* 68. & *Auguſtinus de civit. Dei Lib.* III. *Cap.* 9. *p.* 74. *T.* VII. *Opp. Apuleji* verba opinor ante oculos habuiſſe *Cudworthum*, quum haec ſcriberet, quoniam non uni *Virgilio*, ſed multis hoc effatum adſcribit, quod idem *Apulejus* facit: *Hanc opinionem vates ſequuti, profiteri auſi ſunt, omnia Jove plena eſſe.*

(*r*) Μεσαὶ] *Arati* hic verſus eſt ex principio *Phaenomenôn*; quem *Clemens* etiam *Alexandr.* laudat *Stromat. Lib* V. *p.* 708.

(*s*) *Theologorum Chriſtianorum*] *Jo. Damaſceni* verba ſunt, quae hic adducuntur a *Cudworthio*, ex *Libro* I. *de orthodoxa fide Cap.* 13. *p.* 149. *T.* I. *Opp. ed. Lequienii.* Αὐτὸς μὲν γὰρ, inquit, διὰ παντὸς ἀμιγῶς διῆκε, καὶ πᾶσι μετουσίωσι τὴν ἰδίαν ἐνεργείαν κατὰ τὸ ἑκάστου ἐπιτήδειον. *Ipſe enim citra ullam permiſtionem omnia permeat, rebusque omnibus operationem ſuam impertit pro uniuscujusque aptitudine.* Hoc autem *Damaſceni* dogma plerique poſtea tam Graecorum, tam Latinorum Theologorum, quemadmodum multa hujus viri alia, receperunt, quum antea concordibus doctorum ſuffragiis nondum definitum eſſet, utrum Deus virtute tantum & efficientia, an vero ipſa natura, impleret omnia. Liceret mihi hoc non paucis antiquorum doctorum teſtimoniis, ſi permitteret conſilii mei ratio, planum facere. Attamen jam ante *Damaſcenum* ſimili plane ratione *Lactantius* de Deo loquutus fuerat *Inſtit. divinar. Lib.* VII. *Cap.* 3. *p.* 784. *Non perſpexerunt* (Stoici) *divinum quidem ſpiritum eſſe ubique diffuſum, eoque omnia contineri, non tamen ita, ut Deus ipſe, qui eſt incorruptus, gravibus & corruptibilibus elementis miſceatur.* Nec aliter explicandum ego putem *Proſperum Aquitanicum Carmine de providentia v.ſ.* 184-185. *p.* 794. *Opp.* ita de Deo canentem.

Sed nusquam non eſſe Dei eſt, qui totus ubique
Et PENETRAT *mundi membra omnia, vivat & audit.*

Deum dicere *liberum mundi membra penetrare*, quid aliud eſt, quam affirmare, quod *Damaſcenus* ait, Deum *ſine ulla permiſtione mundum permeare?*

Digitized by Google

censuit mentem perfectissimam, nulla re alia admista, quae per omnes tamen res intendat sese & permeet, cuncta scite & egregie componat, fabricetur, & (t) ordinet.

Hoc igitur quum effectum sit, omnes fere veterum sapientes consensisse, Deum esse mentem seu naturam toto terrarum orbe fusam, cuncta permeantem & interius agitantem, omnia denique construentem & disponentem, ecquis, obsecro, magnopere admiretur, si audiat, in variis rerum naturae partibus & membris variis etiam Deum nominibus affectum fuisse, seu, ut (u) *Ciceronis* utar vocibus, *Deum pertinentem per naturam cujusque rei, per terras Cererem, per mare Neptunum* vocatum esse? *Paulus Orosius* certe, cujus exstant *Historiarum Libri*, Deorum amicis oppositi, & *S. Augustino* dedicati, ex hac re magnam fluxisse arbitratur Deorum multitudinem: (*) *Quidam*, inquit, *dum in multis Deum credunt, multos Deos, indiscreto timore, finxerunt.* Quae si valeat sententia, varios veterum Deos existimandum est nihil omnino esse, quam varia unius Dei, multis in rebus diversisque mundi partibus praesentis & operantis, vocabula: non aliter ac unus idemque Oceanus a variis, quae alluit, littoribus diversa quoque adipiscitur nomina.

Sequitur, ut alterum, quod mihi tractandum esse dixi antea, aggrediar, quo tota ratio veteris de Diis doctrinae pateat. Longius, atque dixi, progrediebantur nonnumquam philosophando prisci Theologi, nec contenti erant dixisse, Deum per rerum naturam esse fusum, perque omnia pertinere, quae opinio non omne inter Deum & mundum discrimen tollit, sed *Deum certa ratione esse omnia*, disputabant. Aegyptios, ex quorum scitis reliqui fere omnes populi sua derivarunt de rebus divinis praecepta & instituta, opinione hac imbutos fuisse, venerabile illud antiquitatis Aegyptiae monumentum, templi Saitani inscriptio, quam aliquoties memoravimus, sine controversia declarat: *Ego sum Omne, quod erat,* 595 *quod est, quod futurum est.* Quumque libri, qui *Hermetis Trismegisti* splendent nomine, ubivis, id quod superius vidimus, hoc dogma inculcent, *Deum esse omnia*, non

(*) Lib. VI. C. 1. (p. 416.)

(t) *Ordinet*] In hoc loco *Platonis* illustrando quaedam sumit vir doctissimus, quae, dubium est, an omnes concessuri sint. (I.) *Platoni* de *Heraclito* & ejus sententiis sermonem hic esse, affirmat. At *Plato Heracliti* haud meminit. Ergo conjectura haec est, ex eo unice ducta, quod *Plato* se eorum referre sententiam ait, qui mundum in perpetuo esse motu dicerent. *Fluere omnia*, praecepit, quod notissimum est, *Heraclitus.* Itaque vir doctissimus opinatus est, hanc esse sententiam illam, quam *Plato* exponit. Mihi autem, ut verum fatear, non talis esse videtur haec divinatio, ut controversia plane careat. (II.) Si certum illud esset, quod putat vir doctissimus, *Heracliti* dogma quoddam in hoc loco proponi, aeque tamen certum haud foret, ad Deum illud pertinere. Nam qui tenuissimum & velocissimum aliquid per rerum naturam permeare affirmat, is hoc ipsum velox & tenue, non statim simul necesse est, ut Deum esse putet. Si nulla essent alia, quibus ostendi posset, argumenta, *Heraclitum* Deum professum esse, hoc certe unum, quod subtilissimam aliquam naturam arbitratus est per universitatem rerum pertinere, parum ad religionem ejus probandam valeret. (III.) Illud multo minus ferri debet, quod *Platonem* perhibet scriptum reliquisse, ex Heraclitica familia quosdam hoc velox & tenue pro igne, alios illud idem pro calore habuisse. Nihil est, ex quo ullo jure concludas, apud *Platonem Heracliti* assectatoribus has opiniones fuisse proprias. (IV.) Neque hoc verum est, *Platonem*, rejectis hisce sententiis, *Anaxagorae* opinionem adoptasse. Refert *Anaxagorae* sententiam *Plato*; haud vero sibi eam prae ceteris arridere, profitetur. Doleo, studium opinionum, quibus semet ipsum addixerat vir doctissimus, tantum saepenumero apud animum ejus potuisse, ut in veterum locis cernere sibi multa videretur, quae aliorum oculos & attentionem fugiunt. Haec ipsa veterum dicta, quorum ope probare nititur, Deum plerisque omnibus olim visum fuisse naturam per rerum universitatem fusam & intentam,

Digitized by Google

non contemnendum illis inde argumentum naſcitur, qui hos libros ex toto commentitios eſſe negant, ſed δόξας ſaltim ἐμφατικὰς, *dogmata ex veteris Hermetis ſive Theuti ſapientia* continere, *Iamblichi* nixi auctoritate, tuentur. Ex Aegypto, nullus dubitem, quin *Orpheus* doctrinam hanc ad Graecos tranſtulerit. *Orphica* enim carmina non modo hanc viam maxime ſequuntur, verum etiam *Timotheus* Chronographus univerſae, quam *Orpheus* tradidit, de Deo doctrinae hanc eſſe ſummam, perhibet: *Omnia a Deo facta ſunt*, & *Deus ipſe eſt* (x) *omnia*. Exſtant quoque *Aeſchyli* in hanc rem verſus:

(*) Ζεὺς ἐστιν αἰθὴρ, Ζεὺς δὲ γῆ, Ζεὺς δ' οὐρανός,
Ζεὺς τοι τὰ πάντα, χἄτι τι τούτων ὑπερτέρων.

Et terra & aether & poli arx eſt Jupiter,
Et cuncta ſolus, & aliquid ſublimius.

Ejusdem hoc carmen eſt:

(†) —— Ποτὲ μὲν ὡς πῦρ φαίνεται
Ἄπλαστον ἐμοὶ, ποτὲ δ' ὕδωρ, ποτὲ δὲ γοργωπὸν.
Καὶ θηρὸν αὐτὸς γίνεται παρεμφερὴς,
Ἀνέμῳ, νέφει τε, καὶ σκότῳ, βροντῇ, βροχῇ.

—— *Nunc ut implacabilis*
Apparet ignis, nunc tenebris, nunc aquae
Par ille cerni: ſimulat interdum feram,
Tonitrua, ventos, fulmen, ignes, (y) nubila.

Ex

(*) Grotii Exc. p. 57. (†) Ib. p. 53.

mediocri valent robore ad id, quod effectum cupit, demonſtrandum. Nonnulla enim id tantum inculcant, virtutem & efficientiam Dei rebus omnibus praeſto eſſe: aliqua impiam *Spinoſae* ſententiam complectuntur, qui Deum & materiam flagitioſe miſcuit: alia denique de anima mundi loquuntur. Sed leviter ferendae ſunt in opere praeſtantiſſimo ejusmodi maculae, quae ſemper utilitatis aliquid adjunctum habent, ac cum alia nobis praeſtant, tum magno eos labore levant, qui in veterum opinionibus conquirendis ac dijudicandis ſtudioſi ſunt.

(v) *Ciceronis*] *De natura Deor. Lib. II. Cap. 28.* p. 2996.

(x) *Omnia*] De his omnibus quoniam ſupra late atque copioſe diſputavimus, hic quidem ſilendum eſſe, ducimus.

(y) *Nubila*] Dubito, an ex hiſce verſibus pateat, *Aeſchylum* exiſtimaſſe, Deum eſſe omnia, aut quaslibet mundi partes Dei eſſe membra. De prioris loci ſenſu, quia ex contextu orationis, quae interiit, decerptus eſt, certi aliquid non audeo decernere. At poſterior, non tam abſurdè impium fuiſſe Tragicum hunc, ſatis mihi perſpicue oſtendere videtur, ſi cum proxime praecedentibus conferatur verſibus. Vide, quinam verſus antecedant eos, qui hic exſtant deſcripti:

Χώριζε θνητῶν τὸν θεὸν, μὴ μὰ Δία
Ὅμοιον αὐτῷ, σαρκικὸν πιθοῦ λόγοις·
Οὐκ οἶδα δ' αὐτόν· καὶ μάν εἰς πῦρ φαίνεται, κ.τ.λ.

Sejunge ab omni ſorde mortali Deum,
Nec carne amictum, nec tui ſimilem puta.
Ignotus ille eſt: nunc ut implacabilis &c.

Qui Deum nihil cum rebus corporeis & mortalibus commune habere, tam ſancte aſſeverat, hunccine credibile eſt paullo tamen poſt docuiſſe, Deum orbemque hunc corporeum non differre, &, quae videmus, omnia Deum ipſum eſſe? Equidem nullo mihi modo hoc perſuaſerim. Quocirca hoc

EX Latinis *Lucanus* haec scripta reliquit:

(*) —— *Superos quid quaerimus ultra?*
Jupiter est, quodcumque vides, quocumque moveris.

A quo non dissident (z) *Senecae* loci non uni. *Quid est Deus?* inquit alicubi, *Quod vides, Totum, & quod non vides, Totum.* Alio loco: *Sic solus*, ait, *est Omnia: opus suum & extra & intra tenet.* Neque est, quod putet aliquis, eos ita solos ex antiquis sensisse, qui Deum mundi crediderunt esse animam, mundumque propterea universum, sed anima praeditum, summum esse Deum, judicarunt. Eadem enim & illis opinio placuit, qui Deum spectari jusserunt ut mentem ab omni contagione corporea secretam, mundique anima excellentiorem, seu potius ut naturam simplicissimam, ipsaque etiam mente superiorem & praestantiorem. In quibus quidem *Xenophanes*, *Parmenides*, & *Melissus* fuerunt, qui Deum esse docuerunt
596 unum & omnia, quoniam non fieri censebant posse, quin res omnes, quum ex Deo profectae essent, in eo certo modo fuissent antea, ipseque quodammodo esset omnia. Neque abest ab hoc dogmate is, qui *Dialogum* composuit *Asclepianum*; utpote qui & duo haec, *Unus omnia* & *Creator omnium*, eamdem vim & notionem habere contendit, & res omnes, antequam fierent, in Deo exstitisse, asseverat: *In eo jam tunc erant, unde nasci habuerunt.* Concinunt reliqui *Libri Hermetici*, qui *Deum esse omnia, quae sunt, & omnia, quae non sunt*, decernunt, ejusque sententiae hanc rationem reddunt: Τὰ μὲν γὰρ ὄντα ἐφανέρωσε, τὰ δὲ μὴ ὄντα ἔχει ἐν ἑαυτῷ. *Quaecumque exsistunt, ea ille aperuit; quaecumque autem non exsistunt, ea in sese continet.* Aliis locis Deum perhibet res omnes intra sinum suum abdere & occultare, κρύπτειν πάντα. Simili fere modo *Orphei* carmina, cur Deus sit Omnia, exponunt: πάντα πρῶτα κρύψας, κ. τ. λ. *Quia primo in semet ipso celavit & occultavit omnia, antequam fierent, ac deinceps ex sinu sua protraxit & in lucem protulit.* Idem alio loco ait:

—— Ζεὺς δ' ἐν μητέρι σύμπαν σπέρμα.

Res omnes, priusquam producerentur, in utero Dei latebant (a) *reconditae.*

Hoc autem dogma novam rudioribus suppeditabat multos comminiscendi Deos occasionem, aut verius, multa unius Dei nomina excogitandi, variasque virtutes & perfectiones supremi Numinis personarum habitu & forma induendi. Sed & alia inde manabat in religiones veterum deformitas, eaque multo minus ferenda, nec portenti atque monstri dissimilis. Inanimatas nimirum mundi partes resque naturae ut in personas transformarent, Deorumque ac Dearum nominibus condecorarent, hac una opinione adducebantur. Memini, me supra ex *Moschopulo* observare, Deorum cultores ἐπὶ διάφορα τὸ τι ἢ δύναμιν ἔχον, καὶ ἐπιστατοῦν τούτῳ θεὸν

(*) Lib. IX. v. 580.

hoc dicere voluisse arbitror *Aeschylum*, Deum, tametsi ab humano non comprehendatur ingenio, nec concretionis aliquid corporeae admistum habeat, nec denique hominum ullo pacto sit similis, tamen varia ratione, & diverso habitu adicito, vim & potentiam suam in orbe terrarum declarare: nihil esse rerum, quo Deus non, ut instrumento vindictae suae in malos, utatur: ignem, aquas, feras, fulmina mandatis statim ejus obtemperare, si improborum castiganda sit malitia.

(z) *Se-*

Digitized by Google

Θεὸν ἐκφαίζειν, uno eodemque nomine res ipſas naturales, Deosque, qui rebus illis praeſidebant, appellare ſolitos fuiſſe. Deum, ut exemplis quibusdam negotium hoc illuminem, quem igni artibusque illis, quae ope indigent ignis, praeſidere putabant, *Hephaeſtum* ſeu *Vulcanum* appellabant, ſed ipſum etiam ignem hoc nomine afficiebant. Nomen *Demeter* ſeu *Ceres* non modo Numen illud deſignabat, quod frumentum & fruges largiri hominibus credebant, ſed ipſum quoque frumentum hoc nomine veniebat. *Dionyſus* ſeu *Bacchus* & Deum vini largitorem & ipſum vinum ſignificabat. Idem in *Venere*, *Minerva*, & *Muſis* contigiſſe, obſervat *Moſchopulus*, ſubjicitque, ſic omnia Deorum vocabula olim eſſe uſurpata. Eumdem *Arnobius* morem in *Libris contra gentes* reprehendit: (*) *In uſu ſermonis veſtri* Martem *pro pugna appellatis*, *pro aqua* Neptunum, Liberum Patrem *pro vino*, Cererem *pro pane*, Minervam *pro ſtamine*, *pro obſcoenis libidinibus* Venerem. Equidem haud negem, factum hoc interdum fuiſſe ex lege figurae illius, quam rhetores *Metonymiam* vocant, cauſſamque rerum efficientem ſeu principium, quod moderatur & agitat omnia, loco effectus ſeu rei illius, quae gubernatur & agitatur, nonnumquam nominatum eſſe. Ita bellum ſaepenumero *Martem* videmus appellari. Nec aliter putem intelligi debere notiſſimum *Terentii* enuntiatum: *Sine Cerere & Libero friget Venus.* *Plutarchus*, cui vehementer diſplicent hae loquendi formulae, qui principes ita loquuti ſunt, eos figurate loquutos eſſe, autumat: (†) *Ὥσπερ ἡμεῖς τὸν ἀνούμενον βιβλία Πλάτωνος ἀνεῖσθαί φαμεν Πλάτωνα, καὶ Μένανδρον τὸν ὑποκείνεσθαι τὰ Μενάνδρου ποιήματα ὑποκρινόμενον· οὕτως ἐκεῖνοι τοῖς τῶν θεῶν ὀνόμασι τὰ τῶν θεῶν δῶρα καὶ τιμὰς καλῶν τὸν ὠφελοῦντα, τιμῶντες διὰ χρείας καὶ σεμνύνοντες.* *Sicuti nos eum, qui libros Platonis emit, emere Platonem dicimus, & Menandrum agere, qui poëma Menandri agit: ita illi nomina Deorum liberaliter donis ac operibus Deorum tribuerunt, ob utilitatem ea honorantes atque exornantes.* At ſenſim tamen homines ineptos & rerum imperitos, haud ſine magna erga Deum impietate, his loquendi modis turpiter abuſos fuiſſe, eosque a priſtina plane deflexiſſe innocentia, non inficiatur: (**) *Οἱ δ' ὕστεροι ἀπαιδεύτως καὶ ἀμαθῶς ἀναπλήσαντες, ἐπὶ τοὺς θεοὺς τὰ πάθη τῶν καρπῶν, καὶ τὰς παρουσίας τῶν ἀναγκαίων καὶ ἀποκρύψεις, θεῶν γενέσεις καὶ φθορὰς οὐ προσαγορεύοντες μόνον, ἀλλὰ καὶ νομίζοντες, ἀτόπων καὶ παραλόγων καὶ ταραττομένων δοξῶν αὐτοὺς ἐνέπλησαν.* *Sed poſteri horum imperite ac indocte iſta accipientes, inepteque in ipſos Deos detorquentes, ea, quae frugibus accidunt, alias exorientibus, alias occultatis, Deorum ortus interitusque non vocando duntaxat, ſed etiam ſic habere rem arbitrando, ſe ipſos abſurdis, impiis tumultuoſisque opinionibus obruerunt.* Optime *Plutarchus* tam Graecorum, quam Aegyptiorum caſtigat populum, quod in ſacris ſuis lamentis luctuque plenis imprudenter prorſus & abſurde Diis attribueret ea, quae terrae fructibus accidere ſolent: ex quo evenit, ut Deorum ipſorum loco fruges poſtea haberentur. Haec licet ita ſint, conſtat tamen, veteres, qui inanimatas mundi partes resque naturales Diis connumerarunt, non ſemper id metonymiae feciſſe lege, verum alio etiam modo: de quo *Ciceronem* juvat audire, ſic verba facientem: (††) *Tum illud, quod erat a Deo natum, nomine ipſius Dei nun-* 597

(*) Lib. V. (extremo p. 236.) (†) De Iſid. & Oſir. p. 379. (**) Ibid.
(††) De nat. Deor. Lib. II. p. 222. (C. 23. p. 2987.)

(z) *Senecae*] Prior locus exſtat *Natural. Quaeſt. Lib.* I. *Praef.* p. 485. *T.* I. *Opp.* alter *de beneficiis Lib.* IV. *Cap.* 8. p. 427.

(a) *Reconditae*] De his *Orphei* verſibus, qui apud *Proclum*, *Juſtinum M.* & alios leguntur, nec non de re ipſa, quam in his verſibus & *Hermetis* libris expreſſam eſſe, *Cudworthus* tradit, ſupra jam ex inſtituto actum eſt.

Digitized by Google

nuncupabant, ut quum fruges Cererem *appellamus, vinum autem* Liberum; *tum autem res ipſa, in qua vis ineſt major, ſic appellatur, ut ea ipſa res nominetur Deus.* Phile, praeter hunc, moris fuiſſe antiquis gentibus, perhibet, res corporeas & anima carentes Diis primum aggregare, deinceps vero talia illis nomina imponere, qualia perſonis conveniunt unice: (*) Ἐκπεθεώκασι γὰρ οἱ μὲν τὰς πάσας ἀρχὰς, γῆν, καὶ ὕδωρ, καὶ ἀέρα, καὶ πῦρ, οἱ δ' ἥλιον, καὶ σελήνην, καὶ τοὺς ἄλλους πλανήτας καὶ ἀπλανεῖς ἀστέρας, οἱ δὲ μόνον τὸ ὑφηγοῦν, οἱ δὲ σύμπαντα κόσμον· τὸ δὲ ἀνωτάτω καὶ πρεσβύτατον, τὸ γηγενῆ, τὸ ἀρχοντα τῆς μεγάλης πόλεως, τὸ στρατάρχην τῆς ἀηττήτου στρατιᾶς, τὸ κυβερνήτην, ὃς οἰκονομεῖ σωτηρίως ἀεὶ ἅπαντα, παρεκαλύψαντο, ψόφοις πολυτρόποις ἐκείνους ἐπονομάσαντες, ἕτερος ἑτέρως· καλοῦσι γὰρ τὴν γῆν Κόρην, Δήμητρα, Πλούτωνα, τὴν δὲ θάλασσαν Ποσειδῶνα, δαίμονας ἑκατὸν ὑπαρχους αὐτῷ στρατοπεδάρχους, κ. τ. λ. Ἥραν δὲ τὸν ἀέρα, καὶ τὸ πῦρ Ἥφαιστον, καὶ ἥλιον Ἀπόλλωνα, καὶ τὴν σελήνην Ἄρτεμιν, κ. τ. λ. *Alii quatuor elementa conſecrata ſuis decretis colunt tamquam Numina, terram, aquam, aëra, & ignem, alii ſolem ac lunam, ceteraque ſidera tum fixa, tum errantia, alii coelum, alii mundum univerſum: at illum ſummum antiquiſſimumque parentem, illum magnae civitatis principem & imperatorem invicti exercitus, omnia gubernantem ſalubriter, ſilentio texerunt, iſtis falſo nominatis imponendo alias alia vocabula. Vocant enim terram Cererem, Proſerpinam, Plutonem, mare Neptunum, in cujus famulitium fingunt turbas maximas geniorum ſexus utriusque. Sic aërem Junonem, ignem Vulcanum, ſolem Apollinem, lunam Dianam.* Non ego diffiteor, fuiſſe inter veteres, qui quatuor elementis, ſoli praeterea, lunae, ceterisque ſtellis ſuos ineſſe animos, cenſuerint, hasque omnes propterea naturas hoc nomine in Diis habendas eſſe, judicaverint. *Ammianus* (*b*) *Marcellinus*, qui *Julianum Spiritus elementorum* coluiſſe refert, hos ſine dubio animos, quos diximus, intellexit. At ſunt tamen nihilominus, quae partes etiam mundi mentis atque animae inopes pro Diis fuiſſe a multis habitas, extra omnem controverſiam collocant. Ipſe *Plato*, qui in *Cratylo* nomen *Dionyſus* interpretatur *largitorem vini*, alioque loco (†) fruges, quas terra producit, τοῦ Δήμητρος δῶρα, *dona Cereris*, appellat, tantum tamen popolari indulget alias loquendi uſui, ut vinum aqua temperatum in vitro ſive calice Deum nil nominare vereatur. Civitatem nimirum ſimilem eſſe oportere praecipit (§) κρατῆρος, ἐν μανέρι μὲν οἴου κεχυμένου ζέειν, κολαζόμενον δὲ ὑπὸ νήφοντος ἑτέρου θεοῦ, καλοῦ κοινωνίαν λαβόν, ἀχράντῳ πόμα καὶ μέτριον ἀπεργάζεσθαι, *pateraе, in qua merum, quod primo infuſum bullit, at ſtatim alterius Dei* (aquae nimirum) *ſobrietate caſtigatum atque optime temperatum, bonus & moderatus potus efficitur.* *Cicero*

(*) De Decal. p. 751. 752. (†) De leg. p. 788. (Lib. VI. p. 625. ed. Ficini.)
(§) De leg. Lib. VI. (p. 622.)

(*b*) *Marcellinus*] Locum ſine dubio hunc indicat, qui *Hiſtor. Lib.* XXI. *Cap.* 1. *p.* 263. legitur: *Elementorum omnium ſpiritus, utpote perennium corporum, praeſentiendi motu ſemper & ubique vigens, ex his, quae per diſciplinas varias affectamus, participat nobiſcum munera divinandi.* Explicat his in verbis *Ammianus*, unde divinatio futurarum rerum ſuo quidem judicio ad homines perveniat, atque a *ſpiritu elementorum* omnem futura praedicendi virtutem proficiſci, ſignificat. Hic autem *ſpiritus elementorum*, niſi me fallunt omnia, mundi eſt anima, per totam rerum univerſitatem, quae quatuor conſtat elementis, pertinens. Fallitur ergo vir doctiſſimus, (1.) quod *Ammianum* de *ſpiritibus elementorum* loqui perhibet. Unius tantum ſpiritus meminit. (2.) Quod *Julianum* hos *ſpiritus elementorum* placaſſe victimis, auctore *Ammiano*, tradit. Nihil ejus rei exſtat apud *Ammianum*. Ita ſaepe memoriae imbecillitas doctiſſimos quoque viros in errores inducit.

(*c*) *Sophoclis*] Vid. ex *Stobaeo Hugo Grotius in Excerptis veter. Comic. & Tragicor. p.* 66.

(*d*) *Sacravit*] Erudita licet ſit haec tota doctiſſimi hominis diſputatio; haud tamen dubito, quii.

Digitized by Google

Cicero praeterea claſſibus Romanis praefectos, antequam e portu ſolverent, ſacrificium offerre conſueviſſe fluctibus, memoriae prodidit. Sed de his uberius in ſequentibus. Rerum naturalium affectiones & proprietates in Deorum vulgo numero quondam habitos, nominibusque perſonas decentibus cohoneſtatas eſſe, omni vacat dubitatione. Tempus verbi gratia in *Electra* (*c*) *Sophoclis* Deus ſalutatur: χρηστὸς γὰρ ἡμὲρης θεὸς. *Numen clemens eſt longa dies.* Idem honos amori habetur a *Platone*, qui neminem poëtarum hymnum amori cecinisſe demiratur, τῷ Ἔρωτι, τηλικούτῳ ὄντι καὶ τοιούτῳ θεῷ, *Amori, tanto tamque excellenti Deo.* Quamquam in *Philebo*, quum *Protarchus* voluptatem Deam ſalutat, hoc a ſe impetrare non poteſt idem *Plato*, ut hac quoque in re vulgi ſermonem imitetur: (*) Τὸ μὲν ἐμὸν αἰεὶ, ὦ Πρώταρχε, αἰεὶ σεβὲς τὸ τῶν θεῶν ὀνόμασιν ὂν ἔτι κατ' ἄνθρωπον, ἀλλὰ πάντα δὴ μεγίστην φόβον· καὶ νῦν τὴν μὲν Ἀφροδίτην, ἣν ἐπαινῶ φίλον, ταύτην προσαγορεύω, τὴν δ' ἡδονὴν οἶδα ὡς ἐστὶ ποικίλον. *Reverentia vero mihi ſemper, o Protarche, erga Deorum eſt nomina, non* 593 *humana quaedam, ſed maximum quemque timorem exſuperans. Et nunc quidem Venerem, quemadmodum ipſi gratum eſt, eam appello: voluptatem vero rem eſſe variam & multiformem, ſcio.* Hoc igitur ratum haberi debet, veteres certo quodam ſenſu mundi partes naturaeque membra in Deos & Numina transformaſſe. Cujus ego conſuetudinis hanc principem eſſe cauſſam arbitror, quod Deum non modo res omnes penetrare & permeare, per totam rerum naturam fuſum eſſe, in omnibus denique & in omnia vim ſuam exercere, perſuaſum haberent, verum etiam Deum certa ratione omnia eſſe, putarent. Namque hanc non aptius exiſtimarunt exprimi poſſe ſententiam, quam ſi naturae partibus perſonarum accommodarent habitum, Deorumque & Dearum iisdem poſtea nomina imponerent. Duo vero rerum genera, ſi a majoribus mundi partibus diſcedas, prae reliquis hanc gloriam adepta ſunt; primo illa, quae eximiam quamdam humano generi utilitatem afferunt: *Multae aliae*, inquit *Cicero*, (†) *naturae Deorum ex magnis beneficiis eorum non ſine cauſſa a Graeciae ſapientibus & a majoribus noſtris conſtitutae nominataeque ſunt.* Rationem moris hanc continuo ſubjicit: *Quia, quidquid magnam utilitatem generi afferret humano, id non ſine divina bonitate erga homines fieri, arbitrabantur.* Deinde illa, quae magnam in mentibus hominum excitant admirationem, & portentorum quamdam prae ſe ferunt ſpeciem. Quo *Senecae* verba pertinent: (§) *Magnorum fluminum capita veneramur. Subita & ex abdito vaſti amnis eruptio aras habet. Colantur aquarum calentium fontes, & ſtagna quaedam vel opacitas vel immenſa altitudo* (*d*) *ſacravit.*

Cete-

(*) P. 12. (p. 72.) (†) De nat. Deor. Lib. II. p. 222.
(§) Ep. XLI. (p. 101. T. II. Opp.)

quin multi eam parum ad perſuadendum potentem eſſe opinaturi ſint. Haeret ea in eodem, in quo multae aliae libri hujus partes, vitio. Vir nempe doctiſſimus religionem veterum populorum & privatorum quorumdam hominum de hac religione ſententias ſemper miſcet, & ex hujus vel illius poëtae aut philoſophi ſenſu ſacra aeſtimat Graecorum & Romanorum publica. Totus hic in eo eſt, ut veteres populos Dei virtutes, naturae rerum partes, aliaque id genus in perſonas convertiſſe, Deorumque nominibus appellaſſe doceat: ex quo deinceps apertum fieri poſſe putat, omnia veterum Numina ad unum poſtremo Deum referri. neque tot fuiſſe, quot vulgo putant, Graecis & Romanis Deos. Quanam vero, quaeſo, ratione, ut id credamus, a nobis impetrare ſtudet? (1.) Locos quosdam *Ciceronis*, *Philonis*, & aliorum adducit, ex quibus Stoicos & alios quosdam philoſophos apparet Deorum nomina ad partes hujus univerſitatis traxiſſe, narraſſeque diſcipulis ſuis, *Cererem* eſſe terram, *Bacchum* eſſe vinum, aethera eſſe *Junonem*, ſapientiam eſſe *Minervam.* Itane vero fugere poterat virum egregium, Stoicos, & quotquot cum illis hac in re concordes fuerunt,

Digitized by Google

599 Ceterum haec veterum ratio, qua certo quodam modo rebus naturalibus, nec modo ipsis naturis anima vacuis, sed etiam harum naturarum proprietatibus & affectionibus personarum & Deorum formas & habitus injecerunt, vere atque proprie *physica* est, quae vocatur, antiquorum *Theologia*. Hujus autem Theologiae non minima pars sub ipsis abscondita latet fabulis, quas de Diis poëtae commenti sunt. *Eusebius* quidem omnes veterum fabulas heroum historiam resque gestas continere censet; at sensim, quum intellectum esset, cum Deorum infamia & irrisione narrationes has conjunctas esse, exstitisse aliquos, qui rerum naturalium rationes in illis investigare, & ad physicorum mysteria eas traducere contenderint: (*) Τοιαῦτα ἂν τὰ τῆς παλαιᾶς Θεολογίας, ἣν μεταβαλόντες τίνες πυκνὰ καὶ πρώην ἐπιφυόντες, λογικώτερόν τι φιλοσοφεῖν αὐχοῦντες, πλείω φυσικωτέραν τῶν περὶ Θεῶν ἱστορίαν δέξαν εἰσηγήσαντο, συμπεπλεγμένας ἀμέτρως μύθοις μεθερμηνεύσαντες, κ. τ. λ. Ἐπεχρεῶσαν δ' ἂν ὅμως οἶδε τὸ πρᾶγμα

(*) Praep. euang. Lib. III. C. 6. (potius Lib. II. C. 6. p. 73.)

paucorum tulisse suffragia, & a viris sapientibus irrisos fuisse? Docet hoc praeclare *tertius Ciceronis de natura Deorum Liber*; ut de aliis taceam, ex quibus idem intelligitur, auctoribus. Gravius etiam antiqui Christianae ecclesiae doctores, *Arnobius*, *Lactantius*, *Eusebius*, *Augustinus*, & alii, in eorum invecti sunt dementiam, qui Deos, quos multitudo colebat, ipsas esse res naturales, personarum forma & habitu vestitas, praecipiebant. Scilicet privata haec tantum est quorumdam interpretatio religionum publicarum, quam ratio negat cum ipsa religionis natura confundi debere, nec multi olim suscepterunt. Siccine vero licet ratiocinari? Stoici & alii veterum *Cererem* terrae nomen esse, *Neptunum* maris, *Vulcanum* ignis, censuerunt. Ergo ita sese res omnino habet. Ergo veteres istis vocabulis nil nisi membra tantum universitatis huius indicarunt. Equidem hac argumentatione parum commoveor. Triplex omnino fuit ratio, quae multos adduxit veterum, ut hac via religiones interpretarentur. Primum aliqui suis de religione dubitationibus hoc modo medebantur. Non tam erant a ratione aversi viri sapientes, quin inepta esse & Diis indigna, quae publice ferebantur a sacerdotibus, intelligerent. Religionem igitur quamdam prudentum aliqui eorum circumspiciebant, &, quo animis in varia tractis opem ferrent, nec tamen omnia sacra tollerent, omnem Deorum cultum ad scientiam naturalem, reluctante licet re ipsa & historia, trahebant. Hic *Varronis* & aliorum fuit animus, quos omnes constat Deos in mundo, in anima mundi, variisque mundi partibus reperisse. Alii hanc rationem idcirco ingrediebantur, ut disciplinas, quas profitebantur, a sacris & religionibus publice receptis non dissare, convincerent. Haec causa Stoicos in primis urgebat, qui suum esse ducebant, ostendere, in poëtarum fabulis & Deorum historiis omnia fuisse jam, antequam *Zeno* nasceretur, Stoica; non secus ac hodie quidam cum *Jac. Tollio*, quidquid unquam de Diis scriptum est, Chymicorum mysteria continere, somniant. Alii denique, quo Judaeorum, & postea Christianorum adversus Deos argumentis occurrerent, commentitiis ejusmodi explicationibus operam dabant; quarum tamen levitatem sine negotio perspiciebant, qui rebus Christianis praecerant. (II.) Poëtas ostendit res saepenumero inanimatas, notiones etiam interdum abstractas in personas commutasse, nec de illis aliter, quam de naturis per se exsistentibus Diisque, loquutos esse. Ita est omnino. Et olim hic mos poëtis fuit, & hodie est. Quis vero sibi persuadeat, hoc argumento nobis esse posse, nomina Deorum vocabula tantum esse variarum naturae partium, veteresque, ut Deum esse omnia significarent, universitatis huius membra Deorum habitu & forma donasse? Mihi quidem, ex poëtarum figuris veterum de Diis opiniones metiri velle, aeque videtur esse praeposterum, ac si Turca hodie aut Judaeus aliquis ex nostrorum vatum carminibus, in quibus fides, spes, pietas, concordia loquentes non raro inducuntur, efficeret, virtutes istas Deorum aut heroum loco a nobis coli, aut, ut accommodatius ad rem praesentem loquar, si ex *Torquati Tassi*, *Petrarchae*, *Marini*, & aliorum audaciissimis figuris cogeret aliquis, sanctos illos, quos coetus Romanus veneratur, non esse homines, sed vocabula tantum variarum perfectionum atque virtutum in *Maria* virgine & sponso ejus *Joseph* olim manifestarum. Hac tamen occasione facere non possum, quin eos breviter moneam, qui veterum poëtarum lectione gaudent, & ex illis antiquarum religionum naturam eruunt, incertum mihi visum esse vates illos attente legenti, an in omnibus illis locis, in quibus rerum in personas transformationes interpretes deprehendunt, ejusmodi figurae sint reconditae. *Hesiodus* inter filios ex Nocte progenitos multos nunc-

Digitized by Google

τελεὸν ἁμάρτημα ἀνθρωπίδης, ἐπὶ φυσικὰς ἀηγήσεις ἢ ἱστορίας τὰς μύθους μετασκευάσαντο. *Atque hujusmodi fuit priscorum hominum Theologia, quam nuperi quidam, heri ac nudius tertius exclusi, sic immutarunt, ut subtiliorem nescio quam philosophandi rationem jactantes, rerum scilicet naturae propiorem de Deorum historia opinionem invecherent, & honestiorem aliquam novorum commentorum speciem fabulis attexerent: hoc nimirum sequuti, ut nec omnino a scelerata majorum suorum impietate discederent, nec omnino tamen ex illorum religionibus exsistentem consecratorum Numinum improbitatem paterentur. Hi ergo, quum semel patrium errorem quoquo modo procurare statuissent, ad naturalium caussarum atque rationum explicationem fabulas traduxere.* Certe veteris historiae partem non exiguam in commentis poëtarum de Diis abditam latere, nemo sapiens negaverit: recentiores quoque Deorum patronos, *Porphyrium* exempli caussa, & alios, plurimis antiquas fabulas sensibus onerasse, quorum nihil umquam poëtis in mentem venerat, quos rerum potius vocabula dixeris, quam personarum, *Theogoniae vs.* 224. *p.* 46. *s.*

—— Μετὰ τὴν Ἀπάτην τέκε καὶ Φιλότητα,
Τερπὸς τ' ἀλείβοον, καὶ ἔρον τέκε πικρεμέτυμον·
Αὐτὰρ Ἔριν στυγερὴν τέκε μὲν Πόντου ἀλγινόεσσα.

—— *Post hanc fraudem enixa est & amicitiam,*
Seniumque noxium & contentionem peperit pertinacem.
Ceterum contentio odiosa peperit quidem laborem molestum.

Idem de Stygis censeas filiis, quos *vs.* 383. *p.* 69. idem poëta refert:

Στὺξ δ' αὖτε, Ὠκεανοῦ θυγάτηρ, Πάλλαντι μιγεῖσα,
Ζῆλον καὶ Νίκην καλλίσφυρον ἐν μεγάροισι,
Καὶ Κράτη, καὶ Βίην, ἀριδείκετα γείνατο τέκνα.

Styx vero peperit, Oceani filia, Pallanti mista,
Zelum & Nicen formosam in aedibus.
Et robur atque vim, praeclaros peperit filios.

Aeschylus in *Prometheo vincto*, & *Callimachus Hymno in Jovem p.* 66. *s.* potentiam & robur satellites esse Jovis, perhibent:

Οὐ σὲ Θεῶν ἰσόπαλα πάλαι θέσαν, ἔργα δ' ἀχειρῶν,
Σὴ τε βίη, τό, τε κάρ θ', ὑπὸ κεῖσαι ἀφαυρά.

Non te Deorum regem fatales constituerunt, sed opera manuum,
Tuaque potentia & robur, quod etiam collocasti prope sedem tuam.

Interpretes in his similibusque locis *prosopopoeias* esse, poëtasque de rebus & notionibus animae non secus, ac si personae essent, cecinisse, tradunt. Ego vero, num his fides sit omnino habenda, spreverint, nihil mihi commovebunt indignationis: nec enim is ego sum, qui me putem omnibus veterum fabularum nodis expediendis parem esse: attamen, si cui placuerit ad ipsos eam poëtas applicare, is forte, nisi aliis laboret anteceptis opinionibus, non minus in ea probabilitatis esse, sentiet, quam in aliorum est, quibus veteres poëtae obruuntur, divinationibus. Ceterum alium mihi magis acquiorem datum iri locum, spero, quo alia nonnulla de veterum Deorum nominibus & cognominibus cogitata proferre, rationibusque & testimoniis roborare queam.

venit, testatissimum arbitror. *Origenes* jam ante *Eusebium* & *Porphyrium* quosdam scriptum reliquit ex Deorum amicis, turpitudine & deformitate veterum fabularum, quae de Diis circumferrentur, demonstrata, ad hoc sese recepisse latibulum, atque ὡς τῶν ἀπολογισμὸν, ἐπ' ἀλληγορίας καταφεύγειν, *ut excusationem sibi pararent, ad allegorias confugisse* (*). Sed & diu ante natum Servatorem, qui Stoicorum principes familiam condiderunt, *Zeno*, *Cleanthes*, & *Chrysippus* vehementer in eo elaborarunt, ut poëtarum fabulas de Diis aliarum rerum imagines & figuras esse
600 ostenderent. *Magnam molestiam*, *Cotta* inquit apud (*e*) *Ciceronem*, *suscepit & minime necessariam primus Zeno*, *post Cleanthes*, *deinde Chrysippus*, *commentitiarum fabularum reddere rationem*, *& vocabulorum*, *cur quidque ita appellatum sit*, *causas explicare. Quod quum facitis*, *illud profecto confitemini*, *longe aliter rem se habere*, *atque hominum opinio sit*: *eos*, *qui Dii appellantur*, *rerum naturas esse*, *non figuras Deorum.* Quibus quidem ex verbis intelligitur, Stoicos nil dubitasse, quin poëtarum audacia & licentia naturae rerum partes personarum habitu & Deorum forma vestitae essent, negasseque, qui vulgo colerentur, Deos mentes esse aut animos, contra pro rebus commentitiis haec Numina habuisse corporibusque naturalibus, quae sapientum libido involucris veluti & umbris contexerit. Quamnam *Chrysippus* hac in re viam sit ingressus, ex interpretatione Samiae cujusdam tabulae, obscoenos *Jovis* & *Junonis* amores exhibentis, quam *Origenes* ex eo refert, cognoscere licet: (†) Λέγει γοῦν ἐν τῷ ἑαυτοῦ συγγράμματι ὁ σεμνὸς φιλόσοφος, ὅτι τὰς σπερματικὰς λόγους ὁ Θεὸς ἡ ὕλη ὑποδεξαμένη. ἔχει ἐν ἑαυτῇ εἰς κατασκόσμησιν τοῦ ὅλου· ὕλην γοῦν ἐν τῇ ὑπὸ Σάμον γεγραφῇ ἡ Ἥρα, καὶ ὁ Θεὸς ὁ Ζεύς· *Gravis ille philosophus in scriptis suis ait*: *materiam*, *postquam a Deo rationes seminales recepit*, *eas in se continere conclusas ad universum mundum adornandum*, *Junonemque in Samia hacce tabula materiam referre*, *Jovem autem Deum.* Quam explicationem pius doctor hoc persequitur judicio: Καὶ διὰ ταῦτα δὴ ἡμεῖς καὶ διὰ τὰς πάντας μύθους καὶ ἄλλους μυρίους οὐδὲ μίαν ἀνόσιον θέλομεν Δία καλεῖν τὸν ἐπὶ πᾶσι Θεὸν, ἀλλὰ καθαρὸν διάνοιαν εἰς τὸν δημιουργὸν ἀσκοῦντες, οὐδὲ μίαν ἀνόσιον χορηγοῦμεν τοῖς θεοῖς. *Hanc propter causam*, *& propter innumerabiles alias ejus generis fabulas nolumus nos nomine Jovis praepotentem omnium Deum salutare*, *verum puram pietatem erga creatorem servantes*, *ne nomine quidem res divinas contaminabimus.* Igitur *Chrysippus Heran* negabat seu *Junonem* veram esse Deam, aut naturam animae participem, sed materiae tantum indolem contendebat sub imagine personae in ejus historia adumbratam cerni, id est, totam *Junonis* divinitatem ex poëtarum ingenio profectam esse, statuebat. Atque ego neminem, qui *Hesiodi* tantum inspexerit *Theogoniam*, dubitaturum esse, arbitror, quin non paucae fabularum, qui-

(*) Lib. III. contra Cels. p. 123. (†) L. IV. p. 196.

(*e*) *Ciceronem*] *Lib.* III. *de natur. Deor. Cap.* 24. *p.* 3089. *T.* IX. *Opp.*

(*f*) *Circumdatas*] Diximus supra hujus rei specimen, quo in historia *Saturni* & *Jovis*, ut ab *Hesiodo* refertur, dogmata quaedam veterum physicorum latere recondita, ostendimus. Hoc tamen minime impedit, ne *Jovem* & *Saturnum* credamus homines fuisse in Deorum numerum aggregatos, & vere olim in Graecia vixisse. Fit nimirum, id quod supra latius docuimus, Deorum apud *Hesiodum* & alios poëtas historia ex physicorum praeceptis veterique Graecorum historia, parum licet scite ac ingeniose, contexta & coagmentata.

(*g*) *Potest*] Hoc *Platonis* loco is quidem opportune uetur, qui philosophi hujus aetate jam exitiisse docturus est, qui Deorum historiam in allegorias converterint. Sed nihil ei proderit, qui *Platonem* huic hominum generi favisse, demonstrare studet. Nec enim *Plato* placere sibi hoc institutum fatetur, sed rem omnem in medio relinquit.

(*h*) *Eu-*

Digitized by Google

quibus ea constat, eo primum consilio excogitatae & inventae sint, ut naturae rationes atque viae imaginibus & simulacris amictae ob oculos ponerentur: quod simul documento est, Deos, qui in illis inducuntur, nullos esse, quam res naturae, personarum & Deorum formis cinctas & (*f*) circumdatas. Neque ipse *Plato*, cui odio ceteroquin commenta haec de Diis erant, ab hac plane potuit discedere sententia *Libro secundo de republica:* (*) Καὶ θεομαχίας, ὅσας Ὅμηρος πεποίηκεν, οὐ παραδεκτέον εἰς τὴν πόλιν οὔτ' ἐν ὑπονοίαις πεποιημένας, οὔτ' ἄνευ ὑπονοιῶν· ἃ γὰρ νέος οὐ κρίνει οἷός τε κρίνειν ὅ, τι τε ὑπόνοια, καὶ ὃ μή. *Deorum pugnas, quales Homerus scripsit, minime in civitatem recipere debemus, sive per allegoriam dicta haec sint, sive sine allegoria. Non enim adolescens haec dignoscere* (*q*) *potest. Dionysius* autem *Halicarnassensis* hanc plerorumque animis opinionem suo tempore insedisse, commemorat, quas Graeci circumferrent fabulas, eas partim sub Deorum rebus gestis physices occultare 601 praecepta, partim vitae recte ac honeste componendae leges praescribere: (†) Μηδεὶς ὑπολάβοι με ἀγνοεῖν, ὅτι τῶν Ἑλληνικῶν μύθων εἰσί τινες ἀνθρώπους χρήσιμοι, οἱ μὲν ἐπιδεικνύμενοι τὰ τῆς φύσεως ἔργα δι' ἀλληγορίας, οἱ δὲ παραθήκας ἕνεκα συγκείμενοι τῶν ἀνθρωπείων συμφορῶν, κ. τ. λ. *Nemo sibi persuadeat, nescire me, quasdam ex Graecorum fabulis generi humano utiles esse, eo quod aliae opera naturae per allegorias declarant, aliae vero vitae humanae auxilii & opis multum afferunt.* A quo non alienus est *Cicero*, qui, (§) *Alia quoque*, inquit, *ex ratione, & quidem physica, magna fluxit multitudo Deorum, qui induti specie humana, fabulas poëtis suppeditaverunt, hominum autem vitam superstitione omni referserunt.*

Eusebius (*b*) universam nonnumquam veterum Theologiam eo unice contendere perhibet, ut naturam animo & ratione vacuam ad Dei majestatem & honores extollat. (Φυσικὸν ἢ ἄψυχον οὐσίαν) Sed fas est, haec ejus pronuntiata de illa tantum accipere Theologia, quae *physica* dicebatur, nec non de illis poëtarum fabulis, quae res longe alias, quam verba prae se ferunt, inculcant. Quod nisi fiat, totum orbem accusasse dicendus erit *Eusebius* sublatae prorsus divinitatis, & idcirco affirmasse aliquid, in quo perspicue mendacium est. Quisquis enim, id quod aliquoties jam monuimus, ullum esse Deum negat animi compotem, is sive ex fortuito materiae motu naturam rerum prodiisse sentiat, cui sententiae *Democritum* & *Epicurum* favisse accepimus, sive, quod degeneres quidam Stoici *Stratoque*, nobilis Peripateticus, fecerunt, naturam genitricem & ordine progredientem, sensu licet & consilio vacantem, rerum omnium parentem constituat, is Deum omnino de medio tollit & ex orbe universo ejicit. Atque hoc ego impietatis genus (*i*) *Manilium* his versibus comprehendisse arbitror:

Aut

(*) P. 378. (p. 430.) (†) Lib. II. p. 63. (§) Nat. Deor. Lib. II. p. 223. (Cap. 24. p. 2990.)

(*h*) *Eusebius*] *Praepar. Euangel, Lib.* III. *Cap.* 1. & passim *hoc libro.* Sed *Eusebii* sententiam vir doctissimus, ut arbitror, non nimis recte intelligit. *Eusebius* minime vult, veteres populos nullos habuisse Deos alios, quam rerum naturae partes & membra: quod si sensisset, recte hic castigaretur: verum eos ferri posse negat, qui fabulas & historias Deorum ad res physicas traducerent: quorum si voces audiantur, universam Deorum familiam pro ipsa rerum natura mente & consilio vacua habendam fore, significat. Idem scilicet *Eusebius* profitetur, quod *Augustinus Lib.* VII. *de civit. Dei Cap.* 27. §. 2. *p.* 140. *T.* VII. *Opp. Ipsas physiologias quum considero, quibus docti & acuti homines has res humanas conantur vertere in res divinas, nihil video, nisi ad temporalia terrenaque opera naturamque corpoream, vel etiamsi invisibilem, tamen mutabilem, potuisse revocari: quod nullo modo est verus Deus.*

(*i*) *Manilium*] *Astronomico Lib.* I. *vs.* 137. *f. p.* 5.

(*k*) *Var-*

Aut neque terra patrem novit, nec flamma, nec aër,
Aut humor, faciuntque Deum per quattuor artus,
Et mundi ſtruxere globum, prohibentque requiri
Ultra ſe quidquam.

Illi vero ex recentioribus vehementer errant, qui hanc phyſicam, de qua loquimur, de Diis doctrinam, quae inanimatis corporibus ſpecies & nomina Deorum & perſonarum attribuit, resque naturae in Numina transformat, non differre arbitrantur a philoſophica *Scaevolae*, *Varronis*, & aliorum Theologia, quae *naturalis* quidem etiam appellari ſolet, ſed eo ſenſu, ut vox *naturalis* idem, quod *verus rectusque*, ſignificet. *Phyſica* enim quae dicitur *Theologia*, ea pars primum exſtitit poëticae diſciplinae, poſtea ad popularem etiam & civilem religionem manavit, maximamque partem poëtarum debetur ingeniis, quibus nihil omni memoria prius fuit, quam res inanimatas & naturam ſpecie & habitu perſonarum induere. At *philoſophica*, quae proprie ſic vocatur, *Theologia*, *de qua*, ut (*k*) *Varro* ait, *multos libros philoſophi reliquerunt*, nullos primo tolerat intra fines ſuos Deos, praeter animatos & in rerum natura vere exſiſtentes, ex quo *naturales* etiam Dii nominantur, unum nimirum ſupremumque Deum, rebus omnibus ſummo cum imperio praeſidentem, id eſt, mentem perfectiſſimam, res omnes virtute ſua complectentem & continentem, ejusque ὑπηρετικὰς δυνάμεις ſeu miniſtros, naturasque inferiores mente & conſilio praeditas, quales ſtellae ſunt & daemones: deinde ea-
602 dem omnes commentitios poëtarum Deos, ſeu res naturae Deorum figuris inſtructas ſic interpretatur, uti diſciplinae hujus lex & ratio poſtulat & (*l*) flagitat.

S. Auguſtinus non uno loco hanc populorum conſuetudinem tangit, res divinas rebus immiſcendi phyſicis & naturalibus, nec injuria eamdem reprehendit & exſecratur (*m*) *Epiſtola* XLIX. *Neque illinc*, inquit, *excuſant impii ſua ſacrilega ſacra & ſimulacra, quod eleganter interpretantur, quid quaeque ſignificent. Omnis quippe illa interpretatio ad creaturam refertur, non ad creatorem, cui uni debetur ſervitus religionis illa, quae uno nomine Latria Graece appellatur.* *Libro* etiam VI. *de civit. Dei C.* 8. (*) *At enim*, ait, *habent iſta phyſiologicas quasdam (ſicut ajunt) id eſt, naturalium rationum interpretationes. Quaſi vero nos in hac diſputatione phyſiologiam quaeramus, & non Theologiam, id eſt, rationem naturae, & non Dei. Quamvis enim, qui verus Deus eſt, non opinione, ſed natura ſit Deus, non tamen omnis natura Deus eſt.* Prima vero & praecipua origo perverſiſſimi moris hujus, res omnes, quibus natura continetur, Deorum ſpecie & forma donandi, nulla eſt, praeter eam, quam aliquoties jam memoravimus, opinionem, qua Deum non modo per totum terrarum orbem fuſum & res omnes animantem, ſed etiam quodammodo *Omnia* cenſebant eſſe. Qua quum imbuti eſſent ſententia, huc facile deſcendebant, ut Deum in omnibus naturae rerum membris mundique partibus honorandum & colendum eſſe, decernerent.

Quae

(*) (P. 120. T. VII.)

(*k*) *Varro*] Apud *Auguſtinum de civit. Dei Lib.* V. *Cap.* 5. *p.* 116. *T.* VII. *Opp.*

(*l*) *Flagitat*] Huic quantum tribuendum ſit ſententiae, ex illis commode intelligetur, quae paullo ante pro *Voſſio*, quem hic iterum *Cudworthus* adoritur, diximus.

(*m*) *Ep.* XLIX.] Ex recentiori diviſione Bene-

Digitized by Google

Quae quum ita ſeſe habeant, neminem exiſtimare convenit, viros ſapientes & eruditos inter veteres tam fuiſſe rerum ignaros aut hebetes, ut commentitios, quos diximus, Deos, ſeu rerum naturae partes, quibus levitas hominum perſonarum ſpeciem & Deorum Dearumque nomina injecerat, pro veris propriisque Numinibus ducerent. *Quum fruges*, *Cotta* inquit apud *Ciceronem*, (*) Cererem, *vinum* Liberum *dicimus*, *genere nos quidem ſermonis utimur uſitato; ſed ecquem tam amentem eſſe putas*, *qui illud*, *quo veſcatur*, *Deum eſſe credat?* Hi ſoli certe Dii habebantur olim, quorum propter cultum & honores opem atque beneficia ſibi polliceri jure quodam poterant. Quapropter nihil, praeter id, quod exſiſtebat re vera, animaeque non minus, quam rationis, particeps erat, in Deorum aggregari ſolebat numerum. (*n*) *Plato* enim ingenia ſuae aetatis ad impietatem erga Deum propenſa idcirco ſolem, lunam, ſtellasque Deorum exemiſſe ordine, ſcribit, quod ea nulla re alia, quam terra & ſaxis (ſeu ignea quadam materia) conſtarent, ſenſuque ac intelligentia omni carerent, nec propterea *rerum humanarum ullam gerere poſſent curam*, κδὲν τ᾽ ἀνθρωπείων πραγμάτων φροντίζειν δυνάμενα. (*o*) *Ariſtoteles* ſimiliter in univerſum de Diis pronuntiat: ζῆν τε πάντες ὑπειλήφασιν αὐτὸς, καὶ ἐνεργεῖν ἄρα, κ. τ. λ. *Omnes quidem homines Deos putant vivere, & ſimul operari: nec enim Endymionis inſtar eos dormire, ullo modo credibile eſt.* Fortunata & beata animalia Deos eſſe, plerisque perſuaſum erat veterum. Quapropter *Ariſtoteles* in contemplatione omnem poſitam eſſe Deorum felicitatem, concludit. Ne ipſe quidem *Lucretius* tolli ex vita humana cupiebat, quod vulgo tum receptum erat, loquendi genus, per quod mare licebat *Neptunum*, fruges *Cererem*, vinum *Bacchum*, terram *Matrem Deorum* nominare. Tanta enim fore neminem certus erat dementia, ut has res in veris propriisque Diis numerari debere crederet:

(†) *Hic ſi quis mare* Neptunum Cereremque *vocare*
Conſtituit fruges, & Bacchi *nomine abuti*
Mavolt, *quam laticis proprium proferre vocamen*,
Concedamus, *ut hic terrarum dictitet orbem*
Eſſe Deum Matrem, *dum non ſit re tamen ipſe.*

Idem rationem, quare terra pro Dea nequeat haberi, hanc paullo ante profert in medium:

Terra quidem vero caret omni tempore ſenſu.

Balbus porro apud *Ciceronem* primum, quod intelligant homines, quum de Deo cogitant, hoc eſſe, ait, *ut ſit animans*, ſeu vitae, ſenſus, & intelligentiae particeps. Quumque idem ſtellas nil dubitaret rationis eſſe compotes, in Deorum eas 603
non veretur collocare concilio. (§) *Quoniam tenuiſſimus eſt aether*, *& ſemper agi-*
ta-

(*) De nat. Deor. Lib. III. p. 245. (Cap. 16. p. 3071. T. IX.)
(†) Lib. II. p. 165. Lamb. (vſ. 654. p. 380. Haverc.) (§) Nat. Deor. L. II. p. 220.

nedictinorum *Ep.* CII. *Quaeſt.* 3. §. 20. *p.* 212. *T.* II. *Opp.*

(*n*) *Plato*] *Libro* X. *de legibus p.* 665.

(*o*) *Ariſtoteles*] Uterque locus, qui hic laudatur, exſtat *Magnor. Moral. Lib.* V. *Cap*, 8. *p.* 184. *T.* III. *Opp.*

tatur & viget, necesse est, quod animal in eo gignatur, idem quoque sensu praeditum esse. Quare, quum in aethere astra gignantur, consentaneum est, in iis sensum inesse & intelligentiam. Ex quo efficitur, in Deorum numero astra esse ducenda. Cotta vero *Libro tertio* tantum abesse disputat, ut omnes homines stellas in Diis habendas esse putent, ut potius multi *ne animantes quidem eas esse* concedant. (*) In qua quidem ratiocinatione hoc perspicue assumitur, nisi animantes sint stellae, turpe fore, locum illis in Diis concedere. Ob eamdem profecto causam *Plutarchus* universam istam consuetudinem res inanimas Deorum Dearumque nominibus efferendi, tamquam impiam, absurdam, & in Deum injuriosam, prorsus abrogari debere, judicat: (†) Διτὸς γὰρ ἄλλως ἐμπέσοι λόγος, ἀναισθήτους καὶ ἀψύχους καὶ Θεσπεσίας αἰσχρῶς ὑπ' ἀνθρώπων δεσποίνας καὶ χαμαιζήλους φύσεσι καὶ πεπηγυίαις ἐπιφημίζοντες· ταῦτα μὲν γὰρ αὐτὰ τοῖς ὄντως Θεοῖς ἐστιν· ἃ γὰρ ἐν δεῖ ἄψυχον ἀνθρώπου ὁ Θεὸς ὑπάρχειν. *Adde, quod pessimas & impias istiopiniones excitant, qui Deorum nomina rebus sensu animaque carentibus & usu hominum necessario perennibus imponunt: quae ut Dii sint, nullo modo intelligitur. Non enim Deus res est animae expers, & manibus hominum subjecta aut obnoxia.* Ex quibus omnibus efficitur, quando de veris propriisque veterum Diis sermo instituitur, repudiandum omnino esse, quam nonnullos temere adhibere video, distinctionem & divisionem Numinum in *animalia* & *naturalia*: quo posteriori vocabulo Deos designant animo & ratione vacuos. Nihil enim Diis aggregare solebant antiquiores populi, praeter id, quod mente, sensu, & consilio credebant esse praeditum. Quamobrem larvati illi Dii, quos saepe diximus, sive partes naturae, Deorum specie & habitu amictae, nulli sunt, nisi *commentitii & fictitii Dii*, seu, ut ab *Origene* vocantur *loco* antea *laudato*, τὰ Ἑλλήνων διαπλάσματα, σωματοποιὰς δοξασίας ἀπὸ τῶν πραγμάτων, *commenta Graecorum* (& aliorum populorum), *naturae ex rebus in personas & Deos conversae*. De quibus qui omnium rectissime sentire volunt, non possunt, quin eos fateantur unius summi Numinis diversa esse cognomina & vocabula, a consideratione perfectionum ejus virtutumque, quas in mundo varia ratione patefecit, tracta. Inde evenit, ut in veteri Aegyptiorum de Deo doctrina, quam supra exposui-

(*) De nat. Deor. p. 241.
(†) De Iiid. & Osir. p. 377.

(*p*) *Seneca*] *De beneficiis Lib.* IV. *Cap.* 7. *p.* 427. *T.* I. *Opp.*

(*q*) *De mundo*] *Cap.* 7. *p.* 869. *T.* I. *Opp. Aristotelis.*

(*r*) *Appellasse*] In hac viri doctissimi disputatione si tantum esset ordinis, elegantiae, & ornatus, quantum eruditionis, & multiformis lectionis, nihil fieri posset praestantius & laudabilius. Verum haec dum consectatur, & memoriae thesaurum exhaurit, illa saepenumero negligit, diversaque miscet ac confundit, quae, si quod mea est judicium, distinguere ac segregare satius fuisset. Omitto, multa hic repeti, quae jam aliquoties inculcata erant: taceo, hominum opiniones confungi, quas inter, si rite cuncta expendantur, nulla est, si a verborum similitudine discedas, cognatio: tales sunt *Cottae* & *Balbi* apud *Ciceronem* sententiae, quae toto genere discrepant; tametsi hic scientur, Aegyptiorumque veterum & *Senecae* seu Stoicorum disciplinae, inter quas non mediocre discrimen interest: conclusionem tantum, quam ex longa hacce testimoniorum serie vir egregius ducit, breviter attingam. Nihil verius est, quam id, quod extrema ponit oratione, eos, qui veterum fabulas ad res physicas traxerunt, quorum insignis quondam numerus exstitit, singulas res Dei nomine, ac rursus Deum rerum singularum nomini bus appellasse. Ita ut facerent, institutum, quod amplexi plerique erant, postulabat, & disciplinae, quam sequebantur, ratio. Sed quod hujus generis sententiam & religionum veterum explicationes, quas dabant, physicas certis fallat, opinatur, idque *Jovem*, *Junonem*, *Cererem*, & reliquos fuisse Deos, censet, quod Stoici aliique philosophi existimarunt, id a vero plane remotum est. Deos veterum plerosque naturae rerum fuisse par-

Digitized by Google

ſuimus, Deus dicatur & *nullo* eſſe *nomine*, & *omni nomine* gaudere: quam rem is, qui *Aſclepium Dialogum* compoſuit, his verbis effert: *Quum non poſſit uno, quamvis e multis compoſito, nomine nuncupari, potiusomni nomine vocandus eſt, ſi quidem ſit Unus & Omnia: ut neceſſe ſit, aut Omnia ipſius nomine, aut ipſum Omnium nomine nuncupari.* Huic Aegyptiorum doctrinae prorſus aſſentiri videtur (*p*) *Seneca*, qui Deum eſſe illum dicit, *cui nomen omne convenit.* Addit etiam hoc declarandi cauſſa: *Quascumque voles, illi nomina aptabis. Tot appellationes ejus poſſunt eſſe, quot munera.* Denique Deum & naturam rem eſſe unam eamdemque, omniaque, quae videmus, Deum eſſe, decernit. Eadem auctori *Libri* (*q*) *de mundo* ſententia placet, qui de Deo ita praedicat: Πάσης ἐπώνυμος φύσεως, ἅτε πάντων αὐτὸς αἴτιος ὤν. *Ab omni natura ſortegue Deus nomen adeptus eſt, utpote qui omnium rerum auctor ſit.* Sic itaque rationem concludimus: qui olim naturae ſcientiam ad res divinas traduxerunt, partesque hujus orbis Numinum loco ac gradu eſſe voluerunt, eos reapſe ſingulas res Dei nomine, & viciſſim Deum ſingularum rerum nominibus (*r*) appellaſſe.

Ergo minime credendum eſt, praeſtanti ingenio homines & rerum cognitione excellentes tantum olim a vera ratione aberraſſe, ut commentitios hoſce Deos, ſive naturae membra, Deorum ſpecie & habitu veſtita, vere colerent & adorarent. Nihil his divinum videbatur, niſi id, in quo ſenſum & intelligentiam ineſſe putabant, nec tam erant amentes, ut a rebus mente vacantibus opem ſibi & auxilium ſperarent. Quidquid autem honoris & reverentiae iſtiusmodi Numinibus exhibebant, id ad ſummum pertinere Deum unice, arbitrabantur, a quo tota rerum natura profecta eſſet. Quamquam nec illis vehementer repugnem, qui propter intimam cum Deo conjunctionem, cujus imagines & effectus credebantur naturae opera, divinos eis honores adhibitos eſſe, contenderint. Ergo non tam corpora naturalia colebantur, quam Deus in illis cultu & honore afficiebatur. Profitebantur enim hi Deorum cultores, *Juliano* interprete, (*) ſeſe ἐ οὐρανὸν μὴ παρίεναι, μηδὲ ἄστρα τὰ ξοανώματα θεωεῖν, *coelum non obiter, nec pecudum more contemplari*, (quae quidem nihil animadvertunt & obſervant, praeter ea, quae a corporibus ipſis pro-

(*) Julian. Orat. IV. (p. 148.)

partes & membra, tuetur, ſeu antiquos variis naturae membris Deorum & perſonarum habitum ac nomina impoſuiſſe, contendit, ut pulcriorem, quam re vera fuit, antiquarum gentium religionem efficiat. Hoc autem quo nobis perſuadeat, Stoicorum, Aegyptiorum, & aliorum quorumdam philoſophorum auctoritates in auxilium vocat, quos phyſice interpretatos eſſe publicam religionem, contiat. Id vero eſt, ex privatorum quorumdam hominum ſenſu populorum ſenſus de Deo aeſtimare; quod propius a temeritate diſtare videtur. Quod ſi talem fuiſſe veterum populorum religionem exiſtimandum eſt, qualem eam finxerunt ibi homines ingenio ceteris praeſtantiores, infinitis opus erit deliberationibus, antequam de natura eius certi aliquid decerni queat. Variis enim modis eruditiores ſacra publica expoſuiſſe, non ignotum eſt: ex quibus quinam modus ceteris ſit anteponendus, aeternum quaeri poteſt. Stoici Deos veterum ad naturam revocarunt: at *Ariſtoteles* in *Metaphyſicis* Numina Graecorum cum geniis ſuis coeleſtibus compoſuit. Utri fidem habebimus? Aequo certe jure hic ſunt *Zeno* & *Ariſtoteles*, nec altera ſententia probabilitate vincit alteram. Mihi quidem tutiſſimum ſemper viſum eſt, quidquid olim a ſapientioribus inventum eſt ad tegendam & velandam religionum turpitudinem, id omne ſeponere, quum in veterum gentium ſententias inquiritur, nec tam eruditorum virorum ſubtilitates adoptare, quam ſacerdotum & poëtarum voces auſcultare, ſacraque publica inſpicere. Vereor, ne lectoribus non nihil taedii afferam, quod hoc ipſum, quod modo dixi, ſaepius moneo. Sed quum vir doctiſſimus ſuam crebro repetat & novo ſemper habitu veſtitam exhibeat ſententiam, non dubitavi, e re fore legentium, ſi morem fere eundem ſervarem, atque ratione non una, quidnam in ea deſiderem, enuntiarem.

profecta, ſponte in ſenſus earum incurrunt) ſeu, ut eadem *Oratione Julianus* (*) rem paullo dilucidius & plenius explicat, τ ὑεγνὸν ἐχ ὥσπερ ἵππους ϗ βόας ὁρᾶν, ἢ π τ ἀλόγων ϗ ἀμαϑῶν ζώων, ἀλλὰ ἐξ αὐτῆ δ φαινρᾶ τ ἀφανῆ πλυπρεγμενῶν φύσιν, *non contemplari coelum & mundum iisdem oculis, quibus boves & equi ſolent, verum ita, ut ab eo, quod conſpicitur, ad illud, quod cerni nequit, cogitando perveniant.* Omnia contra perhibebant religioſis ſeſe oculis intueri, Deumque in unaquaque re mente cernere, utpote qui non modo per res omnes fuſus & intentus ſit, ſed etiam *Omnia eſſe* quodammodo dici queat. Univerſum itaque terrarum orbem non ſecus, ac ſacroſanctam quamdam rem, in qua divinitatis quaedam ratio inlit, ſpectabant, neque mundum eſſe aliquid praecipiebant, quam ipſum Deum ſic explicatum, ut in oculos & ſenſus incurrat. Hinc nomen Dei *Pan* natum eſt: quod vocabulum Deum deſignabat cum toto mundo corporeo intime conjunctum atque ſociatum. Nec alia verbi *Ζεὺς* & *Jupiter* poteſtas & notio erat. Etenim verbum hoc non ita quondam adhibebatur, ut nos nomine *Deus* utimur, quod mentem ſignificat divinam, a natura rerum ſegregatam & abſtractam, ſed Deum denotabat una cum omnibus illis, quae ex eo procreata ſunt & genita, uno verbo, mundum univerſum. In veteri Aegyptiorum inſcriptione, cujus ſaepe mentio facta eſt, Deus vocatur omne id, quod eſt, quod erat, quod futurum eſt. Et, quod antea ex *Plutarcho* monuimus, Aegyptii *Deum principem* & *rerum univerſitatem* non niſi nomine & verbis differre exiſtimabant, partim quod celſiſſimum illud Numen efficienter in ſe cuncta continere abdita putabant, partim quod Deum numquam ſolum, ſed cum omnibus ſimul, quae ex ſinu ſuo protruſit, totaque rerum, quam condidit, natura copulatum, tamquam rem unam, animo concipere ſolebant. (*s*) *Plato* etiam Deorum amicos aetate ſua memorat (†) τ μέγιϛον Θεὸν, *Deum maximum*, &
605 ὅλον τ κόσμον, *mundum univerſum*, ac ſi bina haec nulla ratione differrent, confudiſſe. Magna certe fuerit, neceſſe eſt, opinionis hujus inter populos antiquiores exiſtimatio & dignitas. Nam & ipſe *Strabo*, *Moſis* res enarrans, temperare ſibi non potuit, quin *Moſis* atque Judaeorum Deum ex ejus opinionis lege deſcriberet: (§) Τὸ περέχειν ἡμᾶς ἅπαντας, ϗ γῆν, ϗ θάλατταν, ὃ καλοῦμεν ὑεγνὸν ϗ κόσμον ϗ τ τ ὅλων φύσιν. *Moſes*, ait, *docuit, id ſolum Deum eſſe, quod nos contineret omnes, terram ac mare, quod coelum & mundum & rerum omnium naturam appellamus.* Nolim tamen, exiſtimet aliquis, *Strabonem* hoc loco coelum ſeu mundum anima carentem, aut naturam ſenſus inopem intelligere. Naturam ſine ullo dubio intelligentem deſignat, quae mundum univerſum cum conſtruxerit olim, tum omni tempore gubernet ac contineat, at numquam a mundo ſeparatim conſideretur ab hominibus. Atque hinc praecepiſſe narrat *Moſen*, neminem ſanae mentis id a ſeſe impetraturum eſſe, ut Numinis illius ſignum quoddam & ſimulacrum comparet, ulli rerum, quas hic conſpicimus, ſimile. Quod itaque idem (*t*) *Strabo* de Perſis memoriae prodidit, eos coelum *Jovis* habere loco τ ὑεγνὸν ὑγεμόϛ Διὸς, & ante *Strabonem* (*u*) *Herodotus*, eos totum coeli orbem *Jovem*, id eſt, ſupremum Deum, ap-

(*) P. 286. (†) De Legib. L. VII. p. 821. (§) Lib. XVI. p. 861.

(*s*) *Plato*] Nullum eſt dubium, quin haec *Platonis* verba deſignet, quae *Lib.* VII. *de legib. p.* 640. leguntur: Τὸν μέγιϛον Θεὸν ϗ ὅλον τ κοσμον ϛαφῶς ὅτε ζητεῖ ὅλις, ἅτε πολυπραγμονοῦν τὰς αἰτίας ἱκανῶς. *Maximum Deum totumque mundum dicimus inquirendum non eſſe, nec rerum cauſas multo ſtudio indagandas.* Sed quod ex his verbis conſtare putat vir egregius, Deorum cultores ſummum Numen & rerum univerſitatem pro re una eademque habuiſſe, id mihi quidem

appellare, κύκλον πᾶσᾳ ϑ ὑφῃῶ Δία καλεῖν, id neutiquam ita quemquam accipere debere, arbitror, ac ſi Perſae corpus coeli, ſenſu licet & anima vacans, ſummum eſſe Deum exiſtimaverint. Etenim hoc unum uterque ſcriptor ſibi vult, Perſas, tametſi Deum ſentirent naturam eſſe ſenſus & intelligentiae participem, tamen eum ſemper cum univerſo mundo ſive coelo conjunxiſſe, eo quod rerum univerſitatem & condidiſſet unus, & vi ſua tueretur ac contineret. Certum eſt praeterea, veteres in variis mundi partibus variis quoque Deum ſub nominibus coluiſſe: ita vim Dei in ſuperiori & inferiori aethere reſidentem, *Minervam* & *Jovem* vocabant, in aëre verſantem *Junonem*, in igne *Vulcanum*, in mari *Neptunum*. Quo pertinet id, quod Romanis claſſibus praefectos aquis hoſtiam immolaſſe, antequam mari ſeſe committerent, ſcriptum legimus. Deum enim aquas imperio temperantem & in mari virtutem ſuam mirabiliter exercentem ſine ulla controverſia hoc modo placare ſtuduerunt.

Ceterum ipſam neceſſitatem hanc ſibi legem tuliſſe, uti Deum in operibus ſuis rebusque hujus mundi, quae ſenſus feriunt, venerari populos juberent, antiquioribus omnino perſuaſum fuiſſe videtur. Multitudinem enim, quoniam nulla ratione inviſi Numinis notionem in animis informare poſſet, omnem ex mentibus exturbaturam eſſe religionem, vehementer verebantur, niſi norma quaedam & ratio divini cultus praeſcriberetur, inbecillitati ejus & exiguis ingenii, quibus uterentur, viribus accommodata, qua in officio erga Deum continerentur. Ipſi illi, qui philoſophia mentes in primis expurgaſſe videri volebant, fatebantur nihilominus, naturam ſibi divinam parum eſſe perſpectam & cognitam. Quod dum faciebant, fulcris ſibi quibusdam & gradibus in oculos incurrentibus opus eſſe, declarabant, quibus ad Deum veluti adſcenderent. Ipſi apud *Euſebium* Deorum amici hanc cultus atque religionis ſuae rationem reddunt: (*) Ἀσωμάτως ϰ ἀφανῶς ἐν πᾶσιν ὄντα Θεὸν, ϰ διὰ παίδων ἀϊδιότητα, ϰ τῶν ἐν αὐτοῖς διὰ τῶν δεδηλωμένων σέβειν φασί. *Deum ſeſe ajunt, qui ſine corpore ſenſibus obnoxio rebus omnibus inſit, omnesque pervadat ac permeet, per ea, quae manifeſta ſunt, venerari ac colere.* Atque *Plato* ſua memoria in hac omnes fere ſententia verſatos eſſe, teſtatur: (†) Τὸν μέγιστον Θεὸν ϰ ὅλον τὸν κόσμον φαμὲν μὴ δεῖν ζητεῖν, μὴ πολυπραγμονεῖν τὰς αἰτίας ἱκανῶς· ὅ γὰρ ἧττον ὅσιον εἶναι. *Maximum Deum totumque mundum dicimus non inquirendum eſſe, nec rerum cauſſas multo ſtudio indagandas: nec enim hoc pium eſt.* Quorum quidem verborum hanc ego vim eſſe ſuſpicor: Hominum officium eſſe, Deum in operibus ejus mundoque, qui ſubjectus eſt oculis, venerari: atque hoc eos decere cultus genere contentos eſſe, omittere vero nimiam in exploranda ejus natura curioſitatem: nec enim, qui eam conſequatur ingenio, ullum umquam exſtiturum eſſe mortalium. *Plato* quidem hanc ſibi diſplicere ſententiam, non obſcure indicat: verum aliis tamen locis libere & aperte principem Deum, quem oculi noſtri cernere nequeant, largitur, in illis, quas ipſe propoſuiſſet, naturae ſuae imaginibus, ſole, luna, ceterisque ſideribus, placari & coli poſſe. Nec aliter *Maximus Tyrius:* qui tametſi exhortetur hu-

(*) Praep. euang. L. III. C. 13. p. 121.
(†) De legib. L. VII. p. 821. (p. 640.)

dem obſcurius eſt, quam vellem. Vetat *Plato* cives ſuos curioſius in ſupremi Numinis & totius mundi naturam & rationes inquirere; nec tamen ideo Graecis viſum eſſe, mundum & Deum minime differre, affirmat.

(s) *Strabo*] *Geograph. Lib.* XV. *p.* 697.
(v) *Herodotus*] *Hiſtor. Lib.* I. *C.* 131. *p.* 53.

Digitized by Google

humanum genus, ut mentes longe supra omnia, quae corpore aggravantur, attol-
Σκόλat, si quidem Deum contemplari velit: (*) Τέλος δ' ἐδὲ ἐχ ὁ ἔργος ἐδὲ τὰ ἐν τῷ ἔργῳ σώματα, (καλὰ μὲν γὰ ταῦτα καὶ θεοπέσια, ἅπερ ἐκεῖνα ἔγεννα, ἀκριβῆ καὶ γνήσια, καὶ ὡς ἐς τὸ κάλλιστα ἠρμοσμένα), ἀλλὰ καὶ τούτων ἐπέκεινα ἐλθεῖν δεῖ καὶ ὑπερκύψαι τὸν οὐρανόν, ἐπὶ τὸ ἀληθῆ τόπον, κ. τ. λ. *Nata ipsa itineris non coelum erit, nec, quae in eo sunt, corpora, (quamvis haec quoque amoena sint & divinitatis plena, utpote vera ejus legitimaque progenies, &, quam potest fieri, pulcherrime composita & ornata), sed & haec sunt transcendenda, ipsumque supra coelum caput proferendum, donec ad illum locum, in quem nulla cadit mutatio, veniamus*: disputationi tamen his verbis finem facit: (†) Εἰ δὲ ἐξασθενὴς πρὸς τὸν δημιουργὸν εἶναι, ἀρκεῖ σοι τὰ ἔργα ἐν τῷ παρόντι ὁρᾶν, καὶ σέβεσθαι τὰ ἔγγονα, πάντα καὶ παντοδαπὰ ὄντα. οὐχ ὅτι ὁ Βιάτων ποιητὴς λέγει· ἃ γὰρ τετιμήκασι θεοὶ θεοῦ παῖδες καὶ φίλοι, οὐδ' ἀληθῆ ἀριθμῷ· τὰ μὲν κατ' ἠρετὸν αἱ ἀστέρων φύσεις, κ. τ. λ. *Si vero imbecillior es, quam ut rerum omnium parentem artificemque lustrare possis, sufficiat in praesenti, quod opera ejus videas, quod filios ejus venereris. Sunt autem hi plurimi & omnis fere generis, non tantum quot Bacchius poëta esse voluit. Nec enim triginta tantum Deorum millia supremi illius filii & amici sunt, sed innumeri: partim in coelo stellarum corpora*, &c. Ipse ad extremum *Socrates* non modo hanc viam Deum, quem nemo videt, in operibus ejus, quae cernuntur, colendi tolerari posse, largitur, verum etiam *Euthydemo* commendat: (§) Ὅτι δέ γε ἀληθῆ λέγω· καὶ σὺ γνώσῃ, ἂν μὴ ἀναμείνῃς, ἕως ἂν τὰς μορφὰς τῶν θεῶν ἴδῃς, ἀλλ' ἐξαρκῇ σοι τὰ ἔργα αὐτῶν ἐρωτᾶν, σέβεσθαι καὶ τιμᾶν τοὺς θεούς. *Verum me dicere, etiam tu intelliges, si non exspectaveris, donec Deorum formas intuearis; sed sufficerit inspicienti eorum opera, tum colere, tum honore prosequi Deos.* Haec generatim dicta ad summum postea Deum propius refert, a quo universum mundum, quem olim condidit, perpetua cura foveri & contineri, opinatur. Namque hunc, quum aciem fugiat oculorum, semet ipsum quodammodo conspicuum in operibus suis fecisse, & idcirco in his etiam operibus colendum & adorandum esse praecipit. Haec praecepta num *Plato* atque *Socrates* una cum illis, qui mentem eorum accurate sunt assequuti, tam late patere voluerint, ut, praeter animatas mundi partes, solem, lunam, & sidera, inanimatas quoque honore quodam afficiendas esse, censuerint, id vero non satis explorate cognitum habeo. Veri autem duco simillimum, eos, qui antiqua memoria res anima vacantes, figillatim principia rerum, divino quodam honore prosequuti sunt, *spiritus* in primis *elementorum*, quod *Julianum* fecisse, *Ammia-*

nus

(*) Dit. I. p. 19. (†) (P. 14. 15.)
(§) Xenophon Memorabil. Lib. IV. p. 633.

(*x*) *Sanxerunt*] Etiam hic essent, quae animadvertere liceret, si copiosus esse velim. Verum eruditi lectores aut ipsimet facile intelligent, quae requiri possent, aut ex praecedentibus observationibus tantum colligent sine ullo labore, quantum ad haec recte capienda satis est. De *Ammiani*, quem hic tollatur *Cudworthus*, loco paullo ante ex instituto egimus.

(*y*) *Nazianzenus*] Dignus erat hic *Nazianzeni* locus, quem totum describeret *Cudworthus*. Sed videtur ipsum aut ex alio auctore, aut ex memoria depromsisse, quum locum non indicet, quo scriptus exstat. Dabo ego ipsa *Gregorii* verba, quae lautiuscule admodum vellaniam Graecorum plures Deos colentium explicant, ex *Oratione* XXXIV. quae *secunda* est *de Theologia Tom.* I. *Opp. p.* 546. Οἱ ἐπιτιθέντες ἢ αὐτὰ καὶ τὰ κατὰ θεὸν ἐδώκασι, ἢ θεὸν ἐτίμησαν, ἔρωτι, καὶ μανίαις, καὶ ἀσελγείαις, καὶ μοιχείαις, καὶ ὅσα τοῦ ἑνὸς, τὰ τούτου θεοποιήσαντες, εἰς ἀνθρώπων τρόπους ἐκτρέποντες ἀφ' ὧν τὸν ἄνω ἀπεκρούσαντο. *Quos vitiosissimi quique vitia ipsa foedosque effectus Deos e e censuerunt, aut certe sub Deorum nomine coluerunt, iram nimirum, caedem, libidinem, temulentiam,*

rell.

Digitized by Google

nus Marcellinus auctor est, id est, animos in illis praesentes, deprecatos esse. Nec enim multos olim exstitisse ignotum est, qui, quod *Proclum* docuisse postea, superius animadvertimus, elementis inesse animos existimarunt. Forte alii, hac erga res inanimatas superstitione infecti, daemones venerari sese putarunt, quos in illis commorari, partibusque mundi praesidere, persuasum habebant. Quo quidem *Platonis* aliorumque ex antiquis pronuntiatum referre fas est, quo πάντα Θεῶν πλήρη, *Deorum* sive *daemonum plena esse omnia*, (x) sanciverunt.

§. XXXIII. Sed qui modo secum cogitaverit, ita quondam prolapsos fuisse Deorum cultores, ut non modo res vere exsistentes, animi licet & consilii inopes, verum etiam rerum ejusmodi affectiones & virtutes in Deorum referrent ordinem, is, credo, confestim intelliget, physica haecce Numina seu corpora naturalia, specie & forma Deorum induta, in veris propriisque Diis minime ab illis fuisse habita. Animorum principio quis ignorat commotiones & affectiones in coelestium concilio collocatas esse? Τὰ πάθη, inquit *S. Gregorius* (y) *Nazianzenus*, Θεὸς ἐνόμισαν, ἢ Θεὸς ἐποίησαν. *Animi commotiones Deos esse putarunt, saltem Deorum instar* 607
venerati sunt, id est, aras aedesque nominibus earum consecrarunt. (z) *Theognis* poëta de *Spe* tamquam Dea loquitur:

Ἐλπὶς ἐν ἀνθρώποισι μούνη θεὸς ἐσθλὴ ἔνεστιν·
Ἄλλοι δ' ἔλυμπον δ' ἐκπεφυλοπότες ἔβαν.

Vides, hominem poëtarum more ingenio ludere, atque *Spem* fingere unicam illam Deam esse, quae relicta esset in coelo mortalibus, non secus ac si Dii omnes ceteri antiqua domicilia sua totumque terrarum orbem deseruissent. Sed & publice Romanos *Spei* templa dedicasse, constat, cum aliis in locis, tum in *foro olitorio*, *Attilii* auspiciis: in quibus quidem templis feminae specie picta stabat aut sculpta, palla viridi amictae, calicemque manu (a) tenentis. Simili ratione *Amor* & *Desiderium*, nec non *Cura*, *Memoria*, *Opinio*, *Veritas*, *Virtus*, *Pietas*, *Fides*, *Justitia*, *Clementia*, *Concordia*, *Victoria*, aliaeque notiones & virtutes ejusmodi Deorum Dearumque nominibus & honoribus afficiebantur. *Victoriam* figillatim una cum *Virtute Plautus* in *Prologo Amphitryoni* praemisso Diis connumerat. Taceo, propter introitum & ostium curiae Romanae aram *Victoriae* sacram fuisse positam: quam quum reliquaque ejus generis, *non aequam nec honestam hanc scelerum suorum excusationem nacti.*

(z) *Theognis*] In *Sententiis vs.* 1131. 1132. *p.* 115. Sensus dicti hujus haud dubie hic est: *Spes inter homines sola Dea bona relicta est: at reliqui Dii relinquentes* (nimirum homines) *in coelum abierunt.* In altero nimirum versu vocabulum ἔσθλη jungendum est cum nomine ἔλυμπον. Igitur meo judicio parum recte *Cudworthus* hic sententiam poëtae expressit, quem cecinisse ait, *Deos coelum & antiqua domicilia sua deseruisse, sola Spe in olympo relicta.* Scilicet vocabulum ἔλυμπον retulit ad verbum ἐκπεφυλοπότες: ex qua constructione haec nascitur sententia. Hanc vero prorsus a *Theognidis* mente alienam esse, primum res ipsa docet. Quid enim minus credibile, quam a Diis coelum vacuum esse relictum, quod omnium bonorum affluebat copia? Deinde idem sequentes ostendunt versus, in quibus poëta alias pergit Deas enumerare, quas pariter hinc abiisse, & *terram*, non coelum, *reliquisse*, fingit:

Σωφροσύνη Χάριτές τ', ὦ φίλε, γῆν ἔλιπον.

Temperantia Charitesque, o amice, terram reliquerunt.

(a) *Tenentis*] Lege *Vossium de idololatria Lib.* VIII. *Cap.* 10. *p.* 748. qui da sanis *Spei* dedicatis plura commemorat.

(b) *Syn-*

quum demoliti essent Christiani, (*b*) *Symmachus*, regnante *Theodosio*, incredibili contentione, ut instauraretur, petiit, his inter alia verbis caussam, quam agebat, commendans: *Nemo colendam neget, quam profitetur optandam. Echo* quoque suum in Numinibus locum obtinebat, *Nox*, cui gallum immolare solebant, *Somnus* item, quin ipsa quoque *Mors:* ne quid nunc de multis aliis ejusmodi rerum proprietatibus & affectionibus dicam, in Deorum cooptatis numerum, quarum locupletissimum contexuit indicem *Gerhardus Johannes Vossius Libro octavo de Theologia gentili.* Mos hic ea, quae rebus ipsis eveniunt & accidunt, personarum Deorumque forma & specie donandi, tam vulgaris erat & pervagatus inter gentes, ut *Paulum* ipsum, *Jesum atque mortuorum resurrectionem praedicantem*, populus Athenienſis studii peregrina introducendi Numina coargueret: id quod *Chrysostomus* animadvertit. Suspicabantur enim, virum divinum, sicuti *Jesum* Deum esse affirmaret, ita *Resurrectionem* seu Ἀνάστασιν, tamquam novam Divam, (*c*) afferre. Quid? quod hocce animi morbo res naturales cum Diis componendi eo sese multi passi sunt abduci, ut res quoque malas, nec pernicioſas minus & noxias, quam vitiosas, Deorum honestarent vocabulis. De rerum noxiarum cultu hoc *Plinii* exstat dictum: (*) *Inferi quoque in genera describuntur, morbique, & multae etiam pestes, dum esse placatas trepido metu cupimus: ideoque etiam publice Febri fanum in Palatio dedicatum est, Orbonae ad aedem Larium ara, & Maiae fortunae Esquiliis.* De rerum vitiosarum honoribus hoc legi velim *Ciceronis* pronuntiatum, aut *Balbi* apud *Ciceronem:* (†) *Quo ex genere Cupidinis & Voluptatis & Lubentinae Veneris vocabula consecrata sunt, vitiosarum rerum, & non naturalium.* Idem *Cicero Libro* (*d*) *de legibus* Athenis *Contumeliae* quoque & *Impudentiae* fana fuisse dedicata, refert, sed totam simul hancce rationem exsecratur & rejicit: *Quae omnia ejusmodi detestanda & repudianda sunt. Virtutes enim, non vitia, consecrare decet.* (§) Interim malas ejusmodi res idcirco tantum, quae consecrarentur, dignas esse habitas, certum est, ut ea-
608 rum vim a sese propulsarent, & perniciem inde imminentem a capitibus suis averterent homines. Ceterum quemadmodum hae res naturales seu naturae rerum, quum Deorum in numerum cooptarentur, saepenumero vera sua propriaque nomina retinuerunt; ita etiam interdum ficta illis & aliena vocabula cultores earum imposuerunt. *Voluptas* exempli caussa, in Deorum adscita numerum, *Volupia*, ut & *Lubentina Venus* appellata est. *Tempus*, uti non paucis videtur, *Cronos* seu *Saturnus* inter Deos vocatum est, quod & omnia producit ex sese, & vicissim omnia absorbet & intra se recipit. *Prudentia & sapientia Athenae* seu *Minervae* nomen adepta est, quum Diis adjungeretur. (*e*) *Origenes* certe Numen *Minervae* hac ratione interpretatus est. *Celsum* enim, qui non modo recte atque ordine facere eos asseveraverat, quos praepotens rerum omnium Numen in sole & *Minerva* colere juvaret, sed etiam cultum hunc pietatis nomine vehementer commendaverat, his

(*) Hist. nat. Lib II. C. 7.
(†) De N. Deor. Lib. II. (Cap. 23. p. 2988. T. IX. Opp.)
(§) Gruteri editio paullo aliter legit.

(*b*) *Symmachus*] *Epistolar. L.* IX. *Ep.* LXI. p. 441.

(*c*) *Afferre*] Sed hanc interpretationem loci Act. XVII. 18. quae post *Chrysostomum* multis placuit, nec exigui nominis, interpretibus, non contemnendis rationibus alii debilitarunt, quas erudite exposuit *Jo. Christ. Wolfius* in *Curis philologicis & critic. ad h. l. p.* 1255. 1256.

(*d*) *De legibus*] *Lib.* II. *C.* 11. *p.* 3354. *T.* IX. *Opp.* In *Gruteri* editione, quam aliter haec

Digitized by Google

his inter alia verbis objurgat: (*) Εἰφημεῖμεν ἥλιον, ὡς καλὸν Θεοῦ δημιούργημα, κ. τ. λ. Ἀθλωᾶν μέντοι μὴ ἡλίου τοιαυτήλιν ἐμυθοποίησαν οἱ Ἕλλῆνων λόγοι, εἴτ' ἐν ὑπονοίαις, εἴτε χωρὶς ὑπονοιῶν, Φάσκοντες ἐκ τᾶ Διὸς γεγονέναι κεφαλᾶς καθωπλισμένην, κ. τ. λ. *Nos solem praedicamus, tamquam pulcherrimum Dei opus,* &c. *Quod ad Minervam vero attinet, quam soli jungit* (Celsus), *multas de ea fabulas Graeci nobis narrant: in quibus utrum sensus quidam mysticus lateat, nec ne, nunc quidem haud dixerim. Perhibent nimirum, eam totam armatam ex Jovis cerebro prodiisse.* Paullo post subjicit: Ἴνα δ' ἐγὼ τροπολογῶ καὶ λέγω Φρόνησιν εἶναι τὴν Ἀθλιήν. *Fac vero, has de Minerva fabulas figuras & imagines esse aliarum rerum, & Minervam nihil esse, quam prudentiam.* Igitur non solis poëtis hoc in more fuisse positum, videmus, ut rerum naturalium affectiones & proprietates Deorum Dearumque personis & nominibus ornarent, sed & idem rerum publicarum conditores in legibus suis ausos fuisse. Ipse *Cicero Libro de legibus* (†) civitatis interesse judicat, ut Dii ejusmodi colantur: *Bene vero*, inquit, *quod Mens, Pietas, Virtus, Fides consecratur manu: quarum omnium Romae dedicata publice templa sunt, ut, illa qui habeant, (habent autem omnes boni) Deos ipsos in animis suis collocatos putent.* Qua de causa quoque peculiari lege sacra istiusmodi Deorum communienda sibi esse & sancienda, ratus est, hac tamen adjuncta cautione, ne rebus pestiferis atque vitiosis aliquis inter Deos locus concederetur: *Ast illa, propter quae datur homini adscensus in coelum, mentem, virtutem, pietatem, fidem, earumque laudum delubra sunto. Nec ulla vitiorum solemnia obeunto.*

Ut haec ita sese habeant, si quis tamen harum rerum, quas Diis addere veteres non sunt veriti, rationes ex illius Theologiae legibus metiatur, quam *Varro naturalem* nominavit, id est, veram, non autem ex toto *physicam*, *Scaevola* vero *philosophicam* dixit, id est, cum poëticae & fabulosae, tum civili & populari de Diis doctrinae oppositam, propriorum illae & naturalium Deorum nomina & jura nullo prorsus modo arrogare sibi poterunt. Tantum enim abest, ut vita sensuque gaudeant, ut ne ὑπόστασιν quidem καὶ οὐσίαν, *veram atque propriam essentiam & substantiam* habeant. His armis *Minervae* divinitatem *Origenes* oppugnat, quam prudentiae sapientes dicebant imaginem & simulacrum esse: (§) Ἴνα δὲ καὶ τροπολογῶ καὶ λέγω Φρόνησιν εἶναι τὴν Ἀθλιήν, ἐπιδεικτέον τί αὐτὸ ἢ ὑπόστασιν ἢ οὐσίαν, ἃς ὑφεστηκυίας δεῖ τῆς τροπολογίας ταύτης. *Fac vero, has de Minerva fabulas figuras & imagines esse aliarum rerum, nec Minervam esse aliquid, praeter prudentiam, saltim nobis ostendere decet essentiam & exsistentiam hujus rei, quae certe, ut allegoriae locus esse queat, subsistere debet.* Patet, quaenam horum verborum sententia sit: ostendant, inquit *Origenes*, si possunt, Deorum amici, quo modo id Dei vel Deae tueri possit honores, quod ne per se quidem consistit, sed aliis tantum naturis inest affectionis aut virtutis loco. Pari modo *Libro primo*, quo *Celsi* disputationem pro multitudine Deorum contra Judaeos refellit, alia hujus generis Numina, ut *Memoriam*, Musa-

(*) C. Cels. Lib. VIII. p. 421. (†) Lib. II. C. 11. p. 3354.) (§) P. 422.

haec verba exhibere, in ora libri *Cudworthus* observat, sic legas: *Araque vetus stat —— Esquiliis, Malae Fortunae detestataeque; quae omnia ejusmodi repudianda sunt.* Neque dubitem, hanc lectionem, quam & nupera *Verburgii* editio retinuit, meliorem esse emendatione *Cudworthi*.

(e) *Origenes*] Verum ipsi, quos paullo post affert, *Origenis* loci rem sese aliter habere docent. Illud quidem inde constat, Graecos sapientiores, ut reprehensionem effugerent, fabulam de *Minerva* sic esse interpretatos. Ipse vero *Origenes* huic non accedit expositioni, nec decernit, utrum expositionibus istis fidem oporteat habere, nec ne.

Digitized by Google

ſarum matrem, & nudas *Gratias*, Deorum exturbat agmine. Negat enim fieri ulla ratione poſſe, ut, quae ὑποστάσει καὶ οὐσίᾳ, ſive *ſubſtantia & eſſentia propria* careant, Diis tamen adſcribantur, neque eſſe idcirco decernit haec omnia Numina aliquid, quam (*) Ἐλλήνων ἀναπλάσματα σωματοποιηθέντα ἀπὸ τῶν πραγμάτων. *Graecorum commenta & fictiones, quae ex rebus ipſis in perſonas converſa & commutata ſint.* Cujus dicti *Origenis* vim nemo mihi aptius & elegantius declaraſſe videtur, quam *Prudentius Libro ſecundo contra Symmachum* his verſibus:

609 (†) *Deſine, ſi pudor eſt, gentilis ineptia, tandem*
Res incorporeas ſimulatis fingere membris.

Incorporeas res Prudentius hic vocat rerum affectiones & eventus, qualis erat *Victoria*, cujus aram *Symmachus* aegre ferebat proſtratam jacere & dirutam: qua in re Graecorum imitatur philoſophos, qui ποιότητας *qualitates* rerum ſimiliter ἀσωμάτους, *incorporeas* eſſe dixerunt. Ipſos ego Deorum cultores haud a me impetro, quo tam inſanos fuiſſe credam, ut nihil omnino hujus rei perſpicerent & intelligerent. Atque *Ciceronem* video, non diſſimili ratione ductum, omnes hoſce Deos ex vera ſive philoſophica de Diis doctrina proſcripſiſſe: (§) *Num cenſes*, inquit, *igitur, ſubtiliore ratione opus eſſe ad haec refellenda? Nam mentem, fidem, ſpem, virtutem, honorem, victoriam, ſalutem, concordiam, ceteraque ejusmodi rerum vim habere, videmus, non Deorum. Aut enim in nobismet inſunt ipſis, ut mens, ut ſpes, ut fides, ut virtus, ut concordia; aut optandae nobis ſunt, ut bonos, ut ſalus, ut victoria*, (id eſt, nihil ſunt aliud, quam aut res, quae aliis naturis eveniunt & accidunt, aut affectiones rerum.) *Quare autem in his vis Deorum ſit, tum intelligam, quum cognovero.* Atque, aliis interpoſitis, iterum affirmat: *Eos, qui Dii appellantur, rerum naturas eſſe, non figuras Deorum.* Loquitur de illis, qui in fabulis veterum, in quibus reconditi ſenſus latent, Dii nominantur.

Quocirca, quum ipſi Deorum cultores faſſi ſint, corpora iſta naturalia in perſonas & Deos transformata, verorum atque propriorum Deorum numero comprehendi nullo modo poſſe, neſcio, quidnam aliud ſentire potuerint, quam Deos hoſce varia eſſe unius Dei ſummi atque maximi vocabula, potentiam atque gloriam ſuam multis modis in natura rerum aperientis & explicantis. Etenim *vis* illa, quam (*f*) *Cicero* ait in his omnibus Deorum ſpecie ornatam eſſe, nihil eſt aliud, quam divinum aliquid, in qualibet re bona & utili. Neque aliter exiſtimo haec *Balbi* apud *Ciceronem* verba eſſe capienda: (**) *Quarum rerum quia* VIS *erat tanta, ut ſine Deo regi non poſſent, ipſa res Deorum nomen obtinuit.* Id nempe ſibi velle hominem, arbitror, Deum in omnibus illis naturis, quibus Deorum nomina veteres attribuerint, agnitum atque honoratum fuiſſe. Ipſe *Plinius*, tametſi religioni non nimis favebat, tamen, qua erat ingenii ſollertia & acumine, facili negotio, quorſum omnis haec ſpectaret veterum ſuperſtitio, conſequebatur: (††) *Fragilis*, inquit, *& laborioſa mortalitas in partes iſta digeſſit, infirmitatis*

(*) (P. 18.) (†) P. 284. (v. 57. 58.) (§) De nat. Deor. Lib. III. (Cap. 24. p. 3088.)
(**) Nat. Deor. L. II. (C. 23. p. 2988. (††) Hiſt. nat. Lib. II. C. 7.

(*f*) *Cicero*] *De natur. Deor. Lib.* II. *Cap.* 23. *p.* 2988. *T.* IX. *Opp. Res ipſa, in qua* VIS *ineſt major* ALIQUA, *ſic appellatur, ut ea ipſa* VIS *nominetur Deus.*

(*g*) *Omni-*

Digitized by Google

tis ſuae memor, ut portionibus quisque coleret, quo maxime indigeret. Addam inſignem *Prudentii* locum ex *ſecundo contra Symmachum Libro*, quo hanc veterum religionem, quae Deum non totum & conjunctim, tametſi natura eſt ſimpliciſſima & ab omni aliena contagione prorſus remota, coli praecipiebat, ſed in fruſta atque membra veluti diſtractum venerabatur, eo quod in variis rerum naturae partibus & corporibus varia potentiae & virtutis ſuae documenta edidiſſet, graviter reprehendit & increpat:

(*) *Tu, me praeterito, meditaris Numina mille,*
Quae ſimules parere meis virtutibus, ut me
Per varias partes minuas, cui nulla recidi
Pars aut forma poteſt, quia ſum ſubſtantia ſimplex,
Nec pars eſſe queo.

Haec verba, quamnam *Symmachus* de Diis opinionem foverit, manifeſto declarant. Unam nempe rem & naturam coli judicabat ab univerſis, & moleſte tamen graviterque ferebat, *Victoriae* aliorumque ejus generis Deorum Dearumque, quibus adhuc populi ſerviverant, honores & cultum aboleri. Igitur quis non videt, hominem cenſuiſſe omnia iſta Numina, quae publicis Romanorum legibus conſecrata erant, diverſa tantum eſſe unius praepotentis ſummique Dei vocabula, quibus conſideratio variarum ejus virtutum atque operum locum & occaſionem dederit? Quamobrem *Victoriae* quum immolaret *Symmachus*, uni ſummoque Deo ſacra faciebat, verum ita, ut eum non totum, ſed tamquam illum, qui victoriam populis & regibus largiretur, ob oculos ſibi poneret. Fabulam Aegyptiorum de *Oſiride*, (†) quem a *Typhone* crudeliter dilaceratum ac diſcerptum ferebant, ex *Plutarcho* ſupra docuimus, rem eamdem ſignificare, unum nempe ſimpliciſſimumque Numen a poëtis & rerum publicarum conditoribus in multa commentitia Numina turpiter divulſum & diſtractum eſſe, eo quod vix una notione illud comprehendi poſſe, arbitrarentur. Atqui *Iſis*, quae verae imago erat ſapientiae & prudentiae, diſperſa iſta membra coagmentare iterum, ex lege nimirum naturalis ſeu philoſophicae Theologiae, noverat. Ipſe mihi *Plautus* in *Prologo*, quem *Amphitryoni* praemiſit, non obſcure videtur indicare, non modo Numina illa, de quibus nunc agimus potiſſimum, *Victoriam*, *Virtutem*, & ſimilia, verum etiam reliquos Deos, *Neptunum*, *Martem*, *Bellonam*, & alios, unum eſſe eumdemque *Jovem*, varia licet ratione naturam rerum temperantem & agitantem. En ipſa poëtae verba:

Nam quid ego memorem, ut alias in tragoediis
Vidi Neptunum, Virtutem, Victoriam,
Martem, Bellonam commemorare, quae bona
Vobis feciſſent? queis benefactis meus Pater
Deum regnator, architectus (g) omnibus.

Me-

(*) N. 235. (p. 289.) (†) Oſirin ſummum eſſe Deum, patet ex inſcriptione apud Theon. Smyrn. Mathemat. C. 47. Πρωτογονον παντων βασιλεα Ὀσιριν. Oſiris antiquiſſimus rerum omnium rex.

(g) *Omnibus*] Minor eſt, niſi me fallunt omnia, vis in his teſtimoniis, quibus vir doctiſſimus a nobis impetrare ſtudet, ut multa veterum Numina nihil fuiſſe credamus, quam unius Dei per-

Digitized by Google

Memini, antea *Gerh. Joh. Voſſii* locum ex *Libro* ejus *de Theologia gentili* a me in medium proferri, quo veterum non ſecus proponit religionem & adverſus Deos ſtudium, ac ſi omnes cenſuiſſent, Deos illos, quorum cultus civitatum legibus
611 ſancitus erat, totidem eſſe mentes ſempiternas, neque natas ex re ulla, neque cujusquam ſubjectas imperio. Hic vero aequitas poſtulat, ut hominis eruditi vicissim memoriam ab hac macula quodammodo purgem, fatearque, occurriſſe mihi alium ab eo tempore locum in eodem libro, quo aut priſtinam emendat opinionem & corrigit, aut vero complicatam animi notionem clarius & luculentius evolvit. Antiquos enim ſcribit populos credidiſſe, civiles, quibus ſupplicarent, Deos mentes quidem eſſe ſeu ſpiritus vere exiſtentes, at minime aeternos, aut ex ſemet ipſis natos, omnique lege ac imperio ſolutos; omnes e contrario putaſſe, Deos ex una ſumma aeternaque mente procreatos eſſe, a qua certarum rerum mundique partium procurationem & adminiſtrationem, tamquam a domino ſuo, accepiſſent. Rerum autem affectiones, quibus divini ſunt olim attributi honores, eas deſignare arbitratur vir doctiſſimus mentes ſeu ſpiritus, qui rebus illis ex ſententia veterum praeſiderent, easque pro lubitu & arbitrio hominibus impertirent. Placet ipſa ejus verba ex *Libri octavi* exordio, ubi de rerum commentatur affectionibus, Diis ab antiquis adſcriptis, ſubjicere: (*) *Hujusmodi Deorum prope immenſa eſt copia. Ac in civili quidem Theologia conſiderari ſolent, tamquam mentes quaedam, hoc honoris a ſummo Deo ſortitae, ut affectionibus iſtis praeeſſent. Nempe crediderunt, Deum, quem optimum maximum vocabant, non per ſe omnia curare, quo pacto, ut dicebant, plurimum beatitudini ejus decederet, ſed inſtar Regis plurimos habere Miniſtros & Miniſtras, quorum ſingulos huic illive curae praefeciſſet. Sic Juſtitia, quae* & Aſtraea *ac* Themis, *praefecta erat actibus cunctis, in quibus juſtitia attenderetur.* Comus *curare creditus eſt conceſſationes. Et ſic in ceteris id genus Diis, nomen ab ea affectione ſortitis, cujus cura cuique commiſſa crederetur. Quo pacto ſi conſiderentur, non aliter different a ſpiritibus ſive angelis bonis malisque, quam quod hi re vera a Deo conditi ſint; illae vero mentes, de quibus nunc loquimur, ſint figmentum mentis humanae, pro numero affectionum, in quibus vis eſſe major videretur, comminiſcentis mentes affectionibus ſingulis praefectas. Facile autem ſacerdotes ſua commenta perſuadere ſimplicioribus potuerunt, quia ſatis videretur veriſimile, ſummae illi menti, Deorum omnium regi, innumeras ſervire mentes, ut eo perfectior ſit ſummi Dei beatitudo, minusque curis implicetur, inque tot famulantium numero ſummi Numinis majeſtas magis eluceat. Ac talis quidem opinio erat Theologiae civilis.* Hic de illo quidem Deorum genere ſigillatim loquitur *Voſſius*, cui nemo incorruptae mentis divinitatem vere ac proprie ita dictam adſcribere

(*) (P. 735.)

perfectiones & virtutes, perſonarum ſpecie indutas, atque ſibi perſuaſit. (I.) Locos aliquot ex *Cicerone* producit. Hi vero loci ex ore *Balbi* ſumti ſunt, Stoici, quem loquentem inducit *Cicero*. Ergo hoc unum probant, Stoicos veterum fabularum ineptias hac ratione interpretatos eſſe, & ad philoſophiae ſuae praecepta accommodaſſe. Quod ſicuti facile conceſſerim, ita ex Stoicorum argutiis & ſomniis religiones veterum aeſtimandas eſſe, nego. (II.) *Plinii* loco utitur. Hoc autem *Plinii* dictum, unde ex philoſophi hujus ſententia factum ſit, declarat, ut multos ſibi Deos mortales fingerent, nullo vero modo eorum confirmat ſententiam, qui Deos veterum non paucos nil niſi divinas fuiſſe volunt virtutes & proprietates. (III.) A *Prudentio* & *Symmacho* quod mutuatur teſtimonium, id plane nullum eſt. Nec enim primum, quid me cogat, video, ut exiſtimem, *Numina mille*, quorum meminit *Prudentius*, virtutes tantum divinas eſſe, figuris perſonarum amictas. Poëta caſtigat Romanos, quod unum Deum, cujus infinita eſt potentia, in mille minora Numina vel-

Digitized by Google

bere poterat, eo quod nullus eorum per ſe exſiſteret, verum aliis tantum rebus virtutis inſtar & affectionis ineſſet. Et haec quidem Numina ducit a plerisque omnibus Deorum cultoribus pro totidem habita eſſe mentibus, quas ſupremi Numinis genuiſſet potentia, ejusdemque providentia certarum rerum gubernationi & tutelae praepoſuiſſet. Sed levi opus eſt attentione, ut & reliquos omnes antiquorum Deos hac una *Voſſium* metiri regula intelligas: Omnes nempe civiles & populares Deos tamquam mentes cenſet ſpectatos eſſe, non ſempiternas, cauſſae & originis neſcias, omnique dominatione liberas, verum ex uno praepotente Deo genitas, quibus idem varias mundi partes tuendas commiſiſſet atque gubernandas, diſtinctaque credidiſſet munera. Igitur, quod ad caput rei attinet, nulla nobis eſt cum *Voſſio* diſſenſio. Utrique negamus, tam a vero averſos fuiſſe veteres, ut turbam Deorum, ſuae voluntati unice parentium, & ex infinito tempore exſiſtentium, mundi gerere tutelam, putarent. Pauca ergo reſtant quaedam, eaque levioris momenti, quae nos ab eo ſejungunt ac divellunt.

Ipſi antea monuimus, *Epictetum* apud *Arrianum* videri *Aeolum* non pro uno, ſed multis duxiſſe ſupremi Numinis miniſtris ſeu daemonibus, quibus ſapientia ejus ventorum habenas in omnibus terrarum orbis partibus regendas tradidiſſet. Atque video, Deorum amicos, quos inducit *S. Auguſtinus*, de naturae rebus atque affectionibus in Deorum cooptatis numerum idem fere ſenſiſſe. Genus hoc, ſi iſtos audias, ignotis quibusdam Diis ſeu daemonibus conſtat, quos Deus rerum, a quibus denominantur, curam gerere, easque elargiri hominibus voluit. (*) *Quoniam*, inquiunt, *ſciebant majores noſtri, nemini talia, niſi aliquo Deo largiente, concedi, quorum Deorum nomina non inveniebant, earum rerum nominibus appellabant Deos, quas ab iis ſentiebant dari, aliqua vocabula inde flectentes: ſicut a bello* Bellonam *nuncupaverunt, non* Bellum; *ſicut a cunis* Cuninam, *non* Cunam; *ſicut a ſegetibus* Segetiam, *non* Segetem; *ſicut a pomis* Pomanam, *non* Pomum; *ſicut a bove* Bobonam, *non* Bovem: *aut certe nulla vocabuli declinatione, ſicut res ipſae, nominantur: ut* Pecunia *dicta eſt Dea, quae dat pecuniam, non omnino pecunia Dea ipſa putata: ita* Virtus, *quae dat virtutem*, Honor, *qui bonorem*, Concordia, *quae concordiam*, Victoria, *quae victoriam dat. Ita, inquiunt, quum* Felicitas *Dea dicitur, non ipſa, quae datur,* 612
ſed Numen illud attenditur, a quo felicitas datur. Si quid mihi datum eſt intelligere, quos ita loqui facit *Auguſtinus*, illi res naturales, Deorum adſcriptas familiae, unum aut plures inferiores eſſe judicant ſive Deos, ſive daemones, quorum ſummum unicumque Numen adhibeat operam in certis rebus cum gubernandis, tum erogandis. Nec ego negem, in tanta rerum omnium ignoratione incredibilique fen-

(*) Civ. Dei Lib. IV. C. 24. (p. 83. T. VII. Opp.)

veiuti diſtraxiſſent, & unius ſummi Numinis munera inter varios Deos diſtribuiſſent. Illi certe Deum *per varias partes minuebant*, qui magnam Deorum multitudinem ex Deo fluxiſſe, atque nutu & arbitrio divino varia in orbe terrarum officia obire, aſſeverabant. Et quid multis? Quod *Prudentius Numina illa* ex ſententia Romanorum *ſupremi Dei virtutibus parere* affirmat, id argumento eſt, eum de notionibus animi aut de virtutibus divinis haud loqui. Quaenam enim horum verborum erit ſententia, ſi de perfectionibus divinis accipiantur? *Symmachi* deinde religionem plane pervertit vir doctiſſimus: qui certe nec *Victoriam* pro virtute ſupremi Numinis habuit, nec Romanorum Deos omnes ad unum ſummum Deum referendos eſſe, opinatus eſt. *Symmachus* unum quidem eſſe ſupremum Numen, victus Chriſtianorum argumentis, non diſſitebatur; ſimul vero multos eſſe arbitrabatur minores Deos ſummo illi ſubjectos, & ab eo variis rebus & civitatibus praefectos. Id ipſis ejus verbis ita ſe habere probabo ex *Epiſt. Lib. X. Ep.* LXI. *p.* 442. *Suus*, inquit, *cuique mos*,

Digitized by Google

ſententiarum varietate, qua veteres laborabant populi, fuiſſe fortaſſis aliquos, quibus *Voſſii* placeret ratio, ſic uti Deos civiles affectionesque rerum Deorum exornatas ſpecie totidem mentes aut ſpiritus eſſe ducerent, quibus ſingulis Deus certarum rerum per totum terrarum orbem, nullarum vero aliarum, adminiſtrationem commiſiſſet. At nullo tamen modo fit veriſimile, plerisque omnibus ita quondam viſum eſſe Deorum cultoribus, ſingula Numina totidem eſſe ſpiritus ſive mentes, a ſupremo Deo conditos, quorum quisque certam quamdam rem, ubicumque ea ſit in toto terrarum orbe, in tutela ſua habeat, alias vero nusquam imperet ac dominetur. Ita quis ſibi facile perſuadeat, cenſuiſſe veteres, Divam *Victoriam* unam eſſe feminei ſexus mentem, cui officii loco datum ſit, victoriam in omnibus mundi partibus unoquoque tempore cunctis, qui eam conſequuntur, largiri? Divam *Juſtitiam* aliam eſſe mentem ſeu naturam, quam idcirco Numinis procreaverit ſapientia, ut eſſet, quae juſtitiam ubique terrarum adminiſtrari curaret, legesque populis deſcriberet, nil vero ageret aliud? Par ceterarum affectionum ratio eſt, *Virtutis*, *Honoris*, *Concordiae*, *Felicitatis*, & aliarum, quas hominum in coelum extulit amentia.

Lactantius Firmianus (*) dum in eo eſt, ut Deorum refellat cultores, qui ſe nullos alios affirmabant venerari, quam unum ſummum Deum, ejusque miniſtros, quos ipſe generaſſet, auctore *Seneca* in *Exhortationibus*, dicente: *genuiſſe regni ſui miniſtros Deum*, atque hos Dei miniſtros *Deos* a ſeſe vocari, contendebant, plane negat, Deos, quibus ſacra publice facerent populi, ſi unum exceperis, miniſtros eſſe ſupremi Numinis ex eo genitos. *Verum hi*, inquit, *neque Dii ſunt*, *neque Deos ſe vocari aut coli volunt.* —— *Nec tamen illi ſunt, qui vulgo coluntur, quorum & exiguus & certus eſt numerus.* Dii nimirum, qui tum temporis colebantur, in certas diſtributi erant claſſes, numerusque eorum humanae vitae neceſſitatibus & opportunitatibus definitus. In his vero, qui *Nobiles* & *Selecti* vocabantur, exiguum tantum numerum conficiebant. Atqui, ait *Lactantius*, quod ipſi fatentur Deorum tutores, miniſtri ſupremi Numinis non duodecim ſunt, aut viginti, non trecenti, aut ſexcenti, ſed innumerabiles, ſtellae atque daemones.

(†) *Zeno* Deum eſſe dixerat naturam rerum omnium potentiſſimam aut perfectiſſimam. Ei librum *Ariſtoteles* oppoſuit, in quo Dei definitionem hanc legibus civitatum aut rerum publicarum, id eſt, civili de Diis doctrinae, repugnare, obſervat. Namque his conſtitutum videri, rerum omnium poteſtatem totiusque mundi

(*) De falſ. relig. C. 7. (Inſtit. div. L. I. C. 7. p. 51.)
(†) Ariſtoteles adv. Zenon. Xenocr. Gorg. p. 1246. (C. 4. p. 841. T. II. Opp.)

mos, ſuus cuique ritus eſt. VARIOS CUSTODES *urbibus cunctis* MENS DIVINA *diſtribuit. Ut animae naſcentibus, ita populis* FATALES GENII *dividuntur. Accedit utilitas, quae maxime homini Deos aſſerit.* (IV.) Interpretatio fabulae de *Oſiride* a *Typhone* lacerato, in qua novum opinionis ſuae praeſidium collocat, commentum eſt hominis juſto ſubtilioris, cui curae erat, plus ſapientiae & veritatis in religionibus publicis reperire, quam reapſe habebant. In privatis ejusmodi ſententiis & opinionibus nemo ſapiens acquieſcit, quum praeſertim monumentis rerum & hiſtoriis abunde confutentur. (V.) Illud autem vehementer miror, quod vir doctiſſimus ex inſcriptione apud *Theonem* in ora libri patere affirmat, *Oſirin* ſummum eſſe Deum. Longe ſecus ſeſe res habet, atque haec inſcriptio praeclare eorum confirmat ſententiam, qui hominem & antiquum regem *Oſirin* fuiſſe exiſtimant. Dabo ipſam inſcriptionem ex *Theone Smyrnaeo de iis, quae in Mathematicis ad Platonis lectionem utilia ſunt*, Cap. 47. p. 164. Ἐν ᾧ Αἰγυπτίων τελῇ φησιν εὑρεθῆναι γράμμα βασιλέως Κίτου ᾧ βασιλεύοντος Ῥέας· ΠΡΕΣΒΥΤΑΤΟΣ ΠΑΝΤΩΝ ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΟΣΙΡΙΣ ΘΕΟΙΣ ΑΘΑΝΑΤΟΙΣ,

Digitized by Google

mundi cuſtodiam non penes unum eſſe Deum, verum certos Deos certarum rerum procurationi, hunc uni, illum alteri, praepoſitos eſſe: Εἰπεῖν ἅπαντα ἐπιχειρήσειν τὸν θεὸν λαμβάνειν, τὸ δυνατώτατον καὶ βέλτιστον λέγων, ὃ δοκεῖ τοῖς πολλοῖς τὸν αὐτὸν εἶναι τοῦ νόμου, ἀλλὰ πολλοὺς κρείττους εἶναι ἀλλήλων οἱ θεοί· ἔνιον ἐν ᾧ δοκεῖ τῷ αὐτῷ εἶναι φησὶ ταῦτα καὶ ᾧ θεῷ ὁμολογίαν. *Etiamſi Zeno Deum id eſſe ſumat, quod omnium eſt praeſtantiſſimum, idque potentiſſimum & optimum appellet; tamen ex lege* (ſeu civili Theologia) *id minime ita eſſe videtur, ſed in multis praeſtantiores ſeſe mutuo eſſe Dii dicuntur. Non igitur ex eo, quod videtur, hanc omnium de Deo conſenſionem accepit.* Hic nos docet locus *Ariſtotelis*, non omnes civiles, quibus gentes devotae erant, Deos vulgo pro celſiſſimi Numinis miniſtris atque famulis eſſe habitos. Attamen, id quod ipſe non inficiatur *Ariſtoteles*, omnes unum Deum leges ferre toti rerum naturae, ſtatuebant, nec idcirco multos eſſe putabant Deos, gradu atque poteſtate inter ipſos pares. Igitur hoc certum atque ratum haberi debet, id quod etiam *Zenonem* reſponſurum fuiſſe nil dubito, civiles illos antiquitatis & populares Deos unum tantum eſſe, ſummum naturae dominum, at in varias partes & membra veluti diſcerptum & ſuperſtitione dilaceratum, in quem varia vocabula & nomina pro varietate notionum, quas in animis informant homines, & virtutum ejus ubique manifeſtarum copia mortalium contulerit religio. Atque ſatis, ut opinor, a nobis jam demonſtratum eſt, principes veterum ſapientes in hac omnes verſatos eſſe ſententia, varia nationum Numina totidem eſſe unius, quem natura dictat eſſe, Dei vocabula. Nam quod varias in Deo perfectiones mortales diſtincte conſiderari poſſe, intelligerent, variosque potentiae ejus effectus in toto terrarum orbe ſibi patere, cernerent, ea re commoti ſunt, ut his perfectionibus & effectibus cum perſonarum formam & habitum, tum Deorum ſpeciem & nomen attribuerent.

Atque ipſum video *Voſſium* in hanc demum concedere ſententiam, & ingenue 613
confiteri, ex Theologiae, quam *naturalem* vocabant veteres, inſtitutis multifaria gentium Numina nihil eſſe, praeter vocabula & nomina, quibus unum Deum mortales quondam affecerint. Interea tamen, id quod perſpicuum eſt, litteratiſſimus hicce vir naturalem hancce Theologiam arctioribus circumſcribit, quam par erat, limitibus, neque ſatis recte *naturam rerum* in ea Dei loco eſſe habitam, perhibet; etiamſi naturam intelligat ſenſu praeditam, conſilio, & intelligentia. Juvat ipſa doctiſſimi hominis verba recitare: (*) *Diſpar vero ſententia Theologorum naturalium, qui non aliud Numen agnoſcebant, quam naturam rerum, eoque omnia gentium*

(*) Lib. VIII. C. 1.

ΤΟΙΣ, ΠΝΕΥΜΑΤΙ ΚΑΙ ΟΥΡΑΝΩΙ, ΗΛΙΩΙ ΚΑΙ ΣΕΛΗΝΗ ΚΑΙ ΓΗ, ΚΑΙ ΝΥΚΤΙ ΚΑΙ ΗΜΕΡΑ, ΚΑΙ ΠΑΤΡΙ ΤΩΝ ΟΝΤΩΝ ΚΑΙ ΕΣΟΜΕΝΩΝ. *In columna Aegyptiaca refert Euander ſcripturam reperiri regis Saturni & reginae Rheae: Antiquiſſimus omnium rex Oſiris Diis immortalibus, ſpiritui & coelo, ſoli & lunae & terrae, & nocti & diei, & patri eorum, quae ſunt, queque futura ſunt.* Nec in ſenſum placet hujus inſcriptionis inquirere, nec, verane ſit, an ficta, explorare: id vero dubio caret, ab homine eam eſſe dedicatam, qui divinos honores ſibi minime arrogavit. (IV.) *Plauti* locum ipſemet vir egregius haud magni aeſtimat. Certe omni vacuus is virtute eſt ad id probandum, quod probatum eſſe cupit aliis. Nec enim *Plautus* negat, *Neptunum*, *Virtutem*, *Victoriam*, & reliquos Deos eſſe; ſed hoc tantum ut credant ſpectatores, poſtulat, beneficia, quae his Diis tribui ſoleant, ipſi potius *Jovi* accepta eſſe ferenda, quippe qui Deos omnes regat & ad voluntatem ſuam flectat. Si nulli eſſent Dii, praeter *Jovem*, ex mente *Plauti*, nominaque tantum divinarum virtutum pro Diis fuiſſent habita, quomodo Jovem Mercurius *Patrem ſuum*, & ſimul *Deum regnatorem* vocare potuiſſet?

(*h*) *Plu-*

Digitized by Google

tium Numina referebant. —— *Nempe mens eorum fuit: ſicut natura eſſet occupata circa hanc vel illam affectionem, ita Numina nominaque Deorum variare. Quum igitur ubicumque vim aliquam majorem viderent, ita divinum aliquid crederent, eo etiam devenere, ut immanem Deorum Dearumque fingerent catervam. Sagaciores interim haec cuncta unum eſſe Numen ajebant, puta rerum naturam, quae, licet una foret, pro variis tamen effectis varia ſortiretur nomina, vario etiam afficeretur cultu.* Haec *Voſſius:* qui *naturam rerum* vocat ſummum illum Deum, cui naturales unice ſtuduerint Theologi, non ſecus ac ſi naturalis, quae dicebatur, Theologia ex eo nomen inveniſſet, quod Phyſices ſive naturalis Philoſophiae praecepta ſub involucris latere fabularum, oſtenderet. Ego vero ſupra, quod ſatis eſt, docui, naturalem *Varronis* & *Scaevolae* Theologiam aeque late patere, ac philoſophicam, cujus antea hiſtoriam enarravimus, de Diis doctrinam. Quam qui rite conſideraverit, is levi ſentiet negotio, non coecam quamdam naturam, cujus nemo notionem facile animo informaverit, in Dei locum a philoſophicis his Theologis ſuffectam eſſe. Patet item ex illis, quae antea diſputavimus, *naturale* iſtuc diſciplinae genus vocatum eſſe eo ſenſu, quo opinionibus, commentis, ingenii ludificationibus, omnibusque illis, quae perſonam & naturam tantum mentiuntur, non vero habent, vox *naturalis* opponitur. Quare naturalis Theologia eadem eſt, quae vera atque certa. Sic *Auguſtinus* (*) olim *naturam Deorum*, nempe veram, ab *inſtitutis hominum* de Diis diſtinxit. Idem quoque, quodnam ex mente *Varronis* diſcrimen inter naturalem & civilem Theologiam interjectum ſit, his verbis explicat: (†) *Fieri poteſt, ut in urbe ſecundum falſas opiniones ea colantur & credantur, quorum in mundo vel extra mundum natura ſit nusquam.* Quae quum extra dubium ſint poſita, tum demum *Voſſii* verba veritati erunt conſentanea, ſi in locum nominis *natura rerum*, quam nemo Deum eſſe unice putavit, praeter *Epicurum*, *Stratonem*, ſimilesque philoſophos, qui funditus religionem univerſam ſuſtulerunt, ſubſtituatur *magna mundi totius anima, quae res omnes permeat, ac per totum fuſa eſt terrarum orbem.* Hoc enim Deo uſi ſunt, qui inter veteres naturalis Theologiae ſtudioſi videri volebant: ad hanc referebant mentem, quidquid Deorum vel populi & civitates, vel poëtae colendum ſuaderent: hoc ſenſu Deos omnes unum eſſe tuebantur naturalem Deum, qui vario ritu coleretur, variisque nominibus afficeretur pro diverſo modo atque ratione poteſtatis ejus, quam in orbe terrarum declaraſſet. Attamen hoc dogma non obſtabat, quo minus iidem naturalis Theologiae profeſſores multos eſſe unius ſummi Numinis famulos, *mentes* dictos aut *daemones*, contenderent, quibus Deus ad varia voluntatis ſuae decreta & mandata perficienda uteretur. Totam hancce rationem & diſciplinam ſcite atque vere (*h*) *Prudentius* expreſſit, cujus nos antea verſus recitavimus:

—— *In Uno*
Conſtituit jus omne Deo, cui ſerviat ingens
Virtutum ratio, variis inſtructa miniſtris.

Quas virtutes dicit, illis legumlatores atque poëtae amictum & habitum perſonarum

(*) De civ. Dei L. VI. C. 5. (p. 116. T. VII.) (†) Ibid.

(*h*) *Prudentius*] In *Apotheoſi vſ.* 191. *p.* 169.

(*i*) *Pla-*

Digitized by Google

rum & Deorum circumdederant. Miniſtri autem qui vocantur illi, *daemones* vulgo, ſed & *Dii* audiebant.

Non ignarus ſum, jamque demonſtratum antea dedi, eos, qui ex Platonicorum familia ceteris ſublimius evolare ingenio ſtudebant, omnes tam civiles, quam poëticos Deos, resque omnes propterea naturales, quas ſpecie Deorum ornaverant homines, cum *ideis* ſive rerum primis exemplis in mundo, quem *Archetypum* vocabant, contuliſſe. Has vero ideas ex ſupremo omnium Deo ſeu principe Trinitatis, quam *Plato* confinxerat animo, perſona procreatas eſſe, dicebant, *Deos*que vulgo *intelligentiae ſoli conſpicuos* ſeu νοητὸς θεὸς appellabant, non ſecus ac ſi totidem 614
diſtinctae eſſent naturae & perſonae. Et hoc quidem Theologiae abſtruſioris genus, id quod *Philonis* itidem ſupra docuimus teſtimonio, aetate *Apulejum* & *Julianum* multum ſuperat. Hic operae ducimus pretium adjicere, *Celſum* Aegyptiorum Theologis eamdem attribuere ſapientiam, atque diſputare, bruta eos animalia propterea tantum juſſiſſe coli, quod aeternarum idearum ſimulacra eſſent & imagines. (*) Καὶ φησί γε ἡμᾶς τ μὲν Αἰγυπτίων καταγελᾶν, καὶ τῶν πολλὰ καὶ ἀ φαῦλα παρεχόντων αἰνίγματα, ἐπὰν ἰδιῶν αἰδῶν, καὶ ἀχ (ὡς δοκοῦσιν οἱ πολλοὶ) ζώων ἱερείων τιμὰς εἶναι τὰ παῦτα διδάσκοντα. *Nos ait irridere Aegyptios* (Celſus,) *etiamſi illi multa, nec contemnenda myſteria in religione ſua ſervent, neque bruta animantia, quae pereunt quotidie, colenda proponant, ut multi putant, ſed aeternas ideas.* Hujus itaque ſi ſtandum ſit auctoritati, doctrina haec de ſempiternis rerum omnium, quibus hic orbis conſtat, formis & exemplis non a *Platone* excogitata eſt, aut Graecis propria, verum utrisque, & Graecis & Aegyptiis, communis exſtitit. Utcumque eſt, id tamen dubio caret, Platonicos, tametſi perennes hasce rerum ſpecies ex principe omnes Deo ſeu prima divinitatis perſona genitas eſſe, praeciperent, Deosque vocarent *intelligibiles*, tamen univerſas profeſſos eſſe in una divina intelligentia verſari & exſiſtere. Notum eſt (*i*) *Plotini* ſcitum: Οὐκ ἔξω ὃ νῦ τὰ νοητά. *Intelligibilia non ſunt extra intelligentiam.* Atqui haec mens ſeu intelligentia altera erat divinitatis, qualem *Plato* concipiebat, perſona. Quamobrem *Julianus Libris contra Chriſtianos* Deos hoſce, nulli oculo, ſed ſoli viſos animo, quamvis ex Deo procreati haberentur, & una cum Deo, & in ipſo Deo exſiſtere, affirmavit. Exſtat & in *ſexta* ejus *oratione* locus, qui ad hanc rem pertinet, atque dignus mihi, quem huc transferrem, viſus eſt: (†) Πάντα γὰρ αὐτός ἐστιν, εἴπερ καὶ ἐν ἑαυτῷ καὶ παρ' ἑαυτῷ ἔχει τ ὄντων ὅλων τὰς αἰτίας, εἴτε ἀθανάτων ἀθανάτας, εἴτε θνητῶν ἀ θνητὰς, εἴδε θνητῶν ἀθανάτους τε καὶ μονίμους ἀεὶ, αἳ καὶ τέκνων εἰσὶν αἰτίαι τ ἀειγενείας. *Eſt enim*, (Deus) *ipſe omnia, ſiquidem & in ſe ipſo & apud ſeſe eorum, quae utcumque ſunt, omnium cauſſas complectitur, ſive immortalium immortales, ſive caducarum minime mortales ac caducas, ſed ſempiternas & conſtantes, quae ſunt ipſis generationis perpetuae cauſſae.* Hae rerum cauſſae omnium, quas in Deo concludi aſſeverat Imperator, nullae ſunt, quam divinae rerum ſpecies ac formae. Ex quibus omnibus patere, arbitror, ſapientes illos ex *Platonis* & Aegyptiorum ſcholis, qui Deorum turbam cum aeternis conniſi ſunt exemplis rerum componere, non exiſtimaſſe propterea, ſpecies illas totidem eſſe mentes ſeu animos, Dei quidem imperio ſubjectos, verum tamen reapſe

(*) Origenes c. Celſum Lib. III. p. 120. (†) P. 347.

(*i*) *Plotini*] Ita *Plotinus* ſingularem inſcripſit *Librum*, qui nunc *quintus* eſt in *quinta Operum* ejus *Enneade* p. 519. Ὅτι οὐκ ἔξω τοῦ νῦ τὰ νοητὰ, οὐ περὶ τούτου.

Digitized by Google

reapſe ab eo ſejunctos, ſed eas tantum, ut varias unius Dei, qui ſimul eſſet omnia, aut rerum omnium cauſſas in ſe latentes haberet, notiones ſpectari voluiſſe. Atque hoc confirmat *Origenes*, qui Aegyptiorum Theologos memoriae prodidit animalia, publicis religionibus conſecrata, non modo, quod *Celſus* dixit, aeternarum ſpecierum, verum etiam ipſius Dei imagines appellaſſe: (*) Τὰ τῶν Αἰγυπτίων σεμνολογήματα καὶ τὰ περὶ τῶν ἀλόγων ζώων καὶ φασκόντων εἶναί τινα αὐτὰ τῆς θεοῦ συμβολα. *Celſus applaudit Aegyptiorum Theologis, qui, ut cultui, quem beſtiis exhibent, ſpeciem & dignitatem conciliant, eſſe eas aſſirmant certa Dei ſymbola.*

Vident omnes jam, ut arbitror, moris fuiſſe antiquioribus Theologis, variis nominibus propriis unum ſummumque Deum compellare: quae vocabula quoniam diſtinctas indicare videbantur perſonas, in eam facile ſententiam induxerunt alios, ut multos deſignari illis Deos exiſtimarent. Primo Deum, cuncta comprehendentem, & univerſam naturam moderantem, quum variis modis conſiderari poſſe animo, intelligerent, varia nomina traxerunt a variis illis conſiderandi Deum modis, eique accommodarunt. *Janum* dicebant eum, ut univerſam rerum naturam omnesque omnino Deos initium ex eo cepiſſe, ſignificarent. Quocirca vetus poëta lyricus, *Septimius* (*k*) *Afer* his *Janum* verſibus invocat:

O care rerum ſator! o PRINCIPIUM DEORUM*!*
Stridula cui limina, cui cardinei tumultus,
Cui reſerata mugiunt aurea clauſtra mundi.

Genius audiebat, quod eum magnam totius mundi animam eſſe cenſerent. Repu-
615 tantes, Deum rerum omnium abſtruſum eſſe fontem & principium, unde formae omnes atque vitae manaſſent, & in quem omnes, tamquam in abditum quoddam armarium, reverterentur, *Saturnum* eum nominabant. Unus ex Aegyptiis ſeu Hermeticis ſcriptoribus Deum dixit πάντα ποιεῖν, καὶ εἰς ἑαυτὸν ἀναιρεῖν, *Deum omnia ex ſe ipſo facere, & viciſſim omnia in ſuum revocando ſinum deſtruere.* Hetruſcus ceterum *Saturnus* hic Aegyptiorum reſpondet *Hammoni*: cujus nominis, quod pariter *occultum* ſignificat, vim propterea ſic declarat (*l*) *Jamblichus*: ὁ Ἅμμων ἀφανὴς ὢν κεκρυμμένων λόγων δύναμιν εἰς φῶς ἄγων, *qui incognitam rationum latentium vim producit in lucem.* Deus, ut ſapientia illa ſpectatus, quae ſemet ipſam cum rebus omnibus communicat, *Athena* ſeu *Minerva* vocabatur, nec non *Aphrodite Urania*, *Venus Coeleſtis*, denique *Amor*. Ita *Phanes*, quem ſupremum eſſe Deum, *Orpheus* perhibet, ex praeſcripto diſciplinae Orphicae & Aegyptiae, id quod *Proclus in Timaeum Platonis* ſcriptum reliquit, (†) αἰδὼς ἔρως, *amor ſuavis & tener*, dicebatur. Ipſum vero nomen *Phanes* unde deſcenderit, non convenit inter harum rerum peritos. (*m*) *Lactantius* ita vocari Deum exiſtimat, *quia, quum adhuc nihil eſſet, primum ex infinito appa-*

(*) Orig. contra Celſum p. 120. (†) (P. 37.)

(*k*) *Afer*] Apud *Terentium Maurum de litteris, ſyllabis, pedibus* in *Putſchii Grammaticis veteribus p.* 2396.

(*l*) *Jamblichus*] *De myſteriis Aegyptior. Sect.* VIII. *Cap.* 3. *p.* 159.

(*m*) *Lactantius*] *Divinar. Inſtit. Lib.* I. *Cap.* 5. *p.* 31.

(*n*) *Kircheri*] In *Oedipo Aegyptiaco p.* 498.

(*o*) *Pherecydes Syrus*] Haec verba *Pherecydis* affert *Proclus Comm. in Timaeum Platonis Lib.* III. *p.* 156. ſed non addit is, *Pherecydem* hunc veterem illum *Pythagorae* praeceptorem eſſe, quem *Syrium* a patria nominant. Itaque ſuſpicor, alius *Pherecydis*, Athenienſis, hoc eſſe dictum, qui

apparuerit. Cui *Proclus* repugnat, atque Deum *Phanen* appellari aſſeverat, *eo quod intelligibiles unitates* (id eſt, ideas) *ex ſe ipſo in lucem proferat & aperiat*, Διὰ τὸ ἐκφαίνειν πὰς τὰς ἑνάδας. Ego vero *Athanaſii* (n) *Kircheri* conjecturam praetulerim, qui nomen hocce cenſet ex Aegyptiorum ſermone ſumtum eſſe. (o) *Pherecydes* etiam *Syrus* docet, εἰς ἔρωτα μεταβεβλῆθαι τὸν Δία μέλλοντα δημιουργεῖν, *Jovem in amorem totum fuiſſe converſum, quum mundum vellet conſtruere.* Praeter haec, multa alia ejus generis nomina, quae ſtudioſe omittimus, ſupremo Numini attributa olim ſunt. Priſcis Romanis *Summani* nomen vel maxime placuit, quod deinceps tamen prorſus obſolevit: qua quidem de re (p) *Auguſtini* locum afferre, non inutile arbitror: (*) *Romani veteres neſcio quem* Summanum, *cui nocturna fulmina tribuebant, coluerunt magis, quam* Jovem, *ad quem diurna fulmina pertinebant. Sed poſtquam Jovi templum inſigne ac ſublime conſtructum eſt, propter aedis dignitatem ſic ad eum multitudo confluxit, ut vix inveniatur, qui* Summani *nomen, quod audiri jam non poteſt, ſe ſaltem legiſſe, meminerit.*

Quod ad illos deinde Deos attinet, quibus peculiares veluti provincias veterum aſſignaverat religio, hos item nihil eſſe, docuimus, quam varia principis & aeterni Numinis vocabula, ex diverſis illud conſiderandi rationibus & modis orta. Namque Deum aut ita ſpectabant, uti certis mundi partibus dominatur, in illisque poteſtatem ſuam exercet, aut ut dominum, multifariis in orbe terrarum actibus virtutes ſuas declarantem, ob oculos ſibi ponebant. Haec varia Dei opera, hasque virtutes perſonarum poſtea Deorumque ſpecie ac nominibus condecorabant. Unde evenit, ut non deeſſent, qui totidem haec interpretarentur & diſtincta inter ſe Numina. Sapientes vero varia haec eſſe intelligebant nomina, quae uni ſummo Numini, quod naturam eſſe fatebantur ab omni rerum natura & mundo univerſo ſecretam, hominum accommodaverit diligentia.

Poſtremo, quum in ea veterum plerique eſſent ſententia, Deum non res omnes tantum permeare & replere, ſed etiam, tamquam totius naturae cauſſam, ipſum quodammodo eſſe omnia, haec ratio perfecit, ut Deum rei cujuslibet nomine, & viciſſim rem quamlibet Dei compellarent nomine. Igitur res ipſae, quibus natura continetur, partesque hujus orbis verbis & nominibus in Deorum referebantur numerum, Diique ac Deae vulgo vocabantur. Non tam erant a ratione relicti, ut re vera naturae membra Deos eſſe ducerent, ſed iſto inſtituto omnium ſeſe optime, quod animo fovebant, explicare cenſebant poſſe, Deum in rebus omnibus verſari, omniumque, quae exiſtunt, efficientem eſſe cauſſam. Ipſi616 apud *Auguſtinum* Deorum vindices hanc ſibi mentem eſſe teſtantur: (†) *Usque adeone*, inquiunt, *majores noſtros inſipientes fuiſſe, credendum eſt, ut haec neſcirent munera divina eſſe, non Deos?* Atque *Cicero* quoque nobis auctor eſt, qui olim naturae partes Diis adſcripſerunt, hoc more alios tantum docere voluiſſe, vim, quae re-

(*) Civ. Dei L. IV. C. 23. (p. 82. T. VII.) (†) Loc. cit.

qui longum *de Theogonia* exaravit opus, de quo *Claud. Salmaſius* multis commentatur *Exerc. Plinianis ad Solinum p.* 590. *ſ.* Non improbabit hanc conjecturam, ut opinor, qui verba tantum ipſa inſpexerit.

(p) *Auguſtini*] Neque in hoc *Auguſtini* loco, nec in aliis veterum, quibus *Summani* memi-nerunt, dictis video eſſe aliquid, ex quo cogi poſſit, ſupremi Numinis hoc nomen vocabulum olim fuiſſe. In reliqua, quae hic producuntur, antiquorum auctorum pronuntiata ſimilia fere animadvertere poſſem: verum ſpatio parco, nec crebris unius ejusdemque rei repetitionibus moleſtus eſſe volo.

Digitized by Google

rebus ineſt omnibus, divinam eſſe, & virtute Numinis gubernari, praeterea, quidquid magnas vitae hominum opportunitates afferret, id omnem a Deo bene faciendi vim accepiſſe. Quamquam & hoc perſuaſum fuiſſe illis, accepimus, Deum, quem nullius oculus cernere, nec ullius ingenium comprehendere valeat, quum res omnes virtute ſua produxiſſet, in cunctis operibus & effectis, quibus ſemet ipſum oculis veluti ſubjeciſſet mortalium, colendum & adorandum eſſe. Sic ipſi cogitata ſua eloquuntur apud *Euſebium* eo loco, cujus antea partem jam protulimus: (*) Μὴ τὰ ὁρώμενα σώματα ἡλίου καὶ σελήνης ἢ ἄστρων, μηδέ γε τὰ αἰσθητὰ μέρη ἢ κόσμου φύσεως θεοποιεῖν, ἀλλὰ τὰς ἐν τούτοις ἀοράτους δυνάμεις αὐτοῦ δι' ἢ ἐπὶ πᾶσιν· ἕνα γὰρ ὄντα θεὸν, παντοίους δυνάμεσι τὰ πάντα πληροῦν, καὶ ἀφ' ἑαυτοῦ διήκειν, καὶ τοῖς πᾶσιν ἐπιστατεῖν· ἀσωμάτως ἢ καὶ ἀφανῶς ἐν πᾶσιν ὄντα, καὶ ἀφ' ἑαυτοῦ διήκοντα, ἢ τοῦτο εἰκότως ἀφ' ἧς ἐδηλωμέθα σέβειν. *Se nequaquam aut ea, quae videntur, ſolis ac lunae ſiderumque corpora, aut alias, quae in ſenſum incurrunt, mundi partes, ſed tantum iis incluſas adſpectumque fugientes veri Numinis cunctaque moderantis vires conſecrare. Deum enim, quum unus ipſe ſit, omnis generis virtutibus univerſa complere, ac per omnia diffuſum, rebus quoque omnibus praeſidere, adeoque ipſum, qui ſine corpore ſenſibus obnoxio rebus inſit omnibus, omnesque pervadat ac permeet, ſeſe per ea, quae diximus, jure ac merito colere venerarique.*

Athanaſius, antiſtes Alexandrinus, totam Deorum commentitiorum turbam ad duo revocat genera *Libro contra Graecos*: quorum unum Numina continet a poëtis conficta, quorum omnis in ingenii luſionibus poſita eſt divinitas; alterum naturae partes comprehendit, quibus hominum temeritas Deorum nomen & honores attribuit. Subjicio ipſa ejus verba: Εἰ γὰρ δὴ τοὺς ποιητικῶς λεγομένους θεοὺς οὐκ εἶναι θεοὺς ὁ λόγος ἔδειξε, καὶ τοὺς ἀπ' αὐτῶν θεοποιεῖσθαι ἤλεγξε πλανωμένους, κ. τ. λ. *Si enim poëticos Deos Deos non eſſe, ratio demonſtravit, & eos, qui res creatas pro Numinibus habent, erroris convicit, & omnino gentium idololatriam cultu veri Numinis carere, edocuit; neceſſum eſt prorſus, ſublatis aliorum religionibus, apud nos ſolos veram ſupereſſe religionem, & eum, qui a nobis adoratur & praedicatur, hunc ſolum eſſe verum Deum ac naturae dominum & omnium rerum opificem.* Ex his intelligitur, credidiſſe *Athanaſium*, Deos,

(*) Pr. euang. L. III. C. 13. (p. 121.)

(q) *Auditoribus*] *Athanaſii* mentem non aſſequitur vir doctiſſimus, aut potius, ut a ſuis tanti nominis doctorem partibus ſtetiſſe perſuadeat, pervertit. Quod *Athanaſius* Deos, quorum res geſtas poëtae canunt, οὐκ εἶναι θεοὺς, *non eſſe Deos*, affirmat, id ita interpretatur, ac ſi perſonas hos eſſe Deos negaſſet, *Jovemque*, *Mercurium*, *Martem*, & reliquos pro notionibus tantum animi aut variis unum Deum conſiderandi modis habuiſſet. Hoc ſi ita ſeſe haberet, parum inde roboris conſequeretur egregii viri ſententia, quoniam ex *Athanaſii* opinionibus religiones veterum aeſtimare haud licet: ſed nihil, quam hoc, longius a magni hujus antiſtitis doctrina diſtat. *Athanaſius* enim, non ſecus ac reliqui doctores primorum ſaeculorum, plerosque poëtarum Deos homines fuiſſe dixit, qui beneficiis & praeclaris inventis locum ſibi in concilio Deorum comparaſſent. Atque hanc toties in *Libro contra gentes* opinionem tamque aperte profitetur, ut vix aliquid crebrius aut apertius. Ex multis unum proferre locum, ſatis erit: Οἱ ἀσύνετοι ἄνθρωποι, inquit *p.* 10. ἅπαξ ἀνθρώπων ποιήσεις καὶ παντοίους λόγους περὶ θεῶν φαντασίας, λοιπὸν καὶ ΑΝΘΡΩΠΟΥΣ καὶ ἀνθρώπων μορφὰς, ἅτε μὴ ὄντα ζῶντα, ἅτε δὲ καὶ μὴ θελόντων, εἰς θεοὺς ἀπέγραψαν. *Impientiſſimi mortales, ubi ſemel ceciderant a concipienda imagine Dei, homines deinde & hominum formas, eum viventium, tum defunctorum, in Deos retulerunt.* Atque id, quod hic ſtatuit, confeſtim exemplis Deorum tam Graecorum, quam Aegyptiorum copioſe ac luculenter comprobat. Paullo poſt *p.* 11. *Neptunum*, *Apollinem*, *Vulcanum*, *Mercurium*, *Junonem*, *Cererem*, *Minervam*, *Dianam*, mares atque feminas, *Theſei* edicto primum in Deorum familiam cooptatos eſſe, contendit. Quaenam vero poteſtas ſit formulae, οὐκ εἶναι θεοὺς, qua

Digitized by Google

Deos, quos poëtae laudant, nullos esse, nec usquam exsistere aut exstitisse. Quod si ita est, non potuit, quin idem existimaret, Deos istos varias tantum esse notiones, perperam Deorum figura ornatas, aut varia unius summi Dei nomina. Ergo certum nobis hoc esto: qui poëtici vocantur *Athanasio* Dii, seu οἱ ὑπὸ ποιητῶν μυθολόγων θεοί, *Dii per summam licentiam a poëtis conficti*, eos ad binos illos Deorum ordines, quorum supra meminimus, in primis referri debere, vel ad varias unius Dei considerationes, propriis expressas olim nominibus, aut ad diversas ejusdem virtutes, per universum fusas terrarum orbem, variaque ratione personarum Deorumque habitu vestitas. Quocirca, qui hos Deos pro veris habent distinctisque Numinibus, umbras certe consectantur, quae rationem confestim effugiunt. Nec id ipsis ignotum fuit Deorum amicis, quorum haec apud *Athanasium* professio exstat: (*) Ἴσως γάρ, ὡς αὐτοί φασι, ἐκ τὰ ὀνόματα πέπλασται, καὶ οὐκ ἔστι μὲν ὅλως Ζεύς, οὐδὲ Κρόνος, οὐδὲ Ἄρης· πλάττουσι δὲ τούτους, ὡς ὄντας, οἱ ποιηταὶ πρὸς ἀπάτην τῶν ἀκουόντων. *Forsitan enim, ut isti dicunt, nomina illa fictitia sunt, nec exstitit prorsus ullus Jupiter, aut Saturnus, aut Mars; sed eos fingi a poëtis, quasi qui sint, ut imponant (q) auditoribus.* Tertium, quod commemoravimus, Deorum genus, inanimatarum nimirum rerum atque naturalium, quas ad Deorum evexit gloriam superstitio, si quis pariter Diis hic connumerare velit poëticis, non ego multum repugnem. Quamvis enim hae naturae re vera exsistant, neque ingeniorum commenta sint; quod in coelestium tamen consilio collocatae sunt, id unice illis debent beneficium, quos ingenii longius abripuit foecunditas. Neque hoc caussam eorum juvat magnopere, quod ex hominum orti primum sunt opinione, existimantium, Deum, quoniam rebus omnibus insit, omniumque etiam rerum unica caussa sit, in omnibus idcirco naturis, maxime quum oculis haud pateat mortalium, honorari debere. Ut haec enim ita sint, illi tamen, qui naturis animo vacantibus personarum & Deorum imposuere primum vocabula, poëtarum certe levitatem & delirationem imitati sunt. Ne quid nunc ipsas poëtarum de Diis fabulas magnam partem ex hoc fonte manasse, (*r*) disputem. 617

§. XXXIV.

(*) P. 14. (T. I. Opp. p. 17.)

qua *Cudworthi* unice nititur expositio, id ipse docuit *Athanasius eodem Libro p.* 13. Εἰ γάρ τις τῶν παρ' αὐτοῖς λεγομένων θεῶν —— λάβοι τὰς πράξεις, εὑρήσει μὴ μόνον μὴ ὄντας ΘΕΟΥΣ, ἀλλὰ καὶ τῶν ἀνθρώπων τοὺς κακίστους γεγονότας. *Si quis eorum acta, quos ipsi Deos praedicant, in unum colligat, inveniet, eos non solum Deos non esse, sed hominum omnium teterrimos esse.* Deorum cultores apud *Athanasium*, id quod hic observat vir eruditissimus, ita suas de Diis opiniones exposuisse, ut parum remoti fuisse videantur ab ea, quam suam fecit, & *Athanasio* simul attribuit, sententia, id quidem omni caret dubio. Sed aeque certum est, *Athanasium* has commentitias expositiones explodere ac reiicere. Certe, qui tum temporis tam ingenioſi erant in fabulis poëtarum explicandis, hi nihil spectabant aliud, quam defensionem superstitionum, quibus nuntium nolebant mittere, commentisque studebant ideo, ut haberent, quod Christianis opponere possent Deos irridentibus. Equidem miror, doctissimum *Cudworthum*, cui *Patrum*, quos vocant, auctoritas vehementer curae est, impetrare tamen a se potuisse, ut, repudiatis eorum de religionibus antiquis sententiis, hostium Christianae veritatis interpretationes praeferret, in quibus, si forte non nihil ingenii, parum certe judicii est ac sapientiae. Sed dum eos opprimere cupit, qui universam una cum religione pietatem tollebant, indulgentior nonnumquam in eos est, qui teterrimas & nefandas superstitiones religionis olim loco complexi erant.

(*r*) *Disputem*] In hac universa disputatione quum nihil novi *Cudworthus* afferat, verum ea tantum, quae semel supra suscepit, aut repetat, aut novis veterum locis roboret, quae jam aliquoties animadverti, hic denuo in scenam reducere, su-

718 §. XXXIV. Quae huc usque disputavimus, ea satis, ut opinor, declarant, omnes omnino Deorum cultores, ne illis quidem exceptis, qui Deum naturam esse censebant longe supra mundum positam, licet varie alioquin sentirent, binis tamen conjunctos & colligatos fuisse. Universi primo simplicissimum Numen in

supervacaneum foret. Nititur, quantum potest, ingenio & doctrina vir magnus, ut turpissimis veterum populorum sacris colorem aliquem & ornatum conciliet, Deosque plurimos, quibus antiquitas supplicavit, unius Dei supremi tantum esse nomina, aut varias divinarum virtutum notiones, ostendat. Id vero ut obtineat, cum assumit aliqua, quae nemo facile ipsi dederit rerum veterum peritus, tum privatorum hominum decreta & dogmata normae instar adsciscit, ad quam publicae religiones expendendae sint. Ne constat sibi quidem, dum in hoc uno omnes cogitationes defixas habet. Etenim nonnumquam ita loquitur, ac si sapientum tantum explicaret scita, non raro vero sic, ac si populorum universorum de Diis referret sententias. Aequum est, ut haec reliquis magni hominis virtutibus ac promeritis condonemus, qui, tametsi a studio virtuti ac religioni consulendi justo longius nonnumquam abducatur, nihilo tamen minus etiam tum, quum a recta recedit via, docet ac instruit. Sed haec jam mittam, & de eo tantum breviter dicam, quod omnium, quae ad dignitatem caussae suae tuendam dixerit, validissimum videtur.

Veteres constat populos, tam Graecos & Romanos, quam barbaros, virtutibus non modo, fortitudini, amori, pietati, & aliis, sed etiam vitiis, pavori, pallori, voluptati, & aliis, fana dedicasse, rerum item elementis, aquae, igni, aëri, supplicasse, denique ne a morbis quidem ipsis conficiendis abstinuisse. Deformis haecce consuetudo insigne videtur eximio viro argumentum esse ad sententiam, cui favet, probandam: Deos veterum non personas, sed notiones tantum animi & varios unum Deum considerandi modos fuisse, nec idcirco multos proprie Deos, sed unum tantum summum & maximum, variis nominibus & virtutibus illustrem veteres veneratos esse. *Victoria* verbi caussa, *virtus*, *honor*, *concordia* non personae sunt, sed rerum & notionum nomina. Igitur, qui haec coluerunt Numina, ex sententia ipsius, summum Numen invocarunt, victoriam & virtutem largiens, & pro lubitu impertiens. Veteres nimirum nihil esse sine Deo, Deumque certa ratione esse omnia, censuisse, nihil dubitat, eaque factum esse de caussa putat, ut omnia Dei nomine, & vicissim Deum rerum omnium nominibus appellarent. Hinc si nihil aliud obstaret opinioni, id ei haud dubie multum detraheret, quod intelligi nequit, qua ratione terrorem, pallorem, ebrietatem, luxum, impudentiam, libidinem ad supremum rerum omnium Deum referre potuerint. Sed & aliis eadem urgetur incommodis, quibus enumerandis, quum per se pateant, aliquid concedere temporis, inutile arbitror. Satius erit, quid de hoc veterum instituto virtutes, vitia, morbos, & elementa dedicandi sentiendum esse ducam, explicare: veritate enim patefacta, error per se corruit. Viri docti, qui hunc locum attigerunt, in magna sunt opinionum varietate positi: quod quidem eo minus demiror, quum ex *Ciceronis de natura Deor. Libro* III. appareat, ne ipsos quidem sapientiores inter Dei cultores scivisse, quidnam hic sibi mos majorum vellet. Dies enim solet dogmata & sententias veterum oblivione tegere. Quare perspicacissimi quique viri, quid huic vel illi consuetudini occasionem dederit, ignorare solent. Sunt, qui id unum egisse veteres judicant, ut virtutum & expetendarum rerum amorem & memoriam hac ratione mentibus hominum instillarent & commendarent. In hanc ipse *Cicero* ingressus fere est sententiam, cujus ex *Libro* II. *de legibus Cap.* 11. *p.* 3353. *Opp.* haec verba sunt: *Bene vero, quod mens, pietas, virtus, fides consecratur manu: quarum omnium Romae dedicata publice templa sunt, ut, illa qui habeant, (habent autem omnes boni) Deos ipsos in animis suis collocatos putent.* Verum haec si valeat sententia, quid de vitiis, morbis, & criminibus fiet, quibus pariter locum in Diis fuisse novimus? Sunt alii, qui populos amentes & stupidos ipsos nescivisse, quid sibi vellent haec Numina recipiendo, solaque stultitia in haec incurrisse vitia, existimant: in qua sententia ornanda vir acutissimus, *Jo. Clericus*, industriae nonnihil collocavit *Artis Criticae Part.* II. *Sect.* I. *Cap.* 8. §. 7. *p.* 218. Sed tametsi a veterum populorum superstitione nullum dementiae genus alienum fuisse, haud difficulter mihi persuadeo; aegre tamen animum adduco, ut nullam plane caussam fuisse credam antiquis, cur Deos sibi ejusmodi fingerent. Praetermittam aliorum sive conjecturas, sive sententias hac de re, &, quid ipsemet sentiendum esse putem, exponam. Itaque veteres, qui elementa, morbos, virtutes, & vitia consecrarunt, non res ipsas, verum genios rebus hisce praesidentes ac praefectos coluisse, arbitror. Vetustissima est opinio, nullam esse rem tam vilem & abjectam, nullum animi morbum, nullam virtutem, quin singularis cujusdam daemonis sive genii tutelae & administrationi subsit. Ferunt, a Chaldaeis ad reliquas gentes manasse hanc sententiam. Vid. *Ant.* van *Dalen de origine ac progressu idololatr. Cap.* 4. *p.* 64. *f.* Quod num ita sese omni ex parte habeat, nunc quidem exquirere nolim. Id vero dubio vacat, & vel

in varias diſtrahebant partes & membra, quumque Deum innumerabilibus modis vim ſuam atque providentiam in orbe terrarum patefacere intelligerent, varias ejus propterea notiones & animo concipiebant, & vocibus efferebant. Quibus quidem notionibus quum perſonarum jura Deorumque honores & nomina impertirent

vel *Heſiodi* conſtat auctoritate *Oper. & dier. vſ.* 121. *p.* 214. & *vſ.* 250. antiquiſſimos Graeciae incolas eadem fuiſſe imbutos: neque minus id certum, a populo ad ipſos ſapientiae profeſſores illam fuiſſe propagatam, poſtquam *Pythagorae* atque *Platoni*, maximae auctoritatis philoſophis, placuit. Ac de *Platone* quidem nemo dubitat, ſi doctrina de daemonibus & geniis ex ejus tollatur philoſophia, fore, ut maxima pars diſciplinae, quam ſuis tradidit, collabatur. In *Pythagora* vero quantum fuerit propenſionis ad daemonum imperium amplificandum, cum multa ex hiſtoria ejus exempla docent, tum hoc in primis, quod rerum reconditarum & obſcurarum cauſſas & rationes conſeſtim ad daemones retulit. Quaeſitus verbi cauſſa, unde acutus iſte ſonus naſceretur, quem aes purgatum edere ſolet, *vocem hanc eſſe*, graviter reſpondit, *daemonis in ipſo aere incluſam*, φωνὴ τινὸς τῶν δαιμόνων, ἐναπολαμφθεῖσα τῷ χαλκῷ. *Porphyrius de vita Pythagor. p.* 42. A Geometra quis ejusmodi reſponſionem exſpectaſſet? Nec tamen miror, tot homines exſtitiſſe, quibus hanc ſequi viam non ineptum viſum ſuit. Hac enim quid commodius & facilius eſt ratione ad omnes nodos expediendos, qui rerum ſcrutatoribus objiciuntur? Sume tibi hanc de daemonibus doctrinam, & nihil ignorabis eorum, quae tot ſaecula viros ingenioſiſſimos exercent & torquent. Semper, ſi quid animum angit, daemon ex machina praeſto erit, qui nubes diſſipet, & lucem reddat. Ex hac igitur communi olim perſuaſione, non vero ex animi quodam ſtupore aut aliis abſtruſioribus cauſſis, omnem eorum ſuperſtitionem fluxiſſe, judico, qui divinos honores elementis, morbis, & animi affectionibus decreverunt. Ut ab elementis initium faciam, qui aquam, ignem, aetherem placarunt, non tam inepti fuerunt, ut ipſas has naturae rerum partes ſibi nocere aut prodeſſe putarent, ſed, quemadmodum hodie Seres ſive Sinenſes, mentibus ſeu geniis his elementis praeſidentibus ſacra fecerunt. Pythagorei certe ac Platonici, quorum doctrina hac in re cum vulgi conjuncta erat opinionibus, cunctis in elementis ineſſe ſpiritus, ſtatuebant, qui pro lubitu illis ad commoda aut perniciem abuti poſſent mortalium. Conſulant, qui amplius aliquid hac de re deſiderant, *Chalcidium Comm. in Timaeum Platonis Cap.* 119. *p.* 322. & *Cap.* 131. *p.* 329. Quod ad morbos attinet corporum, nulli dubitabant plerique veterum, maxime philoſophorum, quos diximus, quin malorum daemonum vi ac poteſtate excitarentur, quos nullam praetermittere occaſionem exiſtimabant homi-

nibus nocendi: quam quidem multitudinis opinionem *Hippocratem Libro de morbis virginum* & *de morbo ſacro* perſtringere, ab aliis jam obſervatum eſt. Ex Platonicis, inſtar omnium, conſuli poterit *Porphyrius περὶ ἀποχῆς Lib.* II. §. 41. *p.* 85. Et quid, quaeſo, aliud illis in animo eſſe potuit, qui recitationibus nominum divinorum & vocabulorum barbarorum, carminibus magicis, amuletis, & neſcio quibus aliis ineptiis morbos aut ſanari poſſe putarunt, aut ipſi ſanare voluerunt, quorum incredibilis olim exſtitit inter Graecos & Judaeos copia, neque deeſt hodie inter Chriſtianae veritatis profeſſores? Si quid eſt in hoc genere rationis, quod certe puſillum & exiguum eſt, hoc omnis ſuperſtitionis ſitae fundamentum neceſſe eſt habeant, latere in corporibus aegrotantium certos daemones, qui omnia in illis mala, quibus conflictantur, producant, pronuntiatione vero terribilium ſonorum, aut vilis in charta quadam venerandis nominibus aut ſententiis, ut exeant, compelli queant. *Auguſtini* aetate, qui febre laborabant, degeneres Chriſtiani nullum adverſus eam efficacius remedium eſſe putabant, quam *Euangeliorum Librum* ad caput ponere. *Ad hoc*, inquit, *perducta eſt infirmitas hominum, ut gaudeamus, quando videmus, hominem in lecto ſuo conſtitutum, jactari* FEBRIBUS *& doloribus, nec alicubi ſpem poſuiſſe, niſi* EVANGELIUM AD CAPUT PONERET, *Tract.* VII. *in Johannem* §. 12. *p.* 252. *T.* III. *P.* II. *Opp.* Huic hominum generi quaenam eſſe potuit opinio, ſi ab hac diſcedas, maligni cujusdam daemonis nequitia in febrem incidiſſe aegrotum: quem ad genium abigendum nihil aeque valeat, atque ſanctiſſimus ille liber, quo Servatoris noſtri res & dogmata explicantur? Neque aliud ſibi voluiſſe putem, qui principes febrem nomine *Abracadabra* expelli poſſe, ſomniarunt: qui quidem aut prorſus delirarunt, aut eſſe naturam in homine febri affecto, cenſuerunt, quae barbarum hoc vocabulum ferre nequeat. Ergo, qui *febri*, qui *pallori*, qui aliis corporis affectionibus fana olim dedicarunt, haud dubie illos ſibi genios reddere propitios voluerunt, in quorum poteſtate poſitum eſſet, morbis illis homines affligere. Liceat mihi *Ovidii* verſibus horum hominum exprimere ſenſa, quam Diis his victimas caederent, ex *Libr.* VI. *Faſtor. vſ.* 161.

Cor pro corde, precor, pro fibris ſumite fibras:
Hanc animam vobis pro meliore damus.

Geniorum certis vitiis & virtutibus dedicatorum in-

rent, unius repente Numinis cultus ex orbe paene aufugit, multorumque Deorum caterva templa ubique terrarum occupavit. Tanti ſi quis mali cauſſam requirat, in eo potiſſimum inveniet, quod Deum homines non ita contemplati ſunt, qualis in ſe eſt, ut ſimpliciſſimam omnium naturam & ab omni concretione quam lon-
619 giſſime remotam, verum rerum naturam eidem adjunxerunt, neque tam ut parentem ipſum univerſitatis conſiderarunt, quam varias ejus virtutes, per totum terrarum orbem diſtributas atque fuſas, intuiti ſunt. Quemadmodum nimirum ſoles ſaepenumero plures oculis noſtris obverſantur, ubi craſſiores adſpectum ſideris hujus vapores impediunt, atque res una eademque multiplex certo modo ſpectatori
620 fit, ſi per vitrum eam intueatur polygonum, quoniam multae ejus vitri ſuperficies pluribus in locis rem unam ſimul exhibent: ita ſummus, idemque unus Deus, mundo veluti cogitando ſociatus, atque in variis potentiae ſuae effectibus ſpectatus, multitudine vocabulorum primum multiplicatus eſt, poſtea re ipſa multiplex non paucis viſus eſt. Scilicet πολυώνυμον, *id, quod multa habet nomina*, priſcis Deorum cultoribus idem erat, quod πολυδύναμον, *id, quod varia virtute pollet.* Teſtis eſt (*s*) *Callimachus*, cujus hic eſt de *Diana* verſus:

Δὸς μοι παῤθενίην αἰώνιον, ἄπτερε, φυλάσσειν
Καὶ πολυωνυμίην.

Item

rarior eſt in monumentis veterum, Platonicorum quoque, memoria: verum ipſi antiquiſſimi Chriſtiani ſatis nobis ſuppeditant, ex quo colligamus, perſuaſum fuiſſe plerisque, neque mali aliquid, neque boni motus in animis hominum ſine genii cujusdam inſtinctu & afflatu exoriri. *Patres* nempe, rationem reddituri, cur homines in vitia & peccata praecipites ruant, & quid ſit, quod ad haec vitia illi, ad alia alii procliviores ſint, declaraturi, univerſi prope ad geniorum & daemonum confugere ſolent potentiam. Singulis vitiis ſingulos praeeſſe daemones, conſtituunt: atque hos daemones volunt in hominum ſeſe inſinuare animos, in iſtisque pravas illas commotiones & libidines, quibus feruntur, concitare. Quare & vitia plerumque daemonum appellare ſolent nominibus. Clariſſime omnium dogma hoc *Origenes* expoſuit *Homilia* XV. *in Joſuam*, cujus verba ſic exhibeo, uti a *Jo. Bart. Cotelerio* in *Notis ad Hermae Paſtor. Lib.* II. *Tom.* I. *Patr. apoſtol. p.* 85. afferuntur: *Eſt aliquis fornicationis ſpiritus, eſt irae ſpiritus alius, eſt avaritiae ſpiritus, alius vero ſuperbiae. Et ſi invenias, eſſe aliquem hominem, qui his omnibus malis, aut etiam pluribus, agitetur, omnes hos, vel etiam plures, in ſe habere inimicos putandus eſt ſpiritus.* Interpolitis nonnullis, ita pergit: *Puto, principem fornicationis ſpiritum unum eſſe, innumeros vero eſſe, qui in hoc officio ei pareant.* —— *Similiter & iracundiae ſpiritum principem unum eſſe, arbitror, innumeros vero eſſe ſub ipſo agentes, qui per ſingulos quosque homines hujuſce vitii peccata ſuccendant.* Repugnat, id quod evidens eſt, doctrina haec omnibus ſacri codicis dictis, quae hominis naturam plane corruptam, & poſt primorum hominum peccatum omni malarum cupiditatum genere refertam eſſe, ſignificant. At nihilo tamen minus plerisque illis ſana olim & proba viſa fuit, qui loco quodam & numero tam in Latina, quam Graeca fuerunt eccleſia: quorum multa teſtimonia, praeter *Cotelerium loc. indic. Jo. Potterus* congeſſit *ad Clementis Alexandr. Paedagog. Lib.* II. *p.* 174. Addo ego *Baſilii M.* locum in *Exorciſmo*, quem *Jo. Alb. Fabricius* edidit *Biblioth. Graecae Lib.* V. *Cap.* 19. *p.* 98. 99. *Vol.* VIII. Ἀπόχωρησον, πᾶν δαιμόνιον πονηρὸν καὶ ἀκάθαρτον, —— ἐπιθυμητικὸν, —— μιαιφονικὸν, ἢ παραχορτικὸν, ἀκαιδὲς, φιλόνεικον, ἀκατάσχετον, κ. τ. λ. *Recede, daemonium quodvis malum & impurum, concupiſcentiis deditum, vinolentum, ciens tumultus, impudens, contentioſum, inſtabile, & reliqua.* Ex hoc *Baſilii Exorciſmo* illud etiam, quod paullo ante monui, corroboratur, a malignis geniis repetiiſſe veteres quoque Chriſtianos, quidquid morborum vexaret homines & opprimeret. Vix aliter de vitiis & animi morbis ſentire poterant, niſi vehementer fallor, qui Platonicorum praeceptis ſemet ipſos devoverant: qua de re, ne juſto longior ſim, nunc quidem commentari nolo. Ad virtutes potius tranſeo. His, non ſecus ac vitiis, genios ſuo aſſignabant veteres Chriſtiani: alium genium caſtitati, alium aequitati, alium precibus, alium poenitentiae dabant. Auctores ſi quis velit, is, praeter *Hermae Paſtorem*, plenum ejusmodi geniis, *Tertullianum* adeat

Li-

Digitized by Google

Item (*t*) *Virgilius*, de Alecto canens:

——— *Tibi nomina mille,*
Mille nocendi artes.

Neque diſſidet ab his (*v*) *Plato*, quem in *Cratylo* conſtat praecipere, Deos, quibus ſacra facerent populi, varias tantum eſſe unius Dei virtutes, qui totam naturae molem permeet & agitet. Videntur autem, qui res olim ſacras tractabant, exiſtimaſſe, divinae naturae majeſtati, gloriae, & dignitati conſentaneum fore in primis, ſi ſummum Deum ita conſiderarent, uti per naturam rerum fuſus eſt, variisque nominibus, diverſas ejus virtutes exprimentibus, compellarent: variis enim gaudere nominibus, id honorificum olim ducebatur. Contra, ſi omnia, quae ad Deum pertinere intelligebant, in unum locum contraherent, hancque tantum ejus definitionem afferrent: Deus eſt natura perfectiſſima, quae univerſum condidit terrarum orbem, tum vero ſeſe admiſſuros eſſe aliquid ducebant tanto Numine indignum. Deinde in hoc quoque concordes erant veteres Deorum cultores, ut ipſis corporibus, quibus natura rerum continetur, partibusque hujus mundi perſonarum Deorumque honores arrogarent, eaque re efficerent, ut totidem Dii naſcerentur Deaeque, quot inſigniora ſunt naturae membra. Quamnam moris

Libris de oratione, de anima, de baptiſmo, & aliis. Ac licet de munere horum angelorum minus perſpicue loquantur, quam de officiis daemonum, in quibus vitiorum reſidere origines ducebant: ſatis tamen apertum eſt, viſum fuiſſe illis, Deum piis & regenitis certos adjunxiſſe genios, qui eos perpetuo virtutum admonerent, & arcano quodam inſtinctu ad omnes vitae Chriſtianae partes obeundas incitarent. Incredibile eſt, Chriſtianos hanc doctrinam ex ſuis traxiſſe ingeniis, aut primos inveniſſe. Contra caret omni dubio, eſſe eam in illis ſententiis, quas ante ſuſceptam religionem Chriſtianam imbiberunt, & deinceps cum praeceptis Servatoris noſtri conjunxerunt. Quod ſi ita eſt, quid quaerimus, unde templa illa inter Graecos & Romanos honori, virtuti, concordiae, amori, amicitiae, & rurſus voluptati, libidini, diſcordiae conſecrata venerint? Sine dubio ex opinione hominum, qui ad vitia non ſecus, quam ad virtutes, a certis geniis mortales impelli atque exſtimulari, arbitrabantur. Virtutum igitur qui fana adibant, illi genios, quibus harum virtutum curam eſſe demandatam, putabant, ut auxilio ſibi eſſent ad recte vivendum, deprecabantur: qui vero vitiis ſacra faciebant, illi daemones, vitiorum in quibus eſſe cauſſas cenſebant, placare nitebantur, ne ſibi moleſti eſſent. Forte nonnulli etiam, quos vitia delectabant, ut ſine famae detrimento & ignominia cupiditatibus ſuis ſervire poſſent, Deos pravis moribus praefectos exorabant.

Labra movet, metuens audiri: pulcra Laverna,
Da mihi fallere, da juſtum ſanctumque videri,
Noctem peccatis & fraudibus objice nubem.

Horatius Lib. I. *Epiſt.* XVI. *vſ.* 60. *ſ.*

(*s*) *Callimachus*] *Hymno in Dianam. vſ.* 5. 6. *p.* 50. Ad quem quae *Ezech. Spanheimius* obſervavit in *Comm. ad h. l. p.* 129. 130. lectu digniſſima ſunt. Ceterum, quam hic aſſumit ſententiam *Cudworthus*, ex multitudine nominum, quae Diis ſuis veteres impoſuerunt, Deorum natam eſſe multitudinem, eam civis ejus, *Jo. Seldenus*, doctiſſime pariter ornavit *Libro de Diis Syris.* Vellem, uterque majoribus pugnaſſet argumentis. Hymni Deorum, *Orphei* qui dicuntur eſſe, toti fere ex nominibus conſtant, quibus Deos ſuos honorarant veteres. Sed, quod ſciam, nullum horum vocabulorum fraudi fuit hominibus, ut Deum ex eo fabricarentur. *Dianae* cognomina fuerunt *Epheſia*, *Perſica*, *Laphria*, *redux*, *conſervatrix*, *felix*, *victrix.* Quodnam, quaeſo, horum nominum in Dei formam & figuram tranſiit? Nullum, ut arbitror.

(*t*) *Virgilius*] *Aeneid. Lib.* VII. *vſ.* 324.

(*v*) *Plato*] Notationes vocabulorum, quibus Dii inſigniebantur olim, *Plato* ingenioſius, quam par erat, in *Cratylo* perſequitur: ſed haec omnia vocabula unum tantum Deum indicare, varia ratione ſpectatum, id ubi ſcriptum in hoc libello reliquerit, neſcio.

Digitized by Google

ris hujus cauſſam habuerint, ſatis jam expoſitum eſt. Deum nimirum non modo per res omnes intentum eſſe, ſed etiam cauſſam rerum eſſe omnium, quin *Omnia* certo modo eſſe, perſuaſum habebant. Hinc Deum primo in omnibus mundi partibus & cunctis operibus ejus honorandum & colendum eſſe, decernebant: deinde vim uniuscujusque rei divinam eſſe ducebant: poſtremo in omnibus illis naturis, quibus vita mortalium foveretur ac ornaretur, divinam beneficentiam & clementiam ſuſpicere, fas putabant.

His explicatis, nunc mihi demonſtrandum ſumo, quemadmodum illi olim, quibus Deus nihil viſus fuit, quam mundi anima, duo haecce ſcita, quae commemoravimus, *Deum per res omnes pertinere*, & *Deum certo modo eſſe omnia*, quibus, 621 tamquam fundamentis, omnis plurium Deorum cultus, qui antiquos contaminat, nititur, amplificaverint & dilataverint. Incredibile dictu eſt, quantam ſibi ſectatorum multitudinem pepererint illi quondam, qui Deum mundo animae inſtar eſſe docuerunt. Quod ego quidem inde factum arbitror, quoniam illis, quibus religio curae erat, intellectu facilis & expedita plane haec videbatur doctrina: quemadmodum homines corpore conſtarent & anima, ita nec mundi corpus anima vacare, animosque humanos ex mundi animo atque vita non ſecus hauſtos & libatos eſſe, atque terram & aquam, corporibus humanis admiſtam, ex terra illa & aqua, quibus mundus repletus eſt, accepiſſent. Qui acumine praeſtabant ceteris, hi quidem, id quod antea monuimus, Deum *ἀμιγῶς* ſive ita per res omnes pertinere & permeare, contendebant, ut nihil inde labis contraheret, aut cum materia conſuetudinis. Verum ceteri, quorum nunc res agitur, *Quintiliani* adhibebant definitionem Dei, eamque nulla explicatione temperatam: *Deus eſt ſpiritus omnibus partibus immiſtus*, aut *Manilii* voces imitabantur, qui

Infuſumque Deum coelo terrisque fretoque,

cecinit, *ſacroque meatu conſpirare Deum* cum mundo, dixit. Verbo, mundum Deumque rem eſſe unam eamdemque, praecipiebant. Qua ratione adducti etiam ſunt plurimi, ut eum vulgo *naturam* appellarent, quam Stoici *Deum mundo permiſtum*, & *divinam rationem toti mundo inſitam* definiebant. Quamquam haec natura, quo a reliquis diſtingueretur ſingularum rerum naturis, ἡ κοινὴ φύσις, *communis natura*, dicebatur. Ceterum communem hanc naturam aperte negabant ſenſus atque rationis expertem eſſe. Sic enim *Balbus* apud *Ciceronem: Natura*, inquit, *eſt, quae continet mundum omnem, eumque tuetur: atque ea quidem non ſine ſenſu atque ratione.* Aliis locis *perfecta* vocatur *& aeterna ratio, divina mens & ſapientia*, quae omnes contineat λόγους σπερματικοὺς, ſeu *principia genitricia*, quorum ope omnes naturae res, quae ita nominantur, elaborarentur. Qui ſic de natura cenſent, eos nefas eſſe arbitror ex eorum ordine excludere, qui Deum profeſſi ſunt.

(x) *Nequeunt*] De re ipſa, quam hic exponit vir doctiſſimus, veterumque locis, quibus eam roborat, ſupra jam copioſe actum eſt. Moris eſt ipſi, repetere & inculcare ſaepius, quae ſemel poſuit.

(y) *Simplicius*] Fruſtra hanc Dei definitionem in *Simplicio* quaeſivi. Puto vero, doctiſſimi viri animo haec ejus verba fuiſſe obverſata, quae *p.* 236. exſtant: τὸ πάντων αἴτιον, ἐπὶ πᾶσι τοῖς οὖσι, ὑπὲρ πάντα τὰ ὄντα, οὐδὲν ἴδιον αὐτοῦ ὄνομα. *Cauſſae omnium, quae ſuper ea omnia eſt, quae ſunt, nullum eſt peculiare nomen.*

(z) *Tertullianus*] *Libro de anima* Cap. 15. *p.* 169. *Nec in ſubterciliorum*, inquit, *meditullio cubat anima, ut Strato* (putat) *phyſicus.* Sine dubio

ſunt. Atque memini, *Strabonem* ipſum *Moſen* huic generi adſcribere. Verum qui naturam ſenſus atque rationis inopem mundum effeciſſe judicant, ſive eam caſu & fortuito, ſive via atque ordine progreſſam eſſe, doceant, nullo modo ex eorum eximendi numero ſunt, qui religionem omnem una cum Deo funditus tollunt. Praeter haec, qui corporibus olim unice contineri mundum affirmabant, neque ullum apertis mentibus & ſimplicibus locum relinquebant, illi hanc etiam naturam corpoream eſſe docebant. Attamen corpus ei tribuebant velocius & ſubtilius, λεπτότατον & κίνησιν, uti antea ex *Platone* oſtendimus, quod, perfectiſſima licet mente ſummaque intelligentia, nec non principiis rerum genitricibus praeditum, in cetera tamen ſeſe omnia corpora inſinuaret, totam rerum univerſitatem permearet, rebusque omnibus admiſtum, cuncta interius perficeret & fabricaretur. *Heraclitus* & *Hippaſus* ignei naturam hancce generis exiſtimabant eſſe: *Diogenes* autem *Apolloniates* aërem nominabat. Atque hunc *Simplicius*, (*) qui nonnulla ejus opera, tum nondum deleta, legit, impietatis adverſus Deum crimine abſolvit: a quo *Hippo* tamen & *Anaximander* liberari (x) nequeunt.

Qui majori ceteris olim gaudebant ſapientia, illi ſummum Numen ita eſſe pronuntiabant *Omnia*, ut illud ſimul aliquid rebus omnibus praeſtantius, ipſaque mundi anima excellentius eſſe, affirmarent. Atque hac ex ſententia, niſi me fallunt omnia, *Aeſchyli*, quem antea produximus, verſum explicare decet:

ΖΕΥΣ ΠΕ ΤΑ ΠΑΝΤΑ, ΚΑΙ Π ΤΟΥΤΩΝ ΥΠΕΡΤΕΡΟΝ.

Jupiter eſt aether, Jupiter terra eſt, Jupiter eſt omnia, & aliquid tamen, quod omnibus praeſtantius eſt ac ſublimius. Sed qui, praeter mundi animam, nullum eſſe conſtituebant Deum, hi, quum Deum eſſe dicebant *Omnia*, deteriorem longe vocabulis iſtis poteſtatem ſubjiciebant. Namque totum mundum corporeum, animatum licet, ſummum quoque eſſe Numen, arbitrabantur. Deum quidem hoc genus cenſebat in primis aeternam illam nec aliunde procreatam eſſe animam ſeu mentem, quae ſemet ipſam per totam rerum univerſitatem intenderet & diffunderet. Verum hoc minime obſtabat, ne cum hominum natura divinam compararet, atque mundi animam una cum corpore ejus, ipſo mundo, unum animal divinum ſive Deum 621
efficere, decerneret: quemadmodum ex anima humana & corpore unum animal rationis particeps ſeu homo compoſitus eſt.

Anima humana, totum licet corpus gubernet, in una tamen quadam corporis parte dominatur maxime atque reſidet: quam idcirco partem Graeci τὸ ἡγεμονικὸν, Latini *principatum* nominare ſolebant. At quaenam haecce ſedes animae praecipua ſit, id inter omnes haud convenit. Sunt, qui in cerebro, ſunt, qui eam in corde collocant. Nemo vero ineptius *Stratone*, qui, quod (z) *Tertullianus* prodidit, perridicule inter ſupercilia domicilium eſſe dixit animae. Haud aliter quidem

(*) Ita (y) *Simplicius* Deum id eſſe dicit, quod eſt πάντα πρὸ πάντων, omnia ante omnia, in Epictet. p. 234.

bio *Strato* eo capitis in loco reſidere animam, exiſtimavit, qui inter ſupercilia medius interjectus eſt, ἐν μετωπίῳ, ut *Plutarchus* ait *de placitis philoſ. Lib.* IV. *Cap.* 5. *p.* 909. Haud igitur multo abſurdius docuit, atque illi, qui in cerebro, aut circa cerebri fundamentum, quod *Herophilus* voluit, haerere animum arbitrantur. Utrique in capite quaerunt animae domicilium: at de loco diſſident.

dem Stoica familia de mundi judicabat anima: quam ſimiliter in una quadam mundi hujus parte vim ſuam praecipue exercere, tamquam in *principatu* quodam ſeu ἡγεμονικῷ, nil dubitabant, tametſi, quaenam illa pars eſſet, nullo modo inter ſeſe conſentirent. Atque hunc ingentis mundi animae principatum ſingulari interdum modo *Deum* vocabant. Sed nihilo tamen minus univerſi animam mundi, non ſecus ac reliquorum animalium mentes, totum corpus ſuum ſive mundum agitare, penetrare, animare, atque permeare, praecipiebant. Dignus eſt, qui legatur hac de re *Diogenis* (*a*) *Laërtii* in vita *Zenonis* locus: Τὸν δὲ κόσμον διοικεῖσθαι νοῦ τοῦ κατὰ πρόνοιαν, ὡς ἄνωθέν που εἰρήκαμεν· καθάπερ ἐφ' ἡμῶν τῆς ψυχῆς· ἀλλ' ἤδη μὲ ἐν μείζοσι, μὲ ἐν δ' ἐλάττοσι· μὲ ἐν μὲν οὖν μᾶλλον, μὲ ἐν δ' ἧττον· μὲ ἐν μὲν οὖν διὰ ὅλης ἕξεως πεχωρηκέναι, ὡς διὰ τῶν ὀστῶν καὶ τῶν νεύρων· διὰ ἐν δὲ ὡς νοῦς, ὡς διὰ τοῦ ἡγεμονικοῦ· ὅτου δὴ καὶ τὸ ὅλον κόσμον, ζῷον ὄντα καὶ ἔμψυχον καὶ λογικὸν. ἔχειν ἡγεμονικὸν μὲν τὸ αἰθέρα, ἢ τὸ πέρατον, ἢ τὸν ἥλιον, ὃν καὶ πρῶτον Θεὸν λέγειν παθητικῶς ὅσπερ πεχωρηκέναι διὰ τοῦ ἀέρος, καὶ διὰ τῶν ζώων ἀπάντων καὶ φυτῶν, διὰ δὲ τῆς γῆς αὐτῆς κατὰ ἕξιν. *Mundum adminiſtrari* (ajunt Stoici) *ſecundum mentem ac providentiam, mente per omnes illius partes pertingente, ſicut & in noſtra anima contigit, ſed per has magis, per alias minus. Per quasdam enim veluti habitus receſſit, ut per oſſa ac nervos, per alias veluti mens, ut per principatum. Sic igitur & mundum totum, qui animal eſt & animatus ac rationalis, habere principale ſuum aut aethera, aut coelum, aut ſolem: quem etiam primum aſſerunt eſſe Deum, & veluti infuſum per ea, quae ſunt in aëre, ac per cunctas animantes & plantas, per terram autem ipſam ſecundum habitum.* Quamobrem ex Stoicorum ſententia univerſus mundus, quoniam ab una mente divina agitatur & impletur, ipſe eſt ille omnium princeps atque celſiſſimus Deus. Neque paucis confirmari poteſt hoc teſtimoniis. *Didymus*, cujus verba habet (*b*) *Euſebius*, (*) Ὅλον, inquit, ὃν τὸν κόσμον προσαγορεύουσι Θεόν. *Mundum univerſum* (Stoici) *Deum appellant. Origenes adverſus Celſum*, Σαφῶς, ait, διὰ τοῦ ὅλου κόσμου λέγουσι τοῦτον Θεόν, Στωϊκοὶ μὲν τὸν πρῶτον. *Graeci univerſe mundum eſſe Deum dicunt, Stoici vero primum eum & principem eſſe Deum, affirmant.* Quam doctrinam (*c*) *Manilius* quoque exprimit, perhibens:

Qua pateat, mundum divino Numine verti,
Atque ipſum eſſe Deum.

Ita & (*d*) *Seneca* philoſophus, *Totum hoc*, inquit, *quo continemur, & unum eſt, & Deus eſt.* Non haec ita ſunt accipienda pronuntiata, ac ſi materiae, qua conſtat mundus, ſive illa ut corpuſculorum individuorum acervus tantum ſpecte-
623 tur, ſive ut virtutis cujusdam genitricis atque ſentientis praeterea compos conſideretur, hunc Stoici honorem habuerint. Omnem enim, mundo quam tribuebant, divinitatem ex anima, quam ipſi ineſſe cenſebant, eaque non ſenſus tantum,

(*) Lib. V. p. 235.

(*a*) *Laërtii*] *Libri* VII. *Segm.* 138. 139. *p.* 452. Sed ſenſum potius & argumentum verborum *Laërtii*, quam ipſa verba, *Cudworthus* exhibet, hinc & inde multa omittens, alia refingens. In quo quidem nihil admodum deſiderem, praeter hoc unum, quod verba, ὃ δὴ πρῶτον Θεόν, & quae ſequuntur, ita cum antecedentibus conjungit, ac ſi de ſole dicta eſſent: quem ſenſum Anglica quoque horum verborum verſio, quam ſubjicit, exprimere videtur. At *Laërtium* ſi inſpexeris, apparebit, non ad ſolem, ſed ad aetherem, haec verba pertinere. Aetherem *Chryſippus* dicebat principem eſſe Deum, & per omnia permeare: qua de re interpretes *ad h. l.* conſuli poſſunt.

(*b*) *Eu-*

Digitized by Google

tum, ſed & perfectiſſimae rationis participe, derivare ſolebant. Quod ne quis temere dictum putet, *Varronem* audiemus, cum ſuam, tum Stoicorum hac de re ſententiam apud *Auguſtinum* aperte explicantem: (*) *Dicit idem Varro, adhuc de naturali Theologia praeloquens, Deum ſe arbitrari eſſe animam mundi, (quem Graeci vocant κόσμον,) & hunc ipſum mundum eſſe Deum: ſed ſicut hominem ſapientem, quum ſit ex corpore & animo, tamen ab animo dici ſapientem, ita mundum Deum dici ab animo, quum ſit ex animo & corpore.*

Quod ſi vero mundus animae particeps is Deus eſt, quo nihil eſt excellentius, conſentaneum omnino eſt, varias mundi partes atque membra pro Dei ipſius habere membris & partibus. Nec id ullo modo diffitetur (*e*) *Seneca*, cujus haec vox ſcripta exſtat: *Membra ſumus magni corporis.* Item haec: *Totum hoc Deus eſt, ſocii ejus & membra ſumus.* Ergo &, ſi haec vera ſint, animis noſtris ſocietas quaedam, conjunctio, & cognatio cum magna erit totius mundi anima. Atque haec res veteres adduxit, ut mundi animam ſeu totum hoc animal mundanum in diverſis ejus membris, praecipuis nimirum mundi partibus, eximiisque naturae rebus, ac ſi varie diſtracta eſſet haec anima, colendum ſibi eſſe, ducerent. Nolim tamen, aliquis exiſtimet, propterea neceſſe fuiſſe, ut omnes hasce partes mundi verorum, propriorum, diſtinctorumque Numinum loco haberent. Alioquin enim non modo quosvis homines, ſed viliſſimum quodvis animal, plantas omnes, herbas, gramina, fluvios, montes, omnia, verbo, ex quibus natura rerum conſiſtit, Deorum immortalium honoribus afficere, & Numinum inſtar diſtinctorum intueri debuiſſent. Verum tam ineptum haud fuiſſe & abſurdum genus hoc, ipſe auctor nobis eſt *Origenes*. *Celſus* ita rationem concluſerat: Si mundus Deus eſt, partes mundi quin Dii ſint, nullum dubium eſt, certe divinae ſunt. Huic ita occurrit *Origenes* argumentationi: (†) Ὡς εἶναι θεῖα ὰ μόνον ἀνθρώπους, ἀλλὰ καὶ πάντα τὰ ἄλογα ζῶα, μέρη δ' ἂν εἴη κόσμου, οἷος ἦν τύπος καὶ τὰ φυτά· εἰ δὲ μέρη ἐστὶ κόσμου καὶ οἱ ποταμοὶ, καὶ τὰ ὄρη, καὶ αἱ θάλασσαι, ἀφ' ἑτέρου ὅλου ὁ κόσμος θεός ἐστιν, ἤδη καὶ οἱ ποταμοὶ καὶ αἱ θάλασσαι θεοί εἰσιν· ἀλλ' οὐδὲ τοῦτο φήσουσιν Ἕλληνες· τοὺς δ' ὀνομαζομένους (οἱ ἄρα δαίμονας, ἢ θεοὺς, ὡς ἐκεῖνοι ὀνομάζουσι) ποταμοὺς καὶ θαλάσσας, τούτους ἂν λέγοιεν θεούς· καὶ τὸ καθολικὸν κέλευμα γένοιτο καὶ παρ' Ἕλλησι ψευδὲς, ὅτι εἴ τι ὅλον ἐστὶ θεὸς, πάντως τὰ μέρη τούτου ἐστὶ θεῖα· καὶ τοῦτο μὲν θεῖα ἔσται ζῶα, καὶ μυῖαι, καὶ σκνῖφες, καὶ σκώληκες, καὶ πᾶν τὸ ἕρπον εἶδος, ἀλλὰ καὶ τὸ ἕρπον, καὶ τὸ ἔνυδρον· ἅπερ οὐδὲ οἱ λέγοντες θεὸν εἶναι τὸν κόσμον, φήσουσιν. *Ex his conſequeretur, non homines tantum eſſe divinas naturas, ſed omnia quoque bruta animantia, quae partes etiam univerſitatis ſunt, quin etiam plantas. Quumque fluvii, montes & maria membra pariter hujus mundi ſint, conſentaneum foret, ſi totum hoc univerſum Deus eſt, credere, fluvios & maria pariter Deos eſſe. Sed hoc numquam Graeci largientur. Dicent, illos, qui fluviis & maribus praeſident, ſive naturae ſint divinae, ſive daemones, Deos eſſe. Igitur hoc Celſi univerſale praeceptum: Si totum hoc Deus eſt, ne-*

(*) De Civ. Dei Lib. VII. C. 6.
(†) Lib. V. p. 243.

(*b*) *Euſebius*] *Praeparat. Euangel. Lib.* XV. *Cap.* 15. *p.* 817.
(*c*) *Manilius*] *Aſtronomic. Lib.* I. *vſ.* 484. 485. *p.* 16.
(*d*) *Seneca*] *Epiſtol.* XCII. *p.* 323. *T.* II. *Opp.* Perſimilis apud eundem locus exſtat *Epiſt.* XCV. *p.* 355. Plures alios collegit, praeter *Juſtum Lipſium* in *Phyſiol. Stoica Lib.* I. *Diſſ.* VIII. *p.* 16. *ſ. Thom. Gatakerus ad Marc. Antoninum Lib.* IV. §. 22. *p.* 110.
(*e*) *Seneca*] Prior locus eſt *Epiſt.* XCV. *p.* 355. alter *Epiſt.* XCII. *p.* 323.

Digitized by Google

neceſſe eſt, ut partes quoque Dii ſint; ipſis Graecis confitentibus, falſum eſt. Etenim ſequeretur inde, omnia animantia, muſcas, culices, vermes, ſerpentes, piſces & aves, cujuscumque demum ſint generis, Deos eſſe: quod ne ipſi quidem illi conceſſerint, qui Deum eſſe mundum hunc confirmant.

Igitur hoc ratum & effectum maneat, moris quidem fuiſſe veteribus, cum praecipuas mundi partes naturaeque rerum membra, tum varias animae mundi, per totam univerſitatem diffuſae, virtutes in Deorum perſonarumque habitum transformare; at numquam tamen rectos rerum aeſtimatores tam ſui fuiſſe oblitos, ut haec omnia in veris propriisque Numinibus habenda eſſe crederent. Quidquid rebus hisce honoris exhibebant, id illis, tamquam mundi animae partibus & membris, deberi judicabant: aut, ut rectius loquar, res omnes non ſecus, atque varios mundi animae effectus, ſpectabant, atque in illis animam hanc, quippe quam ſupremum eſſe Deum cenſebant, reverebantur. Hanc ab *Auguſtino* diſcere nobis licet ſententiam, qui (*f*) *Libro contra Fauſtum Manichaeum* Manichaeorum
624 Diis ipſa veterum populorum, qui multis ſupplicarunt Diis, Numina non anteferre veretur: *Jam vero coelum, & terra, & mare, & aër, & ſol, & luna, & cetera ſidera omnia, haec manifeſta oculis apparent, atque ipſis ſenſibus praeſto ſunt. Quae quum pagani tamquam Deos colunt, vel tamquam* PARTES UNIUS MAGNI DEI, (*nam universum mundum quidam eorum putant* MAXIMUM DEUM) *ea colunt, quae ſunt. Vos autem, quum ea colatis, quae omnino non ſunt, propinquiores eſſetis verae pietati, ſi ſaltem pagani eſſetis, qui corpora colunt, etſi non colenda, tamen vera.* Eamdem rem latius perſequitur *Auguſtinus Libris de civitate Dei.* Poſtquam enim longam illam Deorum enumerationem fecerat, quam ſupra ex eo deſcripſimus, acriter dementiam cafligat hominum, quod unius ſummi Numinis membra, partes, & virtutes, per orbem terrarum ſparſas, in perſonas transformaſſent, divinisque honoribus afficerent: (*) *Haec omnia, quae dixi, & quaecumque non dixi, (non enim omnia dicenda arbitratus ſum) hi omnes Dii Deaeque ſit unus* Jupiter: *ſive ſint, ut quidam volunt, omnia iſta partes ejus, ſive virtutes ejus, ſicut eis videtur, quibus cum placet eſſe mundi animum: quae ſententia velut magnorum multorumque doctorum eſt:*

(*) Lib. IV. C. 11. p. 76.

(*f*) *Libro contra Fauſtum*] *Libro* XX. *contra Fauſtum Cap.* 5. *p.* 238. *Tom.* VIII. Non haec autem verba continuata ſerie apud *Auguſtinum* extant, a *Cudworthio* hinc & inde ex hoc capite decerpta, & in unum corpus coacta ſunt.

(*g*) *Coleretur*] In hoc *Auguſtini* loco, nec non in aliis veterum Chriſtianorum hujus generis dictis, hoc obſervari velim maxime, magnos hoſce viros minime id affirmare, quod *Cudworthio* placet, vitium fuiſſe antiquis, virtutes & perfectiones divinas Deorum inſtar colere, ſed hoc tantum ſignificare, fuiſſe & olim & ſua aetate nonnullos, qui ſtolidas populorum religiones hoc modo interpretarentur. His vero interpretationibus nec *Auguſtinus*, nec alius quisquam eccleſiae doctorum multum pretii poſuit. Lege, ut alios praeteream, ipſum *Auguſtinum Libro* XX. *contra Fauſtum Manich. Cap.* 9. *p.* 240. *T.* VIII. *Opp.*

(*h*) *Athanaſius*] *Orat. contra Graecos p.* 31. *T.* 1. *Opp.*

(*i*) *Reverebantur*] His omnibus quidnam effici poſſit veterum locis, toties a nobis dictum eſt, ut novis nihil opus ſit animadverſionibus. Sed afferam hic tamen praeclarum *Arnobii* locum, qui nonnulla quidem a viro doctiſſimo poſita confirmat, at ipſius opinionis, cui ſe tantopere faventem hic oſtendit, fundamenta labefactat. Audiamus primum *Arnobium Lib.* III. *adv. gentes p.* 151. *ed. Heraldi*, Deorum cultores compellantem: *In philoſophiae memorabili ſtudio atque ad iſtius nominis columen vobis laudatoribus elevati, univerſam iſtam molem mundi, cujus omnes amplexibus ambimur, tegimur ac ſuſtinemur, animal eſſe unum, ſapiens, rationabile, conſultum, probabili aſſeveratione definiunt: quorum ſi eſt vera & fixa certa ſententia, etiam illi continuo definent Dii eſſe, quos*

in

eſt: Haec, inquam, ſi ita ſint, quod quale ſit, nondum interim quaero, quid perderent, ſi unum Deum colerent prudentiori compendio? Quid enim ejus contemneretur, quum ipſe coleretur? Si autem metuendum ſit, ne praetermiſſae ſive neglectae partes ejus iraſcerentur; non ergo, ut volunt, velut Unius Animantis haec tota vita eſt, quae Omnes ſimul continet Deos, quaſi ſuas VIRTUTES, *vel* MEMBRA, *vel* PARTES: *ſed ſuam quaeque pars habet vitam a ceteris ſeparatam, ſi, praeter alteram, iraſci altera poteſt, & alia placari, alia concitari. Si autem dicitur, Omnia ſimul, id eſt, Totum ipſum Jovem potuiſſe offendi, ſi* PARTES *ejus non etiam ſingillatim minutatimque colerentur, ſtulte dicitur. Nulla quippe earum praetermitteretur, quum ipſe unus, qui haberet omnia, (g) coleretur.*

Graeci, quorum (*b*) *Athanaſius* ſententias enarrat, parem afferunt religionis ſuae excuſationem, negantque, varias mundi partes hoc a ſe coli animo, ac ſi veri eſſent, proprie ſic dicti naturalesque Dii, ſed tamquam partes ſeu membra unius celſiſſimi Numinis, magni nimirum animantis mundani, ſive totius orbis anima praediti, quem conjunctim ſpectatum rem eſſe unam, crederent, honorari. *Ἀλλ' ἴσως διανέμομεν μὲν καθ' ἑαυτὰ λαμβανόμενα. Φαίην αὐτὰ, καὶ αὐτοὶ συνομολογοῦμεν· ὁμοῦ δὲ πάντα συναπτόντες, καὶ οἷς ἐν ζῶον πλείστοις μέγα σῶμα, τὸ ὅλον θεὸν εἶναι φήσομεν.* *Partes mundi diviſas & ſigillatim conſideratas res eſſe parum perfectas & inanes, ipſimet non diffitentur Graeci: at nihilo tamen minus contendunt, ea ſi coagmententur, & tamquam unum magnumque corpus* (animi ſui particeps) *conſiderentur, univerſum illud Deum eſſe.* Ergo ſatis eſſe arbitror apertum, veteres verbis quidem & vocabulis non modo varias virtutes unius ſummi Numinis ſive animae mundi, quam per univerſum dictitabant orbem terrarum fuſam eſſe, ſed etiam ipſius mundi partes non unas, naturasque rerum ad Deorum extuliſſe concilium, neque tamen ita rationis fuiſſe immemores, ut haec omnia verorum naturaliumque Numinum in loco haberent, aut, quod longe fuiſſet abſurdius, Deos eſſe haec omnia inter ipſos pares, nec cujusquam voluntatis miniſtros, ducerent. Etenim unum tantum ſupremum omnium Deum, quem rerum eſſe ducebant naturam animi compotem, in his variis ejus membris atque partibus, tamquam is varie diſtractus eſſet (*i*) reverebantur.

Haec

in ejus portionibus paullo ante immutatis nominibus conſtituebatis. Ut enim homo unus nequit, permanente ſui corporis integritate, in homines multos ſcindi, neque homines rurſus, multitudinis, junctionis differentia conſervata, in unius ſenſus ſimplicitatemque conflari: ita, ſi mundus unum eſt animal, & unius mentis agitatione rotatur, nec in plura poteſt Numina diffluari, nec (ſi ejus particulae Dii ſunt) in unius animantis conſcientiam cogi atque verti. Luna, ſol, tellus, aether, aſtra membra ſunt & mundi partes. Quod ſi partes & membra ſunt, animalia utique ſui nominis non ſunt. Neque enim partes hoc ipſum eſſe, quod totum eſt, aliqua in re poſſunt, aut ſibi ſapere, ſibi ſentire, quod ſine totius animantis aſſenſu nullis propriis officiatur motibus: quo conſtituto ac poſito, ſumma omnis illuc redit, ut neque ſol Deus ſit, neque luna, neque aether, tellus, & cetera. Sunt enim partes mundi, non ſpecialia Numinum nomina: atque ita perficitur, omnia vobis turbantibus miſcentibusque divina, ut in rerum natura unus Deus conſtituatur mundus, explosis omnibus ceteris. Conſtat ex his verbis, quod *Cudworthus* tuetur, philoſophos haud paucos olim exſtitiſſe, ea praeſertim aetate, qua Chriſtiana religio magnos in orbe terrarum progreſſus faciebat, qui hanc rerum univerſitatem pro Deo haberent, nec aliud noſſent Numen, quam mundi animam, id ita ſeſe omnino habere. Verum ex iisdem ſimul verbis perſpicuum eſt, alterum illud, quod idem probare nititur, hoc hominum genus plures quidem Deos in ore habuiſſe, atque divinas perfectiones virtutesque, nec non membra huius orbis Deorum nominibus appellaſſe, at reapſe tamen unum tantum Deum coluiſſe, id aeque certum & explo ratum haud eſſe. Diſputat *Arnobius* contra hanc ſectam, oſtenditque, neceſſario ex praeceptis ejus conſequi, unum tantum eſſe Deum. Hac quid, quaeſo, diſputatione opus fuiſſet, ſi familia haec nomina tantum & vocabula Deorum, non vero Deos, coluiſſet, atque unum e

con-

Haec quum ita ſeſe habeant, duplex fuiſſe genus eorum, confitendum eſt, qui inter veteres populos Theologiae naturali operam dederunt: unum eorum, qui Deum mundi animam non eſſe meliorem aut excelſiorem exiſtimabant; alterum, quod ut *Origenis* (*) utar verbis, Deum ſtatuebat *ὑπερβαίνειν πάσαν ἢ αἰσθητὴν φύσιν, καὶ μεγαλωσύνῃ αὐτῆς νομίζειν ἴσως καὶ θεῖον, ἀνω καὶ ἐπὶ τὰ σώματα ζητῶν αὐτὸν, longe ſuperare omnem naturam in ſenſus incurrentem, ideoque in nulla rerum hujus generis eum collocabat, ſed ſupra omnia eum corpora quaerendum eſſe, arbitrabatur.* Superiores mundum corporibus conſtantem ita, ac ſi Dei maximi eſſet corpus, venerabantur. Hi vero tametſi Deum multo eſſe mundi animam nobiliorem cenſebant, neque mundum eſſe Deum aut corpus Dei putabant, attamen naturam rerum, tamquam θεῖον aliquid, *divinum* atque *ſacrum*, intuebantur, Deumque in ſingulis rebus adorandum eſſe, mundum denique ipſum, tamquam effigiem ac templum Dei, coli ab hominibus debere, decernebant. Deum enim quoniam unicam rerum eſſe omnium cauſſam, totamque naturam in ſe quondam habuiſſe abditam, ſtatuebant, praeterea mundum, ex Deo eductum, non tamen eſſe prorſus ſecretum ab eo, neque ſine ejus ope & auxilio, non ſecus ac ſi res eſſet vita vacua, permanere, ſed cum Deo arctiſſime conjunctum eſſe, omnemque ex eo vitam accipere, contendebant, vix aliter praecipere poterant, niſi a ſemet ipſis deſciſcere, parumque conſtanter docere voluiſſent. Ex hoc genere (*k*) *Plutarchus* eſt: qui, etiamſi graviſſime ferebat, res corporeas & inanima as Deorum perſonis indui & ornari, ipſe tamen Deum in toto mundo corporeo venerandum eſſe affirmabat, mundum eſſe perhibens *ἱερὸν ἀγαλμάτων καὶ θεοπρεπέστατον, templum ſanctiſſimum divinaque natura maxime dignum.* Similiter Perſarum Magi, quos templa omnia manu facta & exſtructa averſatos eſſe accepimus, Deo tamen *ſub dio* & in editis montibus ita ſupplicabant, ut in univerſo mundo cum corporeo, tamquam naturali templo ſuo, verſari, crederent. Teſtis eſt *Cicero:* (†) *Nec ſequor Magos Perſarum, quibus auctoribus*

(*) Contra Celſum p. 260.
(†) De legib. Lib. II. p. 335.

contrario Deum in variis mundi partibus praeſentem venerata eſſet? Evidens eſt, homines, quibus hoc demonſtratur ab aliquo, fieri nullo modo poſſe, ſi dogmatibus ſuis convenienter docere velint, quin unum eſſe Deum profiteantur, ab eorum, qui unum eſſe Deum volunt, ſententia remotos eſſe. Certe, quibus *Arnobii* non ſpernenda plane videtur eſſe auctoritas, illi haec recipiant, neceſſe eſt: (I.) Eos ex antiquioribus Deorum cultoribus, qui poſt natum Servatorem Deum a mundi non ſecreverunt anima, fabulas de Diis ad praecepta phyſices traxiſſe, *Cereris*, verbi gratia, ſub nomine tellurem, *Junonis* ſub vocabulo aetherem, ſub *Jove* ſummum aërem, ſub *Vulcano* ignem intelligi voluiſſe. (II.) At eosdem tamen has res naturales pro veris habuiſſe Diis, ſolique, lunae, telluri, non ſecus ac ſi juvare non minus, quam obeſſe, poſſent, rem ſacram feciſſe. Ex quo (III.) ſequitur, viſum fuiſſe huic generi, in his mundi partibus certas divinae naturae ſeu *eſſentiae* partes aut emanationes reſidere, quas ſeparatim a Deo ſpectare, ac ſumma animi religione revereri deceat. Nec igitur (IV.) plures, quibus ſupplicarunt, Dii unius tantum Numinis vocabula eſſe ac nomina, ſed Deos proprie dictos. Quemadmodum nimirum illi, qui animos noſtros ex divina natura libatos ac hauſtos eſſe opinantur, hos tamen animos non inficiantur naturas eſſe a Deo, unde fluxerunt, ſeparatas & ſejunctas: ita & illi, qui Deum per totum terrarum orbem fuſum eſſe ac intentum, contendebant, partes tamen hujus Dei, in variis naturae rebus latentes, ut res conſiderabant a Deo ipſo abſtractas, & peculiari propterea cultu & honore dignas. Vix aptius haec omnia corroborari poſſe, putem, quam ex *Phurnuti*, qui exſtat adhuc, *de natura Deorum* libello, quem *Thom. Gale* inter *Opuſcula veterum mythologica, phyſica & ethica* retulit. Platonicum hunc *Phurnutum* fuiſſe *Thom. Gale* conjicit in *Praefat. p. 7.* Ego Stoicum fuiſſe potius crediderim cum propter ea, quae de mundi exuſtione *Cap. 17. p. 174.* tradit, quae a *Platonis* aliena plane ſunt ſcitis, tum propter

Digitized by Google

bus Xerxes inflammasse templa Graeciae dicitur, quod parietibus includerent Deos, quibus omnia deberent esse patentia ac libera, quorumque hic mundus omnis templum esset & domicilium. Igitur, quod de hisce Magis memoriae consignavit *Diogenes* (*l*) *Laërtius*, eos Θεὸς ὑπολαμβάνειν πῦρ καὶ γῆν καὶ ὕδωρ, τὰ δὲ ξοάνων κατηγορεῖν, *ignem, terram & aquam Deos esse, arbitrari, signa vero statuasque repudiare*, id ego sic opinor interpretandum esse: Magos, sicuti nullis in templis, nisi in totius rerum naturae templo, Deum colerent, ita nullas etiam ejus imagines seu statuas tolerare, eo quod ipsas naturae res seu partes orbis, ignem, aquam, aërem, & similia, omnium instar Dei signorum & imaginum esse, judicarent: atque hoc unice sensu, nullo autem alio, haec rerum initia Deos ab illis appellari. Nihil hic a me fingi, *Clemens Alexandrinus* testabitur, qui Persarum Magos ex *Dinone* his verbis adumbrat: (*) Θύειν δὲ ὑπαίθρῳ τοὺς Μάγους ὁ Δίνων λέγει, Θεῶν ἀγάλματα μόνα τὸ πῦρ καὶ ὕδωρ νομίζοντας· Οὐκ ἀπηυθόμην ἐγὼ τὰ τούτων ἄγνοιαν· Εἰ γὰρ καὶ τὰ μάλιστα ὑποφεύγειν οἴονται τὴν πλάνης, ἀλλ' εἰς ἑτέραν καταπεπτώκασιν ἀπάτην· Ἀγάλματα μὲν Θεῶν ἐξ ξύλα καὶ λίθους ὑπειλήφασιν, ὥσπερ Ἕλληνες, ἐξ ὧν μὲν ἔπλασε καὶ ἐχρύσωσαν, καθάπερ Αἰγύπτιοι, ἀλλὰ πῦρ τε καὶ ὕδωρ, ὡς φιλόσοφοι. *Magos sub dio rem divinam facere, eo quod existiment, ignem & aquam sola Deorum esse simulacra, ex Dinone cognoscimus. Neque enim horum ignorantiam celaverim, qui, licet se maxime existiment errorem effugisse, in aliam tamen fraudem delapsi sunt. Nam etsi neque cum Graecis ligna & lapides, neque cum Aegyptiis ibides & ichneumonas, tamen cum philosophis ignem & aquam esse Deorum simulacra, putaverunt.* Ceterum, quod duplicem fuisse eorum familiam dixi, quibus olim naturalis de Diis doctrina in deliciis erat, unam, quae totum mundum Deum esse aut Dei corpus defenderet, alteram, quae orbem hunc imaginem tantum seu templum Dei esse disputaret, id *Macrobii* quoque *in Scipionis somnium* auctoritate licet probare, quippe qui illum *Somnii* hujus locum, quo mundus *templum* vocatur, his verbis explanat: (†) *Bene autem diversus mundus Dei templum vocatur propter*

(*) Protrept. p. 43. (Cap. 5. p. 56. ed. Potteri.) (†) Lib. I. C. 14.

ter ipsam Deorum naturam explicandi rationem, & alia, quae nunc praetermitto. Utcumque est, homo hic id agit toto hoc libello, ut veterum Deos ad naturam rerum revocet, & cum mundi adspectabilis partibus & membris componat: ipsum vero summum Deum animam esse mundi, sine circuitu confitetur *Cap.* 2. *p.* 141. Ὥσπερ ὑπὸ ψυχῆς διοικούμεθα, οὕτω καὶ ὁ κόσμος ψυχὴν ἔχει τὸν συνέχουσαν αὐτόν· καὶ αὕτη καλεῖται Ζεύς. *Ut nos gubernamur ab anima, sic & mundus animam habet, a qua, ne diffluat, continetur. Haec vero anima ejus seu Jupiter appellatur.* Crederes, hunc hominem, quum ad unam mundi animam referat omnia, huic uni quoque supplicasse, neque Diis pluribus obnoxium fuisse. Sed contrarium ex *Libello* patet *extremo p.* 236. ubi diserte profitetur, sapientis quidem esse, ad veritatem transferre omnia, quae de Diis narrantur; at decere tamen omnino *Deos colere, illisque preces & victimas offerre*, θύειν, εὔχεσθαι καὶ προσκυνεῖν. Et quid multis? Qui Stoicorum modo disciplinam perspexit, is ignorare nullo modo poterit, qui Deum vim esse putarunt quamdam per totam naturam commeantem, haud idcirco tamen multitudinem Deorum sustulisse. Namque secta haec, tametsi Deum ignem esse putabat rationis & sensus compotem & per hanc universitatem intentum, *Neptunum* tamen separatim sibi ducebat colendum esse, quem *animum esse* dicebat *cum intelligentia per mare pertinentem*, *Cererem* item, & reliqua Numina. Vid. *Cicero de natur. Deor. Lib.* III. *Cap* 25. *p.* 3092. Stultissime, fateor, haec omnia sunt credita, & ineptae levitatis ac futilitatis plena: sed nos minime oportet in veterum sententiis id quaerere, quod rationi consentaneum est, nec ita olim homines esse ratiocinatos decernere, ut nos, duce sapientia, hodie ratiocinamur, verum candide ac ingenue, quae ab antiquis auctoribus tradita accepimus, referre ac exponere.

(*k*) *Plutarchus*] Vid. *Liber* ejus *de Iside ac Osiride p.* 382. Nescio enim, quemnam designet alium in *Plutarcho* locum, si hunc excepseris.

(*l*) *Laërtius*] *Prooem. Operis Segm.* 6. *p.* 5.

propter illos, qui aeſtimant, nihil eſſe aliud Deum, niſi coelum ipſum & coeleſtia iſta, quae cernimus, (aut totum, quem videmus, mundum animatum.) *Ideo, ut ſummi omnipotentiam Dei oſtenderet poſſe vix intelligi, numquam poſſe videri, quidquid humano ſubjicitur adſpectui, templum ejus vocavit: ut, qui haec veneratur ut templa, cultum tamen maximum debeat conditori, ſciatque, quisquis in uſum templi hujus inducitur, ritu ſibi vivendum ſacerdotis.* Quocirca, quotquot olim Diis ſervierunt, hos mundo divinos adhibuiſſe honores, duplici licet ratione, intelligimus. Mundum autem nemo eſſe rem cenſebat vita vacuam aut anima carentem, verum alii corpus eum Dei, alii templum atque ſimulacrum eſſe Numinis opinabantur. Neutrum genus, quum ſacra Diis faceret, in iis unice rebus haerebat, quae ſenſus feriunt & oculos, ſed ad magnam mundi animam, cujus nutu & arbitrio Univerſitatem hanc ſapienter conſtrui atque gubernari putabant, mente atque cogitatione adſcendebat.

627 Haec vero mundi anima, eo quod principia genitricia ſeu *rationes ſeminantes* continere dicebatur, ἡ κοινὴ quoque φύσις, *natura communis*, non vero natura rerum, & φύσις ὅλου ſeu τοῦ ὅλου, *natura univerſitatis*, vocabatur.

Omnes itaque conſentientes erant inter ſe Deorum cultores, mundum hunc animal eſſe, atque hoc animal Deum etiam eſſe. Sed erant tamen, qui religioni ſibi ducebant, primi maximique Dei nomen & honores in mundum conferre. Atque hi, id quod antea jam teſtatum fecimus, partim ſecundum, partim tertium Deum hunc eſſe orbem, arbitrabantur. Diſertus eſt, quem ſubjicio, (*m*) *Origenis* hac de re locus: Σαφῶς δὴ τὸ ὅλον κόσμον λέγουσιν εἶναι θεὸν, Στωϊκοὶ μὲν τὸ πρῶτον, οἱ δὲ ἀπὸ Πλάτωνος τὸ δεύτερον, τινὲς δὲ αὐτῶν καὶ τρίτον. *Graeci aperte totum mundum Deum eſſe affirmant, Stoici quidem primum Deum, at Platonici ſecundum, quidam etiam ex illis tertium.* Quicumque ex Platonicis mundum animatum alterum eſſe Deum ſtatuebant, hi tres illas, quas *Platonem* ſuis inculcaſſe accepimus, divinitatis perſonas, τἀγαθὸν, *ipſam bonitatem*, νοῦν, *mentem*, & ψυχὴν, *animam*, conjunctim ut unum principemque Deum intuebantur. Sed qui tertium in divinitate locum mundo aſſignabant, hi tria iſta principia ſeu divinas hypoſtaſes latius divellebant, totidemque veluti Deos faciebant. Primam enim *Monada* ſeu ſimpliciſſimam bonitatem, alteram mentem ſeu intelligentiam, tertiam communem naturae totius animam interpretabantur. Et haec ipſa anima quin ea eſſet, quae vi ſua corporeum hunc orbem unice agitaret, cum quo quippe ex omni aeternitate ſimul exſtitiſſe credebatur, nulli plane dubitabant. Ceterum alter hicce Deus, ſive mundus animae compos & intelligentiae, tam Platonicis, quam Aegyptiis non modo templum & imago, verum etiam filius Dei principis vocabatur. Et quod ad Aegyptios quidem attinet, illis hoc in more fuiſſe poſitum, ut mundum animatum Dei filium appellarent, idoneis ſupra teſtimoniis demonſtratum dedimus. Ceteros vero idem feciſſe populos, id vel *Celſi* conſtat teſtimonio, qui *Chriſti* aſſectatores *Jeſum* propterea filium Dei nominaſſe criminatur, ut veteres aemularentur gentes, quae mundum ita nominare fuiſſent ſolitae: (*) Ὁπόθεν δὲ καὶ αὐτὸ τοῦτο ἐπῆλθεν αὐτοῖς, θεοῦ υἱὸν καλεῖν, σημαίνω· ἄνδρες παλαιοὶ τόνδε τὸν κόσμον, ὡς ἓν θεῖον γεγενημένον, παῖδά τε αὐτοῦ καὶ ἐξ αὐτοῦ τὸν προφήτην· πάντα γὰρ ὅμοιον ἑτέρου τοιούτου παῖς θεῖα. *Quod ad nomen filii Dei attinet, explicabo ego, quidnam commoverit Chriſtianos, ut Jeſu illud imponerent. Majores noſtri mundum hoc nomine compellarunt, tamquam opus Dei, filium Dei, ipſumque Deum.*

(*) Origenes contra Celſ. p. 308.

(*m*) *Origenis*] *Lib.* V. *contra Celſum pag.* 235.

Nonne

(*n*) *Ex-*

Digitized by Google

Nonne praeclaram putas esse inter hunc & illum Dei filium similitudinem? Quae verba hominis quum recitasset *Origenes*, haec continuo subjicit: Ὡηθη ὑ υἱὸν θεῦ ἡμας λέγειν, ⸗ δυσωπουσθαι τὸ ⸗ θεὸ ὄνομα, ὡς ἐκ θεῦ γνωμένε, ⸗ υἱῶ ὄντι ⸗ αὐτῦ ⸗ θεῦ. *Celsus sibi persuadet, nos nomen filii Dei, quo Jesum appellamus, mutuatos esse ab iis, qui mundum Dei opus & filium, immo ipsum Deum vocant.* Mundum itaque universum eumque animae participem, quoniam veteres alterum tantum Deum Deique natum appellarunt, nullum omnino dubium cuiquam esse potest, quin iidem principem simul Deum in hoc mundo venerati sint: quod quidem probabiliter hac ratione fecerunt, ut varias ejus partes atque membra personarum Deorumque specie & habitu exornarent. Atque hinc, quidnam recentiores quosdam auctores in istum errorem impulerit, intelligitur, ut Deorum cultores olim decernerent inanimatis mundi hujus partibus tales exhibuisse honores, quales nullis, nisi veris proprieque ita dictis Numinibus, exhibere fas est, Nimirum non perspectum habuerunt doctissimi homines, istud erga res anima vacuas incredibile studium ex eo unice manasse, quod eas unius magni mundi animantis partes esse membraque viventia, existimarent: quem mundum animatum, si minus principem & summum, alterum tamen a principe Deum, ejusdemque templum, simulacrum, & filium esse, censebant.

His ita explicatis, nemini arbitror obscurum amplius esse posse, quaenam causa effecerit, ut tantam Deorum turbam & multitudinem veteres cum in illo Theologiae genere, quod fabulosum & poëticum dicitur, tum in isto, quod civitatibus & populis proprium erat, confinxisse visi sint. Illud de Diis doctrinae genus, quod poëtae suum fecerant, commentis unice constabat nugisque, divinasque res perverse ac inepte cum humanis componebat & comparabat. Hoc, quod populi & civitates amplectebantur, partim vulgi opinionibus & erroribus, partim legibus & institutis continebatur, quae calliditas eorum, qui res publicas condiderant, idcirco in primis excogitaverat, ut populorum mitigarent ingenia, semperque in promtu haberent aliquid, quod homines ad vitia resque novas justo procliviores in officio 628
erga leges civitatis contineret. Quotquot vero mentem sapientia & doctrina praeter ceteros expoliverant, his omnibus aliud plane disciplinae genus in deliciis erat, quod neque fertilioris ingenii fervor, neque hominum opinio, neque leges denique imperantium, sed ipsa veritas, ratio, & natura produxerat. Cujus quidem naturalis sive philosophicae Theologiae haec summa erat & argumentum: Unum esse tantum Deum sempiternum, ex nulla re genitum, omnisque expertem initii, & multos praeterea inferioris ordinis conditosque Deos, quorum munus esset, principis & summi Dei mandatis obtemperare. Ergo, qui a poëtis canebantur, Dii, aut a civitatibus sacrificiis & templis placabantur, illi sine ullo dubio aut pro summi tantum Numinis ministris & legatis, quos virtus ejus genuisset, ab hoc genere habebantur, aut ut varia principis Dei vocabula spectabantur, inde nata potissimum, quod homines variis Deum considerandi modis diversisque virtutibus, quibus se spectandum praebuit, Deorum atque personarum formam imposuissent. Atque horum posterius plerisque omnibus veterum Theologis in primis arrisisse, gravissimis jam a nobis auctoritatibus probatum est. Non ignota est (*n*) *Euclidis* philosophi vox: (*) Ἓν τὸ ἀγαθὸν πολλοῖς ὀνόμασι καλέμενον. *Unum est sum-*

(*) Lib. I. Cap. 5.

(*n*) *Euclidis*] Apud *Diogenem Laërtium Lib.* II. *Segm.* 106. *p.* 142.

Digitized by Google

ſummum bonum, (ſive altiſſimum Numen) *at varia ſunt ejus nomina. Antiſthenes*, cujus dictum ante jam attulimus, multos eſſe populares pronuntiavit Deos, verum unum tantum, eumdemque Deum naturalem, *ſummae* nimirum *totius*, id quod *Lactantius* addit, *artificem.*

Ergo finem huic disputationi faciam, modo unum, quod jam antea tetigi, monuero. Qui ingenio antecellebant & ſapientia ceteris Deorum cultoribus, omnes contemnebant quidem & funditus repudiabant poëtarum de Diis fabulas. Narrat *Auguſtinus*, (*) genus hoc, ſi quis nihil his commentis fieri poſſe abſurdius demonſtrandum ſumſiſſet, continuo cum indignatione exclamaſſe: *Abſit! Fabularum eſt iſta garrulitas:* item: *Rurſus ad fabulas redis.* Iidem neque civilem ſibi placere Theologiam fatebantur, atque, praeter eam, eſſe aliam, naturalem & philoſophicam, quae ſola veritati eſſet amica, affirmabant. At nihilo tamen minus ipſam omnes neceſſitatem, illis praeſertim temporibus, requirere, contendebant, ut doctrinae quoddam de Deo genus populis proponeretur & inſtillaretur, quod a captu rudiorum non nimis abhorreret, eo quod multitudo ad verae atque philoſophicae Theologiae praecepta comprehendenda & intelligenda parum apta eſſet. Ita mentem ſuam apud (*o*) *Auguſtinum Scaevola*, Pontifex maximus, declarat: *Expedire exiſtimat, falli in religione civitates.* Addit, quare ita ſentiat: eſſe nimirum multa in naturali & philoſophica Theologia, quae, certa licet atque vera ſint, populo tamen non ſine metu periculi tradi queant. Exempli cauſſa: *quod verus Deus nec ſexum habeat, nec aetatem, nec definita corporis membra; quod Hercules, Aeſculapius; Caſtor, Pollux homines fuerint, & humana conditione deſcciderint; quod eorum, qui ſint Dii, non habeant civitates vera ſimulacra,*

(*) De civ. Dei Lib. IV. C. 10. (p. 75.)

(*o*) *Auguſtinum*] *De civit. Dei Lib.* IV. *Cap.* 27. *p.* 84. *T.* VII. *Opp.*

(*p*) *Varro*] Apud *Auguſtinum de civit. Dei Lib.* IV. *Cap.* 31. *p.* 88. *ſ.* Sed peculiarem *de religionibus Librum*, quod hic *Cudworthus* indicare videtur, non ſcripſit *Varro.* Quaecumque de Diis & religionibus ex eo apud *Auguſtinum* legantur, ex *Antiquitatum*, quos compoſuerat, *Libris* decerpta ſunt.

(*q*) *Strabo*] *Geograph. Lib.* I. *p.* 18.

(*r*) *Syneſium*] *In Encomio calvitiei p.* 73. *Opp. ed. Petavii.* Fuit omnino *Syneſius* in hac ſententia, id quod ex variis ejus locis apparet, veteres poëtas, & *Homerum* ſigillatim, gravitſima praecepta ſub illis occultaſſe fabulis, quas de Diis quondam narrarunt. Immo licere putavit philoſopho, quae Platonicorum & Pythagoreorum communis erat opinio, mendaciis, ſi res ita poſceret, plebem circumvenire, veritatem autem philoſophicam ab auribus eorum removere. Inſignem ejus hac de re locum proferre, non alienum erit, ex *Epiſtola* CV. ad fratrem exarata *p.* 249. Νῦς μὲν φιλόσοφον, ἐπότας δὲ τύραννος, συγχωρεῖ τῇ χρείᾳ τῶ ψεύδεος· ἀνάλογον γάρ ἐστι φῶς πρὸς ὀφθαλμὸν, καὶ ὄμμα πρὸς ἥλιον· ἢ δὲ ἀφέλιμος μὲν πολὺ μᾶλλον ἐστὶν ὀφθαλμοῖσιν ἄτυφλος φωτὸς, καὶ ἢ τοῖς ὀφθαλμοῖσι τὸ συμφέρον τῷ ὀφθαλμιῶντι· τοῦτο καὶ τὸ ψεῦδος ὄφελος εἶναι τοῖς ἀτελεστέροις· τοῦτο καὶ τὸ βλαβερὸν τὸ ἀληθὲς τοῖς ἐν ἐξόχοις ἐπιστήμαις πρὸς τὸ τέλος ἀνήρηται. *Animus certe quidem, philoſophia imbutus, ac veritatis inſpector, mentiendi neceſſitati non nihil remittit. Lux enim veritati, oculus vulgo proportione quadam reſpondent. Et ut oculus ipſe non ſine damno ſuo immodica luce perfruatur, atque ut ophthalmicis caligo magis expedit: ſic mendacium vulgo prodeſſe, arbitror; e contrario nocere veritatem iis, qui in rerum veritatem perſpicere nequeunt.* Jungenda erit his *Epiſtola* CXLII. *ad Herculanium*, *p.* 279. quem vehementer ob dogmata nonnulla philoſophica in vulgus temere prolata increpat, acerrimeque, ne in poſterum myſteriorum ejusmodi enuntiet aliquid, admonet. At nihilo tamen minus *Cudworthus* injuriam facit huic antiſtiti, quod eum, ut Chriſtianum & epiſcopum, hanc autumat foviſſe ſententiam. Etenim *Syneſius* philoſophum quidem ſic agere poſſe affirmat; at Chriſtiano doctori idem licere, diſerte negat, ſeſeque, ſi fieri ſecus nequeat, quin epiſcopus crearetur, hanc viam nullo modo ſequi velle, aperte, ſacramento etiam interpoſito, profitetur. Dabo ipſa ejus verba ex *Epiſt.* CV. *p.* 249. Καλόν γε ὁ τῆς ἱερωσύνης, ἐν ᾧ πρωτεύειν δόγματα· Ταῦτα θεῖα, ταῦτα ἀν-

era, & reliqua. (*p*) *Varro*, Romanorum doctiſſimus, idem *Libro de religionibus* publice profiteri non dubitavit: *Varro, de religionibus loquens, evidenter dicit, multa eſſe vera, quae vulgo ſcire non ſit utile, multaque, quae, tametſi falſa ſint, aliter exiſtimare populum, expediat: & ideo Graecos teletas & myſteria taciturnitate parietibusque clauſiſſe.* Haec poſtquam recitaverat *Varronis* verba *Auguſtinus*, non ſine nota ſibi ea dimittenda eſſe, ducit. Ergo, *Hic certe*, inquit, *totum conſilium prodidit ſapientium, per quos civitates & populi regerentur. Hac tamen fallacia miris modis maligni daemones delectantur, qui & deceptores & deceptos pariter poſſident, a quorum dominatione non liberat niſi gratia Dei per Jeſum Chriſtum dominum noſtrum.* Poſtremo ipſe (*q*) *Strabo*, gravis alioquin in primis & conſideratus auctor, libere ac ingenue, non aliter ſibi viſum eſſe, ſcriptum reliquit: Οὐ γὰρ ὄχλον τε γυναικῶν καὶ παντὸς χυδαίου πλήθους ἐπαγαγεῖν λόγῳ δυνατὸν φιλοσόφῳ, καὶ προσκλίσασθαι πρὸς δόσεβειαν καὶ δεισιδαιμονίαν καὶ πίστιν· ἀλλὰ δεῖ καὶ διὰ δεισιδαιμονίας, τοῦτο δ' ἐστὶν ἄνευ μυθοποιίας καὶ πλάσεως. *Non enim turba feminarum aut unaquaeque confuſa multitudo induci poteſt philoſophicis rationibus, ut pietatem, ſanctitatem & fidem conjectetur atque colat: verum ſuperſtitione ad hanc rem opus eſt, quae non ſine fabulis, prodigiis & narrationibus mirabilibus producitur.* Docent haecce verba, perſuaſum *Straboni* fuiſſe, non modo civili & populari, ſed 629
poëtica etiam & fabuloſa opus eſſe Theologia, praeter veram illam & naturalem, quam ſapientes tenerent, ſi quidem ſaluti populorum conſulendum eſſet. Minus ita homines ſenſiſſe verae religionis ignaros admirabuntur, qui ne inter ipſos quidem Chriſtianos defuiſſe cognoverint, quibus haec non contemnenda viſa fuit ſententia. Audiamus ipſum tantum (*r*) *Syneſium*, cujus haec verba ſunt: Τὸ δ' ῥᾴστην καταγελᾶσθαι ὁ δῆμος· δεῖται δὲ πειθοῦς. *Quod facile ac parabile eſt, deridet populus.*

ἀθέους μαρτύρομαι· Οἷς ἐστὶν ἀλήθεια Θεὸς, ὁ λόγος παῖδα ἀναίτιον ὧδε βλάπτουσι. *Sed ſi ad epiſcopale munus evocer, nolo mentiri dogmata. Horum Deum, horum homines teſtes facio. Affinis eſt Deo veritas, apud quem criminis expers omnis eſſe cupio.* Et interjectis nonnullis: Δόγματα δ' ἃ μὲν ἀκαλύπτως ἐρεῖται, οὐδὲ σκιάσει μου πρὸς τὴν γλῶτταν ὁ νοῦς. *Dogmata porro mea nequaquam oblegam: neque mihi ab animo lingua diſſidebit.* Quod igitur *Syneſius* a perſona philoſophi non remotum eſſe cenſebat, plebem fallere, & fabulis ludere, id antiſtitis Chriſtiani munere prorſus eſſe indignum, arbitrabatur. Nil ego dubito, quin his promiſſis vir, quo nihil candidius fieri poteſt, ſteterit, ſemperque vera animi ſenſa libere eloquutus ſit. Voluit quidem haud ita pridem *Jo. Tolandus*, in quo morum perverſitatem cum dogmatum certaſſe deformitate notum eſt, fidem ejus in dubium vocare, *Syneſiumque* violatae huius promiſſionis reum facere, in *Clidophoro, or of the exoteric and eſoteric philoſophy*, quae *Diſſertatio* ſecundum tenet locum in libello, quem *Tetradymus* inſcripſit, & *Londini* 1720. *in* 8. edidit, p. 99. Sed quo accuſationem muniat, nihil habet aliud, praeterquam hoc, exſtare in *Syneſii* epiſtolis veſtigia quaedam, ex quibus appareat, ſollicite ab eo cautum fuiſſe, ne praecepta quaedam philoſophorum in vulgus emanarent. Sed non animadvertit vir leviſſimi ingenii, qui ſuum unice ducebat, Chriſtianae religioni illudere, *Syneſium* Chriſtianum diſciplinam a philoſophia, cui ſeſe addixerat, ſejungere, duplicique ſeſe ratione ſpectari voluiſſe, ut philoſophum, & ut Chriſtianum doctorem. Chriſtianae religionis veritatem minime celandam eſſe putabat apud populum, nec epiſcopi linguam de re ſacra differentis opinabatur ab animo ejus diſſidere debere: at philoſophiae praecepta non convenire omnia populo, nec philoſophi a munere abhorrere, ſibi intus nonnulla & ſuis canere, populum autem commentis paſcere. Taceo, incertum eſſe, an epiſtolae hae, quas *Tolandus* teſtatur, ante ſcriptae ſint, quam epiſcopus conſtitueretur *Syneſius*, an vero poſt illud tempus. Repellenda eſt, quantum veritate licet propitia, eorum temeritas & audacia, qui his noſtris temporibus, ut detrimentum ſanctiſſimae *Chriſti* diſciplinae afferant, omni injuriarum genere veteres antiſtites obruunt, nec veteratorum eos fuiſſe diſſimiles volunt, qui aliud clauſum pectore geſſerint, aliud multitudini propoſuerint. Non ita mihi curae eſt veterum eccleſiae doctorum auctoritas, ut veritatem negligentius habendam eſſe, ſi eorum cauſſa agatur, exiſtimem. Sed moleſte fero, homines ex vitiis compoſitos atro eos dente petere, quos a limine interdum vix ſalutarunt.

pulus: portentis enim opus habet. Flavius (s) *Josephus* sine ullo circuitu sapientes viros inter Graecos idem, quod Judaeos, de rebus divinis sensisse, perhibet: Ταῦτα καὶ Θεῖα φρονεῖν οἱ σοφώτατοι παρ' Ἕλλησιν ὀκοῦσι καθὰ τοῖς Ἕλλησι. *Sapientissimi Graecorum* 630 *idem, quod Judaei, de Deo sensisse videntur.* Sed addit tamen postea: Εἰς πλῆθος δὲ ἐξαγαγεῖν τὸ ἀληθὲς τοῦ δόγματος ἔφοβήθησαν ἤδη ταῖς ἄλλαις δόξαις κατειλημμένον, *eos dogmatis hujus veritatem in vulgus, aliis jam occupatum opinionibus, efferre metuisse.* Certe sapientes viri, qui promiscue omnibus naturalis de Deo doctrinae leges & instituta aperirent, eos id magno facere vitae suae & fortunarum discrimine, censebant. Quae res (t) *Platoni* hoc dictum expressit: Τὸν ποιητὴν καὶ πατέρα τῶνδε τοῦ παντὸς εἰς πάντας ἀδύνατον λέγειν. *Ille parens & opifex universitatis ut indicetur in vulgus, id fieri nullo mo-*

(s) *Josephus*] *Lib.* II. *contra Apionem* §. 16. *p.* 482. *T.* II. *ed. Havercamp.* Sed paullo aliter *Cudworthus Josephi* verba exhibet, atque apud eum scripta exstant: Ταῦτα καὶ Θεῖα φρονεῖν οἱ σοφώτατοι παρ' Ἕλλησιν ὅτι μὴ ἐδιδάχθησαν, —— ἐῶ νῦν λέγειν. *Mitto, Graecorum sapientissimos hujus de Deo sententiae magistrum & auctorem (Mosen) habuisse.* Ipse hic *Josephi* locus ad rem, quae hic agitur, probandam nullius est virtutis. Etenim quis ex eo, quod *Josephus*, Judaeus, qui pro gente sua isto loco verba facit, affirmat, *Platonem, Socratem, Pythagoram*, & reliquos philosophorum principes clam cum Judaeis consensisse, confici statim posse, putet, rem ita sese habere? Quid responderet *Josephus*, si quis ex eo quaesiverit, unde cognitum haberet, *Platonem* a *Mose* edoctum fuisse, & Judaeorum dogmata occulte probasse?

(t) *Platoni*] In *Timaeo C.* 13. *p.* 236. *ed. Fabricii.*

(u) *Potest*] Longe plura, quam hic afferuntur, veterum exstant auctorum dicta, quibus illi veritatem nudam populo haud posse exponi, ideoque fabulis & involucris tectam proponi debere, docent. *Clemens Alex. Stromat. Lib.* V. *Cap.* 8. *p.* 671. de omnibus sapientibus, hanc eis rationem placuisse, perhibet: Οὐ μόνον Αἰγύπτιοι οἱ λογικώτατοι, πρὸς δὲ καὶ τῶν ἄλλων βαρβάρων ὅσοι φιλοσοφίας ἀντείχοντο, τὸ συμβολικὸν διδασκαλεῖον ἐζήλωσαν. *Non solum, qui ex Aegyptiis vi ratiocinandi plurimum valuere, sed ex aliis quoque barbaris ii, qui erant dediti philosophiae, symbolicum docendi genus consectati sunt.* Nec aliter *Origenes* & alii veterum Christianorum doctores. *Sallustius Libro de Diis & mundo Cap.* 3. *p.* 246. in *Thom. Gale Scriptor. mythologicis:* Τὸ μὲν πάντας τοὺς περὶ θεῶν ἀληθείας διδάσκειν ἄτοπον, τοῖς μὲν ἀμούσοις, διὰ τὸ μὴ δύνασθαι μανθάνειν, καταφρόνησιν, τοῖς δὲ σπουδαίοις ῥᾳθυμίαν ἐμποιοῦν· τὸ δὲ μηδὲν τοιοῦτον ποιεῖν ἀσυμφόρως, τοὺς μὲν καταφρονεῖν οὐκ ἐᾷ, τοὺς δὲ φιλοσοφεῖν ἀναγκάζει. *Ad veritatem de Diis universos informare, in insipientibus, quum ad eam addiscendam ineptí sint, contemtum, in studiosis segnitiem parit: at fabulis veritatem occultare, illos, ne contemnant, prohibet, hos, ut philosophentur, compellit. Plutarchus de natur. Deor. Cap.* 35. *p.* 235. Οὕτω δὲ καὶ πόλεσι καὶ τάξεσι μυθικῆς καταλήξεως περὶ θείων δοκούντων ἀναγκαῖον —— δῆλον, φαίδιμε, ὅτι οὐκ οἱ τυχόντες ἦσαν οἱ παλαιοί, ἀλλὰ καὶ συνιέναι τὴν τοῦ κόσμου φύσιν ἱκανοί, καὶ πρὸς τὸ λεῖα συμβόλοις καὶ αἰνιγμάτων φιλοσοφίαις παῖδα αὐτῆς τιθασεύσαι. *Hoc pacto alia omnia, quae de Diis fabulosa tradita fuerunt, potes ad veritatem revocare, —— persuasus, non vulgaris sapientiae homines veteres fuisse, sed ad naturam mundi cognoscendam idoneos, & ad eam explicandam symbolis & figuris ingeniose felices. Dionysius Halicarnass.* aut si quis alius auctor est, in *Vita Homeri p.* 323. *ed. Thom. Gale:* Εἰ δὲ αἰνιγμάτων καὶ μυθικῶν λόγων τινῶν ἐμφαίνει τὰ νοήματα, οὐ χρὴ παράδοξον ἡγεῖσθαι. *Porro quod (Homerus) per aenigmata & fabulosas quasdam orationes animi sensa ostendit, non mirum videri debet.* Τοῦτο γὰρ πάτριον —— τῆς ἀρχαίου ἔθους. *In caussa enim est veterum consuetudo, ὅπως οἱ ἀμαθεῖς μὴ καταφρονῶσι τῶν (θείων) συνιέναι, ne vulgus illa contemnat, quae intelligere nequit.* Et quis, quae de *Pythagorae* symbolis, de sacris Aegyptiorum litteris, de aliis ejus generis rebus tradita sunt, ignorat? Mihi vero, ut, quod sentio, libere profitear, haec tota ratio valde semper suspecta fuit. Equidem lubens concesserim, viros sapientes multa olim sibi retinuisse discipulisque suis melioribus unice tradidisse dogmata, ne vulgi concitarent rabiem & in superstitiones studium: illud quoque facile dederim, praecepta morum, ut suavius & tutius in animos influerent hominum, sub fabularum tegumentis saepenumero fuisse exposita: etiam hoc addiderim, breviter quaedam & argute dicta philosophis nonnullis in ore fuisse, quibus suos ad officiorum quorumdam & dogmatum recordationem sine longo verborum circuitu excitarent. Hoc autem vix ac ne vix quidem mihi persuaserim, veterum sapientiae professorum aliquem ita fuisse temulentum ac vesanum, ut sana egregiaque de Deo rebusque divinis praecepta & decreta, fabulis ridiculis, obscoenis, & ineptissimis involuta atque vestita, populo custodienda traderet. Primum, qui hoc ita factum esse affirmant ex antiquis auctoribus, eorum fere omnium fidem in dubium

Digitized by Google

modo (v) *potest*. Sed concludamus rationem: Qui ingenio valebant olim & sapientia, quum Dei naturam mortalibus ingeniis vehementer esse retrusam intelligerent, multitudini hanc esse dandam existimabant facultatem, ut Deum in operibus ejus revereretur, variasque ejus partes, virtutes, & membra divinis honoribus afficeret. Sapientibus relinquendam esse judicabant, quam veritas & natura631
docerent, de Deo doctrinam: reliquos homines civilis cujusdam Theologiae, quosdam etiam poëticae & fabularum indigere.

§. XXXV. Trium itaque illorum capitum, quae proposuimus initio, quod princeps erat & primarium, abunde atque luculenter explanavimus. Veteres enim do-

bium voco, partim quod nullum afferunt, quo hoc probent, argumentum, partim quod ipsae fabularum expositiones, quas lectoribus suis obtrudunt, coactae sunt & inter se mirifice discordes, partim denique quod plerosque eorum felicioris ingenii, quam judicii fuisse, video. Omitto, apertum esse, e re fere omnium fuisse, qui singularem in fabulis veterum sapientiam tradiderunt esse reconditam, ut hoc ita sese habere crederetur, quo tanto facilius, quae ipsimet vera esse docebant, scita veterum, quorum ingens semper fuit auctoritas, testimoniis confirmare possent. Causam deinde nullam intelligo, quare id fecissent veteres. Plebem, ajunt, rudem plerumque & agrestem, semotam esse cupiebant viri sapientes a cognitione veritatum divinarum, quae purgatum requirunt & doctrina perpolitum ingenium. Itaque fabularum utebantur velo, ne mysteria illa non initiatis paterent. Hoc si verum est, equidem lepida fuisse ac festiva capita veteres illos sapientiae praefectos, nullus dubito. Nolunt, plebem scire mysteria sua: recte, an secus, nunc non disputo. Huius autem voti quo compotes fiant, stultissimas & levissimas fabulas excogitant, & illis ea praecepta concludunt, quibus nihil sanctius esse putabant. Id prorsus absurde & stolide meo judicio faciunt. Longe certe satius fuisset, tacere prorsus, & haec sacra plane occultare, maxime quum nihil esset, quod eos cogeret, ut dogmata illa populis traderent, quam hac ratione multitudinem decipere. At facetum hocce genus primum id, quod omnibus ignotum esse vult, quum sibi soli servare illud potuisset, certo modo enuntiat: deinde, quod honestis & pulcris imaginibus tegere poterat, id fabulis implicat, absurdis certe & insulsissimis, tum semet ipsum in periculum hocce conjicit, ne emunctioris fortassis naris aliquis e puteo illud eruat, quod nemini apertum esse volebat: denique sine ulla causa, id quod prorsus sapientes dedecet, plebem imperitam & innocentem turpissimis erroribus contaminat. Qui arcana esse vult ac secreta, quae ipsemet magno invenit labore, sapientiae praecepta, is, etiamsi pueret, ferendus tamen est quodammodo: at qui alios, quos a suis arcere sacris studet, sine ulla necessitate decipit, & portentis replet impiis, saluti rei publicae inimicis, virtuti atque honestati noxiis, quum silere possit, is profecto dignus est, quem boni omnes odio habeant, & virorum sapientum numero furcis & baculis exturbent. Viderint ergo, qui veteres sapientes aenigmatibus & fabulis magnas & eximias veritates velasse, dicunt, quosnam esse velint illos, quibus fallacias & dolos hosce tribuunt. Verum occurret forte aliquis: quid de litteris Aegyptiorum sacris, quid de *Pythagorae* symbolis judicas? Haeccine argumento sunt, fuisse nihilominus, quibus haec ratio veritatem celandi utilis & salutaris quondam visa fuerit? Equidem modice de utrisque sentio, nec in iis sum, qui aeternum sudant, ut thesauros inde eruant. *Pythagorae* symbola non magnae sapientiae, sed magnae in hoc homine superstitionis argumenta esse, arbitror. Fabis, ut exemplum afferam, suos vesci noluit *Pythagoras*. Hoc ego praeceptum, quidquid de recondito eius sensu tot veteres recentioresque dicant, sine ulla interpretatione accipio; atque, si quis forte requirat, iis argumentis ex historia *Pythagorae*, perperam id minime fieri, demonstrabo, quibus aequior nemo facile repugnaverit. At quum magnam doctrinae & ingenii laudem adeptus esset *Pythagoras*, facile sese adduci passi sunt inconsulti ejus admiratores, ut in planis & apertis hominis pronuntiatis mirabilia nescio quae praecepta latere, opinarentur. Forte commodior mihi erit alio loco haec latius explicandi occasio. De figuris & litteris Aegyptiorum sacris supra jam sententiam dixi. Nec ab ea discedo. Sacerdotes Aegyptii quum columnas forte quasdam ex veteri aevo reperissent, figuris & notis variis insignitas, neque hoc antiquae scripturae genus intelligerent, vetustissimos Aegypti incolas omnem sapientiam atque doctrinam tam istis notis expressisse, temere sibi persuaserunt. Quisque igitur pro ingenio & captu suo notas has interpretatus est, recteque sese facturum, putavit, si exemplum istuc sequeretur, & cogitata certis suis signis ac figuris indicaret. Lege, quae supra ex instituto diximus.

(x) *Illa*

docuimus unum eumdemque ſupremum Deum variis ſub nominibus veneratos eſſe perſonas referentibus, atque ex uno, quem natura colere jubet, Deo multos finxiſſe poëticos ac civiles Deos. Ex quo efficitur, commentitiam eſſe magnam partem ingentem illam Deorum multitudinem, cui vulgo ſacra feciſſe quondam feruntur populi, nec niſi ex variis unius celſiſſimi Numinis vocabulis compoſitam eſſe. Deum miſeri mortales non ſummatim colebant, ſed particulatim: id quod perſpicue & ſcite *Maximus* (x) *Madaurenſis*, cujus jam antea meminimus, fatetur: *Unius ſummi Dei virtutes, per mundanum opus diffuſas, nos multis vocabulis invocamus, &, dum ejus quaſi quaedam membra carptim variis ſupplicationibus proſequimur, totum colere videmur.* Nunc ad alterum pergimus diſputationis hujus momentum, idque nobis explicandum ſumimus: Quamvis multa Numinum eorum, quae poëtae ſcriptis cecinerunt, populi vero ſacrificiis & victimis venerati ſunt, nomina tantum ſint unius Dei, non vero Numina, veteres tamen re vera multitudinem Deorum coluiſſe: nec id plebem tantum feciſſe, ſed & illos, quibus naturalis unice placuit Theologia, eſſe multos credidiſſe Deos, id eſt, naturas rationis & conſilii participes, homineque multum ſuperiores & nobiliores. His naturis nomen vulgo dabant *Deorum*. Sed propterea tamen haud eas ἀγεννήτους & αὐτογενεῖς, *ex nulla re genitas*, eſſe, atque *ex ſemetipſis exiſtere*, arbitrabantur, verum omnes, uno principe Deo excepto, γεννητοὺς θεούς, *Deos genitos & procreatos*, eſſe, confitebantur. Vocem γεννητὸς latiori ſignificatione illa, quam ſupra declaravimus, adhibebant: Quamvis enim Numina negarent κατὰ χρόνον, aut *certo tempore* genita eſſe, tamen *ex ſuperiori cauſſa*, ἀπ' αἰτίας, ea eſſe procreata, (y) decernebant. *Plutarchus* inter *Quaeſtiones*, quas *Platonicas* nominat, etiam hanc ſibi duxit referendam eſſe: Qui fiat, quod *princeps omnium Deus*, ὁ ἀνωτάτω θεὸς, *Platoni & parens & effector omnium* dicatur *rerum*? Cui quaeſtioni his verbis occurrit, quae jam antea laudavimus: (*) Ἆρ' οὖν μὲν θεῶν τῶν γεννητῶν καὶ τῶν ἀνθρώπων πατήρ ἐστιν, (ὡς Ὅμηρός φησι) πάντων δὲ τῶν ἀλόγων καὶ ἀψύχων; *Num forte Deorum, qui geniti ſunt, & hominum pater eſt, ut Homero dicitur, brutorum autem & anima carentium opifex?* Nihil eſt hoc *Plutarchi* teſtimonio aptius ad oſtendendum, cenſuiſſe *Platonis* familiam, ſummum omnium Deum, τὸν ἀνωτάτω θεὸν, quum ipſe ſit ἀγένητος, ſeu *ortus & initii expers*, effectorem tamen & parentem cunctorum eſſe Numinum, atque hac de cauſſa Deos ab ea vocatos eſſe γεννητὰς ſeu *genitos*. Atque id ipſum luculenter quo-
632 que alio *Plutarchus* loco his verbis exponit: (†) Πλάτων πατέρα καὶ ποιητὴν τοῦ πάντος καὶ

(*) (P. 1000.) (†) Sympoſ. Lib. VIII. C. 1. (p. 718.)

(x) *Madaurenſis*] Apud *Auguſtinum Epiſt.* XVI. p. 15. T. II. *Opp.*

(y) *Decernebant*] Juniorum Platonicorum hanc eſſe diſtinctionem inter generationem κατὰ χρόνον & generationem ἀπ' αἰτίας, ignotum nemini erit, cui vel *Proclus* vel *Plotinus* inſpecti ſunt. Sed eamdem omnes tenuiſſe viros ſapientiores, qui certo modo plures eſſe Deos cenſuerunt, id quod hic vir doctiſſimus ſibi ſumere videtur, id vero quemadmodum oſtendi queat, neſcio.

(z) *Ammianus Marcell.*] *Hiſtoriar. Lib.* XXI. *Cap.* I. *p.* 263. *Subſtantiales*, ait, *poteſtates ritu diverſo placatae, velut ex perpetuis ſortium ſeriis vaticinia mortalitati ſuppeditant.* Bis mihi vero in hoc loco interpretando errare videtur *Cudworthius.* (I.) *Subſtantiales poteſtates* ita dici opinatur ab *Ammiano*, ut Deos vere ſubſiſtentes a Diis commentitiis diſtingueret. Conjectura haec eſt, nullo ſuffulta fundamento. *Subſtantiales poteſtates* haud dubie hoc in loco illi ſunt daemones, qui divinationi praeeſſe credebantur a Platonicis, quorum diſciplinae *Ammianum* fuiſſe addictum, ex variis *Hiſtoriae* ejus locis apparet. Egit copioſius de his Diis ſeu daemonibus, vaticinationibus praepoſitis, *Jamblichus de myſteriis Aegyptior. Sect.* III. *Cap.*

Digitized by Google

ἢ τ ἄλλων γεννητῶν τ ἀγεννήτου ἢ αἰθίου Θεὸν ἐπονομάζοντος. *Audio, ab ipſo Platone Deum non natum & aeternum nominari patrem, opificemque mundi & aliarum rerum genitarum.* Non me praeterit, *Platonem* quosdam ex Diis ſuis *aeternos* quoque ſeu *aeternos* appellare. At iidem Dii alio ſenſu γεννητοὶ etiam illi appellantur, utpote quos ab uno illo Deo, qui numquam non ἀγέννητος, omnis cauſſae, originis, & initii expers, nullique rei ſubjectus manet, fluxiſſe, & hac ratione ex eo procreatos eſſe ac genitos, cenſet. Quare *Procli* eſt hoc generale ſcitum: (*) Τὸ εἶναι Θεοὺς πάντας τοὺς Θεοὺς διὰ τ πρῶτον ἔχειν Θεόν. *Omnes Dii propter illum primum Deum id habent, ut ſint Dii.* Cui addit, Deum propterea πηγὴν τ θεότητος, *fontem divinitatis*, appellari.

Ergo fixum nobis hoc & ratum ſit, plures illos, quibus ſupplicarunt olim ſapientiores, Deos ex uno omnes exſtitiſſe Deo, nec niſi ὑπηρετικὰς δυνάμεις, uti *Plutarcho* nominantur alicubi, *virtutes ſervientes*, ſeu famulos unius ſummi Numinis fuiſſe habitos. Atque hoc ſummum Numen, id quod antea monuimus, ſaepenumero ὁ Θεὸς, *Deus*, eminentiori ratione & abſolute a veteribus appellatur: ceteri vero minores & inferiores Dii, quo ab eo diſcernantur accuratius, οἱ Θεοὶ, *Dii*, frequentiſſime vocantur. Sic *Celſus* etiam fecit, cujus mentem his verbis exponit *Origenes*: (†) Θεοὺς δημιουργοὺς εἶναι πάντων σωμάτων, μόνης ψυχῆς ἔργον εἶναι Θεοῦ. *Dii ſunt effectores omnium corporum animalium: ſola vero anima Dei opus eſt.* (z) *Ammianus Marcellinus* minores illos Deos *ſubſtantiales poteſtates* nominat. Quo verbo ſuſpicor voluiſſe eum haec Numina ab illis ſegregare Diis, qui nusquam exſiſtebant, verum nomina tantum & notiones erant unius ſummi Numinis, aut ejusdem virtutes, Deorum ſpecie & perſonarum habitu indutae. Ceterum *poteſtates* has *ſubſtantiales Ammianus*, divinationem & vaticinandi facultatem quidem impertiri mortalibus, at unius tamen omnes ſummi principisque Numinis, quod *Themidem* nominat, arbitrio & voluntati ſubeſſe, ſignificat. Atque hanc *Themidem* ait veteres Theologos *in cubili & ſolio Jovis* collocaſſe. Poëtarum aliqui conjugem Jovis, alii ſororem hanc divam eſſe cecinerunt. *Anaxarchus*, cujus ſententiam *Plutarchus* refert, (§) *Themidem* παρεδρον τ Διὸς, *aſſeſſorem Jovis*, dicit. Idem vero philoſophus vim fabulae de *Themide* non aſſequitur, & vehementer ejus ſignificationem detorquet, quum ea deſignari cenſet, πᾶν τὸ πραχθὲν ὑπὸ τ κρατούντος θεμιτὸν εἶναι ἢ δίκαιον, *omne illud, quod a ſuprema fit poteſtate, juſtum rectumque idcirco eſſe.* Mihi enim veteres hanc ideo videntur inveniſſe fabulam, ut mortales edocerent, juſtitiam & aequitatem in conſiliis capiendis ſemper Deo adeſſe, ac cum mente ejus & voluntate

(*) Theol. Plat. Lib. III. C. 7. (p. 132.) (†) Lib. IV. p. 200.
(§) In vit. Alex. (p. 596. T. I. Opp.)

Cap. 11. *p.* 72. *ſ. Subſtantiales* autem cur hos daemones dixerit, id aeque obſcurum intellectu eſt, atque univerſa *Ammiani* loquutio, quae lectores caligine ac duritie ſua vehementer excruciat. *Lib.* XIV. *Cap.* 11. *p.* 59. *Nemeſin* ſeu *Adraſtian* quoque *ſubſtantialem tutelam* vocat, ex quo nihilo plus lucis ad vim verbi hujus capiendam oritur. Suſpicor ego, *ſubſtantiales poteſtates* eas dictas eſſe ab *Ammiano*, quae certis non alligatae ſunt terrarum orbis partibus, verum libere vagantur, atque ſolae ſubſiſtunt. Ineſſe nimirum arbitrabatur, non ſecus atque Platonici, quorum praeceptis obtemperabat, ſideribus, elementis, terrae, fontibus certos genios aut daemones: hi *poteſtates* ipſi, ſi quid mea valet opinio, *non ſubſtantiales* erant, quoniam non propriam habebant *ſubſtantiam*, verum aliena veluti utebantur. *Subſtantiales* autem *poteſtates* ſunt, quae ſine corpore ejusmodi ſubſiſtunt. (II.) *Themidem* ab *Ammiano* his Diis praefectam ſummum princepsque Numen eſſe, affirmat. Sed ex ſuo hoc ſenſu, non autem ex mente *Marcellini*, dicit, apud quem nihil ejusmodi reperias.

Digitized by Google

tate conjunctam, naturae rerum totique terrarum orbi leges rogare. Ergo *Themis* aliud tantum erat inter antiquos ſapientes Dei vocabulum, ex conſideratione perfectionis cujusdam divinae natum, quod reliquis ſupra commemoratis adjiciendum erit. Neque (*a*) *Plato*, quum *Libro de legibus* jurandum eſſe praecipit hominibus per *Jovem*, *Apollinem*, & *Themidem*, his nominibus tres Deos, verum tres tantum unius potentiſſimi Dei notiones indicat. Et recte *Pighius* mentem perſpexit philoſophi, qui hoc eum ſibi velle docet, (*) *timore divino, veritate ipſa ac aequitate ſanciri debere juramenta. In Jove enim*, ſic pergit *Pighius*, *ſummi Numinis*
633 *poteſtatem, falſi ac perjurii vindicem, in Apolline veritatis lumen, in Themide jus, fas atque licitum eſſe, intelligitur. Eſt enim Themis ipſa lex aeterna atque univerſalis, mundo ac naturae praeſcripta, aut, quod Ciceroni viſum eſt, ratio recta ſummi Jovis. Ficinus in Commentario* ad *Platonem* in plerisque cum hac interpretatione congruit. Igitur, quoties veterum Theologos affirmaſſe (*b*) legimus, Deam *Themidem elementorum* praeſidere *ſpiritibus*, omnesque illas voluntate ſua moderari *ſubſtantiales poteſtates*, unde divinandi virtus & vaticinatio ad homines proficiſcatur, hanc decet nos exiſtimare eorum eſſe ſententiam: Unum eſſe rerum omnium potentem Deum, qui reliquos omnes gubernet, unam divinam mentem, quae leges naturae totique terrarum orbi ferat, omniaque illa in ſe decreta fatalia contineat, ad quorum normam eveniant, quaecumque futura ſunt; & hanc fontem illum eſſe, unde omnis procedat divinandi facultas & ratio: namque hanc ſupremam mentem cum inferioribus mentibus nunc plura, nunc pauciora de conſiliis arcanisque ſuis communicare. Summa certe omnis ſapientiae illius, quae in Graecorum recondita erat de Diis doctrina, huc redit: Unum eſſe Deum aeternum, ex nulla re genitum, nec ulli rei ſubjectum, parentem & conditorem omnium: at multas eſſe etiam *ſubſtantiales poteſtates* ſive *mentes*, quas ideirco ſummum Numen condiderit, ut haberet, quibus mandata ſua orbi adminiſtrando neceſſaria committeret. Verum brevia haec praecepta imprudentia hominum multis, ne condimentis ſcilicet careret ſapientia, commentis & fabulis contaminaverat. Ex utrisque tota illa Graecorum de Diis doctrina compoſita eſt.

Itaque, quod jam antea demonſtravimus, veteres populi ſimul unum Deum & plures Deos, ſenſu tamen diverſo, profitebantur: unum nempe Deum nec factum, nec genitum, nec ullius denique legi ſubjectum, at plures Deos genitos atque factos. (*c*) *Onatus*, *Pythagorae* diſcipulus, eos, qui unum tantum eſſe Deum, non autem plures, exiſtiment, negat intelligere, dignitatem atque majeſtatem divinae naturae in hoc in primis eſſe poſitam, quod Diis dominetur & leges ſcribat. (*d*) *Plotinus* etiam gloriae ac honori divino minus eos rite conſulere judicat,

qui

(*) De Dea Themide p. 39.

(*a*) *Lib.* XII. *de legib. p.* 685. *Opp.* Neſcio, unde vir egregius didicerit, *Platonis* illam, quam hic expreſſit, ſententiam fuiſſe.

(*b*) *Legimus*] Unum, haec ſcribens, *Ammianum* ante oculos habuit vir eruditiſſimus, cujus paullo ante locum expendimus. Fallitur autem, id quod ſupra jam obſervatum eſt, quod *ſpirituum elementorum* mentionem eſſe factam ab *Ammiano* aſſeverat: unius enim tantum *ſpiritus elementorum* is meminit. Ceterum in ſenſum fabulae de *Themide* nunc quidem inquirere haud placet. Praeter *Alb. Pighium*, cujus *de Themide Librum Jac. Gronovius* in *nono Antiquit. Graecarum Tomo* deſcribi denuo curavit, & eos, quos *Jo. Alb. Fabricius* nominat *Biblioth. Graecae Lib.* I. *Cap.* 35. *p.* 241. non ita pridem celeberrimus inter Jureconſultos vir, *Jo. Frider. Hombergk Zum Vach*, Profeſſor Marpurgenſis, ſingulari libro, quem inſcripſit: *Themis, ſeu de ortu legis aeternae ſecundum ſententiam Graecorum*, *Marburg.* 1725. 4.

Yy2

Digitized by Google

qui Deum in unum veluti contrahant, illos autem, qui magnam ei praeſto ſemper eſſe Deorum multitudinem, confirment, qui ex eo cum ipſam acceperint naturam, tum perpetuo veluti vinculo pendeant, ſic, uti par eſt, de Deo ſentire: quidquid enim hisce Diis honoris exhibeatur, id omne putat ad parentem eorum, ſummum omnium Deum, pertinere. In his ſimilibusque pronuntiatis duo ſollicite diſtinguere oportet: quorum unum hoc eſt: Sic viſum fuiſſe antiquis his religionis aſſertoribus, Deum non eſſe naturam ſolitariam, ſed incredibilem circa eum verſari Deorum ſeu *ſubſtantialium poteſtatum*, naturarum viventium & intelligentium, homine denique multo praeſtantiorum, numerum, quae neque ex ſemetipſis exſtitiſſent, neque ex materia confictae eſſent, verum omnes ex uno ſummo Deo genitae ac procreatae eſſent. Alterum vero hoc: Has omnes naturas, ſuo licet ſingulas modo, hominum curare negotia, orbisque terrarum praeſidere adminiſtrationi; ideoque univerſas etiam ab hominibus divinis honoribus excipi, implorari atque invocari debere. Ex quo intelligitur, pietatem veterum & religionem inter cuncta haecce Numina diviſam atque diſtractam fuiſſe. Sunt quidem viri docti, qui populorum ſolem orientem ſpectantium Deos nil fuiſſe, ducibus ſacris litteris, diſputant, quam ſigna & ſimulacra vita omni vacua. At hi Dii orientalium, imaginibus licet & ſtatuis exprimerentur, reapſe tamen naturae erant vita & intelligentia praeditae, homineque multum excellentiores. Quod quidem vel ex illo Chaldaeorum patet ad *Nebucadnezarem* reſponſo, quod *Daniel*, divinus vates, in literas retulit. Conſulti enim hi divini de ſomnio regis ſic re- 634
ſpondent: (*) *Nullus eſt, qui poſſit hoc regi exponere ſomnium, niſi Dii, quorum habitatio cum hominibus non eſt*, id eſt, Dii immortales, aut qui longe ſupra humanae conditionis fragilitatem & imbecillitatem poſiti ſunt. Non ſum neſcius, eſſe, qui haec verba de ſingulari quodam Deorum genere interpretentur, conjectorumque hanc eſſe contendant (*e*) ſententiam: Daemones illi aut inferiores Dii, qui in aëre commorantur, & cum hominibus frequentiſſime ſunt, minori ſunt virtute, quam ut hoc, quod a nobis requiritur, praeſtare poſſint: Diis ſuperis hoc munus uniee relictum eſt, qui ad homines ſeſe demittere numquam ſolent. Quorum cur ſequamur opinionem, equidem nil cauſſae video. Redeo ad duo illa momenta, quae in veterum de Deo doctrina ſeparatim eſſe conſideranda dixi: quorum hoc primum erat, Deum naturam haud eſſe ſolitariam, ſed incredibili cinctam geniorum aut naturarum intelligentium homineque meliorum multitudine, quas ſapientia ejus ideo condiderit, ut haberet voluntatis ſuae miniſtros & famulos. Huic itaque ſcito neque novi, neque veteris teſtamenti tabulae ulla ratione adverſantur. (†) *Millies mille*, inquit *Daniel*, *miniſtrabant ei, & coram eo myrias myriadum ſta-*

(*) Dan. II. 11. (†) Dan. VII. 10.

veritates in hac fabula latentes erudite ſtuduit eruere. Hoc vero, non poſſum, quin ſignificem, univerſam *Themidis* hiſtoriam, & quaecumque de hac Diva tradita accepimus, obſtare mihi videri, ne eorum probetur ſententia, qui *Themidem* exiſtimant ipſum eſſe ſupremum Numen, aut ex illis unum nominibus, quibus Deum ipſum veteres affecerunt.

(*e*) *Onatus*] *Libro περὶ θεῶν καὶ δαιμόνων* apud *Jo. Stobaeum* in *Eclogis phyſic. Lib.* I. *C.* 1. *p.* 4.

(*d*) *Platinus*] Vellem, locum deſignaſſet, quo haec dixit *Plotinus*. Mihi, valde licet quaerenti, nullus ex omnibus occurrit, qui de Diis apud *Plotinum* agant, qui ſententiam, quae hic legitur, ex omni parte referat.

(*e*) *Sententiam*] *Hugonis Grotii* haec eſt, quam peſtringit, interpretatio in *Comm. ad h. l. p.* 412. *ed. Paris.* Non ego illam plane rejecerim: ſed nec majoris aliquid cauſſae video, cur eorum minus probetur opinio, qui generatim omnes a Magis Deos intelligi volunt.

Digitized by Google

ſtabant. *Acceſſiſtis*, inquit, *Paulus*, (*) *ad myriadas angelorum.* Verum alia longe alterius pronuntiati ratio eſt, quod procreatas iſtas a Deo mentes ab hominibus religioſe invocari & adorari debere, praecipit. Namque hoc utriusque foederis divini libri conſtanter exſecrantur, neminem divinis afficiendum eſſe honoribus, decernentes, praeter unum illum Deum, qui coelum terramque & omnia de nihilo protulit. Haec eſt oraculi illius ſententia, quod Chaldaeo propterea ſermone *Jeremias* expreſſit, ut haberent ſtatim Judaei, ad Babylonios deportati, quo Chaldaeorum plures Deos colentium amentiam caſtigare poſſent: (†) *Sic dicitote iſtis: Dii illi, qui coelum & terram non fecerunt, perituri ſunt e terra & e regionibus ſub coelo.* Vaticinatur *Jeremias*, fore tempus, quo nulla omnino natura in tota rerum univerſitate divinis colatur honoribus, ſi ab uno illo diſceſſeris Deo, cujus virtute coelum terraque comparata ſunt, neque hunc ſtatuis & imaginibus ea aetate incluſum iri. Atque eveniſſe jam ex parte videmus, quod vir ſanctus, Deo plenus, eventurum eſſe praedixit. At quando (§) *regna hujus mundi omnia* Jesu Christi, *Domini & Servatoris noſtri, regna fient*, tum vero tota vis vaticinationis hujus aperta erit. Conſtat igitur ex his, quanam de re proprie cum Deorum cultoribus Chriſtiani decertaverint: quod quidem apte (*f*) *Lactantius* expoſuit: *Sed*, inquit, *fortaſſe quaerat aliquis a nobis, quod apud Ciceronem quaerit Hortenſius: Si Deus unus eſt, quae eſſe beata ſolitudo queat? Tamquam nos, qui unum eſſe dicimus, deſertum ac ſolitarium eſſe dicamus. Habet enim miniſtros, quos vocamus nuntios. Et eſt iſtud verum, quod dixiſſe Senecam ſupra retuli: Genuiſſe regni ſui miniſtros Deum. Verum hi neque Dii ſunt, neque Deos ſe vocari aut coli volunt: quippe qui nihil praeter juſſum ac voluntatem Dei faciant.* Id ipſum deinceps quoque repetit: *Si eos multitudo delectat, non duodecim dicemus, nec trecentos ſexaginta quinque, ut Orpheus, ſed innumerabiles, & arguimus eorum errores in diverſum, qui tam paucos putant. Sciant tamen, quo nomine appellari debeant, ne Deum verum violent, cujus nomen exponunt, dum pluribus tribuunt.* Perſpicuum eſt ex hiſce locis *Lactantii*, id praecipue tum temporis inter Chriſtianos & Deorum aſſectatores in diſceptationem vocatum eſſe: utrum ſummi Numinis miniſtros, quos utrique genitos eſſe fatebantur, Deorum nomine appellare ac honoribus divinis ſibi conciliare hominibus liceat? At fuerunt tamen aliqui ex amicis *Chriſti*, qui alio modo Deorum cultores ſibi refellendos eſſe rati ſunt, quum Deum a Chriſtianis ſolitarium induci, conquererentur. Tres nimirum teſtabantur perſonas, quibus divinitatem contineri credunt Chriſtiani, atque vel ex his patere diſputabant, licet illi, qui nomen *Chriſto* dediſſent, haud talem profiterentur Deorum turbam, qualem adverſarii eorum, tamen eos Deum minime ſterilem aut ſolitarium fuiſſe praecipere, antequam hunc mundum proferret: hoc quidem Judaeos facere; Chriſtianos vero mediam quamdam inter hos & Deorum cultores viam tenere. Cui opinioni quo fidem compararent, dictum illud Dei apud *Moſen: Faciamus hominem*, adducebant in medium.

§. XXXVI. Nunc, qualis illa Deorum turba fuerit, cui ſeſe veteres addixerant populi, explicatius enarrare juvat. Memini, me aliquoties monere, non idem.

(*) Hebr. XII. 22.
(†) Jer. X. 11.
(§) Apoc. XI. 15.

(*f*) *Lactantius*] *Inſtit. divin. Lib.* I. *Cap.* 7. *p.* 50. 51.

(*g*) *In*

Digitized by Google

idem omnes de principe ſenſiſſe Deo, qui ceteroquin Theologiae illius prae- 635
cepta & inſtituta unice probabant, quam *naturalem* diximus. Erant enim ex illis, qui τὸ θεῖον aſſeverabant ἐξῃρημένον τινὰ τῆς ὅλης φύσεως, *Deum eſſe rem ab omni re corporea plane ſecretam, naturaque rerum univerſa multo celſiorem & ſublimiorem.* Verum alii non differre Deum ab anima mundi exiſtimabant. Superiori generi *Platonis* & *Pythagorae* fautores prae ceteris aſſentiebantur: quos inter non una vigebat & recepta erat Deorum diviſio. Erant illis θεοὶ ὑπερκόσμιοι & ἐγκόσμιοι, *Dii ſupra mundum evecti & mundani Dii*: erant θεοὶ ἀίδιοι, *Dii aeterni*, & γεννητοί, *Dii geniti*: quam quum adhibebant diſtinctionem, verbum γεννητὸς arctiori uſurpabant notione, naturam ea deſignantes certo tempore factam, aut ortus & initii ſibi conſciam: erant denique illis νοητοὶ θεοὶ, *Dii ſoli ingenio conſpicui*, & αἰσθητοὶ, *Dii, qui in ſenſus* (g) *incurrunt.* In his, qui Platonicis & Pythagoreis Dii ὑπερκόσμιοι, ἀίδιοι, & νοητοὶ, *ſupramundani*, *aeterni*, & *intelligibiles*, audiebant, principem obtinebant locum τριὰς illae ἀρχικαὶ ὑποστάσεις, ut *Plotino* vocantur, *tres illae divinae perſonae*, unde, tamquam ex initiis ſuis, res univerſas profluxiſſe opinabantur, τἀγαθὸν nimirum ſeu ἓν, νοῦς, & ψυχὴ, ſeu *monas*, *mens*, & *anima.* Neque *Plato* primus omnium tria haec introduxit in orbem principia: verum, quod *Plotini* jam docebimus verbis, diu ante *Platonem* haec inter homines doctrina audita fuit: (*) Καὶ εἶναι τὰς λόγους τούσδε μὴ καινὰς, μηδὲ νῦν, ἀλλὰ παλαι μὲν εἰρῆσθαι μὴ ἀναπεπταμένως, τὰς δὲ νῦν λόγους ἐξηγητὰς ἐκείνων γεγονέναι, μαρτυρίοις πίστωσαμένους τὰς δόξας ταύτας παλαιὰς εἶναι, οἷς αὐτὰ δὴ Πλάτων ὁ γεωμέτρης· ἥπτετο μὲν ἴσως καὶ Παρμενίδης πρότερον τῆς τοιαύτης δόξης. *Neque vero hi ſermones novi ſunt, aut nuper inventi, ſed dicti quondam fuerunt, licet non explicati: praeſentes vero ſermones ſunt veluti interpretes antiquorum, idque teſtimoniis comprobatur aſſerentibus, opiniones ejusmodi eſſe priſcas; quod ex ipſis quoque Platonis libris licet conjectari. Parmenides igitur prior ejusmodi opinionem attigit.*

Parmenidem Pythagoreorum ſectae fuiſſe deditum, certum eſt. Atqui is triae haecce rerum initia complexus eſt. Quare veriſimile eſt, dogma iſtud in illis fuiſſe placitis, quae paucis ſchola *Pythagorae* volebat aperta eſſe. Cui id etiam accedit, quod *Numenius*, nobilis Pythagoreus, eo plane imbutus fuit. Porro *Moderatus*, quod a *Simplicio* proditum eſt, perſpicue ſcriptum reliquit *Pythagora* tradita accepiſſe ſua, qui tria profiterentur eſſe rerum initia: (†) Οὗτος δὴ καὶ τὰς Πυθαγορείους τὸ μὲν πρῶτον ἓν ὑπὲρ τὸ ὂν καὶ πᾶσαν οὐσίαν ὑποφαίνει· τὸ δὲ δεύτερον ὄν, ὅπερ ἐστὶ τὸ ὄντως ὂν καὶ νοητὸν, τὰ εἴδη φησὶν εἶναι· τὸ δὲ τρίτον, ὅπερ ἐστὶ ψυχικὸν, μετέχειν δὲ ἐνίας καὶ τῶν εἰδῶν. *Hic (Moderatus) ex Pythagoreorum opinione primum unum ſupra omnem eſſentiam eſſe, tradit: alterum unum, quod illud eſt, quod re vera eſt & intelligibile ex mente eorum, ideas eſſe, dicit: tertium vero, quod animale eſt, cum ex primo uno, tum ex ideis participare aliquid.* Denique *Jamblichi* locum, idem teſtantis, (h) *Proclus* interire paſſus non eſt: τρεῖς εἶναι θεὰς τάττει καὶ ὑμνεῖσθαι παρὰ τοῖς Πυθαγορείοις ὑμνοῦσιν. *Tres Deos a Pythagoreis quoque praedicari & celebrari.*

Jam, quae docuit *Pythagoras*, ſupra oſtendimus ex illis, quae *Orpheus* poſteritati reliquit, praeceptis hauſta eſſe. Quam ſententiam egregie *Proclus* alio loco con-

(*) Enn. V. Lib. I. (Libro περὶ τριῶν ἀρχικῶν ὑποστάσεων p. 489. (†) In Ariſt. Phyſ. f. 50.

(g) *Incurrunt*] De his omnibus Platonicorum juniorum Diis nemo rectius conſulitur, quam *Proclus* in *Theologia Platonica*.

(h) *Proclus*] *Comm. in Timaeum Platon. Lib.* II. p. 94.

confirmat & roborat: (*) Ἁπάσα γὰρ ἡ παρ' Ἕλλησι θεολογία τῆς Ὀρφικῆς ἐστι μυσταγωγίας ἔκγονος, πρώτως μὲν Πυθαγόρᾳ παρὰ Ἀγλαοφήμου τὰ περὶ θεῶν ὄργια διδαχθέντος, δευτέρῳ δὲ Πλάτωνι ὑποδεξαμένῳ τὴν παντελῆ περὶ τούτων ἐπιστήμην ἔκ τε τῶν Πυθαγορείων καὶ Ὀρφικῶν γεγραμμάτων. *Omnis enim Theologia apud Graecos recepta eſt Orphicae myſtagogiae progenies. Nam Pythagoras quidem primus ab Aglaophemo de Diis orgia, ſacraque, quibus Dii colendi eſſent, didicit. Plato vero ſecundus fuit, qui ſuſcepit perfectam horum ſcientiam & ex Pythagoreis & ex Orphicis ſcriptis.* Nos autem ex eodem antea *Proclo* oſtendimus, aut potius ex *Amelii*, quem *Proclus* affert, loco, *Orpheum* omnino trinam quamdam divinitatem ſuis tradidiſſe. Tres enim ait *Amelius Platonis* reges non differre a tribus *Orphei* principiis, quae *Phanen*, *Uranon*, & *Chronon* dixerit. Sed hi tres, quos modo nominavi, *Orpheus*, *Pythagoras*, & *Plato*, Aegyptum omnes adierunt, & myſteriis veteris Aegyptiorum diſciplinae, quam ab *Hermete* ſeſe accepiſſe ferebant, initiati ſunt. Ex quo veri admodum fit ſimile, id quod ſupra jam ſignificatum eſt, dogma hoc de tribus rerum omnium principiis in reconditis fuiſſe Aegyptiae Theologiae praeceptis. Ex iisdem, quae ſupra attulimus, intelligere li-
636 cet, apud alias etiam gentes triplicis divinitatis hujus deprehendi veſtigia. Non ignorarunt eam myſteria *Mithrae*, quae Perſae gloriabantur a *Zoroaſtre* ſibi eſſe tradita. In *oraculis* autem *magicis* ſeu *Chaldaeis*, quae exſtant, cujuscumque demum fidei ſint & auctoritatis, diſerta legitur ejus memoria. Samothraces vetuſtiſſimis temporibus trinos venerati ſunt Deos, quibus negabant inter Numina ſanctius aliquid & auguſtius eſſe: atque tres hi Dii tria illa Numina, quibus Romani in Capitolio ſacra faciebant in primis, pepererunt. Horum Numinum altera erat *Minerva*, quae apud Latinos, ſicut Ἀθηνᾶ inter Graecos, divinae ſapientiae ſignum & imago habebatur. Ceterum Samothraces illi Dii nomine Hebraeo *Cabbirim*, id eſt, potentes Dii, appellabantur. Adde his poſtremo, Pythagoreos non tantum ſacroſanctum cenſuiſſe numerum ternarium, verum etiam naturae quoddam myſterium in eo latere, judicaſſe. Quamobrem tam Graeci, quam alii populi, ejus numeri in ſacris ſuis rationem in primis habendam eſſe, duxerunt. Teſtem producimus *Ariſtotelem*, cujus haec verba ſunt: (†) Διὸ περὶ τὸ φύσιον ἀριθμὸν ὄντες νόμῳ ἐκείνῃ καὶ πρὸς τὰς θυσίας τῶν θεῶν χρώμεθα τῷ ἀριθμῷ τούτῳ. *Quapropter hoc a natura numero ſumto, perinde atque quadam illius lege, & in Deorum ſacrificiis celebrandis uti* (*i*) *ſolemus.*

Nihil quidem habet dogma hoc de triplici rerum principio, quod, ſi modo recte intelligatur, ſanae repugnet rationi. At humanam tamen rationem & ingenium ſua virtute ad cognitionem ejus perveniſſe, id vero nemo ſibi temere perſuaſerit rerum humanarum intelligens. Quamobrem, quum in veteris teſtamenti libris non obſcura legantur doctrinae iſtius indicia & argumenta, haud equidem me peccaturum eſſe arbitror, ſi, quod *Proclus* de iſta ſcripſit Trinitate, quam Chaldaeorum tradunt oracula, eſſe eam Θεοπαράδοτον θεολογίαν, *ſeu doctrinam ab ipſo Deo traditam*, idem in univerſum affirmem, atque Deum exiſtimem Hebraeis primum

(*) Theol. Platon. Lib. I. C. 5. (p. 13.)

(†) De coelo Lib. I. C. 5. (potius Cap. 1. p. 610. T. I. Opp.)

(*i*) *Solemus*] De Trinitate *Orphica*, *Perſica*, *Pythagorea*, tantum ſupra jam diximus, quantum ſatis eſt ad naturam hujus negotii declarandam. Quae vero ad longam & eruditam de Trinitate Platonica digreſſionem, quam hic exorditur vir doctiſſimus, vel illuſtrandam vel emendandam mihi pertinere videntur, ea coniunctim in *Praefatione* decrevi exhibere. Ipſe enim quum ordinis non minis-

tu-

mum totam hancce rationem aperuiſſe, a quibus deinceps ad Aegyptios ceterasque nationes manaverit. Si qui erunt, qui ad hanc propterea ſententiam ſeſe nolent adjungere, quia Pythagorei, Platonici, ceterique veterum Theologi non iisdem verbis dogma hoc expoſuerunt, quibus in *Athanaſiano Symbolo* exponitur, aut ex lege concilii Nicaeni exponi debet, hi mihi parum dextre videntur omnia perpendere, quae ad hoc negotium pertinent. Neque enim ſimul tota haec doctrina terrarum orbi patefacta eſt, verum ſenſim & particulatim. Atque ipſi Hebraei non niſi parce primum cum voce, tum ſcripto hac de re inſtituti ſunt. Verum, nato Servatore, caligo omnis profligata eſt, atque, quid de Deo ſentire fas eſſet, ex toto perſpicue mortalibus explicatum eſt. Quamquam, ne vigente quidem inter homines Chriſtiana religione, cuncta ſtatim tam accurate ac diſtincte enodata, omnique obſcuritate liberata ſunt, quae ad hocce dogma pertinent, donec errorum exſiſterent doctores, qui pervertere illud conarentur. His vero natis doctoribus, tum demum in hanc curam incubuit Chriſtianorum vigilantia, ut ſuis illud terminis deſcriberetur, atque omni ex parte vocabulis idoneis communiretur. Quamquam ipſi recte ſentientes, rebus omnibus jam compoſitis & ordinatis, quamnam vim voci ὁμοούσιος, *coëſſentialis*, fas eſſet attribuere, non omnes idem ſentiebant, ſed vehementer inter ſeſe pugnabant. Et quis denique magnopere demiretur, ſi dogmatis hujus abſtruſos valde receſſus & recondita myſteria ſecum conſideret, ne ipſos quidem, quorum ſanitatem & pietatem nemo revocat in dubium, ſatis fuiſſe concordes, quibus legibus definienda eſſet haec omnis diſciplina? Tanto autem faciliorem habent excuſationem, qui inter philoſophos & veritatis coeleſtis ignaros rectum curſum hic deſeruerunt. Utcumque eſt, nos quidem libere ac ingenue fatemur, plurimos eorum, quibus haec doctrina inter veteres Deorum cultores cognita fuit, mirifice eam adulteraſſe & depravaſſe, eo quod mediocri tantum ejus notitia imbuti eſſent. Id nunc juvat paullo plenius oſtendere.

Principio univerſis hoc erat in more poſitum, quibus haec arridebat de tribus principiis doctrina, ut ea principia tres appellarent Deos, atque ὁ πρῶτον, ὁ δεύτερον, & ὁ τρίτον θεὸν, *primum*, *ſecundum*, *tertiumque Deum* in ore haberent. Qui accuratius philoſophari ſtudebant, illi *tres* quoque *cauſſas*, *tria initia rerum*, denique 637
tres opifices nominabant tres illas, de quibus loquimur, naturas. Sic *Proclo* (*) dogma hoc ἡ τῶν τριῶν θεῶν παράδοσις, *traditio de tribus Diis*, dicitur. Quo pertinet, quod idem de *Numenio* ſcribit, (†) τρεῖς ἀνυμνήσαντα θεὰς, *quum tres Deos celebrare vellet*, τραγῳδοῦντα παλαιὸν, *tragice eos appellaſſe* πάππον, ἔκγονον, ὑπέκγονον, *avum*, *filium*, *nepotem*. Alterum nimirum iſtorum Deorum ex principe Deo genitum eſſe, tertium vero, quem propterea principis nepotem appellabat, ex utroque, tam primo, quam ſecundo, prodiiſſe Deo, ex illo, tamquam avo, ex hoc, tamquam parente, *Numenius* hiſce vocabulis indicare volebat. In eadem de tribus Diis ſententia *Harpocrationem*, *Atticum*, & *Amelium* fuiſſe, idem *Proclus* memoriae prodidit. Quorum quidem ultimus Numina iſta βασιλέας τρεῖς, *tres reges*, & τελετὸν δημιουργὸν, *tres*

(*) In Tim. Platonis p. 93. (†) Ibid.

ſtudioſus ſit vir eximius, & divellat ſaepenumero, quae conjungere fuiſſet ſatius, verebar, ne, ſi veſtigia ejus ſequerer, & per partes cuncta ejus ſcita expenderem, non nihil obſcuritatis in lectorum animis exoriretur. Tacco alia, quibus adductus ſum, ut recte me facturum conſtituerem, ſi hanc univerſam diſputationem, quae poſt *Cudworthi* aetatem variis litibus anſam dedit, continuata ſerie explicarem.

(k) *Pro-*

tres opifices aut *conditores mundi* (*) appellavit. Nec ab his *Plotinus* eſt alienus, qui alterum trium horum principiorum, νῶν nimirum, ſeu primam mentem & intelligentiam, δεύτερον θεὸν, *ſecundum Deum*, nuncupat: (†) Καὶ θεὸς αὕτη ἡ φύσις, καὶ θεὸς δεύτερος, προφαίνων ἑαυτὸν, πολὺ ὁρᾶν ἐκεῖνον· ὁ δὴ ὑπερκάθηται καὶ ὑπερείδρυται ὅπῃ καλῆς ἕτως εἶεν κρηπῖδος, ἢ ἐξ αὐτῆς ἐξήρτηται· ἔδει γὰρ ἐκεῖνον βαίνοντος μὴ ἐπ' ἀψύχου τινὸς, μηδ' αὖ ὅπῃ ψυχῆς ὄφεως βεβηκέναι, ἀλλ' εἶναι αὐτοῦ καλὸν ἀμήχανον πρὸ αὐτῆς προσώπου. *Natura igitur haec eſt Deus, Deus, inquam, ſecundus, ſe ipſum praeferens indaganti-bus, antequam ſuperiorem illum intuentur: nempe ſuperior ille eminentius ſedet in praeclaro hoc ejus ſolio, ab ipſo pendente. Decebat enim illum non in curru quodam inanimato, neque rurſus in anima ſtatim incedentem, nobis occurrere, ſed pulcritudinem quamdam inaeſtimabilem ante conſpectum ejus mirabiliter praefulgere.* Alio in loco trium ſimul Deorum facit mentionem, mundumque hunc horum omnium imaginem eſſe, conſtituit: (§) Εἰκότως ἂν λέγοι τις ὅτι ὁ κόσμος εἰκὼν ἀεὶ εἰκαζόμενος· ἑσπέτων μὲν ἦν πρώτης καὶ δεύτερα, ἦν καὶ τέτα, ἑσπέτος μὲν καὶ αὐτὰ, ἀλλ' ἐν τῇ ὕλῃ, καὶ ᾗ συμβεβηκὸς κινεῖσθαι. *Merito igitur mundus hic appellatur imago, quae ſemper in aſſimilatione verſatur. Conſiſtit utique primum atque ſecundum, conſiſtit quoque tertium, ſed in materia, ideoque tamquam ex accidente fit mobile.* Iſis (*k*) *Porphyrii* placet locum adjungere ex *vita Plotini*, ut ſpecimen quoddam ſimul exſtet, quantum in Platonicos hoſce vis myſticae hujus de Deo doctrinae ingeniique plus juſto ſibi indulgentis laſcivia potuerit. Narrat nimirum *Porphyrius*, & ſibi & *Plotino* hanc aliquoties felicitatem obtigiſſe, ut extra ſeſe rapti, cum principe trium horum Deorum, quem nulla mens aut ratio conſequitur, arctiſſime conjungerentur: Πολλάκις ἐπάρσει ἑαυτὸν εἰς τὸ πρῶτον καὶ ἐπέκεινα θεὸν τοῖς ἐντόσοις, ἐφάνη ἐκεῖνος ὁ μήτε μορφὴν, μήτε τινὰ ἰδέαν ἔχων, ὑπερὲξ τὸν καὶ πᾶν τὸ νοητὸν ἱδρύμενος· ᾧ δὴ καὶ ἐγὼ Πορφύριος ἅπαξ λίγου πλησιάσας καὶ ἑνωθέντα. *Quum ſaepe ſemet ipſum extulit tota mente ad primum Deum mente ſuperiorem, protinus ipſi coruſcavit Deus ille, nec formam, nec ideam aliquam habens, ſed ſuper intellectum univerſumque intelligibile in ſe ipſo conſiſtens. Cui & ego Porphyrius ſemel appropinquavi fuique conjunctus, quum annum octavum & ſexageſimum aetatis jam implerem.* Paullo poſt haec addit: Τέλος αὐτῷ ἦν, τὸ ἑνωθῆναι καὶ πελάσαι τῷ ἐφ' πᾶσι θεῷ· ἐτύγχανε δὲ τετράκις που, ὅσα συνήμιλλον αὐτῷ, ὡς σκοπὸν τέτον. *Finis Plotino ſignumque erat, quo aciem mentis intenderet, appropinquare conjungique ipſi Deo omnibus ubique praeſenti. Quater autem, dum cum ipſo verſarer, hunc finem eſt aſſequutus.* Quibus verbis ſignificat, talem vehementer appetiiſſe *Plotinum* cum ſummo atque principe Deo, qui τὸ ἓν & τἀγαθὸν, *unum* & *bonum*, vocatur, communitatem & conſociationem, qualem ipſe-

(*) Ibid.
(†) Enn. V. Lib. V. C. 3. (p. 522.)
(§) Enn. II. Lib. III. Cap. 18. (utrum ſtellae aliquid agant? p. 148.)

(*k*) *Porphyrii*] In *Vita Plotini Cap.* 23. *p.* 137. in *Jo. Alb. Fabricii Biblioth. Graecae Lib.* IV. *Cap.* 26. Licere ſibi putavit *Cudworthus* in his verbis nonnulla omittere, quae ad propoſitum parum pertinent. Similia fere de *Jamblicho* prodit *Eunapius* in *Vitis Sophiſtar. p.* 23. de *Proclo* in *Vita Procli Marinus Cap.* 23. *p.* 26. 27. Scilicet tota ſchola Platonica portentis, aut nugis potius, delectabatur, atque credulitate quamvis facile aniculam ſuperabat.

(*l*) *Poſtremi Libri*] *Libro de bono vel uno, Ennead.* VI. *Lib.* IX. *Cap.* 10. *p.* 772.

(*m*) *Philo*] Haud dubie iſtum *Philonis* locum hic deſignat, quem *Euſebius* ex *primo* ejus *Quaeſtionum & ſolutionum Libro* excerptit *Praepar. Euangel. Lib.* VII. *Cap.* 13. *p.* 323. Διατί δὲ περὶ ἑτέρου θεοῦ φησι τὸ, ὃ εἰκόνι θεοῦ ἐποίησε τὸν ἄνθρωπον, ἀπ' ἐκεῖ τῆς ἱστορίας; παγκάλως δὲ σοφῶς τετὶ κεχρησμῴδηται· θνητὸν γὰρ ἦν ἀπεικονισθῆναι πρὸς τὸν ἀσωμάτου δὲ καὶ πατέρα τῶν ὅλων ἰδέαν ἐδύνατο, ἀλλὰ πρὸς τὸ δευτε-

ρο-

ipſemet in fine (*b*) *poſtremi* ſui *Libri* deſcribit. Iſto enim loco communionem hancce definit ἁπαφὴν, & πεφυσίαν ἄπειρόν τινα κρείττονα, & τὸ ἑαυτῶν κέντρον τῷ οἷον πάντων κέντρῳ συνάπτειν, *tactus quoddam genus, & praeſentiam cognitione meliorem*, item *conjunctionem centri noſtri cum centro totius univerſitatis.* Ergo Trinitas, quam ſuis commendavit *Plato*, tribus intelligitur Diis conſtare; quorum alter & tertius, nullum omnino dubium eſt, quin principe minores fuerint & inferiores exiſtimati. Alioquin enim tres nobis Deos obtruſiſſet *Plato* ex ſe ipſis exſiſtentes, ſuique plane juris & poteſtatis. At ejusmodi Deorum aeternorum & nulli ſubjectorum multitudinem veterum de Deo doctrina penitus repudiat & deteſtatur.

Nobis vero, qui *Chriſtum* ducem ſequimur, nullo modo integrum eſt, cum his 638
loqui veterum Theologis, atque tres inducere, quod illi fecerunt, Deos; tametſi tres eſſe in uno Deo perſonas aut hypoſtaſes confiteri liceat. Vetant enim praecepta illa, quae divinus magiſter nobis reliquit, plures Deos, praeter unum, venerari ac colere. Quae praecepta cum univerſum plurium Deorum cultum proſternunt & abrogant, tum eorum inprimis, mea quidem ſententia, ſuperſtitionem condemnant, qui res a Deo conditas ad Deorum fuſtulerunt olim faſtigium, divinosque honores aliis rebus, praeterquam illi, exhibuere, qui ſolus omnia condidit, ipſe ex nulla re alia procreatus. Sacrae praeterea litterae, quarum a norma & regula nemini fas eſt in divino hocce dogmate explicando deſciſcere, etſi λόγον ſive *verbum cum Deo*, id eſt, Deo patre fuiſſe, & *Deum* eſſe, ſive rem ex nulla re genitam, tradant, nusquam tamen verbum hocce *alterum* aut *ſecundum Deum* nominant. At (*m*) *Philo* tamen, id quod memoratu dignum arbitror, tametſi Judaeorum ex lege omnem vehementer fugeret & exſecraretur Deorum cultum & religionem, haud tamen veritus eſt τὸ θεῖον λόγον, ſeu *divinum verbum* Platonicorum ad exemplum τὸ δεύτερον θεὸν, *alterum Deum*, nominare, neque cenſuit, hanc loquendi rationem religioni, quam profitebatur, ſecundoque ex decem *Moſis* praecepto adverſari, quod Judaeos plures habere vetat Deos. Forte credidit, legem hanc de eo tantum genere Deorum accipiendam eſſe, quod ex naturis conditis perverſitas adſcivit mortalium, *verbum* vero *divinum*, quod *alterum* nominat *Deum*, ipſemet pronuntiat ἀΐδιον ſeu *aeternum* eſſe, quod ex Judaeorum diſciplina idem erat, ac ex nulla re creatum aut genitum. Quidquid id eſt, citius ferri poteſt in Deorum plurium aſſectatoribus iſtud loquendi genus de ſecundo tertioque Deo, quam in homine Judaeorum ſacris dedito. Namque illi, tantum abeſt, ut putarent, ſeſe Deo aliquid indignum admittere, ſi longam Deorum turbam

τῶν θεὸν, ὡς ἴσην ἑαυτὸν λέγοντα. *Cur perinde, ac ſi de alio Deo loqueretur (Moſes) ad imaginem Dei factum a ſe hominem eſſe ait, non autem ad ſuam? Id vero praeclare omnino atque ſapienter divino celebratur oraculo. Nihil enim mortale ad ſummi illius ac rerum univerſarum parentis imaginem fieri poterat, ſed ad* SECUNDI DEI, *qui verbum illius eſt.* Inanis haec eſt hominis, ex *Platonis* ſcitis, quibus totus imbutus erat, divinum ſcriptorem, *Moſen*, interpretantis, ſubtilitas. Conferri cum hoc *Philonis* loco alium velim ex *Libro de ſomniis a Deo miſſis*, p. 494. quo pariter *verbum*, quod vocat, *divinum* Deum ſalutat, at Deum, qui τῇ καταχρηστικῇ ſeu *abuſive* aut parum proprie ſic dicatur: Καλεῖ δὲ,

addit, θεὸν τὸ πρεσβύτατον αὐτοῦ τοῦ λόγου, ὃ διετάξατο καὶ τὸν θέντα τὸ ὀνομάσαι. *Vocat autem (Moſes) Deum antiquiſſimum ejus verbum, nulla ſuperſtitione affectus circa impoſitionem nominum.* Valet hicce locus ad excuſandum quodammodo *Philonem*, quem *Cudworthius* hic, nec immerito, caſtigat. Etenim patet ex eo, *Philonem* ſenſu valde diluto vocabulum *Deus* adhibuiſſe, quum ad aliam illud naturam, quam ſummum & unicum Deum, quem Judaei colunt, transferret, ipſ mque falſum eſſe, verbo, quod vocat, minime illud ſenſu proprio convenire. Verum de hoc argumento, *Philonis*que ſententia de Deo paullo poſt uberius.

bant ad ejus latus collocarent, modo omnes istos Deos faterentur ex uno divinitatis fonte manasse, ut potius isto modo summi Numinis honori & gloriae omnium optime consuli, uti supra docuimus, censerent, si copiosa eum aula communirent, insignique non commentitiorum, sed verorum, Deorum familia cingerent, quibus etiam divinum honorem adhibere fas esset. Quamobrem non modo secundum, de quibus loquimur, tertiumque Deum, sed & multos praeterea alios genitos & creatos Deos commemorabant. Atque ipse mihi *Augustinus*, haec secum reputans, excusare videtur eos quodammodo, qui tres sibi Deos aut tria finxerunt olim principia: (*) *Liberis enim*, inquit, *verbis loquuntur philosophi, nec in rebus ad intelligendum difficillimis offensionem religiosarum aurium pertimescunt. Nobis autem ad certam regulam loqui fas est, ne verborum licentia, etiam in rebus, quae in his significantur, impiam gignat opinionem. Nos autem non dicimus duo vel tria principia, quum de Deo loquimur: sicut nec duos Deos vel tres nobis licitum est dicere, quamvis de unoquoque loquentes, vel de filio, vel spiritu sancto, etiam singulum quemque Deum esse, fateamur.* Sententiam pii doctoris hanc esse, patet: Habet excusationem quamdam mos iste hominum veritatis nesciorum, qui tria ista principia, quae memorant, tres, eosque distinctos, Deos nominant. Quodlibet enim principiorum istorum Deus est, neque lex illis quaedam loquendi scripta est; qualis haec: *Licet pater sit Deus, filius sit Deus, spiritus sanctus sit Deus; non tres tamen sunt Dii, sed unus tantum Deus.* At Christianis turpissimum foret, istam licentiam imitari, ac de secundo quodam tertioque Deo verba facere, aut sanctam Trinitatem Trinitatem Deorum appellare.
639 Interea, quando de patre, filio, & Spiritu S. separatim loquimur, unumquemque Deum appellare convenit.

Ceterum, qui de Deo primo, secundo, & tertio, nec de pluribus, loquebantur olim, quamvis innumerabilibus alioquin uterentur Diis, illi etiam hac loquendi ratione testabantur, tres istos Deos prorsus a reliquis omnibus differre, & singularis cujusdam esse generis & ordinis, seu non esse Θεοὺς γενητοὺς, *genitos & procreatos*, verum ἀϊδίους, *aeternos*, *nec ex ulla caussa genitos.* Ac fuisse inter eos aliquos, qui tres hosce Deos conjunctim τὸ Θεῖον illud seu *divinum esse Numen* crederent, cui omnes servire fas sit, sacpiusque illos, quo a reliquis Diis genitis secernerent, una voce *principem Deum* salutarent, id vero infra demonstratum dabimus. Ergo nomen hoc, πρῶτος Θεὸς, *princeps Deus*, non perpetua quadam & constanti notione gaudebat. Modo enim amplior ejus potestas erat, omnibusque opponebatur Θεοῖς γενητοῖς, *genitis & creatis Diis*, aut illis Numinibus, quae una cum orbe terrarum certo tempore facta credebantur: alias vero vis ejus contrahebatur, sic ut illam praecipue naturam significaret, quam in tribus divinis personis principem obtinere locum, & a secundo tertioque Deo diversum esse, ducebant. Quumque alioquin trina haec principia dispari gradu & conditione judicarent esse, idcirco princeps iste Deus nonnumquam etiam ὁ Θεὸς peculiari ratione & eminentiori modo generi huic audiebat.

Verum levius ferenda esset veterum perversitas, si nulla re alia contaminassent dogma hoc de tribus rerum omnium principiis, quam incommoda hac loquendi ratione de tribus Numinibus. Constat e contrario, Pythagoreos & Platonicos non

(*) Civ. Dei Lib. X. C. 23.

(n) *Proclus.*] *Comm. in Timaeum Platon. Lib. II. p. 93.*

(o) *Ar-*

Digitized by Google

non paucos multis etiam aliis modis vehementer illud corrupiſſe ac deformaſſe. Erant primum in hac familia, qui tertiam harum divinarum perſonarum, quae ψυχὴ vulgo nominatur, ψυχῶ eſſe ſtatuerent ἐγκόσμιον, ſeu animam illam, quae mundum hunc ſpectabilem non ſecus vi ſua informaret, agitaret, animaret, atque ceterae animae corpora animalium, quibus cinctae ſunt, animant, commovent, & incitant. Qua ex re id eveniebat, ut ipſe mundus, tamquam perfectum animal, quod corpore abſolvitur & anima, ſpectatus, ſaepenumero *tertii Dei* vocabulo honeſtaretur. (*n*) *Proclus* teſtatur, *Numenium* Pythagoreum id feciſſe: Ὁ δὲ κόσμος κατ' αὐτὸν ὁ τρίτος ἐστὶ θεός. *Mundus ex ejus ſententia tertius eſt Deus.* Et *Plotinus*, quem *Numenii* frequenti delectatum eſſe lectione novimus, aliquid opinionis hujus ex eo videtur adſciviſſe, quae ceteroquin reliquis ejus ſcitis minime congruit. Docent hoc verba ejus, quae paullo ante (*o*) attulimus: Ὁ κόσμος θεὸς, ὥσπερ σύνηθες λέγειν, τρίτος. *Mundus, ut vulgo dicitur, tertius eſt Deus.*

Quod ſi vero mundus ex rerum conditarum ordine eximitur, nulla eſt omnino res genita & creata, ſed omnia Deus ſunt. At non ita *Timaeus Locrus*, nec ipſe ita *Plato* cenſuit. Utrique mundum θεῖον γενητὸν, *Deum genitum*, appellant, vocemque γενητὸς ſic accipiunt, dum id faciunt, ut rem denotet, quae, quum non eſſet antea, certo tamen tempore exſiſtere coeperit: quae quidem vera eſt rei creatae definitio. Ex quo intelligitur, *Platonem* mundo animato primum tantum aſſignaſſe in Diis genitis ſeu θεοῖς γενητοῖς locum. Quocirca, qui ex Pythagoreis & Platonicis id a ſeſe impetrarunt, ut mundum tertium vocarent Deum, hi turpiter & perverſe res genitas & factas cum rebus nec genitis nec factis commiſcuerunt. Primus enim horum trium Deorum pater eſt & auctor ceterorum, ſeu principium divinitatis. Alter, quoniam πατὴρ & δημιουργὸς, *effector* & *opifex* totius orbis ab hoc genere vocatur, pariter nullo modo res eſſe poteſt facta aut creata. Tertium vero, quem hi philoſophi *mundum* dicunt, ipſe quondam *Numenius* ποίημα & τὸ δημιουργούμενον, *opus* ſeu *rem factam*, vocavit, ſeu, quod idem eſt, naturam ex binis prioribus prognatam. Placet hoc (*p*) *Procli* firmare verbis, quibus *Numenii* mentem optime expreſſit: Πατέρα μὲν καλεῖ τὸ πρῶτον, ποιητὴν δὲ τὸ δεύτερον, ποίημα δὲ τὸ τρίτον· ὥστε ὁ κατ' αὐτὸν δημιουργὸς διττὸς, ὅ τε πρώτου καὶ ὁ δεύτερος θεὸς, τὸ δὲ δημιουργούμενον ὁ τρίτος. *Numenius principem horum Deorum patrem appellat, alterum eorum effectorem, tertium vero opus ipſum, ſeu rem ab illis factam. Ex hujus ergo philoſophi ſententia bini ſunt opifices aut fabricatores mundi, Deus primus & ſecundus: ipſe vero mundus, id eſt, res illa, quam uterque fecit & comparavit, tertius ab eo Deus vocatur.*

Eſt vero & alia ratio, quae hanc, de qua loquimur, juniorum Platonicorum de tribus principiis doctrinam manifeſtae corruptionis & vitii arguit. Scilicet, qui eam profitentur, nulla re impediuntur, ne loco trium Deorum ter centum, aut multo plures inducant Deos. Mundus enim ſi in numerum hunc refertur Deorum, quid obſtat, obſecro, ne reliqui omnes Dii generati, qui partes mundi ſunt, neque minus, quam ipſe mundus, Dii, tametſi gradu differant ab eo, in eumdem recipiantur ordinem? Quamobrem, ſi quid ego intelligo, qui hanc conſectabantur philoſophiam, eos non tres conſtituere oportebat Deos, a ceteris omni-

(*o*) *Attulimus*] Fallitur vir doctiſſimus. Non antea haec verba *Plotini* protulerat. Exſtant vero illa *Libro de amore Ennead.* III. *Lib.* V. *Cap.* 6. *p.* 296.

(*p*) *Procli*] *Comm. in Timaeum Platon. Lib.* II. *p.* 93.

Digitized by Google

omnibus ſejunctos, verum Deos omnes primo generatim in ἀϊδίους, *aeternos*, & γενητοὺς, *generatos Deos*, diſtribuere, deinde vero Deos generatos rurſus in ipſum mundum partesque mundi animatas dividere.

Si quid habent, qui huic generi favent, quo hanc ejus amentiam excuſent, hoc unum, ut opinor, erit: Mundum tertium ab eo Deum vocari tantum propter animam, qua praeditus eſt, qui re vera tertius ille Deus ſit. His ego non reſpondebo, *Numenium* tamen & alios diſerte praecipere, mundum, tamquam σῶμα & ἐμψυχόμενον, *opus Dei & rem conditam*, tertium eſſe Numen, ſed *Platonis* tantum, *Timaei*, & aliorum auctoritatem obducam, quibus viſum eſt ipſam hanc mundi animam θεὸν γενητὸν, *Deum generatum*, ſeu talem Deum dicere, qui, quum non eſſet antea, certo temporis articulo exiſtere coepiſſet. Quod quum (*q*) *Ariſtotelem* non praeteriret, occaſionem inde *Platonem* objurgandi cepit, quod ſibimet ipſi repugnaret, atque modo ſtatueret, mundi animam ſeu tertium Deum ex principiorum eſſe numero, alias vero eamdem ὕστερον καὶ ἅμα τῷ κόσμῳ, *non aeternam, ſed una cum coelo creatam*, affirmaret: qua de re non nihil antea diximus. Quapropter nullum omnino dubium eſt, quin illi ſcholae Pythagoreae ac Platonicae alumni, qui aut ipſum mundum, aut animum, a quo mundus agitatur, ψυχὴν ἐγκόσμιον, tertiam eſſe contendunt hypoſtaſin divinitatis, veterum doctrinam de tribus principiis turpiter adulteraverint & inquinaverint, atque res creatas & non

(*q*) *Ariſtotelem*] Vid. *Metaphyſ. Lib.* I. *Cap.* 7. *p.* 278. *T.* IV. *Opp.* & *Auſcult. phyſ. Lib.* VIII. *Cap.* 1. *p.* 578. *T.* I. *Opp.*

(*r*) *Euſebius*] *Caput* 13. *Libri* VII. *Praepar. evang. Euſebii* ſic inſcriptum eſt: Φίλωνος περὶ τῶν ἀγενήτου αἰτίου. Hanc inſcriptionem haud dubie *Cudworthus*, haec quum ſcriberet, ſpectavit. Nec enim alias *Euſebius* dixit, aut, loco quodam *Philonis* adducto, probavit, *verèum* a Judaeo hocce philoſopho ἀγένητον αἴτιον appellatum eſſe.

(*s*) *Error eſt*] Legi hic velim *Philonem Libro de Abrahamo p.* 360. ubi diſputat in eos, qui mundum principem eſſe Deum crederent, eumque Dei opus eſſe, docet.

(*t*) *Alicubi*] Non licuit mihi alium, qui commode huc referri queat in *Philone* locum reperire, praeter hunc, qui *Libro* I. *Allegor. legis p.* 57. exſtat: Οἱ μὲν τὴν ἰδίαν ψυχὴν τὴν ἀγαθὴν ἀγνοήσαντες, πῶς ἂν καὶ τὴν ὅλου ψυχὴν ἐπιστήσαιντο; ὁ γὰρ τοῦ ὅλου ψυχὴ θεός ἐστι κατὰ ἀλήθειαν. *Qui animae ſuae neſciunt eſſentiam, quomodo univerſitatis hujus animam accurate pernoſcere poterunt? Deus enim anima hujus univerſitatis intelligitur.* Conferri tamen poteſt *Liber de opificio mundi p.* 2.

(*u*) *Dixeris*] Longae ſunt graviſſimaeque virorum doctorum de *Philonis* religione ſenſuque de Deo controverſiae: de quibus ut hoc loco nonnihil differam, ipſa flagitare res videtur. Ante vero quam id facio, monitos velim omnes, qui haec legent, non de veritate ipſa, aut de eo, quod fas eſt ſentire, ſermonem eſſe, ſed de *Philonis*, hominis Judaei & praeceptis a religione Judaeorum alieniſſimis tincti, ſententia. Quae ſi falſa fuit & inepta, ipſi nihil inde veritati decedit, utpote quae non hominum opinionibus, ſed auctoritate divina, unice nititur. Si, quam *Philo* profeſſus eſt, Trinitas, ab ea plane diſtat, quam Chriſtiani a *Jeſu Chriſto* traditam acceperunt, id unum ex eo conficient Sociniani & reliqui ſanctiſſimi hujus dogmatis adverſarii, fuiſſe circa nati Servatoris tempora inter Judaeos hominem, quem inter doctrinae noſtrae profeſſores numerare nobis haud liceat. Quod ſi progrediantur ulterius, id quod aliquos gregis hujus feciſſe non ignoro, atque *Philonis* ex ſcitis concludant, Judaeos veteres prorſus ignoraſſe dogma noſtrum de tribus in Deo perſonis, digni ſunt, quos cuncti ſaniores irrideant. Ex unius enim hominis commentis & opinionibus, qui multis ſefe portentis praeterea inquinaverat, populi totius ſententiam aeſtimare, aeque abſurdum eſt, atque ex unius militis armatura & viribus univerſi exercitus cujusdam ſtatum & opes cognoſcere velle. Habet unaquaeque ſecta homines, qui praecepta & dogmata coetus, cui addicti videri volunt, aut negligunt, aut ad opiniones, quas temere ab aliis ſumſerunt, & ad ingenii ſui commenta accommodant.

De philoſophia *Philonis* primum dicam aliquid: tum ad doctrinam ejus de tribus rerum principiis ſeu de Deo veniam. Platonicum fuiſſe *Philonem*, aut magna ſaltim parte dogmatum illorum imbutum, quae *Plato* ſuis quondam tradidit, veterum plerorumque ſententia fuit: quorum quidem dicta apud *Dion. Petavium Dogmat. theol. Tom.* II. *Lib.* I. *de Trinit. Cap.* 2. §. 1. *p.* 18. *Jo. Jonſium de ſcriptorib. hiſtor. philoſ. Lib.* III. *Cap.* 4. *p.* 12. &

Digitized by Google

non creatas temere ſimul in eam Trinitatem intulerint, quàm ipſimet Trinitatem cauſſarum & principiorum vocabant.

Atque hanc unam ego *Philoni* cauſſam fuiſſe nullus dubito, cur *Pythagorae* ac *Platonis* veſtigia modice ſibi duceret legenda eſſe. Licet enim alteram Trinitatis illius, quam *Plato* & *Pythagoras*, & fortaſſis ante hos Aegyptii, tradiderunt, perſonam adſciſceret, eamque θεῖον λόγον, *verbum divinum*, δεύτερον θεὸν, *alterum Deum*, &, quod (r) *Euſebius* adjicit, δεύτερον αἴτιον, *alteram cauſſam*, nuncuparet; aliquid tamen ſibi rei eſſe cum *tertio* illo *Deo* noluit, quem multi familiae Platonicae aſſectatores animam eſſe credebant mundi. Nimirum, his ſi accederet, fore perſpiciebat, ut graviſſimam religioni, quam profitebatur, injuriam inferret, quae mundum huncce conditum pro Deo vetat haberi, populosque caſtigat acriter, in quibus hic (s) error eſt. Non ignoro quidem, non vereri eum (t) alicubi Deum quoque *mundi animam*, nec non ejus *mentem* appellare, tametſi neſciam, utrum ὁ πρὸ τοῦ θεοῦ λόγου θεὸν, *Deum illum, qui ante verbum exſtiterit*, an vero ipſum *verbum*, quod *alterum Deum* vocat, mundique conditorem eſſe ac gubernatorem cenſet, intelligat. Atqui talem mihi minime videtur animam tum deſignare, quae orbi terrarum ita ſit immerſa, ut unum cum eo animal conſtituat, aut ex mundo Deum faciat. Animam longe celſioris naturae ſibi ponit ob oculos, quam non male ψυχὴν ὑπερκοσμίαν, *animam ſupramundanam*, (u) dixeris.

Haec

& *Jo. Albert. Fabricium Biblioth. Graecae Lib.* IV. *Cap.* 4. *p.* 104. 105. & peculiari *de Platonismo Philonis Exercitatione Liſ.* 1693. 4. edita, collecta exſtant. Negavit hoc in primis *Jo. Jonſius loc. indic.* qui *Philonem* ei potius philoſophiae, quae tum temporis Judaeis probata fuit, ſtuduiſſe, opinatur: cujus ſententiam non improbabat olim *Jo. Franc. Buddeus Introd. in Hiſtor. philoſ. Ebraeor.* §. 32. *p.* 216. Verum *Jonſio Fabricius*, quam paullo ante nominavi, *Exercitationem* oppoſuit. Poſtea, quum viri quidam praeclari rectequе ſentientes intelligerent, homines dogmati de tribus in Deos perſonis inimicos Platonismo *Philonis* abuti ad infamandum hocce dogma, quaſi Platonicum id eſſet aut *Platonis* affine ſententiis, in eamdem ingreſſi ſunt ſententiam. In his eſt *Petrus Allixius* in *Judicio Eccleſiae Judaicae contra Unitarios Cap.* 23. *p.* 354. *ſ. ed. Anglicae*, qui *Eclecticum* ex ſchola *Potamonis* fuiſſe *Philonem* pugnat: quod quidem jam antea viſum fuerat erudito viro, qui *Praefationem* praemiſit *Philonis Operibus Genevae* 1613. *fol.* editis: nec non *Jo. van der Wayen*, Theologus Franekeranus, in peculiari de *Philone*, quam *adverſus Jo. Clericum* exaravit, *Diſſertatione*, quae praefixa eſt *Steph. Rittangelii Bibliae veritatis*, *Franeck.* 1698. in 8. *p.* 39. 54. 72. Atque hi *Jo. Clericum* commoverunt, ut dedita opera, *Philonem* infectum plane fuiſſe Platonicis placitis, oſtenderet in *Epiſtolis critic. Ep.* VIII. *p.* 210. Equidem minus forte diſſentiente inter ſe viros doctiſſimos, qui de hoc diſputarunt argumento, crediderim, quam ipſimet fortaſſis putant. Principio nulli, qui ſine partium ſtudio *Philonem* inſpexit, obſcurum eſſe poteſt, dominari in ſcriptis ejus philoſophiae quoddam genus, cujus in ſacris antiqui foederis libris nullum prorſus reperias veſtigium, nec vereri Judaeum hunc, quae apud *Moſen*, divinum ſcriptorem, leguntur, vel facta vel dicta ex philoſophiae hujus lege interpretari atque explicare. Sane aut animi libertate aut candore deſtitutum oportet eſſe, qui hoc negaverit, atque ex *Moſe* ſacris que Hebraeorum voluminibus hauſta eſſe univerſa, quae *Philoni* tueri placuit, contenderit. Reſtat igitur, ut, quonam nomine philoſophia haec appellanda ſit, exquiratur. Ipſum *Philonem* auctorem ejus & inventorem exiſtimare nullo modo licet. Nec enim unquam ſectam is aliquam condidit, neque meo quidem judicio tam excellenti fuit ingenio, ut, reliquorum philoſophorum ſententiis repudiatis, novam ſibi viam, nec ulli antea tritam inveſtigare poſſet. Taceo, pleraque praecepta ejus ab aliis etiam, quorum ad nos pervenerunt monumenta, probata eſſe, quos *Philonem* legiſſe numquam, multo minus magiſtrum ſibi adſciviſſe, conſtat. Ergo illam ab eo philoſophiam fuiſſe adoptatam, quae Alexandriae tum temporis ſive univerſe apud omnes, ſive inter Judaeos viguit, controverſia vacat. Haec vero qualis erat? Platonicam viri ſummi dicunt eſſe, quos antea nominavimus. Nec id ſine cauſſa ſit ab illis. Etenim, quae primaria ſunt & reliquorum veluti fundamenta in *Platonis* ſcitis, ea diſertis apud eum verbis leguntur: quod *Jo. Clericus* & *Dion. Petavius* multis exemplis oſtenderunt. Secus vero qui ſentiunt, illi *Platonem*, ut auctorem decretorum ſuorum, a *Philone*

641 Haec satis, uti arbitror, ostendunt, quale primum sit vitium, quod Pythagorei

numquam laudari, nec *Platonis* philosophiam talem esse, ut cum Judaeorum religione componi commode ac sociari queat, denique *Platonem* a *Philone* nonnumquam refutatum esse, animadvertunt. Vid. *Petr. Allixius Libro indic. p.* 355. Horum prius per se corruit, si modo Judaeum fuisse cogitemus *Philonem*; quod genus vulgo omnem Graecorum sapientiam, in primis vero *Platonis*, ex *Mose* haustam esse, gloriabatur. Constitutum erat *Philoni*, *Mosen* sic exponere, ut philosophiae, quam suam fecerat, leges postulabant, atque decreta, quibus favebat, *Platonis* in sanctissimo hoc scriptore quaerere: id quod ubique etiam facit. Demens igitur fuisset, si *Platonis* auctoritate, quem *Mosi* debere praestantiora dogmata sua opinabatur, sententias suas confirmasset. Posteriora vero duo nihil faciunt adversus eos, qui Platonicum fuisse *Philonem* censent, quoniam opinionem, a qua illi plane sunt alieni, refellunt. Si doctissimi viri, quibus Platonismo deditus fuisse videtur *Philo*, asseverarent, universam ab eo *Platonis* philosophiam receptam fuisse, rectissime haec bina in eos urgerentur: Judaeorum religionem copulari nulla ratione posse cum philosophia *Platonis*, & *Philonem* interdum aperte *Platonis* decreta rejecisse. Sed hoc nemo unus eorum, quod sciam, affirmavit. Tota virorum eruditorum huc unice redit sententia: *Philonem* tantum *Platoni* favisse, quantum per religionem Judaeorum licuerit, quam profitebatur, idque omni egisse opere, ut *Mosen*, &, quae *Mose* nititur, Judaeorum religio praecipuis *Platonis* dogmatibus consentanea & conveniens videretur. Nonnulla argumenta alia eorum, qui negant, *Philonem* fuisse Platonicum, quum his leviora sint, silentio praetereo.

Sed nec diffiteri tamen licet, esse apud *Philonem* aliqua, quae apud *Platonem* haud reperias, ficta, aliqua etiam, quae vix machinis adhibitis ex eo eruuntur. Atque his aliisque haud dubie commoti sunt doctissimi viri, ut Eclecticum potius, quam Platonicum, *Philonem* fuisse autumarent. *Petr. Allixius* in *Judicio Eccles. Judaic. adv. Platonic. Cap.* 23. *p.* 357. non modo acriter hoc tuetur, sed etiam, ut probabiliorem faciat opinionem hanc, novam prorsus de auctoris philosophiae Eclecticae, *Potamonis*, aetate sententiam commentitur, quam doctissimi viri, qui nostro aevo de *Potamone* atque aetate ejus scripserunt, *Godofr. Olearius*, *Jac. Hafaeus*, & *Christoph. Aug. Heumannus*, non tetigerunt. Scilicet Eclecticam philosophiam & conditorem ejus *Potamonem Platonis* temporibus exstitisse, perhibet. Cui sententiae quum *Suidae* refragetur locus, qui *Augusto* Imperatore regnante, hunc hominem Alexandriae docuisse, in *Lexico voce Potamon* tradit, tantum sibi sumit doctissimus *Allixius*, ut hunc *Augustum*, quem *Suidas* memorat, *Alexandrum M.* esse, statuat. Tantum vis opinionum, quas veras esse praeter modum cupiunt, in animos potest virorum doctissimorum! Solus *Diogenes Laertius* hanc satis sententiam profitemit, qui paullo ante tempora sua, πρὸ ὀλίγου, Eclecticorum familiam caput extulisse, narrat in *Proemio de vitis philos.* §. 21. Ipsam vero quod ad opinionem attinet, cujus caussa hanc conjecturam *Allixius* excogitavit, non est quidem, si quid ego video, cur illi, qui Platonicum esse *Philonem* volunt, ab ea vehementer abhorreant. Namque primo Judaeum, qui philosophiam Platonicam religionis suae praeceptis temperavit, eclecticum quodammodo dicere, nil prohibet. Deinde Platonicos juniores & eam philosophorum sectam, quae Potamonica seu Ecléctica dicitur, non nisi nomine differre, notum & clarius a me probatum est in *Diss. de turbata a recentioribus Platonicis ecclesia* §. 2. 3. *f.* Eclectici reliquis omnibus philosophis *Platonem* praeferebant, neque hoc aliquem acutius vidisse, quidnam de Deo rebusque a corpore secretis sentiendum esset, affirmabant: quam propter caussam Platonicorum nomen minime recusabant. At non ita tamen *Platoni* erant dediti, ut nusquam ejus scita deferenda aut emendanda & augenda esse, reliquos vero omnes philosophos spernendos, decernerent. Contra ex omnibus sectis eligebant, quae meliora videbantur, & cum *Platonis* praeceptis coniungere studebant. Atque hanc ob rationem *Eclectici* dici volebant, ut a ceteris sese distinguerent sapientiae professoribus, qui unum ducem, ceteris omnibus contemtis, sequebantur. Fuerit itaque Eclecticus *Philo*; haud tamen ideo desinet esse Platonicus. Non dissimili, ut arbitror, modo in concordiam illi, qui Hebraeorum philosophiae operam dedisse *Philonem* autumant, cum ceteris redigentur, qui a Platonicis hominem sententiis stetisse arbitrantur. Nullum dubium est, quin *Philo* illud doctrinae genus sinum fecerit, quod Judaei probabant illi, qui Alexandriam ista aetate incolebant. At quis, quaeso, nescit, Judaeos hosce Alexandrinos diu ante natum Servatorem istis sese praeceptis imbui passos esse, quae Alexandriae in scholis philosophorum tradebantur? Quae praecepta quum aut plane fuerint Platonica, aut vehementer Platonicis cognata, id quod vel illi tollantur fieri, quos *Apocryphos* vulgo nominant, per se liquet, eoque sejungi discrimine, qui vel *Platonis*, vel Judaeorum Alexandrinorum more philosophatum esse *Philonem*, arbitrantur. Quapropter omnis ut de philosophia *Philonis* tollatur disputatio, equidem sic esse puto pronuntiandum: *Phi-*

Digitized by Google

rei quidam & Platonici antiquissimae & ab ipso Deo mortalibus patefactae de Tri-642
ni-

Philonem non secus, atque reliquos Judaeos, qui Alexandriae sapientiae studiis dediti tum temporis erant, ejus disciplinae fuisse socium, quae plurimis Alexandrinorum philosophorum placuerit: hanc autem disciplinam maximam partem cum *Platonis* consensisse placitis, tametsi admissa quaedam alia habuerit dogmata, ex Orientalium fortassis philosophia hausta, quorum explicatam saltim apud *Platonem* haud reperire mentionem licet: neque tamen ex toto huic philosophiae addictum fuisse *Philonem*, verum omnem dedisse operam, ut ad legem & religionem Judaeorum eam accommodaret.

Satis de philosophia *Philonis* dictum est: jam, quid de Dei natura, ejusque virtutibus idem senserit, quantum per obscuritatem licet hominis, enodabimus. Unum Deum, quia Judaeus fuit, sine ulla controversia professus est *Philo*, nec admittere potuit aliquid huic de uno Deo dogmati contrarium. At trium tamen passim naturarum seu principiorum divinorum meminit, duasque virtutes summo Numini adjungit. Hoc igitur maxime in disputationem venit, qualia sint tria haec *Philonis* principia, & qua ratione dogma hocce suum intelligi voluerit. Atque hic tres potissimum sententias inter eos versari video, qui hoc sibi negotium tractandum esse duxerunt. Veterum religionis Christianae doctorum aliqui *Philonem* nihil dubitarunt idem prorsus, quod Christianos, de uno Deo tribusque in una divina natura personis praecepisse, atque sanctissimum hocce dogma cum ex veteris testamenti libris sumsisse, tum a majoribus accepisse traditum. Ita prae ceteris *Eusebius Praepar. euangel. Lib.* VII. *Cap.* 13. *p.* 322. & *Lib.* XI. *Cap.* 15. *p.* 533. cum quo jungi poterit *Isidorus Pelusiota Epistolar. Lib.* II. *Ep.* CXLIII. *p.* 188. *f.* qui tamen paullo cautior est *Eusebio*, veritatemque aliquo modo a *Philone* adulteratam esse, concedit. Ex recentioribus multi hanc opinionem complexi sunt, qui Socinianos & Judaeos existimarunt melius refelli posse, si Judaeorum, antequam religio Christiana introduceretur, praestantissimos nobiscum in dogmate de Trinitate consensisse, constaret. Videndi sunt, praeter alios, *Petr. Allixius* & *Jo. van der Wayen* locis paullo ante monstratis, *Rich. Kidder Demonstration of the Messias P.* III. *Cap.* 5. & 6. *p.* 246. & *Georg. Bullus Defensione fidei Nicenae Sect.* I. *Cap.* 1. §. 16. *seq.* 12. *Opp.* Nec aliam *Cudworthus* noster sententiam fovit: quae *Hugonis* quoque *Grotii* fuisse videtur *de verit. relig. Christ. Lib.* V. §. 21. *p.* 352. Iis alii prorsus sunt oppositi, qui *Philonem* plane negant divinam naturam in tria distribuisse principia; quae vero apud eum de tribus leguntur divinis naturis, tres tantum virtutes & perfectiones divinas designare, quas *Philo* nonnumquam personarum habitu induerit, opinantur. In hac exornanda sententia toti sunt *Souverainius*, cujus notissimus exstat liber *le Platonisme devoilé Cap.* 12. *p.* 98. *f.* & *Steph. Nyaeus* in libro Anglico: *The Judgement of the Fathers concerning the Doctrine of the Trinity Lond.* 1704. 4. *p.* 4. *f.* [*Faydit Apologie pour les S. Peres.*] Eruditius his etiam, quamvis occultius, eandem tuetur *Jac. Basnagius Histoire des Juifs Livr.* IV. *Cap.* 5. §. 9. *f. p.* 102. *f.* Hos inter dissentientes media interjecta est veluti tertia quaedam familia, quae *Philonem* quidem tres in Deo naturas agnovisse fatetur, at naturas haïce negat cum tribus in Deo personis aequalibus, quas Christiani ex sacris literis credunt, conferri debere: inaequales enim prorsus inter se has esse *Philonis* naturas, meliusque ideirco cum Arianorum erroribus, quam cum recte sentientium dogmate Trinitatem ejus conjungi posse. [Vid. *Carpzov. Exercit. in Ep. ad Hebraeos ex Philone Prolegom. p.* 135. de duplici Philonis verbo, aliisque.] Ex parte hanc sententiam *Isidorus Pelusiota* jam probavit *loco*, quem antea designavimus; apertius vero & doctius superiori saeculo *Dion. Petavius*, Jesuita longe doctissimus, qui *Dogm. theol. Tom.* II. *Lib.* I. *de Trinit. Cap.* 2. *p.* 19. postquam aliquot *Philonis* dicta recitaverat de verbo Dei, subjicit: *Talibus de filio Dei praeconiis Arianorum Philo perfidiam armavit. Neque*, addit, *quibusdam ex nostris, id est, Catholicis, assentiri possum, qui & hujus & aliorum, maxime gentilium, ejusmodi scita, quae de divinis personis utcumque aliquid tinniunt, cupide deosculantur, atque ad Christiani integritatem dogmatis accommodare studeant, labe omni erroris & invidia fuco quodam falsae ac violentae interpretationis obducta. Petavii* vestigia nostra aetate acerrime pressit *Jo. Clericus*, vir perspicacissimus, qui in *Explic. principii Euangelii Johannis*, & in *Epistolis criticis Ep.* VIII. id agit studiosissime, ut Arianorum scitis proximus fuisse *Philo* videatur. Platonicum fuisse volunt *Philonem*, quibus haec arridet sententia: ex quo tres ejus naturas a tribus haud differe *Platonis* rerum principiis, cogunt; illa vero *Platonis* principia non ordine tantum, sed & gradu vehementer distare, & Arianorum propterea tribus personis simillima esse, existimant.

Harum sententiarum quaenam reliquis sit verior, antequam dispiciam, *Philonem* ex eorum esse scriptorum numero, animadverti velim, qui obscuritatem saepenumero consulto consectantur, tumque sibi sapientissimi videntur esse, quum subtilitatibus, quas nemo consequitur, aliorum ingenia excruciant. Tanto minus admirandum est, vi-

643 nitate doctrinae obtulerant: ergo nunc ad aliam pergo labem, quam eadem ipsi secta

viros alioquin doctissimos mentem eius parum recte nonnunquam cepisse, sententiasque ipsi tribuisse, a quibus, si obscuriora eius dicta cum clarioribus conferantur, plane remotus fuit. Deinde observatu & hoc dignissimum est, *Philoni* visum fuisse, duplex esse religionis & divini cultus genus: alterum civile & populare, hominumque vitae negotiis deditorum ingeniis accommodatum; alterum sublime & reconditum, cui, praeter viros sapientes & contemplationi deditos, intelligendo nemo par sit unus mortalium: illam quidem religionem popularem & civilem multa tradere, quae veritati, si verba & loquutiones spectentur, minime conveniant; verum tantam esse hominum imbecillitatem, ut haec aequo animo ferri a sapientibus debeant, immo ne consultum quidem esse, veram illam & naturalem prudentum religionem enuntiare ac in vulgus proferre: relinquendas esse multitudini crassiores & rudiores illius de Deo & rebus divinis notiones; mysteria vero, quae mens nulla, nisi prorsus purgata, capiat, caute custodienda & ab ocalis imperitorum removenda esse. [Vid. quae ad *Sanc. I. H. E.* de disciplina ejus arcani dixi & observavi.] Hanc passim doctrinam proponit *Philo*, ut, qui factum sit, nesciam, quod viri longe doctissimi in sententiis ejus explicandis exiguam aut nullam ejus rationem habuerunt. Afferam, ne quis temere haec putet dici, illustrem ex *Libro de sacrificiis Abelis & Caini* p. 139. locum: Τα μὲν τὰ τρία μύτρα ταῦτα καλὸν ἐν ψυχῇ ἄσπερ ζυμοῦσθαι, —— ἵνα τ τελείων μύσεις γνησίως τελεῖται, μηδενὶ προχείρως ἐκλαλῇ τὰ θεῖα μυστήρια, ταμιευομένη ὁ αὐτὰ κ ἐχεμυθοῦσα ἐν ἀπορρήτῳ φυλακῇ· γίγνεται γὰρ ἐγκρυφίας ποιητὴς, ὅτι κεκρύφθαι δεῖ τ ἱερὸν περὶ τὸ ἀγένητον κ τ δυνάμεων αὐτῶ μύσεσι λόγοι, ἐπεὶ θεῖον ἡ ἀκατασθήτου ἐργάτις ἐστὶ πασῶν ἰσχὺς φυλάξαι· τὸ γὰρ τ ἀκρέτου ψυχῆς πᾶσαν ἴδιον ῥεῦν διὰ στόματός τε κ γλώττης πάσαις ἀκοαῖς ἐκπυτλεῖν· ὃν αἱ μὲν, εὐρυχόρους δεξαμένας ἔχουσαι, τὸ ἐπιχεόμενον φυλάττουσιν ἀρετικῶς, αἱ δὲ διὰ στενότητα πόρων ἀδυνατοῦσαι ἀρδεῖν· τὸ δὲ ὑπερβάλλον ἀκατασχέτως ἐκχεόμενον, σκιδνᾶται πάντα, ὡς ἐκπυτλεῖν μ ἐπιτυχεῖσθαι τὰ κεκρυμμένα, κ φοιτᾶν πρόσω ἀκριβῶ, τὰ πάσης ἄξια σπουδῆς μετὰ σιγῆς κατακρύπτεσθαι. *Has tres mensuras, bonum est, fermentari quodammodo in anima,* —— *ut initietur perfectissimis mysteriis, quae ut divina nemini proloquatur facile, sed servans ea recondita, & tenens silentium, fruatur eis in abscondito. Scriptura enim subcinericiorum, quos encryphias vocant, meminit, quia celari debet sacer ac mysticus sermo de ingenito ejusque potentiis: quandoquidem divinorum orgiorum depositum servare, non cujuswis est. Non incontinentis animae fluenta, per os linguamque emanantia, inundant aures omnium. Harum quae capaciores lacunas habent, libenter fervent, quod infunditur. Aliae vero propter angustias foraminum rigari nequeunt. Quod autem superebullit, effusum in parum capacia, passim diffluit, ut, quae prius celabantur, fluitent in superficie, & in modum vilis coeni res pretiosissimae pessum abeant.* Non puto, verbis opus esse, ut sententiam, quam supra expressi, si figurae, quarum plenus est *Philo*, abjiciantur, hoc dicto contineri, appareat. Similia variis in locis, praesertim *Libro de Abrahamo* p. 367. 368. occurrunt: de quo quidem loco plura paullo post monebo. Malus necesse est *Philonis* interpres sit, qui hanc ejus religionis atque Theologiae distinctionem ex oculis & animo dimittit. Etenim multa exstant apud eum ex popularis Theologiae praeceptis ac legibus dicta: rursus non pauca, quae ad secretiorem & arcanam, quam putabat, religionem & sapientiam pertinent. Quae duae scientiae quum vehementer differ, hinc fit, ut mirifice secum ipso dissentire nonnunquam *Philo* videatur. Neque desunt inter viros eruditos, qui negant, sciri hodie posse, quibus imbutus fuerit Judaeus hic sententiis & opinionibus. Atqui haec ut discordia inter ejus effata tollatur, eos in primis diligenter contemplari locos decet, in quibus popularis praecepta religionis ad sublimioris Theologiae rationes revocat & accommodat, vulgique opiniones ex virorum intelligentium scitis explicat: quibus ducibus, ad interiores sapientiae ejus recessus licebit, ut opinor, pervenire.

Tentabo, num hac via, quaenam fuerint *Philonis* de divina natura placita explanare queam. Igitur ante omnia, quotquot adhuc exstimarunt, *Philonem* tres in uno Deo naturas, non secus atque nos, qui *Christum* confitemur, constituisse, erroris postulare haud vereor. Nec enim tria rerum principia, quod plerique solent Platonicorum, verum quatuor numerat, aut, ut clarius mentem hominis eloquar, supra triadem, quam inducit, naturarum divinarum, summum & principem Deum collocat. Cum ex multis ejus dictis id efficitur, tum ex hoc in primis luculenter patet, quod *Libro de profugis* p. 465. exstat: Ὁ μὲν δὴ ἀεὶ τροπῆς ἐκτὸς ἱδρυμένος ἐστὶ, ἄτρεπτος, ἀλλὰ κ τῶν ἀκινήτων γενικώτερος, αὐτὸν τ Θεὸν κύριον ἔχων, ἐν αὐτῷ μόνῳ κατοικεῖ· οἱ δὲ ἐν τῇ περιοικίδι, ἀλλ' ἀσυλήτους χρηστέον ἔχουσι φρέλμασι, καταφυγὰς ἔχουσι τὰς ἱερωτάτας ἀφορμὰς κ πλησιαστικὰς· ὅταν δὲ τ πρὸς καταφυγὴν πάλιν τραπῶσι μὴ νήφοντες, αἱ μανίαι ἐκεῖσε τὰς γνώμας ἀφιστᾶσι· τίνες αὗται; ὁ τῆ ἀγενήτῳ λόγῳ, κ ἡ ποιητικὴ κ θελητικὴ ἐξουσίαι αὐτοῦ· τούτων δ' ὄντων, τὸ ἀσυλὸς κ ἄτρεπτος ὁ πανταχοῦ ἐστί. *Ergo ille, qui tantum abest, ut sponte delinquat, ut ne imprudens quidem id faciat, ipsum Deum sortem habebit, in eo solo habitaturus.*

Co

secta affricuit. Fuerunt nimirum in hoc genere, qui alteram Trinitatis suae perso-

Ceterum, qui non de industria, sed inconsulte, labuntur, habebunt refugia civitates felices & divites. Itaque tres earum sunt interammenses, multum a nostro genere diffitae. Quaenam hae? VERBUM *illius summi principis, & potentiae* CREATIVA REGIAque. *Harum enim coelum & universus mundus est.* Quatuor hic aperte commemorantur a *Philone* naturae: Deus ipse, verbum Dei, opifex seu conditor mundi, rex seu gubernator mundi. Binas posteriores *Libro de Abrahamo p.* 367. *Deum* vocat, *per quem omnia facta sunt*, & *dominum* sive *regem*. Homo totus ex allegoriis compositus, quae de asylis apud *Mosen* scripta leguntur, ad res trahit morales. Distribuit homines in tres classes, in eos, qui nullo modo peccant, in eos, qui praeter voluntatem peccatis sese contaminant, & in eos, qui sponte delinquunt. Primum genus solius Dei particeps fit ex sententia ejus: alteri trium, quas cum Deo conjunctas esse censet, naturarum, verbi, conditoris, & domini, communionem pollicetur: tertio generi tres alias paullo post potentias, ad quas confugiant, designat, *propitiam, imperativam & prohibitoriam.* Verum hae potentiae, quum extra Deum ab eo collocentur, & humano generi affines & contiguae dicantur, ad rem, de qua nunc agimus, haud pertinent. Κοινωνοὶ δὲ, inquit, ἡμῖν πρεσβεῖς ἡμῶν καὶ ἱκέται τῶν τοῦ ἀνθρώπου ἐπιπέρα γένους, ᾧ μόνῳ συμβέβηκε ἁμαρτάνειν, αἱ ἐντὸς εἰσὶ τρεῖς, ὁ ἵλεως, ὁ ποιητικὸς τοῦ μὴ γενητοῦ, ὁ ἀπαγορευτικὸς τοῦ μὴ ποιητέου· αὗται γὰρ ἀδὴ ἡμῶν ἱκέτιδες). *Confines autem & contiguae humano mortali generi, quod solum peccato est obnoxium, tres citeriores, propitia & imperatoria & prohibitoria. Nam hae jam ad nos pertinent.* Quaenam vis sit totius loci hujus, id ex iis, quae paullo post disputabimus, apparebit: nec enim exigua potestas eius est ad ea firmanda, quae deinceps de vera *Philonis* sententia differemus. Itaque omnis eorum labor, nisi totus fallor, vanus & irritus est, qui aut cum recte sentientium Christianorum dogmate de tribus in Deo personis, aut cum Arianorum erroribus Judaei hujus doctrinam componere student, quippe quae ab utrorumque regula prorsus discedit, principique & summo Deo tres inferiores naturas subjicit. Neque singularis haec est aut soli propria *Philoni* sententia. Sunt enim, quibus idem videtur, in Platonicis: e quibus *Proclus Comm. in Timaeum Platonis Lib.* II. *p.* 93. ipsum *Platonem* contendit tribus rerum principiis summum Deum praeposuisse. Neque *Synesius*, tametsi *Christo* jam nomen dederat, ab hac opinione abhorrebat: id quod ex *primo* ejus *in Trinitatem hymno* liquet, quo ex uno Deo tres fluxisse naturas, non obscure significat.

Sed haec nunc mittimus, & ad tres *Philonis* naturas, quas cum uno conjungit Deo, revertimur; quarum indolem & rationem declarare convenit. Initium faciemus a binis posterioribus, quas *Deum* & *regem* appellat. De his binis naturis ita saepe loqui *Philonem*, ac si pro veris ab eo personis essent habitae, nullum dubium est. At quum ex vulgi saepissime opinione verba faciat, id quod jam antea observavimus, tales ejus quaerere locos fas est, quibus popularem doctrinam religione sapientum virorum veluti temperat, aut alteram ex altera interpretatur. Est ejusmodi locus *Libro de sacrificiis Abelis & Caini p.* 139. Ἄφνω μετὰ σπουδῆς καὶ τάχους καὶ προθυμίας ἰλαρᾶν, παραπλήσιον τῇ ἀρετῇ Σάρᾳ, σπεύσασι καὶ φυράσασι τρία μέτρα σεμιδάλεως, καὶ ποιῆσαι ἐγκρυφίας, φησὶν ὁ Θεὸς ἀμυφορεύμενος ὑπὸ δυοῖν τῶν ἀνωτάτω δυνάμεων, ἀρχῆς τε καὶ καὶ ἀγαθότητος, ὧν ἡ μὲν ἡ τριττὰς φαντασίας ἐνεργάζεται τῇ ἐρωτικῇ ψυχῇ, ἣν ἐκάλεσα μεμαίτην· οὐ γὰρ ἐμοὶ ἀπερίγραφοι γὰρ καὶ αἱ δυνάμεις αὐτοῦ· μεμέτρηται δὲ τὰ ὅλα· ἡ μὲν οὖν ἀγαθότης αὐτοῦ μέτρον ἀγαθῶν ἐστιν· ἡ δὲ ἐξουσία μέτρον ὑπηκόων· ὁ δὲ ἡγεμὼν αὐτὸς ἁπάντων καὶ σωμάτων καὶ ἀσωμάτων· —— τὰ μὲν δὴ τρία μέτρα ταῦτα καλεῖ ἐν ψυχῇ ἔστιν ἃ φυραθῆναί τε καὶ συμμιχθῆναι, ἵνα πιστεύσῃ τὸ ἀνωτάτω εἶναι Θεὸν, ὃς ὑπερέχων τὰς δυνάμεις αὐτοῦ, καὶ χωρὶς αὐτῶν ὁράσθαι, καὶ ἐν ταύταις ἐμφαινόμενος, δείξῃ χαρακτῆρας ἐξουσίας τε καὶ εὐεργεσίας αὐτοῦ, καὶ τὴν τελείαν μύησιν γυμνάσῃ. *Nam & Abraham properans celeriter & cum magna alacritate accurrens, jubet virtutem Saram festinare & fermentare tres mensuras similae, facereque subcinericios, quando Deus ipse, comitatus duabus supremis potentiis, principatu bonitateque, ipse unus ille medius triplicem imaginationem operabatur in anima visiva, quarum singulas metiri haud licet, (incircumscriptus enim Deus, & incircumscriptae ejus potentiae) sed ipsae metiuntur omnia. Bonitas ejus mensura est bonorum, potentia mensura subditorum: ipse vero imperator mensura est omnium rerum corporearum incorporearumque.* —— *Has tres mensuras bonum est fermentari quasi in anima & commisceri, ut persuasa, summum esse Deum, qui super potentias suas eminet & vel sine illis videtur, vel cum illis apparet, recipiat characteres potentiae beneficentiaeque ejus, & initietur perfectissimis mysteriis.* Ut vehementer obscurus sit hic locus, nec is ego sim, qui omnem ab eo caliginem depellere vel possim, vel velim; hoc tamen ex eo perspicuum est, binas, quas Deo *Philo* adjungit, naturas non esse personas, sed virtutes tantum & perfectiones divinas, quas personarum fictit habitu amictas. Hoc inde primum elicitur, quod Deum ait τριττὰς φαντασίας, *triplicem imaginationem* excitasse in *Abrahamo*, idque non in anima, quae meditatur & contemplatur, sed in anima tantum ejus ἐρωτικῇ, seu in illa, in

Digitized by Google

qua ſenſus reſident; quae quidem, ſi *Philonem* audiamus, multo inferior, eſt illa, quae a ſenſibus & externis rebus ſeſe totam abſtrahit. Vid. *Lib.* II. *de Alleger. legis p.* 74. & alias. Igitur tres hae naturae tres tantum ſunt notiones aut imagines, quae in illa parte animae creantur, quae ſenſuum paret imperio. Itane loqui licet de tribus naturis reapſe inter ſe diſtinctis & ſegregatis? Idem deinde ex eo intelligitur, quod aperte binas has naturas ἀγαθότητα, *bonitatem*, & ἐξουσίαν, *potentiam*, eſſe dicit. *Bonitatem* & *potentiam* quis, quaeſo, res eſſe & naturas a Deo diſtinctas & ſejunctas, ſibi perſuaſerit? Poſtremo ipſa, quam hic more ſuo fabricatur *Philo*, allegoria rem plane conficit. *Sara* imago ipſi eſt virtutis ſeu viri ſapientis & contemplationi dediti. Tres menſurae farinae, quas *Sara* miſcere jubetur, ſigna ſunt trium naturarum divinarum, quas Judaeus noſter inducit. Ipſa *Sarae* actio, tres iſtas menſuras miſcentis, officium ſignificat animae ſupra res vulgares elatae, quae tres divinas naturas meditando & contemplando intra ſe contrahit, ac veluti miſcet, ut omnis earum tollatur diſtinctio. Inſulſa haec prorſus & inepta foret allegoria, ſi *Philo* exiſtimaſſet, binas, quae Deum comitantur, potentias naturas eſſe per ſe conſtantes, aut perſonas. Contra hanc eſſe ejus ſententiam, liquet: Homines, ſenſuum imperio ſubjectos, tres quidem in Deo diſtinguere ſolere naturas; at virum ſapientem, animamque robuſtam & in libertatem vindicatam perſpicere ſatis & intelligere, divinas virtutes ipſum eſſe Deum, neque ulla ratione ab eſſentia ejus ſecerni debere. Quem hicce locus non commovet, eum alius ex *Libro de Abrahamo p.* 367. quo mentem ſuam clarius enarrat, validius commovebit, ut arbitror. Agit ibi *Philo* de eadem re, de qua in ſuperiori loco commentatur, neque dubitat, in narratione *Moſis* de tribus viris, qui *Abrahamo* apparuerunt, grande myſterium eſſe reconditum. Primum *Moſen* hoc ſignificare voluiſſe, tradit, animam a Deo illuſtratam tres ejus imagines percipere: Ἔστιν ὅτε ψυχὴ, καθαρᾷ τῷ μεσημβρίᾳ, θείᾳ ἐλλαμφθεῖσα τῷ ὅλῳ ἀλλ' ὅλον ὑποδεξαμένη φωτὸς ἀκηράτου τὰς ἐν αὐτῇ κιχωρίους σκιὰς ἅπασι φαίνῃ, τρεῖς τὰς φαντασίας εἰς ὑποκειμένην κατελαμπούσης· τὴν μὲν ἑνὸς ὄντος, τοῦ σὺν ἄλλοις δυεῖν, ἃς ἂν ἀπαυγαζομένην ἀπὸ τούτων σκιάν. *Quum igitur anima illuſtratur a Deo, tamquam in meridie, & tota, quanta eſt, repleta luce intelligibili, ejusque ſplendore circumfuſa, umbris eximitur, tres imagines unius ſubjecti percipit, unam ipſius rei, duas reliquas, tamquam umbras ab ea redditas.* Addit, idem nonnunquam accidere hominibus in luce corporea verſantibus, quorum duplex interdum umbra oculos noſtros feriat. Praeclare prorſus ad ſententiam, quam *Philoni* antea tribuimus! Tres divinae naturae, quas exhibet, tres ſunt tantum unius rei notiones aut imagines: binae vero poſteriores ita affectae ſunt ad Deum, ſicut umbrae ad corpus, unde fluunt. Quemadmodum itaque nemo corpus aliquod, duplici comitatum umbra, pro triplici habet corpore, aut umbras pro veris habet naturis: ita nec binas, quas Deo ſociat *Philo*, virtutes ullus duxerit perſonas eſſe ſingulares, aut naturas per ſe conſtantes. Radii ſunt naturae divinae & perfectiones Dei. Certe, qui de tribus in Deo perſonis, quas Chriſtiani ex ſacris profitentur litteris, eamdem adhiberet ſimilitudinem, quam *Philo* de tribus principiis ſuis, is turpiter in veritatem peccaret, & merito Sabellianae perfidiae argueretur. Sed pergamus *Philonem* audire, qui, paucis verbis interjectis, ita mentem ſuam de hac Trinitate explicat: Πατὴρ μὲν τῶν ὅλων ὁ μέσος, ὃς ἐν ταῖς ἱεραῖς γραφαῖς κατ' ἐπώνυμον καλεῖται ὁ ὤν· αἱ δὲ πρὸς ἑκάτερα πρόσεγγυς τούτῳ καὶ ἐγγύτατα τῷ ὄντι δυνάμεις, ἡ μὲν πρεσβυτάτη, ἡ δὲ βασιλικὴ προσαγορεύεται· καὶ ἡ μὲν πρεσβυτάτη θεὸς· ταύτην γὰρ ἔοικέ τις καὶ δημιουργὸν τῶν ὅλων· ἡ δὲ βασιλικὴ κύριος. *Medius eſt ille pater omnium, proprie nominatus in ſacris litteris Qui eſt: utrumque latus claudunt antiquiſſimae & proximae ejus, qui eſt, potentiae: quarum altera opifex, altera regia vocatur: illa Deus, per quam condita diſpoſitaque ſunt omnia; haec vero dominus.* Haec verba, ſi in ſe ſpectentur, incautum adducere poſſunt lectorem, ut *Philonem* binas Deo perſonas adjunxiſſe ſtatuat: verum circumſpectum & prudentem minime fallunt. Tria Dei nomina, quae in ſacris leguntur litteris, *Is qui eſt*, (ſeu Jehovah) *Deus*, (Elohim) & *Dominus*. (Adonai) ad tres illas naturas divinas refert Judaeus noſter, in quas Deum partitur. Haec vero tria vocabula unum tantum deſignant Deum. Ergo & tres *Philonis* naturae unum tantum Deum exhibent, verum triplici modo & ratione ſpectatum, nimirum ut naturam illam, quae per ſe ex omni aeternitate exſtitit, ut conditorem univerſitatis rerum, denique ut regem & gubernatorem. Clariora etiam argumenta hujus rei verba, quae ſequuntur, ſtatim ſuppeditant: Ἀμφοτέρωθεν μὲν ὁ μέσος ὑφ' ἑκατέρας τῶν δυνάμεων, παρίσχῃ τῇ ὁρατικῇ ἰδέᾳ. τότε μὲν ἕνα, τότε δὲ τρεῖς φαντασίαν· ἕνα μέν, ὅταν ἄκρως καθαιρθῇ ἡ ψυχὴ, καὶ μὴ μόνον τὸ πλῆθος τῶν ἀριθμῶν, ἀλλὰ καὶ τὸν ἐγγυτάτω μονάδι δυάδα ὑπερβᾶσα, πρὸς τὴν ἁπλῆν καὶ ἀσύμπλεκτον καὶ καθ' αὑτὸ ἰδέαν ἰσότιμα τὸ ἓν ἀφῖκται ἰδίαν ἰσότητα· τρεῖς δὲ, ὅταν μήπω τὰς μεγάλας τελεσθεῖσα τελετὰς, ἔτι ἐν ταῖς βραχυτέραις ἐγκάζῃ), καὶ μὴ ἐλλὴ τὸ ἐν ἑνάδι ἴσον τινὰς ἐξ αὐτῆς μόνης καταλαμβάνῃ, ἀλλὰ διὰ τῶν δημιουργικῶν, ἃ ἔτι ζητεῖ, ἃ ἄρχει· διὸ καὶ μία μὲν ἐξ αὐτῶν φανεῖ, πλὴν ὅτε, μετίσχει δ' ἄλλων ἄλλη δοκεῖ θεοφιλεῖς. *Atque ita medius ille, utrinque ſtipatus ſuis potentiis, perſpicaci menti nunc unam, nunc tres imagines exhibet: unam quando exactiſſime purgata anima, nec ſolum ceteram numerorum multitudinem, ſed & vicinum unitati binarium ſupergreſſa, ad illam ſimplicem, ſinceram, nullius omnino indigam idean properat: tres vero, quando nondum magnis*

Digitized by Google

initiata myſteriis, adhuc minoribus operatur, nec poteſt eum, qui eſt, ſine alio per ſe ſolum comprehendere, ſed per ipſius acta, aut conditorem, aut regem omnium. Eſt autem haec ſecundaria, juxta proverbium, navigatio, non aliena tamen a pia ſententia. Totum vides hic myſterium patefactum. Duplex eſſe *Philo* noſter genus hominum ſine circuitu affirmat: alterum rude, plebejum, & oculis adſuetum; alterum perſpicax, contemplationi adſuetum, & popularibus ſcitis & opinionibus omnino purgatum. Hanc quidem familiam tres illas potentias tres unius Dei notiones tantum eſſe, praeclare intelligere, Deumque, ut in ſe eſt, ſimpliciſſimus nimirum & ab omni compoſitione plane remotus, venerari: illud autem genus longe minori valere perſpicientia, neque Deum aliter, quam ex operibus ejus, cognoſcere poſſe, eaque de cauſſa tres veluti perſonas in eo diſtinguere, ipſum Deum, virtutem, qua condiderit omnia, & bonitatem, qua regat & adminiſtret univerſa. Illos quidem melius & Deo dignius ſentire: ſed nec hos contemnendos eſſe, quod ſententiam foveant pietati adverſus Deum nullo pacto contrariam. Sequitur apud *Philonem* comparatio ab humanis ducta moribus, qua hanc ipſam de Deo doctrinam clariorem reddere laborat. Eſſe ait triplicem morum humanorum ordinem, atque hunc ordinem aptum eſſe ad dogma de tribus Dei notionibus illuſtrandum. Quosdam homines Deum ſine ulla ſpe praemii propoſita colere: hos reſpondere patri, qui medium ex ejus opinione locum inter binas tenet reliquas virtutes. Alios beneficiis divinis excitari, ut honorem ſummo Numini exhibeant: hoc genus refert ad illam potentiam, quam ad dextrum patris latus collocaverat. Multos denique poenarum & ſuppliciorum metu in officio erga Deum contineri: hos cum tertia virtute, nimirum regia, confert. Nec elegans, nec ingenioſa eſt haec comparatio: in qua explicanda praeterea parum ſibi conſtat Judaeus. Satis tamen in ea lucis eſt & roboris ad id ſtabiliendum, quod aſſeximus, nihil ſibi aliud velle hominem, quam hoc: Deum, omni licet concretione careat, triplici tamen ratione conſiderari poſſe, & reapſe conſiderari ab hominibus. At figuratum dicendi genus, quo mirifice delectatur, & ſubtilitatum, a vulgari ſenſu nimis remotarum, copia perſpicaces alioquin viros adduxerunt, ut ſanius ſenſiſſe hominem, quam ſentit, arbitrarentur, quemque fortaſſis non inepte in Sabellianorum praecurſoribus numeraſſent, inter eos referrent, qui tres in una divinitate perſonas profeſſi ſunt. Addam his, quae diſputavi adhuc, unum tantum, tametſi plures in promtu ſint, locum, qui ſolus negotium conficere poſſet. Ex illis, quae attulimus, liquet, *Philonem* orbis hujus conſtructionem ſingulari cuidam virtuti, quam dextrum ſummi Numinis latus ait claudere, & *Deum* vocat, adſcripſiſſe, gubernationem vero ejusdem alteri potentiae, cui ſiniſtrum Dei latus & vocabulum *dominus* dare ſolet, commiſiſſe. Eo vero, quem jam deſcribam, loco utramque hanc actionem, cum compoſitionem orbis, tum ejusdem adminiſtrationem, ad unum illum Deum, *qui vere eſt*, nulla alia potentia ipſi adjuncta refert. Ὁ δὲ ταῦτα ἀκούων, inquit, —— ὅτι τί ἐστι τῷ ὄντως ὄντι θεῷ, τῷ ὅτι πεποίηκε ἢ ποιεῖν —— τῷ ὅτι ἃ μὲ πρέπει τῷ γενητῷ, μακαρίαν τῷ εὐδαίμονα ζωὴν βιώσεται. *Haec quicumque audiet, —— eſſe Deum, praeeſſeque rebus, & hunc unum eſſe, qui vere ſit, & ab ipſo mundum conditum credi oportere, —— poſtremo nunquam non gubernari eum ab opifice ſuo, is beatam felicemque vitam acturus eſt. Libro de mundi opificio p.* 40. Hoc dicto accurate expenſo, ecquis eſt, quin perſpiciat, *Philonem*, quoties Deo illi, *qui eſt*, binas addit potentias, *condentem* & *gubernantem*, vulgi tantum more loquutum eſſe, reapſe vero nihil in hoc Deo diſtinctionis, nullam perſonam divinam agnoviſſe?

Jam λόγος ille, *ratio* illa aut *verbum divinum*, cujus toties magnificis verbis *Philo* meminit, nos vocat, ſuamque naturam explorari poſtulat. Vocabulorum & nominum, quibus hoc *verbum* Judaeus noſter multis in locis ornat, ea vis & ratio eſt, ut, ſi ex uſu & recepta loquendi conſuetudine aeſtimentur, notionem perſonae, ſummo licet Numine minoris & inferioris, in animis pariant. Audit ipſi λόγος hic ἀρχάγγελος, *angelorum princeps*, qui non ἀγένητος quidem ſeu *ingenitus* ſit, ut *Deus*, nec tamen γενητὸς ſeu *factus*, ut *homines*, qui legati divini munere apud homines, & vicillim obſidis & conciliatoris partibus apud Deum fungatur, *Libro, quis rerum divinarum haeres p.* 501. Confer *Librum de ſomniis p.* 601. 602. & *Euſebium Praeparat. euangel. Lib.* XI. *Cap.* 15. *p.* 533. Vocatur ipſi πρωτόγονος θεοῦ υἱός, cui Deus curam ſacri gregis commiſerit, *Libro* I. *de agricultura p.* 152. ἀρχιερεὺς ſeu *pontifex maximus* hujus mundi, *Libro de ſomniis p.* 510. & quae alia ſunt ejusdem generis vocabula. Qui loquendi modi quum affines ſint illis, quibus divini foederis ſcriptores filium Dei & aeternum ejus verbum celebrare ſolent, tanto facilius cum veterum, tum recentiorum Chriſtiani coetus doctorum plurimi a ſe impetrarunt, ut Judaeum hunc verae de filio Dei doctrinae praeconem fuiſſe, verbumque, quod praedicat, a *Chriſto*, Servatore noſtro, non differre ſtatuerent. Ego vero vehementer metuo, ne, ſi umbrae diſſipentur, quibus dictionem ſuam obſcuravit *Philo*, verborumque, quibus utitur, poteſtas ad normam expendatur illorum locorum, quae minus figurarum habent, idem nobis de hoc verbo dicendum ſit, quod de binis potentiis ejus, de quibus antea egimus. Primam mihi ſuſpicionem hac de re injecit, quod *Philo* mundum hunc ad verbi hujus imaginem eſſe conditum perhibet.

Digitized by Google

Sic enim in *Libro* I. *Quaestionum & solutionum* apud *Eusebium Praeparat. evangel. Lib.* VII. *Cap.* 13. *p.* 323. Θεῖον δὲ ἤδη καταμανθάνειν πρὸς τὴν ἀκριβεστάτην τῆς κτίσεως τοῦ ὅλου ἰδιότητα, ἀλλὰ πρὸς τὸ δεύτερον θεῖον, ὃς ἐστιν ἄνθρωπος λέγω. *Prorsus enim mortale nihil ad summi illius ac rerum universarum parentis imaginem effingi potest, verum ad secundi, hoc est, ejusdem verbi imaginem potest.* Idem planius etiam edisserit *Libro de opificio mundi p.* 5. *s.* Quo loco, postquam dixerat, hominem, *Mose* auctore, ad imaginem Dei secundi sive verbi effictum esse, statim addit, dictum hoc ad universum mundum pertinere, qui magis, quam homo, divinam imaginem referat. Quemnam vero Deum intelligat, ad cujus effigiem comparatum hunc esse mundum arbitratur, his statim verbis explicat: Δῆλον δὲ, ὅτι κατὰ τὴν ἀρχέτυπον σφραγῖδα, ἣν φαμὲν εἶναι κόσμον νοητὸν, αὐτὸς ἂν εἴη τὸ ἀρχέτυπον παράδειγμα, οἰδὲ τῶν ἰδεῶν, ὁ τοῦ θεοῦ λόγος. *Liquet autem, quod archetypum sigillum, quem dicimus esse mundum intelligibilem, ipse sit archetypum exemplar, idea idearum, verbum Dei.* Hujus ego dogmatis nihil prorsus intelligo, si verum illud sit, quod tot viri graves & inclyti constituunt, verbum *Philonis* personam esse divinam. Mundus ad exemplum hujus verbi constructus est. Ergo summa sit, necesse est, inter verbum & hunc mundum, qui verbi imago est, similitudo. Constat autem mundus ex elementis, ex sideribus, ex animalibus, plantis, arboribus, hominibus, montibus, fluminibus, vallibus & infinitis ejusmodi rebus aliis. Igitur haec omnia, ex quibus mundus noster est compositus, sine controversia in isto verbo sunt, aut, ut brevi complectar omnia, verbum divinum talis non potest non esse res, talis spiritus aut genius, qualis hicce orbis terrarum est. Viderint vero alii, num personam aut spiritum ejusmodi, adipectabili huic orbi forma & specie similem, sibi valeant animo effingere. Ego quidem nullo modo consequor, cujus formae atque generis persona foret, cujus speciem & exemplum in condenda rerum universitate supremum Numen ob oculos sibi posuisset, quodque in componendis & conformandis mundi partibus imitatus esset. Centaurum citius, Chimaeram, & si quid hisce monstris terribilius & ineptius a poëtis excogitatum est, feram, quam personam ex summo Deo genitam, cujus forma speciesque orbis hujus figurae & constitutioni respondeat. Quod si vero verbum hoc exemplar tantum quoddam esse putemus, cogitatione & ratione, si loqui ita licet, a supremo Numine ante mundum conditum productum, & reapse deinceps in hoc orbe expressum, nihilo plus difficultatis in hoc dogmate reperio, quam si quis mihi dicat, architectum ad regulam exempli, quod animo prius conceperat, postea notis in charta consignaverat, palatium quoddam regium exaedificari curasse.

Quae ex dogmate *Philonis* de mundo ad effigiem verbi a Deo condito obscurius intelliguntur, ea ipsemet multo clarius in *Libello de opificio mundi* enarrat: ex quo mentem hominis, quantum fieri poterit, breviter exponam. Docet *Philo* primum, (*p.* 3. 4.) Deum dia ante, quam ad orbis adspectabilis constructionem accederet, mundum formasse νοητὸν seu *intelligibilem*, id est, specimen & simulacrum mundi, quem conditurus erat, mente atque cogitatione designasse. Hoc scitum similitudine a rebus humanis ducta illustrat. Comparat nimirum Deum cum sapiente architecto, qui urbem grandem & splendidam exstruere jussus, tanti operis ante omnia imaginem & exemplum mente sibi fingit & veluti fabricatur, quumque ad ipsum opus ventum est, exemplum hoc, quod animo conclusum gerit, continuo intuetur & respicit. Τὰ ὡσαύτως, inquit, δὲ καὶ περὶ θεοῦ δοκεῖν, ὃς ἅμα μεγαλόπολιν πτίζειν διανοηθείς, ἐνενόησε πρότερον τοὺς τύπους αὐτῆς, ἐξ ὧν κόσμον νοητὸν συστησάμενος ἀπετέλει τῷ αἰσθητῷ, σωματείῳ χρώμενος ἤδη. *Eodem ferme modo de Deo sentiendum est, qui, ubi decrevit ingentem hanc urbem condere, prius formas ejus concepit: ex quibus postquam intelligibilem mundum constituit, ad illius exemplar sensibilem hunc condidit.* Magni semper visum est momenti *Philoni* hoc dogma de mundo exemplari a Deo, antequam orbem corporeum fabricaretur, cogitatione expresso; neque copias superari posse aut Epicureorum, aut eorum, qui mundum & Deum non differre putant, hoc dogmate neglecto & repudiato, arbitratur. Quare *Libro de victimas offerentibus p.* 857. eos, qui ideas aut species rerum tollunt, eunuchos esse *illos*, contendit, quos *Moses* improbat, neque dubitat, a summa erga Deum impietate hoc genus hominum proxime abesse. Sed haec nunc omitto, & ad ea revertor, quae *Philo* de mundo νοητῷ seu *intelligibili* differit. Mundum ergo hunc in Dei *verbo* situm esse, praecipit. Audiemus ipsa ejus verba, ut liberius de sententia ejus judicare cuivis liceat: Καθάπερ οὖν ὁ ἐν τῇ ἀρχιτεκτονικῇ προδιατυπωθεὶς πόλις χώραν ἰδίαν οὐκ εἶχεν, ἀλλ' ἐνεφύετο τῇ τοῦ τεχνίτου ψυχῇ· τὸν αὐτὸν τρόπον οὐδ' ὁ ἐκ τῶν ἰδεῶν κόσμος ἄλλον ἂν ἔχοι τόπον, ἢ τὸν θεῖον λόγον, τὸν ταῦτα δημιουργοῦντα. *Quemadmodum igitur illa in architecto praesignata urbis locum extra nullum habuit, tantum impressa artificis animo: eodem modo ne ille quidem ex ideis constans mundus alibi locum habere poterat, quam in* Dei verbo, *quod adornavit haec omnia.* Quisquis locum hunc attente legerit, is levi, nisi fallor, labore sentiet, Dei verbum nihil esse *Philoni*, quam rationem seu sapientiam Dei, non autem personam ex Deo ante mundum procreatam & genitam. Comparatur verbum hoc cum anima hominis, urbem quamdam aedificaturi. Quemadmodum exemplum urbis condendae in ea facultate animi architecti residet, quam intelligentiam vocamus: ita species & forma hujus mundi

Digitized by Google

haesisse dicitur in verbo Dei. Haec si ita sunt, verbum Dei illud ipsum in supremo Numine est, quod in architecto intelligentia & ratio, nimirum summa ejus sapientia & scientia, qua mundum, quem certo tempore conditurus erat, diu ante figuravit & expressit. Verum clarius etiam in sequentibus *p.* 5. hanc esse sententiam suam, *Philo* testatur: Εἰ δέ τις ἰδιώσεως γυμνασίοις χρήσασθαι τοῖς ἀνθρώποις, οὐκ ἂν ἕτερον εἶναι τὸν νοητὸν εἶναι κόσμον, ἢ θεοῦ λόγον ἤδη κοσμοποιοῦντος· οὐδὲ γὰρ ἡ νοητὴ πόλις ἑτέρα τις ἐστιν, ἢ ὁ τῆς ἀρχιτεκτονικοῦ λογισμὸς, ἤδη τὴν νοητὴν πόλιν κτίζειν διανοούμενος. *Quod si cui libeat apertioribus uti vocabulis, nil aliud dixerit esse mundum intelligibilem, quam verbum Dei mundum jam condentis. Nec enim intelligibilis urbs est aliud quid, quam illa architecti ratiocinatio, cogitantis jam urbem mente conceptam condere.* Omnem dubitandi caussam haec verba praecidunt, nec ignorare amplius quemquam patiuntur, qualis sit λόγος ille *Philonis.* Mundus νοητὸς & intelligibilis, seu forma & species mundi, quam Deus animo conclusam habebat, priusquam constructionem ejus moliretur, non differt a λόγῳ sive verbo Dei. Verbum Dei sic est affectum ad mundum illum intelligibilem, sicuti ratiocinatio architecti affecta est ad formam urbis construendae, quam in animum impressit. At haec duo reapse non distincta sunt, sed cogitando tantum sejunguntur. Quocirca nec mundus intelligibilis & verbum Dei duae res sunt re vera diversae, tametsi ratione & intelligentia discerni queant. Hoc autem si ita sese habet, is, qui verbum *Philonis* personam esse statueret, aut naturam per se constantem, aeque sapienter ageret, ac si cogitationem architecti de urbe condenda naturam esse diceret ab architecto secretam, & personam singularem. Verbum divinum nihil est e contrario, quam ipsa sapientia & ratio supremi Numinis, cui *Philo* certis de caussis habitum & amictum personae circumdedit. His, tametsi luculenta sint, si qui nondum cedere velint, atque nomina, quae verbo suo *Philo* imponit, *legati, regis, angeli, pontificis maximi, filii primogeniti,* nimis esse diserta putent, quam ut animi quamdam notionem seu virtutem Dei significare possint, eos unice rogatos velim, ut dictionem *Philonis* diligentius considerent, eamque figuris & translationibus audacissimis refertam esse, animadvertant. Qui a vulgari loquendi ratione tantopere recedit, ut Deum perhibeat cum scientia sua congressum esse, atque ex ea, tamquam uxore, filium suum unicum, hunc scilicet mundum, procreasse, huncine mirabimur de sapientia divina non secus verba fecisse, atque de persona quadam divina? Id autem *Philo* perspicue affirmat *Libro de temulentia p.* 244. Τὸν γὰρ περὶ τὸ πᾶν ἐργαστικῶν δημιουργὸν ὁμοῦ καὶ πατέρα εἶναι τοῦ γινομένου οὗτος ὁ θεῖος φιλόσοφος· μητέρα δὲ τὴν παρακειμένου ἐπιστήμην, ἣ συνὼν ὁ θεὸς, ἐξ ἧς ἅπαντα, ἔσπειρε γένεσιν· ἡ δὲ παρθενεύουσα τὸ τῆ θεῷ στέργειν, τελεσφόρως ὠδῖνι δ' μόνου καὶ ἀγεννήτου πάθους ἐκτικοῦσα, τόκῳ δ' κόσμου. *Proinde rerum opificem patrem quoque suae creaturae juste possumus dicere; matrem autem scientiam ejus, cum qua congressus Deus, non humano more, prosemi-navit creaturam. Illa vero, Dei semine concepto, enixa est justo partu unicum illum dilectum sensibilem filium, mundum hunc.* Locum hunc tanto attuli libentius, quod cum hoc ostendit, nullum forte scriptorem esse, qui meteoris, quae vocant, orationis magis abundet, nec idcirco dictionem ejus ex ordinariis loquendi legibus aestimandam esse, tum illud planum facit, quod adhuc probatum dedimus, *verbum Dei* rationem summi Numinis & sapientiam apud *Philonem* significare. Etenim quis non videt, ἐπιστήμην seu *scientiam*, quacum Deum hoc in loco nuptias celebrasse ait, eam ipsam esse rem, quam tot aliis in locis λόγον, *verbum*, aut, si mavis, *rationem* nominat? Sive *Philo* dicat: *Verbum seu ratio Dei mundum fabricata est*; sive hoc modo loquatur: *Deus cum scientia sua congressus est, & mundum ex ea genuit*; sententia ejus eadem est, nempe haec: *Deus hunc orbem sapientissime condidit, neque temere aut fortuito tantum opus aggressus est.* Addam aliam ejus loquendi rationem, cujus non minor erit in hoc negotio utilitas. Solet *Philo* cogitationes & decreta hominum, sapientum in primis, *filios* eorum *spirituales* dicere. Sic, quum *Therapeutidarum* continentiam laudat *Libro de vita contemplat. p.* 899, ideo eas ait corporis spreviisse voluptates, quo sanctiores & coelestes filios divina virtute conciperent & parerent. Τῶν περὶ σώματα ἡδονῶν ἀλίγησαν, ἵν' θεοῦ ἐπιγένωνται, ἀλλ' ἀθανάτων ἐφίεσθαι, ἃ μόνα τίκτειν ἀφ' ἑαυτῆς αὐτὰ τὴ ἱερὰ ἡ θεοφιλὴς ψυχὴ, σπείρουσα εἰς αὐτὴν ἀκτῖνας νοητὰς τῆς πατρὸς, εἰς ἄνοιαν θεωροῦσα τὰ σοφίας δόγματα. *Contemserunt illae voluptates corporis, nimirum divinae, non mortalis, prolis cupidae, quam solae Deo caras animas ex se ipsis pariunt, excipientes pro semine intelligibiles patris radios, ut decreta sapientiae contemplando percipere valeat.* Qui de hominum cogitationibus tam argute ac figurate philosophatur, is, si Dei sapientiam & rationem, aut divina decreta & cogitata primogenitum Dei filium vocet, nihil ab institutis suis alienum admittit. Altera figura nec durior nec vitiosior est altera.

Haec quo latius, quam initio proposueram, edisserercm, cum nobiles illae lites de *Philonis* Theologia, viros inter eruditos dudum agitatae, me commoverunt, tum *Cudworthi* nostri, quos in *Philonis* enarranda doctrina & hic & alias commisit, errores, quos ex illis, quae dicta sunt adhuc, facile quilibet emendabit. Taceo, operae mihi visum fuisse pretium, in explicandis hominis scitis nonnihil collocare studii, ex quo in variis cum sanctioris tum profanae eruditionis partibus praesidia viri docti petere solent, etiamsi

Digitized by Google

649 ſonam *mundum* eſſe dicerent *archetypum*, ſeu, ut (x) *Philo* loquitur, ἐκ τῶν ἰδεῶν παραδείγμα κόσμον, *mundum ex ideis coagmentatum & compoſitum*, qui rerum omnium ſpecies & ſimulacra, quibus ſpectabilis hic orbis abſolvitur, in ſe contineret & complecteretur. Iidem omnes iſtas rerum formas, quae *mundum* hunc conficiunt & conſtituunt *archetypum*, totidem eſſe diſtinctas naturas, animalia, & Deos, affirmabant. His vero ſcitis vident omnes hoc eſſe conſentaneum, ut altera haec perſona non unus eſſe Deus, ſed cumulus quidam & acervus Deorum, cenſeatur. Hi Dii vulgo illis audiunt νοητοὶ θεοὶ, *Dii intelligibiles:* qua in loquendi ratione vox νοητὸς non notione illa generaliori adhibetur, qua Diis αἰσθητοῖς, ſeu *illis qui in ſenſus incurrunt*, opponitur, ſed peculiari quodam modo, ſic ut haec Deorum claſſis verbo iſto a reliquis eorum Numinibus, quae νοερὰ θεοὶ, *Dii intellectuales* dicuntur, de quibus infra quoque diſſeremus, diſtinguantur. (y) *Proclus* in *Platonis de republica Libros* ideo mali ullam informari poſſe notionem aut ideam negat, eo quod, ſi talis exſiſteret notio, καὶ ἡ τῶν κακῶν ἰδέα θεὸς ἔσται· ἐπείπερ πᾶσα ἰδέα θεὸς, ὡς Παρμενίδης

non ſatis ſibi ab inſidiis caveant, quas tumidum ejus & a vulgari regula remotum dicendi genus lectorum ſtruit animis. Mens & ſententia *Philonis* de Deo, ſi quam vim habent, quae diſputavimus, haec fuit: Deum, ſi a viro ſapiente atque meditationi aſſueto conſideretur, naturam eſſe ita ſimplicem, ut nihil diſtinctionis vel cogitando fingere in ea liceat. At non omnium mortalium hanc eſſe felicitatem, ut oculis ita puris & mente tam ſerena & perſpicaci ſupremum Numen intueri valeant. Plerisque igitur hominibus permittendum eſſe, eo quod magna laborent ingenii infirmitate, ut divinam naturam quodammodo dividant, & ſummo, quod ſuper omnes virtutes eminet, Numini tres inferiores potentias ſubjiciant, *verbum* nimirum, *Deum* ſeu virtutem beneficam, & *regem*; quae nihil tamen ſint, quam ſapientia ejus, bonitas, & potentia, aut quod idem eſt, ferendum eſſe, ut unum Deum triplici ratione ob oculos ſibi homines ponant, ut Deum ante orbem conditum ſapientiſſime cuncta proſpicientem, ut opificem & conditorem orbis potentiſſimum, denique ut gubernatorem ejusdem & adminiſtrum.

Sed non ſatis eſt noſſe *Philonis* ſententiam: decet etiam in cauſſas inquirere, quibus, ut ita ſentiret, inductus fuit. Igitur & de his pauca quaedam, antequam finem faciam, monebo. Exiſtimo vero, non philoſophos modo, quorum in medio Alexandriae verſabatur *Philo*, verum etiam ipſos Judaeos homini, ut ita ſtatueret, auctores fuiſſe. Ad philoſophos primum quod attinet Aegyptios, hos jam ante natum ſervatorem de tribus rerum principiis multum in ſcholis ſuis verborum feciſſe, ſatis exploratum eſt. Unde dogma hoc acceperint, num a *Platone*, an vero ab aliis *Platone* antiquioribus, & qua ratione intellexerint, hoc quidem loco nihil juvat quaerere. Ab his igitur quum edoctus eſſet philoſophis *Philo*, at vereretur tamen, ne tria illa philoſophorum principia ſanctiſſimum illud *Moſis* de uno Deo praeceptum corrumperent, aut prorſus everterent, ratus eſt, ad Judaeorum religionem illa eſſe accommodanda, nec aliter, quam *Moſis* lex id pateretur, a ſe accipienda. Hoc ductus ſtudio, in locum trium principiorum verorum & per ſe conſtantium, quae a philoſophis inculcabantur, tres notiones ſufficiebat animi, aut Trinitatem perſonarum, ut ita loquar, cum Trinitate nominum & perfectionum divinarum commutabat. Ita cum philoſophiae, quam amabat, tum religioni majorum, quam omni modo ſartam tectamque cupiebat eſſe, ſimul a ſe conſultum eſſe, putabat. Aegre tamen mihi perſuadeo, *Philonem* ejusmodi quid tentaturum, atque tres naturas divinas commemoraturum fuiſſe, niſi ipſam gentem ſuam ab hac doctrina non nimis eſſe alienam cognoviſſet. Magna tum temporis animi proviſione gens Judaeorum cavebat, ne quid admitteret in dogma illud *Moſis* de uno Deo, quo nihil habet ſanctius, injurioſum. Vehementer igitur ſine ulla controverſia fuiſſent offenſi, ſi *Philo*, nullo in populo Judaico teſte & auctore, contra gentis ſuae ſententiam & auctoritatem de tribus divinis naturis tam obſcure, at ſimul audacter, loqui auſus fuiſſet. Certus igitur ille fuerit, neceſſe eſt, nihil ſefe allaturum, quod grave aut periculoſum Judaeis videri poſſet, ſi divinam naturam in tres veluti perſonas partiretur. Et quid multa? Ex ipſo licet *Philone* intelligere, Judaeos aetatis ſuae vulgo tres in uno Deo perſonas laudaſſe. Etenim in *Libro de Abrahamo p.* 367. eorum ſententiam, qui tres in uno Deo naturas conſtituant, nihil habere, quod pietatem laedat, tametſi praeferendi ſint illi, qui omnem prorſus a divina natura partitionem removeant, decernit. Δευτερᾶ, ait, μὲν ἔστι, ὥς φασι, πλοῦς ἔντεχνος· μετέχει δὲ ἀλήθειαν δόξης ἀνεψευσμένης. *Eſt autem haec ſecundaria, quod in proverbiis eſt, navigatio, non aliena tamen a pia ſen-*

εἶναι, *haec mali idea ipſa quoque Deus foret: omnis enim idea, id quod ait Parmenides, Deus eſt.* Ne ipſe quidem *Plotinus*, quem alioquin magis ſobrie conſtat philoſophatum eſſe, non totam dimittere potuit opinionem hanc, levitatis licet & amentiae plenam, exempla rerum Deos eſſe. De ſecundo enim Deo, ſeu prima mente ac intelligentia dum differit, ſic inter alia loquitur: (*) γενόμενον ἤδη τὸ ὄντως ὂν αὐτὰ γεννῆσαι, πᾶν μὲν τὸ τῶν θεῶν κάλλος, πάντας ἂν θεοὺς νοητούς. *Hunc jam genitum* (ex primo Deo, via nimirum emanationis, ex omni aeternitate) *cuncta ſecum ſimul entia genuiſſe, univerſam pulcritudinem idearum, intelligibiles Deos omnes.* (z) *Apulejus* etiam, quod ſupra jam docuimus, inepte licet prorſus ac imperite, ipſum ita *Platonem* praecepiſſe perhibet. *Quos Deos*, inquit, *Plato exiſtimat, veros, incorporales, animales, ſine ullo neque fine neque exordio, ſed prorſus ac retro aeviternos, ingenio ad ſummam beatitudinem porrecto.* Idem homo, qui in re conſentientes ſibi *Julianum* habet & alios, maximam partem Deorum ad exempla haec & formas rerum, quibus *mundum* refertum eſſe dicebant *archetypum*, revocat: *Apollinem*, exempli cauſſa,

(*) Enn. V. Lib. I. Cap. 7. (Libro de tribus hypoſtaſ. archicis p. 489.)

ſententia. Haec primum de nullis, quam de Judaeis, accipi poſſunt. Judaeum enim quis credat philoſophos a vera religione averſos in pietatis & veri de Deo ſenſus patronis numeraſſe? Nec erat ejusmodi philoſophorum de tribus principiis opinio, ut a Judaeo pro ſancta, bona, & pia haberi poſſet: multitudini potius Deorum favebat. Deinde ne ſic quidem haec *Philonis* verba capere licet, ac ſi hi Judaei, qui triplex aliquid in Deo tum temporis profeſſi ſunt, tres tantum Dei notiones, aut tres ejus virtutes intellexiſſent. Namque cauſſae nihil video, cur eos, qui virtutes divinas ratione tantum & cogitatione a natura divina ſejunxiſſent, & ſeparatim intuiti eſſent, parum apte atque ſapienter de Deo ſentire, tolerari licet debeant, affirmaſſet, quum acutiſſimi quique Theologi ac philoſophi, tam Judaei, quam Chriſtiani, ipſe quoque *Philo*, idem fecerint, nec tanto praeditus ſit ullus mortalium ingenii acumine, ut Deum, qualis in ſe eſt, uno mentis actu, nulla diſtinctione adhibita, comprehendere valeat. Omitto, plures eſſe in Deo virtutes atque perfectiones, quam tres, nec ideirco ullam apparere rationem, cur hi Judaei in numerandis divinis affectionibus ternarium excedere numerum noluiſſent. Quare nullum mihi dubium eſt, quin ea, qua *Philo* vivebat, aetate plerique Judaeorum Deum, natura licet unum, certa tamen ratione ſimul trinum eſſe crediderint: quod quidem dogma quin partim ex ſacris litteris, partim a primis gentis ſuae conditoribus traditum acceperint, nihil eſt, cur ambigamus. *Philo* vero, qui ſacrarum litterarum praecepta majorumque ſcita uno colligare vinculo ſtudebat, praeterea que metuebat, ne quid occaſionis Judaeorum hoſtibus, cum quibus ſaepius congreſſus erat, ex hoc dogmate exoriretur, Judaeis cultum plurium Deorum exprobrandi, tutiſſimam arbitrabatur, Trinitatem perſonarum, quam vulgo amplectebantur cives ſui, in nominum & notionum Trinitatem convertere. Quum poſt clarius a Servatore noſtro patefactam de tribus in Deo perſonis doctrinam *Sabellius*, totque, praeter hunc, alii exſtiterint, qui nihilominus tria Dei nomina & notiones in trium perſonarum locum ſubſtituere non ſunt veriti, cuinam, quaeſo, jam antea ab homine Judaeo, qui philoſophiam praeter modum amplectebatur, idem eſſe factum, mirabile & inauditum videatur? Habes *Philonis*, quam ego quidem puto, de Deo ſententiam: habes cauſſas, quibus ad eam recipiendam ineo judicio accenſus ſuit. Quamvis igitur ex eorum eximendus ſit numero *Philo*, qui Chriſtianorum de trino Deo dogma probarunt, & in veritatis hujus teſtibus ex Judaeis haberi debent, contra Sabellianis potius faveat; locuples tamen idem nobis auctor eſt, Judaeorum plerosque, Alexandrinos ſaltem, ante conditam civitatem Chriſtianam hoc tinctos & imbutos fuiſſe dogmate.

(x) *Philo*] *Libro de opificio mundi p.* 4.

(y) *Proclus*] Exſtat hic, qui hodie ſic appellatur, *Procli in Platonis Politiam Commentarius* ad calcem *Commentarii in Timaeum.* Locus, quem hic deſignat *Cudworthus*, legitur *p.* 357.

(z) *Apulejus*] *Libro de Deo Socratis p.* 43. Sed nihil ego video cauſſae, cur haec verba *Apuleji*, quae de omnibus dicta ſunt Diis coeleſtibus, ad *ideas* tantum ſeu *Deos*, quos *intelligibiles* vocant Platonici, referantur. Actum jam ſupra eſt de hoc *Apuleji* loco, nec non de *Juliani* ſcitis, & Aegyptiorum erga beſtias religione, quae hic iterum vir doctiſſimus tangit.

(a) Ab-

Digitized by Google

cauſſa, ſolem animo tantum conſpicuum, formam eſſe ait & exemplum illius ſolis, qui oculis cernitur; *Dianam* ſpeciem eſſe lunae illius, quam cernimus: & ſic in reliquis pergit Numinibus. Denique Aegyptiorum quoque Theologos jam antea vidimus perſuaſum aliis cupiviſſe, ſeſe in illis animalibus, quae conſecrata publice habebant, aeterna illa rerum exempla ſeu Deos *intelligibiles*, tamquam in imaginibus quibusdam & ſignis, colere ac venerari.

Ipſe certe *Philo* ſcitis tantopere delectabatur Platonicorum, ut Deum ſtatueret, antequam mundum hunc corporeum & oculis ſubjectum compararet, alium *archetypum* & *intelligibilem* condidiſſe. (*) Βουληθεὶς (ὁ θεὸς) τὸν ὁρατὸν τοῦτον κόσμον δημιουργῆσαι προεξετύπωσε τὸν νοητὸν, ἵνα χρώμενος ἀσωμάτῳ καὶ θεοειδεστάτῳ παραδείγματι τὸ σωματικὸν ἀπεργάσηται, πρεσβυτέρᾳ καὶ πανάρετον ἀπεικάσματι, παντοῖα μεμιμημένον αἰσθητὰ γένη, ὅσα περ ἐν ἐκείνῳ νοητά· τὸν δὲ ἐκ τῶν ἰδεῶν συνεστῶτα κόσμον ἐν τόπῳ τινὶ ὑποστῆναι ἀδύνατον. *Deus, poſtquam decrevit viſibilem hunce mundum condere, prius formavit ſimulacrum ejus intelligibile, ut ad exemplar incorporei Deoque ſimillimi corporeum abſolveret mundum, recentiorem hanc antiquioris effigiem, totidem complexurum ſenſibilia genera, quot in illo intelligibilia: mundum autem illum, qui ex ideis conſtat, nefas eſt loco ullo dicendo cogitandoque circumſcribere.* Quid? quod ipſum *Moſen*, non dubitat ſcribere, in explicandis rerum originibus hanc philoſophandi normam ſequutum eſſe, & in quinque primis *Geneſeos* membris coeli terraeque *intelligibilis* conſtructionem enarraſſe, antequam de corporei orbis ortu exponeret: (†) Πρῶτον μὲν οὖν ἐν τῷ νοητῷ κόσμῳ ὁ πάντων ἐπὶ γῆν ὁρατὸν ἀσώματον, καὶ γὰρ ἀόρατον, καὶ ἀέρος ἰδέαν καὶ κενοῦ, εἶθ' ὑδατος ἀσωμάτου οὐσίαν καὶ πνεύματος, καὶ ἔτι πᾶσιν ἐπέθηκε φωτὸς, ὃ πάλιν ἀσώματον ἦν καὶ νοητὸν ἡλίου παράδειγμα, κ. τ. λ. *Itaque ante omnia conditor fecit in mundo intelligibili coelum incorporeum, & terram inviſibilem, & aëris ideam & vacui: —— deinceps fecit aquae incorpoream eſſentiam, itemque ſpiritus, denique poſtremam lucis ſeptimae, aeque incorpoream, & exemplar ſolis intelligibile.* Sed ab eorum tamen abfuit ſententia, qui exempla rerumque formas, quibus mundus archetypus ex eorum judicio repletus eſt, totidem eſſe naturas, animalia, quin Deos, aſſeverabant. Quamquam (*a*) alicubi eſſe genus quoddam narrat, quod, quum utriusque mundi pulcritudinem nimio plus ſuſpiciat, non modo ipſum utrumque mundum in Deos transformat, ſed etiam va-

(*) De opificio p. 6. (potius p. 3. 4.) (†) P. 6.

(*a*) *Alicubi*] *Libro de confuſione linguar.* p. 345.

(*b*) *Refertus*] Non diffiteor, ſi verba premantur Platonicorum, jureque cum illis agatur ſummo, omnia huic familiae conſectaria recte tribui, quae hic a doctiſſimo viro crimini atque vitio dantur. Scio quoque, non deeſſe hoc in genere, quorum tam aperte ſtolidae ac dementes ſunt ſententiae, ut, qui purgandis illis & excuſandis ſtudere vellet, in ingenium ſuum & ipſam veritatem graviter peccaturus eſſet. At ſi generatim tamen & in univerſum hujus generis diſciplina conſideretur, neque ex hujus vel illius aeſtimetur commentariis, erit forte nonnihil, quod pro illis dicere hic liceat. Verum eſt, alteram divinitatis, quam credebant, hypoſtaſin *mundum* ab illis vocari *archetypum* & *ex ideis conflatum*: quod decretum, ſi proprie accipiatur, vehementer abſurdum & inceptum eſt. Nec enim quisquam intellexerit, quomodo exemplar hujus mundi, ex ideis & rerum formis conſtans, divina eſſe perſona queat. Verum, ſi eorum, qui ſapientia in hoc genere reliquis praeſtant, dogmata & dictionem paullo curatius expendamus, parum proprie hoc eſſe ab illis pronuntiatum, ſentiemus. Nil ſibi aliud obſcuri hi magiſtri volunt, quam hoc: mundum, quem *archetypum* appellant, in altera divinitatis hypoſtaſi latere reconditum, quemadmodum verbi cauſſa in *Ciceronis* ingenio & forma & ſpecies *Librorum de natura Deorum* exſtabat, antequam ab eo litteris mandarentur, aut in altera hypoſtaſi divina omnes omnium rerum, quae fieri & exſiſtere ulla ratione poſſunt, formas & ſpecies eſſe. Quod ſi ita ſeſe habet, illud primum tollitur,

Digitized by Google

varias ejus partes divinis honoribus afficiat, id eſt, varias mundi *intelligibilis* formas & exempla, *intelligibile* coelum & terram, ſolem & lunam, aeque ac majores mundi ſpectabilis partes veneretur, ſeque divina rerum exempla in rebus ipſis, quae ſub oculos & ſenſus cadunt, revereri, dictitet. Verum hoc ſcholae Platonicae inane ſomnium ac commentum primo quidem illi ſuperſtitionis religionisque generi, quo nihil fieri ſtultius aut abſurdius poteſt, gratiſſimum aperuit latibulum. Namque Aegyptii dum beſtias conſecrabant, ceteri vero populi res inanimatas merasque aliarum naturarum affectiones in Deorum tollebant concilium, perverſiſſimum morem hac tuebantur oratione, divina ſeſe rerum exempla in his omnibus colere. Deinde haec ipſa doctrina ad ſummam adverſus Deum impietatem omnisque religionis deſpicientiam recta homines ducebat via. Pauci enim tam callido erant ingenio, ut vel cogitatione aeternas hasce rerum formas conſequerentur; vix ullus vero aderat, qui ſimulacra iſta aeque firmiter ac certo exſiſtere ſibi perſuaderet, atque res ipſae, quae ſub ſenſus cadunt. Certe forma & imago domus, quam ſibi animo architectus concepit, multo minus veritatis & ſtabilitatis habet, quam domus ex calce, lapidibus, & materie conſtructa & compoſita. Ita vero quum affecti eſſent animo plerique homines, quid evenire, quaeſo, poterat aliud, quam ut, miſſis perennibus rerum formis, toti ad res ſenſibus expoſitas converterentur, ſenſimque in eam devenirent, qua nihil pietati capitalius & perniciouſius eſt, opinionem, nullos eſſe Deos, niſi res illas naturales, ex quibus vitae hominum variae utilitates & commoda naſcuntur.

Vides itaque, infinitam Deorum introduxiſſe multitudinem, aeternorum quidem & a mundo ſecretorum, verum uni ſummo Numini ſubjectorum, qui divinas rerum formas divino habitu exornarunt, Deosque νοητὰς ſeu *intelligibiles* fecerunt. Ex quo ſimul apparet, juſtiſſimis de cauſſis eos a nobis de graviſſima corruptione divini hujus dogmatis de Trinitate poſtulatos eſſe, qui alteram ejus perſonam mundum eſſe ſtatuerunt *archetypum*, omnes autem divinas rerum ſpecies tot eſſe naturas ſeparatas, animalia, quin Deos, eſſe dixerunt. Nec enim unus erit, ſi hoc credas, hypoſtaſis iſta Deus, ſed mundus quidam Diis plenus & (*b*) refertus.

Se-

tur, quod *Cudworthus* hic tantopere huic ſectae exprobrat, alteram divinitatis eorum perſonam rem fuiſſe ex multis naturis conflatam & coagmentatam, ſeu cumulum & acervum quemdam Deorum. Quemadmodum vir eruditus, cujus animus infinitis rerum notionibus & exemplis refertus eſt, ideo tamen a nemine ſanae mentis pro homine habetur ex multifariis naturis concreto & compoſito: ita nec divinam rationem, ſeu alteram Trinitatis Platonicae perſonam propterea ut congeriem quamdam Deorum ſpectari, fas eſt, quod rerum omnium, ex quibus hic mundus conſiſtit, formas atque ſpecies continet. Aſſumo nunc, alteram divinitatis Platonicae *hypoſtaſin* perſonam eſſe proprie ac vere ita dictam, alioque loco id mihi expediendum reſervo, num rectius illi conjiciant, qui eam divinam tantum virtutem eſſe volunt, habitu perſonae ab his philoſophis veſtitam.

Verum dicet aliquis: Omnes tamen ſpecies ſeu *Dii* ab hac ſecta Deos eſſe nuncupatos, nec idcirco dubium cuiquam eſſe poſſe, quin haec altera perſona, de qua loquimur, ingentem Numinum turbam ſinu ſuo concluſam geſſerit. Equidem quosdam hujus generis locos produci poſſe confiteor, quibus omnes rerum ſpecies Dii appellantur. Attamen hi primum pauci admodum ſunt numero, deinde ex iis tantum ſectae hujus philoſophis depromti, qui cerebrum ſibimet ipſis inanibus contemplationibus excuſſiſſe videntur, denique ſine ullo dubio figurati & parum proprii. Equidem hominem ſui compotem ſerio ſibi unquam perſuaſiſſe, formam & ſpeciem arboris, aut vulpis & leonis, aeternam licet & ex ipſa Dei ratione genitam, divinam naturam aut Deum proprio ſenſu eſſe, nullo modo crediderim. Si qui fuerunt inter Platonicos, quorum effata non alia quam hac ratione, poſſunt exponi, id quod tamen dubito, rem mihi malim eſſe cum Phrygibus, qui ſero qui-

551 Sequitur tertia depravatio, quam nonnulli ex Pythagoreis & Platonicis antiquae *Moſis* aut Hebraeorum de Trinitate doctrinae, cujus unica regula & norma in novi foederis libris exſtat, intulerunt. Tertiam triplicis divinitatis perſonam, quam ἡ πρώτη ψυχὴ ſeu *principem animam*, vocabant, generi huic perſuaſum erat innumerabilium animorum, ſigillatim illorum, quibus inferiora gaudent animalia, quae partes mundi hujus ſunt, parentem ac genitricem eſſe. Neque diſparem ducebant eſſe ſecundae perſonae, quae ὁ πρῶτος νοῦς, *mens princeps* ſeu *intelligentia*, dicebatur, conditionem, ex qua infinitos alios μετὰ νόες, *mentes* ſeu *intelligentias ſingulares*, principe illa meliores anima, procreatos eſſe, decernebant. Quin etiam ad ſummam principemque perſonam divinitatis, quam τὸ ἓν & τἀγαθὸν, *unum* & *bonum*, vocabant, hoc ſcitum referre audebant, multas ſimiliter ἑνάδας & ἀγαθότητας, *unitates* & *bonitates*, quae praeſtantia mentem principem antecedant, prodiiſſe, autumantes. Inſtar omnium *Procli* teſtimonium eſto, qui in (*c*) *Inſtitutionibus theologicis*: Μετὰ, inquit, ἢ τὸ ἓν ἄρα τὸ πρῶτον ἑνάδες, ἢ μετὰ νοῦν ὁ πρῶτος νόες, ἢ μετὰ ἢ ψυχὴν ἡ πρώτη ψυχαὶ, καὶ μετὰ ἢ ἄλλην φύσιν φύσις. *Poſt igitur illud primum unum ſunt unitates, & poſt illam primam mentem ſunt aliae mentes, & poſt illam primam ani-*
652 *mam ſunt aliae animae, & poſt univerſalem naturam ſunt aliae particulares naturae.* Ad quem locum non poſſum, quin praeteriens moneam, Platonicos hos communi, quam credebant, ψυχῇ ſeu animae mundi communem quamdam φύσιν ſeu naturam vere exiſtentem ſubjunxiſſe, quamquam hactenus, ut, praeter eam, eſſe quoque alios peculiares λόγους σπερματικοὺς, *rationes gignentes*, aut principia fingentia & formantia, concluderent.

Non eſt vero, cur ſuſpicetur aliquis, *Proclum* forte ſolum tam ſubtili & arguto fuiſſe ingenio, ut νόες illos induceret, atque, praeter principem illam mentem & intelligentiam, eſſe aliud genus mentium ſeu intelligentiarum, decerneret, quod non modo bonitate ac ſapientia nulla ratione mutabili praeditum, ſed etiam immobile prorſus eſſet, eaque de cauſſa omnes ordines animarum, quas naturas definiebant ſemet ipſas cientes & moventes, longe ſuperaret. Nam & multi ex Platonicis alii idem prorſus, quod ille, ſciſcunt. In quibus quod (*d*) *Plotinum* numero, hic ejus, praeter alios, locus facit: Ὅτι ἀθάνατοι ἢ ψυχαὶ, καὶ νοῦς πᾶς, ἐκ ἄλλης δὲ πλείων εἰρηται. *Animos eſſe immortales, & quasvis mentes & intelligentias, id fuſius a nobis alias probatum eſt.* Quod dictum *Ficinus* his verbis explanat: *Hic & ſupra & infra ſaepe per verba Plotini notabis, plures eſſe mentium animarumque ſubſtan-*

ſtantiarum ordines, quamvis omnes ſapiant, & ſapiunt tamen aliquando, quam cum ejusmodi philoſophis, quos verborum ſuorum poteſtatem ignoraſſe, certus ſum.

At Deos tamen νοητοὺς ſeu *intelligibiles* omnes praedicant Platonici. Hi quid ſunt aliud, quam rerum ſpecies ſeu formae & ideae? Ita quidem doctiſſimus *Cudworthus* cum aliis exiſtimat, quo ſententiae ſuae pondus addat. Sed mihi ſatius videtur, hic etiam cum illo divortium facere. Exponam tribus verbis, quinam ſint Dii νοητοὶ ſeu *intelligibiles* ex Platonicorum decretis, ſi quidem per ſummam hujus familiae obſcuritatem mentem mihi eorum perſpicere licuit. Dii νοητοὶ non generatim ſunt omnium omnino rerum formae & ſpecies, ſed earum tantum, quae a Platonicis Deorum in numero habebantur. [Apud *Porphyrium de abſtin. L.* II. §. 34. *p.* 75. *Dii* νοητοὶ veri videntur Dii eſſe, qui beneficia tribuunt mortalibus. Statuis opponuntur: ex quo apparet, *Deos* νοητοὺς Numina eſſe, quae ſola cogitatione comprehendi debent.] Certum erat huic generi, omnium rerum, quibus univerſitas haec abſolvitur, aeterna in Deo exempla & formas exſtitiſſe. At multas hujus univerſitatis partes, ſidera in primis, ſolem, lunam, & alia, in quibus animam & vitam ineſſe putabant, Dii apud eos habebantur. Horum itaque Deorum non poterant, quin etiam ab aeterno formas & ſpecies exſtitiſſe in Dei ratione conſtituerent. Hae formae ſpeciesque Numinum Dii ſunt illi, quos νοητοὺς ſchola nominat Platonica. Parum digna ſorent haec

Google

stantias inter se distinctas, quamvis inter eas unio sit mirabilis. Similiter, quod *Proclus* excellentius aliquid & nobilius fingit mentibus illis immobilibus, tametsi multiformibus, quas νόας nuncupat, nec modo unam perfectissimam bonitatem & unitatem, sed & ordinem quemdam singularium *benadum*, *monadum*, & *agathoteton* illis praeponit, id pluribus quoque aliis placuit, in primis autem *Simplicio*, cujus haec verba sunt: (*) Ἀφ' ἑαυτοῦ τὸ ἀγαθὸν πάντα ἀπεργάζεται, τά τε πρῶτα, καὶ τὰ μέσα, καὶ τὰ ἔσχατα· ἀλλὰ τὰ μὲν πρῶτα καὶ ἑαυτῷ στενοχωρῆ ὁμοια ἑαυτῷ ἀπεργάζεται, μίαν ἀγαθότητας πολλὰς ἀγαθότητας, καὶ μίαν ἑνάδας, ἡ ἑτέρα πάσας, πολλὰς ἑνάδας. *Ex semet ipso id, quod bonum est, omnia producit, tam media, quam prima & postrema: verum prima quidem sibique contigua similia sibimet ipsi producit, una bonitas multas bonitates, & una simplicitas atque unitas, quae omnes alias superat, multas unitates.* Quae consequuntur verba, ea *Simplicium benades* illas & *autoagathotetes* pro naturis habuisse separatim exsistentibus & interiori sensu praeditis, declarant: (†) Τὰ μὲν ἓν πρῶτα ἅπερ ἐστὶ καὶ πρώτως ἀγαθὰ, λέγει τὸ αὐτὸ ὁμοφυὲς, οὐκ ἔξωθεν δὲ εἶναι ἀγαθὰ, ἀκίνητα ὄντα καὶ ἀμετάβλητα, καὶ ἐν τῇ αὐτῇ ἀεὶ μακαριότητι ἱδρύμενα, οὐκ ἐνδεᾶ δὲ ἀγαθοῦ, ὅτι αὐτοαγαθότητές εἰσι. *Ac prima illa, quae a primo bono producuntur, quia cum hoc cohaerent, a bonitate non recesserunt, quum immobilia & immutabilia sint, & in eadem semper beatitate collocata, non indiga boni, quia per se bonitates sunt.* Postea ad νόας quoque progreditur *Simplicius*, quos docet naturas quidem esse his inferiores, de quibus dixerat, neque ex sese bonas, αὐτοαγαθὰς, sed ex aliena beneficentia & liberalitate, attamen ipsa natura sua immobiles: ex quo confici, subjicit, eos nullo modo deteriores fieri posse, aut bonitatem, quam aliunde acceperunt, amittere. Haec licet ita sese habeant, non possum tamen, quin ingenue confitear, videri nonnullos ex Platonicis nomen *benades* nonnumquam alio sensu adhibere, eosque nihil aliud indicare, quam illa rerum exempla, quae divinae obversantur menti, de quibus paullo ante loquuti sumus. Secus illi, qui primi *Platonem* & *Pythagoram* sequuti sunt, quos istas rerum formas non *benades*, sed numeros, dixisse novimus.

Magnam ergo Deorum inferiorum, at supramundanorum tamen & aeternorum, turbam, praeter illos νοητοὺς θεοὺς, seu *intelligibiles Deos*, in lucem protraximus. Apparent jam, ut saepissime vocantur amicis suis, θεοὶ ἑνιαῖοι, *Dii benadici* seu *monadici*, sive greges *benadum*, *unitatum*, & *autoagathoteton*, *bonitatum*, item *Dii intellectuales*, θεοὶ νοεροὶ, sive *noës*, mentium nimirum & intelligentiarum immobilium (*e*) examina.

Ce-

(*) In Epicteti Enchir. p. 9. (†) P. 11.

haec otiosorum ingeniorum ludibria, in quibus nec salis aliquid, nec lucis est, quae diligentius a viro bono & erudito explicarentur, nisi essent inter Christianos, qui ad corrumpendam veritatem ineptiis hisce abuterentur, & prae his glandibus verae sapientiae fructus propemodum spernerent.

(*c*) *Instit. theol.*] Hae *Procli Introductioni ad Theologiam Platonicam* sunt adjectae, & *Capitibus* 211. constant. Verba, quae hic afferuntur, exstant *Cap.* 21. *p.* 426.

(*d*) *Plotinum*] *Libro, quod ens unum idemque semper totum est ubique*, *Ennead.* VI. *Lib.* IV. *Cap.* 10. *p.* 653. Sed multis mihi videtur opus esse machinis, antequam ex his *Plotini* verbis cogi queat, omnibus subtilitatibus illis metaphysicis, quibus mirifice *Procli* pascebatur ingenium, hunc etiam philosophum fuisse deditum. Non is est *Plotinus*, quem laudem, aut numquam sano purgataeque rationis leges violasse putem. Certus sum e contrario, hominem hunc furoris cujusdam philosophici genere ita esse saepenumero abreptum, ut de sanitate & animi statu dejiceretur. At *Procle* tamen perspicuitate praestat, neque tot, quot ille, vanissimis commentis scatet.

(*e*) *Examina*] Vid. de his Diis *Proclum Theol. Platonicae Lib.* I. *Cap.* 13. *p.* 38. *f.*

Digitized by Google

Ceterum θεοὶ isti sive ὑπερκόσμιοι θεοὶ, id quod ante jam monuimus, ex judicio sectae illius, cui ortum debent, ordinem constituunt naturarum animis cunctis nobiliorum: ex quo consequitur, ipsam principem omnium animam, seu tertiam Trinitatis Platonicae hypostasin infra eas esse positam. Rursus ἐνιαῖοι θεοὶ, sive *henades*, uti
653 vocantur, aut *simplices monadicique Dii* θεοὶ omnes dignitate ac praestantia superant, ipsamque ideo summam mentem, sive alteram divinitatis personam post se relinquunt. Uterque vero ordo hic Deorum aeternus & perennis ab his philosophis dicitur. At nihilo tamen minus, quum naturae tantum sint singulares, non autem universales, certe is erraverit, qui ex rerum genitarum & conditarum numero eas exemerit. Quod si vero ad res pertinent conditas, consentaneum omnino est, ipsam secundam tertiamque Trinitatis hujus personam, sive primam mentem principemque animam in rerum quoque genitarum numero collocare. Neque enim fieri potest, ut res quaedam condita & creata superior sit re nec genita nec condita. Quamobrem *Proclus* & quidam alii homines Platonici Trinitatem hanc non secus interpretantur, ac scalas quasdam naturarum in hac rerum universitate, in quibus certis gradibus a principe maximaque omnium natura sensim ad minores inferioresque naturas, ad animos usque animalium, cogitatione descendatur. Qua ratione *Proclus* adduci sese passus est, ut, quo scalas istas perficeret, tribus hisce rerum classibus & ordinibus quartum, eumque tertio ordine, qui animos complectitur, inferiorem, adderet, *naturarum* nimirum classem. Haec ultima est familia, quam ea mundi pars, in qua patiendi facultas est, corpus scilicet & materia, continuo in rerum natura excipit & sequitur. Ergo, rebus omnibus circumspectis scalae illae rerum, quibus genus hoc naturas complectitur corpore secretas, non tam tribus, quam quatuor, constat gradibus & classibus rerum, neque *Trinitas* idcirco proprie appellari potest. Harum classium altera nobilitate vincit alteram: atque omnes totidem veluti sunt orbes seu sphaerae, quae mutuo quidem sese contingunt, nec tamen parem dignitatem obtinent, sed gradu sejunctae sunt. Prima *benadum* est, seu *unitatum:* altera *noës*, *mentes* seu *intelligentias* comprehendit: ad tertiam *animi* referuntur: quartam denique *naturae* conficiunt. Singulas hasce classes rerum existimant hi philosophi constare una principe ac universali natura, quae bona sua ex se ipsa habet, nec aliunde accepit, totamque, capitis instar, familiam gubernat, multisque singularibus naturis, quibus omne, quod habent, aliunde venit. Una igitur est princeps & universalis *benas*, multae singulares & inferiores *henades:* una *mens*, νοῦς & *intelligentia* rerum omnium princeps, multi minores & secundarii νόες seu *intelligentiae:* una princeps & universalis *anima*, innumerabiles rursus *animi* secundarii: denique una *natura* universalis, at infinitae singu-

(*f*) *Contaminatam esse*] Recte vir doctissimus & ingeniose in has metaphysicas novorum Platonicorum argutias invehitur, quae cum per se futiles & obscurae, tum propius, si accurate ponderentur, ab impia eorum absunt sententia, qui Deum & hanc rerum universitatem differre negant. Sed in omni tamen hujus sectae Theologia & philosophia exploranda hoc regulae instar adsciscendum mihi videtur, sensu molliori, quam primus postulare videtur verborum adspectus, dicta ejus esse interpretanda: quae si ordinario accipiantur sensu, summam certe spirant amentiam. Singularis est, quam adhibet genus hoc, dictio, & a consuetis humani sermonis legibus vehementer remota: quod quum non animadverterent doctissimi quidam viri, opiniones ei adscripserunt stultissimas, a quibus tamen alienum fuisse videtur. Rebus fere omnibus corporeis spretis ac neglectis, philosophi hi, toti contemplationibus immersi, nil nisi formas, notiones, & ideas rerum curabant, quarum, ut foecundissimis erant ingeniis, non paucas distinctiones comminiscebantur. De his au-

Digitized by Google

gulares. Ex his rebus, praeter ſummum illud τὸ ἓν & τὸ ἀγαθὸν, *unum* & *bonum*, primam mentem, & principem animam, omnes generatim ſingulares *unitates* ſeu *henades*, & *noës* ſeu *mentes*, denique omnes *animos* humanis animis praeſtantiores Deorum honeſtabant nomine. At hominum animos, & qui his minores ſunt, quartum denique rerum ordinem, qui *naturarum* dicebatur, Numinum excludebant agmine. Nec enim aliquid divinum haberi poſſe putabant, praeter id, quod rationis particeps homineque majus eſſet. Varias itaque Deorum conſtituebant familias dignitate diſpares & ordine, praetereaque Deos omnes in ἀϊδίους, *aeternos*, & γενητούς, ſeu *generatos*, & certo tempore factos partiebantur. At nusquam tamen diſcrimen illud, quod Deum proprie ſic dictum resque creatas ab eo ſegregat, aperte ac perſpicue demonſtrant, neque docent usquam, quo loco in his rerum ſcalis vera deſinat divinitas, resque factae atque generatae incipiant. E contrario, dum divinitatem certis gradibus diſtinguunt, atque deſcendendo diminuunt veluti ſemper & extenuant, commiſſuram illam, quae Deum resque genitas conjungit, ſic ſenſim obducunt & elimant, ut totam fere deleant, nec ullum relinquant veſtigium differentiae illius, quae Deum ejusque opera ſecernat. Deum videntur affirmare resque ab eo factas non differre, niſi gradu, neque haec vocabula, *Deus* & *res condita*, ipſius naturae diverſitatem indicare, ſed dotes tantum & ornamenta minora vel majora. Ita vero quis, quaeſo, non intelligit turpiter veterem de tribus principiis doctrinam ab hoc genere (*f*) contaminatam eſſe?

Conſtat jam, ut arbitror, qualis illa ſit *Platonis* Trinitas, quam opponimus ei, 654
quae inter Chriſtianos recepta eſt. Ipſa quidem ſi ſpectetur, ut in ſe eſt, *Platonis* de tribus principiis doctrina, ac in prima ejus ſemina & fundamenta inquiratur, Chriſtianorum nullo modo adverſatur dogmati, vixque dubitare licet, quin eam *Plato* Hebraeorum *Moſis*que ſcitis ore quondam propagatis debeat. Verum exſtiterunt ex ejus *Pythagorae*que aſſectatoribus non pauci, qui ſanctam hanc & veterem diſciplinam perverſe interpretati ſunt, ingenioque depravarunt & corruperunt: quod quidem, ſi naturam hujus dogmatis cogites, quod myſterii plenum eſt & arduum, minus admirabile videri debet. Hujus generis ex commentationibus Trinitas illa prodiit, quae differentiam omnem tollit inter Deum resque factas a Deo, cunctosque limites, quibus utrique ſejunguntur, removet, divinitatem deorſum ſemper eundo continuo deprimit & imminuit, at ſimul auget & multiplicat, neque deſiſtit antea, quam Deum in corporeum huncce orbem detruſerit & immerſerit. Huc autem ubi ventum erat, latius etiam ut ſerperet malum, divinaque natura & ratio ad partes quoque mundi animatas, ſtellas & daemones, transferretur, & propagaretur, neceſſe erat. Quare recte atque ſapienter ſentiunt,

tem notionibus & exemplis rerum quo commodius philoſophari poſſent, moris erat illis, in perſonas & Deos animi ſui notiones transformare, neque ſecus de illis, quam de Diis & animalibus, verba facere. Idem noſtris philoſophis uſu venire videas, qui, quas animo conceperunt, rerum ſpecies & notiones non raro ut naturas ſibi ſiſtunt per ſe conſtantes, atque de virtutibus, de eo, quod pulchrum, bonum, juſtum, infinitum dicitur, non aliter differunt, quam ſi de hominibus inſtituta ipſis eſſet oratio. Hoc qui non ſemper ob oculos habebit poſitum, Platonicorum libros legens, is, vereor, ne interdum peſſimus eorum interpres evadat. Atque hac ratione, mea quidem ſententia, quae de Diis *eſſentialibus*, *intellectualibus*, *heniaeis*, & neſcio quibus aliis *Proclus* & ſocii ejus differunt, ſpectanda ſunt. Ipſa hominum verba ſi intuearis, de Diis vere ita dictis & de naturis per ſe conſtantibus eos agere, jurares. Quod ſi vero totum doctrinae contextum propius inſpicias, & de hiſce Diis quaenam praedicent, ſciſciteris, vix dubitabis, quin parum pro-

Digitized by Google

tiunt, qui, doctrina iſta duce, huc unice ferri homines, contendunt, ut infinitam ſibi conſtituant Deorum multitudinem, mundumque ipſum & res a Deo procreatas divino cultu & honore afficiant. Haec dum ſcribo, non poſſum, quin ſimul memorem, hanc unam Platonicorum ſectam primis rei Chriſtianae temporibus Servatoris noſtri diſcipulos publicis ſcriptis aggreſſam eſſe. *Celſum* quidem *Origenes* ſuſpicatur Epicureum fuiſſe: ſed perſpicuum tamen eſt, Platonici hominem perſonam ſaltim ſibi adſciviſſe. Cauſſam rei hujus duplicem opinor eſſe: Primo enim familia haec, quae *Platonis* & *Pythagorae* in verba juraverat, reliquis omnibus religioſior erat, proximeque ideo ad Chriſtianam diſciplinam veritatemque divinam accedebat; hominum licet contingere poſſet vitio, ut, quemadmodum res optimae deterrimae, ſi corrumpantur, fiunt, ita melior haec philoſophia in peſſimam omnium commutaretur. Quamobrem etiam majori fiducia & fortitudine, quam reliquae ſectae, opes Chriſtianorum invadere ac debellare poterant. Deinde Platonicorum praeceptis & dogmatibus, ut quidem vulgo intelligebantur, nulla erant aptiora & magis idonea ad multitudinem Deorum cultumque, quem tot Diis afferebant gentes, tuendum & (*g*) defendendum.

Quod ad Chriſtianorum vero Trinitatem attinet, tria proferre ſtatui in medium, quo vis hujus dogmatis & ſententia ſic, uti fas eſt, pateat. Ergo primum noſtram Trinitatem animadverto non conſtare nudis nominibus & vocabulis, aut unius ejusdemque rei & naturae imperfectis notionibus. Tale ſi quis enim probet Trinitatis genus, ei non difficile erit, in ipſa prima *Platonis* hypoſtaſi, quam τὸ ἓν
655 & τἀγαθὸν, *unum* & *bonum*, nominat, & fortaſſis etiam in prima divinitatis perſona, quam *Chriſti* confitentur aſſectatores, eam reperire. Bonitas exempli cauſſa, ſapientia ſeu intelligentia, voluntas denique ſeu agendi facultas tres ſunt unius perſonae hujus, imperfectae licet, notiones. Equidem *Plotinum* non ignoro tam ingenio in ſublime ferri, ut primum ſummumque rerum omnium principium, eo quod perfectiſſimo modo ſimplex & unum ſit, neget variis cogitationibus & intelligendo diſtineri, ſtatuatque, illud ne ſemet ipſum quidem, ſi vocabulis proprie velimus uti, dici poſſe intelligere, νοεῖν ἑαυτό. (*) Sed idem tamen philoſophus idcirco nulli fas eſſe adjicit, excellentiſſimam hanc naturam rerum ignaram aut inſipientem exiſtimare: hos enim loquendi modos in ejusmodi tantum res cadere, quae

(*) Enn. VI. Lib. VII. C. 37. (Libro: quomodo idearum exſtitit multitudo, atque de ipſo bono p. 729.)

prie loquuti ſint, & notiones perſonarum & Deorum habitu ornaverint. Omnes, ut verbo efferam, quod ſentio, hi Dii Platonicorum nihil ſunt, quam variae in divina intelligentia notiones & multiformes rerum ideae. Tantum enim huic familiae robur & aes circa pectus erat, ut ipſam divinam intelligentiam non vereretur pertentare, infinitamque ſummi Numinis ſcientiam, non ſecus ac Mathematici pulverem radio diſtinctiunculis & inſicetis vocabulis deſcribere. Sed cedam facile hac ſententia, ſi cui aliter poſt lectos hujus ordinis duces ac principes videatur: nec invitus illis me adjunxero, qui, re bene perſpecta, concludent, ninium intelligendo effeciſſe hos philoſophos, ut ſemet ipſos haud intelligerent. Legi tamen & conferri cum his velim, quae ipſe paullo poſt *Cudworthus* ad excuſandos Platonicos de dictione eorum diſputat.

(*g*) *Defendendum*] De philoſophia *Celſi*, quem *Origenes* repreſſit, dedita opera, ſi Deus conſiliis meis faverit, ad *Origenis* libros commentabor. Recte *Cudworthus* animadvertit, hunc Chriſtianorum hoſtem minime ex *Epicuri* grege fuiſſe. *Origenes* haud dubie ex duobus *Celſis* unum conflavit, & Epicureum *Celſum* cum Platonico confudit. Cauſſa praecipua, propter quam nulli fere, praeter Platonicos, philoſophi in primos Chriſtianos ſcripſerunt, illa fuit ſine dubio, quod haec ſecta totum fere orbem Romanum tum temporis reple-

vo-

quae intelligendi vim natura habeant. Νῦς μὲν δὲ μὴ νοῦν ἀνέχει. *Intellectus nisi intelligat, demens meritò judicetur.* Itaque in summo Deo esse simplicem claritatem quamdam certumque splendorem, largiri videtur, qui omnem longe superet intelligentiam & cognitionem: quemadmodum ipsum solis corpus certo quodam fulget lumine, quod secundariam illam lucem, quae proficiscitur ex eo, multis modis vincit. Deum autumat νόησιν αὐτοῦ, *ipsam cognitionem*, appellandum esse, quae ipsa non intelligat, sicut ipse motus non movetur. Verum subtiliora sunt haec placita, quam ut ordinariis placere queant ingeniis: atque ego vix ullum esse puto mortalium, qui par sit huic dogmati capiendo, quod summum illum Deum, quo nihil exstat augustius & perfectius, non se ipsum, neque omnem virtutis potestatisque suae ubertatem & amplitudinem perfecte, modo licet simplicissimo, comprehendere, atque nescium esse eorum, quae ex se ipso manant & prodeunt, inculcat. Quamobrem argutum hoc *Plotini*, ipsiusque fortassis *Platonis*, commentum tantopere contemtum est a recentioribus *Platonis* amicis, ut hominis illud esse ducerent mirifice ingenio abutentis, nec periculo carere putarent. Sic enim *Simplicius*: Ἀλλὰ καὶ γνῶσιν ἔχειν ἀναγκαῖον ἀκρατέστατον· εἰ γὰρ ἄν τι ᾖ ὑπ' αὐτὸ ἀγνοήσειεν. *Quin & cognitione summa* (Deum) *esse praeditum, necesse est: neque enim quidquam a se creatum* (*b*) *ignoraverit.* Similiter (*i*) *Augustinus* nonnullos e Christianis refellit, qui aetate sua λόγον seu aeternum verbum veram illam esse sapientiam & intelgentiam, decernebant, cujus ope pater ipse saperet ac intelligeret: hoc enim nihil esse affirmat aliud, quam verbum in notionem imperfectam divinitatis convertere. Quamquam quid multis hic opus est? Quonam loco Christiani habeant eorum opinionem, qui Trinitatem nominibus, vocabulis, aut Dei imperfectis notionibus absolvi existimant, id satis tum declaratum est, quum *Sabellius* aliique simili ratione sentientes publicis legibus configerentur & condemnarentur. Quare hoc primum certum nobis esto, tres a Christianis in Deo *hypostases* seu personas constitui.

Alterum, quod de trina illa divinitate, quam profitentur *Christi* discipuli, monendum mihi esse arbitror, hoc est: Altera quidem Trinitatis nostrae persona generata est ex principe, tertia vero ex prima & secunda persona procedit: sed inde tamen haud conici debet, secundam tertiamque personam res & naturas esse

(*) In Epict. p. 235.

verat, reliquis aut neglectis, aut prope deletis. Nec tamen spernendae sunt, quas hic vir doctissimus profert, rei hujus rationes.

(*h*) *Ignoraverit*] Specimen hic capere licet tumoris & insanae Platonicorum sapientiae. *Plotinus* hoc unum volebat inculcatum, quod omnes fatentur, qui recte de divina natura existimant: Deum non ita intelligere, ut miseros mortales, verum modo longe perfectiori atque meliori, quem nullum humanum ingenium consequi meditando valeat. Ita si loquutus fuisset, & ab omnibus fuisset intellectus, & in nullius reprehensionem incurrisset. Sed Platonici suis indignum esse ducebant ingeniis, reliquorum hominum more loqui, nec quidquam tam retrusum & abditum esse volebant, quin id sibi pateret & apertum esset. Itaque si nihil habebant, quod de rebus ipsis dicerent, obscuris homines pascebant vocabulis, & ignorantiam suam splendidis tegebant figuris & comparationibus. Superiori saeculo *Thom. Hobbesius* imitatus est *Plotinum*, & scientiam Deo proprie sic dictam derogavit: quod tametsi commode potest explicari, longe tamen tutius omittitur, quum gravissimis erroribus occasionem praebere queat.

(*i*) *Augustinus*] Lege initium *Lib.* VI. *de Trinitat. Cap.* 2. 3. *f. p.* 598. 599. *T.* VIII. *Opp.* quo in eos disputat, qui filium dicebant esse sapientiam eam, qua pater est sapiens: ex quo scito consequi, monet *Augustinus*, patrem sine filio non esse sapientem.

(*k*) *Pro-*

eſſe factas & conditas. Rationes, cur ita ſentiamus, ſequentes habemus. Principio utraque haec perſona non eſt, quod *Arius* docebat, ἐξ οὐκ ὄντων facta, id eſt, minime, quum nulla eſſet antea, certo tempore coepit eſſe & exſiſtere. Neque de illis ulla dici poteſt ratione: *Erat, quando non erant.* Contra ex infinito fuerunt tempore, neque alia ratione, quam ipſe pater, perennes ac aeternae. Deinde binae hae perſonae non ab aeterno tantum emanarunt, ſi fas eſt uti verbo hoc, verum etiam neceſſario exſiſtunt: ex quo efficitur, fieri nulla ratione poſſe, ut
656 deſtruantur, deleantur, aut ad nihilum redigantur. Jam quis neſcit ex lege non minus ſanioris Theologiae, quam philoſophiae, de rebus haud dici poſſe creatis, eas ex omni aeternitate fuiſſe, atque nullo pacto exſtingui ac diſſolvi poſſe? Quamobrem, quod nec eſſe coepit aliquando, nec exitium & interitum metuit, id nullum omnino dubium eſt, quin ex rerum creatarum ordine eximendum ſit. Sed non defuerunt tamen in philoſophis, qui, praepoſtere licet ac adverſa veritate, rerum univerſitatem & aeternam eſſe, & ex Deo fataliter & neceſſario emanaſſe, contenderunt: cui dogmati hoc eſt conveniens, ut eadem interitus & exitii expers habeatur. Huic generi ut occurramus, addimus, alteram tertiamque divinae Trinitatis perſonam non propterea tantum extra rerum creatarum numerum eſſe, quod aeternae ſunt, quod neceſſario ex divinitate emanarunt, quod denique tolli ac exſtingui nequeunt, verum ideo quoque, quod ſunt *univerſales.* Utraque nimirum totam rerum naturam omnesque res creatas & genitas vi ſua complectitur & arcet, idcircoque infinita duci debet. Contra reliqua omnia, quae extra Trinitatem ſanctiſſimam ſunt collocata, ſingulares tantum naturae ſunt ac finitae. Quocirca ſic rationem concludimus: creatam atque genitam nullam ſtatui poſſe naturam intelligentem, quae ex aeterno fuit, quae neceſſario exſiſtit, quae aboleri nequit, quae denique infinita aut *univerſalis* eſt.

Sequitur tertium, quod hac in cauſſa arcte tenendum eſſe arbitramur: Tres iſtae hypoſtaſes ſeu perſonae unum tantum vere ac proprie Deum conficiunt. Namque primum omnibus una tantum eademque voluntas natura ineſt; quod quidem *Origenes* his verbis expreſſit: (*) Θρησκεύομεν τὸν τῆς ἀληθείας πατέρα, καὶ τὸν υἱὸν τῆς ἀληθείας, ὃς ἐστὶν ἡ ἀλήθεια, ὡς δύο τῇ ὑποστάσει πράγματα, ἓν δὲ τῇ ὁμονοίᾳ, καὶ τῇ συμφωνίᾳ, καὶ τῇ ταυτότητι τοῦ βουλήματος. *Veneramur nos patrem veritatis, & filium, qui eſt veritas, tamquam duas, ſi hypoſtaſin ſpectemus, naturas, at tamquam unam eamdemque rem, ſi conſociatio earum, ſi ſententiarum concordia, ſi voluntatis conſideretur unitas.* Deinde phyſice, ſi quidem verbum hoc tantae rei magnitudinem capit, unum quoque ſunt, atque mutua ſeſe περιχωρήσει & ἐνυπάρξει, *permeatione* ac *inexſiſtentia*, complectuntur. Qua de re Servator noſter ſic loquitur: *Ego ſum in patre, & pater in me: paterque, qui operatur in me, haec opera perficit.* Fateor, qui ſimile conſociationis & conjunctionis exemplum in rebus quaerit creatis, eum magno nihil agere conatu, nec usquam talem reperiri unitatem. Quod ſi tamen nosmet ipſos tantum contemplemur, habebimus, quod nos edoceat, fieri omnino poſſe, ut duae diſtinctae naturae, toto licet genere disjunctae, altera corporea, altera expers corporis, tam arcto conſocientur vinculo, ut unum fiant animal unaque perſona. Tanto minus fas nobis erit, iſthuc in diſceptationem adducere, fierine queat,

(*) Adv. Celſum p. 386. (Libro VIII.)

(k) *Proponuntur*] Romani Pontificis aſſeclas tum temporis inter Anglos, quo abſurdo de *Transbiſce* verbis juſtiſſimis de cauſſis reprehendit, qui *ſubſtantiatione*, quam vocant, dogmati commenda-tio-

queat, ut tres divinae *hypoſtaſes* unum Deum conjunctim & ſimul conſtituant?

Quapropter, quidquid illi demum clamitent, qui religiones omnes aſpernantur, ego tamen Chriſtianorum hoc de trina divinitate dogma, etiamſi humanis mentibus non omni ex parte ſit pervium, nullis tamen rectae rationis decretis & praeceptis repugnare, nec ad res, quae fieri nequeunt, pertinere, alacris & erectus tueor. Novi, quae ſit horum hominum perverſitas. Omne ſtatim, cui comprehendendo inſanus eorum ſtupor non ſufficit, aut quod aegre capiunt animi fatuis infecti opinionibus, deſpiciunt, atque ſtultitiae ac delirationis arguunt: quam propter cauſſam nec ipſum ferre Deum volunt. Cui generi utinam fomenta nequitiae interdum non ſuppeditarent ex illis aliqui, qui Deum alioquin, religionem, & Trinitatem fatentur eſſe. At videmus, quosdam in eo elaborare unice, ut hoc dogma, cujus hic ſanitatem defendimus, illis prorſus adverſari ſcitis, oſtendant, quae mens ceteroquin & ratio humana omni dubio & controverſia vacare judicat. Cujus quidem conſilii parum eos honeſtas habere cauſſas, arbitror. Namque id agere partim videntur, ut homines hoc modo ſibimet ipſis ſuisque ratiocinationibus eripiant, idque ſine ratione cogant credere, quod ut credant, e re ipſi ſua ducunt, partim ut ingenia eorum in ſacram quamdam adducant ſervitutem, ne ab aliis abhorreant nimis ipſorum opinionibus, quae nullis, niſi mente captis, placere queunt. Tota ſcilicet huc redit hujus generis ratio: Nihil eſt, quod humanum magis torqueat & excruciet ingenium, nihil, quod ab omni fide magis remotum ſit, nihil, quod ſana magis ratio repudiet, quam id, quod de tribus in Deo perſonis ſacrae tradunt litterae. At haec tamen quemvis recipere decet, qui *Chriſti* cupit in grege eſſe. Rem tam mirabilem & incredibilem ſi oportet nos tueri, quid, quaeſo, reliquum eſt, quam ut cuncta, quae de rebus ſacris narrantur nobis, ſine mora ſuſcipiamus, tametſi inopinata videantur, neque ratione ac ingenio dimetiamur dogmata, quae nobis ad credendum (*k*) proponuntur?

Verum hos nunc miſſos faciamus, atque id unum demonſtremus, quae *Chriſti* 657
diſcipuli de Trinitate docent, etſi rationis noſtrae modum excedant, multo tamen eſſe magis rectae rationi conſentanea, quam illa Platonicorum & Pythagoreorum, quae ante deſcripſimus, de tribus principiis ſomnia. Fili inſtar, quod in hac ſequemur diſputatione, tria nobis illa erunt momenta, quae modo propoſuimus. Primo igitur id animadverti jubeo, Platonicos & Pythagoreos tertium, quem vocant, Deum, ſive tertiam divinitatis perſonam aut ipſum eſſe mundum decernere, aut vero ψυχὴν ἐγκόσμιον, *talem mundi animam*, quae una cum corpore ſuo, ipſo nimirum mundo, unum animal unumque Deum conſtituat. In quo primum requiro, quod per hoc dogma nimis lato alteram tertiamque hypoſtaſin intervallo ſejungunt: deinde, quod plus aequo divinam naturam deprimunt, Deumque resque ab eo factas temere inter ſe miſcent. Quod dum faciunt, viam non modo muniunt hominibus, qua univerſe ad mundi hujus cultum & adorationem properent, verum ad iſtud religionis genus duces ſunt, quo nihil fingi poteſt abſurdius & ineptius, ad cultum nimirum eorum mundi membrorum, quae anima vacant; quippe quae partes volunt eſſe magni illius mundani animalis, ſeu ſpectabilis Dei.

Non

gionis nonnihil pararent, difficultates cum dogmate de tribus in uno Deo perſonis conjunctas vehementer exaggerabant. Ita ſolent hi errorum patroni cum detrimento religionis Chriſtianae ſectae ſuae commoda & ſalutem quaerere.

Digitized by Google

Non sum ego nescius, *Origenem* nonnullosque alios ex priscis ecclesiae doctoribus censuisse, non totos esse illos abjiciendos, qui Deum mundi esse dicant animam. Audiamus ipsum *Origenem* ex *Libris* περὶ ἀρχῶν: (*) *Sicut corpus nostrum unum ex multis membris aptatum est, & ab una anima continetur; ita & universum mundum veluti animal quoddam immane opinandum puto, quod quasi ab una anima virtute Dei ac ratione teneatur. Quod etiam a sancta scriptura indicari, arbitror, per illud, quod dictum est per prophetam: Nonne coelum & terram ego repleo, dicit Dominus? Et coelum mihi sedes, terra autem scabellum pedum meorum. Et quod Salvator, quum ait, non esse jurandum, neque per coelum, quia sedes Dei est, neque per terram, quia scabellum pedum ejus. Sed & illud, quod ait Paulus: Quoniam in ipso vivimus, & movemur, & sumus. Quomodo enim in Deo vivimus & movemur & sumus, nisi quod in virtute sua universum constringit, & continet mundum?* Sed hic tamen *Origenes* Deum duntaxat perhibet ita spectari posse, *quasi* mundi esset *anima*. Mens ejus, si quid assequor, haec est:

(*) Lib. II. C. 1.

(*l*) *S. Cyprianus*] Fallitur vir doctissimus. Nec enim huic sententiae de Spiritu S. celeberrimus saeculi tertii doctor, *Cyprianus*, addictus fuit: nec addictus esse potuit, nisi sibimet ipsi adversari voluisset. Etenim mundum quotidie senescere, atque singulis annis de pristina virtute sua multum amittere, tradit *Libro ad Demetrianum p.* 216. 217. Quod quidem dogma quomodo is commode tueri queat, qui vim illam, qua mundus incitatur & regitur, ipsum esse Spiritum S. decernit, equidem non perspicio. At profectus est sententiam illam *Ernaldus* seu *Arnaldus*, Abbas bonae vallis, qui saeculo vixit duodecimo, *Libro de cardinalibus Christi operibus*, & quidem *Sermone de Spiritu S. p.* 143. 144. *ed. Baluzii.* Error inde manavit, quod hic liber *Cypriani* vulgo solet addi operibus, olimque *Cypriano*, quum artis criticae mediocre adhuc lumen esset, adscriptus fuit. Ea tamen, qua *Cudworthius* hoc scripsit, aetate a viris eruditis jam ostensum erat, ad *Cyprianum* hoc opus nullo modo referri posse, a *Phil.* etiam *Labbeo*, cujus opinionem codices multi confirmarant, *de scriptor. eccles. quos attigit Bellarminus Tom.* I. *p.* 239. nominatim *Arnaldo*, quem dixi, assertum erat. Conferatur *Cassm. Oudinus Comm. de scriptor. eccles. Tom.* II. *p.* 1291. *Arnaldus* is, quem modo nominavi, primo *spiritum* illum, quem *Moses Gen.* I. 2. super aquas volitasse perhibet, ipsum esse Spiritum S. decernit: quam sententiam cum multis aliis antiqui aevi doctoribus communem habet, de quibus *Jo. Casp. Suicerus* videri poterit *Thesauro ecclesiastico Tom.* II. *verbo* πνεῦμα *p.* 755. 756. & *Dion. Petavius Dogm. theol. Tom.* III. *de opificio sex dier. Lib.* I. *C.* 3. §. 5. *p.* 128. Deinde veteres id philosophos quodammodo intellexisse, perhibet, ideoque *animam mundi* commemorasse, cujus vis per universum orbem terrarum fusa sit: hanc enim *animam mundi* ipsum esse Spiritum S. alio licet nomine vocatum. Eamdem opinionem multi sequuti sunt ex illis, qui recentioribus temporibus pro veritate religionis Christianae propugnarunt, & vestigia Trinitatis inter gentes a vera religione aversas quaesiverunt, *Augustinus Steuchus Eugubinus*, *Phil. Mornaeus*, & alii: de quibus nunc dicere aliquid, instituti leges vetant. Tum sine circuitu pronuntiat, Spiritum S. vim esse illam seu spiritum, qui res omnes arceat, contineat, incitet, regat, & vita donet. *Hic Spiritus S. omnium viventium anima, ita largitate sua se omnibus abundanter infundit, ut habeant omnia rationabilia & irrationabilia secundum genus suum ex eo, quod sunt, & quod in suo ordine suae naturae competentia agunt: non quod ipse sit substantialis anima singulis, sed in se singulariter manens de plenitudine sua distributor magnificus proprias efficientias singulis dividit & largitur.* Haec duodecimo exarata sunt saeculo ab homine, qui sanctitatis laude fulgebat: quo saeculo hoc tamen dogma in aliis vehementer notatum, & infamiae plenum fuit habitum. Ita verum est, duos, quum idem sentiunt, non semper tamen idem sentire, multumque ad sententiarum & dogmatum veritatem & falsitatem dignoscendam ejus, a quo traditur, auctoritatem & dignitatem valere.

Credo, multis me rem gratam, nec inutilem plane facturum, si nihil novi praecepisse bonum hunc *Arnaldum*, breviter ostendam; praesertim quum *Cudworthus* noster sententiam hanc, ac si singularis & *Cypriano* privata fuisset, intueatur, nec aliquem eorum, qui dogmata veterum Christianorum scriptis explanarunt, hoc tractare negotium, meminerim. [*Ephraem Syri* Talitin. in *Assemanni Bibl. Orient. T.* I. Opinio haec sine dubio a Judaeis fluxit. Vid. *Beausobre Hist. de Manich. T.* II. *p.* 171. *Liber Cosri p.* 81. 311.] Omnes fere, quorum monumenta ex primis civitatis Christia-

Digitized by Google

eſt: Deum in hoc orbe omnes illas obire partes, quas in corporibus ſuſtinent animae: cuncta enim ab eo animari, incitari, ac impelli, non ſecus ac ſi unus omnium vera eſſet anima, omnesque mundi partes viventia ejus membra forent. Nec fortaſſis illi male rationes ſubducunt, qui Deo plus aliquid eſſe tribuendum decernunt, quam ab *Ariſtotele* tributum eſt ei, qui immobilem quamdam naturam, ſeu ἀκίνητον οὐσίαν Deum eſſe ſanxit. Nec enim ullo modo intelligitur, quemadmodum ejus generis natura aut mundum ipſum agitare, aut rebus, quae in illo geruntur, affici queat. Precibus vero & ſupplicationibus quid, quaeſo, prodeſt rem adire, a qua animi omnis commotio abeſt, omnis ſenſus, omnis denique teneritas & mollities? Quocirca ferendi fortaſſis ſunt, ut dixi, qui in Deum certo modo omnes animae mundi virtutes conferunt, eumque *Quaſianimam* mundi nominant. Quamquam (*l*) *S. Cyprianus* verbum hoc non univerſe in Deo, verum in tertia tantum perſona divinitatis, Spiritu S. proprie ponendum eſſe, arbitratur. At niſi-

anae temporibus ad nos pervenerunt, ſupremum Numen ſpiritum quemdam cum materia, ex qua mundus conſtat, copulaſſe, arbitrati ſunt, cujus vi atque potentia gignerentur, regerentur, ac ſuſtinerentur omnia. Dogma hoc utrum ex Platonicis praeceptis hauſerint, an vero ipſimet ingenio ſuo invenerint, nunc quidem nihil ad nos: & ſi ad nos, haud tamen ad hunc locum. De natura vero hujus ſpiritus diverſa ſentiunt. Etenim ſunt, qui hunc mundi animum ſeu ſpiritum naturam eſſe dictitant a Deo conditam, & a tertia divinitatis perſona diverſam. Sed hos illi & numero & auctoritate vincunt, qui mundi animam Spiritumque S. differre negant, eodemque ſpiritu, quo ſanctorum feruntur & incaleſcunt animi, hanc rerum univerſitatem regi & contineri, arbitrantur. Superiorem ſententiam inter alios *Theophilus Antiochenus* probat qui *Lib.* II. *ad Autolycum* §. 18. *p.* 139. ita fatur: Πνεῦμα δὲ τὸ ἐπιφερόμενον ἐπάνω τοῦ ὕδατος, ὃ ἔδωκεν ὁ Θεὸς ὡς ζωογόνον τῇ κτίσει, καθάπερ ἀνθρώπῳ ψυχὴν τῷ λεπτῷ τὸ λεπτὸν συγκεράσας. *At ſpiritum* (*Moſes*) *vocat eum, qui ferebatur ſuper aquas, quemque largitus Deus eſt creaturae, ut ejus opera poſſit producere viventia, non ſecus ac homini animam attribuit, tenue tenui commiſcens.* Talem igitur ineſſe in mundo animam, qualis eſt in hominum corpore, cenſet *Theophilus.* At hunc ipſum ſpiritum longe alium eſſe, quam Spiritum S. opinabatur: id quod haec ejus verba ſatis declarant *Lib.* I. §. 8. *p.* 25. Ἡ πᾶσα κτίσις περέχεται ὑπὸ πνεύματος τοῦ Θεοῦ, καὶ τὸ πνεῦμα τὸ περέχον ἐστὶν ἡ κτίσις περέχεται ὑπὸ χειρὸς Θεοῦ. *Univerſa natura a Dei continetur ſpiritu, & ſpiritus continens una cum creatis rebus a manu Dei continetur.* Conf. *Lib.* I. §. 11. *p.* 31. Haec in Spiritum S. cadere, nemo dixerit. Placuit idem *Tatiano*, qui *Orat. ad Graecos Cap.* 7. *p.* 19. diſerte ita pronuntiat: Πνεῦμα γὰρ τὸ λεγόμενον ὕδατος εἶναι, διατεῖνον ἐπέχει τὸν θεωτέρου πνεύματος. *Spiritus ille, qui materiam penetrat, divino ſpiritu multum inferior*

eſt. Exſtant obſcuriora ejusdem ſententiae in *Irenaeo* veſtigia, quibus in deſignandis, ne longior ſim, temporis aliquid conſumere nolo. Ad poſteriorem ſententiam multi graves & inclyti viri ſeſe adjunxerunt, in quibus nec doctrinae caſtitatem, nec ingenii copiam deſideravit umquam aliquis. Audiemus ex his aliquos differentes, ut dictis noſtris ſua conſtet veritas. Familiam ducat *Gregorius Nazianzenus*, cujus ſcientiam theologicam plerique veterum incomparabilem fuiſſe volunt. Is vero Spiritum S. illam ipſam eſſe mundi animam, non dubitat affirmare, de qua Platonici quondam & alii philoſophi diſſeruerint, *Orat.* XXXVII. *de Spiritu S. Tom.* I. *Opp. p.* 595. Ἕλληνων, inquit, οἱ θεολογικώτατοι, καὶ μᾶλλον ἡμῖν προσῳκειωμένοι, ἐφαντάσθησαν μὲν, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, περὶ τὸ πλῆθος διηρημένην, οἷον τῷ παντὶ, καὶ τὸ θεῖον νῦν, καὶ τὰ τοιαῦτα προσαγορεύσαντες. *Qui autem apud ethnicos Theologiae laude magis excelluerunt, propiusque ad nos acceſſerunt, per imaginem quamdam ipſum* (Spiritum S.) *meo quidem judicio conceperunt, tametſi in nomine diſſenſerint, univerſitatis nempe mentem, & extrinſecam mentem, aliisque id genus nominibus eum appellantes.* Huic comitem dabo *Cyrillum Alexandrinum*, quo nemo purioris doctrinae ſtudioſior videri voluit, *Libro* VIII. *contra Julianum p.* 275. ita loquentem: Οἱ δὲ τῶν Ἑλλήνων λογάδες ἀντὶ τῆς ἁγίας τριάδος τρίτον, ὡς ἔφην, ὑπονοοῦσι ψυχὴν, ἀφ' ἧς καὶ ἅπασαν ψυχὴν ζῆν, ἐνίστησι αὐτοῖς τὸ ζῆν, καὶ τὰς τῆς ἁγίας τριάδος δυνάμεις τε καὶ ἐνεργείας προσεπινοήσασιν αὐτῇ. *Graecorum autem proceres loco ſancti Spiritus tertiam, uti dixi, inducunt animam, a qua animalia cuncta animantur ac viviſcantur, eique ſancti Spiritus virtutes & operationes tribuerunt.* Haec ſatis clara ſunt, nec dubitare ſinunt aliquem, *Cyrillo* Spiritum S. & mundi animam, quae animantia omnia vita replet & ſpiritu, non differre vitium fuiſſe. Sed addam tamen ex ſequentibus, in quibus hanc ſententiam illuſtrat & interpretatur, alia quaedam ejus verba,

659 hilominus tamen haec loquendi ratio non ſatis perpurgata eſt a maculis illis, quae
cum animae mundi notione neceſſario conjunctae ſunt: ut taceam, periculum eſſe,
660 ne ad ſuperſtitiones veterum populorum propius accedant, qui eam adhibent. Quamobrem tenere nos oportet, qui *Chriſtum* ſequimur, Deum aut tertiam divinitatis perſonam haud eo nomine mundi animam vocari poſſe, quod mundo ſic immerſus ſit Deus, atque ſic a mundo afficiatur, quemadmodum anima corpori noſtro immerſa eſt, & ab eo afficitur: neque ideo, quod mundus Deusque unum perfectumque animal conjunctim conſtituant, cujus unaquaeque pars a toto corpore ſeparata haud integra & perfecta ſit. Ipſe teſtis eſt *Origenes*, nefas eſſe, Deum aut tertiam divinitatis perſonam hoc ſenſu mundi animam vocare, quo diximus: (*) *Solius*, inquit, *Dei, id eſt, patris & filii & Spiritus ſancti naturae id proprium eſt, ut ſine materiali ſubſtantia, & absque ulla corporeae adjectionis ſocietate intelligatur ſubſiſtere.* Omnes animas creatasque mentes, qualescumque demum ſint,

vult.

(*) Περὶ ἀρχῶν Lib. I. Cap. 6.

ba, quae his etiam luculentiora ſunt: Κινεῖ γὰρ, inquit, τὸ ἅγιον πνεῦμα τὰ πάντα, καὶ συνέχει τὰ πᾶν, καὶ ψυχαῖς, καὶ ζωοποιεῖ, καὶ οὐκ ἴσμεν φύσεις ἐπὶ ᾧ ἅγιον γε τὸν τοῦ πατρὸς, ἢ γὰρ τοῦ υἱοῦ, ἀλλ' οὐδὲ αὐτὸς ἐν ἑαυτῷ, κατά γε φήμην τὸ εἰωθὸς, ἴσως τὸ ἀμοίωτον. *Movet enim Spiritus S. uti dixi, quae moventur, & continet univerſum, & animat, & vivificat, neque natura eſt diverſa a patris natura aut filii, ſed ſicut ipſe in nobis, ſecundum identitatem naturae videlicet aut ſubſtantiae.* Eodem ſaeculo vixit *Aeneas Gazaeus*, philoſophus Chriſtianus & acutus & magni nominis. Is in Dialogo quem inſcripſit *Theophraſtus ſeu de immortalitate animae*, p. 55. de Spiritu S. hoc modo philoſophatur: Πατὴρ ἅμα τῷ υἱῷ τὸ αὐτῆς οὐσίας ἅγιον πνεῦμα προεβίγκε. —— καὶ τούτῳ τῷ πνεύματι τά τε ὄντα καὶ πιθανὸν ἐμποιεῖν, δυνάμεως πλήρει, καὶ συνέχοι, καὶ πρὸς ἑαυτὸν ἕλκει· ἐκτρέφει γὰρ ἀεὶ πως τὸ πατὴρ τὸ πνεῦμα, καὶ πᾶν ἑπόμενον, ὅ ἂν ἐπάγεται. *Pater ſimul cum filio ejusdem ſubſtantiae ſanctum produxit Spiritum.* —— *Hoc ſpiritu inſpirans intellectualia & ſenſualia, facultatibus ſuis complet, & completitur, & ad ſeſe trahit. Revertitur enim ſemper ad patrem ſpiritus, ſecumque ducit, quidquid adipiſcitur.* Duram & inſcitam, non diffiteor, philoſophiam, ſed illis tamen, quibus *Aeneas* fuit, temporibus familiarem. In *extremo Dialogo p.* 83. idem philoſophus his precibus Spiritum S. compellat, quibus eadem continetur doctrina: Ὦ πνεῦμα ἅγιον, δι' ὃ ὁ Θεὸς ἅπαντα ἐμποιεῖ συνέχει, καὶ διαπλάττει, καὶ ἐπὶ τὸ τέλειον ἄγει. *O Spiritus ſancte, per quem Deus omnia inſpirat, complectitur, conſervat, & ad perfectionem agit.* Cum his, in quibus nulla olim parum caſtigatae doctrinae macula haeſit, alius eat non aeque parus, at eruditus tamen & philoſophiae non ignarus, auctor, is, qui *Clementina* tertio, ut ſuſpicor, ſaeculo exaravit. Namque hic eandem, quam ſuperiores, fovet, verum paullo aliter inſtruit ſententiam. Animam nempe ſeu ſpiritum non in tota quidem rerum univerſitate, ſed in aqua, reſidere, atque per aquam rebus omnibus motum, vitam, & ſalutem impertiri, opinatur. Hunc ipſum autem, quem in aqua putat verſari, ſpiritum illum eſſe judicat ſpiritum, cujus ope in baptiſmo purgantur & regenerantur homines, id eſt, Spiritum S. Adferibam ex verbis ejus nonnulla. Sic ergo *Homil.* XII. §. 24. *p.* 704. *Tom.* I. *Patr. Apoſt.* Τὰ πάντα τὸ ὕδωρ ποιεῖ· τὸ δ' ὕδωρ ἐκτὸς πνεύματός κινούμενον τὸν γόνιμον λαμβάνει· τὸ δὲ πνεῦμα ἀπὸ τοῦτων ἁπάντων Θεοῦ τὴν ἀρχὴν ἔχει. *Omnia producit aqua: aqua vero a ſpiritu initium motus accipit: ſpiritus autem ab univerſorum Deo initium habet.* Hac poſtea nixus doctrina, homines admonet, ut aqua ſeſe curent ex praecepto Servatoris tingi: in aqua enim Spiritum eſſe ſanctum, qui non modo gignat & moveat totam rerum naturam, verum etiam omnem pravarum libidinum ardorem in mentibus reſtinguat. Διὸ προσέλθετε, ἔστι γάρ τι ἐκεῖ ἀπρόοπτον ἔλεημον, ἐπιφερόμενον τῷ ὕδατι, τοῖς βαπτιζομένοις ἐπὶ τῇ τρισμακαρίᾳ ἐπικλήσει καὶ ῥύπου τὰς ἐπιθυμίας πολλάκις. *Quocirca accedite, ibi enim eſt aliquid ab initio miſericors*, (id eſt Spiritus S.) *qui fertur ſuper aquam, & eos, qui in ter beata invocatione baptizati ſunt, eripit de futuris ſuppliciis.* Hoc argumento nihil fieri poſſe fortius putabat hic auctor ad eos obtundendos, qui Chriſtianos tum irridebant, quod aqua homines prorſus immutari, & ſpem futurae vitae adipiſci, ex ſacris litteris docerent. Pluribus haud opus eſſe teſtibus, arbitror, tametſi plures non deſint, ut cognoſcant omnes, multos olim praeſtantiſſimorum coetus Chriſtiani doctorum Spiritui S. idem adſignaſſe munus, quod philoſophi mundi animae dederunt, nec fuiſſe aliquem, qui dogmati huic haereſeos notam inureret. Obſtat

nihil

Digitized by Google

vult *Origenes* in corpore quodam incluſas, & corpori cuidam perpetuo alligatas eſſe. Solas vero tres divinitatis perſonas autumat hac gaudere virtute, ut corporis nullius, in quo tamquam animae verſentur, ad vivendum indigeant. Verumne ſit, an falſum dogma iſtud, hoc ut in loco disquiramus, neceſſe non eſt. Sufficit, id inde patere, neque Deum, neque tertiam divinitatis perſonam credidiſſe *Origenem* vere atque proprie mundi animam vocari poſſe.

Certum eſt, ne in ipſo quidem Platonicorum ordine defuiſſe, qui, quod paullo altius ſpectarent ceteris, idem ſtatuerunt, tertiumque Deum ſuum, ſeu tertiam hypoſtaſin divinam, tam mundum ipſum animatum, quam ψυχὴν ἐγκόσμιον, *animam mundo affixam* eſſe, negarunt. Genus nempe hoc tertiam perſonam ſciſcebat ψυχῇ eſſe ὑπερκόσμιον, *animam ſupramundanam*, ſeu ejusmodi naturam, quae, tametſi toti terrarum orbi praeſideat, nec ignoret aliquid eorum, quae geruntur in eo, tamen non pars ſit mundani animalis, ſed res quaedam ſupra mundum collo-

niſi me fallunt omnia, bonis viris ſtudium philoſophos, maxime Platonicos, cum Chriſtianis conjungendi, quo plerique fervebant olim antiſtitum, ne receſſus omnes dogmatis hujus perſpicerent: ex quo quidem multa cum in ſe abſurda, tum in Deum injurioſa poſſunt elici, ſi quis conſequutionis lege contendere velit. At ſequentium ſaeculorum doctores, tantum abeſt, ut hac in re majores ſequati ſint, ut potius eos, qui Spiritum S. mundi dicerent animam eſſe, in peſſimis doctrinae coeleſtis corruptoribus numerarent. *Bernardus*, qui eodem, quo *Arnaldus* abbas, vixit ſaeculo, in *Abaelardo* ſevere hanc ſententiam condemnat. *Omitto*, inquit *Epiſtola* CXC. *p.* 1583. 1584. *Opp. quod dicit*, —— *Spiritum S. eſſe animam mundi: mundum juxta Platonem tanto excellentius animal eſſe, quanto meliorem animam habet; Spiritum S. ubi, dum multum ſudat, quomodo Platonem faciat Chriſtianum, ſe prolat ethnicum.* Paullo quidem clementius *Jo. Sarisberienſis*, celebris eiusdem aetatis doctor, decernit: ac mentiri tamen cum ethnicis, pronuntiat, qui de Spiritu S. hac ratione ſentiant, in *Metalogico Lib.* IV. *Cap.* 16. *p.* 897. *Quod tamen*, ait, *aut errori gentilium accommodandum eſt, qui* ANIMAM MUNDI —— *mentiebatur* ESSE SPIRITUM SANCTUM. Qui non ignorant, quanta ſemper fuerit *S. Bernhardi* auctoritas, illi facile conjicient, pedibus in ſententiam ejus a quam plurimis fuiſſe itum, nec auſum eſſe quemquam, ſi ſalvus eſſe vellet, ab ejus aetate vetus illud dogma de Spiritu S. renovare: in quo tamen condemnando cautiores aliquanto haud dubie fuiſſent, ſi antiquos legiſſent diſciplinae Chriſtianae magiſtros. Poſt repurgatum tamen religionem unus item & alter ex eorum philoſophorum ordine exſtitit, qui *Paracelſiſtae*, *Roſaecrucii*, aut *ex igne philoſophi* dicti ſunt, quibus, ut multa alia ſcholae Platonicae commenta, ita hoc etiam dogma in lucem revocare placuit. Ex his unum nomino *Reb. Fluddum*, ingens familiae

hujus oraculum, qui Deum ipſum, ſigillatim Spiritum S. mundo animae loco eſſe, multis in ſcriptis haud obſcure docuiſſe viſus eſt. *Mundi anima*, inquit *Libro de medicina catholica Lib.* II. *C.* 1. *eſt purior naturae catholicae ſpiritus, lucis divinae radiis immediate a monade aeterna emanantibus formatus, vivificatus, atque amoris ſacroſancti unione ſeu glutine cum ipſis in naturam quamdam vivam & ſpiritualem redactus.* Caſtigavit hanc ejus doctrinam erudite *Petr. Gaſſendus* in *Examine philoſophiae Fluddanae Cap.* 1. §. 1. 11. 12. *p.* 222. *ſ.* & *Cap.* 2. §. 13. *p.* 236. *T.* III. *Opp.* Quamquam *Franc. Lanovius* in *Epiſtola ad Marinum Merſennum* apud eumdem *Gaſſendum l. c. p.* 267. *videri poſſe Fluddium* affirmat *ſolo loquendi modo* hac in re peccaſſe: quod quidem an ita ſese habeat, nunc explorare nolo. Alii huius ſectae paullo callidius rem inſtituunt, aut *Fluddi* fortaſſis ſententiam clarius exponunt. Spiritum S. nimirum ajunt mundum hunccce condidiſſe, aut ut *Julii Sperberi*, non infimi ex hac ſchola philoſophi, verbis utar, *tamquam architectum, ideas in filio reconditas mundo typice impreſſiſſe & infixiſſe.* Primam porro Spiritus S. operationem lucis fuiſſe productionem, atque hanc lucem primum a Spiritu S. productam mundi eſſe animam. *Haec lux*, inquit *Sperberus Iſagoge in veram triunius Dei & naturae cognitionem, Hamb.* 1674. *in* 8. *edita p.* 2. *eſt anima mundi catholica, vel eſt ipſa natura univerſalis. Quae natura eſt fluvius ille ex Eden (hoc eſt, filio Dei, qui eſt patris voluptas & delicium, per Spiritum S. in paradiſum, hoc eſt, univerſum mundum) derivatus.* Hos ergo ſi audiamus, non ipſe Spiritus S. mundi erit anima, ſed princeps, quae ex eo fluxit, emanatio. Sed viderint alii, quaenam vera ſit ſectae hujus ſententia, quae veteres Platonicos obſcuritate ſtili vincit, neque ſecus loquitur, ac ſi nollet ab illis intelligi, qui claras & diſtinctas animi notiones verbis perſpicuis enuntiari volunt.

locata. *Proclus* perſpicue ſic viſum eſſe non modo *Amelio*, verum etiam *Porphyrio*, teſtatur, qui *Plotinum* hac in re ducem ſeſe ſequi gloriatus ſit: (*) Μετὰ δὲ τὸν Ἀμέλιον ὁ Πορφύριος εἰσάγων τὸν Πλωτῖνον συνᾴδειν, τὴν μὲν ψυχὴν τὴν ὑπερκοσμίαν λέγειν δημιουργὸν, τὸν δὲ νοῦν αὐτῆς, οὐκ ὢν ἀπεσφαλμένος, τὸ αἰτιάζων, ὡς εἴη τὸ παράδειγμα ὁ δημιουργῶν καὶ τῶν. *Poſt Amelium Plotinus, qui cum Porphyrio ſeſe putat conſentire, animam ſupramundanam vocat mundi architectum ſeu opificem, mentem vero illam, ad quam convertitur, non ipſum eſſe opificem, ſed veluti exemplum ejus quoddam.* *Proclus* quidem in diſceptationem vocat, utrum *Plotino* dogma hoc placuerit, nec ne. Sed ego fidem habendam eſſe *Porphyrio* arbitror, quo neminem familiarius *Plotino* uſum eſſe, conſtat. Ergo tria haec ſcholae Platonicae lumina, *Amelius*, *Plotinus*, *Porphyrius*, tertiam Platonicae Trinitatis perſonam neque cum mundo, neque cum anima mundo immerſa componi poſſe, docebant, verum animam eſſe decernebant ſupra mundum evectam, quae δημιουργὸς quoque ſit, ſeu conditor & opifex naturae rerum, nec idcirco rebus creatis annumerari queat. At iidem tamen Platonici corporeum hunc orbem animae participem eſſe credebant. Duplicem igitur oportet eos animam profeſſos eſſe, unam ψυχὴν ἐγκόσμιον, quae mundanum hocce animal ipſamet gubernet ac regat, alteram ὑπερκόσμιον ſeu *ſupramundanam animam*, cui tertium in divinis perſonis locum attribuebant, quamve mundum proprie comparaſſe & condidiſſe docebant. Neque ipſe *Plato*, ſi quid ego conſequor ingenio, alienus ab hac opinione fuit. Quocirca anima illa, quam ſolum & unum eſſe Deum pronuntiat, atque in *Libro de legibus* vere exiſtere, probare ſtudet, *anima* eſt *ſupramundana*, ſeu ψυχὴ ὑπερκόσμιος, neque eadem illa ψυχὴ ἐγκόσμιος, ſeu *mundi anima*, cujus generationem & ortum in *Timaeo* explicat. Superior illa principium eſt & ex aeternitate fuit: altera haec una cum mundo certo tempore creata eſt, tametſi, quoniam ordine naturae mundum anteceſſit, antiquior mundo dicatur. Ex his elucet, niſi fallor, perſpicue, nonnullos quidem ex *Pythagorae Platonisque* ſectatoribus veterem de tribus principiis doctrinam vehementer depravaſſe, aut perperam intellexiſſe, tertiamque divinitatis hypoſtaſin temere cum mundo animi compote confudiſſe, quem ipſi κόσμον & δημιουργούμενον, *opus Dei* & *rem conditam* eſſe, non inficiabantur: at ejusdem tamen generis alios,
651 quibus melior obtigerat judicandi facultas, huic portento non aſſenſos eſſe, ſed tertiam concluſiſſe divinitatis hypoſtaſin animam eſſe non mundanam, ſed mundo ſuperiorem, non rem factam & conditam, ſed δημιουργὸν, *opificem & effectorem totius rerum* (*m*) *naturae.*

Sequitur alterum, quod propoſuimus antea, momentum. Non mediocriter peccabant Platonici, quod alteram divinitatis perſonam ſeu *hypoſtaſin* non unum eſſe Deum patiebantur, aut unam *hypoſtaſin*, ſed in multitudinem Deorum & *hypoſtaſeon* ingenio convertebant. Omnes vero rerum formas, ſpecies, & exempla quod totidem eſſe diſtinctas naturas & animalia contendebant, id ego portentum in-

(*) In Timaeum p. 93. 94.

(*m*) *Naturae*] Hac de quaeſtione: utrum *Plato* praecipuique ſectatores ejus binas mundi animas profeſſi ſint, alteram ſupra mundum collocatam, alteram in materiam immerſam & cum mundo conjunctam, nec ne? inferius agetur.

(*n*) *Amelius*] Apud *Euſebium Praepar. evangel. Lib.* XI. *Cap.* 19. *p.* 540. Placuit haec diſtinctio verborum *Johannis* multis antiquae eccleſiae luminibus, nec diſplicet recentioribus quibusdam. Qua de re videri poſſunt auctores illi, quos vener. *Joh. Chriſt. Wolfius* nominat in *Curis philologicis ad Joannem p.* 783. Eſſent mihi in prom-

Digitized by Google

interpretor, quo nullum fingi potest vel stultius vel capitalius. Ipse tamen *Plato*, si *Tertulliano Libro de anima* fidem habere, praeter alios, licet, sic docuit: (*) *Vult Plato, esse quasdam substantias invisibiles, incorporales, supermundiales, divinas & aeternas, quas appellat ideas, id est, formas & exempla, & causas naturalium istorum manifestorum & subjacentium corporalibus: & illas quidem esse veritates, haec autem imagines earum.* Certe *Plato* quasdam passim adhibet loquendi formas parum castas atque opportunas, ex quibus facile aliquis errorem hunc eliciat. Nec ego putem sobrie atque sapienter facere, qui voces illas excusare, aut nonnullas, quas de *ideis Plato* fovet, opiniones tolerari facile posse, disputant. Quis eum sanus exempli caussa disputantem ferat, ideas non solum scientiae & cognitionis fundamenta esse, verum etiam veras naturalesque rerum omnium caussas, quibus orbis noster continetur, verbi gratia, ideas similitudinis & dissimilitudinis cum rebus hujus mundi communicari, vereque efficere, ut res omnes aut similes sint inter se, aut dissimiles? Nihilo tamen minus ipsum *Platonem*, nec paucos assectatorum ejus praeclare intellexisse, exploratum est, omnes istas rerum formas nihil esse, quam νοήματα, *conceptus* perfectissimae illius mentis, quam alteram dicebant esse *hypostasin*. Ex quo efficitur, fieri non potuisse, ut re vera crederent, ideas totidem esse distinctas & separatas naturas, per se extra omnem mentem aut intelligentiam exsistentes, etiamsi multas usurpaverint loquendi rationes, in quibus merito proprietas & ratio a sapientibus requiritur. Quod itaque ideas οὐσίας nominant seu *substantias* aut *essentias*, quod *Philoni* dicuntur ἀναγκαιότατοι οὐσίαι, *essentiae summe necessariae*, id hanc unice vim habere existimandum est, ideas non esse res tam inconstantes & volaticas, quales notiones istae sunt, quas nos animis informamus, verum certa saltim omnis scientiae & cognitionis fundamenta, si minus rerum omnium, quae exsistunt, caussas. Rursus, quod animalia nonnumquam eas vocant, hoc ita decet interpretari, eas non esse formas vita vacuas, quales imagines sunt in charta coloribus expressae, aut statuas & signa artificiose sculpta. Certe hoc sensu (*n*) *Amelius* philosophus locum *Johannis* cepit de λόγῳ seu verbo aeterno. (†) Etenim voces: ὃ γέγονεν ἐν αὐτῷ ζωὴ ἦν, paullo aliter, ac in nostris fit exemplis, distinxit: *Quodcumque factum est, in eo vita erat*, atque hoc modo exposuit: Ἐν ᾧ τὸ γεγενημένον ζῶν ἦ ζωὴ ἦ ὄν πνέουσα. *In quo, quodcumque factum est, vivens erat, vita erat, & vere exsistebat.* Postremo non est, quod magnopere miremur, homines, qui nullam facile dimittebant occasionem Deorum augendi numerum, scitumque illud, quod Scholasticorum postea fuit: *Quidquid est in Deo, Deus est*, quodammodo probabant, eousque processisse, ut in Deos transformarent ideas, quas animalia jam fecerant. Veterum poëtarum mores imitati sunt hi Theologi, quum id auderent: universo enim generi huic mirifice arridebat poëtarum consuetudo res personarum Deorumque specie ac habitu exornandi. Quocirca, tametsi Platonicorum plurimi *ideas* verbo in Deorum referrent concilium,

(*) P. 320. Rigalt. Cap. 18. p. m. 171.
(†) Sic etiam S. Clemens Alex. S. Cyrillus, S. Augustinus, & alii Latinae ecclesiae doctores.

tu quaedam, quae doctissimorum virorum observationibus adderem. Sed jam dudum vereor, ne multis fastidium digressionibus meis commoveam. Alio igitur, si Deus voluerit, loco nonnihil diligentiae in hac quaestione enodanda ponam: Rectiusne nostri codices, an vero illi legant, qui *Amelium* sequuntur?

(n) *Pro-*

lium, ipſe tamen *Julianus*, ut e multis unum nominem, quo vix ullus Diis amplificandis acrius ſtuduit, omnes conſitetur ſpecies συνυπάρχειν & ἐνυπάρχειν, *exſiſtere cum Deo* & *exſiſtere in Deo*, id eſt, in mente principe, ſeu altera Trinitatis (o) perſona.

652 Pergo ad ultimum eorum, quae hic explicanda ſumſi. Delirant omnino, neque rationem reverentur *Procli* ceteriique Platonici, qui tria haec principia univerſalia ſeu hypoſtaſes aliis intermiſcent ſingularibus Numinibus, aut *noës*, *mentes* & intelligentias anima principe ſuperiores, item *henades*, *agathotetes*, *unitates* & *bonitates* ſumma mente nobiliores comminiſcuntur. Quod quum faciunt, naturas ſingu-

(o) *Perſona*] Qui locum aliquem apud ſe dederunt illis, quae paullo ante de ſingulari dicendi forma, quam adhibere ſolent Platonici, ejusque cauſſis commonuimus, hi *Cudworthum* noſtrum nec temere, nec ſine judicio generis hujus cauſſam egiſſe, haud aegre fatebuntur. Veteres inter ſe non modo, ſed & recentiores vehementer diſſident, utrum ſpecies & exempla rerum, in quibus *Plato* ejusque amici arcem philoſophiae ſuae conſtituunt, naturae ſint ex divina intelligentia procreatae, & extra eam propterea ſeparatim exiſtentes, an vero notiones tantum animi divini, nec ideirco extra Deum conſtitutae. Utriusque ſententiae auctores longo recenſet ordine *Jac. Bruckerus*, vir hiſtoriae philoſophicae in primis aetatis noſtrae ſtudioſus, in *Hiſtoria doctrinae de ideis Sect.* I. §. 5. *p.* 53. *ſ.* ipſeque cum illis ſeſe conjungit, qui *Platonis* ſpecies naturas eſſe putant ſingulares, a divina ſecretas intelligentia. Poſteriorem vero ſententiam *Cudworthus* hic & recipit, & erudite probat: cui me ſocium dare haud vereor, poſtquam non mediocrem in cognoſcendis Platonicorum rationibus induſtriam poſui. Auctoritatibus & veterum dictis nec componetur umquam haec controverſia, nec componi quoque debet. Primo enim auctoritates pugnant hac in re cum auctoritatibus, totque ſtant ex una parte viri docti & ingenioſi, quot ex altera. Nihil vero difficilius eſt, homini quamvis acutiſſimo & ratiocinandi legibus accurate obtemperanti, quam ſi tales utrimque adſint non ſpernendi, quinam anteponi ac praeferri debeant, decernere. Deinde aliorum dicta de ſententia philoſophi cujusdam non id explicant, quod ipſe ſenſit philoſophus, ſed, quemadmodum ille, cujus verba recitantur, dogmata ejus intellexerit, unice declarant. Ipſius denique philoſophi cujusdam enuntiata & effata non ſemper ex ordinaria verborum poteſtate ſunt ponderanda, verum ex univerſo doctrinae, quam ſuis tradidit, habitu orationisque, quam ſuam fecit, norma, ſaepiſſime longe mitius ſunt exponenda, quam adſpectu primo videntur exponi debere. Nam, ut praeteriens hoc moneam, facilius in reprehenſionem incurrunt, & graviorum peccatorum inſimulantur, quam illi, qui de rebus ab oculis & ſenſu hominum remotis ſolique conſpiciis ingenio philoſophantur: qui, quoniam in linguis, quibus populi utuntur, non tantum vocabulorum & verborum inveniunt, quantum ad animi ſui contemplationes & ſpecies exprimendas requiritur, tametſi enixe cupiant, ut perſpicua fiant omnibus, quae mente volvunt, cogitata, nunc novam & inuſitatam vocabulis poteſtatem ſubjicere, nunc ſenſu parum proprio & a vulgari conſuetudine alieno multa verba uſurpare, nunc ad figuras & translationes confugere, atque de imaginibus & notionibus animi, non ſecus ac de perſonis, differere coguntur. Ex quo quidem ſaepenumero evenit, ut, ſi lectores nanciſcantur parum conſideratos & rerum humanarum ignaros, errorum poſtulentur peſtilentiſſimorum, & criminibus onerentur graviſſimis, quorum nihil interdum ad eos pertinet. Nolim ita haec accipiat aliquis, ac ſi Platonicorum cauſſam agere velim adverſus eos, quibus impie non raro & inepte videntur docuiſſe: quod ſi facerem, a me ipſo diſcederem, qui toties ſummam in hoc genere philoſophorum amentiam & levitatem notavi: eo tantum haec valeant, ut in alienis ſententiis explicandis, ſubtilioribus praeſertim & abſtruſis, magna eſſe cautione opus, appareat. Igitur, ſi non tam verba *Platonis* & aſſectatorum ejus, in quibus non inficior multum ſaepe temeritatis eſſe, ſpectantur, quam univerſa diſciplinae ejus ratio & indoles, pronos fore plerosque arbitror ad ſententiam de ſpeciebus ejus & aeternis rerum exemplis, cui *Cudworthus* ſeſe hic faventem oſtendit, recipiendam. Equidem, ſi homini nec obtuſo nec indocto opinionem tribui videam ineptam plane atque ſtolidam, qua reliqua ejus doctrina carere poteſt, non facile me adduci patiar, ut nullam ei injuriam fieri credam, etiamſi loci quidam ejus proferantur, qui crimen ipſi intentatum perſpicue probare videntur. Satius enim eſſe judico, locos ejusmodi benignius interpretari, maxime ſi alii non deſint loci, qui hanc expoſitionem fulciant, quam virum ſapientem, acutum, & eruditum flagitioſae fatuaeque opinionis auctorem & magiſtrum facere. Referamus haec ad *Platonem*, nec umquam defenſoribus ejus dicendi pro eo materia deerit. Fuiſſe philoſophum hunc acri ad ve-

gulares, quas neceſſe eſt creatas eſſe, ſupra illas evehunt *hypoſtaſes*, quas *univerſales* ſatentur & infinitas eſſe, hasque ideo ad rerum creatarum ordinem detrudunt. 663
Nulla vero res condita ex ſe ſapiens & bona eſt, ſed, quidquid ſapientiae & bonitatis habet, id aliunde accepit. Nulla item immobilis natura inter res procreatas reperitur, cujus οὐσία ſeu *eſſentia* non differat ab ejus ἐνεργείᾳ ſeu *operatione*. Omnes e contrario hae naturae mutabiles ſunt, atque probabiliter, quod *Origenes* aliique veterum doctorum adjiciunt, infirmae & ad peccandum proclives. (*) *Nulla natura eſt, quae non recipiat bonum & malum, excepta Dei natura, quae bonorum omnium fons eſt: & Chriſti ſapientia, ſapientiae enim fons eſt, & ſapientia utique ſtultitiam* ꝛc.

(*) Περὶ ἀρχῶν Lib. I. Cap. 8. (p. 685.)

verum perſpiciendum ingenio, nec vulgari rerum cognitione praeditum, nemo unus negat. Sententia vero, quam dicitur tenuiſſe, tam abſurda eſt & ridicula, ut, ſi modo aptis & perſpicuis verbis exponatur, ſtatim omnes non prorſus hebetes levitatem ejus & amentiam intelligant. Mihi quidem ſomniare aut nugas agere videretur, qui ſerio nobis narraret, lunae, quae noctes noſtras illuminat, aut equorum, quibus currus jungimus, aeterna exempla ſeu ideas exſtitiſſe, easque ſolidas, animatas, & extra intelligentiam divinam poſitas. Ipſum verbum *idea* notionem quamdam aut ſpeciem menti obverſantem, non autem naturam quamdam vere conſiſtentem & vivam, ſignificat: quare hominem de idea per ſe conſtante & animata diſſerentem neſcire putarem, quid ſibi vellet, verborumque notiones & poteſtates ſive ignorare, ſive pervertere. *Idea* quid ſit, novi: nec, quid ſit *equus*, ignoro. *Ideam* ergo ſi quis dicat *equi* ex omni fuiſſe aeternitate, haud aegre mentem hominis aſſequor. At ſi addat, *ideam* hanc *equi* in ſpatiis neſcio quibus, aut in mundo intelligibili errare, vivere, per ſe conſiſtere, res audio conjungi toto genere disjunctas; quas quidem nemo ſociaverit, niſi qui par & impar, rectum & obliquum, pulcrum & deforme inter ſe copulare poterit: nec ideo notionem ſententiae hujus hominis animo informare valeo. Nihil mihi, ut brevis ſim, dicere videtur, tametſi ipſe aliquid ſibi dixiſſe videatur. Neque tamen haec omnia me impedirent, quo minus tam futilem & ſtultam *Platoni* ſententiam adſcriberem, ſi reliquam philoſophiae, quam tradidit, formam poſtulaſſe perſpicerem, ut ejusmodi quid ſuorum animis inſtillaret. Etenim viros non ignoro doctiſſimos, quo aliis opem ferrent, quae ſemel intra mentem admiſerant, dogmatibus, non raro ſententiis ſeſe turpiſſimis & omni ſenſu vacuis alligaſſe. Verum ne hoc quidem mihi licuit perſpicere. Plato, ut in aeternis rerum exemplis & ſimulacris inculcandis tam diligens & copioſus eſſet, hanc unice cauſam habuit, ut eos profligaret, qui aut mundum ipſum Deum eſſe, aut caſu & temere naturam rerum concreviſſe, tum temporis docebant: id quod ex *decimo de legibus Libro*, & multis aliis locis perſpicuum eſt. Ad hoc genus hominum coërcendum ſatis erat, ſi Deum, non ſecus ac ſapientem architectum, antequam mundum conderet, totam ejus formam, omniumque ejus partium ſpecies & ſimulacra deſcripſiſſe veluti animo, demonſtraret. Quod ſi vero haec rerum exempla vere ex Deo fuiſſe olim genita, ac in mundo quodam, quem ſola mens cernit, diu ante orbem conditum vixiſſe, hodieque vivere ac commorari, adjeciſſet, ridendi ſatis amplam & cavillandi materiam hominibus praebuiſſet, quos confutatos cupiebat, ad cauſſam vero, quam ſuſceperat, nihil plane adjumenti attuliſſet. His ſi addas, exſtare apud *Platonem* ejusque amicos magnam vim dictorum, quae nihil aliud ſibi velle hanc ſectam declarant, quam hoc: in divina intelligentia ex omni aeternitate fuiſſe rerum univerſarum ſpecies, ut in animo fabri ſunt ſpecies operis, quod meditatur, neſcio, quidnam amplius reſiſtat, ne tam inſicetae ſententiae, ſi minus totam ſcholam, certe principes ejus magiſtros abſolvamus. Lege & expende diligentius, ne quid nunc de aliis ejusdem generis locis commemorem, quae in extremo *Libro ſexto de republica* de natura idearum *Plato* diſſeruit, & quae *Proclus Comm.* I. *in Parmenidem* pro magiſtro ſuo dixit. Scio, magnis ſeſe auctoribus tueri, in quibus familiam ducit *Ariſtoteles*, viros longe doctiſſimos, qui ab hac opinione diſſentiunt: cum quibus ſi me comparari vellem, aeque ſtulte ſentirem, atque *Plato* ſenſiſſet, ſi animalia eſſe voluiſſet ideas ſuas. Neque laudo & excuſo poëticum illud & figuratum Platonicorum dicendi genus, quod viros etiam perſpicaces ſefellit, ut in ideas, tamquam in perſonas, intuerentur. Sed nec graviſſimorum hominum auctoritas, nec eorum, in quos ſuſpicio quaedam cadit, vitia, quo minus veritatem in lucem protrahamus, obſiſtere debent, in hac praeſertim cauſſa, ex qua non pauca ad res non exigui momenti recte dijudicandas auxilia ſami poſſunt.

Digitized by Google

recipere non poteſt: & juſtitia eſt, quae numquam profecto injuſtitiam capiet: & verbum eſt vel ratio, quae utique irrationalis effici non poteſt: ſed & lux eſt, & lucem, certum eſt, quod tenebrae non comprehendent. Similiter & natura ſpiritus ſancti, qua ſancta eſt, non recipit pollutionem. Naturaliter enim vel ſubſtantialiter ſancta eſt. Si quae autem alia natura ſancta eſt, ex aſſumtione hoc vel inſpiratione ſpiritus ſancti habet, ut ſanctificetur, non ex ſua natura hoc poſſidens, ſed ut accidens, propter quod & decidere poteſt, quod accidit. Haec *Origenes:* quorum hanc apparet eſſe ſententiam: Nullus exſtit ordo naturarum ejusmodi, quas philoſophi *Autoagathotetes* vocant. Una enim tantum natura eſt, quae ex ſemet ipſa bona eſt, aut ipſa verius bonitas. Neſcit etiam univerſa rerum natura res tales, quales Platonici appellant *Noës*, id eſt, mentes ſeu intelligentias immobiles, perfecte & ex ſe ipſis quidem ſapientes, quarum οὐσία non diſcrepet ab ἐνεργείᾳ; quae nec idcirco fluant ulla ratione & moveantur, neque ex intervallo agant. Uni enim verbo aeterno divinaeque ſapientiae haec gloria debetur. Ergo & nullae ſunt naturae, quae corporibus alligari omnino nequeant. Novi equidem, vocem νόες, *mentes*, *intelligentiae* nonnumquam apud *Origenem* legi: ſed aliam longe poteſtatem ei ſubjicit, atque hi philoſophi. Νόες ipſi audiunt omnes animae, in eo ſtatu ſpectatae, in quo ſunt a Deo conditae, antequam vitioſitatem contraherent. Quare hac eum ratione id ſuſpicor declarare voluiſſe: quamvis Platonici copioſi ſint in rebus explicandis, quas ad intelligentias iſtas pertinere cenſent, quos νόας nominent, nullas tamen eſſe naturas, quae notioni reſpondeant illi, quam huic vocabulo attribuant. Nullos enim, qui vere ita vocari poſſint, νόας exſiſtere, praeter animas, nondum quidem peccato contaminatas, at peccandi tamen periculo ſubjectas. Atque ſaepius etiam illas naturas, quae ſummum in rebus conditis locum obtineant, non eſſe illis meliores ac praeſtantiores, quas ψυχὰς ſeu *animas* vulgo nominent Platonici, aſſeverat. Ψυχὰς autem has ſeu *animas Origenes* primum arbitratur naturas eſſe ſeſe ipſas moventes & agendi facultate praeditas: contra Platonici νόας ſuos omnes eſſe judicant immobiles & prorſus ceſſantes, ſeu ab actione omni quieſcentes. Deinde ψυχὰς ſpiritus corpore quidem vacantes eſſe ſtatuit, at non ab omni tamen materiae concretione liberas ac ſolutas, quae cum corpore non modo queant conjungi, & in illo vitam agere, verum etiam una cum illis, quibus circumdatae ſunt, corporibus unum integrumque ani-
664 mal conſtituant: contra Platonica ſchola νόας ſuos ab omni corpore ſejungit ac ſegregat. Sic igitur perſuaſum erat *Origeni*, ipſos illos angelorum & archangelorum ordines, quibus nulli fieri poſſunt ſublimiores & celſiores, ad ψυχὰς tantum ſeu animarum pertinere claſſem, atque corpora, pura licet, aetherea & ſubtiliora, adjuncta ſibi habere, tametſi fieri poſſit, ut in corpora graviora, terrena & humida detrudantur & compingantur. Neque paucos ex priſcis Chriſtianorum doctoribus hac quidem in re conſentientes ſibi laudare potuiſſet *Origenes*, qui celſiſſimos etiam creatorum geniorum negant mentes eſſe nudas corporeque ſecretas, omnesque ſpiritus corporeo quodam involucro donant. Ad extremum, quae *Origeni* vocantur animae, has univerſas libero vult eſſe voluntatis arbitrio inſtructas: quod qui poſſident, illos ſua virtute majora ſibi ornamenta conquirere, ſuo vitio dedecus & infamiam contrahere poſſe, manifeſtum eſt. Nullam ideo mentem a Deo conditam *Ori-*

(p) *Hieronymus*] *Epiſtola* CXLI. De hoc *Hieronymi* loco ſimilibusque aliis veterum doctorum dignus eſt, qui legatur, *Dion. Petavius Dogmat. theol. Tom.* III. *de opificio ſex dierum Lib.* III. *Cap.* 13. §. 9. *p.* 230. *ſ.* De *Origenis* ſententiis, quas cum Platonicorum commentis hic conferr

Origenes tam alte poſitam eſſe putat, ut in vitium incidere nequeat; ſed ut excellentiſſimae ſint animae, omnes tamen autumat aberrare a recta ratione & delinquere poſſe. Secus *Platonis* ſectatores *vitae* ſuos affectos eſſe volebant, quos numquam labi aut errare, numquam a caſtitate ſua degenerare poſſe, pronuntiabant. Hic vero rurſus tota paene ſcriptorum Chriſtianorum cohors *Origeni* aſſentitur, utpote quae mentem illam, quae nunc imperium in malos tenet genios, olim praeſtantiſſimi generis ſpiritum fuiſſe, nil dubitat. Inſtar omnium loquatur (*p*) *Hieronymus*, qui, *Solus*, inquit, *Deus eſt, in quem peccatum non cadit: cetera, quum ſint liberi arbitrii, poſſunt in utramque partem ſuam flectere voluntatem*, id eſt, malum aeque cito eligere, atque bonum. Is abſurdus equidem foret atque demens, qui Deum inficiari vellet naturam eſſe omnium liberrimam, aut libertatem illam, quam *contingentiae* vocant, ſummo Numini eripere ſtuderet. Sume vocabulum *libertas* perfectiori ſenſu, nec erit quisquam, qui a Deo illam removeat. At quando Deus, id eſt, ſanctiſſima Trinitas, liberi expers dicitur arbitrii, tum illud intelligitur arbitrium, quod vitio non caret, atque facultatem errandi & peccandi conjunctam ſibi habet.

Scio, non deeſſe in hoc genere philoſophorum, quibus nomen a *Platone* eſt, qui in illo etiam naturarum ordine, quas animas vocant, neque natura eſſe immutabiles, ſed ſemet ipſas movere atque agere aliquid credunt, tanta eſſe quasdam excellentia & dignitate, praedicant, ut nullo modo virtutem exuere, aut vitio ſeſe quodam commaculare queant. Conſtat id ex his *Simplicii*, qui pro omnibus unus loquatur, verbis: (*) Ἀλλὰ αἱ μὲν πρῶται τῶν ψυχῶν, ἅτε προσεχῶς ὑπὸ αἰτίαν ἀγαθὸν προσχθεῖσαι, κἂν ἔλαττόν τι πρὸς ἐκεῖνα ὑφειμένον, ἀλλ' οὐ τὸ μὴ τῶν ἀγαθοειδῶν, ἀλλὰ δίψεσθαι δὲ ἀγαθοῦ, πλὴν ὡς συγγενῶς πρὸς αὐτὸ, συμφυῶς τε αὐτῷ καὶ ἀναπεπταμένως δίψεσθαι), καὶ τὸ αὔτεξον μονοειδῶς πρὸς ἐκεῖνο πεπεμμένον ἔχουσαι, ἁπλῶς ἀναπλήσουσι πρὸς τὸ χεῖρον· καὶ εἶπερ ἡ προαίρεσις ἀεί ἄλλα τινὸς ἔστιν αἵρεσις, τάχα οὐκ ἂν εἴη προαίρεσις ἐκείνων, εἰ μή τις αὐτῶν προαίρεσιν, ὡς τὰ πρῶτα ἀγαθὰ αἱρεσιμα ἔχει, καλοῖ. *Ac principes quidem animi, ut ab iis, quae per ſeſe bona ſunt, continenter producti, etſi nonnihil illis inferiores, quia bonitates non ſunt, ſed bonum appetunt, tamen, ut illi cognati, arctiſſime & indivulſe illud appetunt, & voluntatem uniformiter ad illud intentam habent, numquam ad deterius declinantes. Quod ſi capiendi conſilii deliberatio alia aliis anteponit, & aut e duobus alterum, aut unum aliquid e pluribus amplectitur, nulla fortaſſis in boſce animos cadit deliberatio, ni quis ipſam eo προαίρεσιν, vocet, quod prima bona amplectatur.* Sublimiores, de quibus loquitur *Simplicius*, animae aut ſolis, lunae, ceterorumque ſiderum neceſſe eſt ſint animae, aut vero illorum, qui celſiſſimo inter genios, ſpiritus, & mentes gradu poſiti ſunt. Quae animae, licet diſputet philoſophus, utrum προαίρεσιν ſeu deliberandi facultatem habeant, nec ne, attamen, id quod cuivis patet, ex ejus ſententia lubrica illa vacant omnino libertate, cujus qui compotes ſunt, aequa pollent & recte & male faciendi poteſtate.

Verum quidquid id eſt, numquam mihi tamen perſuadebo, ut haec Platonicorum effugiamus dogmata, neceſſarium nobis eſſe, *Origenis* de animis adſciſcere placita. Statuit ille, omnes, in quibus ratio eſt, animos tam hominum, quam nobiliſſimorum geniorum unius eſſe omnes ejusdemque naturae, nec, quod eos ſe-

(*) In Epict. p. 12. 13.

ſert *Cudworthus*, *Petr. Dan. Huetium* legiſſe juvabit in *Origenianis*. Naſcetur nobis etiam forſ- taſſis alio loco de illis nonnihil differendi occaſio.

ſejungat ac diſcernat, aliquid in conſtitutione eorum inveniri. Igitur aliis alii ani-
665 mi quod hodie quidem praeſtantiores & excellentiores ſunt, id unice ex eo, ſi decretis ejus ſtandum ſit, provenit, quod eamdem olim vivendi rationem non omnes ſequuti, nec pari modo libertate & poteſtate, quam aequalem omnes olim acceperant, uſi ſunt. Hinc *thronorum*, *dominationum*, *principatuum*, *poteſtatum* titulis & honoribus qui gaudent inter genios, ſuis unice id acceptum ferre poſſunt meritis & virtutibus. Et quod ad hominum animos attinet, tametſi nunc illi vehementer depreſſi, & de nobilitate ſua deturbati ſunt, fieri tamen poteſt, ut erigant ſeſe aliquando, & in angelorum ſocietatem, & claſſem quidem eorum celſiſſimam, virtute ſua adſcendant. Rurſus, qui hoc tempore dignitate nulli ſecundi ſunt inter genios, & cum *Seraphim* & *Cherubim* vivunt, illi, nil obſtat omnino, ne ſenſim aut ita deſciſcant a ſe ipſis, ut malis aggregentur geniis, aut in humana terrenaque praecipites eant corpora. Credidit *Origenes*, qui divinae nihil derogatum velint juſtitiae, eorum eſſe, mirabilibus his & inopinatis ſententiis locum apud ſe relinquere. Tantis enim ſi Deus intervallis totque diſcriminibus ſejunxiſſet naturas rationis & intelligentiae participes, non eſſe, judicabat, quod illis reſponderi poſſet, qui Deum eſſe **πρωσωπολήπτην** ſeu *perſonarum*, non virtutis, *exiſtimatorem* dicerent. His ita captus & conſtrictus erat rationibus vir ceteroquin eximius, ut ad humanam quoque Servatoris noſtri, *Jeſu Chriſti*, animam ſcita iſta accommodaret: quippe quam immenſam illam, quae ex *hypoſtatica unione* fluit, gloriam non voluntate Dei, ſed virtute ſua, conſequutam eſſe, perhibebat. Nullam enim umquam fuiſſe animam, quae majori fide & conſtantia, antequam corpori committeretur, divinae ſapientiae verboque divino adhaeſiſſet. Neque deerant ipſi divini codicis oracula, quibus haec dogmata muniret: id quod ex his ejus verbis intelligitur: (*) *Quod dilectionis perfectio & affectus ſinceritas ei inſeparabilem cum Deo fecerit unitatem, ita ut non fortuita fuerit, aut cum perſonae acceptione animae ejus aſſumtio, ſed virtutum ſuarum ſibi merito delata; audi ad eum prophetam dicentem: Dilexiſti juſtitiam, & odiſti iniquitatem: propterea unxit te, Deus, Deus tuus oleo laetitiae prae participibus tuis. Dilectionis ergo merito ungitur oleo laetitiae anima Chriſti, id eſt, cum verbo Dei unum efficitur. Ungi namque oleo laetitiae non aliud intelligitur, quam ſpiritu ſancto repleri. Prae participibus autem dixit, quia non gratia ſpiritus, ſicut prophetis, ei data eſt, ſed ipſius verbi Dei in ea ſubſtantialis erat plenitudo.* At haec oratio *Origenis* parum aut nihil habet firmitatis. Ipſe enim *Origenes*, eſſe genus quoddam animorum, animis humanis valde ignobilius, atque ſpecie ab illis diſcrepans, haud diffiteri potuit. Nihil enim ſibi rei voluit eſſe cum illis *Pythagoraе* ac *Platonis* ſectatoribus, qui beſtiarum animos humanas eſſe mentes contendunt propter vitae improbitatem in animantia detruſas: contra opinionem hanc portentoſam, ineptam, omnisque rationis inanem arbitratus eſt. Talis autem ſi animorum ſit ordo, equidem, quid cauſſae ſit, neſcio, cur non & alii poſſint ſine ulla ſupremi Numinis culpa aut injuſtitiae ſuſpicione animorum ordines exſiſtere hu-

(*) Περὶ ἀρχῶν Lib. I. C. 6.

(f) *Auguſtini*] *De civit. Dei Lib.* XXI. *cap.* 17. *p.* 481. *Tom.* VII. *Opp.*

(r) *Apoc.* III, 12.] Huic novae verborum *Pauli* 2. *Tim.* I, 10. expoſitioni veterem ego & vulgarem, quam ſibi deſerendam *Cudworthus* putavit, interpretationem praetulerim. Cauſam, cur id facio, hanc habeo, quod itus illi reditusque animorum humanorum; quos innuere ſanctum ho-

Digitized by Google

humanis mentibus meliores & nobiliores, quemadmodum, praeter *Simplicium*, *Plotinus*, totaque fere Platonicorum familia cenſuit.

Sed longius etiam *Origenem* amor hujus abduxit dogmatis, quod modo tetigimus: animos ipſa natura ſua liberi participes eſſe arbitrii, nec ullum idcirco animum eſſe, quin ad vitia & delicta poſſit deſciſcere. Namque inde nati ſunt, quos ſibi finxit, aeterni animorum errores & circuitus, modo adſcendentium, modo rurſus deſcendentium. Nusquam nimirum tranquillas & quietas conſiſtere patitur animas, neque talem illis felicitatis & ſanctitatis ſtatum pollicetur, in quo ſecure ſine ullo metu ac periculo bona ſua iterum perdendi & amittendi per divinam benignitatem verſari queant. Non alienum erit (*q*) *Auguſtini*, quo hanc rejicit doctrinam, adjicere locum: *Illum & propter alia nonnulla, & maxime propter alternantes ſine ceſſatione beatitudines & miſerias, & ſtatutis ſeculorum intervallis ab iſtis ad illas, atque ab illis ad iſtas itus ac reditus interminabiles non immerito reprobavit eccleſia: quia & hoc, quod miſericors videbatur, amiſit, faciendo ſanctis veras miſerias, quibus poenas luerent, & falſas beatitudines, in quibus verum ac ſecurum, hoc eſt, ſine timore certum ſempiterni boni gaudium non haberent.* Hoc certe placitum ut probemus, nullo modo fieri poteſt. Totam enim, ſi quid ego intelligo, coeleſtis doctrinae rationem funditus evertit, quippe quae illis, qui cum *Chriſto* vera fide conjuncti ſunt, praeceptisque ejus, dum vivunt, obtemperant, vitam ſempiternam & perennem promittit, 1. *Joh.* II, 25. *Haec autem eſt illa promiſſio, quam ipſe pollicitus eſt nobis, nempe vita illa aeterna. Tit.* I, 2. *Ad ſpem vitae aeternae, quam promiſit Deus ille mentiri neſcius. Joh.* III, 16. *Ita Deus dilexit mundum, ut filium* 666 *ſuum unigenitum dederit, ut, quisquis credit in eum, non pereat, ſed habeat vitam aeternam.* Quae dicta ne quis forte de tali acciperet aeternitate, quae ſuas habet converſiones & viciſſitudines, alio Servator loco dixit: *Qui credit in me, non morietur in aeternum. Joh.* XI, 26. Ac fortaſſis hoc ipſum *Paulus* ſignificare voluit, quum *Timotheum* moneret, *Jeſum Chriſtum*, Servatorem noſtrum, *mortem abolevisſe, ac vitam & incorruptibilitatem in lucem produxiſſe per Euangelium.* Falluntur enim meo judicio, qui his verbis id unum indicari putant, *Chriſtum* principem docuiſſe & confirmaſſe, animos exſtingui non poſſe. Hoc certe dogma diu ante natum Servatorem cognitum fuit, nec modo Phariſaeis inter Judaeos, verum omnibus omnino Deorum cultoribus ſeſe probavit. Verum hi defenſores immortalitatis animorum perennes maximam partem animorum errores & varias migrationes commemorabant. Quare *Jeſus* noſter, qui has repudiavit fabulas, princeps vitam aeternam in lucem produxiſſe dicitur: utpote qui primus certis homines rationibus edocuit, fore, ut, qui nomen ſuum profiteantur, beatiſſimam aliquando vitam, nec umquam terminandam felicitatem ingrediantur, coronamque adipiſcantur gloriae perpetuo floreſcentem. *Qui vicerit, eum ego columnam conſtituam in templo Dei mei, nec foras egredietur amplius.* (*r*) *Apoc.* III, 12.

Ceterum, cur hic paullo copioſius de *Origene* verba facerem, non levis cauſſa 667 mihi

hominem opinatur *Cudworthus*, non omnibus iliis placuerunt, quibus hominum animi ante natum *Chriſtum* immortales viſi ſunt, ſed nonnullis tantum ex philoſophorum ordine. Atqui *Paulus* beneficium quoddam commemorat non certo cuidam hominum generi, verum omnibus hominibus, per doctrinam Servatoris noſtri collatum. His accedit, quod in dicto *Pauli* θάνατον & ζωὴν inter ſe opponuntur. Dicitur enim *Jeſus* primo *mortem* deſtruxiſſe, deinde id, quod morti contrarium eſt, *vitam*, in lucem revocaſſe. Animorum vero varii errores & adſcenſiones deſcenſionesque, quas ſom-

Digitized by Google

mihi exſtitit. Primo hoc viro vix peritior ullus fuit dogmatum a *Platone* ejusque diſcipulis traditorum. Deinde tanto hujus philoſophiae ſtudio ac amore flagravit, ut plerisque omnibus immodicus rerum *Platonis* exiſtimator videatur. Quod ſi igitur ullum in promtu Platonicis argumentum ponderis & momenti alicujus fuiſſet, quo probaſſent, eſſe *henades*, quas vocabant, & *noës*, ſeu naturas creatas ordine animarum ſuperiores, & idcirco ipſa univerſali Platonicorum anima, ſeu tertia in divinitate eorum perſona, quae ſpiritui ſancto, quem Chriſtiani profitentur, quodammodo reſpondet, nobiliores, neminem citius *Origene* huic ſeſe ſententiae adjuncturum fuiſſe, veriſimile eſt. Sed repugnat omnino dogmati huic vera rectaque ratio. Et aeque mihi videntur inſanire, qui ejusmodi fingunt creatas *henades* aut *αὐτογαθότητας*, ſeu naturas mente principe *Platonis* digniores, itemque *νόας* & *αὐτοσοφίας*, quas dixi, comminiſcuntur, anima univerſali praeſtantiores, atque ſi quis Christianorum perſuadere vellet aliis, praeter primam Trinitatis perſonam, quam patrem dicimus, multitudinem quamdam ſingularium *paternitatum* exiſtere, altera perſona nobiliorum, nec non, praeter ſecundam perſonam, filium ſeu verbum, turbam quamdam in Deo verſari filiorum & verborum ſingularium, quibus omnibus tertia perſona ſeu ſpiritus ſanctus cedat. Hoc enim eſt, divinitatem disjungere ac diſcerpere, creatas res creatori miſcere, denique Deo turbam quamdam Deo-

niavit *Origenes*, morti minime adverſantur: vivunt enim continuo animi, etiamſi nunc in altum evehantur, nunc denuo ad terram, ex ejus ſententia, deprimantur. Quocirca vocabula *ζωὴ* & *ἀφθαρσία*, quae hic manifeſte aliquid indicant, quod morti adverſum eſt, fictos illos circuitus mentium deſignare nequeunt. De obſcuritate, quae ſumma foret in his verbis, ſi *Paulus* id dixiſſet, quod eum *Cudworthus* dixiſſe cenſet, nihil nunc commemoro. Neque vulgo receptae explicationi refragatur illud, quod vir doctiſſimus conſiderare jubet, jam ante natum ſervatorem plurimos docuiſſe, manere poſt corporis interitum animos, nec idcirco *Jeſum* dici poſſe hanc doctrinam in lucem protuliſſe. Etenim vocabulum *φωτίζω*, quod *S. Paulus* adhibet, non ſignificat rem quamdam nulli antea auditam proponere ac inculcare, verum dogma jam propoſitum, nondum vero ſatis roboratum, ab omni dubitatione liberare, ac nova luce donare. Hoc ita eſſe, docet ipſa, quae in hoc vocabulo latet, translatio a luce ducta. Nimirum, qui rem quamdam illuminat, is eam minime comparat & facit, ſed efficit tantum lumen afferendo, ut res jam facta rectius ſpectari, meliusque, quam antea factum, ex omni parte conſiderari queat. Quare haec ſit, neceſſe eſt, verborum ſancti hominis ſententia: Tametſi multa de perennitate animorum humanorum a multis dicta olim & ſcripta eſſent, haec tamen omnia non tantum habuiſſe perſpicuitatis & firmitatis, quantum ſatis eſt: *Jeſum* vero, Servatorem noſtrum, primum divinae ſuae doctrinae radiis perfeciſſe, ut omnes dubitationes removerentur, veritasque dogmatis hujus ipſo ſole clarior fieret. Atque hanc veriſſimam eſſe ſententiam, is demum ſentiet, qui philoſophorum veterum de mentium noſtrarum immortalitate ratiocinationes attente ac diligenter ſecum expendit, cumque Servatoris noſtri demonſtrationibus contulit.

Haec licet ita ſint, non omnem tamen verborum *Pauli* vim exhauſiſſe mihi perſuadeo interpretes. Equidem non de animorum tantum perenni & beata vita, verum etiam de corporum noſtrorum in vitam reditu capiendum eſſe hoc dictum, nil dubito. Exponam, quum occaſio ita ferat, mentem meam paullo clarius. Primo *Paulus* ait, Servatorem noſtrum *mortem καταργῆσαι*, *evertiſſe*, *deſtruxiſſe*: quod ita intelligi debere, res ipſa ſuadet: *Jeſum* doctrina ſua principem effeciſſe, ut metu mortis, quo miſere excruciati antea erant homines, plane ſolverentur. Deinde, quibus modis hoc fecerit *Jeſus*, declarat, illa nempe tollendo, quae formidinem mortis in hominum animis parere ſolent, & quae hiſce rebus obſtant, plane patefaciendo: *φωτίσαντος ζωὴν καὶ ἀφθαρσίαν διὰ τοῦ εὐαγγελίου*. Ergo ut, quid hiſce verbis indicetur, cognoſcamus, ea nobis ponere fas eſt ante oculos, ob quae homines tantopere mortem extimeſcunt. Haec autem tria ſunt potiſſimum. (I.) Verentur homines, ne animus plane pereat, & cum corpore deleatur, aut ne ad nihilum plane rediganter. (II.) Si de animi fortaſſis immortalitate nil dubitent, metuunt tamen, ne male ſit animo poſt fata propter peccatorum, quam apud ſe deprehendant, conſcientiam, divinamque horrent iuſtitiam. (III.) Quod ſi hunc forte ſuperaverint metum, jacturam tamen corporis graviſſime ferunt, vehementerque commoventur, quoties membra ſua diſſipa-

Deorum creatorum adjungere, qui veram Dei notionem penitus convellunt, turbant, & evertunt.

Quae quum ita sint, aequum est, ut indicemus, non omnes, qui *Platoni* sese addixerant, esse *benades* & *noës* ejusmodi, decrevisse, sed nonnullos tantum scholae Platonicae doctores, eosque recentiores, his sese ineptiis commaculasse. Namque primo *benadum* istarum ne minima quidem usquam reperiuntur in ipsius *Platonis* libris & scriptis vestigia: quod satis quidem argumenti est, nihil harum rerum umquam in mentem ei venisse. In *secunda Epistolarum* ejus, quas habemus, qua dogma suum de Trinitate explicat & describit, de prima persona non dicit: (*) περὶ τὸ πρῶτον τὰ πρῶτα, *circa primum prima sunt*, quemadmodum de secunda ait persona: δεύτερον περὶ τὰ δεύτερα, *circa secundum secunda*, & de tertia: τρίτον περὶ τὰ τρίτα, *circa tertium tertia*: verum de prima sic differit: Περὶ τ πάντων βασιλέα πάντ' ἐστι, καὶ ἐκεῖνα ἕνεκα πάντα, καὶ ἐκεῖ ὁ αἴτιον ἁπάντων τ καλῶν. *Circa omnium regem cuncta sunt, ipsius gratia omnia, ipse pulcrorum omnium caussa.* Ex quo quidem apparet, nullas ab eo *benades*, *unitates*, αὐτοαγαθότητας, *bonitates* circa princeps illud τὸ ἓν & ταἀγαθὸν, *unum* & *bonum*, collocatas esse, verum visum ipsi fuisse, omnes res bonas circa Deum versari, eumque caussam omnium non modo efficientem 668
esse, sed & omnes certo comparasse consilio & proposito. Tacet etiam de his re-

(*) (P. 707. Opp.)

sipatum & in pulverem conversum iri cogitant. Si *Jesus*, quod *Paulus* ait, mortem aut metum mortis destruxit, haec tria destruxerit etiam, necesse est, quae metum hunc fovent & excitant: nec idcirco dubitandum est, consequentibus verbis haec tria designari a sancto homine. Nomen ζωὴ binis superioribus metus caussis medetur. Notum est, locis novi foederis quam plurimis vocabulum hoc absolute positum non naturalem, verum sempiternam illam & felicem vitam denotare, quam aeternum victuri sunt, quos fides cum Servatore suo conjunxit. Vid. *Matth.* VII, 14. XVIII, 8. 9. & multos alios locos. Isto sensu hoc etiam in loco vocabulum illud sumi debet: idque non modo ex eo patet, quod metus aeternorum suppliciorum inter primas sit, quare mortem homines exhorrent, caussas, quibus tamen *Jesus* omnem vim ademit, verum inde quoque, quod verba διὰ τῆ εὐαγγελίε addita sunt a divino viro. Etenim primum ac praecipuum illud dogma, quod *in euangelio* patefactum est, non vita est naturalis seu immortalitas animorum, sed beata illa & aeterna vita, quae per *Jesum* omnibus promittitur, qui fide meritum ipsius ampiectuntur. Ipse *Paulus* breviter, at peregregie, summam exposuit *euangelii*, dicens *Act.* XVI, 31. Πίστευσον ἐπὶ τ κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν, καὶ σωθήσῃ. Haec tamen aeterna beatissimaque vita simul alteram illam naturalem comprehendit: nec enim, nisi immortales essent, aeternum beate vivere possent animi. Quare, quo minus de utraque vita verbum ζωὴ capiamus, hocque *Paulum* sibi velle putemus, nihil obstat: *Jesus omnes sustulit caussas, ob quas homines mortem formidant. Docuit enim per euangelium, Deum illis, qui viva fide Christi meritum comprehendunt, peccata omnia condonaturum, nec modo vitam & immortalitatem animis corpore decedentibus largiturum, verum etiam summo illos gaudio & perpetua felicitate affecturum esse.* Ad tertiam metus mortis rationem vocabulum ἀφθαρσία pertinere, certus sum. *Paulus* nempe morti vicinus omnia sibi revocat in memoriam, quae ad hominum mortem metuentium imbecillitatem profligandam faciunt: quumque corporis putredo & corruptio non levem vulgo terrorem illis injiciat, hunc quoque timorem per *Jesum* sublatum esse, docet, utpote qui corpora, etiamsi ad certum tempus peritura sint, aliquando tamen ἀφθαρσίαν seu statum multo meliorem & omnis corruptionis expertem recuperatura esse, invictis argumentis ostenderit. Firmat expositionem hanc non mediocriter, quod *Paulus* alias statum illum, in quo corpora erunt piorum resurgentium, ἀφθαρσίαν nominat. 1. *Cor.* XV, 53. Δεῖ γὰρ τὸ φθαρτὸν (σῶμα) τοῦτο ἐνδύσασθαι ἀφθαρσίαν. Et paullo post: Ὅταν δὲ τὸ φθαρτὸν τοῦτο ἐνδύσηται ἀφθαρσίαν, —— τότε γενήσεται ὁ λόγος ὁ γεγραμμένος· κατεπόθη ὁ θάνατος εἰς νῖκος. His posterioribus verbis nihil similius esse potest dicto, quod nunc explanamus. Φανερῶν ergo τὴν ἀφθαρσίαν, ut opinor, significat dogma de corporibus in vitam aliquando meliorem redituris, quod varie contaminaverant Judaei, in primis Pharisaei, sordibus omnibus purgare, atque rationibus, quibus nihil fieri gravius potest, extra omnem controversiam ponere.

(s) *En-*

inſunt, nos quoque Deum tangimus, congredimur, copulamur: eatenus illic innitimur atque figimus, quatenus nos illic intentione conferimus. Sequenti capite haec addit: Ἐχοντες τὰ τοιαῦτα σὺν ἀνηλωμέναις μὲν, οὐκ ἐγγὺς δὲ τοῖς τοιούτοις ἐνεργείαις τὸ πολύ· οἱ δὲ οὐδ' ὅλως ἐνεργοῦσιν· ἐκεῖναι μὲν ἐν τοῖς ἑαυτῶν ἐνεργείαις ἀεὶ, νοῦς δὲ καὶ τὸ περὶ νοῦ ἐν ἑαυτῷ, κ. τ. λ. *Haec licet poſſideamus, haud tamen animadvertimus, nos haec habere, ſed plurimum ſeorſum a talibus actionibus otium agimus. Sunt & multi, qui circa haec* 669 *nihil unquam agunt. Illa quidem in actionibus ſuis aſſidue perſeverant, mens nimirum, & quod ſuperius mente. —— Neque vero, quidquid eſt in anima, propterea jam ſentitur: pervenit ſane in nos, quando ad ſenſum usque procedit, &c.* Haec qui verba conſiderat, neſcio, an ſuſpicari debeat, νόες, quos *Plotinus* in medium producit, nihil eſſe, quam neſcio quid in ipſis animis, cujus hi auxilio communitatem ſervent cum mente principe. Hinc etiam (*y*) *Porphyrium* accepimus, quo nemo rectius philoſophiam *Plotini* calluit & perſpexit, prorſus rejeciſſe & contemſiſſe νόες iſtos ſeu intelligentias, quas Platonici quidam naturas cum a principe mente, tum a ceteris animis diſtinctas prorſus & ſecretas eſſe, judicant. Ipſe quidem *Plato* nusquam aperte νόες hujus generis commemoravit. *Mentes* in animis exſiſtentes inducit paſſim: at mentium prorſus abſtractarum & ab animis ſejunctarum, ſi unam demas mentem principem, nullo loco mentionem facit. Quod naturam ſecundam circa res ſecundas, aut res ſecundas circa naturam ſecundam verſari, δεύτερον περὶ τὰ δεύτερα, uti vidimus antea, pronuntiat, id ut neceſſario de his mentibus capiendum eſſe, putemus, nihil plane cogit nos. Fieri enim poteſt, ut rerum ſecundarum nomine *ideas* tantum *Plato* deſignaverit, quemadmodum res tertiae, circa perſonam tertiam verſantes, res ipſi ſunt conditae & genitae. His ergo demonſtratis & effectis, ita nos ſtatuere oportet, Platonicam iſtam, aut potius *Platoni* temere adſcriptam Trinitatem, quae diſcrimen omne inter Deum resque conditas aufert, quo faciliorem, ut ſuſpicor, Deorum tutoribus viam aperiat ſuperſtitiones ſuas & ineptias tuendi, multo inimiciorem rectae rationi eſſe, quam Chriſtianorum, cujus antea naturam explicuimus, Trinitatem. Etenim haec accurate ac diſtincte, quousque divina progrediatur virtus, & ubi rerum creatarum vires exordiantur, oſtendit: divinam porro naturam tam late patere, docet, ut omnes tres comprehendat & complectatur perſonas; reliqua vero omnia, ſi a tribus his divinis perſonis diſcedas, cujuscumque demum generis ſunt, res eſſe vere atque proprie a tribus his perſonis factas & creatas, earumdemque ſociatis & conjunctis viribus, quum unus tantum reapſe Deus ſint, productas.

Ergo apertum jam ex illis eſt, quae diſputavimus, omnes hasce maculas, quas di-

tura reſident. Id, niſi fallor, *Ficinus* ſibi vult, dicens: *Alteritate proprietatis & eſſentiae diſtinctae, non loco.* Tot ergo mentes ſunt, quot animae: nec *Ficino*, haec quum ſcriberet, νόες, illos *Procli* & aliorum in mentem veniſſe, arbitror. Neque certe alia *Plotini* ipſius ſententia fuit.

(*v*) *Capita & apices*] Anglice: *Heads and Summities.*

(*x*) *Verba*] Exſtant ea *Ennead.* V. *Lib.* I. *de tribus hypoſtaſibus archicis Cap.* 11. *p.* 492. Sed animadverti velim, non integra exhibuiſſe *Plotini* verba *Cudworthum*, verum decerpſiſſe tantum ea, quae inſtituto ſuo ſervire credidit. In Latina verſione, quae Graecis hic adjecta cernitur, plura ſunt, quam in Graecis, verba. Reſpondet haec Anglicae verſioni, quam *Cudworthius* habet. Moris enim ipſi eſt, id quod jam alias obſervavimus, in verſione ea ſaepenumero exprimere, quae in Graecis omiſerat. Idem in ſtatim conſequentibus verbis fecit.

(*y*) *Porphyrium*] Neſcio, an ſcriptum exſtet alicubi, νόες, quales *Proclus* & alii ſibimet ipſis animo effinxerunt, a *Porphyrio* rejectos & repudiatos eſſe. At ex aliis ejus ſcriptis, maxime ex ἀφορμαῖς ejus πρὸς τὰ νοητὰ, ſeu *ſententiis ad intel-*

divino de Trinitate dogmati hominum inuſſit temeritas, ipſamque commentitiam hanc Trinitatem, quam *Platonicam*, ut a Chriſtiana diſcernatur, vocant, quoniam nonnullis placuit *Platonis* amicis, nec ab ipſo *Platone* primum profectam eſſe, neque omnibus illis arriſiſſe, qui *Platonis* diſciplinam ſequuti ſunt. Nunc e contrario planum facere conſtitui, *Platonem* multosque ex ſectatoribus ejus plurima ex priſca veraque doctrina retinuiſſe, proximeque ab illo abfuiſſe de Trinitate dogmate, quod ſuum *Chriſti* profitentur eſſe diſcipuli. Namque *tres*, quas inducunt, *hypoſtaſes* cum a reliquo Deorum coetu plane ſegregant, tum ex rerum creatarum ordine penitus excerpunt & eximunt; cetera vero univerſa harum trium perſonarum virtute ac efficientia procreata eſſe, praecipiunt.

Hoc quo pateat omnibus, principio velim animadverti, *Platonem* ipſum ſub exordium (z) *Timaei* accurate ac diligenter Deum resque a Deo factas diſtinguere, atque fines utrorumque his verbis apte ac ſcienter deſcribere: Ἔστω δὴ κατ' ἐμὲ δόξαν πρῶτον διαιρετέον τάδε· τί τ' ὂν μὲν ἀεί, γένεσιν δὲ οὐκ ἔχον, καὶ τί τὸ γιγνόμενον μὲν, ὂν δὲ οὐδέποτε· τὸ μὲν δὴ νοήσει μετὰ λόγου περιληπτὸν, ἀεὶ κατὰ ταὐτὰ ὄν, τὸ δὲ αὖ δόξῃ μετ' αἰσθήσεως ἄλογον· δοξαστὸν γιγνόμενον καὶ ἀπολλύμενον, ὄντως δὲ οὐδέποτε ὄν· πᾶν δὲ αὖ τὸ γιγνόμενον ὑπ' αἰτίου τινὸς ἐξ ἀνάγκης γίγνεσθαι. *Eſt igitur, ut mihi quidem videtur, ante omnia explicandum, quidnam ſit illud, quod ſemper eſt, neque ullum habet ortum, itemque illud, quod gignitur, nec unquam eſt: quorum alterum intelligentia & ratione comprehenditur, quod unum ſemper atque idem eſt; alterum, quod affert opinionem per ſenſus, rationis expers: quod totum opinabile eſt, id gignitur & interit, nec unquam vere eſſe poteſt. Omne autem, quod gignitur, ex aliqua cauſſa gigni, neceſſe eſt.* Praeclare (a) *Proclus* obſervavit, rationem, quae *Platonem* adduxerit, ut, de rerum quum vellet univerſitate exponere, exordium ab hac diſtinctione caperet, hanc eſſe, ὅτι ἐν ταῖς κοιναῖς ἡμῶν ἐννοίαις ἐστίν, τὸ εἶναί τι ἀεὶ ὄν. *quoniam in communibus noſtris notionibus hoc eſt, ſeu res mathematice certa, eſſe aliquid aeternum, aut quod numquam factum eſt aut ortum habuit.* Senſus certe quotidianusque vitae uſus perſpicue testantur, non eſſe omnes res aeternas, ſed quasdam & coepiſſe, & perire iterum, ſeu, ut notioribus loquar verbis, generari, ac rurſus corrumpi. Verum recentiores *Platonis* aſſectatores, quibus nihil erat mundi aeternitate potius & antiquius, quique hanc univerſitatem certo tempore productam eſſe negabant, manifeſtam vim *Platonis* huic dicto attulerunt, neque verba philoſophi torquere deſierunt, ut ſenſum ex illis elicerent prorſus ab opinione philoſophi remotum. Itaque τὸ γιγνόμενον, quod *Plato* vocat, non ſignificare rem, diſputarunt, quae coeperit aliquando, ſed rem, quae fluat perpetuo, ſtabilitateque careat, cujus tamen non repugnet naturae ab omni aeternitate exſiſtere. Hac freti expoſitione, perſuadere voluerunt aliis, docuiſſe *Platonem*, univerſum mundum corporeum ita quidem permanere, ut fluant omnia, & tempus in eo ſuccedat tempori, nec ullus conſtantiae locus ſit, verum tamen originis plane expertem eſſe. Atque haec ſententia opi-

nio-

Intelligibilia ducentibus apparet, ſanius & melius multis de rebus eum *Proclo* ſenſiſſe, ſaltim cautius & clarius loquutum eſſe. Mentem ſive νοῦν diſtinguit ſemper a ψυχῇ ſive anima. Vid. §. 5. p. 220. §. 17. p. 225. §. 30. p. 230. &c. At νοῦς ejus, ſi mentem hominis recte perſpicio, qui ſubtilitates magno ſtudio venatur, nihil eſt, quam natura quaedam ſimplex, in qua notiones rerumque ſpecies reſident, quas Platonici mentes in orbem ſecum afferre putabant: ψυχὴ vero ſive anima natura eſt medio loco inter corpus & mentem poſita, ſeu, ut ipſe ait, τὸ ἀμερὲς καὶ περιεκτικὸν σώματος ἀμέρους, §. 5. p. 220. per totumque corpus diffuſa, quae ratiocinatur & notionibus in mente collocatis vel bene, vel ſecus utitur, §. 17. p. 225. Utrum duo haec binas eſſe naturas ſejunctas crediderit *Pla-*

Digitized by Google

nione citius longe plurimorum invaſit animos, ſic ut ipſe *Boëthius*, doctiſſimus ceteroquin e Chriſtianis philoſophus, abripi ſeſe ab ea paſſus ſit, nec, quin *Plato* mundum ita eſſe aeternum ſtatuerit, ut nullum illi ortum eſſe putaret, ullo modo dubitari poſſe, crediderit. (*) *Non recte quidam*, inquit, *qui, quum audiunt, viſum Platoni mundum hunc nec habuiſſe initium temporis, nec habiturum eſſe defectum, hoc modo conditori conditum mundum fieri coaeternum, putant. Aliud eſt enim per interminabilem duci vitam, quod mundo Plato tribuit, aliud interminabilis vitae totam pariter complexum eſſe praeſentiam, quod divinae mentis proprium eſſe manifeſtum eſt. Neque Deus conditis rebus antiquior videri debet temporis quantitate, ſed ſimplicis potius proprietate naturae.* Quo & verba illa, quibus poſtea utitur, pertinent: *Itaque, ſi digna rebus nomina volumus imponere, Platonem ſequentes, Deum quidem aeternum, mundum vero dicemus eſſe perpetuum.* Verum hanc recentioris ſcholae Platonicae expoſitionem primo *Platonis* evertere penitus propoſitum, manifeſtum eſt. Is nimirum Deum eſſe hoc in loco demonſtrare ſtudet. Quod ſi vero nulla mundo eſt origo, ſi vel maxime ſtatuat aliquis, omnia fluere, labi, nec uno eodemque ſtatu permanere, numquam tamen inde conficiet, mundum ab alia quadam cauſſa neceſſario effectum eſſe. Deinde ipſa *Platonis* verba nullo modo ferunt hos interpretes. Voce enim γιγνόμενον declarat ſe non modo id intelligere, quod ita durat, ut cum tempore procedat & mutetur, verum etiam id, quod generationis habuit initium, τὸ γενέσεως ἀρχὴν ἔχον, & quod certo coepit tempore exſiſtere, τὸ ἀπ' ἀρχῆς ποτὲ μὲν οὐκ ὂν ἔπειτα δὲ γενόμενον, brevi, id, quod aliquando non fuit, & idcirco ab alia quadam cauſſa neceſſario procreatum & genitum fuit. Nihil ergo videat, oportet, qui non ſentiat, *Platonem* rebus omnibus, quae cum tempore permanent, initium attribuiſſe. Et in ipſo hoc *Timaeo* ipſum tempus praecipit non eſſe aeternum, aut ſine principio, ſed una cum coelo ſeu mundo exſtitiſſe. Quibus poſitis, fieri nullo modo poſſe, concludit, quin alia quaedam ſit aeterna natura, quae non tantum ſine ulla converſione ac viciſſitudine duret, ſed & omni initio careat, mundumque una cum tempore produxerit. Nihil poteſt nimirum ſine ulla cauſſa oriri, ſive nulla res, quae aliquando nusquam fuit, ipſa vi ſua, ut ſit & exſiſtat, perficere valet. Oportet rem aliam antecedere, cui originem ſuam debeat. Hanc vero viam ſi perſequamur, non antea quieſcere nobis licebit, quam ad rem quamdam adſcendendo perveniamus, quae perpetuo fuit, ortusque omnis expers eſt. Igitur haec duo dum aſſumit *Plato:* unum: res illas, quae ita permanent, ut cum tempore fluant & labantur, initium ſine controverſia habuiſſe; alterum: eam naturam, quae ſtabili, certa, & immutabili aeternitate gaudet, ortu & principio prorſus vacare: differentiam inter res genitas & non genitas, ſeu inter Deum resque ab eo conditas, perſpicue conſtituit. Creatum nimirum eſſe illud, ſciſcit, quod, etiamſi duret & permaneat, fluit tamen & labitur, ideoque eſſe aliquando coepit. Hoc illud eſt, quod vocat τὸ γιγνόμενον μὲν, ὂν δ' οὐδέποτε, *quod gignitur, num-*

(*) Conſol. philoſ. Lib. V. Pro. VI. (p. 137.)

Porphyrius, an vero binas tantum unius naturae facultates, quas ratione & animo diſtinguat ſapiens, haud facile dixerim. Mira enim eſt Platonicae ſectae in explicandis rebus a ſenſu remotis obſcuritas: de quibus non aliter loqui ſolent, ac ſi per ſe exſiſterent, & perſonarum more agerent. Sed haec alias jam dicta ſunt.

(z) *Timaei*] *Cap.* 12. *p.* 275. *ed. Fabricii.* Verſio magnam partem *Ciceronis* eſt.

(a) *Proclus*] *Comm. in Timaeum Platon. Lib.* I. *p.* 10.

671 *numquam vero eſt*: item id, quod ὃ αἴτιον πᾶς ἐξ ἀνάγκης γίγνεσθαι, *quod neceſſario a cauſſa quadam procreatur.* Illud autem, quod ſine vicißitudine ac temporis ſucceſſione permanet, initioque caret omni, id non creatum ac divinum eſſe, decernit. Atque hoc illud eſt, quod appellat τὸ ὂν μὲν ἀεὶ, γένεσιν δὲ οὐκ ἔχον, *quod ſemper eſt, neque ullum habet ortum.* Pari modo Deus a ſeptuaginta interpretibus in verſione librorum *Moſis* ὁ ὤν, *is, qui vere eſt*, (*b*) dicitur.

Hac de ἀϊδίῳ οὐσίᾳ ſeu φύσει, *aeterna natura*, quae ſemper exſtitit, nec ullo tempore nata eſt, non ſingulari ſemper numero *Plato* loquitur, qui noſter mos eſt, quos *Chriſtus* veritatem docuit, verum ſaepius numero plurium, receptum tum loquendi morem imitans. Ita in hoc ipſo *Timaeo* mundum appellat τὸ αἴδιον θεῶν γενῶν ἄγαλμα, *imaginem factam ſeu creatam Deorum aeternorum.* Hi autem Dii aeterni, vix ulli dubitare fas erit, quin τὸ πρῶτον illud, τὸ δεύτερον, & τὸ τρίτον, *primum* illud, *ſecundum*, & *tertium* ſint, de quibus in altera ad *Dionyſium* data epiſtola, tamquam tribus rerum omnium principiis, loquitur. Verbo, *Trinitatem* illa voce *divinarum hypoſtaſeon* deſignat, cujus ſociata virtute & efficientia totum ita mundum effectum & comparatum eſſe, arbitratur, ut conditores ſuos, tamquam ſignum & imago quaedam, referat & exhibeat: quo modo *Plotinus* verbis jam antea laudatis rem iſtam declarat & explicat: οὗτος μὲν ὁ κόσμος εἰκὼν ἀεὶ αἰσθητὸς ἐστηκότων μὲν τῶ πρώ-

τῳ

(*b*) *Dicitur*] Longe plura ex *Platone* in medium attulit, ex quibus philoſophum hunc Deum diligenter ac ſollicite a materia rebusque conditis & factis diſtinxiſſe apparet, vir clar. *Jac. Zimmermannus*, in *Exerc. de Atheiſmo Platonis*, quae in *Jo. Georgii Schelhornii Amoenitatibus litterariis Part.* IX. deſcripta exſtat. §. 5. *ſ. p.* 847. *ſ.* & in erudita *Exercit.* hujus *Defenſione* adverſus *B. Nic. Hieron. Gundlingium*, earundem *Amoenitat. Part.* XII. §. 10. *ſ. p.* 398. *ſ.*

(*c*) *Conſtitutas eſſe*] Verba *Platonis*, in quibus *tres* ſeſe *hypoſtaſes* ejus reperiſſe, *Cudworthus* putat, ex *Timaeo* haec ſunt *p.* 529. *Opp.* Ὡς ὁ νοητὸς τὰ αὐτὸ καθ ζῶον ὁπόσα ἐν αὑτῷ περιέχει πάντα ἐνεῖδε τέλεον γεγονὸς ἄγαλμα ὁ γενητὸς παντὸς, ἡγάσθη τε καὶ εὐφράνθη. *Quum igitur hoc a ſe factum ſempiternorum Deorum pulcrum ſimulacrum moveri & vivere, pater ille, qui genuit, animadverteret, delectatus eſt opere.* Duo ſunt, quae difficultatem pariunt in hoc philoſophi dicto. Primum, quaenam illa res ſit, quam ἄγαλμα ſeu *ſimulacrum* Deorum *Plato* vocat, quaeritur: deinde, quinam ſint *Dii* Pli *aeterni*, ad quorum effigiem rem, de qua differit, expreſſam eſſe ait, incertum eſt. Utrumque varios interpretum *Platonis* deliberationibus occaſionem praebuit. Quum in praecedentibus de *anima mundi* verba faciat *Plato*, ſunt in Platonicis, qui hanc ipſam mundi animam divinitatis illud ſimulacrum eſſe, cujus motu Deum delectatum eſſe *Plato* narrat, exiſtimant. Neque omni haec opinio probabilitate carere videtur: quam quidem ita complexus eſt *Chalcidius*, non ineptus *Timaei* expoſitor, ut verſionem ſuam *Timaei* nil dubitaret ad eam accommodare. Sic enim verba Graeca reddidit: *Quae quidem omnia in anima fieri, —— palam eſt. Quam quum moveri & vivere animadverteret, factum a ſe ſimulacrum immortalis divinitatis, genitor ſuus hilaratus impendio.* Ego vero illorum omnino anteferri debere ſententiam arbitror, quam & *Cudworthus* approbavit, qui de mundo ſermonem eſſe cenſent. Ipſa enim res hanc poſcit expoſitionem. Anima omnis ex *Platonis* ſententia interiori vi ſemet ipſam ciendi ac movendi praedita eſt: quam interiorem movendi vim, id quod pauci neſciunt, argumentum eſſe voluit immortalitatis animorum. Quomodo igitur Deus dici poſſet vehementer laetus eſſe, quum cerneret mundi animam moveri, quam non ignorare poterat virtute inteſtina ſemet ipſam movendi inſtructam eſſe? Praeterea paullo ante *Plato* docuerat, animam mundi ex ipſa mente ac divinitate ſummi Numinis procreatam, omnibusque corporibus priorem eſſe. Quod ſi ita eſt, quonam, quaeſo, pacto motus hujus animae caeſa eſſe poſſit inſignis in Deo laetitiae? Hocine fortaſſis neſciebat Deus, fore, ut res ex ſeſe genita & educta moveret ſeſe? Aut num metuebat, ne pars naturae ſuae torpens & mortua jaceret? Mundum vero ſi ponamus a *Platone* hic intelligi, ſatis apta ejus erit ſententia. Deus, inquit, quum videret, materiae molem, quae rudis & informis antea fuerat, motibusque jactabatur inordinatis, poſtquam animam acceperat ex ipſo Deo genitam, motu tranquillo & ordinato concitari, magnam ea de re laetitiam concepit.

Quinam vero ſunt *Dii* illi *aeterni*, ad quorum imaginem mundum eſſe comparatum, *Plato* ait? Parcam chartae ac tempori, nec omnes Platonicorum argutias de hiſce Diis huc transferam, quarum

τι ἢ ἓ ἀδιάφθορα ἢ ἓ τελεῖα. *Hic quidem mundus imago est, quae perpetuo renovatur,* (ut imago quaedam in vitro) *primi, secundi tertiique principii, quae semper stant,* id est, ex infinito tempore exsistunt nec umquam facta sunt. Nec aliter visum fuit antiquis *Platonis* interpretibus, quos *Eusebius* primum illud, secundum, & tertium, quorum *Plato* meminit *Epistola ad Dionysium*, de tribus accepisse Diis, auctor est: Ταῦτα οἱ ἀ Πλάτωνα λόγον φέρουσι, ἀπὸ τ πρώτου θεὸν ἀνάγοντα, ἀπό τε τὸ δεύτερον αἴτιον, ἢ τρίτον ἢ ἓ κόσμου ψυχὴν, θεὸν τρίτον ἢ αὐτὴν ὀνομάζουσι εἶναι. *Haec Platonis verba, qui explicandam philosophi mentem susceperc, ad primum Deum secundumque principium referunt, nec non ad tertium, quem mundi animam Deumque tertium ipsi quoque appellare solent.* Quamobrem recte nos omnino facturos, opinamur, si aeternos illos nec creatos Deos, quorum imaginem seu simulacrum totum esse mundum genitum seu creatum in *Timaeo* perhibet, hanc esse Trinitatem divinarum hypostaseon constituamus, cujus potentia mundum omnem fabricata est. Ex quo novum conjectura nostra, quam supra proposuimus, firmamentum accipit, *Ciceronem*, qui *Platonis* libenter vestigia legit, eosdem Deos aeternos in animo habuisse, quum scriberet, *a Diis omnia a principio facta*, nec non, *providentia Deorum mundum & omnes mundi partes* (c) *constitutas esse.*

Altera quidem Trinitatis Platonicae persona, *mens* seu *intelligentia* genita ex prin- 671 ci-

(*) Praep. euang. Lib. XI. C. 20. p. 541.

rum paucae solidi aliquid & constantis habent. Satis erit, in *Cudworthi* sententiam inquirere, atque, hoc facto, quid mihi videatur, exponere. Τρεῖς θεοὺς, quorum ἀγαλμα *Plato* hunc esse mundum dicit, tres opinatur *Cudworthus* esse divinas personas, seu, ut Platonicis vocantur, *hypostases*. Huic ego sententiae id primum obstare arbitror, quod *Plato* de his Diis perennibus ita loquitur, ut eum pateat naturas designasse a summo & celsissimo Numine, cui mundi constructionem attribuit, secretas & sejunctas. Summum enim Deum ait non mediocriter exhilaratum fuisse, quum mundum videret ad exemplum Deorum aeternorum factum moveri & agitari. Si *Dii aeterni* ipse essent supremus ille Deus, tribus constans personis, a quo rerum universitatem adornatam esse vult philosophus, haud dubie dixisset, Deum laetatum fuisse, quum *mundum ad sui effigiem conditum* animadvertisset certis legibus impelli. Quod vero distincte tam Deum ipsum, mundi conditorem, quam aeternos Deos nominat, id perennes hosce Deos illos esse manifesto significat, quibus mundi opifex & architectus, tamquam exemplis, in condendo mundo usus est. Deinde, quanam ratione mundus hic, qui in sensus & oculos incurrit, expressum simulacrum esse queat trium personarum divinitatis aut supremi Numinis, quod omni corpore, figura & forma caret, alius dixerit: ego quidem nihil huius rei me intelligere confiteor. Quidnam similitudinis, obsecro, inter naturam esse poterit corpoream, variis ex partibus concretam, mutabilem, forma & figura praeditam, & inter naturam simplicissimam, omnis concretionis nescium, stabilem, nullinsque unquam ingenio comprehendendam? *Eusebii*, quem *Cudworthus* adducit, locus ad sententiam ejus probandam nihil valet: in quo quippe non de hoc *Timaei* loco, sed de altero illo, agitur, qui in *Epistola ad Dionysium* exstat. Istum vero locum a plerisque *Platonis* interpretibus de tribus rerum principiis accipi, nemo negat. Nec, quae ex *Cicerone* afferuntur, momenti habent aliquid: de quibus supra jam actum est.

Aeterni Dii Platonis nulli sunt, nisi totus fallor, quam aeterna rerum omnium exempla & species, quarum ad normam mundum hunc a supremo Numine comparatum esse, *Plato* censuit. Haec ne mira cuiquam videatur interpretatio, animadverti primo velim, totum hunece mundum & insigniores ejus partes, solem, lunam, terram, pro Diis a *Platone* fuisse habitas: cujus quidem rei vel ex uno *Timaeo* satis luculenta liceret proferre testimonia, si quid dubitationis oriri cuiquam posset. Illud autem, quod observetur, valde dignum puto, *Platonem* nunc totam rerum universitatem seu mundum conjunctim spectatum Deum singulari numero appellare, nunc vero plurium Deorum meminisse, solemque, lunam, terram, aliaque mundi membra sigillatim Deos vocare. De tota rerum universitate loquitur, quum ita differit in *Timaeo* p. 524. Οὗτος δὴ πᾶς ὅστις ἀεὶ λογισμὸς θεὸς περὶ τὸν ποτὲ ἐσόμενον θεὸν λογιούμενος. *Deus is, qui erat, de aliquando futuro Deo* (mundo nimirum) *cogitans.* Alios ejus generis locos praetermitto: hoc,

cipe perſona, quam τἀγαθὸν ſeu *bonum* nominant, aut ex ea emanando proceſſiſſe dicitur. Sed hoc tamen impedimento non fuit Platonicis, ne ſemper eamdem
673 exſtitiſſe aut aeternam eſſe, pronuntiarent. Cujus quidem rei teſtes multi ſunt Platonici, quibus nemo verorum *Platonis* diſcipulorum nomen & exiſtimationem detraxerit Nos ex magna teſtimoniorum turba duobus contenti erimus. Primus *Plotinus* teſtis eſto, qui *Ennead* V. *Lib.* I. *C.* 6. ſic fatur: Ἐκτὸς δὲ ἡμῖν ἔστω γένεσις ἡ ἐν χρόνῳ, τὰ λέγειν περὶ τῶν ἀεὶ ὄντων ποιοῦντας, κ. τ. λ. *Procul eſto nunc a nobis generatio temporalis, verba de ſempiternis in praeſentia facientibus, &, ſi quando inter loquendum generationem eis tribuamus, ratione cauſſae ordinisque cujusdam generationem tantum commemoramus.* Haec verba proprie ad alteram pertinent hypoſtaſin ſive *mentem*: verum poſtea tertiam quoque Trinitatis perſonam, ψυχὴν nimirum, ſeu mundi animam, ejusdem dignitatis *Plotinus* facit participem; utpote quam, ſicut altera perſona verbum eſt primae, ita verbum eſſe ſecundae perſonae, praecipit: Καὶ τὸ γενόμενον διὰ κρεῖττον θεὸν νοῦν, νοῦν τὸν αὐτόν· ἦ κρεῖττον ἀπόλλων νοῦς, ὅτι πάντα μετ' αὐτόν· εἶναι δὴ καὶ ἡ ψυχὴ λόγον τινὰ καὶ ἐνέργειάν τινος, οἷονεὶ αὐτὸς ἐστίν. *Oportet profecto, quod ſit ab eo, quod eſt mente melius, eſſe mentem: melius vero omnium, quae fiunt, eſt intellectus, quoniam alia ſunt poſt ipſum. Jam vero & anima mentis eſt verbum & actus quidam, ſicut mens eſt Dei verbum.* Alterum auctorem dabo *Porphyrium*, ex cujus *quarto Hiſtoriae philoſophicae Libro S. Cyrillus* hunc affert locum, quo *Platonis* doctrinam explicat: (*) Εἰπὼν ὁ Πλάτων περὶ τοῦ ἀγαθοῦ ἔτους· ἔστι δὴ τοῦτο τρίτον πρὸ ἀνθρώπου ἀνεπιδήλου νῦν γενέσθαι τε ὅλον καθ' ἑαυτὸν ὑφεστῶτα, ἐν ᾧ δὴ τὰ ὄντως ὄντα καὶ ἡ πᾶσα οὐσία τῶν ὄντων· ὁ δὴ καὶ πρῶτον καλὸν καὶ αὐτοτελὲς, περὶ ἑαυτὸ τὴν κατασκευὴν ἔχον τοῦ εἴδους· προῆλθε δὴ περιφανὲς ἀπ' αὐτοῦ ὃ δὴ θεῖον ἀνεπιδήλῳ, αὐτοκρύπτῳ ὄν καὶ αὐτοφύτως· ἡ δὲ ἐκείνου κινουμένη πρὸς γένεσιν ἦ τοῦτο ἡ πρόοδος γέγονεν, ἀλλὰ τοῦτο παρελθὸν αὐτογένεσις ἐστι θεῖον, παρελθὸν δὲ οὐκ ἀπ' ἀρχῆς τινος χρονικῆς, ἔτι γὰρ χρόνος ἦν, ἀλλὰ πάλαι χρόνου ὄντος πρὸς αὐτόν ἐστί τι ὁ χρόνος· ἄχρονος γὰρ ἀεὶ καὶ μόνος αἰῶνός ἐστιν ὁ νοῦς. *Plato de bono in hunc modum loquitur: Ex hoc quamdam hominibus imperceptibilem mentem eſſe factam, totam per ſe ſubſiſtentem, in qua vere ſunt, quae ſunt, & omnis entium ſubſtantia eſt, quae quidem & prima pulcra, & per ſe pulcra eſt, a ſe pulcritudinis ſpeciem ducens: prodiit vero*

(*) Cyrillus contra Jul. Lib. I. p. 32.

ut ex illis eius dictis, quibus terrae, ſolis, lunae, tamquam Deorum, meminit, quum ſatis ingens eorum adſit copia, aliquem proferam, neceſſarium arbitror. Huic vero mundo, quem oculis & ſenſu percipimus, alius ex ſententia *Platonis* ab aeterno reſpondet νοητός, ſeu mundus ſoli animo conſpicuus, cuius ad exemplum ſpectabilis haec rerum univerſitas a Deo comparata eſt: de quo quidem mundo cum alias, tum in primis in *Timaeo* haud longe ab exordio copioſe diſſerit. Mundus iſte νοητός & ingenio ſoli patens utrum a *Platone* in Deo & intelligentia divina fuerit poſitus, an vero extra Deum collocatus, nunc quidem quaerere, nil attinet: rem ipſam tantum contemplemur. Quod ſi ergo mundus hicce adſpectabilis, judice *Platone*, Deus eſt, nec non majores ejus partes, quibus continetur, Dii ſunt, exemplaris ille mundus, quem unice mens noſtra intuetur, cuiusque noſter hicce orbis expreſſa eſt imago, nec non nobiliora ejus membra non immerito Dii appellabuntur. Fac, ſolem Deum eſſe: adde, ſolis hujus, quod *Julianus* totque alii Platonici toties praedicant, perenne & ſempiternum exemplum, cuiuscumque demum illud naturae ſit, exſtare: nonne aeterna illa ſolis ſpecies eodem iure Deus vocabitur, quo ipſe ſol, qui ad normam ejus effictus eſt? Fingamus, urbem aliquam ex infinito tempore in tabula quadam depictam exſtitiſſe, ut ad eius ſpeciem certo tempore vera quaedam urbs conſtrueretur: adiiciamus, id fieri, architectumque aliquem ipſa re perenne illud ſimulacrum urbis exprimere: nonne, hoc facto, commode dicet aliquis, conditam urbem iſtam imaginem eſſe urbis illius aeternae? *Plato* igitur, quum aeternas neſcio quas Deorum ſpecies exſtitiſſe judicaret, non prorſus ſtolide loquutus eſt, quum mundum

hunc

ro ante ſaecula ab auctore Deo emicans, per ſe genita, & ſibi ipſi parens: non enim illo movente ſe ad generationem hujus progreſſus fuit, ſed hoc procedente per ſe ipſa naſcendo ex Deo, procedente, inquam, a nullo principio temporis: nondum enim tempus erat: ſed neque facto tempore ad ipſum, aliquid eſt tempus: quippe mens illa ſemper expers temporis & ſola perennis. Hic *Porphyrium* videmus non modo aeternitatem ſecundae Trinitatis hypoſtaſeos, *mentis* nimirum ſeu *intelligentiae*, tueri, verum etiam nonnullas de ea loquendi formas uſurpare, quae vix capiat aliquis, & quarum multa alias exempla non reperias. Licet enim fateatur, mentem ex principe Deo ſeu fonte divinitatis eſſe genitam; tamen vocibus αὐτοπάτωρ & αὐτογενὴς de ea utitur, quae ſui ipſius parentem & originem mentem eſſe indicant, docetque, eam αὐτογένεσιν, *ex ſemet ipſa* proceſſiſſe ac prodiiſſe.

Igitur, quum multum haec loquendi ratio caliginis & obſcuritatis habeat, operae pretium exiſtimo veram ejus ſententiam paucis exponere, & fundamenta declarare. *Porphyrius* ipſe vero hic ſententiam ſuam hoc modo explanat: Mens, quamvis ab aeterno ex principe Deo ſeu ſupremo Numine generata ſit, tamen propterea ex ſe ipſa dicitur eſſe nata, quia non ita ex fonte prodiit divinitatis, ut quodammodo ad generationem ſuam impelleretur ac moveretur, verum ſemper conſtitit ac quievit. Eandem jam antea doctrinam *Plotinus* in medium protulit, cujus haec verba ſunt: (*) Οὐ κινηθὲν φατέον γίγνεσθαι· εἰ γὰρ κινηθὲν αὐτῷ τι γίγνοιτο, τέταρτον ἀπ' ἐκείνου τὸ γιγνόμενον μὴ ἂν κίνησιν ἀν γίγνοιτο, ἢ ἂ δεύτερον· δεῖ ἓν εἶναι τὸν ἀκίνητον ὄντα, εἰ τι δεύτερον μετ' αὐτὸν, ἢ πρεσβύτερον, εἰδὲ βουληθέντα, εἰδὲ ὅλως κινηθέντα. *Quod igitur ex primo principio gignitur, dicendum eſt ſuperiore non agitato gigni: alioquin, ſi moto illo* 674 *aliquid generetur, certe id, quod gignitur, non ſecundum, ſed tertium erit ab illo poſt motum. Quamobrem neceſſarium eſt, quum illud ſit prorſus immobile, ſi quid ſecundum poſt ipſum naſcitur, id profecto illo neque annuente, neque voluntate decernente, neque ullo pacto commoto ſubſiſtere.* Haec in *Porphyrii* ſtilum ſi convertenda ſint, his efferre verbis licebit: Eſt natura quaedam, quae ex principe Deo ſeu divinitatis fonte αὐτογένως ſive ita emanavit, ut ſemet ipſam ſimul genuerit. Vera autem dogmatis illius haec eſſe videtur ſententia: Alteram divinitatis perſonam ex principe qui-

(*) Enn. V. Lib. I. C. 6. (Libro de trib. princip. ſubſtantiis p. 487.)

hunc Deorum aeternorum eſſe ἄγαλμα pronuntiaret. Quare hae aeternae mundi, ſiderum, & elementorum ſpecies ſine ulla controverſia Dii ſunt illi εἴδωλα, quorum ἄγαλμα hunc mundum eſſe, *Plato* docuit. Alii Platonicorum Θεὸς νοητὸς hos Deos nominant: qua de re jam dixi alias. Praeclare hanc interpretationem extrema *Timaei* verba confirmant, quibus mundum ita deſcribit philoſophus: Ὁ κόσμος ζῶον ὁρατὸν, τὰ ὁρατὰ περιέχον, ΕΙΚΩΝ ΤΟΥ ΝΟΗΤΟΥ ΘΕΟΥ, αἰσθητὸς, μέγιστος τε ἀγαθὸς. *Mundus animal viſibile, viſibilia comprehendens,* INTELLIGIBILIS DEI IMAGO, *ſenſibilis, maximus, interminatus.* Quaero, quisnam hic ſit ille Θεὸς νοητὸς, cujus imaginem *Plato* hunc mundum appellat? Sine ullo dubio mundus ille ex ſpeciebus ſeu ideis conflatus, in quo tantum univerſa ſecta Platonica ſibi placet. Hoc ſi ita eſt, quis non videt, illos *aeternos Deos*, quorum ſimulacrum hunc mundum eſſe, *Plato* dicit, partes eſſe majores & inſigniores, ex quibus mundus ille νοητὸς conſtitit? Nihil inter hunc & illum, de quo agimus, locum intereſt, niſi quod illic plurium, hic unius Dei mentio fit. Sed hoc in more *Platoni* poſitum fuiſſe, ut de mundo diſſerens, nunc unum, nunc vero plures Deos commemoraret, ante jam oſtendimus. Diſcrimen vocabulorum νοητὸς & ἀίδιος non moror. *Plato* enim quibus attente lectus eſt, illi non ignorabunt, aequam horum verborum ex ipſis diſciplinae ejus legibus poteſtatem eſſe. Faciet, niſi fallor, haec interpretatio noſtra cum ad multas *Platonis* ſententias illuſtrandas, in quibus ſine fructu interdum ſudant, qui dictioni ejus non ſatis aſſueti ſunt, tum ad eos in officio continendos, qui multis in locis apud *Platonem* tres divinitatis perſonas temere ſibi reperiſſe videntur.

(*d*) Nisi

quidem omnino procedere Deo, at non eo modo atque ratione, qua res creatae inde procedunt, quas ſupremi Numinis libera voluntas & mandatum producit & procreat, verum naturali quadam & neceſſaria emanatione. Neque vero haec loquendi ratio uni placuit *Porphyrio*. Namque eadem nomina αὐτοπάτωρ & αὐτόγονος, *parens & auctor ſui ipſius*, in *Jamblichi* etiam *de myſteriis Libro* leguntur, qui ſimiliter non ad primum omnium principium ea accommodat, ſed ad ſecundam quamdam hypoſtaſin divinam: (*d*) Ἀπὸ δὴ ἑνὸς τούτου ὁ αὐτάρκης Θεὸς ἑαυτὸν ἐξέλαμψε· διὸ καὶ αὐτοπάτωρ καὶ αὐτόγονος. *Ab hoc autem uno Deus per ſe ſufficiens ſe ipſe explicuit: proinde eſt ſui pater & ex ſe genitus.* Sed de hoc *Jamblichi* Deo aut divina *hypoſtaſi* deinceps latius diſſeretur. Ceterum nonnulli quoque ex Chriſtianis Theologis ſimile quid in explicando de Trinitate dogmate auſi ſunt, atque λόγον ſeu verbum, quod nos profitemur, divinum αὐτόθεον & *ex ſe ipſo Deum* vocare non dubitarunt. Ego vero, quoniam ſacrae litterae nulla nobis eloquutionum ejusmodi exempla ſuppeditant, nemini eſſe integrum arbitror, his ſimilibusque dicendi modis in coeleſtis veritatis expoſitione (*e*) uti.

675 *Dionyſius Petavius*, poſtquam *Arii* dogma recte atque dextre explanaverat, oſtenderatque, docuiſſe hominem hunc, patrem unum ſolum eſſe aeternum Deum, filium vero ſeu verbum naturam eſſe factam, quam pater ex nihilo certo tempore procreaſſet, aut, quum non fuiſſet antea, protuliſſet, haec verba ſubjicit: (*) *In ea vero profeſſione, quod ſupra memoravi, planiſſime conſtat, germanum Platonicum Arium exſtitiſſe.* Verum haec in manifeſto eſſe errore, *Ariumque* nullo jure a *Petavio*, homine ceteroquin ingenio, diligentia, & eruditione nulli ſecundo, ad Platoni-

(*) De Trinit. Lib. I. C. 8. §. 2. (Tom. II. Dogmat. Theolog. p. 38.)

(*d*) ἀπὸ δὴ] *Jamblichus de myſteriis Sect.* VIII. *Cap.* 2. p. 158. Verum non ibi legitur, quod *Cudworthus* hic poſuit, vocabulum αὐτόγονος, ſed αὐτάρκης, *ſibi ſufficiens.* Forte judicavit, loco αὐτάρκης, quod in codicibus eſt, legendum eſſe αὐτόγονος, quoniam paullo ante nomen αὐτάρκης jam adhibitum erat a *Jamblicho.*

(*e*) *Uti*] Sunt, niſi fallor, in hac de *mente Platonis* diſquiſitione, quae fortaſſis aliquis deſideraverit. (I.) De *Platonis* unice hic ſententia quaeritur, quam juniorum Platonicorum doctrina multo eſſe puriorem atque meliorem, affirmat *Cudworthus.* At nihilo tamen minus, quid *Plato* ſenſerit, id non ex ipſo *Platone*, ſed ex binis recentioris ſcholae Platonicae alumnis, *Plotino* & *Porphyrio*, demonſtrare ſtudet. Si corrupta eſt ac in multis modis depravata novae ſectae Platonicae de tribus principiis doctrina, quonam jure interpres haec ſecta erit dogmatis, quod ipſe *Plato* fovit? Meo quidem judicio ipſe *Plato* adeundus erat, dimittendi vero illi, quos omnes novimus in *Platone*, quaecumque modo vellent, reperiſſe. Sed univerſi, qui de *Platonis* tribus principiis ſcribere aliquid audent, hanc ſibi vident neceſſitatem impoſitam, quum ipſe nihil certi atque perſpicui de illis tradiderit, ex junioribus ejus ſectatoribus hauriendi: quam quidem ego viam valde lubricam & ancipitem exiſtimo. (II.) *Plotini* & *Porphyrii* de tribus principiis praecepta, ſi diligentius expendantur, ejus mihi videntur eſſe generis, ut longe citius Sabellianorum de Deo dogmata referant, quam ſanam & ſacris litteris conſentaneam de tribus in Deo perſonis doctrinam. Etenim νοῦς & ψυχὴ, quorum non ſecus mentionem faciunt, ac ſi diſtinctae eſſent naturae, multis aliis in locis ita deſcribuntur ab illis, ut nihil, niſi divinam rationem ſeu intelligentiam, & vim Dei in mundo & rebus conditis ſeie exſerentem, aut binas ſummi Numinis proprietates & perfectiones his vocabulis deſignari, appareat. In qua me ſententia non mediocriter hoc confirmat, quod in hominis anima, haud aliter ac in ipſo Deo, tres conſtituunt ejusmodi hypoſtaſes, atque de νοῦ & ψυχῆ in quovis homine iisdem paene verbis loquuntur, quibus de mente & anima divina utuntur. Tres autem in ſingulorum hominum animis vere ita dictas hypoſtaſes verſari, ab his philoſophis decretum eſſe, non arbitror aliquem ſibi facile perſuaſurum eſſe. Sed hanc rem alio loco decrevi accuratius & copioſius perſequi: hic intelexiſſe ſatis erit, quae noſtris dogmatibus apud Platonicos cognata videntur eſſe, non tam ex verbis, quam ex totius diſciplinae habitu, metienda eſſe ac ponderanda. (III.) Non ſum neſcius, ſcho-

lam

nicos referri, quae adhuc partim ex ipſo *Platone*, partim ex germanis ejus ſectatoribus collecta ſunt a nobis, extra controverſiam collocant. *Plato* certe, aut *Plotinus*, ſi alteri hypoſtaſi, menti, λόγῳ, principisque perſonae filio aeternitatem derogaſſet, idem feciſſet, ac ſi ſapientiam ipſam & intelligentiam negaſſet ab aeterno exſtitiſſe. Nam uterque alteram hypoſtaſin divinitatis nihil eſſe aliud, quam αὐτοσοφίαν, ſapientiae fontem, & ipſam idcirco ſapientiam illam, qua Deus eſt ſapiens, decernit. Quod ſcitum quatenus aut quo ſenſu tolerari queat, nunc, ut disquiramus, neceſſe non eſt. Interim *Athanaſium*, non poſſum, quin obſervem, ab eadem ſtetiſſe opinione: quod ex hiſce locis ejus apparet: (*) Καὶ σοφία ἡ ἀληθινὴ ἐστιν ὁ υἱός, ἡ οὐκ ἔστιν ἄλλης σοφίας δεύτερος, ἀλλὰ μόνος ἐστὶ, δι' οὗ τὰ πάντα ἐποίησεν ὁ πατὴρ, κ. τ. λ. *Dominus eſt ſapientia & veritas, neque eſt ſecundus ab altera ſapientia, ſed ſolus ipſe eſt, per quem omnia fecit pater.* Et rurſus: Οὐκ γὰρ λόγος ἐστὶν ὁ τοῦ λόγου πατήρ. *Non enim verbum eſt verbi pater.* Item: Οὐκ ἦν λόγος ὁ τὸν λόγον τοῦτον ποιήσων· ἦν γὰρ ὁ λόγος πρὸς τὸν Θεόν· σοφία μεγίστη ὁ υἱός· οὐκοῦν ἦν ἐν σοφία ὁ τὴν σοφίαν εἰπεῖς· ἐγὼ γὰρ ἤμην, φησὶν, ᾗ ἐφαίνετο. *Non erat aliud verbum, quod hoc verbum proferret: erat enim verbum apud Deum. Sapientia eſt dominus: tamen alia ſapientia non erat, quae hanc ſapientiam produceret. Ego, inquit, eram, in qua oblectabatur.* Et haec quidem poſteriora verba ex *Dionyſio*, antiſtite Alexandrino, ſic affert, ut ea ſimul approbet. Hic ipſe quoque *Athanaſius* refert, *Arium* e contrario docuiſſe, aliud eſſe verbum & aliam ſapientiam, illo verbo & illa ſapientia, quae in *Chriſto* eſt, antiquiorem. (*f*) Sed haec alium locum flagitant: nunc ſatis erit, ſi nullum umquam 676
Platonicum mentis univerſalis ſeu ſecundae divinitatis perſonae aeternitatem in du-

(*) De ſent. Dionyſii Tom. I. p. 567.

lam juniorem Platonicam de tribus rerum principiis, quae perpetuo inculcat, formulas & dicendi rationes adhibuiſſe iis loquendi modis omnino pares, quos Theologi Chriſtiani aetatis illius de aeterna filii Dei generatione, Spiritusque ſancti natura & proprietatibus uſurpare ſolent. Sed expeditum nondum eſt, utrum philoſophi illi Platonici has ipſimet loquutiones invenerint, an vero a Chriſtianis ſumſerint. Certum eſt, alioque loco fuſius demonſtrabitur, Platonicos altero & tertio poſt natum Servatorem ſaeculo cum generatim diſciplinam ſuam magno ſtudio ad Chriſtianae dogmata religionis accommodaſſe, tum ſigillatim id egiſſe, ne inter tres divinitatis perſonas, quas Chriſtiani profitentur, & tria principia ſua multum intereſſe diſcriminis videretur. Etenim, creſcentibus indies Chriſtianorum opibus, & deficiente eorum, quibus Dii curae erant, multitudine, nihil rebus Deorum conſultius eſſe putabat haec familia, quam ſua facere quodammodo praecepta illa, quae praeceteris in religione Chriſtiana eximia, praeclara, & ſublimia omnium confeſſione erant, cumque his veteres ſuperſtitiones colligare. Quam propter cauſſam veri duco ſimillimum, hac etiam in re Chriſtianorum fuiſſe imitatores hos philoſophos, atque, ut facilius perſuaderent populis, tria principia ſua & tres Chriſtianorum in Deo perſonas aut nullo aut modico intervallo diſtare, libenter formulas illas adſciviſſe, quibus dogma ſuum de Trinitate Chriſtiani explicare ſolebant. In *Jamblicho* hoc in primis obſervavi, qui Arianarum litium temporibus adhuc vixit, nec paucis ideirco loquutionibus utitur, quarum origines his controverſiis non ſunt antiquiores.

(*f*) *Sed haec alium*] Ipſe hic *Cudworthus* perſpicere videtur, Trinitatem, cui *Plotinus* & alii ex Platonicis favent, non tam perſonarum, quam notionum & virtutum divinarum, Trinitatem eſſe, longoque propterea diſcrimine a Chriſtiano de tribus divinis perſonis dogmate diſtare. Namque ſi *Plotini* ſecunda hypoſtaſis ipſa illa ſapientia eſt, qua Deus eſt ſapiens, nonne altera haec hypoſtaſis perfectio tantum eſt divina, quam non niſi cogitando ab ipſo Deo diſtinguere licet? Quis, obſecro, rationem aut ſapientiam, qua ſapit homo, ſingularem eſſe quandam in illo homine veramque perſonam ſtatueret? Cum hac vero Platonicorum ſententia minime componi velim, id quod hic tamen facere videtur vir doctiſſimus, illam, quae familiaris eſt *Athanaſio*, loquendi rationem, *Chriſtum*, Servatorem noſtrum, ipſam illam rationem & ſapientiam eſſe, quae in Deo eſt, aut qua Deus ſapit & ratiocinatur. Quamquam ſolus minime ſic ſenſit vel dixit *Athanaſius*, verum magna ve-

Digitized by Google

dubium vocaſſe indicavero. Contra nonnulli hujus generis, id quod jam antea demonſtravimus, dum verbum hoc ſeu mentem ſuimet ipſius parentem, cauſſam, & originem (αὐτοπάτωρ & αὐτόγονον) dicerent, nimio plus arrogare viſi ſunt alteri perſonae: quamquam, quum alioquin faterentur, proceſſiſſe eam ex principe Deo, natumque primae perſonae eſſe, ſingulari quodam & ſublimiori ſenſu haec dicta intelligi voluerunt. *Plato* igitur, quem mundum eſſe aeternum negaſſe novimus, quia ſecundam Trinitatis ſuae perſonam aeternam facit, ea re ex naturarum eam creatarum ordine prorſus tollit, nec ab ipſius idcirco *Athanaſii* hac in re ſententia recedit: (*) Εἰ ἀίδιός ἐστιν ὁ υἱὸς, οὐκ ἂν κτίσμα· εἰ δὲ κτίσμα τυγχάνει, οὐκ ἂν ἀίδιος. *Si aeternus eſt filius, non eſt creatura: contra, ſi creatura eſt, aeternus non fuerit.*

Macrobii dictum, in quo *Petavius* opinionis ſuae praeſidium conſtituit, nullius eſt hac in cauſſa numeri. Ait (g) *Macrobius, primam cauſſam de ſe mentem creaſſe*, &

(*) P. 119. (T. I. Opp. in Diſp. cum Ario.)

terum doctorum, qui cum Arianis pugnarunt, turba, quorum teſtimonia magnam partem *Dion. Petavius* collegit *de Trinitate Lib.* VI. *Cap.* 9. *p.* 347. *Tom.* II. *Dogm. Theol.* Fateor, ut multa alia incautis exciderunt viris meritiſſimis, qui ſententias Arianorum everſum ibant olim, in quibus nos hodie non immerito proprietatem & accurationem requirimus, ita & hanc dicendi rationem, ſi extra nervos orationis & diſputationis ſeriem ſpectetur, ſuſpicionem parum ſanae & caſtigatae doctrinae gignere poſſe. Quamobrem *Auguſtino* non vereor accedere, qui ſatis accurate ac diligenter in eos diſputavit, quibus hic ante ſe placuerat loquendi modus. Vid. *Lib.* VI. *de Trinit. Cap.* 1. *p.* 598. & *Lib.* XV. *Cap.* 7. *p.* 689. *Tom.* VIII. *Opp.* Quamvis enim commode poſſit exponi, & a multis dudum expoſitus ſit; tutius tamen eſt, ut opinor, a loquutionibus abſtinere, quarum ambiguitate decipi poſſunt, in quibus mediocris eſt perſpicientia. At nihilo tamen minus, ſi mens, animus, & conſilium potius eximiorum virorum conſideretur, quam verba ipſa, quae adhibuerunt, non erit meo quidem judicio, quod in illis magnopere reprehendamus. In certamine cum Arianis illi, qui recte ſentiebant, doctores in primis adverſus eos urgebant celebrem *Salomonis Prov.* VIII. de ſapientia divina locum, quem de *Chriſto* plerique omnes veterum interpretari ſolent: ex quo quidem loco aliisque nonnullis aeternitatem filii Dei probabant. Vid. ex multis *Athanaſius Orat.* II. *contra Arianos T.* I. *Opp. p.* 319. Hujus ergo dicti vim ut effugeret *Arius*, *Chriſtum* quidem haud negabat *ſapientiam* in ſacris libris vocari, & eſſe quoque certo ſenſu Dei ſapientiam; verum illam, de qua *Salomo* differit, ſapientiam non eſſe *Chriſtum*, dicebat, ſed aliam in Deo ſapientiam ex omni aeternitate perfectionis aut qualitatis loco fuiſſe: hanc a *Salomone* & aliis auctoribus ſacris, qui aeternam nominent ſapientiam, intelligi. Aliam nimirum eſſe ſapientiam & rationem *illam*, qua Deus ſapiens ſit; aliam verbum *illud*, de quo *Joannes*, & ſapientiam, de qua *Paulus* loquatur: hanc extra Deum eſſe, & ab interiori ſapientia & λόγῳ fabricatam. Vid. *Athanaſius Orat.* I. *adv. Arian. p.* 124. & *Libro de ſententia Dionyſii contra Arianos p.* 567. *T.* I. *Opp.* Verum eripi ſibi nolebant rectae doctrinae patroni *Salomonis* illud effatum. Quare diſputationis fervore inflammati, non dubitabant eo procedere, ut *Chriſtum*, Servatorem noſtrum, ipſam eſſe illam ſapientiam & rationem decernerent, qua pater ſapit & ratiocinatur. Audacter, non diffiteor, & libere: maxime quum alia longe ratione Arianis ſine cujusquam offenſione reſponderi potuiſſet: nec tamen perverſe omnino & inſipienter. Etenim, qui ſic loquebantur, nomen *ſapientia* ſenſu, ut vocant, formali minime uſurparunt, quemadmodum Platonici, cum quibus hic conjunguntur a *Cudworthо*, neque ſapientiam hanc inter qualitates divinas retulerunt: quod quidem ſi feciſſent, Sabellianis propiores fuiſſent, quam ipſimet putarunt. Sapientia enim, ut virtus & perfectio Dei ſpectata, idem eſt, ut omnes norunt, quod ejus eſſentia. Filius ergo, ſi proprie loquuti fuiſſent hi doctores, eſſentia foret patris ex opinione eorum, & pater a filio eſſentiam haberet, hoc eſt, ut eſſet atque ſaperet. Verum *Athanaſius* diſerte, ne in has incideret inſidias, ſapientiam ex ordine divinarum qualitatum exemit. Εἷς θεὸς, inquit *Orat.* V. *contra Arian. p.* 523. *Tom.* I. *Opp.* οὐ ποιότης ἐστὶ ἐν τῇ πατρικῇ τῆς σοφίας, ἢ αὐτοσοφία τις, ἀκολουθεῖ τὰ εἰρημένα ἄτοπα γίνεσθαι. *Quod ſi dixerint, ſapientiam qualitatem eſſe in Deo, aut ipſum ſuam ex ſe ſapientiam eſſe, ſequentur abſurda, quae prius dicta fuerunt.* Non probo univerſa, quae hujus generis apud *Athanaſium* & alios exſtant; nec probarunt omnes, qui aetate vixerunt ejus, doctores Chriſtiani. Hic vero tantum id agitur, ut, tam-

eſſi

Digitized by Google

& rurſus *mentem animam de ſe creaſſe.* Sed veteres, non ignotum eſt, tam anguſtis minime finibus poteſtatem vocis *creare* concluſiſſe, atque nos ſolemus, qui *Chriſtum* profitemur. Nobis *creare* idem ſemper eſt, quod certo tempore producere aliquid: verum illi verbo hoc omnes efficiendi & procreandi modos deſignabant. Credo ego, *Petavio* id quidem primum aberrandi cauſſam dediſſe, quod *Platoni* in univerſum non nimis amicus eſſet, deinde hoc potiſſimum, quod adulteratam illam Trinitatem, quam nonnulli excogitarunt ex Platonicis, cujus tertia perſona totus eſt hicce mundus animatus, non ſatis a ceterorum ſecreverit Platonicorum ſententia, qui tertiam perſonam non ipſum mundum eſſe volunt, qui creatus eſt, ſed mundi architectum & opificem. Hinc certe accidit, ut ſcriberet: *Tertium vero Deus manifeſte creatus ab iisdem Platonicis putatur, quem & minum* (*b*) *nominant.*

Illud etſi philoſophi Platonici iisdem, quibus Nicaeni doctores, uſi ſunt dicendi formulis, ſententiis tamen eos diverſos fuiſſe ac ſeparatos, appareat. Conſer, quae paullo poſt hac de re differentur.

(*g*) *Macrobius*] *Lib.* I. *in ſomnium Scipion. Cap.* XIV. *p.* 73. Hoc autem *Macrobii* dictum non ibi urget *Petavius*, ubi Platonicum fuiſſe *Arium* diſputat, ſed alio loco, quo Platonicorum de tribus principiis dogma explicat, *Lib.* I. *de Trinit. Cap.* 1. §. 4. *p.* 17.

(*h*) *Nominant*] Ambigua eſt & anceps de *Arii* Platonismo quaeſtio, neque ſatis, qui eam attigerunt, doctiſſimi viri ſecernunt ea, quae ſecerni debent omnino, ſi rectum ferri debeat judicium. Quare fit, ut argumenta interdum adhibeant, quibus parum in hac lite ponderis apud aequos rerum judices eſſe poteſt. Triplex, ſi quid ego video, quaeſtionis hujus eſſe ſenſus poteſt: *Utrum Platonicus fuit Arius, nec ne?* Primus hic eſt: *Num Arius philoſophiae Platonicae fuit deditus?* Alter: *Num Arius* e *Platonicis ſcitis inductus fuit, ut novam ſuam de Trinitate doctrinam proferret?* Tertius: *Num Arii de tribus in Deo perſonis dogma ſimile prorſus eſt Platonicorum de tribus principiis doctrinae?* Primam quod ad quaeſtionem attinet, equidem non dubito pronuntiare, quum philoſophia imbutum fuiſſe conſtet *Arium*, eam, cui favit, philoſophiam nullam fuiſſe aliam, quam recentiorem Platonicam, ſeu novam illam diſciplinam, quae ab *Ammonio* in primis ortum habuit, ſectasque omnes inter ſe conciliare ac copulare, *Platonis* tamen in primis rationem habere jubebat. Etenim Alexandriae a teneris vixerat & inſtitutus erat *Arius*: qua in urbe, ipſos etiam inter Chriſtianos, nullum aliud fere philoſophiae genus tum temporis tradebatur: id quod neminem praeterit rerum inter philoſophos & Chriſtianos geſtarum peritum. Sunt etiam in praeceptis ejus quaedam, quae ſcholam aperte ſapiunt Platonicam: in quibus celebre illud dogma eſt de animis ante corpora ex omni aeternitate exiſtentibus, in quo defendendo aeque ſedulus fuit *Arius*, atque omnes eſſe ſolebant Platonici. Denique nimium *Platonis* amorem *Arii* & diſcipulis ejus aperte maximi nominis doctores, qui errores ejus oppugnarunt, exprobrant. *Hieronymus Dialogo adv. Luciferianos p.* 142. *Tom.* II. *Opp. Subtilis eſt haereſis* (Ariana), *& ideo ſimplices animae facile decipiuntur.* —— *Re vera de* PLATONIS *& Ariſtophanis ſinu in epiſcopatum allegantur. Quotus enim quisque eſt, qui non apprime in his eruditus ſit?* In hoc *Hieronymi* loco, id quod preteriens moneo, loco *Ariſtophanis* mallem legi *Ariſtotelis.* Nec enim *Ariſtophanis* ſtudium crimini usquam dari Arianis memini: at *Ariſtotelis* ſubtilitatibus paſſim praeter modum addicti fuiſſe leguntur. Atque ipſe *Hieronymus* paullo poſt ea verba, quae modo attulimus, haec ſcripta reliquit: *Accedit ad hoc, quod Ariana haereſis magis cum ſapientia ſaeculi facit, & argumentationum rivos de* ARISTOTELIS *fontibus mutuatur. Gregorius Nazianzenus Oratione* XXVI. *de moderatione in diſputationibus ſervanda Tom.* I. *Opp. p.* 458. Ἢ δὲ ὀλίγη ἐκ τῶν ἐκείνων, —— ἢ μὲν οὐδὲ λόγων τροφὰς, —— ἢ τὴν Ἀριστότελους τέχνην τὴν κακοτεχνίαν, ἢ τὴν Πλάτωνος εὐγλωττίαν τὰ γοητεύματα, οὔπερ Αἰγυπτιακαί τινες μάστιγες. *Alius contra exiguo ingenio eſt,* —— *nec novit verborum captiones,* —— *aut pravarum artium Ariſtotelicarum artificium, aut Platonicae facundiae praeſtigias, quemadmodum plagae quaedam Aegyptiacae.* Has plagas Aegyptiacas, quas *Ariſtotelis* ac *Platonis* nimio ardere ſtudio, *Gregorius* conqueritur, Arianos eſſe, nemo rerum veterum gnarus dubitaverit. Non ſum ego neſcius, non pauca veterum doctorum teſtimonia colligi poſſe, quibus *Arium* ejusque ſectatores ob inſanum Ariſtotelicarum ſubtilitatum & argutiarum amorem vituperant: nec ignoro, ab *Epiphanio* Arianos differte *Ariſtotelicos* nominari *Haereſi* LXVI. *Arianor.* §. 69. *p.* 795. Ὅρα, inquit, δὲ ταύτῃ λέξει ἄνωθεν ἐμοὶ ἐφιλοτιμήσατο εἰ τύχοι Ἀριστοτελικοί· εἰκότως γὰρ ἀντεράξαι τὸν ἰουδαῖον, καὶ κατελθεῖν τῷ ἁγίῳ πνεύματι· τὸ ἄκτιστον καὶ τὸ κτιστὸν, κ. τ. λ.

minatur aeque esse aeternam, atque alteram, nec ne? In *Timaeo* enim, quamvis eam largiatur mundo esse antiquiorem, simul tamen ita de eo loquitur, ac si cer 678
to

in eadem, qua fuit *Arius*, sententia fuisse, nixus testimoniis a *Petavio* collectis, asseverabat. Ergo hoc ut obtineret, liberaliter *germanum* fuisse *Platonicum Arium* concedebat, id est, ejus doctrinae socium, cui vetustissimi post *Christi* memoriam antistites addicti fuissent: ex quo consequebatur, nihil ab eo novi fuisse traditum, sed hoc tantum renovatum, quod optimus quisque ante concilium Nicaenum professus erat. Aeque facilis & pronus ad assentiendum fuisset *Sandius*, si quis longius progressus *Platonem* germanum *Mosis* fuisse discipulum scripsisset. Sed haec nunc omitto, & ad ipsam quaestionem, in qua nonnihil momenti positum esse sentio, enodandam accedo. Qui Platonicum in doctrina de Trinitate *Arium* esse contendunt, illi statuant ante omnia, necesse est, utrum ipsius Platonis, an vero recentiorum ejus discipulorum, qui post natum Servatorem fuerunt, imitatorem esse velint hominem. Inter ipsius enim *Platonis* & adolescentioris sectae Platonicae doctrinam haud parum interesse discriminis, jam dudum observatum est. Ipsum si *Platonem* intelligant, equidem confiteor, nescire me, Platonicus fuerit *Arius*, nec ne. Etenim, quidquid etiam *Cudworthus* & alii sentiant egregii viri, quae ex *Platone* de tribus rerum principiis afferuntur, dicta tam obscura sunt & ambigua, ut nemini explorate cognitum esse queat, quaenam ejus de his principiis vera mens & sententia fuerit. Incertis autem conjecturis & suspicionibus ejusmodi negotium conficere velle, id ego proxime a temeritate remotum esse arbitror. Ergo restat, ut recentiores adeamus Platonicos, ac, num inter hos & *Arium* bene conveniat, scisciteamur. Sed hanc viam ingredienti duo rursus sese impedimenta objiciunt, quae prorsus tollere difficile. Primum incredibilis est iuniorum Platonicorum de tribus principiis, quae rebus omnibus praeficiunt, discordia. Varias eorum sententias ex parte *Proclus* enarravit *Comm. in Timaeum Platonis Lib.* II. *p.* 93. Deinde principes sectae hujus magistri tam inconstanter tamque dubie de tribus hisce rerum caussis loquuntur, ut intelligi noluisse videantur, facultatemque praebeant in utramque partem disputandi, utrum *Ario* praciverint, nec ne. Sume tibi *Plotini*, quem Platonicorum coryphaeum non immerito dixeris, *de tribus hypostasibus archicis* libellum, qui singularis in hoc genere est, & primum in *Enneade quinta* locum hodie occupat, hominisque inde sententiam cognoscere stude: fateberis, nisi multum fallor, perlecto libro, incertiorem te factum esse, quam fueras. Homo supra nubes & aëra ingenio evolans, nunc tibi videbitur fabulas narrare, ac de notionibus animi, non de naturis aut personis, differere, nunc autem de personis vere ita dictis earumque actionibus verba facere. Si *Cap.* 3. 4. 5. attente legeris, sacramento fortasse contendes, τὸν *Plotini* multo esse inferiorem illo, quod idem τὸ ἓν & τὸ πρῶτον θεὸν vocat, atque id, quod ψυχὴ ipsi dicitur, a νῷ viciissim gradu distare. Quod si ita sese habet, discipulus *Plotini* non sine omni jure salutabitur *Arius*. Sed descende ad *Cap.* 6. & metues forte, hoc lecto, ne homini injuriam inuleris. Namque tam magnifice de νῷ hoc in capite differit *Plotinus*, ut νοῦς nec aeternitate, nec alio modo a primo principio differre videatur. Nihilo tamen minus, circumspectis rebus omnibus, ad *Cudworthi* sententiam prope me adjungo, & *Petavium* ceterosque, quibus Platonicus videtur *Arius*, valere jubeo. Id ut faciam, hoc me primum commovet, quod antiqui doctores, quibus probe cognita fuit Platonicorum doctrina, *Arii* errorem ad eorum scholam vulgo haud referunt, sed potius ad Valentinianos & veteres Gnosticos. *Athanasius Orat.* II. *adv. Arianos Tom.* I. *Opp. p.* 363. de Arianis ita: Αἰσχυνέσθῶσαν πανταχοῦ, ὁπόταν τὰ Οὐαλεντίνου καὶ Καρποκράτους καὶ τῶν ἄλλων αἱρετικῶν ζηλῶσιν καὶ φθέγγωνται *Saltem eos pudebit, quod Valentini & Carpocratis imitatores se praebeant, atque eadem sonent.* Neque veterum hanc sententiam veritate destitutam esse, dedita opera ex recentioribus docere conatus est *Georgius Bullus Defensione fidei Nicaenae Sect.* II. *Cap.* 1. §. 15. *p.* 184. *Opp.* Alterum, quo adducor, ut Platonicum minus recte dici *Arium* existimem, hoc est, quod ipsi illi, qui hunc hominem condemnarunt, *Platonem* multo melius illo sensisse de tribus principiis, asseverant, idque non in minimis ejus vitiis ponunt, quod ipsum *Platonem* errando superaverit. Post concilium Nicaenum, in quo novimus *Arii* errores proscriptos esse, *Constantinus M. orationem* illam *ad coetum sanctorum* exaravit, quae *Eusebii Historiae eccles.* subjici solet, id quod ex *Eusebii de vita Constantini M. Lib.* III. *Cap.* 23. *p.* 496. intelligitur. In hac vero oratione *Cap.* 9. *p.* 576. 577. Imperator *Platonis* dogma de tribus rerum caussis vehementer laudat, veritatemque ab hoc philosopho perspectam esse, licet multos ei errores addiderit, fetetur. Πλάτων, inquit inter alia, πρῶτον μὲν θεὸν ἐφηγήσατο τὸν ὑπὲρ τὴν οὐσίαν καλῶς πεπαι· ὑπέταξε δὲ τούτῳ καὶ δεύτερον, καὶ δύο οὐσίας τῷ ἀριθμῷ διῆλε, μιᾶς ἑκατέρας τὰ ἀμφοτέρων τελειότητα. *Plato quidem primum Deum supra omnem substantiam esse docuit: recte quidem. Huic alterum subjecit, & duas substantias numero distinxit, quum una sit utriusque perfectio.* Quod quum paullo latius expositisset, addit: Μέχρι μὲν δὴ τούτου Πλάτων σοφὸς ἦν. *Et hactenus quidem Plato recte sensit.*

Digitized by Google

to eam tempore factam & ortam esse putasset. At quis sibi tandem persuaserit, tertium, quod *Plato* in *Epistola* ponit *ad Dionysium*, rerum omnium principium,
679 ψυχὴν que illam seu animam, quam ipsum esse Deum dicit, atque *Libro decimo de legibus* contra divinitatis contemtores acriter tuetur, quodam tempore non exstitisse? Quamobrem rectius ego hoc negotium non posse componi arbitror, quam si *Plotini* aliorumque sequamur sententiam, qui *Platonem* asseverant binas mundi animas statuisse: unam ἐγκόσμιον seu *mundanam*, quae forma quasi corporei hujus mundi sit, cum ipso mundo creata: hanc propter animam mundus noster proprie animal est, Deusque quidam conditus & secundarius: alteram ὑπερκόσμιον, *supramundanam* seu a mundo segregatam, nec tam mundi formam, quam effectorem & opificem. Harum animarum superiorem *Plotinus coelestem* appellat *Venerem*, hisque verbis describit: (*) Τὴν δὴ ἐφετὴν λεγομένην ἐκ Κρόνου, τὴν θείαν ἐκείνην, ἀνάγκη ψυχὴν θειοτάτην εἶναι, ἅτε ἐξ αὐτοῦ ἀκηράτου ἀκηράτην, μένουσαν ἄνω, ὡς μὴ δὴ εἰς τὸ τῇδε ἐλθεῖν μήτε ἐθελήσασαν, μήτε βουλομένην, ὅτι ἦν φύσεως μὴ κῇ τοῦ κάτω φύσεως βάναυσον, χωρισθεῖσαν ἔφη τινὰ ὑπόστασιν καὶ ἀμέτοχον ὕλης ἑστῶσαν, ἅτε αὐτὴν τούτῳ ἠνιττόμενος, τῷ ἀμήτορα εἶναι, ἣν δὴ καὶ θεὸν ἄν τις δικαίως, ἀ δαίμονα, εἴποι, ἄμικτον ὄντα καὶ καθαρὸν ἐφ' ἑαυτοῦ, κ. τ. λ. ὅθεν οὐδ' ἂν ἐκπέσοι, τῇ ἐξηρτημένῃ πολὺ μᾶλλον, ἢ πλοῦν ἂν ἔχοι ἐξ αὐτοῦ, ὅπου αὐτὸν περιλάμπει φῶς εἰς αὐτὸν συνηρτημένον· ἐφιεμένη δὴ τοῦ Κρόνου, ἢ, εἰ βούλει, τοῦ περὶ δὴ Κρόνου ἐφετοῦ, ἐνέργειά τε περὶ αὐτὸν, καὶ ὠκεανὸς, καὶ ἐφεσθεῖσα ἐρωτὶ ἐγέννησε. *Illam sane coelestem, quam ex Saturno, id est, intellectu, genitam dicunt, necesse est, esse animam divinissimam, proxime ab ipso intellectu inviolabili inviolabilem natam, superneque permanentem, utpote quae ad haec mundana descendere neque velit, neque etiam valeat, propterea quod ea prorsus natura praedita est, quae ad inferiora non inclinatur: necesse, inquam, est, eam esse substantiam quamdam separatam & essentiam materiae nullo modo*

(*) Enn. III. Lib. V. C. 2. (Libro de amore p. 293.)

Hoccine, quaeso, ad Aegyptios scripsisset Imperator, si vel suspicati fuissent aetate illa doctores Christiani, Arianos & Platonicos sententiis prorsus conjunctos esse? *Socrates*, postquam *Georgium*, sectae Arianae ingens fulcrum, in *Aristotelis* & *Platonis* libris evolvendis totum fuisse, retulerat, miratur, quemadmodum fieri potuerit, ut hic tamen vir Arianus maneret: solius enim *Platonis* lectione ad sanam mentem revocari potuisse, *Histor. eccles. Lib.* II. *Cap.* 7. *p.* 343. Θαυμάσαι δὲ μοι ἔπεισι, πῶς ἄρα οἱ ἄνδρες τῇ Ἀρειανῇ δόξῃ προσέμειναν· —— ἐδεῖ γὰρ Πλάτωνα τὸ δεύτερον καὶ τὸ τρίτον αἴτιον —— ἀρχὴν ὑπάρξαι; εἰλκύσαι φασί. *Ac mihi quidem mirari subit, quonam modo viri isti in Ariana secta perseveraverint.* —— *Etenim nec Plato secundam ac tertiam causam* —— *existendi initium cepisse, dicit.* Aut rudis plane ac imperitus rerum fuit & sententiarum aetatis suae *Socrates*, id quod neminem arbitror dicturum esse, aut haec ejus verba magno nobis sunt argumento, neminem illa aetate de Platonicorum & *Arii* necessitudine cogitasse. At patebant tamen ubique Platonicorum scholae, nec libri familiae hujus in obscuro latebant, ex quibus sententia eorum ab omnibus addisci facile poterat. Restat igitur, ut hanc sectam doctrinam suam de tribus principiis ita tum temporis exposuisse concludamus, ut discrimen inter eam & *Arii* nova commenta omnium in oculos incurreret. Atque id haud dubie non ignoravit *Arius*, qui numquam *Platonem* testatus esse legitur, ut praesidium opinioni suae compararet, tametsi non modo sine ullo periculo, sed opportuno etiam & commode id facere potuisset, quoniam *Clemens*, *Origenes*, totque alii summae existimationis auctores jam dudum *Platonem* recte ac sapienter de Trinitate praecepisse, publice scripsum reliquerant. Certe, ut libere dicam, quod veritas dicere jubet, quomodocumque demum Platonicorum doctrina intelligatur, numquam inter hos & Arianos vere ita dictos concordia constituetur. Fac enim, verum illud esse, quod plerique credunt, tria Platonicorum principia naturas seu personas esse proprie vocatas: adde, disparis has personas ordinis, gradus, & dignitatis esse, in quo *Petavius*, & qui cum eo sentiunt, vinculum illud Arianorum & Platonicorum sibi reperisse videntur: gravis tamen inter utrosque supererit de origine binarum posteriorum personarum dimicatio, quae, sal-

Digitized by Google

modo participem: qua de cauſſa obſcure dixerunt ſine materia eſſe, ubi ſine matre eſſe dixerunt: quam quidem Deum potius, quam daemonem, merito nominare debemus, quippe quum ſincera puraque ſit, & in ſe ipſa conſiſtens, &c. Quo fit, ut anima illa numquam decidat, quae e veſtigio pendet ex mente, idque unus habet multo magis, quam lumen ſoli circumfuſum, perpetuo ut ex ipſo prodeat & referatur in ipſum. Sequens igitur continuo Saturnum, ac, ſi velis, patrem etiam Saturni, coelum, actum ſuum reflexit ad ip- 680
ſum, ſeque illi conciliavit, & amorem amando progenuit. χωρὶς δ ἑαυτὴν ἡ ψυχὴ λέγοιτο, ἢ πρώτως ἐπέβλεψε τῷ ἐκεῖνο, χωρὶς δὲ ἡ ἐρωτ τῶν ἀφ᾽ ἑαυτῆς. *Praeterea quemadmodum ipſam hanc animam ſeparatam eſſe dicimus: ita & hic ejus amor, aut qui ex eo procreatus eſt, ſeparatus eſt amor.* His explicatis ad aliam mundi animam *Plotinus* pergit, non ab orbe noſtro ſecretam, ſed arctiſſime cum eo ſociatam & conjunctam. Eam *Venerem inferiorem* ſeu *amorem* appellat: illam nempe Venerem, quam fabulae narrant ex ipſo *Jove*, ſeu principe mundi anima, & *Dione*, nympha quadam aquatica, progenitam eſſe, intelligit. Quae quum ita ſint, ſic ego rationem opinor concludi debere, fieri quidem omnino poſſe, ut *Plato* inferiorem mundi animam aut una cum ipſo mundo, aut ante mundum genitam & creatam eſſe cenſuerit: verum alteram illam excellentiorem & diviniorem animam, quae *Plotino coeleſtis Venus* & *amor* audit, poëtis filius Saturni, nulla ex matre procreatus, dicitur, *tertiam*, brevi, *Trinitatis hypoſtaſin*, quam *Plato* tradidit, aeternam ei originisque omnis neſciam eſſe habitam. Ergo nullam trium illarum perſonarum, quibus *Platonis* continetur Trinitas, ſi illud *Athanaſii* ſcitum, quod antea protulimus, probemus, inter res creatas referre licet, verum omnes divinae ſunt, nec umquam creatae aut (*i*) factae.

Hoc quo nihil omnino dubitationis habeat, illis, quae diximus, quaedam ad- 681
jici-

ſalvis utriusque ſectae decretis, numquam componetur. Platonici νοῦν ſeu *mentem*, nec non ψυχὴν ex ipſa Dei eſſentia ſeu ſinu prodiiſſe, aut ex Deo utramque hanc perſonam procreatam & generatam eſſe, autumant: quam propter cauſſam ex rebus eas creatis prorſus eximunt, & ejusdem, cujus ipſe Deus, naturae eſſe, praedicant. Secus longe *Arius*, qui filium non ex Deo genitum, verum ἐξ οὐκ ὄντων ſeu *ex non exſtantibus* factum a Deo eſſe, pronuntiabat, alteramque non minus, quam tertiam, perſonam in rerum a Deo creatarum ordine ponebat: cui conſentaneum erat, ut patrem, filium, & ſpiritum ſanctum naturas invicem disjunctas, diſſimiles, ac peregrinas eſſe, decerneret. Quae duae ſententiae quantopere differant inter ſe, vident omnes, qui veras vocabulorum poteſtates non ignorant. His aliisque de cauſſis facere me cum illis haud poſſe, conſiteor, quos tamen olim ſequutus ſum, qui Platonicorum praeceptis deceptam eſſe patant *Arium*, aut dogma ejus ex *Platonis* ſchola ſurreptum eſſe, credant: nec tamen ideirco *Cudworthum* mihi ducem ex omni parte adſciſco, qui *Athanaſium* Platonicum fuiſſe arbitratur: qua de re in *Praefatione* nonnihil monere conſtitui. De *Cyrilli* loco, qui Platonicos cum Arianis certa ratione ſociat, infra dicetur. Nihil ille, ſi circumſpiciantur omnia, in ea quae diximus poterit.

(*i*) *Factae*] Promiſi, quod ſupra feci, memor, qua fieri poterit, brevitate hic exquiram, verumne ſit illud, quod *Cudworthus* ſibi credi vult, *Platonem* binas mundo huic aſſignaſſe animas, alteram ὑπερκόσμιον ſeu ſupra mundum poſitam, alteram ἐγκόσμιον ſeu in mundum immerſam, & ex illa ſuperiori prognatam. Rejecerunt jam dudum hanc ſententiam doctiſſimi viri, *Jo. Clericus* in *Epiſtolis critic. Ep.* VII. *p.* 203. *Jac. Basnagius Hiſtoire de Juifs Liv.* IV. *Chap.* 4. §. 19. *p.* 77. *Nic. Hieron. Gundlingius in Otiis Faſcic.* II. *p.* 18. Nos paullo plus diligentiae, quam ab his factum, ad hanc cauſſam cognoſcendam adferemus, maxime quam vel hinc dignoſci queat, verum, quae *Platonis* dicitur, Trinitas cum Chriſtiana conſentiat, nec ne. Sedem doctrinae *Platonis* de mundi anima in *Timaeo* ejus eſſe, nemo unus inficiatur. Quare ſi, quae in *Timaeo* de mundi dicuntur anima, prorſus repugnent recentiorum quorundam Platonicorum de duplici mundi anima ſententiae, inter commenta, quibus ſecta haec *Platonis* diſciplinam contaminavit, hanc ipſam eſſe referendam opinionem, omnes forte judicabunt veritatis ſtudioſi. Ergo decet nos initio ſententiam in *Timaeo* a *Pla-*

tone

jiciemus alia. Principio *Platonem* ipsum animadvertere jubeo *secunda ad Dionysium Epistola*, postquam primi, secundi, tertiique, seu Trinitatis divinarum hypostaseon
632 meminerat, sic pergere continuo: (*) Ἡ ἐν ἀνθρωπίνῃ ψυχῇ πρὸς τὰ αὐτὰ ὁρᾶσθαι μαθοῦσα, καὶ ἅπτεται καὶ, βλάστοι εἰς τὸ αὐτῆς συζῆσαι, ὃν εἶδεν ἱκανῶς ἔχει· ἔστι δὴ βασιλέως πέρι, καὶ

(*) P. 707.

tane propositam explorare. *Plato*, postquam de mundi constructione dixerat. §. 18. *p.* 242. *ed. Fabricii*, ad generationem progreditur animae mundi. Exorditur vero disputationem ab excusatione, quod de anima hac post explicatam corporeae molis coagmentationem differere demum incipiat, quum anima omni corpore sit antiquior. Tum ipsam animae hujus generationem sic describit §. 19. Τῆς ἀμερίστου καὶ ἀεὶ κατὰ ταυτὰ ἐχούσης ὑσίας καὶ τῆ περὶ τὰ σώματα γιγνομένης μεριστῆς, τρίτον ἐξ ἀμφοῖν τὸ μέσον συνεκεράσατο ὑσίας εἶδος, τῆ τε ταυτοῦ φύσεως πρὸς τὴν τοῦ ἑτέρου, καὶ κατὰ ταυτὰ ξυνίστασιν τὸ μέσον τῇ τε ἀμερίστου αὐτῶν καὶ τῇ κατὰ τὰ σώματα μεριστῇ· καὶ τρία λαβὼν αὖ τὰ ὅλα, συνεκεράσατο εἰς μίαν πᾶσαν ἰδέαν, τὴν θατέρου φύσιν δυσκρασίαν ὄντων εἰς ταυτὸ ξυναρμόττων βίᾳ, μιγνὺς δὲ κατὰ τὰς ὑσίας, καὶ ὁπόσα τριῶν πεμπτημόρια ἦν, πάλιν ὅλον τοῦτο μοίρας, ὅσας προσῆκε, διένειμε, ἑκάστῃ δὲ ἔν τι ταυτοῦ καὶ θατέρου καὶ τῆς ὑσίας μεμιγμένον. *Cicero* haec ita olim vertit: *Ex materia, quae individua est, & quae semper uniusmodi suique similis, & ex ea, quae corporibus dividua gignitur, tertium materiae genus ex duobus in medium admiscuit, quod esset ejusdem naturae, & quod alterius: idque interjecit inter individuum atque id, quod dividuum esset in corpore: & quum tria summisset, unam in speciem temperavit, naturamque illam, quam alterius diximus, vel cum eadem conjunxit, fugientem & ejus copulationis alienam, permiscens cum materia, quum ex tribus effecisset unum, id ipsum in ea, quae decuit, membra partitus est. Jam partes singulas ex eodem & ex altero & ex materia temperavit.* Pluribus hoc ipsum in sequentibus persequitur *Plato*, & arithmeticis etiam rationibus illustrare dicam, an obscurare pergit. Sed haec nunc praetereo, quum ad nostram caussam parum momenti conferant, nec intelligi possint hodie. Non is ego sum, qui ab his, quae protuli, *Platonis* verbis omnem me depellere caliginem posse putem: sumant sibi has partes alii, quibus ego acumine multum cedo ac ingenio: id vero perspicuum esse arbitror, quae de duplici *Plotinus* mundi anima excogitavit, cum hac nullo modo doctrina componi posse. Primo aperte unius tantum animae mundi *Plato* meminit: nec id negabit *Cudworthus*: at dicet, de anima ὑπερκοσμίῳ seu in mundum immersa hic tantum agi, alteram a *Platone* omitti. Sed haec frustra dici, facili ostendam labore. Anima *Plotini* ὑπερκοσμίου generata est, nescio quo modo, ut ipse putat, ex anima ἐνκοσμίῳ seu *tertia* divinae naturae *hypostasi*, quum illa ad primum respiceret principium, ejusdemque amore accenderetur. *Plato* vero animam, de qua loquitur, factam & conditam esse a summo Numine seu principe Deo, perspicue affirmat. Quam propter caussam, quicumque tueri vult, hic de generatione inferioris tantum animae mundi sermonem esse, is hoc simul defendendum sibi sumat, oportet, omnia, quaecumque de Deo & operibus Dei in *Timaeo* perhibet *Plato*, unice ad tertiam personam, seu ψυχὴν ὑπερκοσμίαν, *animam supramundanam*, pertinere. Etenim illi Deo, de quo in toto philosophus *Timaeo* verba facit, procreationem etiam animae mundi attribuit. Hoc autem neminem opinor ausurum esse, nisi qui totam *Platonis* sententiam pervertere, atque lucem in tenebras convertere, ut scitis suis temere susceptis consulat, licitum sibi esse ducit. Omnes nempe consentiunt, opificem illum & conditorem universitatis, quem *Plato* in *Timaeo* narrat in speciem illam seu ἰδέαν, quae semper eadem est, intuentem, mundum hunc, adspectabilem scilicet Deum, & reliquos Deos fabricasse, primum summumque Deum esse. Quod quidem, si nulla ex re alia constaret, vel ex eo certum esset, quod *Cap.* 13. *p.* 236 *hunc universitatis parentem invenire difficile esse, nec inventum in vulgus praedicari posse*, pronuntiat. Forte occurret aliquis, atque Deum, cujus laudat *Plato* in *Timaeo* opera, omnes tres esse hypostases seu totam divinitatem, affirmabit: sed ne is quidem multum proficiet. Ita enim ψυχὴν ὑπερκοσμίαν a tribus simul hypostasibus esse genitam, asseverare cogetur: quod quidem *Plotini* & *Cudworthi* scitis totum est contrarium. His accedunt alia, quae nos vetant *Platonem* de inferiori quadam mundi anima, ex superiori nescio quo modo genita, exponere. *Plato* animam, cujus ortum describit, a genitore suo plane divellit ac distrahit: id quod nemo negaverit, qui modo secum expendet, dici hanc animam ex natura quadam individua & dividua a Deo conflatam esse. Dividua illa natura, qualiscumque demum sit, sine ulla controversia res est extra Deum posita: nec idcirco potest haec anima cum Deo esse sociata, in quo nullum divisionis locum esse patitur *Plato*. At nova illa, quam *Plotinus* effinxit, mundi anima arctissime cum parente suo connexa manet, nec nisi cogitatione atque mente abstrahitur ab eo. Porro non ejusdem naturae est *Platonis* anima, cujus genitor ejus: ille purus, simplex, individuus; haec concreta, mista, & ex re-

Digitized by Google

τοῦ ἂν εἶναι, εἶδεν ποιεῖν. *Humanus animus* (parturientis inſtar) *affectat, qualia illa ſint, intelligere: idcircoque intuetur in ea, quae ſibi cognata ſunt: quorum tamen nihil* 683 *ſufficienter ſeſe habet. Sed in rege ipſo & in his, quae dixi,* (id eſt, ſecundo tertioque principio) *nihil eſt tale,* (id eſt, nihil rebus his creatis ſimile.)

Dein-

rebus individuis ac dividuis a Deo conſtata & facta. Vid. *Chalcidius in Timaeum Platonis Cap.* 1. §. 33. *p.* 288. 289. *Plotini* vero anima nihil habet concretum, ſed ſimplicem parentis ſui naturam plane retinet. Poſtremo quis ſibi facile perſuadeat, *Platonem* tam ſui fuiſſe immemorem & ſuſcepti negotii incurioſum, ut nobilioris illius mundi animae, cujus ex virtute tota pendet rerum univerſitas, prorſus obliviſceretur, at minoris, ignobilioris, & inferioris animae mundi natales tam copioſe ac luculenter deſcriberet?

Quae ex *Platone* vel ex Platonicis ad ſententiam ſuam ſtabiliendam *Cudworthus* affert, opinione citius corruunt. (I.) Incredibile ait eſſe, tertium illud principium, cujus in *Epiſtola ad Dionyſium Plato* meminit, non eſſe ejusdem naturae, cujus primum & ſecundum: haec vero eſſe aeterna: ergo & illud numquam non exſtitiſſe. Ego vero, cur incredibile ſit, nullo modo video, tria *Platonem* conjunxiſſe principia, quae gradu tamen & ordine diſtant inter ſe. Praeterea locus ille de tribus regibus in *Epiſtola ad Dionyſium* tam eſt brevis & obſcurus, ut nemo adhuc ſapiens, qui diceret, inventus ſit, totam ejus ſibi ſententiam perſpectam eſſe. De tertio rege his paucis vocabulis mentem ſuam enuntiat *Plato*: Καὶ τρίτου περὶ τὰ τρίτα. Ex his quisnam, quaeſo, conficiet, utrum aeternum, an vero factum & procreatum tertium hunc regem eſſe, *Plato* cenſuerit? Denique, niſi multum fallor, non obſcure ingens diſcrimen inter tres reges ſuos philoſophus conſtituit. Etenim primum regem exquiſitis verbis laudat: Ἕνεκεν ἁπάντων πάντα, καὶ ἐκείνου αἴτιον ἁπάντων τῶν καλῶν. *Opp. p.* 707. *Ipſius gratia omnia: ipſe pulcrorum omnium cauſa.* At de binis reliquis nihil tale praedicat, ſatis ipſi eſt, verbo eos attingere. Quod mihi quidem ſignificare videtur, minime eodem loco & numero eos eſſe a *Platone* poſitos, quo rex primus ab eo collocatus eſt. (II.) *Platonem* obſervari vult contra divinae naturae hoſtes *Libro decimo de legibus* probare, eſſe quamdam mundi animam: hanc autem animam *Deum* ab ipſo dici: igitur eam eſſe perennem & aeternam, non ἀγένητον, ſed ἀνάρχως animam. Omni virtute ſua hoc argumentum eſſet exutum, ſi modo reſponderem, in *Platonis* diſciplina non omne illud ſtatim aeternum duci debere, quod *Deus* eſt. Mundus, ſol, coelum, aut potius animi mundo, ſole, coelo concluſi, *Platonis* ex ſententia Dii ſunt, haud tamen ea de cauſſa aeterni, ſed a Deo conditi. Neque fugit quemquam veteris philoſophiae non ignarum diſtinctio *Platonis* in Deos *aeternos* & *certo tempore factos*. Sed ex ipſo *Platonis de legibus decimo Libro* planum faciam, opinionum ſuarum amori plus nimio dediſſe virum doctiſſimum, quum ſibi videretur aeternam mundi animam in hoc libro reperiſſe. *Plato* contra eos, qui tum temporis omnem religionem conculcatam eſſe cupiebant, Deos eſſe probat, *Lib.* X. *de legib. p.* 667. Praecipuam, qua nititur in hac cauſſa, rationem a motu ducit. Moveri ait materiam: vim autem movendi non eſſe naturaliter in materia: ex quo concludit, ineſſe in materia animam & animos: atque hos animos Deos eſſe, non dubitari poſſe opinatur. Haec ſumma eſt argumentationis *Platonis*, qua coërceri poſſe putat eos, qui Deos tollebant id aetatis. In ea primum hoc animadverti jubeo, quod non unum ſummum principemque Deum eſſe *Plato* demonſtrare ſtudet, ſed tantum Deos: ex quo ſtatim conficitur, ad cauſſam, cui ſervit *Cudworthus*, firmandam nihil argumentum ejus hoc momenti afferre. Deinde non de anima quadam ὑπερκοσμίῳ, ſed de anima ἐγκοσμίῳ, aut in mundo, ſole, ſideribusque latente, reperienda laborat. Audiamus ipſa ejus verba *p.* 669. Ψυχὴ δὲ δεσπόσασα ᾗ ΕΝΟΙΚΟΥΣΑΝ ΕΝ ΑΠΑΣΙ τοῖς πᾶσιν κινουμένοις ἆρ' οὐ καὶ τὸν οὐρανὸν ἅπαντα διοικεῖν φήσομεν; *Animam cuncta gubernantem & in omnibus, quae moventur, habitantem nonne & coelum gubernare nece ſario confitebimur?* Addamus, quae, interjectis nonnullis, ſubjicit, ut omnem dubitandi cauſſam amputemus: ΚΛ. Ὦ ξένε, ἐγὼ εἰ γε τὸν λόγον αἰσθάνομαι, ὃν ἄρτι μὲν ἐλέγετο, ἃ πᾶσιν ἤδη ἔχεται ψυχὴν μιᾶν ἢ πλείους συμφύεσθαι αὐτά. ΑΘ. Κάλλιστα, ὦ Κλεινία, ὑπειλήφατε τοὺς λόγους· τόδε προσυπακούσατε ἔτι. ΚΛ. Τὸ ποῖον; ΑΘ. Ἥλιον ᾗ σελήνην, καὶ τἆλλα ἄστρα πάντα ψυχὰ περιάγει πάντα, ἴσως ἢ καθ' ἕκαστα; *Cl. At, hoſpes, ex dictis jam apparuit, nefas eſſe, aliter dicere, quam ab anima omni virtute referta, ſive una, ſive pluribus, haec omnia circumagi. Ath. Optime tu, Clinia, citoque haec intellexiſti: ſed illud adde. Cl. Quidnam? Ath. Si ſolem, lunam, ceteraque ſidera cuncta ducit anima, nonne ſingula quoque?* Animam aeternam, a mundo rebusque corporeis diverſam, paucis ἀνεπαχθῶς, his in verbis qui videt, nae is juſto ſit perſpicacior, neceſſe eſt. Accedit his, quod *Plato* non id agit in primis, ut unam mundi animam doceat: ſed, utrum plures ſint in mundo animae, an vero una tantum, in medio reliquit. Conſtat id jam ex

Deinde tres *Platonis* hypostases non aeternae sunt tantum, sed etiam necessario existunt, nec ulla vi everti ac destrui possunt. Princeps enim persona aeque difficulter sine secunda, & secunda aeque difficulter sine tertia persona potest esse, atque splendens quoddam lumen sine fulgore suo, sine splendore, ac sine radiis intelligi potest. Quare *Plotinus*, quum Gnosticos aetatis suae quosdam, qui tribus his divinis principiis plura jungere audebant, confutare vellet, nec plura tribus esse nec pauciora principia, hac ratione ostendit: (*) Οὐ τοίνυν δεῖ ἐφ' ἑτέρας ἀρχὰς ἰέναι, ἀλλὰ τὰς παρησκημένας, εἶτα νῦν μετ' αὐτὸ καὶ νοῦν πρώτως, εἶτα ψυχὴν μετ' αὐτούς· εἶτα δὲ τάξις τις φύσεων, μήτε πλείω τούτων ἐν τῷ νοητῷ, μήτε ἐλάττω· εἶτα δὲ ἐλάττω, ἢ ψυχὴν καὶ νοῦν ταυτὸ φύσεσιν, ἢ νῦν καὶ τὸ πρῶτον· ἀλλ' ὅπερ ἄνωθεν ἀπήλαυν, ἐδείχθη πανταχῆ· λειπὸν δὴ ἐπισκέψασθαι ἐν τῷ παρόντι, εἰ πλείω τούτων, κ. τ. λ. *Quamobrem non est conandum in alia principia se conferre, sed hoc proposito*, (primo nimirum simplicique bono)

(*) Enn. II. Lib. IX. C. 1. (contra Gnosticos p. 199.)

verbis, quae paullo ante descripsi: sed adjiciam, ex quo luculentius etiam hoc intelligitur, aliud dictum p. 670. Ὡς ἐπειδὴ ψυχὴ μὲν ἡ ψυχαὶ τούτων αἰτίαι ἐφάνησαν, ἀγαθαὶ δὲ πᾶσαι εἶεν, θεοὺς αὐτὰς εἶναι φήσομεν. *Quoniam anima seu animae omnibus virtutibus praeditae horum omnium causae demonstratae sunt, Deos esse eas affirmabimus.* Immo pronior videtur esse *Plato* ad eorum sententiam complectendam, qui plures una volunt esse in mundo animas: certe binas esse in mundo animas, alteram beneficam, alteram malignam, non autem ἀγαθοεργὸν & ἀγαθόν, diversis verbis p. 669. fatetur. Sed de his nunc ut agam, necesse non est, praesertim quum alio jam loco copiosissime hac de re verba fecerim. Postremo neque hoc praetermitti velim, aliquot in locis demonstrationis hujus contra Atheos, de qua hic agitur, testari *Platonem*, hoc sese unum probatum velle, animam esse *materia & corpore antiquiorem*: de aeternitate ne vocula quidem ipsi excidit.

Restat, ut de novorum Platonicorum auctoritate dicam, in qua tertium opinionis suae de duplici anima firmamentum vir doctissimus collocat. Hoc in loco *Plotinum* ostendit secum sensisse: supra ex *Procli Porphyrium* ac *Amelium*, magna scholae Platonicae lumina, ab hac stetisse sententia, docuerat. Dudum vero constat inter harum rerum consultos, recentiorem sectam Platonicam eadem obtulisse *Platoni* vitia, quae Scholastici doctores *Aristoteli*, neque tam quid *Plato* senserit, quam quid sensisset, si in scholis *Ammonii* & *Plotini* fuisset institutus, exposuisse. Si omnes uno ore dicant juniores Platonici, hoc vel illud placuisse *Platoni*, in scriptis vero ejus dogmatis hujus vestigia nulla exstent, equidem Platonicis omnibus nil esse credendum arbitror: quod si vero, qui supersunt nobis, *Platonis* libri contrarium etiam contineant, tum totam hanc familiam mentitam esse, confirmo. Ita viri docti decernere solent, quum de mundi aeternitate quaeritur, quam novi hi magistri, totus licet repugnet *Timaeus*, praeceptori suo non verentur obtrudere: nec aliter hoc in negotio statuendum erit. Majorem vero ut haec res lucem accipiat, binas addam observationes, ex interiori disciplina Platonica haustas: quae si in mentem doctissimo *Cudworthio* & gravissimis, qui vestigia ejus consectati sunt hac in re, viris venissent, nil dubito, quin secundum nos judicaturi fuissent. Altera caussam aperiet, quae Platonicos quosdam juniores adduxit, ut duplicem mundi animam fingerent; altera, ne hoc quidem ex dogmate, si ab omnibus probatum fuisset *Platonicis*, adjumenti aliquid *illis* nasci, ostendet, qui Platonicorum & Christianorum de Trinitate sententias differre negant.

(1.) Qui secundo post natum Servatorem saeculo caput extollere coeperunt Platonici, & ab *Ammonio* in primis profecti sunt, concordiam quamdam omnium sectarum philosophicarum, immo etiam religionis suae atque Christianae, meditabantur. Christianam enim religionem, id quod infinitis constat argumentis, non secus intuebantur, ac novam sectam philosophicam, caput vero & magistrum ejus, Servatorem nostrum, sapientissimis & coelesti Numine afflatis hominibus annumerabant. Itaque cum reliqua dogmata sua, tum celebre illud de tribus rerum principiis decretum, cujus jam ante natum Servatorem ingens fuerat inter philosophos existimatio, ita studebant intrudere, ut quam minima inter Christianam disciplinam & sanctissimam ejus praeceptum de tribus in Deo personis & illa scita sua discrepantia appareret. *Unum* illud & *bonum*, quod *Plato* vocaverat, cum Deo patre, λόγον seu rationem ejusdem cum aeterno Dei filio, spiritum denique sanctum cum ψυχῇ seu mundi anima componebant, idque tam astute, ut multos etiam ex illis fallerent, qui merito fulera

Digitized by Google

no) *intellectum deinde, quodve primo intelligit, mox animam poſt intellectum collocare debemus. Hic enim naturalis ordo eſt, ideoque neque bis plura, neque pauciora in genere intelligibili decet connumerare. Nempe, ſi qui pauciora ponant, vel animam & intellectum omnino idem eſſe dicent, vel intellectum idem prorſus atque primum* (bonum.) *Haec autem inter ſe eſſe diverſa, ſaepe eſt demonſtratum. Reliquum vero eſt in praeſentia perſcrutari, ſi plura, quam haec tria, ſint, quaenam, praeter haec, naturae ſint.*

Porro, ſicut tria principia ſua & aeterna eſſe, & neceſſario exſiſtere, crediderunt Platonici, ita nullum quoque dubium eſt, quin eadem naturas eſſe univerſales, non ſingulares, putaverint, quae univerſum orbem terrarum contineant, comprehendant, & arceant (περιέχειν ἢ ὅλον) rebusque univerſis praeſideant. Qua qui ſunt in ſententia, illi ſingula haec principia infinita eſſe & omnipotentia, perſpicue aſſeverant. Inde evenit, ut hypoſtaſes hae a ſcriptoribus *Platoni* deditis rei Chriſtianae videbantur. Hoc conſilium nusquam plus difficultatis habebat, quam in comparatione animae mundi atque ſpiritus ſancti; quippe quam ea, quae *Plato* in *Timaeo* de hac anima diſſerit, prorſus videbantur intervertere. De aeternitate quidem animae mundi parum inter eos & Chriſtianos controverſiae erat. Etenim quum haec ſecta totum mundum aeternum eſſe duceret & initii neſcium, non poterat, quin etiam animum mundi aeternum eſſe contenderet. Quod ſi mundum quidem ortu carere dixiſſent, at animum tamen ejus factum eſſe ac certo tempore genitum decreviſſent, aeque fuiſſent inſipientes, atque is eſſet, qui hominem quemdam diceret ab aeterno fuiſſe, ſed animum tamen ejus non ita multo antea procreatum eſſe, aſſeveraret. Quumque huic de aeternitate animae mundi ſententiae *Platonis* videretur obſtare auctoritas, qui de generatione ejus in *Timaeo* late diſputat, magiſtrum ſuum hac in diſputatione ad multitudinis & rudiorum captum orationem accommodaſſe, pugnabant. Vid. *Chalcidius* in *Timaeum Platon. Cap.* 2. §. 26. *p.* 285. 286. Hac igitur ex parte facilis erat ſpiritus ſancti & animae mundi conciliatio. Verum reliqua, quae vulgo tribuebantur a philoſophis animae mundi officia, & a *Platone* dudum tributa erant, verbi cauſſa, quod per omnes mundi partes longe lateque diffuſa, quod materiae certa ratione admiſta, quod omnium plantarum arborumque genitrix atque nutrix dicebatur, haec, inquam, nimis tamen remota videbantur ab illis, quae de ſpiritu ſancto eiusque muneribus, ſacris litteris ducibus, Chriſtiani praedicabant. Quocirca hujus gregis aliqui, ut impedimentum hoc de medio tollerent, duplicem ementiebantur mundi animam: alteram materiae omnis concretionisque expertem, mundo exemtam & cum λόγῳ ſeu aeterna ratione vinculo indiſſolubili ſociatam; alteram ex hac ſimplici anima genitam, & per orbem terrarum explicatum & intentam. Atque illam quidem, non item hanc, ſancto cum ſpiritu, quem Chriſtiani laudabant, conferebant. (II.) Ita quidem primo adſpectu omnis inter Spiritum S. & mundi animam ſublata videbatur diſcordia: ſed, ut taceam, paucos tantum Platonicorum eo uti voluiſſe remedio, ſi modo voluiſſent, viri docti aetatis illius perſpicere potuiſſent, augeri potius hoc dogmate, quam minui, diſcrimen inter Platonicorum & Chriſtianorum Trinitatem. Mundi haecce anima, quam ἐγκόσμιον vocant, & ab ὑπερκοσμίῳ ſeu *ſupramundana* ſegregant, ita primum eſt cum hac ſupramundana copulata, ut intimius nullum conjugium fieri queat: deinde non ſecus aeterna & ortus omnis expers eſt, atque illa. Omnia enim quum haec ſecta velit eſſe aeterna, non poteſt non hanc animam in materiam immerſam ex omni aeternitate procreatam & genitam eſſe confiteri. Denique haec ipſa mundi anima, quia ex tertia hypoſtaſeos eſſentia genita & procreata eſt, ex illarum rerum, quas creatas, concretas, & mutabiles vocant Platonici, ordine omnino eximi debet. Haec autem ſi vera ſunt, actum erit plane de Trinitate Platonica, atque omnis concordiae inter eorum praecepta & Chriſtianam profeſſionem conſtituendae ſpes abjici debet. Nec enim tres erunt in Deo, ex praeſcripto diſciplinae hujus, hypoſtaſes, verum quatuor, *unum & bonum*, quod nominant, *ratio*, *anima coeleſtis* ſeu mundi architectus, *anima mundana* ſeu natura ſimplex & aeterna, cum materia ex infinito tempore colligata. Gradu quidem diſtat haec altera anima ab illa ſublimiori, quae nihil cum materia communitatis habet: at nihilo tamen minus ad ipſam pertinet divinam naturam, ejusque neceſſaria eſt, ſi quidem ita licet loqui, portio. Ex quo conſequitur, nihil nos errare, qui quartam in ea divinitatis perſonam ponimus. Certe non abhorruerunt Platonicorum multi a divinis perſonis multiplicandis: nec in hac familia deſunt, in quibus *Proclus* eſt, qui quatuor naturis malunt concludere divinam eſſentiam, quam tribus.

ἀρχαὶ, *principia*, αἰτίαι, *cauſſae*, & δημιουργοὶ, *opifices* totius terrarum orbis appellarentur. Quod ad *mentem* ſigillatim ſeu *intelligentiam* attinet, illi quidem, qui ante *Platonem* philoſophiae tractarunt ſtudia, *Archelaus*, *Anaxagoras*, & alii, nec non, qui poſt *Platonem* philoſophatus eſt, *Ariſtoteles*, νοῦν ſeu *mentem* primum ſummumque rerum omnium principium & initium eſſe, perſuaſum habuerunt. Magica item, quae vocantur, ſeu Chaldaeorum oracula hac nihil inter homines opinione notius ac vulgarius fuiſſe, (*k*) teſtantur:

624 Ὃν πρῶτον καλέουσι νόον ἔθνεα ἀνδρῶν.

Mentem primam vocant gentes hominum.

Verum *Plato unitatem*, naturae ordine, *numero* ſeu *multitudine* priorem eſſe, quum intelligeret, fierique nullo modo poſſe judicaret, quin νοητὸν aliquid ſeu *intelligibile* ante νοῦν ſeu *mentem* exſtitiſſet, eſſe aliquid cognitione prius & intelligentia, decrevit. Quumque praeterea eſſe bonum aliquod, illo bono, quod in ſcientia & cognitione poſitum eſt, praeſtantius, perſpiceret, unum bonum ſimpliciſſimum, rerum omnium fontem & originem, principe inter tres naturas ſuas loco poſuit: ſe-

(*k*) *Teſtantur*] Dubius vero & anceps eſt oraculi hujus Chaldaici ſenſus: quod ut pateat, integros verſus *Sect.* II. *vſ.* 27. 28. *p.* 372. *ed. Clerici* deſcribam:

Πάντα γὰρ ἐξετέλεσσε πατὴρ, καὶ νῷ πιθέσθαι
Δεύτερα, ὃν πρῶτον καλέουσι νόον ἔθνεα ἀνδρῶν.

Cuncta enim perfecit pater, & menti tradidit
Secundas, quam primam vocant gentes hominum.

Teſtes hi ſunt verſus, oraculorum horum auctorem primum in Trinitate locum dediſſe *patri*, alterum *menti*. Incertum vero eſt, an ex iisdem pateat, ab hac opinione alienos fuiſſe alios, mentemque potius primo in tribus principiis loco collocaſſe. *Cudworthus* ita verſum poſteriorem interpretatur: cujus qui ſententiam adſciſcere volunt, eos nomen πρῶτον ſic ſpectare oportet, ac ſi vocabulum αἴτιον illi addendum eſſet. Nihil vero eſt, quod cogat nos, ut id faciamus. Aeque enim commode, immo commodius paene dixerim & verbis auctoris convenientius, nomen νοῦν cum verbo πρῶτον jungere licet, ut ſic verba fluant: Ὃν πρῶτον νοῦν καλέουσιν ἔθνεα ἀνδρῶν. Quod ſi fiat, haec erit verborum ſententia: *Solent homines alterum principium mentem primam nominare*, ut nimirum a reliquis mentibus eam diſtinguant. Ergo non hoc ſignificabit oraculorum ſcriptor, ſeſe alterum ſolere in Trinitate locum *menti* aſſignare, non item reliquos homines, qui mentem hanc, in principe ponant loco, ſed hoc unice docebit, mentem hanc, quae alium obtineat in tribus rerum principiis gradum, *principem* vulgo mentem appellari: ex quo minime fluit, fuiſſe quosdam, qui primo eam in tribus principiis numero haberi vellent.

(*l*) *Philebo*] *Opp. p.* 80. *ed. Ficini.*

(*m*) *Tollit*] Hic *Platonis* locus de νῷ ſeu *mente*, ejusdemque arctiſſima cum eo, quod *bonum* idem appellat, conſociatione an multum juvet *Cudworthi* cauſſam, equidem valde dubius haereo. Etenim ſi attentius conſiderentur, quae in *Philebo* loco indicato *Plato* diſſerit, νοῦς ſeu mens iſta, quam praedicat, non eſt perſona quaedam aut *hypoſtaſis* divina, ſed ipſa Dei ſapientia, quae a natura ejus non niſi animo & cogitatione ſecernitur. In exordio quidem diſputationis non ſecus, ac ſi de perſona quadam loqueretur, orationem inſtituit philoſophus: namque laudat ſapientes, qui dixiſſent, mentem ſeu νοῦν *regem eſſe coeli atque terrae*: πάνυ γὰρ εὐμαθῶς, ait *p.* 79. οἱ σοφοὶ, οἳ νοῦν ἔφασαν βασιλεύειν ἡμῖν ἅπαντά τε οὐρανὸν καὶ γῆν. Cui dicto ſimilia quaedam in progreſſu quoque diſputationis occurrunt. Quod ſi vero diſputationis totius ſeries & habitus expendatur, non obſcure apparet, hoc unice inculcare voluiſſe *Platonem*, totam rerum univerſitatem *mente* ſeu ſumma ſapientia comparatam eſſe atque adminiſtrari, in Deoque ideirco omnis ſcientiae ac ſapientiae fontem eſſe. Idque ſatis perſpicue interdum confitetur. Sic verbi cauſſa *p.* 80. Οὐκοῦν, inquit, ἐν μὲν τῇ τοῦ Διὸς ἕξει βασιλικὴν μὲν ψυχὴν, βασιλικὸν δὲ νοῦν ἐγγίγνεσθαι διὰ τὴν τοῦ αἰτίου δύναμιν. *Ergo in Jovis* (ſeu Dei) *ipſius natura regiam animam regiamque mentem ineſſe propter vim cauſſae, confiteberis.* Igitur de tali ſermo eſt mente, quae qualitatis & virtutis inſtar in Deo eſt. Et quid verbis opus eſt? Ipſum *Dialogi* totius propoſitum rem ita ſeſe habere oſtendit. Comparamur in eo νοῦς ſeu *mens* & τοῦ-

λογισμὸς,

ſecundum vero hoc mentem collocavit ſeu intelligentiam, quam a primo illo bono nulla divelli ratione poſſe, ſed arctiſſima cum eo cognatione conjungi, cenſuit. Hinc in (*l*) *Philebo*, tametſi hactenus antiquis aſſentitur philoſophis, ut *mentem* concedat *totam ſemper rerum univerſitatem gubernare*, ὡς ἀεὶ ξ παντὸς νῦς ἄρχει, poſtea tamen addit, ὅτι νοῦς ἐστι φρόνησις ξ πάντων αἴτιος, *mentem eſſe* (non id, quod abſolute primum eſt principium, ſed) *progeniem ejus, quod rerum omnium cauſſa eſt.* Quae quidem hoc ſibi velle, patet, mentem praeeſſe quidem univerſitati rerum, verum ita, ut certa ratione ex ſummo principio, quod τάγαθὸν eſt ſeu Deus maximus, perenni nec violanda lege pendeat. Mens nempe hoc in loco *Platoni* vocatur γέννησις, *progenies* principis hypoſtaſeos. Quod nomen verbis συγγενὴς, ὁμοούσιος, & ὁμογενὴς reſpondet, quibus omnibus *Athanaſius*, ut ejusdem virtutis vocabulis, uſus eſt ad nominis ὁμοούσιος, *coëſſentialis* & *conſubſtantialis*, vim atque veram notionem declarandam. Ex quo efficitur, non cum *Ario* conſentire *Platonem*, ſed Nicaeni concilii decretis & *Athanaſii* partibus favere, atque alteram Trinitatis ſuae hypoſtaſin, ſive mens ea, ſive verbum, ſive filius nominetur, non eſſe ἑτερόουσιον, ſed γέννημα & ὁμοούσιον, *connatam* & *conſubſtantialem*, praecipere. Quod dum facit, ex rerum eam creatarum ordine (*m*) tollit.

Tertiam ſimili ratione *hypoſtaſin*, quae ψυχὴ aut anima mundi ſuperior dicitur, 635

Plato

luptas, quaeriturque, utra harum potior & ad vitam beatam ducendam conducibilior ſit? Jam ſi νοῦς perſona eſſet, futilis & inepta haec foret mentis & voluptatis comparatio, philoſophusque hoc in quaeſtionem vocaſſet, quo vix aliquid dictu eſt amentius: utrum voluptates, an vero filius Dei plus ad hominum felicitatem conferant? Qualis eſt ἡδονὴ illa ſeu *voluptas*, quam cum *mente* confert *Plato*, talis etiam ſit neceſſe eſt νοῦς, qui de principatu cum voluptate certat. Illam vero nemo ſobrius perſonam eſſe dicet: ergo nec hunc. Addo aliud, quod majus etiam momentum habet. Negat *Plato*, in νῷ ſeu *mente* ſola ſummam hominis felicitatem conſiſtere: & in extremo *Dialogo* multa commemorat alia, quae, praeter *mentem*, neceſſaria ſint homini beate victuro. At ſi *mens* perſona eſſet, & altera quidem divinitatis perſona, cum principe vinculo indiſſolubili cohaerens, inſanus fuiſſet & emotae mentis *Plato*, ſi ad perfectam hominis felicitatem plura, praeter τὸ νοῦ ſeu alterius *in Deo perſonae* poſſeſſionem, requiſivisſet. His qui nondum adducuntur rationibus, ut νοῦν *Platonis*, cujus in *Philebo* meminit, perſonam haud eſſe, ſed notionem animi & virtutem, concedant, illis nihil fortaſſis ſatis erit. Sed adjiciam tamen nonnulla, quae omnem, niſi fallor, dubitandi cauſſam invitis etiam eximent. Primum definitionem *mentis*, quam *Plato* ſuppeditat, inſpicere jubeo. Exſtat illa *p.* 94. non longe a fine *Dialogi*. Νοῦς ϑ, ait, ἢ τοῦτο τὸ ἀληθὲς ἐστιν, ἢ τούτων ὁμοιότατόν τε καὶ ἀληθέστατον. *Mens aut idem eſt, quod veritas, aut omnium certe ſimillima & veriſſima.* Ponamus, mentem eſſe perſonam: ergo & veritati, cujus mens ſimillima dicitur, idem jus tribuendum erit, ſi hanc ſequi decet nos definitionem. Quod qui abſurdum opinantur, veritatemque in numero perſonarum tolerari nolunt, illi una cum veritate mentem etiam *Platonis* indo tollant. Deinde vocabula, νοῦς, ἐπιστήμη, φρόνησις, a *Platone* promiſcue adhiberi in hoc *Dialogo*, & pro unius ejusdemque poteſtatis vocabulis poni, animadverto. Exempla dabo aliquot ex *p.* 94. ubi ſaepius haec miſcet ac mutat nomina. Quaerit *Plato*, utrum plus moderationis ſit in *mente*, an in *voluptate?* In hac autem quaeſtione nomen φρόνησις loco vocabuli νοῦς uſurpat, quo alioquin utitur. Οὐκοῦν τὸ μετὰ τοῦτο τὸν μετρητικὸν ἐν ἅπασι σκοπεῖν, πότερον ἡδονὴ φρονήσεως, ἢ φρόνησις ἡδονῆς πλείω κέκτηται; *An poſthaec menſuram illam & moderationem conſiderandum reſtat, voluptatisne, an ſapientia ejus ſit capacior?* Φρόνησιν forte ſuſpicabitur aliquis differre a νῷ: ſed hanc ſuſpicionem reſponſio ad hanc quaeſtionem plane proſternit, ex qua quippe luculentum eſt, ἐπιστήμην, νοῦν, & φρόνησιν non differre in oratione *Platonis*: Οἶμαι ἔγωγε, ἦδομαι μὲν ἡμῖν ἐξεταζομένοις ἐκεῖνα ἃ ἕκαστος ἀκούσεται τυχὸν ἂν τινα· ΝΟΥΝ ϑ καὶ ΕΠΙΣΤΗΜΗΣ ἀκριβέστερον οὐδ' ἂν ἓν ποτε. *Reor equidem, nihil voluptate ejusque exſultatione immoderatius inveniri poſſe: nihil contra mente & ſapientia moderatius.* Paullo poſt *mentem* & φρόνησιν ita ſociat *Plato*, dubitare ut nemo queat, his binis vocabulis rem unam deſignari: Ἀλλ' ἦν ΦΡΟΝΗΣΙΝ μὲν καὶ ΝΟΥΝ κέκτηται τοιαῦτα οἷα λέγω. *Mentem quidem & ſapientiam nemo unquam deformem vidit.* Et rurſus: Τὸ τρίτον ΝΟΥΝ καὶ ΦΡΟΝΗΣΙΝ τίθει, ἂν ἐν μίγμα τι ἢ ἀληθείας παρέλθωσι. *Tertium ſi mentem ſapientiamque poſueris, haud procul a veritate dejecies.* Poſ-

Plato in *Cratylo* nomine τοῦ honestat, quod notum est supremi Numinis vocabulum esse, idque nomen simul a verbo ζῆν seu *vivere* repetit. Quo facto, de tertio principio isto sic disserit: Οὐ γάρ ἐστιν ἡμῖν καὶ τοῖς ἄλλοις πᾶσιν, ὅτι ἐστὶν αἴτιον μᾶλλον ἢ ζῆν, ἢ ὁ ἄρχων τε καὶ βασιλεὺς τῶν πάντων. *Nulla enim nobis ceterisque omnibus vivendi magis caussa est, quam princeps rexque omnium.* Quae si quis forte figurate esse dicta conjiciat, eum sequentia *Platonis* verba suspicionem hanc abjicere cogent, quibus poëtarum fabulas de Διΐ seu *Jove*, quem filium esse *Chroni* seu *Saturni* fingunt, explanat: Εὔλογον δή, μεγάλης τινὸς διανοίας ἔκγονον εἶναι τὸν Δία. *Probabile est, magnae cujusdam intelligentiae prolem Jovem esse.* Ἔκγονος & φρόνησις gemina valent significatione. Quare manifestum est, *Platonem* hic tertiam quoque Trinitatis suae hypostasin non secus alteri ὁμοούσιον seu *consubstantialem* facere, atque secundam primae solet aequalem (*n*) facere.

695 Exploratum est, *Platonem*, quum δημιουργὸν seu *opificem* nominat, plerumque τὸν, *mentem*, seu alteram divinitatis personam intelligere. Qua de re *Plotini* scitum hoc exstat: (*) Δημιουργὸς ὁ τῶν Πλάτων. *Demiurgus Platoni dicitur intelligentia.* Nihilo tamen minus *Amelium*, *Plotinum*, aliosque scholae hujus magistros tertiam quoque hypostasin hoc compellare videmus nomine, & δημιουργὸν, *opificem* seu *architectum* orbis hujus nuncupare. Quidam nempe hujus generis opificem hunc alterum locum a mente seu intelligentia occupare sentiunt, alii tertium ei gradum a principe Deo assignant. Et hunc ipsum Deum principem *Atticus* etiam & *Amelius* δημιουργὸν salutant. Hinc ea multum roboris accipiunt, quae supra jam posuimus, ex

(*) Enn. V. Lib. I. (de tribus hypostas. C. 8. p. 489.)

strema quaestiones quasdam de mente testor in exitu *Dialogi* a *Platone* propositas. Quaerit *Socrates*: *utrum mens sit propior & similior veritati, an vero voluptas?* Quaerit idem: *mensne pulcrior sit, an voluptas?* Quaerit tertio: *utrum in mente plus sit mediocritatis, quam in voluptate?* Quis, vel exauditis hisce quaestionibus non continuo statuat, fieri nullo modo posse, ut mens, quam in *Philebo* induxit *Plato*, divina quaedam hypostasis aut persona tantum sit? Verbosior in re facili & expedita fortasse fui: sed caussas, cur id essem, non contemnendas habui. Trinitatem qui ex scriptis *Platonis* eruunt, illi *Philebum* eius & disputationem *de mente* in hoc *Dialogo* in primis caussae suae firmamentis & praesidiis numerant. Quare paullo copiosius ostendendum erat, desperatam fore hanc Trinitatis Platonicae caussam, si alia desint amatoribus & defensoribus eius argumenta. Praeterhaec, non inutile mihi videbatur, exemplo quodam lectores *Platonis* commonere, ne temere ac parum considerate libros philosophi legant, cujus oratio ad poëticam propius accedit dictionem, nec unum ex doctissimis quoque viris floribus ac figuris suis decepit. Mitto, familiam eorum, quos semel *Platonis* cepit amor, cujus plerumque generis esse, ut, nisi argumentorum obruantur velati copia, raro ab opinionibus suis desistant.

Quae de convenientia opinionum *Platonis* & *Athanasii* de altera divinitatis persona in medium hic profert *Cudworthus*, ea, his observatis, per se corruunt. Nec, si *mens* in *Platonis Philebo* divina esset persona multum tamen haberent virtutis ac roboris. Quaenam enim haec est argumentatio: Vocabulum νοῦς, quod *Plato* usurpat, & nomen σοφία aut ἐπιστήμη, quod *Athanasius* adhibet, potestatem atque notionem paene aequalem habent: ergo nec sententiis *Platonis* & *Athanasius* differunt?

(*n*) *Facere*] Exstant hi loci in *Platonis Cratylo*, libello variis ineptiis etymologicis referto, p. 262. *Opp.* verum sine ulla ratione a doctissimo viro ad rem praesentem trahuntur. (I.) Assumit vir doctissimus, priori loco *Platonem* de tertia Trinitatis suae hypostasi seu de ψυχῇ, & superiori quidem illa seu ἐπιστροφῇ, loqui. Sed hoc assumit, non probat, vir egregius. Etenim nec animae seu ψυχῆς *Plato* ullo verbo meminit, nec naturam illam, quam Δία vocat, mundi esse animam, profitetur. Si de mundi anima hic agi, ex eo conjecit *Cudworthus*, quod *Plato* Jovem omnibus vivendi caussam esse dicit, audacius certe conjecit, quam ratio patitur. Illud vero recentioris scholae Platonicae de binis mundi animis commentum paullo ante jam profligatum est. (II.) Alter locus, quo Jupiter magnae cujusdam intelligentiae proles dicitur, obtorto prorsus collo in hanc caussam rapitur. In quo tria vir eximius admittit, quae difficillime veritatis amantibus probabit. (1.) Δία seu Jovem mundi esse animam, pro concesso

Digitized by Google

ex praeſcripto germanae atque antiquiſſimae *Platonis* diſciplinae tria iſta principia conjunctim pro terrarum orbis conditoribus rerumque omnium extra ſe architectis eſſe habita. Non ignoravit hoc *Ficinus*, qui aliquoties, (*) *Hi tres*, inquit, *uno quodam conſenſu omnia producunt.* Idem diu ante *Ficinum* inculcavit *Proclus*: (†) Πάντα ἀνήρτηται ἕ νὸς Νῷ ἕ μὲν καὶ ψυχῆς. *Omnia ex uno per mentem & animam pendent.* Quae omnia quum ita ſeſe habeant, cum *Porphyrio* nobis decernendum omnino eſſe, opinamur, *Platoni* viſum eſſe, veram divinitatem tribus contineri principiis ac hypoſtaſibus, earumque ultimam ψυχὴ eſſe ſeu (o) animam.

Ergo tantum abeſt, ut *Arium* affirmare nobis liceat ex *Platonis* rivulis hauſiſſe, ut conſitendum ſit e contrario, *Platonem* Nicaenis patribus & *Athanaſio* amiciorem eſſe. Quod non ita tamen accipi velim, ac ſi hos *Platonem* ſequutos eſſe judicem: largior enim, ſacras litteras rectamque rationem, cujus ope juſta & legitima ex ſacro codice conſectaria ducebant, his unos ſententiae ſuae auctores fuiſſe. Iſta, cui *Plato* favebat, Trinitas medio quaſi loco inter *Sabellii* dogma & *Arii* errores interjecta eſt. Non tria veneratus eſt nomina *Plato*, non tres notiones logicas, aut tres modos, verum tres hypoſtaſes aut perſonas. Viciſſim non Deum ille resque creatas, quae toto genere a Deo ſejunctae ſunt, miſcuit aut inter ſe confudit temere, neque alteram tertiamque perſonam conditas aut in tempore factas eſſe, cenſuit, ſed omnes tres aeternas, infinitas, nec a quoquam comparatas & productas autumavit.

Sta-

(*) In Plotin. Lib. I. Enn. II. (†) Comm. in Timaeum (Lib. I. p. 66.)

ceſſo ponit: quod tamen minime tradit *Plato*. (2.) Μεγίστου διάνοια, cujus filius Ζεὺς dicitur, alteram eſſe Trinitatis perſonam, conſtituit; iterum vero ſine auctore & ratione. Repudiaſſet, opinor, hanc ſententiam vir eruditus, ſi modo vocabulum τοῦ attente conſideraſſet: quod quidem de re una ex multis, non vero de ſingulari & unica natura, qualis altera eſt hypoſtaſis divina, ſermonem ipſi eſſe, indicat. (3.) Vocabulo ἔκγονος manifeſto abutitur. Hanc enim quis ferat facile ratiocinationem: ἔκγονος & γενέτης ſentiu non multum differunt: igitur tertia perſona divinitatis, quae ἔκγονος a *Platone* dicitur, aequalis eſt alteri hypoſtaſi, de qua vocabulum γενέτης adhibetur? Dictum eſt jam alias nonnihil de hoc *Platonis* loco.

(o) *Animam*] Ita eſt, ut perhibet vir doctiſſimus. Ingens inter Platonicos eſt conflictio, quinam in Trinitate locus architecto ſeu δημιουργῷ rerum omnium ſit aſſignandus. *Platonem* hunc orbis conditorem a ſummo Deo minime diſcreviſſe, ſupra jam a nobis ex *Timaeo* probatum eſt: cum quo quin multi ſenſerint alii, nullum dubium eſt. *Julianus* vero Imperator ſecundum cum a principe Deo constituit. Tertium faciunt *Plotinus*, *Porphyrius*, & alii. Quin *Proclus* eo procedere non veretur, ut quarto mundi opificem loco a prima causa ponat. Qua de diſſentione cauſſisque ejus ſi commentari ex inſtituto placeret, multum ſpatii ac temporis conſumere poſſem. Sed miror con-

cluſionem, quam ex hac diſcordia Platonicorum de mundi opifice ejusque in Triade loco vir eximius ducit. Putat, hanc argumento eſſe pugnam, Platonicos conſtructionem mundi ad omnes tres divinitatis perſonas detuliſſe, ideoque non male cum Chriſtianis conjungi, quos opera, quae *ad extra* nominant, ad univerſam ſanctiſſimam Trinitatem referre, notum eſt. Rectene ſic cenſeat, an ſecus, quilibet facile judicabit, ſi nude tantum argumentum ejus proponatur: Certant Platonici, quinam ex tribus hypoſtaſibus ſuis opificis ſeu architecti hujus orbis nomen ſit dandum: igitur omnibus tribus perſonis conjunctim, nulli vero ſigillatim, hoc nomen convenire, arbitrati ſunt. Equidem, ſi haec ratiocinatio nihil habet vitii, illum quoque laudandum eſſe, opinor, qui ſic calculos poſuerit: Diſſident inter ſe Critici, quisnam *Dialogum* illum *de cauſſis corruptae eloquentiae* conſcripſerit, qui *Quinctiliano* vulgo ſolet addi. Sunt, qui *Quinctilianum*, ſunt, qui *Tacitum*, ſunt, qui *Suetonium* auctorem eſſe libelli hujus volunt. Hoc igitur ex certamine liquet, non uni horum virorum, ſed ſimul omnibus *Dialogum* illum tribuendum eſſe. Abſtinuiſſent, credo, ab hac diſputatione Platonici, neque inultum de loco δημιουργοῦ in Trinitate ſua deliberaſſent, ſi concors haec eorum fuiſſet ſententia, nunus hoc non uni perſonae proprium, ſed omnibus communе eſſe.

(2.) Ex-

Statui omnem huic negotio obſcuritatem abſtergere, atque luculentum plane & apertum facere, quatenus *Plato*, *Parmenides*, & *Pythagoras*, qui de tribus principiis prudentius ceteris philoſophati ſunt, cum ſacrarum litterarum de divinitate praeceptis atque Chriſtianorum de hac re ſententiis, quas non una foverunt aetate, aut conſentiant, aut diſſentiant. Itaque tria rurſus, quibus hoc negotium continetur, normae loco conſtituam. Quorum quidem primum hoc eſt: Germanos *Platonis & Pythagorae* diſcipulos, tametſi omnes tres principales hypoſtaſes ſuas in rerum creatarum numero non paterentur eſſe, verum aeternas, neceſſarias, univerſales, ſeu infinitas, totiusque propterea mundi machinatores & architectos ducerent, nihilo tamen minus ſtatuiſſe, alteram hypoſtaſin ex prima, tertiam
687 vero ex prima ſimul & ſecunda naturaliter pendere; gradibusque idcirco tres haſce perſonas ſecreviſſe. Docebunt hoc *Plotini* verba, quibus generationem aeternae mentis, quae locum ſecundum in tribus *Platonis* principiis tenet, & Chriſtianorum *filio* ſeu *verbo* reſpondet, explicat: (*) Τὸ δὲ ἀεὶ τέλειον, ἀεὶ καὶ γέννα καὶ γέννα· καὶ ἔλαττον δὲ ἑαυτοῦ γέννα· τί οὖν χρὴ περὶ τοῦ τελειοτάτου λέγειν; μηδὲν ἀπ' αὐτοῦ γεννᾶν, ἢ τὰ μέγιστα μετ' αὐτόν; μέγιστον δὲ μετ' αὐτὸν νοῦς καὶ δεύτερον· Καὶ γὰρ ὁρᾷ ὁ νοῦς ἐκεῖνον, καὶ διὸ καὶ αὐτοῦ μένει· Ἐκείνου δὲ τοῦτο ἰδέα· καὶ τὸ γενόμενον ἀεὶ κρεῖττον τοῦ γεννήσαντος νῷ, νοῦν εἶναι· καὶ κρεῖττον ἀπεῖπεν ὁ νοῦς, ὅτι πάντα μετ' αὐτόν· εἶεν καὶ ἡ ψυχὴ λόγος νοῦ καὶ ἡ ἐνέργεια τις. *Quod autem ſemper eſt perfectum, ſemper gignit & ſempiternum, at minus tamen & inferius genitore ſuo. Quidnam igitur de perfectiſſimo eſt dicendum? Numquid nihil prodit ab eo? an potius ab eo prodeunt, quae omnium maxima ſunt poſt ipſum? Maximum vero poſt ipſum eſt intellectus atque ſecundum. Inſpicit enim intellectus illud, ſoloque illo indiget: illud vero primum principium intellectu minimè indiget. Oportet profecto, quod ſit ab eo, quod mente melius eſt, eſſe mentem: melius vero omnium, quae ſiunt, eſt intellectus, quoniam reliqua ſunt poſt ipſum. Jam vero anima mentis eſt verbum & actus quidam* (primi boni). Quod hic de altera perhibet perſona, id de tertia paullo poſt hypoſtaſi, cujus nomen eſt ψυχὴ ſeu *anima*, pariter affirmat, quam ex ſecunda naturaliter pendere, eaque propterea inferiorem eſſe certa ratione, contendit: (†) Ψυχὴν γὰρ γέννα νοῦς, νοῦς ὢν τέλειος· Καὶ γὰρ τέλειον ὄντα γέννα ἔδει, καὶ μὴ δύναμιν ἔσαν πεπαῦσθαι ἄγονον εἶναι· Κρεῖττον δὲ οὐκ οἶδν τε ἦν εἶναι οὐδ' ἐντεῦθεν τὸ γενόμενον, ἀλλ' ἔλαττον ὄν, εἰδωλον εἶναι αὐτοῦ. *Animam enim generat intellectus, intellectus, inquam, perfectus exiſtens. Quando enim perfectus ſit, oportet & generare, potentiamque tantum non eſſe ſterilem. Sed hic quoque, quod gignitur, genitore melius eſſe non poterat: ſed, quum minus ſit, imago ejus eſſe debet.* Alias idem philoſophus principem Triadis hujus perſonam appellat *Uranum*, alteram *Chronon*, tertiam Ζῆνα, quod idem antea *Plato* fecerat, poëtarumque de his Diis fabulas ſcite & eleganter ad res philoſophicas accommodat. Quo facto, de altera perſona ſive *Chrono* ita ſciſcit: (§) Μεταξὺ ὢν πατρός τε ἀμείνονος καὶ ἥττονος υἱοῦ. *Medium ille gradum obtinet*

(*) Ennead. V. Lib. I. C. 6. (p. 48.) (†) (P. 489.)
(§) P. 554. (Ennead. V. Lib. VIII. de intelligibili pulcritudine Cap. 13.)

(p) *Inferius ſit*] Quum de natura illius Trinitatis, quam *germanam Platonicam Cudworthus* vocat, unice diſputatio inſtituta ſit, non autem de ejus Triados indole, quae poſt natum Servatorem a ſchola Alexandrina tradita eſt, utpote quam mifere corruptam & verae Platonicae prorſus diſſimilem eſſe, vir doctiſſimus confitetur, non dubito, multos fore, qui ſciſcitabuntur, cur ad veteris illius Triadis explanationem *Plotini* afferantur dicta, cui princeps paene locus inter eos, quos corruptores diſciplinae veteris Platonicae vir doctus nominat, debetur. Hoccine eſt tacendo affir-

Digitized by Google

tinet inter patrem majorem filiumque minorem. Exſtat quoque generale apud *Plotinum* praeceptum, quo hoc ipſum inculcat: (*) Ἐν τοῖς γινομένοις οὐκ ἔστι στῆσαι τὸ ἄνω, ἀλλὰ στῆσαι τὸ κάτω χωρῶν. *Inter illa, quae* (ex omni aeternitate) *gignuntur*, (aut naturali quadam emanatione procedunt) *non patet ad ſuperiora proceſſus, ſed ad inferiora; atque id quidem ita, ut in majorem gradatim multitudinem procedatur.* Poſſent plura hujus generis dicta ex *Plotino* proferri; verum unum tantum ſubjicere juvabit, in quo argumentando ſententiam ſuam declarat: (†) Οὐ ταυτὸν τὸ ἐξ ἐκείνου ἐκείνῳ· Εἰ ἓν μὴ ταυτὸν, οὐδέ γε βέλτιον. *Illud, quod ex primo ſummoque principio gignitur aut emanat, non eſt idem, atque illud. Si ergo non idem, certe etiam non melius.* Ex quo praecepto conſequitur, fieri nulla ratione poſſe, quin illud primo principio ſubjectum, eoque gradu & ordine (*p*) inferius ſit.

Huic dogmati de ſecundae tertiaeque perſonae ex perſona principe emanatione naturaque inferiori ut plus lucis concilient Platonici, varias adhibere ſolent ſimilitudines. *Ficinus* circulos in auxilium vocat, quos in unda novimus naſci, ſi grave quoddam corpus in eam projiciatur; quorum quidem alter perpetuo gignit alterum: *Alius*, inquit, *ſic ferme profluit ex alio, ſicut in aqua circulus dependet a circulo.* In qua comparatione illud etiam non omittendum eſt, commotam ejusmodi & conturbatam aquam tanto plus impetus, tumoris, & celeritatis ſuae amittere, quanto latius hi circuli propagantur, donec omnia poſtremo ad priſtinam tranquillitatem & quietem redeant. Ab ipſis vero, qui a *Chriſto* alieni faerunt, Platonicis altera tertiaque hypoſtaſis ſaepenumero ἴχνος καὶ τύπος, *typus & forma*, vocari ſolent, quam princeps perſona, ſimiliter atque ſigillum in cera certam formam imprimit, expreſſerit. Iidem vocabulis εἰκὼν, εἴδωλον, μίμημα, *imago*, *adumbratio*, 688
imitatio, hac in re claritatis cauſſa utuntur. Quae quidem nomina ſi quis ad res applicet, quae auribus percipiuntur, is alteram perſonam ſpectabit ut *echo*, quae veram vocem imitatur, tertiam vero ut *echo* repetitam, ſeu echo ex echo genitam. Ergo, ſi hanc ſequamur notionem, altera tertiaque perſona certae tantum erunt principis divinitatis veluti repercuſſiones, fractae tamen & infirmatae, quae, etiamſi umbris minime ſimiles ſunt, nec quaeſitae evaneſcunt, contra vere proprieque exſiſtunt, gradu tamen differunt, & inter ſe neceſſario nexae ſunt. Sin vero nomina haec ad res aliquis trahere malit in oculos incurrentes, illi alteram comparare licebit perſonam cum imagine in vitro relucente, tertiamque cum imaginis hujus imagine, quam lux ad aliud propagavit vitrum. Utraque haec imago ex vera naſcitur facie, at paullatim ab ejus ſplendore ac nitore recedit. Si ne haec quidem placeat imago, parelios cogitare non ineptum erit, alteramque ac tertiam perſonam ſolem ſecundum & tertium dicere. Quo (*q*) *Plotini* referri poſſunt verba, qui animam univerſalem ſeu tertiam hypoſtaſin vocat εἰκόνα νῦ σαίζουσαν τι φῶς ἐκείνου, *imaginem mentis* (ſeu ſecundae hypoſtaſeos) *multum ex ejus lumine*

(*) P. 513. (Ennead. V. Lib. III. de ſubſtantiis cognoſcentibus Cap. 16.)
(†) Enn. V. Lib. III. Cap. 15. (p. 512.)

firmare, propter veterum monumentorum penuriam & ipſius *Platonis* obſcuritatem incertum eſſe, quisnam philoſophi hujus de tribus principiis ſenſus fuerit, junioresque Platonicos audiendos eſſe potius illi, qui hoc in argumento tentet aliquid, quam ipſum *Platonem?* Atqui hoc ſi ita ſefe habet, quid de tota illa diſtinctione inter germanam *Platonis* & adulterinam Platonicorum de tribus in Deo perſonis ſententiam fiet?

(*q*) *Plotini*] *Ennead. V. Lib. I. C. 6. p. 487.*

Digitized by Google

mine ac ſplendore retinentem. His autem ſimilibusque comparationibus quum perſpicuitati conſulerent Platonici, caute tamen eas eſſe uſurpandas, neque nimis premendas, admonebant: inceſſe illis enim diſſimilia quaedam, quibus eas, ne quid inde naſceretur incommodi, purgare oporteat, non diſſitebantur. Nempe quod ſcire cupiebant eos, quorum cauſſa res ita naturales & divinas inter ſe contendebant, hoc unum erat: Quemadmodum imago in vitro quodam reſplendens ἐπὶ τῶν dicitur, aut ad rem aliam pertinere, unde tota pendeat; ſic quamlibet hypoſtaſin ſecundariam ex principe manare, eique certa ratione ſubjectam eſſe. Interim ex Platonicis illis, qui veritatem Chriſtianam contemſerunt, neminem recordor tam imprudenter ac praepoſtere de verbo loquutum eſſe, atque *Philo* fecit *ſecundo Allegoriarum Libro*: Σκιὰ δὲ Θεοῦ ὁ λόγος αὐτοῦ ἐστιν, ᾧ καθάπερ ὀργάνῳ προσχρώμενος ἐκοσμοποίει. *Umbra vero Dei verbum ejus eſt, quo tamquam inſtrumento aſſumto, mundum creabat.* Et idem tamen homo aliis in locis multo honorificentius de altera perſona verba facit, quippe quam *Deum ſecundum filiumque principis Dei* vocare non veretur. Quamquam & ipſo illo in loco, unde haec verba tranſtulimus, umbram hanc ſeu imaginem Dei ipſum eſſe rerum creatarum exemplum ſeu *archetypum* tradit: Αὕτη δὲ ἡ σκιὰ καὶ εἰκὼν ἀπεικόνισμα ἑτέρων ἐστὶν ἀρχέτυπον· ὥσπερ ὁ Θεὸς παράδειγμα τῆς εἰκόνος, ἣν σκιὰν νυνὶ κέκληκα, οὕτως ἡ εἰκὼν ἄλλο γένος παράδειγμα. *Haec umbra & quaſi effigies exemplar eſt rerum reliquarum. Sicut enim Deus exemplum eſt hujus imaginis, quam umbram paullo ante vocavi: ita haec imago etiam aliarum rerum eſt* (r) *exemplum.* Nulla eſt imago, qua delectentur magis *Platonis* ſectatores, quo hoc divinarum perſonarum diſcrimen illuſtrent, quam ſplendor ille & radiatum lumen, quod ex ſole aliisque corporibus lucidis procedit: Ἔκλαμψις Graeci dicunt & ἀπαύγασμα. Etenim mentem ſeu ſecundam hypoſtaſin ſimilem illi eſſe fulgori, pronuntiant, qui ipſa cingit corpora lucida & ambit, quumque ſemper una cum illis ſpectetur, efficit, ut ambitus ſiderum, id quod Aſtronomi nos docent, in oculis intuentium amplificetur, ipſaque corpora majora, quam reapſe ſunt, videantur: quod quidem facile intelligunt, qui *teleſcopiorum* ope illa contemplantur, quippe quae exuberantes illos & ſuperfluentes quaſi radios reſtinguunt & reſecant. Tertiam vero hypoſtaſin cum remotiori ſplendore illo, qui corpus ipſum exterius ambiendo gradatim imminuitur, conferunt. Afferam *Plotini*, quibus hanc imaginem memorat, verba: (*) Πῶς οὖν ἡμῖν τί δεῖ νοῆσαι περὶ ἐκεῖνο μεῖον; ἔκλαμψιν ἐξ αὐτοῦ μὲν, ἐξ αὐτοῦ δὲ μένοντος, οἷον ἡλίου τὸ περὶ αὐτὸν λαμπρὸν, ὅσπερ πέφυκεν, ἐξ αὐτοῦ ἀεὶ γεννώμενον μένοντος. *Quonam igitur pacto, quidve nobis eſt circa illud ſtabile cogitandum? lumen undique circumfuſum ex ipſo dependens: ex ipſo, inquam, penitus quieſcente, ceu fulgorem circa ſolem, quaſi circumcurrentem, ex ipſo ſemper manente progenitum.*

(*) P. 487. (Ennead. V. Lib. I. C. 6. de tribus hypoſtaſibus.)

(r) *Exemplum*] Uterque hic *Philonis* locus extat *Lib.* II. *Allegor. p.* 79. *Opp.* Poſterior vero hic emendatior eſt exhibitus, quam in exemplis editis legitur. In edito *Philonis* codice extat ἔστιν & κέκληκε: quae verba *Gelenius* etiam in verſione ſua expreſſit. Sed ſeries orationis & tota ratio poſcit, ut legatur ἦν & κέκληκα. Prius verbum in ora libri editi adſcriptum eſt; non item alterum. Novam eruditi viri curam, novam etiam verſionem Latinam *Philo* flagitat. Dici enim vix poteſt, quam male interdum *Gelenius* ſcriptorem hunc verterit, quotque manifeſtis librariorum peccatis Graecus contextus laboret. Quare, qui non ita pridem novam *Philonis* editionem curandam recepit vir longe doctiſſimus & inter principes eruditae Britanniae numerandus, *Thom. Mangejus*, immortale ſibi comparabit apud omnes veritatis amatores meritum, ſi coeptum laborem, quam primum fieri poteſt, perfe-

Sunt

Digitized by Google

Sunt iisdem Platonicis certae quaedam notae, quibus personas istas secernunt & distinguunt: ex quibus notis accuratius etiam & certius cognoscere licebit, quaenam ratio & indoles sit Triadis hujus Platonicae. Princeps hypostasis saepe huic generi dicitur ἓν πρὸ πάντων, *unum ante omnia*, unitas nimirum simplicissima, quae res omnes efficienter continet, & uti *Plotinus* loquitur, (*) ὅτως εἶχε πάντα, ὡς μὴ διακεκεκριμένα, τὰ δ' ἐν δευτέρῳ διεκέκριτο τῷ λόγῳ, *sic habet omnia, tamquam nondum inter se discreta, quum in secundo ratione discernantur*, id est, reapse distincta sint in speciebus suis, etiamsi *primum principium simplex & foecunda sit rerum omnium* (s) *potentia.* Idcirco alteram hypostasin *Parmenides* vocat ἓν πάντα, *unum, quod est omnia*, seu quod omnes rerum species complectitur: qui etiam philosophus, id quod (t) *Plotinus* testatur, tertiam personam ἓν καὶ πάντα, *unum & omnia* vocavit, ut plus eam habere vicissitudinis & multitudinis significaret. Nominatur etiam *unum, quod efficiens est omnium*, quoniam re ipsa & actu ipso explicat & producit id, quod prima persona virtute & potentia, altera vero in exemplis seu ideis comprehendit. Eamdem propter caussam prima quoque dicitur esse πάντα ἑνικῶς, *omnia unitive*, altera πάντα νοερῶς, *omnia intelligibiliter*, tertia denique πάντα ζωικῶς, *omnia animaliter*, id est, natura semet ipsam movens, agens & producens omnia. Rursus prima hypostasis τἀγαθὸν, *bonum* seu ipsa bonitas nominari solet, quae mentem & intelligentiam omnem excedit: quare & ὑπερέκεινα est seu *supra essentiam omnem positum*, quod nec eloqui quisquam mortalium, nec comprehendere valet. Solet eadem nonnumquam φῶς ἁπλοῦν, *lux simplex* appellari. Alterius nomina sunt νοῦς, λόγος, σοφία, unitas & bonitas secundaria seu aliunde proficiscens, item ἀγαθοειδὴς, *formam boni habens*, quamquam *essentialiter* & *formaliter*, *mens*, *intelligentia*, *ratio*, & *sapientia* cuncta percipiens & comprehendens, seu infinita cognitio. Tertiam vulgo nomine ψυχὴ, quod animam designat semet ipsam moventem, designari videas. Vocatur etiam *bonitas* & *sapientia*: quas quidem virtutes non ex se quidem & natura possidere, verum aliunde nacta esse, at *formaliter* tamen & *essentialiter* habere dicitur. Nec ignota sunt alia ejus nomina. Appellatur *infinita virtus & efficientia*, *potentia infinita*, *percipiens*, *agens*, *animadvertens.* Nonnumquam Ἀφροδίτη & Ἔρως, *Venus* & *amor* nuncupatur: quod cave tamen credas eo sensu fieri, quo princeps Numen *amor* dicitur. Persona enim princeps exuberans est amor, copiaque & foecunditate redundans, auctore *Plotino:* (†) ὅτι γὰρ τέλειον, τῷ μηδὲν ζητεῖν, μηδὲ ἔχειν, μηδὲ δεῖσθαι, οἷον ὑπερεπλήσθη, καὶ τὸ ὑπερπλῆρες αὐτῆς ἐποίησε πάντως. *Nempe quum sit perfectum, propterea quod nihil quaerat, neque habeat aliud, neque egeat, nimirum exuberavit, exuberantiaque ipsius aliud procreavit.* Tertia vero persona amor est infinite potens & efficiens. Primam personam *Plotinus* praecipit esse ἀνενέργητον, *naturam omni actione solutam & liberam.* Quocirca, tametsi fons & origo sit omnium omnino

(*) P. 513. (Enncad. V. Lib. III. de substant. cognoscentibus Cap. 15.)

(†) P. 494. (Enncad. V. Lib. II. de generatione & ordine eorum, quae sunt post primum, Cap. 1.)

fecerit. Ipsam sententiam *Philonis* de verbo supra copiose ac luculenter declaravi: quam qui legerit dissertationem nostram, is verborum, quae hic afferuntur ex eo, vim & sententiam levi negotio capiet. Nam quod eorum duritiem & imprudentiam castigat hic *Cudworthus*, id ex eo unice provenit, quod *Philonem* de verbo longe aliter sensisse opinatur, atque nos sensisse cum rationibus gravissimis demonstravimus.

(s) *Potentia*] *Plotini* haec verba sunt, interpolata licet quodammodo a *Cudworthо*, quae Graece adscribere omisit.

(t) *Plotinus*] *Ennead.* V. *Lib.* I. *de tribus hypostas. Cap.* 8. *p.* 490. *Opp.*

omnino rerum, mundi tamen conſtructio & compoſitio proprie ipſi attribui nequit: quod his verbis *Numenius expreſſit*: (*) Καὶ γὰρ ὅτι δημιουργεῖν ἦν χρεὼν τὸ πρῶτον, καὶ τὸν δημιουργὸν Θεὸν (τὸν υἱὸν) χρὴ τοῦτον καὶ νομίζεσθαι πατέρα τὸ πρῶτον Θεόν. *Nec enim primum illum Deum quicquam moliri fas eſt, ſed potius artificis Dei* (filii) *ipſum nos habere patrem oportet.* Quo & pertinet, quod paullo poſt ſequitur, pronuntiatum ejus: Τὸν μὲν πρῶτον Θεὸν ἀργὸν τοῦτον ἔργων ξυμπάντων καὶ βασιλέα *Deum primum & ab omni opere vacare, & regem eſſe univerſi, confitendum eſt.* Alteri perſonae vis intelligentiae adſcribitur: quamquam & de eadem perhibent, οὐσίαν ſeu eſſentiam ejus non differre ab ἐνεργείᾳ ſeu operatione ejus. Solet quoque eadem *natura* quidem *multiformis*, at ἀκινήτου ſimul οὐσία, *natura immobilis*, nominari. Itaque & proprie δημιουργὸς, meditans architectus & opifex audit, eo quod univerſum mundum archetypum primumque exemplar & ſpeciem totius rerum univerſitatis complectatur. Tertia vero perſona Deus eſt certa ratione mobilis, τὸ θεὸν νοῦν κινούμενον, ut *Plotinus* ait, καὶ τὸ φῶς, καὶ ἴχνος ἐπιστήμης ἐστὶν, *id, quod circa mentem ſeu intelligentiam movetur, lumen mentis, expreſſumque ejus ſignum, ſemper ex ea pendens.* Haec tertia hypoſtaſis ubertate & copia primi ſimpliciſſimique boni, immobilique ſapientia ac de condendo orbe cogitationibus, quas altera fovet perſona, ad mundum efficiendum & comparandum utitur. Quare verus eſt mundi totius architectus, qui deſignato in ſuperioribus duabus perſonis operi manum veluti admovet, & reapſe gubernat, regit, & adminiſtrat omnia, τὸ ἡγεμονικὸν & ποιητικόν. *Amelius* loco, quem 690antea ex *Proclo* protulimus, tres perſonas iſtas tres mentes & tres reges nuncupat: principem praeterea τὸ ὄντως, *eum, qui eſt*, alteram τὸ ἐχόντως, *eum, qui habet*, tertiam denique τὸ ὁρῶντως, *eum, qui intuetur*, ſalutat. Iisdem, praeter hunc, nominibus qui in hac cauſſa utatur, equidem novi neminem: certum autem quoddam diſcrimen & diſparem harum perſonarum conditionem illis indicari, id vero apertum & manifeſtum eſſe arbitror.

Has Platonicorum ſcalas, quibus divinitatem adſtringunt, nihil conturbare magis & evertere videtur, quam differentia illa, qua primum principium a ſecundo ſegregant. Quamvis enim, quo ſecundam a prima perſonam curate diſtinguant, illam intelligentiam, rationem, & ſapientiam vocent; alterum tamen de duobus neceſſe videtur eſſe, ut vel primam & ſecundam perſonam duo tantum eſſe diverſa nomina aut imperfectas unius ejusdemque naturae notiones eſſe fateantur, aut vero, ſi diſtinctas eſſe velint eas perſonas, principem ἄνουν eſſe & ἄλογον, ſeu mentis, rationis, & conſilii inopem. concedant: qua quidem re vix aliquid fingi poteſt ſtolidius. Ego, quibus iſta diluam objecta, ſequentia fere tantum habeo. Primum *Platonis* & *Pythagorae* diſciplinam, quam ab *Orpheo* primum & Aegyptiis, aut verius ab Hebraeis, profectam ſuſpicor eſſe, hoc ſibi proprium habuiſſe

(*) Euſebius Praep. euang. Lib. XI. Cap. 18. p. 537.

(v) *Principem*] Haec ſi ratio adduxit Platonicos, ut omnem a principe perſona cognitionem & ſcientiam removerent, quod ſcientia, quoniam ex multis conſtat rerum ſpeciebus, a perfectione & dignitate principis perſonae aliena videatur eſſe, parum ſibi conſuluerunt, parum etiam Deo. Licet enim ſcientiam in altera perſona ponant, & principi hypoſtaſi detrahant; altera tamen illa perſona ex principe ab aeterno generata eſt, & indiſſolubili vinculo cum illa ſociata manet. Quare, ſi quid ineſt vitii, aut potius imperfecti, in ſcientia & cognitione, ad principem illud aeque perſonam pertinebit, unde altera prodiit, & cui connexa eſt perpetuo, quam ad ſecundam. Sed haec forte ſententia & ratio in illis duci debet ſcholae Platonicae argutiis, in quibus fruſtra ſenſum quaeſiveris,

Digitized by Google

buiſſe animadverto, ut mentem ſeu intelligentiam non eſſe primum rerum principium, quo nullum eſt excellentius, ſed ſecundum, amatores ejus ſtatuerent, quum omnes reliqui veteres Theologi νῦν docerent eſſe πάντων πρεσβύτατον, mentem ſeu intelligentiam, vere ita dictam & proprie, rerum omnium eſſe antiquiſſimam & primam. Tribus vero caulis, ut ſic praeciperent, adductos eſſe eos potiſſimum, arbitror Primum intelligentiam, rationem, cognitionem, & ſapientiam neminem mortalium aliter animo poſſe concipere, ſentiebant, quam ut rem certa ratione multiplicem & variam. Atqui rationi in primis videbatur conſentaneum, primum, unde omnia fluxerunt reliqua, principium non numeri aut multitudinis inſtar ſpectare, ſed pro perfectiſſima monade ſeu unitate habere. Audiamus, quemadmodum hac de re *Plotinus* diſſerat: (*) Ἀόριστον μὲν νόησις, ἄπειρος οὖσα, ἀοριζομένη ὑπὸ τοῦ ὄντος· διὸ καὶ εἶδος, ἐν τῷ ἀορίστῳ δυάδος· καὶ ὃ ἐνὸς τὸ εἶδος καὶ οἱ ἀριθμοί· τοῦτο γὰρ ὁ νοῦς· διὸ οὐχ ἁπλοῦς ἀπὸ πολλοῦ, κ. τ. λ. *Intelligentia ſuapte quidem natura indefinita, tanquam vinus, ſed ab intelligibili definita. Quamobrem, ſicuti traditum eſt, ex indefinita duitate atque uno ſpecies numerique gignuntur Id autem eſt intellectus. Itaque non ſimplex eſt, ſed multiplex, compoſitionem quamdam praeſe ferens, quamvis intelligibilem, multaque jam conſpiciens. Jam vero & ipſe eſt rurſus intelligibile, ſed & intelligens: ideoque jam eſt duo.* Alio loco idem haec habet: (†) Τὸ δὲ μετὰ τὸν κόσμον νοητὸν, ὅτι νοῦς, ὅτι κόσμος νοητὸς, ἁπλούστερον ἦν· οὐ γὰρ ἐκ πολλοῦ πολὺ, οὐδὲ τὸ πολὺ τοῦτο ἐξ οὗ πολλοῦ, κ. τ. λ. *Quod eſt intelligibili mundo ſuperius. neque intellectus eſt, neque mundus intelligendus, ſed ſimplicius Intellectu & intelligibili mundo. Non enim multum fit ex multo, ſed multum hoc ex non multo procedit*, (quemadmodum numerus ex unitate). Nec omittam ratiocinationem, quam hujus rei obtinendae cauſſa inſtituit alicubi: (§) Εἰ τὸ νοῦν τι πλῆθος, δεῖ ἐν τῷ πλήθει τὸ νοεῖν μὴ εἶναι· ἔνθα δὲ τοῦτο τὸ πρῶτον ἐν οἷς ὑστέρως ἔφαμεν αὐτὸ τὸ νοεῖν καὶ νοῦς ἔσται *Si igitur, quod eſt intelligens, multitudo quaedam eſt, neceſſarium eſt, ubi nulla eſt multitudo, intelligentiam quoque non eſſe: id autem eſt ipſum primum. In his igitur, quae ſequuntur illud, intelligentia erit & intellectus.* Hinc ſaepius ita rationem concludit philoſophus hic: Ἐν τῇ δεύτερᾳ φύσει εἶναι τὸ γνώσεσθαι, *cognitionem* (quae vere ac proprie ſic vocatur) *ad alteram pertinere divinam naturam, non vero ad* (v) *principem.* Alteram opinionis, quam dixi, cauſſam hanc habuerunt Platonici, quod νοητὸν aliquid ſeu *intelligibile*, ſi ordinis naturalis habenda ſit ratio, ante νοῦν fuiſſe ſeu *mentem*, ſtatuere omnino oporteat. Inde ſic argumentari *Plotinum* audias: (**) Τὸ γὰρ νοεῖν οὐ πρῶτον, ὅτι τῷ εἶναι· ὅτι τῷ τίμιον εἶναι, ἀλλὰ δεύτερον ἦν χωρισθὲν· ἐπειδὴ ἐφίεται τοῦ ἀγαθοῦ. καὶ χωρισθὲν ἐκίνησε πρὸς αὐτὸ, κ. τ. λ. *Neque enim intelligentia primum obtinet gradum, ſive quantum ad ſimpliciter eſſe ſpectat, ſive quantum ad eſſe pertinet venerandum: immo vero ſecundum occupat locum, nataque eſt, poſtquam ipſum bonum exſtitit, ortaque in eſſentia ſtatim eam provocavit* (x) *ad bonum.* Tertio non aliter ſibi

(*) P. 518. (Ennead. V. Lib. IV quomodo, quod eſt poſt primum, fiat de primo, Cap. 2.)
(†) P. 514. (Ennead. V. Lib. III. de ſubſtantiis cognoſcentibus Cap. 16.)
(§) P. 5 5. (Ennead. V. Lib. VI. quod illud, quod eſt ſuper ens, non intelligat, Cap. 3.)
(**) P. 536. (loco poſtremo laudato Cap. 5.)

ris, niſi cum hoc genere muſcas captare aut delirare velis: quarum quidem argutiarum non mediocris eſt in libris eorum copia. Equidem ita mihi nullo modo faveo, ut in haec myſteria ingenio me penetrare poſſe, credam; aliis vero deliberandum relinquo, utrum operae pretium exiſtiment, nec ne, in perplexis iſtis notionibus enodandis acuminis ſui periculum facere.

(x) *Ad bonum*] Neque hujus ego cauſſae vim, quae mea forte inſcitia eſt, omni ex parte capio:

sibi licere sentire putabant, quod cognitio & intelligentia supremi maximique boni locum nullo modo tueri posset: ex quo consequi, judicabant, esse naturam quamdam, quae dignitate atque gradu intelligentiam & scientiam antecedat. Hanc rationem *Plato* urget & persequitur in primis *Libro sexto de republica.* His igitur freti argumentis Platonici confidenter & audacter decernunt, (*) ὅτι Θεὸς κρείττων λόγου καὶ νοῦ καὶ αἰσθήσεως, σοφίᾳ μὲν ταῦτα, οὐκ αὐτὸς ἐν ταῦτα, *summum Deum praestantiorem esse sermone, ratione,* (seu verbo) *mente ac sensu, eo quod haec omnia praebeat, non tamen haec existat.* Item: (†) Τὸ γεννώμενον ἐξ αὐτοῦ λόγῳ πολὺς καὶ πᾶς· τὸ δ' ἦν ἀνελοιόν ἐ λόγῳ· πῶς ἂν ἐξ οὗ λόγος λόγῳ; καὶ πῶς τὸ ἀγαθοειδὲς ἐξ ἀγαθοῦ; *Quod generatum est ex primo principio, id ratio multa est ac omnis: at ipsum primum principium non est ratio. Quaero igitur, si illud ratio non est, qua conditione ex non ratione fit ratio? & quo pacto boniforme procedat ex bono?* Scholae Pythagoreae & Platonicae praecepta (y) *Philo* Judaeus ex omni parte imitatur: id quod ex his ejus verbis elucet: Ὁ μὲν δὴ λόγῳ Θεὸς κρείσσων ἐστὶν, ἢ πᾶσα λογικὴ φύσις· τῷ δ' ὄντι ἔμπροσθεν τῶν πάντων ἐν τῇ βελτίσῃ καὶ πρὸ ἐξαιρέτῳ καθεστῶτα ἰδέᾳ ἰδέαν θέμις ἦν γνησιωτέραν ἐξομοιωθῆναι. *Deus ille verbo seu ratione prior naturam omnem ratione praeditam infinito superat intervallo: nec fas omnino esset, quidquam, quod ortum habuisset, ad Numinis illius verbo superioris & in optimae planeque singularis naturae gradu constituti similitudinem adspirare.* Ego ipse tantum minime laboris collocassem in hac re explicanda, nisi summa id a me efflagitasset veneratio, qua omne illud prosequi soleo, quod in sacris litteris reconditum & arcanum est. Sacer enim codex, dum verbum aliquod aeternum & perennem sapientiam altero in divinitate loco ponit, filiumque docet aeterni patris primum esse genitum, non leviter favere videtur doctrinae huic. Ut nunc *Athanasium*, quod jam antea monui, prorsus esse scitis his Platonicis consentientem mittam; quippe qui ullum λόγον seu *verbum* & ullam σοφίαν seu *sapientiam* verbo illo & filio Dei priorem esse negat, qui secunda est sanctissimae Trinitatis persona.

Quidnam igitur consilii capiemus? Dabimusne, principem Trinitatis *Platonicae*, fortassis etiam Christianae, personam ἄνουν esse & ἄλογον, naturam sensus & rationis expertem, & ab omni mente ac cognitione relictam? *An vero metuemus*, ne sic praecipiendo secretam quamdam impietatem mortalium instillemus animis, atque gloriae & honori supremi Numinis, dum illi consulere cupimus, vehementer ingenio nostro derogemus? Namque huc si ventum erit, quid, quaeso, impedit, ne quis aequo jure materiam sensu vacuam rerum omnium principium faciat, atque nos naturam corpore destitutam, at simul mente ac ratione carentem rerum universitatis initium constituimus? Ipse in hanc intuens voraginem *Plotinus*, vix intelligit, quemadmodum inde se expediat. A *Platonis* enim verbis ne latum quidem unguem sibi fas esse ducit recedere. *Plato* vero summum atque primum rerum omnium principium tanta tamque singulari decernit esse majestate ac perfectione praeditum, ut non modo omnem intelligentiam, cognitionem, & rationem, verum ipsam quoque essentiam longe post se relinquat. Quae quidem sen-

(*) Plot. p. 512. (Ennead. V. Lib. III. C. 14.)
(†) P. 514. (Cap. 16.).

sit necesse est νοητὸν seu *intelligibile* aliquid ante νοῦν seu *mentem*: id est, ut arbitror, si mens, quae ratiocinatur, adest, fuerit ante mentem aliquid oportet, quod ratiocinationi mentis argumentum & materiam praebuit. Ergo princeps divinitatis persona scientia & cognitione caret. Experiantur alii, quid valeant ingenii vires in hoc connexo illustrando & expediendo: mihi, parum abest, quin Pla-

Digitized by Google

ſententia in tantam hominem conjecit verborum egeſtatem, ut nulla reperire potuerit nomina principi Deo apta, praeter voces *unitatis & aeternae bonitatis.* Inde etiam huc eum devenire, neceſſe erat, ut ſapientiam & cognitionem principium eſſe ſecundarium, attamen aeternum, ſtatueret. Non ignorabat, quae naſcuntur hinc, moleſtias & difficultates *Plotinus.* Quibus ut occurrat, nonnumquam ad diſtinctionem quamdam lucis ſeſe recipit. Lucem ait duplicem eſſe, unam ſimplicem & uniformem, alteram variam & multiformem. Superiorem lucem celſiſſimo attribuit Numini, cujus ſimpliciſſimum lumen comparat cum ipſo ſolis lucidiſſimo 692
corpore. Poſterius lucis genus ad alteram refert hypoſtaſin, quae ἔκλαμψις quaſi quaedam ſit & ἀπαύγασμα, ſeu fulgoris illius & ſplendoris non diſſimilis, qui ſolem ambit, cingit, & communit. Sic enim *Ennead.* V. *Lib.* VI. *C.* 4. (*) Τὸ παρ' ἐκεῖνο τοῦτο τὸ φῶς, φῶς ἐστιν ἁπλοῦν. *Illud, unde multiformis haecce lux ſeu intelligentiae* (id eſt, hvpoſtaſeos ſecundae.) *derivatur, lux eſt ſimpliciſſima.* Atque huic etiam ſeſe diſtinctioni accommodat, quando primum principium ſeu ſummam divinitatem docet eſſe ἐν νοήσει μόνῃ, ἢ οὐχ ἅπερ τῷ νοεῖν, *in intelligentia quidem ſeu cognitione, ſed non in eadem, quae ſecundae hypoſtaſeos ſeu νῷ eſt.* Aliis in locis aliam comminiſcitur, ut quaeſtiones praecidat adverſariorum, eamque ſubtiliſſimam, diſtinctionem. Interjectum eſſe docet non leve diſcrimen inter νόησιν αὐτὴν, *ipſam intelligentiam*, & inter ἔχον τὴν νόησιν, *quod in ſe habet intelligentiam.* Ipſam intelligentiam primum eſſe ait principium: alteram autem perſonam id eſſe, quod gaudeat intelligentia. Ecce ipſa ejus verba: (†) Οὐδ' ἡ νόησις τοιῦ, ἀλλὰ τὸ ἔχον τὴν νόησιν· δύο ἂν πάλιν καὶ ἐν τῷ νοητῷ γένοιτο· τοῦτο δὲ ἀδυνατεῖ δύο. *Rurſus intelligentia non intelligit, ſed quod intelligentiam habet. Duo itaque in intelligente fiunt: illud autem nullo modo eſt duo.* Ceterum duplici ratione licet hanc diviſionem, quam fingit, intelligentiae ab eo, quod habet intelligentiam, interpretari. Aut enim ipſa mens & intelligentia ſecernitur hac partitione ab eo, quod pollet intelligentia, aut vero id, quod intelligit, ſeparatur ab eo, quod obverſatur intelligentiae, ſeu a νοητῷ & *intelligibili.* Intelligentia enim ubi eſt, ibi antea aliquid fuerit, neceſſe eſt, quod poteſt intelligi. Utcumque eſt, hac ſeſe ſubtilitate planum feciſſe, *Plotinus* exiſtimat, in eo, quod intelligit aut habet intelligentiam eſſe imperfectum aliquid & paupertatem quamdam. Ἐνδεὲς, inquit, τὸ νοῦν, ὥσπερ τὸ ὁρῶν. *Id, quod intelligit, indiget, quemadmodum id, quod videt.* Sed fortaſſis multo minori labore totum hoc negotium componetur, ſi vel maxime ſententiam illam *Platonis*, quam antea expoſui, retineamus. Dicamus, licet, hac una re perſonam ſecundam prima eſſe inferiorem, quod non ipſa natura ſua ſit πάγαθὸν, *ipſa bonitas*, ſed ἀγαθοειδὴς tantum ſeu *boniformis*, aut bonitatis aliunde particeps. Statuamus, ex ſe & natura ſua hypoſtaſin hanc non eſſe celſiorem, quam νῦς, λόγος, σοφία, *mens, ratio, ſapientia*: ex quo eveniat, ut his ea nominibus, tamquam propriis ſuis notis, deſignetur. Igitur quod prima perſona ſapientia omni ac ratione ſuperior appellatur, id non ideo fit, ac ſi ea ſapientiae inops eſſet, ſed propterea, quod altera perſona, ſi naturam ejus ſpectemus, ſapientia ſeu ratione

(*) (P. 536.) (†) (P. 537.)

tonici, ſi qui eo delectati ſunt, ex nimio ſapientiae non vulgaris amore in ſtultitiam non vulgarem incidiſſe videantur.

(y) *Philo*.] Hunc *Philonis* locum *Euſebius* ex *Libro* ejus *primo Quaeſtionum & Solutionum*, qui non exſtat editus, decerpſit *Praeparat. euangel. Lib.* VII. *Cap.* 13. *p.* 323. Hic vero vitioſe deſcriptus eſt. Nam apud *Euſebium* non legas, ἀνὴρ ἐστὶ πᾶσιν, ſed τῷ ὄντως ἐστὶ λόγῳ.

(z) *Com-*

tione major nullo modo eſt aut excellentior. Similiter tertia hypoſtaſis non ipſa ex ſe ſapientia eſt, quieſcens & tranquilla, aut ſine omni commotione & actione, verum ſapientia in motu conſtituta, aut ſapientia agens atque (z) commovens.

Tota vero haec familiae Platonicae doctrina de tribus diſparibus aut certis gradibus disjunctis principiis ex eo potiſſimum manavit, quod nullum ſanctius & an-
693 tiquius haberent dogma, quam hoc, unum eſſe rerum omnium principium, unumque tantum divinitatis fontem, μέσα πηγὴν τ θείων, ex quo reliqua omnia, cujuscumque demum eſſent generis, ſive peritura, ſive aeterna, ſive creata, ſive non creata fluxiſſent. Iſtud ſcitum requirebat, ut alteram praeciperent divinitatis perſonam univerſam accepiſſe naturam ſuam ex principe perſona, neque aliter, quam ἀπαύγασμα, *ſplendorem*, perennis illius & aeternae lucis conſiderari debere. Quo quidem ſuſcepto, nil erat reliquum, quam ut ſciſcerent, pendere alteram perſonam ipſa natura ſua ex prima, & idcirco gradu ab ea differre.

Quamvis enim vulgo alteram perſonam generatam eſſe docerent ex prima, tertiam vero ex ſecunda procreatam; negant tamen, talem eſſe hanc generationem, qualis hominum eſſe ſolet. Inter homines pater, filius, & nepos, poſtquam hi adultam attigerunt aetatem, non ita ſociati inter ſe ac connexi ſunt, ut alter ſine altero conſiſtere nequeat, neque natura eorum certis ſeparata intervallis eſt & gradibus: omnes contra perfectiſſime pares ſunt inter ſe ac aequales, omnes ſuis abſoluti partibus homines. Sed hoc procreationis genus, in quo id, quod gignitur, non univerſam naturam ſuam ex genitore recipit, verum a Deo & natura, multum a perfectione diſtat. Ita enim genitor aquaeductus tantum ſeu inſtrumenti vices ſuſtinet, ipſeque, antequam generare poſſet, ex alio genitus & procreatus eſt. Atqui princeps divinitatis hypoſtaſis cum ex nulla re alia genita eſt & procreata, tum ſimul unicum eſt, unde tota rerum natura proficiſcitur, principium. Ex quo conſequitur, neceſſe omnino eſſe, ut altera perſona tota ſit ex ea genita & procreata, quamquam longe alia ratione atque lege, quam qua reliqua gignuntur, naturali nimirum emanatione quadam, quemadmodum lux ex ſole procedit & naſcitur. His vero poſitis, ſtatuendum erit, alteram quidem perſonam, non ſecus atque princeps perſona, aeternam eſſe, ſed gradu tamen ab ea diſcretam, & perpetuo ex ea pendere.

Eſt & aliud Platonicis in promtu, quo praeſtantiam & utilitatem dogmatis hujus de trium principiorum diſſimilitudine oſtendere nituntur. Ejus ſcilicet ope & be-

(z) *Commovens*] Tu vero ex hoc exemplo diſce, lector erudite, quodnam ſit familiae illius, cui Platonicae nomen eſt, ingenium. Primum neſcio quo fanatico furore elati, audacter imaginaria ingrediuntur ſpatia, ſimpliciſſimas animi notiones incredibili ſubtilitate dividunt & diſſecant, ipſum Deum ſub aciem intelligentiae ſuae vocant, & in omnes partes verſant. Ubi vero ad ſe redeunt, videntque, ſeſe ſibimet ipſis poſuiſſe retia, ad diſtinctiones valde tenues & ſimilitudines confugiunt; in quibus tamen, ſi fortius urgeantur, ita rurſus conſtricti haerent, ut pedem referre nequeant. Primum graviſſime decernunt: Hypoſtaſis prima nec ſcientiam, nec mentem, nec cogitationem habet. Qui ſecus dixerit, is in Deum injurioſus exiſtimetur. Acute quidem & imperioſe! At quaeret aliquis: Itane prima hypoſtaſis ratione caret & mente capta eſt? Jam latebras inſignes illos magiſtros circumſpicere videbis. Si nihil poſſint aliud, vocabula quaedam, quorum ipſi poteſtatem neſciunt, in hominem conjiciunt: quibus ſi contentus eſſe nolit, periculum eſt, ne ad Acusmaticos abire, ac, dum inſanire cum magiſtris diſcat, quinquennium ſilere jubeatur. Equidem ingenue fateor, hebetiori me ingenio eſſe, quam ut vim omnium, quae de Deo ſapientiae neſcio & de cauſſis hujus dogmatis ex Platonicis hic afferuntur, perſpicere valeam. Auderem tamen nihilomi-

Digitized by Google

beneficio tolli perhibent vaſtum illud intervallum, quod Deum alioquin naturasque principes ab eo conditas disjungit: neque poſſe, qui huic dogmati non favent, quin Deum, quum crearet, nimis longe ſtatim a ſemet ipſo tranſiliiſſe concedant. Addunt, dogmatis hujus eam eſſe virtutem, ut Deum ſupremum pedetentim & gradatim ad inferiorem hunc orbem deducat veluti & attrahat, quum, qui ſecus ſentiunt, tam excelſo eum editoque loco collocent, ut nullum videatur ipſi cum hoc mundo commercium eſſe poſſe. Quod ſi enim tota divinitas nihil eſt, quam una ſimpliciſſimaque monas, in qua nullus omnino varietati ac multitudini locus eſt, uti Deus ſaepius deſcribitur, quis, obſecro, mortalium tam eximio eſt ingenio, ut explicare valeat, quemadmodum is diſtinctas rerum omnium ſpecies atque multiforme illud totius rerum univerſitatis exemplar, quod *archetypum* vulgo *mundum* nominant, in ſe contineat? Sin vero *Ariſtotelis* praeferamus ſententiam, qui Deum mentem dixit eſſe immobilem, ſeu ἀκίνητον νοῦν, cujus eſſentia & actio nullo modo differant, cumque aliis affirmemus Theologis, quidquid in Deo eſt, id eſſe Deum, duo rurſus moleſtiam nobis creabunt, quibus expediendis nemo unus par erit. Namque primo, ſi haec ita ſint, qui fieri poſſit, quaeretur, ut vel minima voluntatis in Deo libertas ſit? quamquam non ſum neſcius, eosdem tamen Theologos a ſemet ipſis diſcedere, atque vehementer contendere, non eſſe omnes Dei actiones neceſſarias, ſed paucas tantum. Deinde, quaenam Dei poſſit eſſe cum inferiori hocce orbe neceſſitudo, quomodo is univerſitatem hanc animare & agitare, quomodo commotionum ejus omnium rationem habere, quomodo denique *pro re nata* queat operari, nulla prorſus ratione patebit. Facere Deum haec omnia, tam alte hominum mentibus natura veluti eſt inſitum, ſecus ut arbitrari nequeant: neque aliter ſentire licet, niſi ipſa ſimul omnis religionis fundamenta convellere ac labefactare velimus. Deum enim immobilem, nullo modo flexibilem, & omnis affectionis ignarum colere & deprecari, aeque prodeſt hominum generi, atque rude ac immobile ſaxum implorare. Verum omnes hae difficultates, ſi Platonicos audiamus, repente tolluntur, ſi quis tertiam adoptet eorum hypoſtaſin, quam Deum quemdam mobilem faciunt. Atque ſic communes illae Dei notiones, quas in omnium hominum animis ipſa paene natura informavit, tametſi non ſatis inter ſe convenire, ſed pugnare videantur, ex Platonicorum quidem ſententia, amicum ſtatim foedus ineunt, & inter ſe conciliantur, ſimulatque dogma hoc de tribus principiis imparibus (*a*) adſciſcitur.

Poſtremo hac una via Platonici gloriantur illis ſeſe praeclare poſſe ſatisfacere, 694 qui

minus aliquid, & vim rationi meae afferrem, quo ad haec mihi myſteria pararem aditum, ſi rem aliis bene viderem eveniſſe, quos mihi multis modis antepono. Verum, ut omittam alios, ipſe hic lucratur ſecum *Cudworthus*, dumque poſtremo Platonicis adeſſe ſtudet, ſibimet ipſi deeſt. Mihi certe via, quam ingreditur, ut *Plotinum* non prorſus inepte praecepiſſe doceat, quum primum principium ſupra rationem & ſapientiam eſſe ſtatuit, ipſo hoc dogmate fere ſpinoſior videtur eſſe: nec, quid ſibi velit vir egregius, aſſequor, quum primam perſonam affirmat non ideo ſuperiorem ſapientia dici, quod inops eſt ſapientiae, ſed propterea, quod altera perſona non major & excellentior eſt ſapientia. Ceterum ſupra jam ſententiam hanc Platonici generis attigi, eamque argumento eſſe, monui, Triadem *Plotini* non eſſe perſonarum, ſed notionum tantum Trinitatem: *Athanaſii* quoque ſententiam non cum hac confundendam eſſe, oſtendi. Utramque hanc opinionem nondum dimitto dum validioribus ab ea rationibus dimovear.

(*a*) *Adſciſcitur*] Scio, hac ratione Platonicos differere ſolere, ut hic a *Cudworthо* ratiocinantes inducuntur. Nec enim alia fere de cauſſa tantam daemonum, ſpecierum, Deorum, geniorumque agmen excogitaſſe videri volunt, quam ut vaſtum illud & immenſum ſpatium, quo Deus a materia disjungitur, explerent, & ſcalas veluti quasdam eſſin-

Digitized by Google

qui ſciſcitantur, qua de cauſſa tres ſint divinae hypoſtaſes, non vero plures aut pauciores. Aliorum enim contendunt rationes nihil omnino in hac cauſſa poſſe: &, quamcunque aliquis ſententiam eligat, ſemper tamen negotium hoc viſum iri indifferens, nec ullam cauſſam apparituram, quare non aut una ſimplexque tantum divina natura, aut duae, aut innumerabiles denique, praeter tria illa principia, perſonae divinae eſſe debeant.

Accedo nunc ad alterum eorum, quae in hacce quaeſtione de vera *Platonis* & *Parmenidis* Trinitate explicanda mihi ſumſi. Quamquam hi philoſophi tres divinas hypoſtaſes non raro τρεῖς φύσεις, *tres naturas*, *tria principia*, *tres cauſſas*, *tres architectos*, immo *tres Deos* appellant, primumque, ſecundum, tertiumque Deum commemorant; hoc tamen non impedit, quo minus omnes tres perſonas unum eſſe re vera θεῖον, unum Numen, unam divinitatem alias pronuntient. Supra jam *Origenis* aliorumque teſtimoniis oſtendimus, Platonicis in more fuiſſe poſitum, ut mundum animatum vulgo *alterum Deum* appellarent, at quosdam tamen, in quibus *Numenium* nominavimus, *tertii Dei* vocabulum de mundo uſurpaſſe. Illi, quibus mundus *alter Deus* dicebatur, non majorem quamdam divinitatem attribuebant mundo, atque hi, quibus *tertium Numen* ſalutabatur, ſed minorem potius. Namque hi, qui mundum tertium eſſe Deum volunt, animam, qua mundus viget, tertiam illam Trinitatis hypoſtaſin eſſe, opinantur: Illi vero, quibus mundus alter Deus audit, primo tres divinas ſuas hypoſtaſes conjunctim unum, ſummum principemque Deum eſſe, dictitant, deinde mundum ſecundum ab his tribus perſonis Deum eſſe, tuentur, cujus animam prima illa anima, quam tertio in divinitate gradu ponebant, multo judicabant eſſe inferiorem. Igitur, quod mundum *alterum* dicunt *Deum*, id non magis ei honorificum eſt, quam ſi *quartum* eum *Numen* vocarent. Hac enim id tantum ſignificant appellatione, tres divinas hypoſtaſes, tametſi non raro tres Dii vocentur, nihilo tamen minus reapſe unum tantum eſſe θεῖον, unam divinitatem, unum Numen, aut, ut *Plotinus* loquitur, τὸ ἐν τῷ παντὶ θεῖον, *divinum illud, quod in toto eſt mundo*. *Plato* ergo, quando Dei meminit, non ita ſemper capiendus eſt, ac ſi de prima tantum hypoſtaſi, quam πάγαθὸν vocare ſolet, verba faciat; ſed interdum de primo, ſecundo, tertioque principio ſimul loquitur, ſeu de tota divinitate, quae tribus, ipſo judice, continetur perſonis & hypoſtaſibus. Minus etiam hac de re dubitabit, qui ſequentia attenderit. *Plato* univerſum mundum *imaginem* ait eſſe *Deorum aeternorum*: *Plotinus* eumdem ſimulacrum affirmat eſſe primi, ſecundi, tertiique Dei, a quibus perpetuo producatur denuo & creetur, ſicut imago in vitro creatur. Haec ſi quis ita exponeret, mentes

effingerent, quibus ad ſummum pervenire Numen hominibus liceat. Sed vel inde patet, genus hoc perverſiſſima de natura Dei notione imbutum fuiſſe, nec idcirco hinc commendationis aliquid doctrinam eorum de diſparitate trium hypoſtaſeon accipere poſſe. Deum qui ubique locorum praeſentem & infinitum eſſe ſtatuunt, quod omnes quidem ſtatuere oportet, qui rectae parent rationi, tametſi rem his verbis expreſſam ex toto non comprehendant, illi nec ſcalis nec gradibus indigent, quibus ad Deum adſcendant, totaque illa geniorum & daemonum Platonicorum turba commode carent. Quod igitur Platonicorum familia de modo, quo Deum cum natura rebusque conditis conjungerent atque ſociarent, tam ſollicite cogitavit, id argumento eſt, Deum illi viſum fuiſſe naturam definitam, certis terminis circumſcriptam, & excelſo veluti loco poſitam: quae quidem ſententia gloriam & majeſtatem divinam plane dedecet. Sed non aliter eos patiebatur dogma de rerum omnium perpetua ex Deo emanatione ſentire: quod qui fovent, illi non poſſunt, niſi ſecum ipſis diſſentire velint, quin Deum in altera veluti naturae rerum extremitate collocent, ordinesque naturarum ac gradus deſignent, per quos ad eum proficiſci liceat. Ad difficultates quod attinet, quas Platonici non ali-

Digitized by Google

mundum eſſe tripartitum, & quamlibet harum trium partium ab uno ex tribus hiſce Diis procreatam eſſe, nae is miſere falleretur. Similiter abſurdum foret, ſi quis mundum rem unam eamdemque, ter tamen creatum eſſe, his verbis nixus, decerneret. Nec enim ulla vis ingenii id aſſequeretur & intelligeret. Quamobrem, quum ſemel tantum mundus creatus ſit, & tres tamen eum hypoſtaſes condiderint, id inde conſequitur, omnes tres perſonas proprie unum tantum eſſe creatorem & effectorem, unumque Deum. *Plato* & *Plotinus* omnium animalium, ſiderum, daemonum, hominum, mentes & animos ad tertiam referre ſolent divinitatis hypo- 695
ſtaſin, primam nempe magnamque illam ψυχὴ, quam peculiari ratione fontem animorum & cauſſam eſſe, affirmant: haud aliter fere, atque in noſtra fidei profeſſione ſpiritus ſanctus *dominus & dator vitae* dicitur. Sed cavendum eſt, ne hoc ita intelligamus, ac ſi primam illi & ſecundam hypoſtaſin penitus ab animorum productione remotas & excluſas voluiſſent. Princeps enim perſona *Platoni* quoque appellatur αἴτιον ἁπάντων ϑ καλῶν, *cauſſa rerum omnium bonarum:* quas inter praecipuo animos eſſe numero, controverſia vacat. Secundam pariter perſonam cum *Plato*, tum alii αἴτιον & δημιουργὸν, *cauſſam* & *opificem* mundi totius vocant. Itaque ſic viſum fuiſſe Platonicis, nil dubitemus, animos omnium trium perſonarum conjunctis & ſociatis viribus creatos & productos eſſe: ex quo efficitur, omnes unum eſſe re vera eumdemque Deum. Diſertis hoc ipſum verbis (*b*) *Porphyrius* apud *S. Cyrillum* affirmat: Ἄχρι τριῶν ὑποστάσεων ἡ τῆς πρώτης οὐσία· εἶναι δὲ τὸν μὲν ἀνωτάτω ϑεὸν τὸ ἀγαθὸν, μετ' αὐτὸν δὲ· καὶ δεύτερον τὸν δημιουργὸν, τρίτον δὲ καὶ τὸν τῶν ὅλων ψυχὸν· ἄχρι γὰρ ψυχῆς ἡ ϑεότης πρόεισιν. *Usque ad tres hypoſtaſes* (*Plato* ait) *Dei ſubſtantiam procedere: eſſe vero ſupremum Deum bonum: poſt ipſum vero & alterum opificem: tertiam vero mundi animam: ad animam enim usque divinitatem extendi.* Nihil hoc *Porphyrii* dicto apertius hac in cauſſa fieri poteſt. Tres divinas quidem hypoſtaſes tres eſſe Deos, ſtatuit; verum una tamen inculcat, τὴν ϑείαν οὐσίαν & ϑεότητα, *eſſentiam divinitatis* & *divinam vim*, ad omnes tres pertinere perſonas, tertiamque etiam ac poſtremam earum, quam animam vocant mundi, ambitu ſuo complecti. Ergo ipſe *Porphyrius*, quem nemo ſapiens ad Chriſtianorum ſefe dicat arbitrium & normam accommodaſſe, tres Platonicae Trinitatis perſonas judicavit eſſe ὁμοουσίους, *conſſentiales*, ſingulasque Deum, & ſimul omnes unum eſſe Deum, cenſuit. Nec id ipſe *Cyrillus* inficiatur, qui de Platonicis haec ſcripta reliquit: (*) Τρεῖς ἀρχικὰς ὑποστάσεις ὑποτιθέμενοι καὶ αὐτοὶ, καὶ μέχρι τριῶν ὑποστάσεων τὴν οὐσίαν ϑ ϑεὸν πεφικέναι ὁμολογοῦμεν. *Tres primigenias hypoſtaſes ipſi quoque ſtatuunt, & usque ad tres hypoſtaſes eſſentiam Dei pertinere,* (*c*) *affirmans.*

Non

(*) (L. c. p. 270.)

aliter tolli poſſe putant, quam ſi tres in Deo perſonae ponantur diſſimiles inter ſe, illae omnes ita ſefe habent, ut evaneſcant ſtatim, ſi modo hoc unum, de quo nemini dubitare licet, aſſumatur: Deum resque ad Deum pertinentes non eſſe ex rerum humanarum indole, aut ex ingenii noſtri viribus & magnitudine metiendas. Praeterea, ſi unum fortaſſe haec doctrina ſcrupulum eximat, tot tamen novae inde naſcuntur dubitationes & quaeſtiones, ut ſatius ſit, remedio hoc repudiato, ingenii ſui in rebus divinis perſpiciendis imbecillitatem confiteri, quam nomina ſenſu vacua pro rationibus vendere.

(*b*) *Porphyrius*] *Libro quarto Hiſtoriae philoſophicae* apud *Cyrillum contra Julianum Lib.* VIII. *p.* 271.

(*c*) *Affirmant*] Fingit hic non pauca vir eruditiſſimus, ut cauſſae ſuae inſerviat, quorum falſitas, ne tanti hominis eruditione in errores alii inducantur, aperiatur, neceſſe eſt. (I.) Quod de illis perhibet, qui mundum vel alterum vel tertium Deum nuncuparunt, id plane, ut, quod res eſt,

Digitized by Google

696 Non deesse scio, qui sibi persuadeant, Platonicos ob hanc ipsam causam, quod tres divinas personas intervallis disparibus sejungunt, pro uno eas Deo non potuisse

dicam ingenue, commentitium est, nec ulla vel auctoritate vel ratione probari potest. Putat, eos, qui mundum *secundum Deum* dixerunt, sub *principis Dei* nomine omnes tres personas divinitatis comprehendisse, atque huic Triadi postea mundum seu mundi animam inferiorem subjecisse. Haec & multa ejus generis alia excogitare, mediocris est laboris; verum idoneis testibus & auctoritatibus, sine quibus a rerum peritis non suscipiuntur, communire, in primis arduum & difficile. Mundum qui *alterum* dixere *Deum*, *Platonem* sine ulla controversia sunt imitati, quippe qui in *Timaeo* mundum ita vocat *Cap.* 18. *p.* 241. Idem ante *Platonem* jam fecerat *Timaeus Locrus Libro de anima mundi p.* 546. in *Thom. Gale Scriptor. mythologicis.* Igitur ex hoc ipso si doceam *Timaeo*, *Platoni* nihil hujus rei, quae hic illis attribuitur, quibus mundus *alter Deus* nominatus est, in mentem venisse, nemo erit, ut arbitror, quin ab hac *Cudworthi* conjectura recedendum sibi esse statuat. Mundus si propterea *Deus alter* a *Platone* dicitur, ut a tribus principalibus hypostasibus distinguatur, consequens est, ut illum conditorem & opificem mundi, cujus opera in *Timaeo Plato* copiose persequitur, totam esse divinitatem, censeamus, ex tribus personis constantem. Ita quidem fieri vult *Cudworthus.* Hoc autem nullo statui modo posse, supra jam a nobis demonstratum est, cum opinionem illam recentiorum Platonicorum de binis mundi animis profligaremus. Nunc idem paullo pressius ostendam. Omnes mihi rerum Platonicarum periti facile hoc dabunt, exempla speciesque rerum aeternas, quibus tantopere gaudet divinus *Plato*, non in principe persona vel ab eo vel a discipulis ejus esse positas, sed in altera, quam rationem seu verbum appellant, mundumque τὸ νοητὸν continuisse ex infinito tempore, arbitrantur. Quocirca, si ex *Timaeo* patebat, *Platonem* has aeternas species seu ideas aperte sejunxisse ab opifice mundi, hoc etiam constabit, opificem hunc non esse totam divinitatem tribus ex personis consistentem. Illud autem, quod dixi, tam perspicuum est ex *Timaeo*, ut nihil magis. Postquam Dei consilium de mundo condendo exposuerat philosophus, confestim fieri nullo modo posse decernit, quin Deus exemplum quoddam ante oculos quasi habuerit, cujus ad normam hanc universitatem compararet. Ergo quaerit, quale illud exemplum sit, concluditque, νοητὸν quendam mundum ex omni aevo fuisse, in quem Deus intuens, adspectabilem hanc rerum universitatem condiderit. Vid. *Cap.* 13. *p.* 236. ubi sic inter alia: Τοῦτον δὴ ὑπαρχόντων αὖ, πρὸς ἀπείκασιν τοῦδε τὸν κόσμον ὅσων τινῶν εἶδος. Quae verba *Cicero* non ad verbum quidem, sed ad mentem & sententiam *Platonis* appositе, sic reddit: *Ex quo efficitur, ut sit necesse, hunc, quem cernimus, mundum simulacrum aeternum esse alicujus aeterni.* Adde *Cap.* 15. *p.* 238. Optionem hic habeant Platonici, utrum constituere malint, exemplum hoc aeternum, quod in condendo mundo expressit ejus architectus, a Deo non differre, an vero, ab opifice discrepare illud & sejunctum esse. Superius si eligant, actum erit de Trinitate *Platonis:* altera enim hypostasis eadem erit, quae prima, neque exempla rerum aeterna ab ipso Deo ulla ratione, nisi cogitando, sejungentur. Equidem ipse in hanc propendeo sententiam, quod jam supra professus sum: sed nec *Cudworthus*, neque Platonicorum magna pars mecum sentit; quippe qui tria magistrum separata principia rerum universitati praefeciisse, disputant. Ergo exemplum hoc, quod rerum architectus imitatus est, differre reapse a conditore, putabunt. Atqui hoc si ita sese habet, manifestum erit, opificem *Platonis* non esse Deum trinum, sed principem tantum Triadis personam, quae, quum ad mundum sese accingeret construendum, aeternas rerum species in altera persona reconditas ante oculos sibi posuit. Plura facile colliget ad hanc opinionem destruendam, quae lectoribus *Platonis* errandi non unam suppeditare potest occasionem, qui vel *Platonis Timaeum*, vel ea, quae nos supra contra duplicem mundi animam monuimus, attentius expenderit.

Veram rationem, quae commovit aliquos Platonicorum, ut hunc mundum *Deum* vocarent *secundum*, alios autem adduxit, ut eundem tertium *Deum* nominarent, nemo facile perspiciet, nisi qui secum antea constituerit, posteriorum Platonicorum nullam esse rationem ducendam, ubi de mente ac sententia *Platonis* agitur. *Plato*, multis licet turgeret subtilitatibus, quarum fortasse vim ipsemet haud consequutus est, eo tamen haud processit, ut vel orbis hujus constructionem rem esse Deo indignam & a summa ejus simplicitate alienam putaret, vel sapientiam a natura ejus removeret; sed aperte totum illuc munus non modo summo Numini adscripsit, sed etiam incredibili sapientia perfectum illud esse, tradidit. Atque tantum opus quum non sine exemplo quodam factum esse judicaret, mundum νοητὸν seu *intelligibilem* Deo principi adjunxit, in quod veluti intuendo, totam ab eo universitatem comparatam esse, arbitrabatur. Non quaeram nunc, utrum hunc mundum ex aeternis rerum speciebus conflatum extra divinam naturam, an vero in ipso Deo posuerit: id vero perspicuum est cum ex *Timaeo*, tum aliis ex locis, juniorum Platonicorum sententiam, qui *mundum*

exem-

Digitized by Google

tuiſſe habere. Verum e contrario Platonici hac una ſeſe, nec alia, inductos eſſe perhibent ratione, ut tres illas perſonas unam conſtituere divinitatem decernerent, 697

exemplarem in altera divinitatis perſona ſeu in ſecundo quodam Deo collocarunt, ne in mentem quidem homini veniſſe. Haud igitur alium noverat principem Deum, praeter ipſum mundi architectum & conditorem, eumque ſapientiſſimum: ex quo conſequebatur, ut, quam mundum propter divinam, quam ei dabat, animam Deum quoque appellandum eſſe cenſeret, *ſecundum* hunc *Deum* non poſſet non dicere. Certe tres illas celeberrimas hypoſtaſes Platonicorum in *Timaeo Platonis* oſtendere, aeque facile & promtum eſt, atque tria Chymicorum principia, ſal, ſulphur, & Mercurium, ex hoc *Dialogo* eruere. At poſterior Platonicorum familia longe ſibi majus ipſo magiſtro acumen arrogabat, aeſtuque contemplationis abrepta, primum ſibi principium tam ſublime, purum, ſimplex, & apertum fingebat, quod ex *Plotini de tribus hypoſtaſibus Libro* & *Procli Theologia Platonica* liquet, ut ad nihilum paene illud redigeret, nec motu, ſed etiam omni ſcientia vacare ſciſceret. Qua quidem opinione ſuſcepta, conſentaneum erat, ut, relictis *Platonis* veſtigiis, officium quoque hanc rerum univerſitatem condendi, quod ſcientiam non modo, ſed & motum requirebat, ab eo removerent. Longe deinde aliam creationis notionem commin'ſcebatur haec familia. Mundum enim quia aeternum eſſe ducunt Platonici, quum de eius fabricatione loquuntur, non talem in animo habent, qualem Chriſtiani, creationem, quae materiae eſt ex nihilo eductio, neque talem, qualem *Iaco*, quae aeternae materiae, at rudis & indigeſtae, rpta eſt & artificioſa diſpoſitio: ſed creare nihil eſt apud eos, quam ex omni aeternitate motus illos in materia producere, ſine quibus haec ſibi moles non conſtat, omnesque rerum & animalium generationes perficere. Quapropter, qui opifex ſeu δημιουργὸς huic audit familiae, ejus munus eſt, perpetuo ciere materiam, genitoris in ea vices obire, vitam denique impertiri omnibus naturis, in quibus vitam & animum ineſſe, conſtat. Deum porro principem quum omni ſcientia, omni cogitatione, omnibusque rerum ſpeciebus ſeu ideis privaſſent, ipſa res poſcebat, ut aliam effingerent animo perſonam ſeu naturam divinam, quae proximum a Deo ſummo locum tueretur, omnisque cognitionis, ſapientiae, ac ſcientiae ſedes eſſet ac domicilium. Atque aiter hiece novusque Deus obſtabat, ne mundo, id quod *Plato* fecerat, *ſecundi Dei* appellationem relinquerent, verum eum, ſeu potius animam eius, tertium Deum nominarent. Quotquot igitur *Platoni* proſius adhaerant, ſapientiamque & rationem inter praeſtantiſſimas ſummi Numinis virtutes referre non dubitant, hi mundum *ſecundi Dei* nomine ornant. Quicunque vero aeternam ſapientiam & rationem a Deo celſiſſimo non vulgari acumine divellunt, officiumque concitandi mundum omniaque gignendi ad animam mundi referunt, illis mundus *tertius Deus* audit.

(II.) Tria Platonicorum principia unum conficere Deum, ſeu unam certa ratione conſtituere divinam eſſentiam, non invitus conceſſerim: nec tamen eos tam ineptos & abſurdos eſſe arbitror, ut vir doctus putat, qui *Porphyrium* & alios gregis Platonici duces ad voluntatem & normam Chriſtianae ſapientiae verba & dogmata ſua in multis accommodaſſe, judicant. Quod vero ex Platonicorum ſententia tres illas perſonas divinas una & conjunctim terrarum orbem & animas condidiſſe, idem diſputat, id ne ita ſeſe habere credam, rationibus inducor graviſſimis. Tentatur vir egregius primum *Platonem*, qui dixerit, mundum hunc *imaginem eſſe Deorum aeternorum.* Verum, ut omittam, longe aliud eſſe *condi & creari ab aliquo*, aliud *imaginem eſſe rei cujusquam*, validis, niſi fallor, argumentis ſupra planum feci, *ἀίδιος Platonis ὅτι*, ad quorum imaginem comparatum eſſe mundum perhibet, aeterna eſſe rerum exempla ſeu ideas, non autem tres hypoſtaſes. *Plotinus* ubi ſcriptum reliquerit, quod addit *Cudworthus*, mundum non omnium tantum trium perſonarum ſimulacrum eſſe, verum etiam perpetuo ab illis creari, id viderint alii. Equidem vereor, ne philoſophi hujus mentem vir doctiſſimus ex ſuo ſenſu interpretatus ſit, verbisque ejus notionem peregrinam ſubjecerit. Forte *Librum Plotini* de quaeſtione: *utrum ſtellae agant aliquid? Ennead.* II. *Lib.* III. ante oculos haec ſcribens habuit, cujus in fine philoſophus *Cap.* 18. *p.* 148. nonnihil de tribus mundi artificibus differit. Sed hos tres artifices qui tres eſſe opinatur divinas perſonas, is in *Plotini* ſententiam manifeſto peccat, quippe qui de tribus unius animae mundi notionibus vitioſo quidem, at ſolemni, gentis hujus more, non ſecus ac de tribus perſonis ſibi loquitur. Ipſa vero ine philoſophiae Platonicae ratio commovet, ut aegre credam, fuiſſe aliquem in hac ſecta, qui vim creandi atque gignendi ad tria ſimul principia ſua referret. Quae creator ſeu δημιουργὸς ab his philoſophis appellatur natura, ea puro ac conſtanti motu fertur, aequo per omnes univerſitatis partes aequabili modo fuſa, totam naturam incitat, gignit, & animat. *Plotinus Ennead.* V. *Lib.* I. *Cap.* 2. *p.* 482. *f.* Ψυχὴ μὲν ζῶα ἐποίει τάδε, ἐμπνεύσασα αὐτοῖς ζωὴν· —— αὕτη ὁ τὸ μέγα τοῦτο ἅπαν ἐποίησε καὶ αὐτὸν ἐκόσμησεν· αὕτη δὲ ἐν τοῖς σώμασι, κ. τ. λ. *Anima animalia omnia effecit, inſpiravitque eis vitam. Anima ingens hoc coelum exornavit, ordinoque perpetuo ducit.* Contra princeps Deus omni prorſus motu, ipſa

rent, quod omnes naturaliter ita inter se aptae & connexae sint, ut gradu tamen differant, secundaque persona imago principis, tertia tam primae, quam secundae simulacrum sit. Quod si genus hoc tres, quas profitetur, hypostases nullo prorsus pacto discrepare, neque alteram naturaliter pendere ex altera, contenderet, tres Deos proprie statueret aequales, quos nihil aliud, quam genus sive species, conjungeret: quemadmodum tres homines, si genus aut speciem intueamur, unus homo dici possunt. Sed ab hac opinione, quippe quae plures universitati rerum Deos praeponit, & supremi Numinis principisque causae honori & majestati non mediocriter derogat, tota *Platonis* disciplina vehementissime abhorret. Si ter gemini soles, ut rem ab oculis remotam similitudine quadam illuminem, in coelo simul comparerent pari prorsus luce ac splendore praediti, essetque aliquis, qui, ut crederemus, a nobis postularet, tria haecce lumina ex uno principio quidem esse nata aut inflammata, nunc vero aeque omnia esse perfecta, nec alienae lucis aut virtutis indigentia, vix ac ne vix quidem id a nostro impetraremus animo, ut tres istos soles unum tamen esse tantum solem fateretur. Verum terni si oculis nostris objicerentur soles, dispari fulgore lucentes, quorum bini *parelii* tantum essent solis principis, & ex eo lucem omnem haurirent, non esset, cur illi obsisteremus, qui haec tria unum esse diceret. Alterum enim solem cerneremus nihil esse, quam imaginem primi, tertium nihil, quam imaginem secundi, utramque ex reflexis natam radiis. Haec si rudior aut durior alicui videatur comparatio, alia ratione rem explicabo. Ternos soles pari luce splendentes non aeque facile creditu est unum esse solem, quam proclive est creditu, solem ejusque splendorem primarium & secundarium, qui a sole nullo plane modo semoveri ac divelli possunt, neque sine sole exsistere, rem unam eamdemque conjunctim (*d*) efficere.

Igitur principio *Platonis* discipulos tenendum est tres Trinitatis suae hypostases tam arcta & adstricta conjunctione colligare, ut nullam ejus similem in tota rerum natura esse fateantur. Placet id *Plotini* verbis enarrare: (*) Ὁρᾷ γὰρ αὐτὸν, ἂν χωρισθῇς, ἀλλ' ἐπὶ μετ' αὐτὸν καὶ μεταξὺ οὐδέν. ὡς οὐδὲ ψυχῆς καὶ νοῦ· πάντῃ γὰρ πᾶν τὸ γεννῆσαν, καὶ τῷ ἀγαπᾷ, καὶ μᾶλλον ὅταν ἓν ᾖ μόνα τὸ γεννῆσαν καὶ τὸ γεγεννημένον· ὅταν γὰρ καὶ τὸ ἄρσεν ᾖ τὸ γεννῆσαν, ἐξ ἀνάγκης σύνεσιν αὐτῷ, ὡς τῇ ἐπιστήμῃ μόνον κεχωρίσθαι. *Videt vero Deum, minime inde separata, sed quoniam est post ipsam, nihilque est medium, quemadmodum nihil mediüm est inter animam atque mentem. Omne vero genitum appetit genitorem, in cu-*

(*) Enn. V. Lib. I. C. 6. (p. 488.)

ipsis judicibus, vacat, tantaque praeditus est simplicitate ac quiete, quantam nullius hominis ingenium capit. Alteram similiter personam motus prorsus expertem esse, plerique hujus sectae decernunt: quam idcirco στάσιν ἀκίνητον seu *immobilem sapientiam* nonnunquam appellant, item κύκλον ἀκίνητον. Vid. *Plotinus Lib.* II. *de dubiis animae Cap.* 16. *Ennead.* IV. *Lib.* IV. *p.* 409. Proinde motum omnem quum abesse velint a binis prioribus personis, illud vero, quod creationem vocant, opus esse statuant, quod necessario motum requirit, equidem apertum esse arbitror, per leges philosophiae suae non licuisse Platonicis fancire, creandi munus omnibus tribus personis commune esse. Conferri velim, quae supra de controversiis Platonicorum circa mundi opificem diximus.

(*d*) *Efficere*] Nimis hic aperte vir doctissimus animum prodit in eorum sententias pronum, qui tres in una natura divina personas gradu & ordine distare praecipiunt, aut, ut loquimur hodie, *subordinationem* in Trinitatem inducunt. Similitudines vero, quibus hanc rem declarare studet, ejus sunt generis, ut, si paullo vehementius premantur, in Sabellianismum abeant. Tam difficile est, remotum & humanam cognitionem excedens dogma sine cujusquam offensione cum rebus, quae sensus pellant, comparare. In sequentibus etiam occurrunt aliqua, quae non omni carent vitio, scholamque magis Sabellianam sapiunt, quam Nicaenam.

(*e*) *Cauja*] In hoc loco *Platonis* exponendo

ab

cujus conſequutione ſit contentum, praecipue autem quando ſoli ſunt genitor atque genitus. At ubi, quod genuit, eſt omnium optimum, neceſſario genitum ipſi cohaeret usque adeo, ut alteritate quadam ſolum videatur inde ſecretum. Manifeſtum eſt, id ſibi velle his verbis *Plotinum*, tres hypoſtaſes divinas tam adſtricte atque intime connexas inter ſe & conjunctas eſſe, ut *tantum non* unum plane idemque ſint. Iidem deinde Platonici tres Trinitatis ſuae perſonas ἀδιαίρετους eſſe nec ulla ratione diſſolubiles ſtatuunt, quemadmodum ἀπαύγασμα ſeu ſplendorem nemo unus ab ipſa luce ſejunxerit ac ſeparaverit. Digna viſa fuit etiam haec comparatio *Athanaſio*, quam ſaepius ad hoc negotium declarandum adhiberet. Tum ſchola Platonica tribus principiis ſuis eamdem plane ἐμπεριχώρησιν, *circumſeſſionem*, attribuere videtur, quam Chriſtiani tribus in Deo perſonis attribuunt. Quemadmodum enim ſecunda & tertia hypoſtaſis neceſſario in prima ſunt ex eorum ſententia, quoniam efficienter ea continentur: ita fieri non poteſt, quin viciſſim prima in ſecunda verſetur & tertia hypoſtaſi, utpote quae nihil ſunt, quam imagines primae, ſeu ipſa potius perſona princeps gradatim explicata & dilatata. Eloquar hanc rem paullo diſtinctius. Primam perſonam ſeu τἀγαθὸν, oportet eſſe in ſecunda, ſeu νῷ ſive *mente*. Et utraque idcirco unus debet eſſe reapſe idemque Deus. Quidquid enim eſt hominum, id ab ipſa ſic edoctum eſt natura, ut ſapientiam & rationem a Deo non poſſe abeſſe fateatur. Ex *Platonis* autem, *Plotini*, ceterorumque hujus generis ſententia proprie Deus minime per ſe ſapit & intelligit, verum in ſecunda tantum hypoſtaſi, quae mens ejus eſt & ſapientia. De ſecundae porro tertiaeque perſonae ἐμπεριχωρήσει clara exſtant *Platonis* verba: qui quum de divino conſilio & ſapientia diſſeret, quae hanc rerum univerſitatem componit unice ac ordinat, ſic pergit continuo: (*) Σοφία μὲν καὶ νοῦς ἄνευ ψυχῆς οὐκ ἄν ποτε γενοίσθην· ἐκεῖν ἐν μὲν τῇ τοῦ Διὸς ἐρεῖς φύσει βασιλικὼ μὲν ψυχὴν, βασιλικὸν δ' νοῦν ὑπάρχειν. *Sapientia vero atque mens abſque anima nunquam ſunt. Ergo in Jovis ipſius natura regiam animam regiamque mentem ineſſe, propter vim cauſſae conſiteberis.* Jovem *Plato* docet hic alteram eſſe & tertiam hypoſtaſin Triadis ſuae, νοῦν nimirum & ψυχὴν, *mentem* & *animam*. Inde, quaeſo, quid efficitur, nili hoc, utramque perſonam hanc unum tantum eſſe Deum? Mens praeterea ſive νοῦς dicitur etiam γενικὸς, id eſt, ejusdem plane generis, naturae, ac conditionis, cujus prima rerum omnium (*e*) cauſſa. Porro, quemadmodum prima *Platonis* hypoſtaſis, quae ipſa mente atque ſapientia excellen-

(*) Phileb. p. 30. (p. 80.)

ab errore haud ſibi cavit vir egregius, id quod ea neminem ignorare ſinent, quae nos ſupra late de poteſtate vocabuli νοῦς in *Philebo Platonis* diſſeruimus. Primum ex his verbis *Platonis* liquere, ait, Jovem ſecundam & tertiam perſonam eſſe Triadis Platonicae: quod ſecus ſeſe habere, verba tantum inſpicienti perſpicuum erit. Nec enim *Plato* τὸν Διὰ νοῦν & ψυχὴν eſſe affirmat; ſed in Δι. ſeu Jove νοῦν & ψυχὴν eſſe, pronuntiat. Hic ſi locus de tribus eſſet hypoſtaſibus capiendus, Jupiter haud dubie princeps foret perſona, νοῦς, quae in Jove dicitur eſſe, ſecunda, ψυχὴ denique tertia. Sed perſpicio, quidnam cauſſae ſueri: *Cudworthio*, ut hunc locum ita interpretaretur. Supra locum ex *Platonis Cratylo* p. 262. quo *Jupiter magnae cujusdam intelligentiae quatus* dicitur, ita expoſuerat, ut Jovem mundi eſſe illo in loco animam conſtitueret. Proinde hic ſi Διὰ ſeu Jovem principem eſſe Triadis perſonam fateretur, ipſemet, quam dederat, interpretationem loci ex *Cratylo* adducti infirmaret, aliisque locum conquerendi liberam faceret, lubrica eſſe in *Platone* omnia. Deinde νοῦς & ψυχὴ in hoc *Platonis* dicto, non modo perſonas, ſed etiam divinas eſſe perſonas, pro certo ac minime dubio aſſumit. Verum, quod ad vocabulum νοῦς attinet, nos quidem ſupra docuimus, illud in *Philebo* idem valere, quod σοφία, ἐπιστήμη, ac φρόνησις, nec ideirco perſonae, ſed virtutis ac qualitatis, notam eſſe. Atque hoc ita ſeſe habere, vel hic ipſe docet locus, in cujus mentem inqui-

Digitized by Google

lentior perhibetur esse ac superior, sapiens proprie ac intelligens est in persona secunda, ita & prima & secunda moventur atque agunt in tertia. Ad extremum tres *Platonis* hypostases unum θεῖον seu una divinitas eodem plane modo dicuntur esse, quo in sphaera id, quod medium est, immobilis ejus distantia, mobilisque ambitus unus tantum reapse globus sunt aut una sphaera. *Plotinus* de tertia hypostasi seu ψυχῇ diserte hanc comparationem adhibet: (*) Σεμνὸν γάρ τι καὶ ἡ ψυχὴ ἡ τοιάδε, οἷον κύκλος πρὸς σπερμάτιον κέντρου, ἔξωθεν μὲ κέντρου αὐξηθὲς, διάστημα ἀδιάλειπτον· ἔστω δὲ ἔχει ἕκαστα, εἰ δυνατόν τις καὶ τὸ κέντρον τάξειε, ἢ νῷ μὲν κύκλος ἀκίνητος, ψυχῇ δὲ κύκλος κινούμενος ἀν τάξειε *Venerandum enim quiddam est & anima talis, scilicet qualis est circulus centro accommodatissimus, statim post centrum adauctus, intervallumque indistans,* (si quidem non est corporeum aliquid). *Sic enim singula disponuntur, ac si quis ipsum bonum pro centro posuerit, mentem vero velut immobilem circulum adhibuerit, sed animam velut mobilem circulum addiderit.* Ergo omnia si recte ponderemus & perpendamus, tres illae *Platonis* hypostases nullae videntur esse, quam infinita bonitas, infinita sapientia, & infinitus amor agens seu potentia: verum hae minime spectantur ut proprietates & qualitates hac in caussa, verum ut naturae consistentes, seu personae, quae, tametsi gradu differant, unum tamen conjunctim τὸ θεῖον, unam divinitatem conficiunt: non aliter, atque locus medius in sphaera, immobilis distantia, & mobilis circumscriptio unam sphaeram constituunt.

Satis, ut opinor, copiose naturam & indolem Trinitatis illius explanavimus, quam vere *Plato*, *Parmenides*, & *Pythagoras* (*f*) professi sunt. Itaque habebunt jam, unde queant sine negotio intelligere, qui recto sunt judicio, quidnam ei simile vel dissimile Christianorum de divina Trinitate praecepta contineant. Principio recentiores quosdam Platonicos exploratum est, quod & antea ostendimus, partim minus dextre perspexisse veterem de Trinitate doctrinam, partim turpiter eam deformasse: ex quo evenit, ut discrimen illud, quod inter Deum est resque ab eo creatas, plane tollerent, atque hominum superstitioni, quae tantam *Deorum* finxit multitudinem, viam aperirent. Verum ipse *Plato* ejusque *discipulorum* quidam, qui magistri mentem ceteris assequuti sunt felicius, tametsi ante stabilitam Christianorum religionem vixerint, proxime tamen abfuerunt a scitis Christianorum de trina divinitate. Quin etiam tria sunt, quod planum fecimus, quae germanos hosce Platonicos & Christianos hac in caussa sociant. Utrique primo non tria nomina aut vocabula, neque tres notiones logicas, aut tres unius ejusdemque rei imperfectas adumbrationes venerantur, sed tres hypostases, personas naturasque

(*) P. 409. (Ennead. IV. Lib. IV. seu Libro secundo de dubiis animae Cap. 16.)

quirimus, utpote in quo nomina νοῦς & σοφία conjunguntur. Neque aliter fere de nomine ψυχὴ pronuntiandum esse, reor. Norunt, qui *Platonis* adsueti sunt dictioni, νοῦν illam animi vim, aut, si mavis, partem ipsi vocari, quae ratiocinatur & concludit, ψυχὴν vero illam animae partem, in qua vita & movendi facultas residet. Duplicem vero hanc unius animi facultatem, aut, quod alii volunt, duplicem hanc animam, quoniam disjungi nullo modo, sed arctissime inter se cohaerere, putat, ideo haec duo nonnunquam miscet vocabula, nomineque νοῦ saepenumero tam late utitur, ut notionem vocabuli ψυχὴ in eam simul includat, viciſſim ψυχὴν sic ponit, ut νοῦν simul eo nomine denotet & significet. Idem in hoc ipso facit *Dialogo*. Quae quem ita sint, nihil nobis caussae est, cur ψυχὴν, quam in Jove philosophus ait esse, de persona quadam divina intelligamus. Contra totius dicti haec erit plana & simplex sententia, quam orationis etiam series poscit: *In supremo Numine non modo sapientia & prudentia habitat, verum etiam vita, vimque efficiendi, movendi, & incitandi.*

(*f*) *Professi sunt*] At in universa hac disputatione *Plotini* tamen dicta & decreta utramque faciunt partem. Ex hoc igitur homine veram & germanam *Platonis*, *Parmenidis*, *Pythagorae* de di-

Digitized by Google

que ſibi conſtantes. Utrique deinde tres hypoſtaſes, quas profitentur, omnes a rebus arcent creatis; contra eas aeternas, neceſſario exſiſtentes, univerſales, omnipotentes, infinitas, mundique opifices eſſe, affirmant. Quorum quidem vocabulorum ea vis & poteſtas eſt apud veteres, ut idem valere debeant, ac ſi clare dixiſſent Platonici, tres perſonas ſuas eſſe ὁμοούσιους ſeu ejusdem eſſentiae. Utrique poſtremo tres divinas hypoſtaſes unam naturaliter divinitatem conſtituere docent: quamquam Platonici nonnumquam tria principia ſua, inanium Deorum cultores aemulando, tres Deos appellare ſolent. Quae ſi cogitemus omnia, non poſſumus, quin ita decernamus: Quemadmodum *Arii* placita magis dicuntur eſſe cognata & affinia verae Chriſtianorum diſciplinae, quam *Platini* commenta & dogmata; ita nullum eſſe dubium, quin *Platonis* de Trinitate praecepta propiori cognatione Chriſtianorum de Deo trino ſenſus attingant, quam *Arii* ſententiae. Media ſcilicet eſt veluti *Platonis* doctrina inter *Sabellii* portenta & *Arii* errores interjecta. Atqui eodem modo decreta ſua de tribus perſonis in univerſum temperare ſtudebant antiſtites Nicaeae congregati, ne aut hujus aut illius inciderent in tendiculas.

Verum haec affinitas non impedit, quo minus tamen non mediocre intervallum utramque diſciplinam, *Platonis* & Chriſtianorum, qui hodie vivunt, disjungat & ſeparet. Duo enim poſteriora, quae modo indicavimus, momenta diverſa plane ratione ab utrisque explicantur. Principio numquam eo usque adſcenderunt com- 700
mentando Platonici, ut tres divinas hypoſtaſes ſancirent unam eamdemque numero eſſentiam habere. Deinde licet confiterentur, nullam harum perſonarum cum rebus creatis componi debere, ſed omnes eſſe Deos; ſecundam tamen tertiamque hypoſtaſin ex prima pendere, eique certa ratione ſubjectas eſſe, affirmabant: in qua quum eſſent ſententia, ſummam eorum aequalitatem tueri non poterant. Haec una ratio tantam recentiorum auctorum multitudinem impulit, ut *Platonis* doctrinam finitimam eſſe diſputarent *Arii* erroribus, atque hos illius eſſe progeniem, putarent. Scilicet quod nusquam viderant, Platonicos unam eamdemque numero eſſentiam tribus perſonis ſuis attribuere, id primum in ſuſpicionem adduxit *Arium* contractae cum *Platone* arctioris familiaritatis: quod vero eosdem intellexerant perſonas ſuas certis gradibus diſcernere, id mirifice eamdem roboravit. Ipſos inter veteres aliqui exſtiterunt, quibus ſeſe hinc expedire non licuit: id quod *S. Cyrilli* teſtimonio probabimus, qui *contra Julian. Lib.* I. de *Platone* ſic fatur: (*) Τεθώρηκα μὲν ἔν γε οὐχ ὑγιῶς εἰσάπαξ, ἀλλὰ πῶς ἔ Ἀρείῳ πεφρονηκόσιν ἐν ἴσῳ

(*) P. 34.

divina Triade ſententiam cognoſcere fas erit? Ne *Platonem* ſequuntur, & qui eumdem deſerunt, quidve argumento ſit, nihil in magistri placita tentaſſe *Plotinum*, edoceri velim. Mihi certe *Timaeum Platonis* & *Plotini de tribus principiis archicis Libellum* accurate inter ſe conferenti tantum intereſſe diſcriminis inter utriusque doctrinam viſum fuit, quantum inter *Ariſtotelis* ſorte ac *Platonis* dogmata numquam exſtitit. Cujus diſcriminis qui ſpecimen deſiderant, quae de duplici anima, quam mundo *Plotinus* tribuit, & de cauſſis, quara Platonicorum aliqui, quos inter *Plotinus*, mundum *Deum tertium*, aliqui vero *ſecundum* appellarunt, ſupra commentati ſumus, conſulant.

ipſe quidem hoc dixerit *Cudworthus*, qui toties confitetur poſteriores Platonicos, quorum facile princeps *Plotinus* eſt, caſto *Platonis* de tribus perſonis in Deo dogmati vitium obtuliſſe, veritatemque a *Moſe* ad *Platonem* propagatam inficetis nugis ſuis contaminaſſe. At ſublata *Plotini* ex hac demonſtratione auctoritate, unde tandem conſtabit nobis, veram *Platonis* & *Pythagorae* doctrinam hactenus explicatam eſſe? Quod ſi forte *Plotinum* ex eorum ordine Platonicorum exceperit vir egregius, quos vera *Platonis* dogmata concedit inquinaſſe, equidem, quibus notis diſcernantur, qui

ἴσην διαιρεῖ καὶ ὑφίστησιν, ὑπαναβεμβάκας τι εἰκῆλιαν τὰς ὑπαίσεις ἰσοφῆ. *Speculatus certe non usquequaque omnia, sed eodem modo, quo, qui Arium sectantur, dividit & supponit, subjectas & subordinatas inter se subsistentias inducens.* Alio etiam loco pius hicce doctor hoc nomine objurgat Platonicos, quod tres hypostases suas non eodem, quo ipse, modo ὁμοουσίους vocarent, id est, perfectissime dicerent inter se pares & aequales esse. Verum hosce omnes falli, supra jam a nobis demonstratum est. Nihil profecto agunt, qui *Platonem* & *Arium* colligare studeant, quoniam ipsa disciplinae utriusque fundamenta prorsus dissident. *Arii* scitum de filio hoc fuit: *Erat, quando non erat.* Idem secundam hypostasin ἐξ οὐκ ὄντων esse factam, naturaque mutabilem, nec periculo peccandi solutam, scisebat. Nihil simile *Plato*, qui νοῦν seu *mentem* ipsa natura sua immutabilem, & simul aeternam esse, (*g*) censuit. Interim & hoc certum largior esse, ne illos quidem Platonicos, quorum maxima est castitas & sanitas, cum illis componi posse praeceptis, quae hodie coetus Christianorum complectuntur. Qui secus sentiunt, & ea, quae de dissimilitudine trium personarum *Plato* docuit, Christianorum haud refragari dogmati, docere nos conantur, illi viderint, ne omnium sapientum judicio res apertas obscurare, veritatemque manifestam corrumpere ac depravare dicantur.

Sed nec hoc omittere decet, optimos interdum & sapientissimos *Platonis* discipulos vehementer delirare, quum doctrinam de tribus principiis explicant, tamque saepenumero inscite differere ac temere, ut secum ipsis perspicue dimicent, ac, quae antea posuerant, evertant. Videas eos nonnumquam tam vasto & immenso intervallo secundam tertiamque personam divellere, ut non tam gradatim & ordine descendere, quam a secunda hypostasi ad tertiam praecipitare videantur. Ipse *Plotinus*, postquam de mundi anima, quae tertia est hypostasis, magnifice ac copiose disputaverat, continuo haec subjicit: (*) Ὁμοειδὴς δὴ καὶ ἡμετέρα· καὶ ὅταν ἄνευ τῶν προσληφθέντων σκοπῇς, λαβὼν καθαρεύουσαν, κρίνεις τὸ αὐτὸ τίμιον. ὃ ἦν ψυχή. *Conformis quoque huic est nostra anima. Itaque si quando absque adjunctis eam consideraveris, puram inspiciens, invenies profecto idem ipsum* (in ea) *venerandum, quod est anima.* Qua ratione idem inductus est philosophus, ut alio in loco mundi animam πρεσβυτέραν καὶ ἀδελφὴν, *sororem natu majorem*, animorum humanorum appellaret. Verum qui de semet ipsis tam splendide sentiunt, ut non vereantur animos suos cum mundi anima componere, non modo nimis aperte, quanta mentis laborent insolentia & arrogantia, declarant, verum etiam tertiam Trinitatis suae hypostasin praeter omnem modum deprimunt, sic ut parum absit, quin eam inter res creatas referant. Etenim si noster animus ὁμοειδὴς est, seu ejusdem generis & naturae, cujus tertia divinitatis persona, fas erit omnino, eamdem
701 & ὁμότιμον seu *paris dignitatis & honoris* ducere, quin etiam, ut Christianorum utamur vocabulo, ὁμοουσίους nostros animos & mundi animum censere. Quo quidem nomine Ariani quondam, teste *Athanasio*, (†) *Christum* Servatorem nostrum ὁμοι-

(*) Ennead. V. Lib. I. Cap. 2. (p. 483.)
(†) Tom. I. p. 557. (Libr. de sententia Dionysii.)

(*g*) *Censuit*] Lege, quae nos supra copiose de *Arii* Platonismo disputavimus: contra quae *Cyrilli* hicce locus nihil plane potest. Neque enim *Cyrillus* ex scholis Platonicorum in civitatem Christianam errores suos asportasse *Arium* tradit: neque omni ex parte pares inter sese sententiis esse *Arium* & *Platonem* significat, sed qualemcumque tantum utriusque cognationem indicat: denique eodem in loco non obscure perhibet, sanctiorem & meliorem Ariana doctrina Platonicam esse; cujus

Digitized by Google

ὁμοίσιον ἡμῶν ⸗ ἀνθρώπων, *ejuſdem, cujus homines, naturae* eſſe, dixerunt. Haec vero ſi recte ſeſe habeant, alterum neceſſe eſt verum ſit, aut animam mundi genitam & creatam, aut noſtros animos divinos eſſe. Ergo anceps hoc in loco Platonicos periculum urget. Nam aut omnis divina ratio illis in primam includenda eſt divinitatis hypoſtaſin: quod quidem in primis abſurdum & a rationibus eorum averſum foret: quis enim homines ferat ſtatuentes, principem aeternamque mentem & ſapientiam, quae mundum univerſum condidit, genitam eſſe & creatam naturam? aut vero alteram tertiamque hypoſtaſin immenſo disjungant oportet ſpatio. Illa enim perfecta erit mens & ſapientia, quae totam rerum naturam fabricata eſt; haec vero natu tantum major omnium humanorum animorum ſoror. Mitto, hanc familiam, dum tertiam divinitatis hypoſtaſin tantopere dejicit, dum eam corporeo huic mundo tam arcte ſociat, ut anima tantum ejus informans videatur, dum denique mundi animam ſororem vocat animorum humanorum, fundamenta de induſtria & initia nefandae illius ſuperſtitionis jacere, quam adverſus tot Deos resque ipſas factas & creatas, mundum nempe, ſtellas, & daemones, fovent & alunt. Non id reticet *Plotinus*, cujus haec velim expendi verba: (*) Διὰ τοῦτο ὁ κόσμος ὅδε θεός· ἔστι γὰρ καὶ ἥλιος θεὸς, ὅτι ἔμψυχος, καὶ τὰ ἄστρα ὅσα. *Propter ipſam* (mundi animam) *hic mundus eſt Deus. Sol quoque Deus eſt, quoniam animatus, ſtellaeque ſimiliter omnes.* Poſtea addit: Τῶν γὰρ θεῶν αἴτιον ἡ θεὸς εἶναι, ἀνάγκη πρεσβυτέραν θεὸν αὐτῶν εἶναι. *Neceſſarium vero eſt, animam ipſam, quandoquidem Diis, ut Dii ſint, cauſſa eſt, antiquiorem iis Deum exſiſtere.* Itaque huic ſi nos committamus viae, tertia Trinitatis Platonicae hypoſtaſis, quam mundi nominant animam, diva veluti ſoror erit animorum illorum, qui ſolem, lunam, & ſtellas incolunt; attamen antiquior, quoniam, ut hae animae divae fiant, id unice mundi animae tribuendum eſt. In quo quidem dogmate mirabilis eſt rerum toto genere disjunctarum confuſio & perturbatio. Mundi anima ſoror dicitur reliquorum omnium animorum, & ſimul tamen eadem animis omnibus divinitatem impertiri perhibetur. Atqui ſororium illud vinculum & naturalis illa cognatio, qua mundi animam & reliquas mentes copulant Platonici, multo citius illam, quam tertium tamen Deum & tertiam hypoſtaſin nominant, ad res detrudet creatas & factas, quam ceteras extollet animas, & in Deorum coeleſtium concilio reponet. Igitur, quantum illi *Platonis βαθμοὶ* ſive gradus, quos in Deo comminiſcitur, incommodi & portentorum afferant, perſpicuum eſt. Tantis enim quum perſonae divinae intervallis ſejunguntur, poſtremaque divinitatis hypoſtaſis non niſi gradu a principe rerum creatarum differre dicitur, id agitur unice, ut homines ad cultum rerum creatarum turpiſſimamque ſuperſtitionem praecipites delabantur. *Plotini* veſtigia cum alias, tum hac in cauſſa *Porphyrius* accurate legit. Qua re factum eſſe opinor, ut *Conſtantinus*, quod *Socrates* ſcriptum reliquit, Arianos *Porphyrianos* diceret, non quod exiſtimaret, eadem plane eſſe, quae de tribus perſonis *Arius* & *Porphyrius* praeci-pe-

(*) P. 433. (Enncad. V. Lib. I. Cap. 2. de tribus hypoſtaſibus.)

jus inventorem, *Platonem*, mentem ſuam arbitratur occultius propoſuiſſe, ne in easdem, in quibus *Socrates* interierat, inſidias incideret. Πλὴν ἐν, ait, ἀγνόημα ἀλογρώτως, τὸ ἀλλᾶς· οἶμαι δ' ἂν, ὅτι καὶ ὑγιὰς ἴσχε τι κ' σοφόν, —— εἰ μὴ τάχα τις τὸν Ἀνύτου κ' Μελίτου γραφὰς ἐδεδίει. *Neque vero omnino veritatis ignarus fuit: quin potius exiſtimo, eum & ſenſurum & loquaturum fuiſſe recte, —— niſi forte Anyti & Meliti accuſationem timuiſſet.* Et quid verbis opus eſt? Ipſa doctrinae Arianae & Platonicae natura obſtat, ne altera norma & exemplum alterius videri queat.

Digitized by Google

perent, sed quod utrique, diversis licet freti rationibus, viam placitis suis ad plures Deos colendos, resque creatas divinis honoribus afficiendas (*b*) munirent. Verum
702 ut, quod res est, fateamur, haec omnia *Plotinus* inscienter tantum & incaute, ut multa alia, in litteras retulit: nec enim semper bonus homo vigilat, sed interdum somno incautus opprimitur. Quem quod sine ulla deliberatione sequutus est *Porphyrius*, non ita pariter fecit, ut philosophum decebat facere. Utriusque dogmata si diligentius inspiciamus, neutrum sentiemus, salvis illis, tam abjecte de tertia hypostasi divinitatis potuisse praecipere, ut cum ceteris eam animis creatis sociarent, neque tanto intervallo alteram tertiamque hypostasin sejungere ac separare. Etenim ipse *Plotinus*, ubi sibi magis, atque rationi, relictus est, negat perspicue, tertiam personam illam esse animam, quae hunc orbem concitet, versat, & animet; contra celsiorem eam esse animam, disputat, seu Venerem superiorem, omni secre-

(*b*) *Munirent*] *Constantini M.* epistola, seu edictum potius, quo *Arii* sectatores jubet *Porphyrianos* appellari, legitur apud *Socratem Histor. eccles. Lib.* I. *Cap.* 9. *p.* 32. & in *Gelasii Actis Concilii Nicaeni Lib.* II. *Cap.* 36. *Tom.* I. *Conciliorum p.* 446. *ed. Harduini.* Meminit & hujus mandati *Athanasius* in *Epist. ad solitar. vitam agentes Tom.* I. *Opp. p.* 844. Rationem cognominis hujus ipsa haec nemines ignorare patitur epistola. Namque Imperator ideo hanc eis infamiae notam inurendam esse significat, quod *Porphyrii* mores sint imitati: ὅτι οἱ τοὺς τρόπους μιμούμενοι, τίνων ἔχουσι καὶ τὴν προσηγορίαν. Quales vero *Porphyrii* mores intelligat, in praecedentibus perspicue significat, quibus *Porphyrium* libros adversus religionem Christianam composuisse, idemque ad exemplum ejus *Arium* fecisse, memorat. Igitur propterea, si hanc sequamur epistolam, *Arius* ejusque sectatores *Porphyrianorum* adepti sunt nomen, quod veram Christianorum de Deo & filio Dei doctrinam, sine qua non constat sibi religio Christiana, scriptis publicis adorti sunt, haud aliter ac *Porphyrius* universam disciplinam Christianam peculiari volumine oppugnavit. Probarunt hanc rationem generatim viri doctissimi, e quibus honoris caussa *Petrum* de *Marca de concordia sacerdotii ac imperii Lib.* II. *Cap.* 10. §. 10. *p.* 137. *Jo. Alb. Fabricium Biblioth. Graecae Lib.* V. *Cap.* 23. *p.* 309. & *Jo. Clericum Biblioth. histor. & univers. Tom.* X. *p.* 448. nomino: quibus quippe *Porphyrianus* idem videtur esse, quod hostis & osor *Christi* & veritatis a *Christo* traditae. Suspicor, aetate illa, qua summo *Porphyrii* odio flagrabant Christiani, vocabulum hoc convicii & maledicti loco in omnes eos conjectum fuisse, de quorum iniquiore in *Christum* divinamque ejus disciplinam voluntate constabat. Non longe ab hac sententia, tametsi aliter paullo mentem suam exprimat, abest vir doctissimus, *Urb. Godofr. Siberus*, in *Epistolis ad V. C. Jo. Frid. Thomae* de hoc argumento datis, quibus *Porphyrianos* ideo dictos esse Arianos putat, quod nihil divini in *Jesu* Servatore nostro, non secus ac *Porphyrius*, agnovissent. Omnem enim qui Servatori divinitatem scitis suis detrahit, is idem est, qui adversarius & inimicus religionis a *Christo* patefactae. Exstant hae epistolae in *Miscellaneis Lipsiensibus*, ante paucos annos a viro celeb. *Carolo Frider. Bezoldo* editis, *Tom.* I. *p.* 310.

Sed non satisfecit omnibus, simplex licet ac aperta, epistolaque praeterea ipsius Imperatoris nixa, cognominis hujus ratio. Quaesivit non ita pridem vir litteratissimus, *Jo. Frid. Thomae*, ex veter. *Sibero* vocabuli hujus caussas & origines: cui quum ita, quemadmodum paullo ante dixi, *Siberus* respondisset, ipsam vir doctissimus *Epistolae Constantini* fidem in dubium revocavit, *l. c. p.* 315. Hoc ejus factum pauci, ut opinor, imitabuntur, quum & nullum in hac epistola fraudis signum appareat, & *Athanasius*, id quod supra iam indicavi, testatus eam sit: ut omittam, sublata decreti hujus seu epistolae auctoritate, ad suspiciones & conjecturas incertissimas omnem disputationem adductum iri, reliquis auctoribus vetustis silentibus. Equidem in tres incidi alias de nominis hujus natalibus sententias: quas breviter enumerabo & expendam, ut, num illa caussa, quam *Constantini* suppeditat epistola, retinenda, an vero cum cl. viro nova sit quaerenda, appareat. Princeps illa est, quam hic rejicit *Cudworthus*: cui qui sunt dediti, Arianos ideo opinantur dictos esse *Porphyrianos*, quod *Porphyrii* ac Platonicorum de tribus in Deo personis dogma in religionem Christianam intulissent. Acer est in hac opinione tuenda *Christoph. Sandius* in *Diss. de λόγῳ seu verbo*, quam *Interpretationibus paradoxis quatuor Evangeliorum* subjecit, *Amstelod.* 1669. *in* 8. editis, *p.* 292. & in *Nucleo Historiae ecclesiast. Lib.* II. *p.* 171. *Ideo*, inquit posteriori loco, *Constantinus decrevit Arianos vocitandos Porphyrianos, quod Arius & Ariani non solum cum Porphyrianis, sed & omnibus aliis Platonicis & Platone ipso eandem de*

Digitized by Google

ſecretam corporea contagione, quae cum reliquas omnes animas, tum univerſum terrarum orbem conſtruxerit. Idem antea dudum *Plato* docuerat, qui diſerte hypoſtaſin iſtam affirmat vitam omnem inſpirare, omnes animas condere, dominum & diſtributorem vitae omnis eſſe, denique omnium illarum rerum, quae 703
cognatione quadam & neceſſitudine mentes humanas contingunt, ἀνθρωπίνης ψυχῆς συγγενῆ, nullam ei ſimilem aut parem eſſe, perhibet, ἄλλην πᾶσαν. Ex quibus intelligitur, *Platonem*, tametſi aliis de cauſſis ſtellas multosque Deos invocaret, numquam tamen approbaturum fuiſſe, ſi vixiſſet, *Plotini* dogma hoc, animas noſtras ejusdem eſſe naturae, generis ac indolis, cujus tertia divinitatis hypoſtaſis. Contra nil dubito, quin verbis *Davidis* mentem ſuam fuiſſet enuntiaturus: *Ipſe eſt, qui fecit nos, non vero nosmet ipſi: nos vero ſumus populus ejus, & oves paſcuae* (*i*) *ipſius.*

Tanta

de uno Deo & verbo & Spiritu Sancto defenderent doctrinam. E re ſcilicet hujus hominis erat, ut *Platonem* omnes crederent idem, quod antiquiſſimi doctores Chriſtiani, quos *Platonem* in multis probaſſe novimus, de divina Triade ſenſiſſe. Verum praeter ea, quae ſupra de diſſimilitudine diſciplinae Arianae ac Platonicae diſputavimus, duo ſunt, quae hanc conjecturam plane conficiunt. Primum ea numquam auctoritate *Porphyrius* inter Platonicos fuit, ut univerſa ſecta *Porphyriana* ex eius nomine appellaretur, nec quisquam, quum Platonicos nominare vellet, *Porphyrianorum* vocabulum adhibuit. *Conſtantinus* ergo, ſi *Arium* errorum Platonicorum arguere voluiſſet, haud dubie ab hoc abſtinuiſſet cognomine, atque ab ipſo *Platone* hominem appellaſſet. Deinde tantum aberat, ut *Conſtantinus Platonem* impie de Deo ſenſiſſe putaret, ut potius ipſo rectius *Ario* philoſophum hunc de tribus in Deo perſonis docuiſſe ſibi perſuaderet. Vid. *Oratio* ejus *ad coetum ſanctor. Cap.* 9. *p.* 576. 577. Altera ſententia ipſius *Cudworthi* eſt: cui *Arius* ea de cauſſa *Porphyrianus* videtur appellatus eſſe, quod, non ſecus atque *Porphyrius*, ad multorum Numinum cultum dogmate ſuo homines adducere putaretur. Huic ego ſententiae ideirco potiſſimum non accedo, quod latius haec ratio patet, quam fas eſt, nec ad ſolum *Porphyrium*, ſed infinitos, praeter eum, alios pertinet. Fuerit nimirum neceſſe eſt ſingulare aliquid & proprium in *Porphyrio*, quod commovit Imperatorem, ut ab eo nominatim, non vero ab aliis, infamandi *Arium* occaſionem ſumeret. Homines autem ad plures Deos colendos incitare ac inducere, non erat unius *Porphyrii* crimen, verum culpa, quam cum innumeris aliis & tota ſecta Platonica communem habebat. Igitur neque jure *Ammonianos*, *Plotinianos*, *Celſianos Conſtantinus* vocare potuiſſet Arianos, ſi hoc ſpectaſſet unice fugitium; nec, cur ſigillatim *Porphyrii* nomen ad hanc familiam notandam adhibuerit, ulla patet ratio. Tertiam non ita pridem ſententiam excogitavit *Jo. Hermannus* ab *Elswich*, qui in *Notis ad Jo. Launoji Librum de varia fortuna Ariſtotelis in Acad. Pariſienſi p.* 158. hanc ex eo natam eſſe appellationem ſibi perſuadet, quod *Arius* philoſophia *Porphyrii* ad confirmandos errores ſuos abuſus ſit. *Scilicet*, inquit, *Porphyrius conſcripſit quinque vocum inſtitutionem ad Chryſoarum, qua egregie librum Categoriarum illuſtrat. At hac, quod multis vetuſtiorum confirmari poteſt teſtimoniis, Ariani abutebantur.* Ab ingenio hanc commendandam eſſe ſententiam, arbitror, non autem a veritate. Librum *Porphyrii*, quem ad *Chryſoarum* ſcripſit, non ignoro: ac quinam veterum hoc in primis ex libro *Arium* dogmatis ſuis conſuluiſſe ſcripſerint, me praeterit. Quod ſi tamen veterum hac de re teſtimonia exſtarent, incredibile mihi nihilominus videretur, rationem publici convicii, quod in omnium volebat ore verſari, ab Imperatore ductam eſſe ex libro, quem nulli, niſi doctores & philoſophi, noverant, plebs autem & multitudo plane ignorabat. *Ariſtoteliceum* citius dixiſſet *Arium Conſtantinus*, ſi Dialecticae inſanum ſtudium invidioſo cognomine quodam homini exprobrare voluiſſet: namque *Ariſtotelis* praeceptis & ſubtilitatibus logicis nihil ipſi prius fuiſſe, multis intelligitur auctoribus. Vid. *Epiphanius Haereſ.* LXIX. §. 69. *p.* 795. Praeſtat, niſi totus fallor, in ea, quae in *Conſtantini* expreſſa eſt epiſtola, ratione acquieſcere, quam, nullis ducibus, ad novas divinationes quaerendas properare.

(*i*) *Ipſius*] (I.) Falſa ſunt omnino & periculi plena, quae de ortu animorum noſtrorum ex mundi anima ſuos olim docuere Platonici. Neque tamen, ſi modo ceteroquin ſani aliquid & praeclari praecepiſſent, propter hanc ſententiam familiam hanc ſummae ac intolerabilis arrogantiae infimularem. Eodem enim fere errore multi tam antiqui, quam recentiores Chriſtianorum doctores, iique non male meriti, imbuti fuerunt. Sciunt, qui mediocriter tantum in veterum monumentis ver-

Digitized by Google

Tanta vero licet undique premant Platonicorum dogmata incommoda, nec quisquam illis sine periculo possit accedere; certus tamen sum, Christianum *Platonis* scitis deditum sine molestia reperturum esse, quo cum ipsum *Platonem*, tum illos, qui antiquioribus temporibus ceteris castius *Platonis* & *Pythagorae* amplexi sunt scita, quodammodo purget & (*k*) excuset. Non esse primum, dicet, cur aliquis magnopere demiretur, genus hoc parum interdum apte ac congruenter loquutum esse de hoc dogmate, nonnumquam a suis praeceptis desciscere, non raro quoque in veritatem ipsam delinquere. Caruisse enim eos sacris litteris, caruisse conciliorum decretis ac legibus, caruisse certis doctrinae formulis, quarum ope & auxilio in tanta, quae mysterium hoc obsidet, caligine gradum firmarent, sermonemque sic temperare discerent, ne aliquis discordiae ac dissensioni locus pateret: libere homines & audacter philosophatos esse, neque pertimuisse, ne peccarent, si ingenii sui dictatis & opinionibus unice morem gererent. E contrario multo majorem hoc facere mirabilitatem, quod, quum diu ante natum Servatorem non pauci eorum vixerint, tam scite tamen & nervose dogma tam abstrusum & 704 reconditum exposuerint, ut a Christiana veritate, quam deinceps Deus plane patefati sunt, multos esse in antiquis ecclesiae doctoribus, qui nihil dubitarunt decernere,

Esse nobis partem divinae mentis & haustus
Aethereos,

ut *Virgilii* verbis utar *Georg. Lib.* IV. *vs.* 220. animosque nostros divinae essentiae particulas dixerunt. Vid. *Lactantius Instit. divinar. Lib.* II. *Cap.* 12. *p.* 239. *Lib.* VII. *Cap.* 5. & *Cap.* 10. *p.* 794. & 824. *Arnobius Lib.* II. *adv. gentes p.* 67. *Synesius Ep.* CV. *p.* 248. *Opp.* Ne quid nunc de tota fere *Mysticorum* turba dicam, quae hoc dogmate vix aliquid sanctius habet. Vid. *Petri Poiret Oeconomie divine Tom.* I. *Cap.* 10. §. 24. *p.* 277. Illos omnes non ideo in hunc incidisse errorem, arbitror, quod ingenti laborarent superbia, sed opinionum, quibus sese temere addixerant, vi ac impetu plerosque abreptos esse, ut ad hoc saxum adhaerescerent, mihi persuadeo. (II.) Quae ad excusandum *Plotinum* cum *Porphyrio*, & extenuandum eorum errorem de animorum origine *Cudworthus* affert, minus, quam putavit, virtutis habent. Quamvis enim duplicem commenti sint hi philosophi mundi animam, *mundanam* alteram, alteram *supramundanam*, animosque hominum ex mundana proprie anima eduxerint; tam arcte tamen & adstricte duos hosce mundi animos inter se colligarunt, ut, quod unum tangit, id alterum quoque tangat atque feriat, necesse sit.

(*k*) *Excuset*] Hac sub Christiani Platonici persona ipsum doctissimum *Cudworthum* latere, atque suas proponere sententias, cum ab aliis dudum est animadversum, tum res ipsa & aetatis illius rationes declarant. Vigebat tum temporis in academia Cantabrigiensi philosophiae Platonicae studium, cui & plerique Theologi, qui vivebant in ea, *Witchcotus*, *Wilkinsius*, *Henr. Morus*, *Cudworthus*, *Worthingthonus*, praeter modum erant dediti. Vid. *Gilb. Burneti History of his own Time Liv.* II. *ad A.* 1661. *p.* 186. 187. Ipsemet igitur *Cudworthus* Christianus erat Platonicus, remque non tam alienam, quam suam, hoc in loco curat. Verum alii ex Anglorum Theologis, nec, ut puto, sine omni causa, hunc Platonicae sectae immoderatum amorem, ex quo ne multi nascerentur errores, verebantur, improbabant & publice reprehendebant. Vid. *Sam. Parkeri Impartial censure of the Platon. Philosophie Oxon.* 1666. 4. Spero, plura hac de re, quae multum confert ad sententias *Cudworthi* & aliorum Theologorum Anglorum aetatis illius dijudicandas, in *Praefatione* dictum iri. Ceterum in hac comparatione Trinitatis Platonicae & Christianae quum ea pro certis assumat vir egregius, quae adhuc de indole ac natura Triadis Platonicae disseruit, aequum erit ad ea nonnumquam respicere, quae nos ad eorum fragilitatem ostendendam hinc & inde monuimus.

(*l*) *Habendum*] Vereor, ne hoc multi gravem injuriam Nicaenis Patribus illatam interpretaturi sint. Mihi satis erit dixisse, incauto haec & imprudenti doctissimo viro excidisse videri. Fateor, nec vocabulum ὁμοούσιος in Nicaena fidei formula exstare, nec nomen Θεὸς verbis οἱς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον additum esse. Lege ipsum *Symbolum*, ut ab *Athanasio* exhibitum est *Epistola ad Jovianum de fide*, *Tom.* I. *Opp. p.* 247. Ea vero de causa ut negem, constituisse Patres Nicaenos, Spiritum S. vel *personam* vel *Deum* esse, nullo modo a me impetro. Quod antistites Nicaeni Spiritum S. cum pe-

teſecit, parum longe abeſſe videantur, quam id, quod nonnumquam rectam viam atque rationem deſeruerint. Neque enim hoc leve eſſe, quod divinam naturam tribus perſonis concluſerint, quod ad omnes tres haſce perſonas veram divinitatem extenderint, quod alteram hypoſtaſin λόγον, *rationem* ſeu *verbum*, item *mentem* ſive νοῦν, nec non filium primae perſonae ſeu patris appellaverint, quod eamdem alteram hypoſtaſin δημιουργὸν & αἴτιον, *opificem* & *cauſſam* totius rerum univerſitatis dixerint, denique quod hanc ipſam iisdem plane, quibus ſacrae litterae, vocabulis *imaginem*, *figuram*, *ſimulacrum*, *ſplendorem* ac *lucem* principis perſonae nominaverint. Illud etiam praeclarius eſſe contendet Platonicus noſter, quem inducimus, Chriſtianus, & multo magis veneratione dignum, philoſophos verae Dei cognitionis ignaros diu ante nati Servatoris tempora tam feliciter magnum illud & abſtruſum de tribus in Deo perſonis myſterium aſſequutos eſſe, ut tres conjunctim perſonas principium cauſſamque decernerent eſſe totius terrarum orbis: ipſos enim antiſtites Nicaeae coactos eo usque non progreſſos eſſe, quippe quos ne conſtituiſſe quidem notum ſit, Spiritum ſanctum eſſe hypoſtaſin, multo minus decreviſſe, pro Deo eum eſſe (*l*) habendum.

(*l*) Hoc patre filioque conjunxerunt, quodque *in Spiritum ſanctum* aeque ſuos *credere* voluerunt, ac in patrem & filium, id ſatis, niſi me fallunt omnia, argumenti eſt, pro *hypoſtaſi* ſeu *perſona* Spiritum S. ab illis habitum eſſe. Si *pater* & *filius* perſonae huic concilio viſae ſunt, quod quidem nemo vocat in dubium, idem ſenſerit oportet de *ſpiritu ſancto*, quem binis hiſce perſonis ſociat. Et quaenam, quaeſo, poteſtas foret hujus formulae: *credo in Spiritum ſanctum*, ſi Spiritus S. non *perſona* divina, ſed *notio* tantum quaedam aut *virtus* eſſet *Dei*? Num credibile eſt, homines non prorſus hebetes ſuos edocuiſſe, in notione quadam aut perfectione divina, quae ab ipſa Dei natura non differt, firmam eſſe fiduciam collocandam? De divinitate Spiritus S. aliquanto, fateor, obſcurius Nicaeni pronuntiarunt; ſed nec tamen omnino ſiluerunt. Scio, veterum haud paucos a nomine *Deus* conſulto abſtinuiſſe, quum de Spiritu ſancto loquerentur, id quod multis exemplis *Dion. Petavius Dogm. theol. Tom.* II. *Lib.* I. *de Trinitate Cap.* 14. *p.* 63. & ex purioris eccleſiae Theologis *Thom. Ittigius* in *Opuſculis variis a Chriſt. Ludovici Lipſ.* 1714. 8. editis *p.* 415. 417. oſtenderunt: quorum num veſtigia Nicaeni Patres premere voluerint, id equidem in medio relinquo. Hoc vero ſatis meo judicio fidem eorum purgat, quod nec vocabulum Θεὸς illi profeſſionis ſuae parti praemiſerunt, qua in *Jeſum Chriſtum* credere jubent, ſed ſimpliciter ſcripſerunt: καὶ εἰς τὸν ἕνα κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν, tametſi poſtea propter Arianos, quorum in primis erroribus occurrebant, latius de divinitate filii Dei praecipiant. Etenim ex eo efficitur, quae in exordio formulae poſita ſunt, verba, πιστεύομεν εἰς ἕνα Θεὸν, ad omnes tres perſonas pertinere, *patrem*, *filium*, & *Spiritum ſanctum*, antiſtitesque idcirco deitatem omnibus tribus perſonis communem eſſe, ſatis luculenter ſanxiſſe. Verendum certe erat, ne, ſi nomen Θεὸς ad ſingulas perſonas repeterent, nonnullis non tam tres perſonas, quam tres Deos introducere viderentur: at *Deum* ſemel nominare, & tres poſtea perſonas diſtinguere, id vero eſt aperte profiteri, quod toties veteres recentioresque recte inculcant, μίαν εἶναι θέοτητα, *unam* eſſe *naturam divinam*, at τρεῖς ἐν μιᾷ θέοτητι ὑποστάσεις, *tres in una natura perſonas*. Haec vel propter eos monitu neceſſaria erant, qui noſtris etiam temporibus, ut erroribus ſuis libertatem comparent, ad concilium Nicaenum ſine fine provocant, a quo nihil certi definitum eſſe, temere perhibent. Ceterum vetus jam haec eſt criminatio, & a Macedonianis dudum aliisque propoſita, epiſcopos Nicaeae coactos integrum cuivis reliquiſſe, quemadmodum de Spiritu S. ſentire vellet. Sed & reſtitit huic accuſationi mature doctorum recte ſentientium vigilantia. Utrumque *Synodica Amphilochii Iconienſis Epiſtola* probat, quam poſt *Cudworthi* aetatem in lucem produxit *Jo. Bapt. Cotelerius in Monumentis eccleſiae Graecae Tom.* II. *p.* 99. & *Jo. Harduinus* in *Conciliorum Tom.* IX. *p.* 798. quoque retulit: ex qua verba quaedam decerpemus, quibus eorum nonnulla, quae diximus, confirmantur: Σιωγμᾶδε ϗ inquit *Amphilochius* apud *Cotelerium p.* 101. τριπλῆτα τὰ κατὰ τὸ πνεῦμα ζητεῖται Θ· ἀλλ᾽ τοῦτο πλημμελέτερον μὲν πάνυ προείλετο, τοῖς μὲν τοί γε σοφοῖς ἀναγνώσεται πάντως ϗ ἐκ τοῦ πνεύματος Θ ἐν ἑκάστῃ τῇ περὶ διδασκαλίαν· ἀφεῖς τὸ πατέρα ϗ υἱὸν πιστεύειν, ἕτερα ϗ τὸ πνεῦμα πιστεύειν ἐδογμάτισεν, μήτε ἕτερον τινὰ φύσει ἐπεισάγοντες τῇ θείᾳ ϗ μακαρίᾳ τριάδι, μήτε τι τῶν ἐκ τῆς τριάδος διαστρεφόμενοι, εἰς τὸν τῆς πίστεως ἔκβασιν. *Quum eo tempore de quaeſtione circa* Spi-

Hoc tamen ſi quis graviter ferendum eſſe disputet, Platonicos disparibus intervallis tres ſuas ſegregaſſe perſonas, alteramque perſonam principi, tertiam ſecundae & primae ſimul ſubjeciſſe, ne ſic quidem Chriſtiano, Platonicis ſcitis faventi, decrit, quod reſpondeat. Tanto plus habere ſine controverſia dicet peccatum hoc excuſationis, quanto certius ſit, quotquot tribus poſt *Chriſtum* natum ſaeculis floruerunt, Chriſtianorum doctores idem omnes uno animo ſenſiſſe, *Juſtinum Martyrem*, *Athenagoram*, *Tatianum*, *Irenaeum*, auctorem *Recognitionum*, *Tertullianum*, *Clementem Alexandrinum*, *Origenem*, *Gregorium Thaumaturgum*, *Dionyſ*705*ſium Alexandrinum*, *Lactantium*, pluresque (*m*) alios. Quorum omnium quum nimis moleſtum foret producere hoc in loco teſtimonia, uno *Lactantii* loco contenti erimus, cujus haec verba ſunt: (*) (*n*) *Et pater & filius Deus eſt: ſed ille quaſi exuberans fons, hic tamquam defluens ex eo rivus: ille tamquam ſol, hic tamquam radius a ſole porrectus.* (*o*) *Athanaſium* quidem non ignotum eſt adverſus Arianos decertantem, veteris eccleſiae Chriſtianae auctoritatem teſtari, & inter alia *Origenis* teſtimonium proferre. Verum quidquid hujus generis ex antiquis laudat, id aeternitati quidem & divinitati filii Dei probandae conducit, minime vero filium Dei patri eſſe eo usque parem & ſimilem demonſtrat, ut nullo plane modo & ratione minor eo ſit ac inferior. Diſſimilitudinem enim qualemcumque patris & filii tam conſtanter inculcant & tradunt omnes antiquiores doctores, ut (*p*) *Petavio* nata inde ſit occaſio propenſioris eos erga dogmata *Platonis* animi arguendi, corruptaeque caſtitatis Chriſtianae diſciplinae in hoc de Trinitate dogmate poſtulandi. Viderit vero *Petavius*, quemadmodum haec conſentanea ſint reliquis, pro quibus pugnat, ſcitis ſuis, nominatim his: Traditionem eccleſiae normam eſſe fidei, &: Fieri nullo pacto poſſe, ut ſpectabilis eccleſia in illis errorem admittat doctrinae capitibus, ſine quibus religionis fundamentum ſalvum & firmum eſſe nequit. Fateor ego, inſignem hanc Chriſtianorum coetuum per tria ſaecula a nato Servatore concordiam tantam minime vim habere, ut, quae ſacro codici contraria Platonici docent, ſanare atque erroris culpa liberare valeat. Hoc unum ut mihi concedatur, poſco, conſentientia tot ſaeculorum ſuffragia gravitatem erroris quodammodo diminuere, efficereque apud aequos judices poſſe, ut homines, quos nulla lux divina & pateſactio colluſtrabat, excuſatius deliquiſſe videantur.

Perget etiam Chriſtianus ille Platonicus, cujus hic perſonam ſumſimus, in Platonicorum peccatis & erroribus diluendis. Hoc unum familiae huic propoſitum fuiſſe, disputabit, quum hypoſtaſes divinas ordine ac gradu disjungeret, ne multitudo quaedam exſiſteret Deorum parium prorſus inter ſe ac aequalium. Sic enim perſuaſum eos habuiſſe, ſumma trium perſonarum aequalitate introducta, conſequens fore, ut totidem Dii putarentur eſſe pari gloria, virtute, ac majeſtate praediti. Quam propter cauſſam genus hoc non majori perſonas ſuas ſpatio ſejunxiſſe, quam conſilium hoc, quod modo diximus, perſpicue & ſine controverſia re-

(*) Inſtit. Lib. IV. C. 29. (p. 514.)

Spiritum S. taceretur, ideo nihil amplius addiderunt (Nicaeni Patres). *Verum iis, qui prudenter legerint, ſufficiens videbitur doctrina de Spiritu, quae ea in fide* (Symbolo Nicaeno) *continetur. Docuerunt enim, ſicut credi debet in patrem & filium, ita etiam credendum eſſe in Spiritum, nec aliam quampiam inducentes in divina beataque Trinitate naturam, neque quidquam de Trinitate reſecantes in illa fidei expoſitione.*

(*m*) *Alios*] Horum omnium teſtimonia, ut de *Petavio* nihil dicam, dedita opera produxit & illuſtravit *Georgius Bullus* in *Defenſione fidei Nicae-*

nae

requireret: commiſſuram ceterum inter eas tam arctam judicaſſe, ut μηδὲν μεταξὺ, nihil plane interjici ac interponi inter hypoſtaſes poſſe praeciperent. Nos, cur perfectam trium in divinitate perſonarum aequalitatem tueamur, hac ducimur maxime ratione, quod, hac aequalitate demta & ſublata, intelligi nullo modo queat, quomodo tres omnes perſonae *Deus* ſint. Divinitas enim, quoniam omnibus abſoluta numeris, ipſaque ſumma eſt perfectio, omnes omnino gradus repudiat & recuſat. E contrario Platonici, quamvis tres divinas hypoſtaſes contendant ea ratione inter ſe eſſe aptas atque nexas, ut dignitate atque gradu diſtent, nullam tamen earum rebus connumerari creatis permittunt, verum divinitatis, ſeu naturae nec factae nec creatae rationem & jura vere atque proprie ad omnes tres pertinere, disputant. Non ignotum eſt, quod jam antea protulimus, *Porphyrii* pronuntiatum: ἄχρι τριῶν ὑποστάσεων ἡ θεία περιλαβεῖν οὐσία, *divinam eſſentiam ad tres perſonas eſſe porrectam.* Quibusnam vero rebus divinitatem illam, quam tribus eſſe volunt perſonis communem, contineri putent, ſi quis inſtet ac interroget, primo quidem perfectiſſimam ad eam referent intelligentiam, deinde etiam alia no- 706
minabunt, ſine quibus ea eſſe nequeat. Primam igitur divinitatis proprietatem dicent eſſe aeternitatem: qua una nota *Plato* quoque, uti ſuperius demonſtratum eſt, Deum resque a Deo conditas ſecernere ſolet. Namque ſic rationes ſubducit: Omne, quod aeternum, id creatum non eſt. Quidquid autem aeternitate caret, id etiam creatum ſit, neceſſe eſt. Aeternitatem autem habere, id ipſi eſt non modo ſine principio eſſe, ſed etiam perpetuo & conſtanter ſine fine permanere. Deinde divinitatis hoc eſſe dicent, ut non caſu aut fortuito, ſed neceſſario exiſtat: ex quo conſequitur, fieri nullo pacto poſſe, ut evertatur aut deſtruatur. Quamquam fortaſſis haec notio ſuperiori illa quoque continetur. Poſtremo divinitatem affirmabunt non eſſe ſingularem, verum univerſalem, ἓν καὶ πάντα, *unum & omnia*, ſeu naturam illam, quae comprehendit & complectitur rerum univerſitatem. Quod quidem ejusmodi eſt, ut idem valeat, ac ſi dicerent, Deum eſſe illum, qui infinitus, qui omnipotens, qui totius denique mundi opifex & architectus. Jam vero, ita pergent Platonici, quorum hic ſententiam exponimus, ſi quid praeterea ſit generali divinitatis definitioni addendum, id hoc unum erit, divinitatem eſſe a ſe ipſa, ſeu ex nulla re alia genitam eſſe, rerumque omnium initium, primam originem, & cauſſam praecipuam eſſe. Perficiamus, ſi placet, hac ratione divinitatis deſcriptionem: ſtatuamus, virtutem hanc, quam diximus, ita ei ineſſe, ut, quod ex ſe ipſo non ſit natum, ſtatim ad res creatas detrudi & amandari debeat: quidnam inde conſequetur? Certe hoc, primam & ſecundam divinitatis perſonam tam apud Platonicos, quam Chriſtianos naturas eſſe factas & creatas, non vero Deum. Secunda enim quoniam ex prima, tertia vero ex prima & ſecunda ſimul, omne, quod eſt, atque divinitatem, quam habet, accipit, evidens eſt, neutram rerum omnium unicam eſſe cauſſam & principium poſſe. Interim omnes in hac

ſunt

nae *Sectione* IV. quam inſcripſit: *de ſubordinatione filii ad patrem, ut ad ſui originem ac principium*, p. 251. ſ. *Opp.* Iſta vero effata an eam vim habeant omnia, quam habere putantur, valde dubium eſt, longioriſque deliberationis, quam hic locus patitur, argumentum.

(n) *Et pater*] Prima verba loci hujus ex *Lactantio* adducti non exſtant diſerte apud eum, haec nempe: *Et pater & filius Deus eſt.* Nec tamen negem, idem aliis verbis a *Lactantio* loco illo dictum eſſe.

(o) *Athanaſium*] Inſpice *Librum* ejus ſeu *Epiſtolam de Synodi Nicaenae contra haereſin Arianam decretis*, *Tom.* I. *Opp. p.* 277.

(p) *Petavio*] Vid. *Lib.* I. *de Trinitate Cap.* 3. *p.* 20. & *Cap.* 4. *p.* 24. *Tom.* II. *Dogm. theologicor.*

Digitized by Google

ſunt ſententia Platonici, ea, quae aeterna ſunt, quae neceſſario exiſtunt, quae finibus carent, quae infinita potentia valent, quae rerum naturam condiderunt, a naturis omnibus creatis religioſiſſime coli, divinisque honoribus, tamquam Deum, adfici debere. Haec igitur divinitatis eſſentia, quam ad omnes tres hypoſtaſes aequabili ratione pertinere cenſent Platonici, quum, non ſecus ac omnes reliquae eſſentiae, nullam omnino diviſionem patiatur, nihil habent praecepta Platonicorum, quod repugnet, quo minus tres perſonae, diſpari licet gradu ſint & numero, prorſus tamen aequales inter ſe ac pares certo ſenſu dicantur: ſunt enim omnes proprie & aequaliter Deus, ſeu nec factae nec creatae. Ita vero dum Platonici inter θείωσιν & ὑπόστασιν diſtinguunt, ſeu inter ipſam divinitatis *eſſentiam* ejusque *perſonas* & hypoſtaſes, primamque naturae divinae hypoſtaſin communem decernunt eſſe, generalem ac univerſalem, non deſunt illis, quibus ſeſe muniant, recte ſentientium ex antiquis doctorum ſuffragia & auctoritates. Sunt in illis, quibus nulla umquam ob corruptam veritatem macula inuſta eſt, qui pari modo in divinitate *eſſentiam* & *hypoſtaſin* ita diſcrepare ſentiunt, ut τὸ κοινὸν, id, quod commune eſt ac generale, diſtat ab eo, quod τὸ κατ' ἰδίαν eſt, ſeu ſingulare & unicuique rei ſeparatim conveniens. Ex multis aliis unum ſiſtemus *S. Cyrillum*, (*q*) cujus haec ſunt: Ἦν ἔχει λόγον τὸ φύσις ἢ οὐσία πρὸς τὸ ἄτομον, τοῦτον ἡ φύσις ἢ οὐσία πρὸς τὴν ὑπόστασιν ἔχει. *Eſſentia ſeu ſubſtantia divinitatis non aliter ab hypoſtaſi differt, quam genus aut ſpecies differt ab individuo.* Ergo horum non minus ex Chriſtianis doctorum, quam Platonicorum, judicia & opiniones hactenus concordant, quod utrique *eſſentiam* ſeu *ſubſtantiam* divinitatis, cujus omnes tres perſonae ſunt participes, non eſſe ſingularem, ſed univerſalem, ſingulasque praeterea perſonas propriam ſuam habere *eſſentiam*, decernunt. Quamobrem haec ſi modo ſalva maneat partitio,
707 quam *Patres* recte ſentientes approbant, inter *eſſentiam* ſeu *ſubſtantiam* divinitatis & ſingulares ejus *hypoſtaſes*, nec ipſe *Plato*, neque quisquam ex ſanioribus ejus diſcipulis Nicaenae profeſſioni, quae filium ſeu verbum ὁμοούσιον, id eſt, *ejusdem eſſentiae & ſubſtantiae* eſſe, cujus pater eſt, credere Chriſtianos jubet, nomen ſuum adſcribere verebitur. Quin etiam me inferius demonſtraturum eſſe, arbitror, ipſum concilium Nicaeae coactum, quum filium ejusdem eſſe, cujus pater eſt, eſſentiae ac ſubſtantiae ſanciret, hoc unum ſignificatum voluiſſe, filium eſſe Deum, non vero naturam conditam aut factam.

Quod germani Platonici omnes tres hypoſtaſes unum Θεῖον ſeu unam fatentur divinitatem eſſe, id novam, credo, illis ſuppeditabit rationem, quare tres divinitatis

(*q*) *S. Cyrillum*] Vereor, ne memoriae vitio hic lapſus ſit vir doctiſſimus, atque *Cyrillum* nominaverit, quum *Theodoretus* nominandus eſſet. Namque haec verba diſerte apud *Theodoretum Dialogo* I. *adv. haereſes*, qui Ἄτρεπτος inſcribitur, exſtant, non longe ab exordio, *Tom.* II. *Opp. p.* 297. Peccari tanto facilius in hac re potuit, quod eadem res, aliis licet verbis, nec eodem modo a *Cyrillo Alexandr.* traditur *Dialogo* I. *de Trinitate p.* 408. *Tom.* V. *Opp. ed. Auberti.* Placide quieſcant cineres optimorum virorum, quibus haec diſtinctio accurata & commoda olim viſa fuit: nec enim animum veri amantem & recti fuiſſe in illis diffiteor. At mallem tamen ab ejusmodi ſubtilitatibus aut abſtinuiſſent plane, aut ſaltim in illis explicandis plus cautionis adhibuiſſent. Iterum non ultimum vel ex hac ὁμοούσιος & ὁμοία diſſerentia opinionis ſuae praeſidium petunt, qui Nicaenos doctores unum quidem Deum, verum genere tantum & ſpecie, non autem numero, id eſt *tres Deos pures*, profeſſos eſſe, perſuaſum nobis cupiunt. Quicumque certe verborum potius, quam ſententiae, quae doctoribus iſtis fuit, rationem ſibi ducunt habendam eſſe, illis non ſine ſpecie ſic licebit argumentari: Inter ὁμοία & ὁμοούσιον tantum intereſt, quantum inter *genus* & *individuum*. Tria igitur in Deo erunt *individua*, quae tamen unum *genus* conjungit: tresque idcirco in una divinitate

Digitized by Google

tatis ſuae hypoſtaſes ὁμοουσίους ſeu *paris ſubſtantiae & eſſentiae* appellare nil dubitabunt. Ut *Porphyrii* nunc praetermittam, quem antea protuli, locum, (r) *Cyrilli* de tribus principiis eorum verba hoc ſenſu poſſunt accipi: *Μέχρι τριῶν ὑποστάσεων ἡ ἰσότης τῆς θεότητος ἰσχύειν*). *Usque ad tres hypoſtaſes eſſentiam Dei pertinere*, (Platonici) *aſſeverant*. Id eſt: Non modo concedunt, quamlibet trium harum perſonarum eſſe Deum, verum etiam negant, eas totidem eſſe diſtinctos & ſeparatos Deos, verum omnes unum Deum, unam conſtituere divinitatem. Non eſt quidem, quod a Platonicis eamdem ſermonis caſtitatem & loquendi prudentiam requiramus, quam nos, qui *Chriſtum* audimus, ſervare ſolemus. Homines erant veritatis ignari: quare tres ſaepe Deos, primum, ſecundum, & tertium Deum in ore habent. At ubi tamen philoſophorum more aut accuratius verba faciunt, tres perſonas unum eſſe θεῖον aut unam divinitatem, ſtatuunt. Rationes, cur id facerent, has in primis fuiſſe, opinor. Primo tres perſonas aeterno & indiſſolubili vinculo connexas eſſe rebantur, quemadmodum ſplendorem a ſole nemo unus ſecreverit. Deinde omnes mutuo in ſemet ipſis exſiſtere credebant, primam eſſe in ſecunda, ſecundam viciſſim & primam in tertia. Poſtremo tres omnes perſonas conjunctim, quippe qui *μίαν ἐνέργειαν, unam eamdemque virtutem & potentiam ad extra*, habeant, ad integritatem divinitatis perficiendam pertinere, ſtatuebant. Sicut igitur locum medium, diſtantiam radiatam & mobilem ſphaerae ſeu globi ambitum ipſi ſphaerae dicere licet *coëſſentiales* eſſe: ſicut radicem arboris, ſtirpem, & ramos ipſi *coëſſentiales* eſſe arbori, quae ex his tribus perficitur, affirmare fas eſt: ita etiam, ſenſu licet longe ſublimiori & defaecato, Platonicorum tres perſonae, τὸ ἀγαθὸν, νοῦς, & ψυχὴ, divinitati ſunt illi *coëſſentiales*, quae in tota eſt rerum univerſitate, ἐν τῷ παντὶ Θείῳ. Ipſe *Athanaſius* hanc notionem vocis ὁμοούσιος non ignoravit: ſtatuit enim, (*) *τὰ κλήματα ὁμοούσια καὶ ἀδιαίρετα εἶναι τῆς ἀμπέλου*, *palmites ex vite eſſe*, *eique conſubſtantiales haberi*, atque hac ſimilitudine dogma de Trinitate (s) illuſtrat. Erraret vero, ſi quis ſibi perſuaderet, totam Trinitatem eo modo eſſe unam, quo modo quaelibet ejus perſona in ſemet ipſa una eſt. Etenim hoc ſi ita ſeſe haberet, in qualibet etiam perſona Trias eſſet. Similiter idcirco Trinitatem individuam dici, haud putandum eſt, ac ſi tria in ea non eſſent tria: ita enim qui ſentiret, is vero myſterium hoc contemtioni & irriſioni omnium exponeret; Propterea nimirum Trinitas vocatur individua, quoniam omnes tres hypoſtaſes ita connexae ſunt inter ſe ac conjunctae mutuo, ut, quemadmodum radii numquam a ſole ſegregari queunt, ſic nulli prorſus diſſolutioni inter eas locus

(*) De ſententia Dionyſ. p. 556. T. I. Opp.

vinitate perſonae non ſecus differunt, ac *Petrus*, *Paulus*, *Johannes*, qui tria ſunt *individua*, quorum unum tamen *genus* eſt, natura nimirum humana. Sed haec alias.

(r) *Cyrilli*] *Lib.* VIII. *contra Julian. p.* 270.

(s) *Illuſtrat*] Falſum eſt, *Athanaſium* hanc a vite ductam ſimilitudinem ad illuſtrandum dogma de tribus in Deo perſonis accommodare. Diſputat ibi contra Arianos *Athanaſius*, qui filium Dei nobis eſſe ὁμοούσιον aſſeverabant, utque hoc probarent, dictum Servatoris noſtri *Joh.* XV. 1. teſtabantur. Eos quo refellat, contendit locum hunc *Chriſti* ad humanam ejus naturam, non ad divinam, pertinere, noſtramque cum *Chriſto*, Servatore noſtro, cognationem quoad corpus indicare: *Ὥσπερ οὖν τὰ κλήματα ὁμοούσια τῆς ἀμπέλου καὶ ἐξ αὐτῆς· οὕτως καὶ ἡμεῖς ὁμογενῆ τὸ σῶμα ἴσχομεν τῷ σώματι τοῦ κυρίου. Ut palmites ex vite ſunt, eique conſubſtantiales habentur; ita & nos cognata cum domino corpora ſortiti ſumus.* Non ergo Triadis divinae naturam & indolem, ſed rationem cognationis, qua noſtra corpora *Chriſtum* contingunt, hac comparatione explicat *Athanaſius*.

cus ſit, ſed reapſe unum omnes Deum conſtituant. Quocirca, licet in *Platonis* Trinitate, uti vulgo quidem explicatur, certis perſonae diſtent gradibus, neque pares inter ſe omnino ſint, haecce tamen perſonarum disjunctio intra ipſam tantum concipitur eſſe divinitatem, tumque demum intelligitur, quum perſonae inter ſeſe contenduntur & comparantur. Sed *ad extra*, ut ajunt, aut, ſi ad nos perſonae divinae referantur, omnes unus ſunt idemque Deus, nec niſi conjunctim aliquid faciunt & peragunt. Qua quidem ratione omnis inter eas tollitur diſcrepantia, quum, quodcumque unum in ſe idemque eſt, in eo omnis differentia & disjunctio ceſſet prorſus, neceſſe ſit.

703 Ne ſic quidem deſinet Chriſtianus ille *Platoni* deditus, quem loqui facimus, ſed hoc etiam, ut honori magiſtri ſui conſulat, urgebit: Ipſa Chriſtianorum de Deo praecepta efflagitare ac requirere, ut perſonae Trinitatis certa ratione disjungantur, alteraque ſupra aut infra alteram, quando contenduntur inter ſe, collocetur: neque ſolum diſcrimen quoddam τάξεως ſeu *ordinis*, verum etiam ἀξιώματος ſeu *dignitatis* inter eas, niſi ſecum ipſis conflictari velint, Chriſtianis concedendum eſſe. Certum enim primo eſſe, naturam, quae nulli ortum ſuum debet, nec aliunde ulla ratione profecta eſt, illa natura praeſtantiorem & excellentiorem eſſe, quae, quidquid habet divinitatis, ex alia eſt adepta. Jam vero alteram perſonam ex prima, tertiam ex prima ſimul & ſecunda totam accipere divinitatem ſuam, controverſia vacare. Deinde omnes licet perſonae *ad extra*, ut loquuntur, aequali gaudeant virtute ac potentia; in ipſa tamen divinitate, ſeu, ut ajunt, *ad intra* non eſſe parem omnium perſonarum poteſtatem: nec enim filium patrem poſſe generare, neque Spiritui S. integrum eſſe, aut patrem ex ſeſe procreare, aut filium: ex quo planum & perſpicuum evadat, neque alteram neque ter-

(t) *Macrobius*] *Lib.* I. *in ſomnium Scipionis Cap.* 17. *p.* 87.

(v) *Exponi*] Dicta veterum doctorum, qui hoc Servatoris noſtri pronuntiatum ad divinam eius naturam referre non ſunt veriti, collegere *Dion. Petavius Dogm. theol. Tom.* II. *Lib.* II. *de Trinit. Cap.* 2. *p.* 70. *ſ. Sam. Clarckius Libro* celeberrimo: *The Scripture-doctrine of the Trinity p.* 141. *Mich. Lequien Notis ad Damaſceni Libr.* I. *de orthodoxa fide p.* 136. Eorum locos, qui humanae naturae rationem habuiſſe *Chriſtum*, haec dicentem, opinantur, idem deſignavit *Petavius l. c. §.* 11. *p.* 73. [Vid. *Wolle Hermeneutica N. T. p.* 163. *ſ.*] Neutram ego probandam duco explicationem. Nam, ut praeterunttam alia, manifeſtum eſt, de tota perſona ſua hic Servatorem noſtrum loqui, haud vero alteram naturam ab altera diſtrahere. Quamquam, ut, quod res eſt, dicam, plerique antiquorum interpretum, qui ad humanam naturam verba *Chriſti* accommodarunt, non tam dilute ſenſiſſe videntur, quemadmodum eos *Cudworthus* ſenſiſſe putat, ut humanam naturam cum divina ſimpliciter & abſolute hic comparatam eſſe putarent, ſed cenſuiſſe, filium Dei propter aſſumtam humanam naturam minorem patre, utpote qui humanam carnem haud induit, dictum eſſe. Vid. quae *Jo. Caſp. Suicerus* collegit *Theſauri eccleſ. Tom.* II. *p.* 1368. Sed nec intra binas haſce enarrationes, quod vir doctiſſimus exiſtimaſſe videtur, eorum cura conſtitit, qui de ſenſu hujus dicti inveniendo ſolliciti fuerunt. Plures jam interpretationes veterum *Photius* enumeravit *Epiſtolar.* CCXXVI. *p.* 262. qui novam ipſemet ac plane ſingularem invenit, *Chriſtum*que non ex veritate, ſed ex mente ac ſententia diſcipulorum ſuorum, multis tum temporis adhuc erroribus imbutorum, loquutum eſſe, ſuſpicatur. Recentiorum quorumdam cogitata, quorum pleraque verbis tamen diſſident potius, quam ſententiis, praetereo. Satis erit, unius *Frid. Adolphi Lampii*, recentiſſimi ac pereruditi interpretis, meminiſſe, qui *de ea officii Chriſti mediatorii parte, qua defunctus eſt, antequam ad dextram patris exaltaretur*, verba ſuadet accipienda eſſe, *Comm. in Johann. Tom.* II. *p.* 191. Equidem minus difficultatum viros egregios in hoc loco reperturos, citi usque Arianos & alios eo abutentes repreſſuros fuiſſe, arbitror, niſi extra ſeriem & contextum orationis eum conſiderare, quam cum verbis praecedentibus conferre ac copulare maluiſſent. Dixerat Servator: diſceſſum ſuum ex his terris ad patrem coeleſtem gaudii potius & laetitiae, quam do-

tertiam perſonam cauſſam eſſe omnino rerum omnium, ſed tantum primam. Id ſpectavit haud dubie (*t*) *Macrobius*, quum principem trium hypoſtaſeon, ex qua reliquae manarunt, *omnipotentiſſimum Deum* ſalutaret. Alteram nempe tertiamque hypoſtaſin, νῦν & ψυχὴν, hoc ipſo vocabulo largitur *omnipotentes* etiam eſſe: at negat, ſi in ipſa hypoſtaſes divinitate comparentur inter ſe, aeque omnes perfecta valere potentia, tametſi extra divinitatem, & ratione noſtrum habita, omnium perſonarum eadem omnino ſit vis, potentia, & majeſtas. *Plotini* non alia eſt ſententia, cujus haec verba ſunt: (*) Εἰ τέλειον ἐστι τὸ πρῶτον, καὶ δυνάμεις ἡ πρώτη, δεῖ πάντων τῶν ὄντων δυνατώτατον εἶναι, κ. τ. λ. *Si primum eſt perfectum & omnium perfectiſſimum primaque poteſtas, oportet eſſe rerum omnium potentiſſimum, ceterasque potentias, quatenus poſſunt illud pro viribus imitari.*

His etiam majus aliquid audebit Platonicus noſter Chriſtianus, ac in ipſis contendet ſacris litteris non pauca legi paſſim dicta, quae tam ordine, quam gradu divinitatis perſonas differre, docere videantur. Horum dictorum nullum fere notius eſt, quam id, quod ab ipſo Servatore noſtro profectum eſt: *Pater major me eſt.* Quod qui de humana *Chriſti* natura judicant accipiendum eſſe, non nimis accurate rem videntur expendere. Quid enim, quaeſo, in hoc mirabile ac ſingulare eſt, Deum aeternum, mundi totius fabricatorem, mortali homine, ex muliere procreato, meliorem ac praeſtantiorem eſſe? Qua de re nonnulli doctorum Chriſtianorum, quos nemo ceteroquin perverſae doctrinae ignominia notavit, ipſe *S. Athanaſius*, *S. Baſilius*, *S. Gregorius Nazianzenus*, & *S. Chryſoſtomus*, &, praeter hos, Latinorum aliqui, oraculum hoc non de humana, ſed de divina *Jeſu Chriſti* natura volunt (*v*) exponi. Quorum auctoritatibus ipſe impulſus eſt *Petavius* (†) ut profeſſionem fidei, quae *Athanaſio* attribuitur, declarans, ſic ſcri-

(*) P. 517. (Libro, quomodo, quod eſt poſt primum, fiat a primo, Ennead. V. Lib. IV. C. 1.)
(†) De Trinit. p. 863.

doloris & lacrymarum, argumentum amicis ſuis fore, ſi vero ſe amore complecterentur: atque hujus moniti hanc ſtatim ſubiicit rationem: ὅτι ὁ πατὴρ μοῦ μείζων μού ἐστι. Cauſſam igitur haec verba continent, quare *Chriſto* abitus ex his terris a ſuis gratulandus ſit. Judices vero velim omnes eſſe, qui recta valent ratione, an haec cauſſa poſſit eſſe alia, quam ſtatus miſeri atque aerumnoſi in ſtatum longe glorioſiorem atque feliciorem mutatio. Ergo hoc ſibi unice velle ſanctiſſimum Servatorem, certus ſum: *Non eſt, cur aegre meam ad patrem profectionem feratis: pater enim in longe majori gloria & felicitate conſtitutus eſt, atque ego nunc ſum; cujus ego gloriae paternae, hinc ablatus, compos ac particeps ero.* Neque verbum μείζων hanc interpretationem repudiat. Nam qui vel leviter Graecis litteris tincti ſunt, illi non ignorant, verbum hoc, ſi translate adhibeatur, non modo praeſtantiam naturae aut dignitatis, ſed etiam gloriae, ſplendoris, & felicitatis indicare poſſe. Video, *Petavium loc. cit. §. 12. p. 73. 74.* principes ſententiae hujus *Calvinum* & *Bezam* facere: ſed is ipſe tamen aut male horum virorum opinionem expreſſit, aut ſtudio *haereticos*, quos vocat, reprehendendi turpiter ſeſe abduci paſſus eſt, quum ſcriberet, recidere hanc explicationem in eam veterum doctorum opinionem, qui dictum *Chriſti* de humana ejus natura rati ſunt accipiendum eſſe. Multum certe diſcriminis intereſt inter eos, qui *Chriſtum* patre minorem eſſe ſciſcunt, reſpecta ad humanam ejus naturam habito, & eos, qui patrem ideo majorem *Chriſto* vocari aſſeverant, quia pater tum temporis Servatore noſtro gloria & felicitate ſuperior erat. Ex noſtris vir clar. *Henr. Bened. Starckius* in *notis ſelectis ad difficiliora N. T. loca*, *Lipſiae*, 1724. 4. editis, *p.* 109. teſte *Jo. Chriſtoph. Wolfio in Curis philol. ad N. T. p.* 916. ab hac opinione non alienus eſt. Quamquam tam facilis & plana haec eſt expoſitio, ut multos eſſe nil dubitem, quibus ea in mentem venerit: quorum nunc congerere ſuffragia tempus prohibet. Igitur de reliquarum loci hujus explicationum dignitate qui judicare volent, illi hoc regulae inſtar adſciſcant: Quaecumque enarratio cauſſam reddit aut nullam, aut infirmam, quare *Chriſto* reditus in coelum gratulandus ſit, ea repu-

ſcriberet: *Pater major filio, ritè & catholicè pronuntiatus eſt a pleriſque veterum, & origine prior ſine reprehenſione dici ſolet.* Ex quo deinceps efficit, veram profeſſionis Athanaſianae hanc eſſe ſententiam, nullam divinitatis perſonam altera minorem aut majorem eſſe, ſi ipſam intueamur, quae univerſis communis eſt, divinitatis eſſentiam: *quia vera deitas in nullo eſſe aut minor aut major poteſt:* id tamen non impedire, quo minus aliquid inter eas differentiae ſit, ut alia ſit notio verbi: *hic Deus*, alia formulae: *haec perſona.* Non me fugit, eſſe in antiquis doctoribus, qui hanc perſonarum diſſimilitudinem latius patere nolint, quam perſonarum patent, quae vocantur, *relationes*, patris nimirum generatio, filii ex patre procreatio, Spiritus Sancti ex patre & filio proceſſus, in reliquis vero perfectam eſſe omnium ſimilitudinem, exiſtiment. Verum multi tamen ampliorem faciunt hanc
709 disjunctionem perſonarum: in quibus (*x*) *Hilarius*, qui acriter alioquin oppugnat Arianos, *Libro de Synodis* his verbis utitur: *Si quis unum dicens Deum, Chriſtum autem Deum, ante ſaecula filium Dei, obſequutum patri in creatione omnium, non confitetur, anathema ſit.* Addit poſtea: *Non exaequamus vel conformamus filium patri, ſed ſubjectum intelligimus.* Quid? quod ipſe *Athanaſius*, quem unum ſanioris hoc in capite doctrinae ſtatorem & vindicem eſſe, vulgo ſentiunt, dum patrem toties cum ſole ſeu lumine confert, filium cum ſplendore ſeu fulgore (ἀπαύγασμα) lucis primariae, quam comparationem non modo concilium Nicaenum, verum ipſe ſacer codex approbat, ſatis ea re indicat, alteram perſonam certa ratione principi ſubjectam, eaque inferiorem eſſe. Et quid, quaeſo, idem ſibi vult aliud, quum tres divinitatis perſonas negat trium inſtar principiorum ſpectandas, aut cum tribus ſolibus comparandas eſſe, verum non aliter eas ſeſe habere affirmat, quam ſol, ſplendor ſolis, luxque inde orta & derivata: (*) Οὐδὲ γὰρ τρεῖς ἀρχὰς εἰσάγομεν, ἀπὸ

(*) Contra Arian. Orat. IV. p. 467. (T. I. Opp.)

diari debet. Ad quam normam ſi Arianorum, aut ipſa veterum doctorum, cui pretii nonnihil hic ſtatuit *Cudworthus*, ſententia expendatur, confeſtim utriusque apparebit levitas. Quaenam enim haec foret ratiocinatio: Gaudete de meo ad patrem abitu; nam ego patre natura, gradu, ordine, dignitate multo ſum inferior? Valeat Platonicus ille Chriſtianus, qui hic loqui fingitur, ſi praeter hoc dictum, ex ſacris litteris ad confirmandam opinionem ſuam nihil afferre queat.

(*x*) *Hilarius*] Verum eſt, haec verba legi apud *Hilarium Libro de Synodis ſeu de fide Orientalium p.* 1178. & 1182. *Opp. Ed. Bened.* Nec tamen ea ſunt *Hilarii*, ſed decreta concilii Sirmienſis A. 357. contra Photinum habiti, Latine ex Graeco verſa, quae illuſtrantur ab *Hilario*. Priora verba *tertium* faciunt concilii hujus *canonem*, poſteriora pars ſunt *canonis* XVIII. Vid. *Jo. Harduini Concilia Tom.* I. *p.* 702. 703. 704. Sed quum *Hilarius* tamen has Sirmienſis concilii leges approbet, recte ſententia earum antiſtiti huic attribuitur. In utroque canone valde incaute, ne quid dicam gravius, Sirmienſes illi Patres loquuntur, atque de gloria & majeſtate Servatoris noſtri verbis ſaltim detrahunt.

(*y*) *Agnoſcimus*] Ex hoc *Athanaſii* loco parum capient praeſidii, qui *Athanaſium* multum poſuiſſe inter patrem filiumque diſcriminis & diſſimilitudinis, perhibent. Docent nos, qui de interpretandi ratione expoſuerunt, comparationes ab auctoribus adhibitas non eſſe latius, atque propoſitum eorum poſtulat, extendendas: quae regula ſi ad hunc accommodetur locum, omnem illic erroris ſuſpicionem amittet. Diſputat *Athanaſius* adverſus eos, qui tres a Chriſtianis recte ſentientibus induci Deos criminabantur: quibus quidem inter alia ſimilitudinem opponit iſtam, cujus res hic agitur: ex qua quippe affirmat patere, omni hanc accuſationem fundamento carere. Igitur nil, niſi hoc, illa comparatione vult docere, turpiter falli, qui tres Chriſtianorum perſonas totidem clamarent Deos eſſe, minime vero, ea quid patris inter & filii naturam interſit, declarare. His egredi limitibus eos, qui *Athanaſii* ſententiam explanant, jus fasque non patitur, niſi in tritum aliud peccare velint Criticorum praeceptum, quod *tertium*, ut vocant, comparationis in omni ſimilitudine attendere jubet.

(*z*) [illegible] Locus, quem hic emendat vir eruditiſſimus, *Athanaſii* hic eſt ex *Libro de ſententia Dionyſii* p. 565. *T. I. Opp.* Καὶ τὸ [illegible] ἀνυπαίτιον

ἐπὶ μηδὲ τελῶν ἡλίων ὑποτιθώμεθα ἢ εἰκόνα, ἀλλὰ ἥλιον καὶ ἀπαύγασμα, καὶ ἐν τὸ ἐξ ἡλίου ὂν τῷ ἀπαυγάσματι φῶς· ἕνα μίαν δέχεσθαι οἰόμεθα. *Non enim tria principia introducimus, quum non tres soles ad comparationem adducamus, sed unicum solem ejusque splendorem, unicamque ex ambobus lucem: ita unum principium* (y) *agnoscimus.* Quid docet aliud, 710 quando hoc *Dionysii Alexandrini* effatum laudat & comprobat: (*) Ὁ δὲ γε θεὸς αἰώνιός ἐστι φῶς, ὃν οὐδέποτε, οὔτε λῆξόν ποτε· ἐκεῖνον αἰώνιον συνεῖναι καὶ σύνεστιν αὐτῷ τὸ ἀπαύγασμα, ἄναρχον καὶ ἀϊδίως συμφαινόμενον αὐτῷ. *Deus autem aeterna lux est, quae nunquam incepit, nec unquam desinet. Quapropter & aeternus assidet illi & coadest splendor, nullo initio inchoatus, semper genitus, & ex ipso promicans.* Quod si enim Dei filius, quemadmodum solis splendor, ἀϊδίως est, seu perpetuo generatur, consentaneum est, ut eumdem naturaliter ex patre pendere, ejusque dissimilem quodammodo esse, largiamur. Ad hoc efficiendum major etiam vis est in reliquis *Dionysii Alexandrini* comparationibus, quibus patris filiique discrimen & naturam explicat, ab *Athanasio* pariter confirmatis & approbatis. Similes vult esse *Dionysius* patrem ac filium fonti ac rivo, trunco & ramo, aquae ac vapori. Sic enim decet legere (z) ὕδωρ, non vero πνεῦμα; quod ex *Libro* apparet *Athanasii de Synodo Nicaena*, (†) quo filium ex substantia seu essentia patris ita esse procreatum tuetur, ὡς ἐκ φωτὸς ἀπαύγασμα, ὡς ὕδατος ἀτμὸς, *ut a luce jubar, ut ex aqua vaporem*, addens: Οὔτε γὰρ τὸ ἀπαύγασμα, ὅπερ ἡ ἀτμὶς αὐτὸ τὸ ὕδωρ ἐστὶν, ἢ αὐτὸς ὁ ἥλιος, ὅπερ ἀπέστιλεν, ἀλλὰ ἀπόρροιαν τὴν ἐκ πατρὸς οὐσίας. *Neque enim vapor id ipsum est, quod aqua, neque jubar id ipsum, quod sol, sed non alienum tamen, verum ut profluentem eum esse dicas patris substantiae, idque ita, ut interim substantia illa patris divisionem non patiatur.* His omnibus similitudinibus, a fonte & rivo, trunco & ramo, aqua & vapore, ductis, ecquis tam iners est, quin statim intelligat, dissimilitudinem ali-

(*) P. 565. (Lib. de sentent. Dionysii contra Arian. T. I.)
(†) P. 274. (T. I. Opp.)

δείγματα ἡ τὰ πηγῆς καὶ τῆς ποταμοῦ, καὶ τὰ ῥίζης, καὶ τῆς βλαστοῦ, καὶ τῆς σπερμάτου, καὶ τὰ ἀτμοῦ καταισχύνει τοὺς Χριστομάχους, ναυσιᾶν ῥοιζοῦντας καθ' αὐτοῦ. *Nam exempla de fonte, de fluvio, de radice, de germine, & de spiritu & vapore pudefaciunt Christi hostes, contrarios de illo* (Dionysio) *rumusculos spargentes.* Exturbatum vult ex hoc loco verbum σπερμολόγος *Cudworthius*, & receptum e contrario nomen ὑδρολόγος. Ego vero nihil esse mutandum opinor. Namque inter comparationes *Dionysii*, quibus dogma de Triade divina filiique generationem ex patre declarare solebat, una etiam a *spiritu oris* seu πνεύματι & *vapore*, quem oris spiritus gignit, ducta erat. Legantur, velim, & expendantur sequentia *Dionysii* verba, quae rem manifestam faciunt. Servavit ea *Athanasius de sententia Dionysii Tom. I. Opp. p. 562.* Φωτὸς μὲν ἦν ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ, ὁ Χριστὸς ἴσον ἀπαύγασμα· ΠΝΕΥΜΑΤΟΣ δὲ οὐδὲν, (πνεῦμα γὰρ, φησὶν, ὁ θεὸς) ἀναλόγως πάλιν ὁ Χριστὸς ΑΤΜΙΣ λέγει· ΑΤΜΙΣ γὰρ, φησὶν, ἐστὶ τοῦ θεοῦ δυνάμεως. *Si Deum lucem voces, filium splendorem esse dices: si spiritum, (spiritus enim, inquit, est Deus) filium rursus vaporem appellabis. Est enim, ut inquit ille, vapor virtutis Dei.* Quam curate haec *Dionysii* sint dicta, nunc quidem ut exquiramus, necesse non est: satis est, constare ex illis, emendationis nullius *Athanasii* locum indigere. Etenim ut in illo dicto *Athanasii*, ita & in his *Dionysii* verbis πνεῦμα & ἀτμὶς conjunguntur, neque secus ac causa & effectus inde manans considerantur. Ceterum & hoc fugere non poterat eximium virum, esse in antiquis doctoribus, qui generationem filii Dei cum verborum nostrorum generatione conferunt, Deique verbum spiritu Dei non aliter prolatum esse dicunt, quam nostri oris spiritu voces nostrae procreantur. *Lactantius divinar. Institt. Lib.* IV. *Cap.* 8. *p.* 426. *Deus procedentem de ore suo* VOCALEM SPIRITUM, *quem non utero, sed mente conceperat, inexcogitabili quadam majestatis suae virtute ac potentia in effigiem, quae proprie sensu ac sapientia vigeat, comprehendit.* Et interjectis nonnullis: *Quod si quis miratur, ex Deo Deum* PROLATIONE VOCIS AC SPIRITUS *potuisse generari, si sacras voces prophetarum cognoverit, desinet profecto mirari.* Tanto minus vocabulum πνευματόω apud *Athanasium* offendere debebat virum doctissimum.

(z) Pla-

aliquam & disjunctionem dignitatis, quemadmodum illa notissima comparatione, quae a sole & splendore ejus sumitur, significari? Neque ullum dubium est, quin eas ita voluerit accipi *Dionysius*. Nam, quod (*a*) *Photius* memoriae prodidit, alteram personam potentia & gloria inferiorem esse prima, credidit: quae & ante eum *Origeni* fuit opinio. Et utriusque tamen testimoniis secure *Athanasius* utitur, nec ullam auctoribus inurit notam aut maculam. Quamobrem, quod *Athanasius* ceterique doctores recte de rebus divinis sentientes, qui contra Arianos dimicarunt, omnium trium personarum summam similitudinem tantopere inculcant, id ideo feciisse putandum est eos, ut Arianorum dogmata refellerent. *Arius* filium ita pronuntiabat patris esse dissimilem, ut eum ἀνόμοιον diceret, seu diversae prorsus

711

(*a*) *Photius*] Nusquam, quod equidem memineri, *Photius* accusat *Dionysium* de vitiato Christianorum de tribus in Deo personis dogmate. At refert ex *Steph. Gobaro Photius Biblioth. Cod.* CXXXII. *p.* 901. non nimis benigne de *Dionysio* sensisse *Basilium M. Athanasium* contra dogmata ejus plane probasse. Loquutiones certe ac dicendi formas parum concinnas & ad mysterium Trinitatis illustrandum nulla ratione aptas, quum Sabellianos reprimeret, magnus ille *Dionysius* adhibuit. Ex quo quidem evenit, ut non olim modo varias sustinuerit criminationes, sed etiam hodie multis egregiis viris indigna Deo verba profudisse videatur. Vid. *Petr. Dan. Huetius* in *Origenianis Lib.* II. *Cap.* 2. *Qu.* 2. §. 10. 25. Verum adversariorum obtrectatione prudentior factus *Dionysius*, cum singulari *Apologia* istas accusationes diluit, tum longe majori verecundia & castitate de divinis personis sub vitae exitum disseruit.

(*b*) *Stare*] Non nostrum est tueri omnia, quae vetusti Christianorum doctores in explicando de tribus in Deo personis dogmate excidere sibi passi sunt: in quibus multa esse comiteor, quae ab exacta Theologorum & sacrarum litterarum regula dissident, nec severi judicis examen ferunt. Comparationes praesertim eorum a rebus humanis & naturalibus ductae, ne illis quidem exceptis, quibus uti consuevit *Athanasius*, animos & aures eorum non mediocriter feriunt, qui recto res divinas pretio aestimant, Deumque negant ex caducis & miseris mortalium negotiis metiendum esse. Sed nec tamen illis comitem me praebeo, qui vehementius similitudines istas & imagines premunt, &, quod vir doctissimus hic facit, satis in illis virtutis esse opinantur ad ostendendum, quantum illi generi faverint antiqui Christianorum doctores, quod patris filique ac Spiritus sancti naturas dignitate atque gradu discrepare arbitratur. Hoc autem ne faciam, isthuc me primum commovet, quod ipsae similitudines illae, quarum ope *Cudworthus* ellici posse sperat, filium patre, Spiritum S. vero patre ac filio multo minorem a *Dionysio* & *Athanasio* fuisse habitum, si acrius & invidiosius expendantur, in suspicionem Sabellianismi doctores hos inducere possunt: a quo tamen vitio nemo nescit eos quam longissime remotos fuisse. Nam sol, splendor solis, & radiatum, quod solem cingit, lumen quid sunt aliud, quam unus idemque sol, diverso modo oculos nostros feriens? neque aquam & vaporem ex aqua natum aliud quid distinguit, quam exsistendi modus. Idem prope de fonte ac rivo inde profluente dixerim. Igitur quicumque has comparationes firma esse argumenta negant, quibus Sabellianismi possint postulari veteris ecclesiae doctores, his concedendum quoque est, neminem illis in universum uti posse ad veram eorum, a quibus usurpatae sunt, de Triade divina sententiam indagandam. Deinde hoc etiam facit, ut benignius similitudines istas accipiendas esse putem, quam primus adspectus postulare videtur, quod saepenumero auctores earum monent, multum esse in illis dissimilitudinis, neque res humanas & spectabiles suppeditare aliquid tam perfectum, ut divinae naturae germana esse imago possit. Multi mihi sunt hujus argumenti loci apud auctores antiquos observati: ex quibus aliquos hic apponere non molestum erit, ut habeant illi, qua sese curent, qui hodie tam audacter ex Patrum similitudinibus gravissimarum accusationum materiam colligunt. Familiam ducat insignis *Cosmae*, quem *Indicopleustem* vocant, locus, quo omnes Trinitatis comparationes parum esse Deo dignas tradit, ne illis quidem demtis, quibus Apostoli mysterium hoc illustrarunt. Postquam nimirum ipse similitudines aliquot attulerat *Topograph. Christianae Lib.* V. *p.* 258. *Tom.* II. *Collect. novae Patr. Graecor. a Bernh. Montfaucontio curatae*, ita pergit disserere: Ἐχρῆσαν δὲ καὶ τοῖς πατράσι παραδείγμασι σωματικωτέροις ἐπὶ τῆς ἁγίας Τριάδος· οἱ μὲν γὰρ ἐκ τοῦ ἀνωτάτω φωτὸς καὶ ἐξ αὐτοῦ δύο φωτὰς προχεισθέντας· οἱ δὲ δίδυμα, ὡς ῥίζαν, καὶ πλάτανον, καὶ πηγήν· πάλιν δὲ, εἴτε ἀκτῖνας, εἴτε κατόπτρους, σωματικώτερον ἐπὶ τοῦ πνεύματος ὑποδιδόντες ἐξήκουσι, ὡς ὁ παραδείγματι, λειτόμενα μέντοι πάντα τῆς θείας ἐννοίας· οἱ δὲ τῇ μουσικῇ κατασκευῇ, ὡς πνεύματι καὶ ἁρμονίᾳ πάλιν, ἀκατάστατα σωματικῶς περὶ θεοῦ. *Quidam vero patres aliis ad corporeum morem propius accedentibus exemplis sunt usi circa sanctam Trini-*

ta-

ſus a patre eſſentiae, patremque Deum, filium vero rem creatam eſſe, decerneret. Cui ut modum ſtatuerent impietati, reliqui doctores filium diſputabant eſſe patri hactenus ſimilem, ut illi eſſet ὁμοούσιος, ſeu ejusdem eſſentiae, id eſt, Deus, non res facta aut creata. Haec autem ſimilitudo & aequalitas non omnem inter patrem & filium differentiam ac disjunctionem dignitatis tollit. Salva manere poteſt illa paritas, & *Petavii* tamen disjungendi formulae, *hic Deus* & *haec perſona* ſuo pariter loco (*b*) ſtare.

Haec ſi ita ſunt, neſcio, an tanta ſit, quantam volunt plurimi, inter Platoni- 712
cos ſobrie & ex praecepto magiſtri ſui philoſophantes; & antiquos Chriſtianorum doctores, in quibus nulla hodie erroris labes haeret, diſſenſio de Trinitate divina. Ve-

tatem: alii quidem quaſi ex perenni fonte promanantes duos fluvios eſſe ajunt: alii arbori ex radice, ramis & fructu conſtanti ipſos comparant: omnes autem, ſive apoſtoli, ſive patres, utpote homines, corporeo more, afflante Spiritu Sancto, loquuti ſunt, exemplis uſi divina ſubſtantia longe inferioribus. In futuro autem ſtatu, quia ſpirituales reſurgemus, a curatiorem Dei notitiam obtinebimus. Hunc ſequuntur *Hilarius*, qui cum hoc nos docet, humanas comparationes parum gloriae ac majeſtati divinae reſpondere, tum veritatis corruptores ſignificat coëſſe fere doctores Chriſtianos, ut ejusmodi adhiberent adumbrationes, *Lib.* VII. *de Trinitate* §. 28. p. 935. *Admonuiſſe, inquit, nos in exordio ſermonis noſtri, meminimus,* HUMANAS COMPARATIONES *divinis non ſatisfacere exemplis: tamen pro parte intelligentiae noſtrae ſenſuum formis corporalibus eruditi.* Poſtea, cum nonnullas ejusmodi comparationum propoſuiſſet, ſic pergit §. 30. p. 937. *Haec —— ad intelligentiam fidei tantum comparata ſint, non etiam ad Dei dignitatem, ut nos potius intelligentiam ineffabilium ex corporalibus ſumeremus, non utique ut aliquid naturae Dei ſatisfaceret comparationis exemplum, —— ſed quia ſi plicium modum furor haereticus turbaret, ut id de Deo credi non oporteret, quod difficile, niſi per corpoream comparationem, poſſet intelligi.* Tertium ponam *Cyrillum* Alexandrinum, qui de generatione divina & tribus in Deo personis verba faciens, hoc inter alia modo diſſerit *Lib.* VIII. *adv. Julian.* p. 264. 265. *Μικρὰ μὲν λίαν τῆ παραβολῆ τὰ τῆς παραθέσεως· ἴσως δὲ ἔστι καὶ τοῦτο ἀναδέξασθαι τὸν λόγον εἰς τὸ ἐπίκτητον λόγῳ τὸ καθ' ἡμᾶς· ἐπεὶ καὶ ἡμῖν, εἴ τι παρὰ τοῖς, πρὸς γνῶσιν τοῦ ἀϊδίου καὶ θείας ἰσχυόντος δέξει, καὶ ἡμῖν ἔστιν ἀκατάστατος συνέσεως αὐτῆ καὶ ἀκαταμάθητος ἴχνος· ταύτῃ τοι καὶ μάλα πιθανὰ τὰ ἐν τῆ παραδείγματος ἰσχυόμενα, δι' ὧν ἔστι τι καὶ μᾶλλον συναγείρειν, εἰς ἔρευναν καὶ μερίαν τῆ ζητουμένῃ πρόσφορα. Et valde quidem exiles ſunt, quae proponuntur, comparationes (Trinitatis): verumtamen ejusmodi ſunt, ut mentem ad ea, quae rationem noſtram ſuperant, evehere poſſint. Quum enim, quodcumque productum eſt longe infra ſupremae omnium ſubſtantiae gloriam ſit poſitum, nihilque ſit ei affine, aut prorſus aequale, idcirco non abs re comparationum uſum emendicamus, unum quid e multis & valde exile colligentes ad obſcuram & mediocrem rerum, quae quaeruntur, demonſtrationem.* *Auguſtinum* in imaginibus divinae Triadis excogitandis juſto fuiſſe liberiorem vel audaciorem, multi, nec ſine omni ratione, conquerentur. Sed is ipſe tamen variis in locis parum comparationibus ſuis tribuit; quod vel haec ejus verba docebunt ex *Lib. contra ſermon. Arianor. Cap.* 16. *Tom.* VIII. *Opp. p.* 450. *Quatenus ſint autem iſta ſimilia, & rurſus quantum diſſimilia illi incommutabili Trinitati, quae Deus eſt, longum eſt enucleatiſſime diſputare. Sed ideo tantum hoc commemorandum putavi, ut etiam de ipſa creatura aliquid adhiberem, unde iſti, ſi poſſunt, intelligant, quam non ſit abſurdum, quod de patre, filio, & ſpiritu ſancto dicimus, inſeparabilia fieri ab omnibus opera.* Ultimus teſtium *Jo. Damaſcenus* ſit *de fide orthodoxa Lib.* I. *p.* 137. *Tom.* I. *Opp.* Ἀδύνατον γὰρ ὑπάρχειν ἐν τῇ κτιστῇ φύσει ἀκριβομάθητον ἐν ἑαυτῇ τὸν τρόπον τῆς ἁγίας Τριάδος παραδιδόναι· τὸ μὲν ἄκτιστον, τῷ ἀϋλίστῳ, τῷ ἀόρατον, τῷ ἀπείρῳ, τῷ ἀπερίγραπτον, τῷ χῶρον μὴ ἔχειν, τῷ φύσεως πᾶσι σαφῶς δηλοῦσθαι τὸν πάντων τούτων ἐκπεφυκότα ἀναίτιον θεῖον· *Neque enim fieri poteſt, ut in rebus creatis imago ulla aut ſimilitudo reperiatur, quae ſanctae Trinitatis modum in ſe ipſa citra ullam diſſimilitudinis notam repraeſentet. Quod enim creatum, & compoſitum, & cauſatum, & mutabile, & circumſcriptum, & figura praeditum, & corruptibile eſt, quo tandem modo ſupereſſentialem eſſentiam divinam, ab his omnibus liberam, aperte declarabit?* Multo plures ejusdem generis loci ex veterum eccleſiae doctorum, qui ſuperſtites ſunt, libris, ſi res ita poſcat, proferri poſſunt. Qui vero tam ſobrie ac ſapienter de comparationum ſuarum natura & uſu cenſuerunt, illi, non intelligo, quo jure a multis tot graviſſimorum infimulentur erroran non alia de cauſa, quam quod ſimilitudines, quibus myſterium divinae Triados illuſtrant, non ſatis concinnae ſunt, neque tantae rei dignitatem ac majeſtatem omnino exprimunt.

Verum habebit tamen Platonicos noſter Chriſtianus, quae his jungat, alia. Ne ipſas quidem pugnabit Platonicae philoſophiae leges requirere, ut amatores ejus aut arctius conjungant, aut latius disjungant divinitatis perſonas, quam vel ipſi fecerunt illi ex Chriſtianis, quibus nihil umquam fuit olim in tuenda ſaniori doctrina ſeverius & conſtantius. Ex praeceptis plerorumque Platonicorum principis perſonae notam, qua ſecernatur a reliquis, *infinitam* eſſe *bonitatem*, ſecundae *infinitam ſapientiam*, tertiae *infinitum amorem & potentiam*: neque eas notas ſpectari, tamquam qualitates aut virtutes, ſed ut res vere conſiſtentes: Hae ſi ſerventur ac retineantur notae, tum hoc longe intellectu facilius fore, omnes tres perſonas unum tantum eumdemque Deum vere conſtituere, atque illud, quomodo fieri poſſit,

(c) *Altera*] Brevius hic loquitur & obſcurius, quam vellem, vir doctiſſimus. Potuiſſem pluribus verbis, id quod ſaepius factum eſſe non diffiteor, ſententiam ejus enarrare: ſed metui, ne vim inferrem cogitatis ejus, aut meos ſenſus potius, quam ipſius, explicarem, ſi hoc facerem. Itaque in ipſa verſione malui preſſius, quam alias, verba ſequi Anglica, lectoribusque aliquem conficiendi & divinandi locum relinquere, quam in reprehenſionem eorum incurrere, qui, ſi res agatur retruſa & momenti non exigui, ipſa auctoris verba praecipiunt ab interprete retinenda eſſe. Hic autem liberum mihi erit, quid ſentiam de mente auctoris, exponere: qua in re ſi forte pecco, in obſcuritate ejus ſatis mihi excuſationis erit. Principis perſonae nota ex Platonicorum ſententia, *Cudworthio* auctore, *bonitas* eſt, alterius *ſapientia*, tertiae *amor & potentia*. Hanc ille doctrinam putat multum conferre ad convenientiam Chriſtianorum & Platonicorum in dogmate de divina Triade oſtendendam. Inde enim commode intelligi, quomodo tres numero perſonae unum tamen Deum conſtituant: difficulter vero inde apparere, alteram perſonam altera inferiorem ac minorem eſſe. Nempe *bonitas*, *ſapientia*, & *amor* quemadmodum unam efficiant naturam, ſi vel animam noſtram intueamur, facile comprehendimus: at cur bonitas ſapientia, aut ſapientia ſit amore inferior, quidve tria haec disjungat ita & ſegreget, ut alterum ſubjiciatur alteri, hoc non aeque planum ac apertum eſt accurate meditantibus. Igitur ex doctrina Platonicorum, modo recte percipiatur, egregie unitatem eſſentiae divinae in tribus perſonis elucere, vir doctus vult, *ſubordinationis* vel ſubjectionis alicujus momenti veſtigium paene nullum in ea deprehendi, ſicut inter tres virtutes & perfectiones illas, quas diximus, nulla aut exigua differentia conſpicitur. Haec *Cudworthi* eſt, niſi vehementer erro, ſententia, quam juſto propoſuit obſcurius. Aſſumam ego omnia, quae in fundamentis hujus opinionis ponit, id eſt, ſenſiſſe ita familiam Platonicam, ut ſenſiſſe hoc in loco dicitur, concedam: largiar quoque, facilius a nobis concipi, quomodo tres virtutes unam naturam conficiant, quam intelligi, quo diſcrimine virtutes hae ſecretae ſint: de re ipſa tantum diſpiciam. Puto vero, illud ipſum, quod *Cudworthus* addit, tria iſta nomina, *bonitas*, *amor*, *ſapientia*, non trium eſſe virtutum aut qualitatum nomina, ſed trium perſonarum & naturarum vere conſiſtentium, omnem ſubtilioris hujus argumentationis dignitatem evertere. Etenim, ſi tria illa vocabula tres indicarent modos, aut tres notiones & perfectiones, bene ſe haberet *Cudworthi* ratiocinatio, nec eſſet certe, cur conquereremur, dogma hoc de Deo uno & trino infinitis tenebris circumſeptum eſſe: nec enim quisquam eſt, qui neſciat, rem unam & naturam cum varia ratione ſpectari, tum multis perfectionibus praeditam eſſe poſſe. Ita vero de univerſo trium perſonarum diſcrimine actum foret, nec plus eſſet inter tres divinae naturae perſonas differentiae, quam inter tres unius animae facultates, aut inter tres agendi modos. Veciſſent igitur Sabelliani, qui vocantur: nec dubito, quin ipſi Sociniani ac Judaei libenter hanc Trinitatem recepturi eſſent. At ſi *bonitas*, *ſapientia*, & *amor* trium ſunt perſonarum vocabula, neſcio, quidnam nobis haec nomina emolumenti & adjumenti afferant ad divinam Trinitatem clarius intelligendam. Nam quod aliis vocabulis res quaedam abſtruſa exprimitur, id naturam ejus haud mutat: nec idcirco, ſi loco vocabulorum *pater*, *filius*, & *Spiritus S.* nomina *bonitas*, *amor*, *ſapientia* eadem notione uſurpentur, clarius intelligitur, quomodo tria in Deo unum ſint, atque antea intellectum erat. Idem dixerim de omnibus illis, qui divinae Trinitatis imagines in anima noſtra ſeu in facultatibus ejus poſt *Auguſtinum Lib.* XIV. *de Trinit. Cap.* 8. *Tom.* IX. *Opp. p.* 675. *ſ.* invenire ſibi viſi ſunt. Quod ſi vocabula *memoria*, *intelligentia*, & *amor*, quibus *Auguſtinus* & innumerabiles poſt eum alii hac in re ſunt uſi, eamdem ſervant in hoc negotio poteſtatem, quam habent, quum ad noſtram applicantur animam, melius quidem perſpicimus, quid ſit Deus unus & trinus, at ſimul totum myſterium amittimus. Novam vero ſi accipiunt ea nomina poteſtatem, naturasque deſignant vere conſiſtentes, ad priſtinas revertimur difficultates, nec lucraci ſumus aliquid ex ita ima-

gi-

possit, ut altera persona certa ratione minor & inferior sit (*c*) altera. Accedit huc aliorum Platonicorum dogma, quod ex *Porphyrio* refert *Augustinus*, quamvis sibi vim illius perspectam haud esse profiteatur: Tertiam hypostasin rem esse quamdam inter primam & secundam interjectam seu *mediam*. A quo dogmate nec *Proclum* video fuisse alienum, qui tertiam similiter personam aliquoties μέσην δύναμιν, *mediam potentiam*, & σχέσιν ἀμφοῖν, *relationem, quae inter primam & secundam personam intercedit*, appellat. Nihil vero aptius hoc reperiri potest ad nonnullorum ex Christianis doctoribus opinionem, qui tertiam personam copulam veluti quamdam esse putant, quae patrem jungat & filium, illumque amorem, quo se pater atque filius mutuo (*d*) complectuntur. Quare hoc si obtineat Platonicorum scitum,

gine, quum nominum mutatio in rem ipsam nihil mutationis inferre valeat. Quae quum ita sint, Platonicus *Cudworthi* Christianus ancipiti premetur hic periculo. Si nomina *bonitas*, *amor*, *sapientia* qualitatum & perfectionum esse confitebitur signa, toto genere discrepabit Platonicorum Trinitas a Christiana Trinitate: sin vero personas his nominibus indicari statuet, quidnam, quaeso, nacti sumus ad ea impedimenta tollenda, quae nos & Platonicos segregant? Clariorne ideo erit unitas in Trinitate? Definetne idcirco *subordinatio* personarum in Trinitate Platonica, quia nomina rerum, inter quas dissimilitudinem dignitatis non facile reperias, personis illis attribuuntur? Inter *regem*, *filium regis*, & utriusque *administrum* ingens est disparitas & differentia: sed abiiciamus haec nomina, atque in eorum locum haec tria substituamus vocabula: *dominus*, *moderator*, *magistratus*: num haec nominum mutatio efficiet, ut personae ipsae pares inter se ac aequales sint, quae antea non mediocri disjunctae fuerant intervallo?

(*d*) *Complectuntur*] Placet ipsa verba *Augustini*, quo melius intelligantur, quae hic dicta sunt, describere: *Quae* (Porphyrius) *dicat esse principia, tamquam Platonicus, novimus. Dicit enim Deum patrem & Deum filium, quem Graece appellat paternum intellectum vel paternam mentem. De Spiritu autem sancto aut nihil, aut non aperte aliquid dicit: quamvis, quem alium dicat horum medium, non intelligo. Si enim tertiam, sicut Plotinus, ubi de tribus principalibus substantiis disputat, animae naturam etiam ipse vellet intelligi, non utique diceret horum medium, id est, patris & filii medium. Postponit quippe Plotinus animae naturam paterno intellectui: ille autem, quum dicit medium, non postponit, sed interponit.* Parum mihi providus, haec quum scriberet, fuisse videtur *S. Augustinus*. Etenim ita rationem subducit: Quodcumque medium est inter binas quasdam naturas, id non potest illis subjectum esse aut ordine inferius. Quum itaque *Porphyrius* illam naturam, quam patri addit & filio, *mediam* appellet, fieri nullo modo potest, ut ea natura, quam *mentem* & *tertiam hypostasin Plotinus* vocat, eadem sit, quae *Plotini media*. Differt ergo Theologia *Plotini* & *Porphyrii*. Fingit hic sibi temere difficultates vir egregius, neque secum recordatur, nil repugnare, quo minus aliquid simul *medium* inter res binas sit, & ordine tamen *tertium*. *Merum* scilicet seu *medium* duplici modo aliquid dicitur, aut *naturae* habita ratione, aut vero *ordinis*. Quaecumque ex binis naturis conflata sunt veluti & composita, aut ex duplici genere habent aliquid, illa *media* dicuntur nonnumquam: quo sensu si vocabulum *medius* adhibeatur, idem est, quod *mixtus*. *Cicero de optimo genere orator. Cap.* 1. *p.* 822. *Tom.* II. *Opp. Oratorum si quis ita numeret plura genera, ut alios grandes,* —— *alios tenues, alios eis interjectos & tamquam* MEDIOS *putet.* Hic *medii oratores* illi sunt, qui ex copia & tenuitate concreti quasi sunt. At illi quoque *medii* dicuntur, qui secundum inter duos quaedam locum tenent & occupant. Non est vero necesse, ut illud, quod superiori modo, ratione nimirum *naturae* habita, *medium* est, respectu quoque ad *ordinem* habito, *medium* sit. Numerus ternarius, ut exemplum afferam, ad hanc rem in primis accommodatum, *medius* est, si naturam spectemus, inter unitatem & numerum binarium, quoniam ex *monade* & *dyade* compositus est: verum ordo si consideretur hujus numeri, non medium, sed tertium tenet locum. Aliud *Cicero* suppeditat exemplum; utpote qui *Paeona*, qui numerus oratorum ex *Jambo* & *Trochaeo* conflatus est, & *medium* inter *Jambum* & *Trochaeum*, & simul tamen, gradu nimirum ac ordine, *tertium* vocat, *Oratore Cap.* 57. *p.* 744. *Tom.* II. *Opp. Ita Paeona probat* (Ephorus), *eoque ait uti omnes, sed ipsos non sentire, quum utantur, esse autem* TERTIUM AC MEDIUM *inter illos.* Platonici, qui tertiam hypostasin *medium* aliquid seu μέσην δύναμιν inter primam & secundam hypostasin appellant, superiori significatione vocabulum hoc usurpant, idque sibi volunt unice, tertiam personam ex binis superioribus permistam esse veluti, atque utrique aliquid debere. Scilicet primam hypostasin perfectissimam volunt esse *monada*, alteram, quam rationem seu sapientiam nominant, *multitudinem* quamdam complecti; tertiam vero existimant ex unitate ac multi-

Digitized by Google

714 tum, non tam descensum quemdam in Trinitate fas erit animo concipere, quam orbem atque circulum. Igitur his fretus omnibus Platonicus noster *Christo* deditus, sic rationem concludet: Platonicos quidem nonnullos juniores doctrinam de Trinitate turpiter adulterasse ac commaculasse: attamen aut inter eam, quae vere *Platonis* fuit, hac de re sententiam, si modo recte intelligatur, & Christianorum disciplinam multo esse levius, quam videatur plerisque discrimen, aut vero exigua, ut omnis inter utramque doctrinam tollatur differentia, correctione ac emendatione opus esse.

Ergo constat, germanos *Platonis* sectatores tres divinitatis, quam profitebantur, personas non modo omnes pro Deo, sed etiam pro uno Deo, aut μιᾷ ἰσότητι, *una integra divinitate*, habuisse: per quam sententiam licuit illis etiam praecipere, totam divinitatem unam numero & singularem essentiam habere. Interim confitendum est, nusquam genus hoc dixisse, tres hypostases rem unam numero & eamdem esse, neque singulas distinctis propriisque essentiis esse praeditas. Verebantur enim, ne, si hoc affirmarent, reapse concederent, non esse tres hypostases, sed unam tantum, eaque ratione suam ipsimet doctrinam funditus everterent aut labefactarent. Quamquam ne hic quidem deerunt Christiano *Platonis* studioso, quibus existimationem magistri sui defendat. Antiquos dicet Christianorum doctores, qui veritati coelesti rectissime ab omnibus consuluisse putantur, in hac generatim sententia versatos esse, *essentiam* seu *substantiam* divinitatis, quae tribus omnibus personis communis est, efficique, ut singulae Deus sint, non esse singularem quamdam aut uni rei propriam, sed communem tantum & universalem *essentiam* seu *substantiam*. Vocabulum enim *substantia* eadem adhibuerunt illi notione, qua verbum valet *essentia*, atque *universalibus* imposuerunt, quemadmodum Peripatetici solent, qui hominem aut animal generatim spectatum *substantiam secundam* appellant. Hoc autem ex eo intelligitur, quod hi doctores, qui pro sana de Trinitate doctrina acriter propugnant, vulgo sic distinguere solent in hoc certamine inter οὐσίαν seu *essentiam* aut *substantiam* divinitatis, & inter ὑπόστασιν seu *personam* ejus, ut *hypostasin* seu *personam* statuant esse proprium, singu-
715 lare, & circumscriptum aliquid, *essentiam* vero seu *substantiam* generale aliquid, com-

titudine certo modo contextam ac concretam esse. In prima hypostasi *bonitatem* collocant infinitam, in altera *sapientiam* interminatam; tertiam personam ex utraque superiori cum bonitatis, tum sapientiae hauire copiam, arbitrantur. Qui *Plotini de tribus hypostasibus* libellum attentus legerit, is hoc ita sese habere nihil dubitabit: nam *Plotinus* & tertiam hypostasin *unum* esse aliquid *Cap.* 2. *p.* 483. decernit, & alias esse eam *numerum* seu *multitudinem* scitscit. Vid. *Cap.* 3. 6. *p.* 484. 487. Conferri quoque velim *Procli Theologiam Platonicam Lib.* III. *Cap.* 11. *p.* 135. *f.* ubi copiose ac subtiliter de universa hacce re disserit, tertiamque personam μέσον seu *mediam* esse inter id, quod ἄπειρον seu *infinitum*, ac *finitum* est, id est, ex utroque coagmentatum quasi, disputat. Haec vero media natura, quam Platonici tertiae attribuunt hypostasi, non impedit, quo minus eadem tertium in Triade divina locum servet, & utraque superiori minor sit ac inferior. Quae quum ita sese habeant, nec *Augustinum* apertum est totam disciplinae Platonicae rationem perspexisse, quum *Plotinum* a *Porphyrio* dissidere sibi persuaderet, eo quod alter mundi animam *mediam naturam*, alter vero *tertiam* appellasset, nec *Cudworthum* satis diligenter omnia considerasse, quum *Augustinum* sequendum sibi esse duceret, & auctoritate ejus adminuendam discrepantiam Trinitatis Platonicae ac Christianae abuteretur. Quod Platonici tertiam hypostasin suam *mediam* dicant, id vir doctissimus argumento putat esse, tertiam hypostasin ab hoc genere infra primam & secundam hypostasin non esse nimis detrusam, nec ideireo tantam esse, quanta videatur in Triade Platonica subordinationem: contra Platonicorum de tertia hypostasi doctrinam propius ab eorum inter Christianos sententia remotam.

Digiti 009

commune, ac minime definitum. Ita omnes censuisse doctores istos, *Theodoretus* auctor est: (*) Κατά γε τὴν τῶν πατέρων διδασκαλίαν, ἣν ἔχει διαφορὰν τὸ κοινὸν πρὸς τὸ ἴδιον, ἢ τὸ γένος πρὸς τὸ εἶδος ἢ τὸ ἄτομον, ταύτην ἔχει Η ΟΥΣΙΑ πρὸς ΤΗΝ ΥΠΟΣΤΑΣΙΝ. *Secundum doctrinam patrum, quam habet differentiam a proprio commune, vel genus a specie aut individuo, eam habet* οὐσία *ab* ὑπόστασις. Quorum verborum haec est, ut arbitror, sententia: Essentiam seu substantiam divinitatis, quae communis est universis tribus personis, & per quam quaelibet earum Deus est, antiqui doctores non crediderunt esse singularem aut circumscriptam, verum generalem nec definitam essentiam seu substantiam. Nihilo tamen minus una confitetur *Theodoretus*, alios scriptores Graecos hoc minime modo vim vocabulorum οὐσία & ὑπόστασις, *essentia* & *persona*, describere solere, ut illud solis *essentiis* & *substantiis* universalibus, hoc singularibus tantum accommodent & applicent: sed id Christianis tantum doctoribus in explicatione dogmatis de Trinitate divina usitatum fuisse. Neque tamen hi ipsi doctores inficiantur, fas esse, si certamen cum *Sabellii* discipulis instituendum sit, alio sensu praecipere, quamlibet personam, πρόσωπον, ὑπόστασιν, in Trinitate peculiari sua, propria, & singulari essentia gaudere: (†) ideoque commode dici posse, τρεῖς οὐσίας, *tres singulares & peculiares essentias*, non secus ac τρεῖς ὑποστάσεις, seu *tres personas* in Trinitate esse. Nec enim in ejusmodi oratione ὑπόστασιν aliud quid designare, quam *existentem* (e) *essentiam*. At ordinis tamen & discriminis caussa opportunum judicant & necessarium, binorum horum vocabulorum vim ita coërcere ac definire, ut singularis & extistens essentia numquam vocetur *essentia*, verum *hypostasis*, & vicissim vocabulo οὐσία, *essentia* & *substantia*, illa unice generalis ac universalis natura divinitatis exprimatur, quam singulae tres personae aut hypostases divinitatis communem habent. Ad haec roborandа, quae diximus, magnam nobis liceret afferre testimoniorum & dictorum copiam. Illustris est in primis *Basilii* locus, qui, (§) ὃν ἔχει, inquit, λόγον τὸ κοινὸν πρὸς τὸ ἴδιον, τοῦτον ἔχει ἡ οὐσία πρὸς τὴν ὑπόστασιν. *Quae est ratio communis ad proprium, eandem habet usia ad hypostasin.* Verum instar omnium ingenua nobis erit *Petavii*, quam adjicimus, professio: (**) *In hoc uno Graecorum praesertim omnium judicia concordant*, οὐσίαν, *id est, essentiam sive substantiam aut naturam* (*quam* φύσιν vo-

(*) Dial. I. contra haeret. (Tom. II. Opp. p. 297.) (†) Gregor. Nyssenus adv. Eunomium Lib. XII. (p. 301. Tom. II. Opp.) (§) Ep. CCCLXIX. (potius Epist. CCCXLIX. Tom. III. Opp. p. 1046. Par. 1638.) (**) De Trinit. Lib. IV. C. 7. (§. 2. p. 215. Tom. II. Dogm. theol.)

tam esse, qui Spiritum S. copulam seu vinculum patris & filii dixerunt esse. Nihil horum scripsisset, credo, vir egregius, si mirori exarsisset studio Platonicos cum Christianis in unam familiam copendi. De illis, qui Spiritum S. copulam dixere patris & filii, commentatur *Dion. Petavius Dogm. theolog. Tom.* II. *Lib.* VII. *de Trinit. Cap.* 12. §. 8. *p.* 410. *f.* Vellem, qui sic loquuti sunt, plus adhibuissent prudentiae ac cautionis, nec in dogma mentis humanae terminos quam longissime excedens notiones & verba intulissent, quorum exempla divini libri haud suppeditant. At vehementer tamen hi distant ab eorum sententia ex Platonicis, qui τρίτην ὑπόστασιν tertiam hypostasin suam

vocant, summamque tantum trium personarum conjunctionem imagine quadam ex rebus humanis sumta illustrant.

(e) *Essentiam*] Adde ejusdem *Gregorii*, quem in ora laudavit *Cudworthus*, *Librum I. adv. Eunomium* in *Appendice Opp. Gregorii Nysseni Paris.* 1618. *fol. edita p.* 97. Animadverti generatim hic debet, Nicaenos doctores, & qui proxime sunt eos sequuti, vocabula οὐσία & ὑπόστασις promiscue in hoc dogmate de trina divinitate adhibuisse, atque saepenumero miscuisse: idem vero non fecisse illos, qui a concilii Nicaeni aetate paullo fuere remotiores, sed utriusque nominis potestatem ita, ut *Theodoretus* fecit, circumscripsisse.

Digitized by Google

vocant) *generale esse aliquid & commune ac minime definitum*, ἰδικώτερον *vero proprium, singulare, & circumscriptum, quod ex illo communi & peculiaribus quibusdam notis ac proprietatibus veluti componitur.*

Praeter haec, non paucos certum est veterum doctorum, qui ex eo magnam sibi rectae doctrinae famam collegerunt, quod cum Arianis fortiter congressi sunt, hac etiam imbutos fuisse opinione: Tres personas seu *hypostases* divinae Trinitatis non modo generali praeditas esse & universali divinitatis essentia, quae, quum unaquaeque Deus sit, communis est omnibus, verum etiam tres esse circumscriptas & singulares essentias, uni speciei seu uni divinitatis essentiae ac substantiae subjectas: similiter, ut tres homines, *Thomas*, *Petrus*, & *Joannes*, sub unam generalem speciem, hominem nimirum seu *essentiam* humanitatis, referuntur, nec nisi numero inter se differunt. Hinc factum est, ut quidam horum doctorum, (*f*) *Anastasius* exempli caussa & *Cyrillus*, hanc descriptionem conficerent personae seu ὑποστάσεως in Trinitate: *Persona est essentia cum suis quibusdam proprietatibus ab iis, quae sunt ejusdem speciei, numero differens.* Atque hanc sententiam, ut multos tam ex Graecis, quam Latinis alios praeteream, ligillatim *Gregorius Nyssenus*, *Cyrillus Alexandrinus*, *Maximus Martyr*, & *Damascenus* eam aperte complexi sunt, tum diligenter copioseque defenderunt. Quorum verba quoniam a (*g*) *Petavio* jam in
716 medium allata sunt, equidem hoc loco repetere nolo. Ab hac igitur qui opinione stabant, hi omnium acerrime pugnabant, tres in divinitate personas, inter se comparatas, ex omni parte ac modo pares esse ac aequales, nec ullam gradu & dignitate ab altera distare. Namque hic rationem subducebant: Sicuti tres homines, quorum unus est pater, alter filius, tertius nepos, non mutuo ex sese pendent, neque certis gradibus, naturae ratione habita, sejuncti sunt, sed numero tantum differunt: ita etiam tres divinitatis personae, pater, filius, & Spiritus sanctus, tres circumscriptae sunt naturae, quas una comprehendit ac jungit species, seu una divinitatis essentia: numero itaque tantum distant, ceteroquin summa & perfectissima earum aequalitas est, nec altera sub alteram subjecta est, aut altera minor & inferior altera. Haec illa est, quam toties inculcant, ὁμοουσίωσις, *coëssentialitas* aut *consubstantialitas*. Quamobrem, id quod memoratu dignum est, *S. Cyrillus* ex his unus, quos jam nominavimus, Theologis id tantum in *Platonis* Trinitate desiderat, quod ejusmodi ὁμοουσίωσις seu *coëssentialitas & consubstantialitas*, in ea minime reperiatur: (*) Ἐλλοιπεῖ δ' ἂν πρὸς τοῦτο αὐτοῖς λόγου, εἰ καὶ τὴν ὁμοουσιότητα λέγειν ἐφιέμεθα ἔθελον ὑποστάσεσι ταῖς τριοῖν, ἵνα καὶ μία νοῆται τοῦ θεότητος φύσις, ἃ τελεωθεῖσι σὺν ἴσχυσι πρὸς ὑποστάσεις φυσικὰς καὶ τὸ γε δὴ δεῖν αὐτοῖς ἐν μείωσιν δόξης ὑποκείσεται. *Nec ad veritatem illis* (Platonicis) *quidpiam deesset, si consubstantialitatis vocabulum accommodare vellent tribus hypostasibus, ut etiam una intelligeretur natura divinitatis, triplicitate illa carens, qua naturalis inducitur diversitas, & hypostases aliae aliis inferiores apparent.* Ergo si Platonici hoc a se impetrare potuissent, ut *Cyrillo* sociisque doctrinae ejus assentirentur, tres personas Trinitatis tres esse naturas circumscriptas, aequales inter se ac pares, sui denique omnes juris, ad quas una ta-

(*) Contra Julian. Lib. VIII. p. 270.

(*f*) *Anastasius & Cyrillus*] Haec personae definitio legitur in illa ἐκθέσει συντόμῳ τῆς ὀρθοδόξου πίστεως, seu *Expositione compendiaria fidei orthodoxae*, quae sub *Anastasii* & *Cyrilli* nomine exstat, & a viris doctis ex utriusque hujus doctoris scriptis constata esse putatur. Edidit eam princeps *Theod. Be-*

Digitized by Google

tamen species seu essentia divinitatis pertineret, quemadmodum *Petrus*, *Paulus*, & *Joannes* sub uno continentur genere, humanae nimirum naturae, quae communis est illis, ὁμοουσιότητα illam seu *consubstantialitatem* profecti essent, quam hi tuebantur, neque ulla notati fuissent erroris macula. Verum Triaitas Platonica, id quod supra jam ostendimus, alio tamen sensu erat ὁμοούσιος; ac fortassis ex illis, quae deinceps afferemus, constabit, eadem illam notione ὁμοούσιον fuisse, qua Nicaeni antistites & ipse *Athanasius* suam esse voluerunt *coëssentialem*. Nullum igitur dubium est, quin hi doctores, quorum sensa declaramus, tres personas Trinitatis non alia conjungi unitate putaverint, praeterquam ea, quae *speciei* dicitur. Quae sententia quum omnino poscere videretur, ut tres istas personas tres etiam fatererentur Deos esse, quemadmodum *Petrus*, *Paulus*, & *Joannes* tres distincti sunt homines, viri doctissimi omnes Dialecticorum copias conscribebant, quarum ope planum facerent, quod *Petrus*, *Paulus*, & *Joannes* tres vulgo dicerentur homines, id reluctante ratione & veritate fieri, serioque exhortabantur homines, ut hanc loquendi rationem missam plane facerent ac repudiarent: tres enim istos, eo quod una esset in omnibus species, una natura, una humanitas, proprie & vere unum tantum esse. Suavem vero Dialecticam! cujus auxilio, si quidem voluissent, aeque facile probare potuissent, quotquot orbis hic terrarum continet homines, eos unum tantum esse hominem, omnesque *Epicuri* Deos non multos, sed unum esse Deum. Nolo hic commemorare fusius, ista si obtineat ratio, nullam ullo modo excogitari causam posse, quare tres tantum ejusmodi naturae sint, ad quas una divinitatis species pertineat, quae numero tantum differant, neque aliud quid sint, quam una eademque res ter repetita, quare non plures sint, quare non trecentae, quare non tria millia, quare denique non totidem, quot naturae ac speciei humanae sunt participes. Mitto hoc: satis est, si moneam, isthuc Trinitatis genus tribus reapse Diis constare, quorum nullus ex altero habet aliquid, aut altero inferior ordine & dignitate est. Quapropter non defuturos esse, arbitror, qui veterem & germanam *Platonis* Trinitatem, suis licet vitiis & maculis laborantem, huic tamen, quam *S. Cyrillus*, *S. Gregorius Nyssenus*, & alii quidam doctores, in quibus nullum hodie vestigium male sanae doctrinae reperias, probarunt, Trinitati multum anteponendam, rationisque non minus, quam Christianae religionis, scitis amiciorem esse, judicent. Utcumque est, id tamen ex his elucet, doctores hosce, quos communis paene consensus omni liberat erroris suspicione, quorum numerus non est exiguus, nullo modo censuisse, tres Trinitatis hypostases eamdem habere singularem & exsistentem essentiam. E contrario animum, ut crederet, induxerant, personas divinitatis non alia ratione unius ejusdemque divinae essentiae compotes unumque Deum esse, quam qua tres singulares homines unius participes exsistunt humanitatis essentiae, unusque homo sunt. Verum haecce Trinitas quum consequenti tempore non levem infamiam contraheret, atque plurimis videretur tres Deos inducere, aliud in ejus locum genus suffectum est doctrinae, quod tres personas divinitatis numero statuit easdem esse,

Bern: postea in *Tomum* XV. *Magnae Bibliothecae Patr. ed. Paris.* 1615. *f.* 677. relata est.

(*g*) *Petavio*] *Lib.* IV. *de Trinitate Cap.* 9. § 4 *s. Tom.* II. *Dogm. theol.* Nos de universa hac re, si Deus voluerit, in *Praefatione* disseremus. Neque enim solus *Cudworthus* aut *Petavius* doctorum Nicaenorum multis hanc maculam inusserunt, verum post eorum aetatem plures alii, iique nec ingenio nec doctrina minores: quibus quidem resistere, difficillimum videtur plurimis.

(*h*) *La-*

Digitized by Google

717 eſſe, aut omnes decernit una eademque ſingulari eſſentia exſiſtente praeditas eſſe. Quod tamen dogma neſcio an umquam, ſi ab uno diſcedas, (*b*) Lateranenſi concilio, communibus coetuum Chriſtianorum ſuffragiis confirmatum & ſtabilitum ſit.

Patres certe Nicaeni, & qui principes Arianis ſeſe oppoſuerunt erroribus, ne cogitaſſe quidem videntur de hoc Trinitatis genere. Cui rem demonſtrandae multum, ut opinor, primum conducet libera ac ingenua *Dion. Petavii*, viri rerum olim inter Chriſtianos geſtarum peritiſſimi, confeſſio: quam propterea huc transferendam eſſe duxi, quoniam multi ſunt, quos nova ejusmodi nomina & auctoritates ipſis vehementius rationibus commovent: *In eo*, inquit, *praecipuam vim collocaſſe Patres, ut aequalem patri natura excellentiaque filium eſſe defenderent, citra expreſſam* SINGULARITATIS *mentionem, licet ex eo conjicere. Etenim Nicaeni ipſi praeſules, quibus nemo melius Arianae ſectae arcana cognovit, nemo, qua re oppugnanda maxime foret, acrius dijudicare potuit, nihil in profeſſionis ſuae formula ſpectarunt aliud, niſi ut aequalitatem illam eſſentiae, dignitatis, aeternitatis adſtruerent. Teſtatur hoc ὁμοούσιος vox ipſa, quae arx quaedam fuit catholici dogmatis. Haec enim aequalitatem potius eſſentiae, quam* SINGULARITATEM, *ſignificat, ut capite quinto docui. Deinde cetera ejusdem modi ſunt in illo decreto, ut, quod* nullum umquam fuiſſe tempus *ajunt*, quo nondum erat, non ex alia hypoſtaſi vel uſia, neque ex nihilo eſſe factum. Haec *Petavius*: quem ſine circuitu fateri videmus, neque Nicaenos antiſtites, neque antiquiſſimos Chriſtianorum doctores de *ſingularitate* illa, quae eamdem numero eſſentiam tribus perſonis attribuit, laboraſſe, ſed aequalitatem tantum eſſentiae aſſeruiſſe, ſeu ſtatuiſſe, patrem atque filium unius ejusdemque compotes eſſe communis eſſentiae divinitatis, id eſt, naturas eſſe aeternas, nec creatas.

Verum qui ſequentia attenderit, is multo magis ſeſe in hanc ſentiet impelli ſententiam. Principio quotquot cum Arianis conſiſterunt doctores recte ſentientes, in primis odio ſibi eſſe perſpicue teſtati ſunt diſciplinam *Sabellii*. Hic autem docuit, unam eſſe tantum hypoſtaſin, ſeu unam ſingularem & circumſcriptam eſſentiam patris, filii, & Spiritus ſancti: ex quo quidem cogitur, tres perſonas tria eſſe tantum diverſa nomina, tres notiones, tres modos unius ejusdemque rei ac naturae. Quam opinionem quot & quanta conſequantur abſurda, proclive demonſtratu eſt. Naſcitur inde primo, generationem filii ex patre nil eſſe, quam nomen, notionem aut modum generationum, quae in divinitate contingunt, aut clarius, eamdem divinitatem, uno modo ſpectatam, generaſſe ſemet ipſam, alia ratione conſideratam. Quod deinde filius ſeu verbum, non vero pater, humanam induiſſe carnem, & in cruce pro peccatis hominum cruenta morte obiiſſe dici-

(*) De Trinit. Lib. IV. C. 13. §. 7. p. 248. T. II. Dogm. theol.

(*b*) *Lateranenſi*] Concilium ſine dubio intelligit *Lateranenſe* IV. *generale*, quod auſpiciis *Innocentii* III. A. MCCXV. coactum eſt. Acta exſtant apud *Jo. Harduinum Concilior. Tom.* VII. *p.* 1. *ſ.* Abbas *Joachimus* tum temporis ſimile quid docuerat, quod paullo ante *Cudworthus* nonnullos antiquorum Theologorum docuiſſe refert: *unitatem* trinitatem *eſſentiae trium perſonarum veram eſſe, ſimplicem ac realem*, negaverat; contra *unitatem* tantum *concordiae* in Deo eſſe, aſſeveraverat, *ſicut multi homines unus populus, & multi fideles una eccleſia* dicantur. Vid. *Natalis Alexander Hiſtoriae eccleſ. Saec.* XIII. *Cap.* 3. *Artic.* 3. *p.* 770. & *Diſſ.* II. *ad Saec.* XIII. *p.* 331. Hunc quo retunderet errorem, Lateranenſe concilium *primo decreto* ſic ſtatim ſanxit: *Firmiter credimus, & ſimpliciter confitemur, quod unus ſolus eſt verus Deus, —— pater & filius & Spiritus ſanctus, tres*

Digitized by Google

citur, id hanc unice vim habebit, logicam notionem quamdam seu modum divinitatis corpore humano vestitum in crucem actum esse, aut vero totam divinitatem sustinuisse supplicium crucis, certo modo atque ratione spectatam. Jam si quis nihilominus contendat, illud, de quo loquimur, Trinitatis genus non ex meris nominibus compositum esse, uti Trinitas *Sabellii*, verum ex distinctis hypostasibus & personis, tum non tres, sed quatuor in Deo hypostases esse, ex hac sententia, concedendum omnino erit. Omnis enim, si antiquorum doctorum sequamur decreta, singularis essentia hypostasis est. Hujus vero rei certus ego sum nulli veterum doctorum vel per somnium aliquid in mentem venisse.

Vocabulum deinde ὁμοούσιος, id quod antea *Petavium* non inficiari audivimus, ita semper Graeci adhibent scriptores, ut eo designent ac indicent convenientiam & similitudinem illam, quae inter tres est numero quidem differentes, at ejusdem communis naturae seu universalis essentiae participes, aut generis unitate pares & similes. Cujus quidem rei non pauca liceret exempla producere. Nullo certe modo probabile est, exstare in Graeca lingua vocabulum ad ejusmodi quid exprimendum, quod universa rerum natura ignorat, nec ullius hominis comprehendit ingenium; cujus generis sunt multae res una eademque singulari essentia praeditae. Hinc & S. *Basilius* vim verbi, de quo agimus, hoc modo explicat: (*) Ἀναιρῶν ἡ ταυτότης τὴν ὑπόστασιν· οὐ γὰρ αὐτὸ τί ἐστιν ἑαυτῷ ὁμοούσιον, ἀλλ' ἕτερον ἑτέρῳ. *Tollit hypostaseon identitatem, perfectamque personarum intelligentiam inducit. Non enim idem sibimet ipsi consubstantiale est, sed alterum alteri.* *Plotini* exstat pronuntiatum quoddam de anima, quo verbis τὸ ὁμοούσιον & συγγένεια parem potestatem attribuit: (†) Ἐστιν μετὰ λόγου συγγένειαν καὶ τὸ ὁμοούσιον. *Anima compos est rerum divinarum ob cognationem quamdam communionemque substantiae.* Nec aliter iis *Athanasius* utitur, quod ex his ejus verbis intelligitur, (§) quibus τοὺς κλήμασι εἶναι affirmat ὁμοούσιους καὶ συγγενεῖς τῇ ἀμπέλῳ, *palmites cum vite congeneres ac consubstantiales esse.* Neque hoc praetermitti debet, eumdem antistitem multis in locis, ne crebro nimis verbum ὁμοούσιος repeteret, ejus loco nomina ὁμογνὼς, ὁμοειδὴς & ὁμοφυὴς adhibuisse: quorum quidem vocabulorum nullum harum rerum peritus dicet singularis essentiae communionem significare, quum omnia certum sit ejusdem tantum generis aut speciei societatem indicare. Atque hoc sensu video concilium quoque (*i*) Chalcedonense nomen ὁμοούσιος usurpare, quando Servatorem nostrum *Jesum Christum* decernit esse ὁμοούσιον τῷ πατρὶ κατὰ τὴν θεότητα, καὶ ὁμοούσιον ἡμῖν κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα, *consubstantialem aut coëssentialem patri quoad divinitatem, at coëssentialem seu consubstantialem nobis quoad humanitatem.* Nam quis, quaeso, sibi facile persuadeat, uno eodemque in decreto verbum hoc duplici notione positum esse, sic ut primo significet unitatem numeri, postea vero uni-

(*) In Epist. (Ep. CCC. p. 1070. Tom. II. Opp.) (†) Ennead. IV. Lib. VII. C. 1. (p. 464.) (§) Epist. de sent. Dionysii p. 556. T. I. Opp.

tres quidem personae, sed una essentia, substantia seu natura simplex omnino. Et *lege secunda* iidem antistites hoc modo decernunt: *Nos autem, sacro & universali concilio approbante, credimus & confitemur cum Petro, quod una quaedam summa res est, incomprehensibilis quidem & ineffabilis, quae veraciter est pater, filius, & Spiritus sanctus, tres simul personae, ac singulatim quaelibet earumdem. Et ideo in Deo Trinitas est solummodo, non quaternitas; quia quaelibet trium personarum est illa res, videlicet substantia, essentia, sive natura divina, quae sola est universorum principium, praeter quod aliud inveniri non potest.*

(*i*) *Chalcedonense*] In *Definitione fidei*, ut vocatur, quae *Actione* V. Concilii hujus exstat, *Tom.* II. *Concilior. p.* 456. *ed. Harduini.*

Digitized by Google

unitatem generis seu speciei? Quid? quod ipse *Athanasius*, id quod majoris hac in re momenti est, simili prorsus ratione loquitur, *Christum* ejusdem, cujus homines sunt, generis esse, demonstrans: (*) Εἰ μὲν οὖν ὁμοούσιός ἐστιν ἡμῖν υἱὸς, καὶ ἔστιν αὐτὸν ἡμῖν ἔχειν φύσεως, ἔστω καὶ τοῦτο ὁ υἱὸς ἀλλότριος καὶ' οὐσίαν τοῦ πατρὸς, ὥσπερ καὶ ἡ ἄμπελος τοῦ γεωργοῦ. *Si igitur filium ejusdem nobiscum essentiae esse velitis, eandemque naturam possidere, sit eatenus alienus a substantia patris, eo modo, quo vitis ab agricola.* (†) Paullo post eadem in epistola sic loquitur *Athanasius*: Ἡ λέγων μὲν οὐκ εἶναι τὸν λόγον ἴδιον τῆς τοῦ πατρὸς οὐσίας, ἐφάνη τοῦτον ὁμοούσιον ἡμῶν εἶναι τὸν ἄνθρωπον; *Quum* (Dionysius) *diceret, verbum non esse proprium substantiae patris, num putatis, eum existimasse, unius Christum nobiscum substantiae esse?* Quae quidem extra omnem collocant controversiam, *Athanasium* vocabulo ὁμοούσιος numquam designasse id, quod cum alio eandem singularem & ejusdem numeri essentiam communem habet, sed hoc tantum, quod specie seu genere cum alio idem & unum est: ex quo efficitur, eum, quum *Christum* patri diceret essentia aequalem & ὁμοούσιον esse, id de generis aequalitate unice intelligi (*k*) voluisse.

Quod si porro quis *Arii* dogmata perpendat, quibus exstirpandis studuerunt in primis antistites Nicaeae coacti, is vero demum, quales veri sensus eorum fuerint, praeclare & accurate sentiet. *Arius* filium seu verbum pugnabat κτίσμα esse, seu naturam creatam, certo tempore factam, mutabilem denique & a summa perfectione multum remotam: cui sententiae conveniens erat, ut, quod *Athanasius* testatur, eumdem filium ipsa *essentia* seu *substantia* differre a patre, sive ἕτερόουσιον & ἀλλοτριούσιον esse, contenderet. Quidquid enim creatum est & genitum, id ipsa necesse est natura seu essentia ab eo distet, quod nec creatum est nec factum. Igitur, qui hanc *Arii* doctrinam civitate Christiana cupiebant ejectam, Nicaeni patres filium e contrario seu verbum scisccebant non esse ἕτερόουσιον aut ἀλλοτριούσιον, sed ὁμοούσιον τῷ πατρὶ, *ejusdem, cujus pater, essentiae aut substantiae*, id est, non rem creatam esse, sed Deum, aut divinitatis essentiam & naturam cum patre communem habere. Ergo τοῦτο illa, *essentia* seu *substantia*, quam antiqui doctores
719 in omnibus praedicant divinae naturae personis eamdem esse, efficereque, ut singulae Deus dici debeant, non est *singularis* quaedam *existens essentia*, sed communis, generalis, aut universalis divinitatis aut naturae non factae nec creatae essentia, quam *S. Hilarius* (§) *naturam unam* vocat, *non unitate personae, sed generis*. Atque haec *unitas unius communis aut generalis essentiae divinitatis* eadem omnino est, quae *aequalitas* illa, quam veteres doctores, qui cum *Ario* decertant, tanto studio inculcant, aequalitas nimirum naturae. Filius non minus est Deus, quam pater, quoniam essentia divinitatis, quae omnibus tribus personis communis, non secus ac reliquae omnes essentiae, individua habetur. Atque haec ipsa argumento nobis est aequalitas, non placuisse priscis illis doctoribus, unius singularis essentiae commu-

(*) T. I. p. 556. (de sent. Dion.)

(†) Sic etiam in prima ad Serapion. Epistola (Tom. I. Opp. p. 167.) Ἀνθρωποι γ' ὄντες, inquit, ὅμοιοι πρὸς τοὺς ταυτοτρόπους ἔχοντας, ὁμοούσιοι ἴσμεν ἀναγκαῖον. Certe homines, qui similes inter se sunt, quum sint eadem natura conjuncti, homousii, hoc est, ejusdem substantiae censeri debent. Et p. 170. Ὥσπερ οὖν μαίνοιτ' ἄν τις λέγων τὸν οἰκίᾳ ὁμοούσιον τῷ οἰκοδόμῳ, καὶ τὸ σκάφος τοῦ ναυπηγοῦ, ἕτερος πρὸς ἕτερον ἄν τις εἴποι, πᾶσα οὕτω ἀναγκαῖον εἶναι τὸν ἑαυτῷ πατρὶ. Quemadmodum igitur insanierit, quisquis dicat consubstantialem esse aedificatori domum, & navem fabro navali; ita congruente: dixeris, quemlibet filium coëssentialem esse patri suo.

(§) De Synodis seu fide orientalium §. 76. p. 1193. Opp.

Digitized by Google

nitate divinas perſonas colligare inter ſe, eo quod abſurdum dictu foret, rem unam eamdemque ſibimet ipſi ſimilem & aequalem eſſe. Atque hanc eſſentiae aequalitatem non deſunt in ipſis recte ſentientibus doctoribus, qui confitentur, non impedire, quo minus certo modo perſonae ac hypoſtaſes divinitatis, ſi comparentur inter ſe, diſſimiles & inaequales ſint. Ex his *Auguſtinus* eſt, qui ſic Arianos increpat: (*) *Patris ergo & filii & Spiritus ſancti, etiamſi diſparem cogitant poteſtatem, naturam ſaltem confitcantur aequalem.* A quo non diſcedit *Baſilius:* (†) Ὡς γὰρ ὁ υἱὸς, inquit, τάξει μὲν δεύτερος ἐστὶ πατρὸς, ὅτι ἀπ' ἐκείνου, καὶ ἀξιώματι, ὅτι ἀρχὴ καὶ αἰτία ἐστὶν αὐτοῦ ὁ πατὴρ, κ. τ. λ. *Tametſi filius ordine quidem ſecundus eſt a patre, quoniam eſt ab illo, & dignitate, quoniam principium & cauſſa, ut ſit ipſe. patre eſt, tamen natura nullo modo ſecundus a parte eſt quoniam in utroque una eſt divinitas.* Quid multa? Ipſe *Athanaſius* variis in locis auctor eſt locupletiſſimus, cum ſe, tum antiſtites Nicaenos, quum filium patri eſſe ὁμοούσιον ſeu *eſſentia aequalem* tanto fervore defenderent, hoc unum inſtillare voluiſſe populis, unam divinitatis eſſentiam patri communem eſſe filioque, neque filium, quod *Ario* videbatur, naturam eſſe creatam, ſed verum Deum, id eſt, non creatum nec factum. Juvat aliqua hujus generis dicta ex *Athanaſio* in medium proferre. In *Epiſtola de Concilio Nicaeno* primum, quemadmodum *Euſebii* factio legibus a concilio latis nomina ſua dederit, enarrat, a qua tamen poſtea mente iterum deſcivere: (§) Πάντων δὲ ὑπογραψάντων, ὑπέγραψαν καὶ οἱ περὶ Εὐσέβιον τὰ ἴσα πᾶσι ῥήμασιν, οἷς αἰτιῶνται νῦν ἴσως· λέγω δὲ τῷ ἐκ τῆς οὐσίας, καὶ τῷ ὁμοουσίῳ, καὶ ὅτι μήτε κτίσμα ἢ πλάσμα, μήτε τῶν γενητῶν ἐστιν ὁ τοῦ Θεοῦ υἱὸς, ἀλλὰ γέννημα καὶ τοῦ ἰδίου πατρὸς οὐσίας ὁ λόγος. *Omnibus autem ſubſcribentibus, ſubſcripſerunt & ipſi Euſebiani iis verbis, quae nunc culpant: loquor autem de vocabulis ſubſtantia & conſubſtantialitate: approbantes, Dei filium nullo modo facturam aut creaturam eſſe, ſed foetum verbumque ex patris ſubſtantia.* Deinde concilium Nicaenum exponit primum ſtatuiſſe, ſolis ſacri codicis verbis & dicendi modis Arianorum errores reprimere: (**) Τῆς συνόδου βουλομένης τὰς μὲν τῶν Ἀρειανῶν τῆς αἱρετικίας λέξεις ἀνελεῖν, τὰς δὲ τῶν γραφῶν ἀμολογουμένας φωνὰς γράψαι, ἐπὶ τε υἱὸς ἐστιν οὐκ ἐξ οὐκ ὄντων, ἀλλ' ἐκ τοῦ Θεοῦ, καὶ λόγος ἐστὶ καὶ σοφία, ἀλλ' ἁ κτίσματα, οὐδὲ πλάσμα, ἕνιον δὲ οὐκ ἐκ τοῦ πατρὸς γέννημα. *Quum Synodus in hoc eſſet, ut Arianorum impia vocabula tolleret, & voces adhibere vellet, quae ſine controverſia ſacrarum litterarum eſſent, nimirum eum filium eſſe, & nequaquam ex non entibus exſtitiſſe, ſed ex Deo: eumque & verbum eſſe & ſapientiam, & nequaquam creaturam aut facturam, ſed germen proprium ſui patris.* —— *At quum animadverteſſent illorum fraudes & impiam vafritiem,* ἀναγκαῖον ἔκριναν λοιπὸν λαμπρότερον εἰπεῖν τὸ ἐκ Θεοῦ, καὶ γράψαι ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Θεοῦ εἶναι τὸν υἱὸν, ὑπὲρ τοῦ μὴ τὸ ἐκ τοῦ Θεοῦ κοινὸν καὶ ἴσον τοῦ τε υἱοῦ καὶ τῶν γενητῶν νομίζεσθαι, *coacti ſunt clarioribus verbis exponere, quid ſit, ex Deo eſſe, & ſcribere, filium ex ſubſtantia Dei eſſe, ne ex Deo eſſe & commune & aeque ad filium & creaturas pertinere exiſtimaretur.* Paucis interjectis, in eadem ita pergit epiſtola: (††) Ἡ σύνοδος τοῦτο νοῆσαν, καλῶς ὁμοούσιον ἔγραψεν,

(*) Contra Sermon. Arian. C. 18. (p. 451. Tom. VIII. Opp.)
(†) Lib. III. contra Eunom. (p. 79. A. Tom. II. Opp. ed. Par. 1615.)
(§) P. 251. (**) P. 267. (††) P. 269.

(*k*) *Voluiſſe*] De germana tam apud Chriſtianos, quam profanos Graecorum auctores vocabuli ὁμοούσιος potestate multo latius & copioſius expoſuere *Dion. Petavius de Trinitate Lib.* IV. *Cap.* 5 p. 204. *Tom.* II. *Dogm. theol.* & *Georg. Bullus Defenſione fidei Nicaenae Sect.* II. *Cap.* 1. *p.* 25. *ſ. Opp.* Adde *Mich. Pſellum* in *variis Quaeſtionibus* a *Joh. Fabricio* editis, ad calcem *Voluminis* V. *Biblioth. Graecae Quaeſt.* V. *p.* 73.

ψεν, ἵνα τὴν τῶ Υ αἱρετικῶν κακοήθειαν ἀναιρήσωσι, καὶ δείξωσιν, ἄλλον εἶναι Υ γεγονότων ἢ λέγοντα· καὶ διὰ τοῦτο γεγράφασιν ἀδίκως ἐπάραντα· τοὺς δὲ λέγοντας ἐξ οὐκ ὄντων τὸν υἱὸν Θεοῦ, ἢ κτιστὸν, ἢ τρεπτὸν, ἢ ποίημα, ἢ ἐξ ἑτέρας οὐσίας, τούτους ἀναθεματίζει ἡ ἁγία καὶ καθολικὴ ἐκκλησία. *Ideo, quum haec animadverteret concilium, recte filium consubstantialem esse decrevit, ut & haereticorum subverteret malitiam, & ostenderet, eum alium esse a rebus creatis. Hinc & statim post decretum hoc addidit concilium: Illos autem, qui dicunt, filium Dei ex non entibus exstitisse, aut creatum esse, aut mutabilem esse, aut opus esse aliquod conditum, aut ex alia substantia prodiisse, eos anathemate percutit sancta & catholica ecclesia. Quibus quidem verbis patres significarunt, vocabula, ex patris essentia & consubstantialem patri esse, opposita esse impiis Arianorum formulis; quippe qui filium creatum, aut factum, aut mutabilem esse, aut non fuisse, antequam nasceretur,* 720 *dixerunt. Quicumque ergo ita sentit, is repugnat concilio: contra qui cum Ario non sentit, is debet ea necessario, quae sunt synodi, sapere ac cogitare.* Addo adhuc unum ex hac epistola locum: (*) Χαλκὸς σίλβων, καὶ χρυσὸς, κ τ. λ. ἀλλ' ἐπιφυῆ καὶ ἐπιούσια ἀλλήλων· εἰ μὲν οὖν καὶ υἱὸς ἔστιν ἐκ, ἔστω κτίσμα, ὥσπερ καὶ ἡμεῖς, καὶ μὴ ὁμοούσιος· εἰ δὲ υἱὸς ἐκ λόγου, σοφίας, εἰκὼν δὲ πατρὸς, ἀπαύγασμα, εἰκότως ὁμοούσιος ἂν εἴη. *Aes, aurum, argentum, stannum splendore sunt inter se similia; at natura nihilominus & substantia distant. —— Si ergo eodem modo se filius habet, esto, habeatur & ipse quoque creatura, quemadmodum nos sumus, & non consubstantialis patri. Sin autem vere filius est, & verbum, & sapientia, & splendor, & imago patris, recte dictum sit, eum consubstantialem esse.* Hinc & in *Epistola de Dionysii sententia* (†) duas hasce eloquutiones, ἕνα Υ γενητῶν εἶναι τὸν υἱὸν, *filius unus est ex rebus conditis*, & υἱὸν εἶναι μὴ ὁμοούσιον τῷ πατρὶ, *filius non est ejusdem, cujus pater, essentiae*, ita usurpat, ut parem utrique potestatem ab eo esse attributam, unusquisque videat.

Haec quum ita sint, quaenam vera mens antiquis fuerit Christianorum doctoribus, qui sanioris doctrinae vindices habentur, quum adversus *Arium* pugnarent, filium esse ὁμοούσιον seu essentia aequalem patri, nemini obscurum esse potest. Verbum quidem ὁμοούσιος id generatim indicat, quod ejusdem est, cujus alia quaedam res, essentiae seu substantiae. Prisci vero doctores, qui eo usi sunt, non *aequalitatem singularem* aut *unitatem numeri*, sed ejusdem essentiae communionem ea designarunt, id est, essentiam divinitatis patri & filio communem esse, hoc vocabulo significarunt, filiumque idcirco non esse rem creatam, sed vere proprieque Deum, professi sunt. Multo plura, si res quidem aut necessitas efflagitaret, ex *Athanasio* produci possent ad hoc confirmandum testimonia. In *Epistola* verbi causa *de Synodis Arimini & Seleuciae* differentiam binorum illorum vocabulorum, ὁμοιούσιος, *similis essentiae*, & ὁμοούσιος, *ejusdem essentiae*, his verbis explicat: (§) Οἴδατε γὰρ κ ὑμεῖς, ὅτι τὸ ὅμοιον οὐκ ἐπὶ Υ ἐνιῶν, ἀλλ' ἐπὶ ποιοτήτων κ σχημάτων λέγεται ὅμοιον· ἐπὶ γὰρ Υ ἐνιῶν οὐχ ὁμοιότης, ἀλλὰ ταυτότης ἂν λεχθείη· ἄνθρωπος γὰρ ἀνθρώπῳ ὅμοιος λέγεται κ οὐ Υ ἐνίαν, —— τῇ γὰρ οὐσίᾳ ὁμοφυεῖς εἰσι· καὶ πάλιν ἄνθρωπος ἵππῳ οὐκ ὁμοιος λέγεται, ἀλλ' ἀνομοφυής· Οὐκοῦν τὸ ὁμοφυὲς κ ὁμοούσιον, τὸ δὲ ἀνομοφυὲς κ ἀνομοούσιον. *Vos ipsi scitis, simile non de substantiis, sed de figuris & qualitatibus dici: siquidem in substantiis non similitudo, sed identitas esse pronuntiatur. Certe homo homini similis dicitur, non secundum substantiam, sed secundum figuram & formam: quantum enim ad substantiam attinet, congeneres appellari debent. Rursum homo cani similis dici non*

(*) P. 272. (†) P. 561. (§) P. 928. T. I. Opp.

(l) Cap. 16. §. 11. p. 503. Tom. VIII. Opp. ed. Benedictin.

(m) Ad

non poterit, ſed disgener, hoc eſt, diverſi generis. Quapropter, quod eſt genere conjunctum, id homouſion ſeu conſubſtantiale eſt; quod autem diverſi generis, id ἑτεροούσιον *ſeu diverſae quoque ſubſtantiae eſt.* In fragmento *libelli* ejus, quo vitioſam accuſat Meletii ſimulationem, de nomine ὁμοούσιος hunc in modum differit: (*) Ὁ τοίνυν ἀναιρῶν τὸ εἶναι τὸν υἱὸν ὁμοούσιον τῷ πατρὶ, λέγων ὃ ὅμοιον, ἀναιρεῖ τὸ εἶναι θεόν· ὁποῖός ἐστιν ὁ ἐξηγούμενος τὸ ὁμοούσιον, ὡς ὅμοιον τῇ οὐσίᾳ, ἕτερον τῆς οὐσίας λέγει, θεῷ δὲ ὁμοιωμένην· ὁ τοίνυν λέγων τὸν ἐκ τῆς οὐσίας εἶναι πρεπόντως λέγει, μὴ φρονῶν ὁμοούσιον, ὡς ἄνθρωπος ἐκ τῆς ἀνθρώπου οὐσίας· τί δὲ μὴ ὡς ἄνθρωπος ἐξ ἀνθρώπου καὶ οὐσίας, ἐκ θεοῦ ὁ υἱός, ἀλλ' ὡς ἐκ ὁμοιώματος, καθάπερ ἀνδριὰς ἀνθρώπου, ἢ ὡς ἄνθρωπος θεῷ, δῆλός ἐστιν ὁ τοῦτο ὁμοούσιον μὲν λέγων, ὁμοούσιον δὲ φρονῶν· ὁ γὰρ καὶ τὴν συνήθειαν βούλεται τὸ ὁμοούσιον ἀκούεσθαι, ὅπερ ἐστὶ, τοῦ μιᾶς καὶ τῆς αὐτῆς οὐσίας, ἀλλὰ καὶ τὴν συνήθειαν, καὶ ἵνα Δημοκρίτῳ πιστὸν, Ἑλληνικὴν ῥῆσιν τιθηνῆται τὸ ὁμοούσιον, ῥῆμα δὲ ἐν Ἕλλησιν ἴδιος ἐπ' ἀδελφοῖς ἐπίσης κεῖσθαι, ἢ ἐπὶ τῶν αὐτῶν φύσιν ἐχόντων, κ. τ. λ. *Qui igitur filium negat eſſe homouſion ſeu conſubſtantialem patri, at ſimilem tantum patri eſſe illum perhibet, is ei divinitatem derogat. Similiter, qui nomen quidem* ὁμοούσιος *retinet, exponit vero illud de ſimilitudine ſubſtantiae, is aliam a divina filio dat ſubſtantiam, utpote quae non eadem, ſed ſimilis tantum ſit divinae ſubſtantiae. Quicumque igitur filium non ita eſſe patri conſubſtantialem affirmat, quemadmodum homo ex ejus eſſe ſubſtantia dicitur, a quo genitus eſt, is ſeſe vim verborum, ex ſubſtantia patris eſſe, non ſic, uti decet ac fas eſt, intelligere declarat. Nam quicumque filium non ita eſſe ex ratione ſubſtantiae arbitratur, ut homo eſt ex homine, ſed filium tradit Deo ita tantum eſſe ſimilem, ut ſtatua quaedam homini, aut homo Deo ſimilis eſſe cenſetur, is, etiamſi nomen conſubſtantialis ſemper in ore habeat, ipſam tamen ejus vim non habet in animo. Non enim, ut vulgo fit, verbum conſubſtantialis vult intelligi, quippe quod de una eademque ſubſtantia accipitur, ſed omnino praeter uſum vocabulum uſurpat, & ut illud criminari poſſit, ethnicum dicit, quum tamen vox ea numquam apud ethnicos in alia ſignificatione ponatur, quam ut eamdem naturam deſignet, quod ipſum credendum eſt de patre, filio, & Spiritu ſancto.* Ex his quisnam, quaeſo, difficulter intelligit, verbum ὁμοούσιος, tametſi vulgo id ſignificare dicatur, *quod unius ejusdemque eſt eſſentiae ſeu ſubſtantiae*, de naturae tamen communitate accipi debere, quemadmodum unus homo communem habet cum ceteris hominibus eſſentiam ſeu ſubſtantiam. *Athanaſio* ceterorum doctorum, in quos nulla cadit perverſae doctrinae ſuſpicio, conſentientia liceret adjungere ſuffragia. Verum metuo, ne faſtidium multitudo teſtium legentibus pariat. Quamobrem, omiſſis reliquis, *Auguſtini* tantum enuntiata quaedam proferam, quibus id, quod diximus, profitetur. Igitur *Libro contra Maximinum* (*l*) *Cap.* 15. ita loquitur: *Duo veri homines, etſi nullus eorum filius ſit alterius,* UNIUS TAMEN ET EJUSDEM SUNT SUBSTANTIAE. *Homo autem alterius hominis verus filius nullo modo poteſt, niſi* EJUSDEM *cum patre eſſe* SUBSTANTIAE, *etiamſi non ſit per omnia ſimilis patri. Quocirca verus Deus filius &* UNIUS *cum patre* SUBSTANTIAE *eſt, quia verus filius eſt, & per omnia eſt patri ſimilis, quia eſt Dei filius.* Quid clarius? *Chriſtum* ſive filium Dei confirmat *Auguſtinus* non eſſe alio modo unius cum Deo patre ſubſtantiae, quam eo, quo inter homines filius eſt ejusdem, cujus pater, aut unus homo ejusdem, cujus ceteri mortales, ſubſtantiae. Alius hujus argumenti locus exſtat in *Reſponſione* ejus (*m*) *ad ſermonem Arianorum.* Verba

(*) T. I. Opp. p. 571.

(*m*) *Ad ſermonem Arian.*] *Cap.* 36. *p.* 458. *T.* VIII. *Opp.* Omiſit *Cudworthus* in hoc *Auguſtini*

ba haec sunt: *Ariani nos vocitant Homousianos, quia contra eorum errorem Graeco vocabulo ὁμοούσιον defendimus patrem, filium, & Spiritum sanctum, id est,* UNIUS EJUSDEMQUE SUBSTANTIAE, *vel, ut expressius dicamus,* ESSENTIAE, *(quae οὐσία Graece appellatur) quod planius dicitur* UNIUS EJUSDEMQUE NATURAE. *Et tamen si quis istorum, qui nos Homousianos vocant, filium suum non cujus ipse esset, sed diversae diceret esse naturae, exheredari ab ipso mallet filius, quam hoc putari. Quanta igitur impietate isti coecantur, qui, quum confiteantur unicum Dei filium, nolunt ejusdem naturae, cujus pater est, confiteri, sed diversae atque imparis & multis modis rebusque dissimilis, tamquam non de Deo natus, sed ab illo de nihilo sit creatus, gratia filius, non natura?* (*) Et quid plura prodest hujus generis dicta recitare? Satis erit, si unum ex (*n*) *primo de Trinitate Libro* addidero. *Si filius*, inquit ibi *Augustinus, creatura non est, ejusdem cum patre substantiae est. Omnis enim substantia, quae Deus non est, creatura est, & quae creatura non est, Deus est. Et si non est filius ejusdem substantiae, cujus est pater, ergo facta substantia est.*

Postremo, qui non ignorant, quanto fervore antiqui doctores, qui hodie in magna saniorem ob doctrinam laude sunt positi, nomina τριτόσιον & μονοούσιον fugerint & aversati sint, illi vero sine negotio perspicient, eos verbo ὁμοούσιος, quod Arianis fraudibus opponebant, nullo modo declarare voluisse, filium eadem singulari ac non circumscripta essentia praeditum esse, qua pater. De voce τριτόσιον *Epiphanius* ita pronuntiavit: (†) Καὶ οὐ λέγομεν τριτόσιον, ἵνα μὴ ἡ λέξις αὕτη παρά τινι λεγομένη Σαβελλίου ἀπατηθῇ· τριτὸν δὲ λέγομεν τῇ θεότητι, καὶ τῇ οὐσίᾳ, καὶ τῇ δυνάμει. *Filium Dei τριτόσιον non appellamus, hoc est, eamdem cum patre substantiam, ne vox ista a nonnullis usurpata Sabellianum ad dogma trahatur; sed eumdem divinitate & substantia & virtute praedicamus.* Ex his verbis perspicuum est, *Epiphanium*, dum filium patri docet essentia & divinitate parem esse, non id sibi velle, filium eamdem habere singularem essentiam, quam pater, sed hoc tantum indicare, speciei seu generis similitudine patrem filiumque conjungi, seu filium non esse rem creatam, sed Deum, non secus ac pater est. Atque hanc esse veram tuetur & germanam vocabuli ὁμοούσιος potestatem: quapropter etiam nomen τριτόσιον repudiat, quod id male posset exponi, & ad *Sabellii* sententiam accommodari, quem unam eamdemque singularem essentiam tribus attribuisse divinitatis personis accepimus: idem autem, addit, ne in verbo ὁμοούσιος frat, nullum esse periculum. Vocabulum μονοούσιος ipse *Athanasius* in *Expositione fidei* diserte aspernatur & rejicit: (§) Οὐκ οἰόμεθα ἀσυνετείᾳ φρονεῖν, ὡς οἱ Σαβελλιανοὶ μονοούσιον, καὶ οὐχ ὁμοούσιον. *Non existimamus, filium unum esse eumdemque, qui pater, ut Sabelliani, qui dicunt, filium esse unius substantiae, non consubstantialem, eo ipso tollentes filium.* In vocabulo hoc nove ficto μονοούσιος verbum οὐσία, *essentia* seu *substantia*, *singularem* designat & *existentem essentiam.* Totam enim *Sabellius* praecipiebat divinitatem una eademque singulari essentia seu hypostasi gaudere. Contra in vocabulo ὁμοούσιος vox οὐσία *communis* seu *universalis essentiae*, quam generis & speciei vocant, nota est, filiusque, quum hoc

(*) Ejus generis & haec sunt verba, quae Libro II. C. 6. leguntur: Diversa quidem substantia est Deus pater & homo mater, non tamen diversa substantia est Deus pater & Deus filius: sicut non est diversa substantia homo mater & homo filius.

(†) Haer. LXXVI. n. 7. (haer. Anomoeor. p. 920. T. I. Opp.) (§) P. 241.

stini loco haec verba: *Ac per hoc & ipse creatura sit*, quae post verba, *de nihilo creatus*, sequuntur.

(*n*) *Pri-*

hoc ei vocabulum applicatur, eſſentiam divinitatis ita dicitur cum patre commu- 722
nem habere, ut ex numero rerum creatarum prorſus excipi debeat. Ergo *Athanaſium* videmus Trinitatem μονούσιον aeque vehementer deteſtari, atque *Epiphanius* Trinitatem recuſabat πανταούσιον. Utraque enim nudis conſtat nominibus & notionibus, aut unius ejusdemque ſingularis eſſentiae & hypoſtaſeos non adaequatis conceptionibus. Utraque multum diſtat ab illa Trinitate, quam ὁμοούσιον *Epiphanius* & *Auguſtinus* appellant: utpote quae tribus abſolvitur veris perſonis, quarum ſingulis ſua eſt propria natura aut eſſentia, tametſi omnes univerſalem divinitatis eſſentiam communem habeant, neque ad res creatas ullo modo pertineant, ſed omnes conditores ſint, non vero naturae factae aut conditae. Ergo abeant, qui perſuaſum nobis eſſe cupiunt, eos, qui recte olim inter Chriſtianos doctores de divina Trinitate ſenſerunt, cunctis ejus perſonis ejusdem numeri adſcripſiſſe naturam & eſſentiam. Namque talem illi Trinitatem veram eſſe negant, eo quod ex notionibus tantum, vocabulis, ac imperfectis conſiſtat unius ejusdemque rei comprehenſionibus: a quo Trinitatis genere quantopere abhorruerit (*o*) *Athanaſius*, haec ejus verba demonſtrant: Τριὰς δέ ἐστιν οὐχ ὡς ὀνόματος μόνα καὶ φαντασίας λέξεως, ἀλλὰ ἀληθείᾳ καὶ ὑπάρξει τριὰς. *Trinitas autem non eſt trinitas ſolum nominum, aut inanium verborum, ſed veritate ac ſubſiſtendi ratione Trinitas eſt.* Trinitas, quam ὁμοούσιον vocare placuit priſcis Chriſtianorum doctoribus, media quaſi eſt interjecta inter Trinitatem μονούσιον, cui *Sabellius* favebat, & inter Trinitatem ὑπερούσιον, pro qua propugnabat *Arius*. Illa rem unam eamdemque proponit ſub tribus diverſis notionibus & vocabulis, aut triplici modo & ratione: haec tres ſecretas inter ſe & ſeparatas naturas, quae eſſentia inter ſe differunt, exhibet, quarum una tantum Deus eſt, ceterae rebus creatis connumerari debent. Iſta vero, in cujus defenſione Chriſtiani veteres elaborarunt, Trinitas tribus conſtat ex perſonis ſeu hypoſtaſibus, quae, tametſi numero diſcrepant inter ſe, unam tamen habent communem & univerſalem divinitatis eſſentiam, quae aeterna eſt & infinita, ideoque omnes rerum conditarum ordine prorſus excludi debent. Juvat hic iterum *Athanaſium* audire, qui explicate hanc rem enarrat: (*) Οὔτε ἐλαττόν τι φρονεῖ ἡ καθολικὴ ἐκκλησία, ἵνα μὴ εἰς τὰς νῦν ἐν Καϊάφου Ἰουδαίους καὶ εἰς Σαβέλλιον πέσῃ· ὅτι πλέον θεολογεῖ, ἵνα μὴ εἰς τὴν Ἑλλήνων πολυθεότητα καταχυλισθῇ. *Neque hic minus ſentit catholica eccleſia, ne in iſtos noſtri temporis, qualis Caiphas fuit, Judaeos & in Sabellii haereſin delabatur: neque plus comminiſcitur, ne in ethnicorum Deorum multitudinem provolvatur;* quippe quae res conditas & creatas, non ſecus ac parentem omnium & conditorem, colere homines & adorare jubet.

Cunctis hiſce fretus rationibus & auctoritatibus Chriſtianus noſter *Platoni* amicus, cujus hic perſonam induimus, decernet, iſtud Trinitatis genus, quod antiqui Chriſtianorum populorum doctores commendarunt, eatenus germanae *Platonis* Trinitatis plane ſimilem eſſe, quod minime eſt μονοειδές, aut una eademque ſingularis eſſentia, tribus ſub notionibus, modis, & vocabulis explicata, verum tribus di-

(*) Ep. ad Serap. p. 203.

(n) *Primo de Trinit.*] Cap. 6. p. 534. 535. T. VIII. *Opp.*

(o) *Athanaſius*] Sumta ſunt haec *Athanaſii* verba ex *Epiſtola ad Serapionem, qua Spiritum S. non eſſe rem creatam demonſtrat*, Tom. I. *Opp.* p. 202.

(p) *Di-*

Digitized by Google

diſtinctis continetur perſonis. Perget idem ratiocinando, atque hac etiam ratione Trinitatem, quam *Plato* ipſe docuit, iſti, pro qua purior olim coetus Chriſtiani pars ſtetit, parem eſſe contendet, quod minime eſt ἑτερούσιος, ſed ὁμοούσιος, id eſt, perſonis conſtat non diſparis, verum aequalis prorſus ejusdemque naturae & eſſentiae. Nulla enim trium perſonarum *Platonis* ad res creatas ab eo detruditur, aut certo tempore dicitur facta: omnes e contrario aeternae ſunt ac infinitae, nec umquam factae vel conditae.

Licet vero nihil hiſce omnibus, quae disputavimus adhuc, ad ſummam firmitatem deeſſe videatur; hoc nos tamen fateri oportet, eos, qui hoc modo, quo diximus, perſonas tres divinitatis ὁμοουσίους eſſe praecipiunt, id quidem ſatis apte docere, quamlibet perſonam Deum eſſe, ſed hoc ex eorum ſententia nulla ratione cogi poſſe, unum eas eſſe Deum. Quid igitur conſilii capiemus? Num ipſum quoque *Athanaſium* in eorum verſatum eſſe ſententia, concedemus, quam antea commemoravimus, & ſimul repudiavimus, qui tres divinitatis perſonas tres eſſe naturas uni generi ſubjectas, nec ſecus eſſe ſpectandas, atque tres homines, *Petrus*, *Paulus*, & *Timotheus*, ſpectantur, exiſtimant, ideoque nullo alio naturali vinculo divinam Triadem conjungi, quam unitate ſpeciei, putant? Fuerunt certe olim, quibus, ſi hanc *Athanaſio* adſcriberent opinionem, ſe nihil mali admiſſuros,
723 viſum fuit. In *Dialogis* enim illis (*p*) *de Trinitate*, qui inter reliqua ejus hodie exſtant opera, atque nomen ejus inſcriptum gerunt, non modo ratio haec perſpicue conſtituitur, ſed etiam, quo tutior reddatur, inopinato hocce & abſurdo dogmate roboratur: *Petrum*, *Paulum*, & *Timotheum*, etiamſi tres ſint hypoſtaſes, pro tribus tamen non eſſe hominibus habendos: etenim tum demum tres eos fieri homines, ſi diſſenſio animorum & voluntatum inter eos exoriatur. Sed bene habet, quod ex nonnullis horum *Dialogorum* locis intelligitur, ab *Athanaſio* eos non eſſe exaratos. Et alius jam eorum parens & auctor inventus eſt, *Maximus* nimirum *Martyr*. Nihilo tamen minus, ſi quis reliquos percurrat *Athanaſii* libros, quos ab eo conſcriptos eſſe, nulli hodie negant, is multa ſatis offendet, quae *Athanaſium* oſtendunt propius interdum ab hoc portento abfuiſſe, neque leviter eorum vulneraſſe ſententiam, qui tres in Deo perſonas decernunt ita eſſe ὁμοουσίους & ejusdem eſſentiae divinitatis, ut omnes unum omnino Deum numero conſtituant. Principio *Liber* ille, quem *de communi trium perſonarum eſſentia* inſcripſit, idque libri hujus *Caput*, cujus index eſt: ὅτι οὐκ εἰσὶ τρεῖς Θεοί, *quod non ſint tres Dii*, fundamenta hujus exhibet opinoinis. Quaeſtionem enim in eo quum hanc propoſuiſſet *Athanaſius*: Quo jure dicere liceat, patrem eſſe Deum, filium eſſe Deum, Spiritum ſanctum eſſe Deum, quum tres tamen Deos profiteri nefas ſit? primum ſic reſpondet: (*) Ὅτε κοινὰ τὰ τῆ Φύσεως, κοινὸν καὶ ὄνομα τῆ ἀξίας· οἷον ὁ Θεὸς τὰ εἰς πλῆθη διῃρημένα ἐστὶ μιᾶς Φύσεως ἐπὶ ἀνθρώπων δὲ πολλῶν· καὶ ὅτι ὁμοίως τῶν ἀνθρώπων, ἓν πάντες

(*) T. I. Opp. p. 213.

(*p*) *De Trinitate*] *Dialogo* I. *p.* 160. *T.* II. *Opp.* Operae pretium me facturum, arbitror, ſi ipſa verba, quo facilius cauſſam omnem lectores cognoſcant, ſubjecero. Quaerit *Arianus* ex *orthodoxo*, qui colloquuntur inter ſe, quemadmodum tres in una divina natura perſonae queant eſſe? Reſpondet *orthodoxus*: Ὡς Πέτρου καὶ Παύλου καὶ Τιμοθέου τῶν ὑποστάσεις, καὶ μία ἀνθρωπότης. Ut *ſunt Petri*, *Pauli*, *& Timothei tres hypoſtaſes*, *& una ἀνθρωπότης*, *ac ſi dicas hominitas*. *Arianus* ex his conſequi reponit, tres eſſe Deos. Negat id vero *orthodoxus*, utque ſibi conſulat, perſpicue *Petrum*, *Paulum*, & *Timotheum* non eſſe tres homines, ſed unum tantum, quamdiu non diſſenſerint in-

ἄνθρωποι τῇ φύσει ὁμοούμενοι ἓν ἄνθρωποι καλεῖ· καὶ ὅτι ἀμφότερα τῷ νόμῳ, ὡς ἓν ἀνθρώπῳ ἀμφότερα. *Ubi communio eſt ejusdem naturae, communia quoque ſunt nomina dignitatis. Quemadmodum Deus ea, quae ex una natura in multitudinem dividuntur, uno nomine appellat: & quum iraſcitur hominibus, unum hominem nuncupat omnes, ad quos haec ira pertinet: & quum reconciliatur mundo, velut uni homini reconciliatur.* Quae dixerat, exemplis deinde confirmat; & primo quidem verba teſtatur *Gen.* VI. 3. 7. *Non diſceptabit ſpiritus meus pro hominibus.* Et: *Delebo hominem, quem creavi.* Ad quae dicta ſequentia obſervat: Καίτοι οὐκ ἦν εἷς, ἀλλὰ μυριάδες ἄπειροι· ἀλλὰ τῷ ἑνὶ ὀνόματι τὴν φύσεως τὴν πάντα ἄνθρωπον ἓν ἐκάλεσεν ἄνθρωπον ἀφ' ὧν κοινὸν τῆς οὐσίας. *Atqui tum non unus erat homo, ſed myriades infinitae: aeque tamen nomine unius naturae omnes homines appellavit, idque ab ſubſtantiae ſocietatem.* Tum aliud producit oraculum *Exod.* XV. 1. *Equum & ſeſſorem ejus dejecit in mare:* quod ſimili plane modo illuſtrat: (†) Ὅτι ἐξέλθῃ Φαραὼ ἐπὶ τὴν θάλασσαν, πίπτων μετὰ μυρίων ἁρμάτων ἐν τῇ θαλάσσῃ, καὶ ἵππων πολλοὶ ἄνθρωποι οἱ βυθισθέντες μετ' ἐκείνου, καὶ ἵππων πολλοί· Ὁ δὲ Μωσῆς εἶδεν, ὅτι πάντων τῶν βυθισθέντων μία ἐστὶν ἡ φύσις, καὶ ἑνὸς τοῦ ἵππου, καὶ ἑνὸς τῶν ἀνδρῶν λέγει· ἵππον καὶ ἀναβάτην ἔρριψεν εἰς θάλασσαν· τὸ πλῆθος τῶν ἀνδρῶν ἐκάλεσεν ἓνα ἄνθρωπον, καὶ τὸ πλῆθος τῶν ἵππων ἐκάλεσεν ἵππον ἕνα, ἀφ' ἧς κοινωνίαν τῆς φύσεως. *Quum exibat Pharao ad mare, cadebatque cum infinitis curribus in mare, multi mortales una cum eo ſunt demerſi, multique itidem equi. At Moſes tamen videns, in omnibus demerſis eamdem eſſe naturam, & de hominibus & de equis dixit: Equum & adſcenſorem dejecit in mare: & tantas hominum copias appellavit hominem unum, & tantum numerum equorum appellavit unum equum, ob communionem naturae.* His poſitis, rationem ita concludit *Athanaſius:* Εἰ οὖν ἐν τοῖς ἀνθρώποις, ὅπου συγχέεται τὰ τῆς φύσεως, ὅπου διαφορὰ τὰ τῆς μορφῆς καὶ δυνάμεως καὶ βουλῆς· οὐ γάρ ἐστιν ὅτε γνώμη ἴση, ὅτε μορφὴ, ὅτε ἰσχὺς, καὶ διάφοροι γλῶτται, διὰ καὶ ἄνθρωποι μέροπες λέγονται· ἀλλὰ διὰ τὸ κοινὸν τῆς φύσεως πᾶσιν ἡ ὁμωνυμία εἰς ἄνθρωπον ἐπλήθη, ὅπου ἡ ἀμέλειστε ἡ ἀξία μία βασιλεία, μία δύναμις, καὶ βουλὴ, καὶ ἐνέργεια ἰδιάζουσα, ἢ τελεία δοτὴ τῆς κτίσεως ἕνα λέγω θεόν. *Si igitur in hominibus, ubi ea, quae naturae ſunt, inter ſe confunduntur, ubi diſcrimen formae, roboris, & aetatis (nec enim pares animi, neque formae, neque vires, neque linguae ſunt in omnibus, unde etiam μέροπες (a poëtis) dicuntur) nihilo tamen minus propter communionem naturae unus homo nuncupantur, cur non potius Trinitas perſonarum, in qua indiviſa dignitas, unum regnum, una potentia, voluntas, & efficacia, unus Deus vocabitur?* Aut *Athanaſii* hunc eſſe librum negemus, aut vero concedamus oportet, verbis hiſce illud τὸ κοινὸν τῆς φύσεως καὶ οὐσίας, *communem illam naturam & eſſentiam*, qua omnes tres perſonae ſunt praeditae, ſic ab eo explicari, ut eorum paene dogma evertat, qui tres perſonas unum eſſe vere proprieque Deum exiſtimant. Quamquam dicta ſacri codicis, quibus ad ſententiam ſuam communiendam utitur, nihil plane habent, quod vim lectori afferat, ut id credat, quod obtinere ſtudet *Athanaſius.* Nihilo tamen minus & hoc inde manifeſtum eſt, non

724 Θεόν.

(†) P. 213. 214.

inter ſe, contendit: Ὅτι τρεῖς εἰσὶν ἄνθρωποι, ὅταν διάφορον ἔχωσι τὸν καρδίαν, ὡς Ἕλλην, καὶ Ἰουδαῖος, καὶ Χριστιανός· ὅταν δὲ τὸ αὐτὸ λέγωσι, καὶ μία ἐστὶ τοῖς αὐτοῖς χρήματα, τρεῖς μὲν εἰσὶν ὑποστάσεις, ἐν δὲ τῷ Κυρίῳ, μίαν ψυχὴν ἔχοντες καὶ μίαν καρδίαν· καὶ τρεῖς μὲν εἰσὶν ἀριθμῷ· ἀλλ' οὐχ ἑτερόφυτοι φύσιν ἢ καρδίας. *Quia tum tres ſunt homines, quum diſſimile cor habuerint, ut Graecus, & Judaeus, & Chriſtianus: ſin vero idem ſenſerint, nec ſint inter eos diſſidia, tres quidem ſunt hypoſtaſes, ſed unus in Domino, quod unum animum & unum cor habeant: & tres quidem ſunt numero, at non quod diverſam inter ſe naturam vel diverſum cor habeant.* Animadverſiones, quas cum hicce locus, tum univerſa *Cudwor-*

Digitized by Google

non in ſola naturae ſeu eſſentiae communitate perſonarum divinarum unitatem ab eo fuiſſe poſitam, verum etiam alia ad hanc adjuncta eſſe, voluntatis nimirum conſenſionem & concordiam, nec non unam eamdemque efficiendi vim ſeu ἐνέργειαν: de quo quidem poſtea latius diſſeremus. Aliis praeterea in locis ſolam hanc, quae omnibus tribus perſonis communis eſt, divinitatis naturam & eſſentiam haud ſufficere, ut unus Deus tres illae fiant hypoſtaſes, non obſcure profitetur. Exemplum ex *quarta* ejus *in Arianos Oratione* (*) promemus: in qua ideo negat tres in uno Deo hypoſtaſes pro tribus Diis aut tribus principiis haberi poſſe, quoniam eas non cum tribus diſtinctis ſolibus, ſed cum ſole tantum, ſplendore ejus, luceque ex utroque naſcente (q) contuliſſet. Atqui tres ſoles κοινὴν habent τῆ φύσεως καὶ ἰσότητος, ut *Athanaſii* ſermonem imitemur, ſeu unam communem naturam & eſſentiam, proptereaque ὁμοίους ſunt, id eſt, eſſentia & ſubſtantia prorſus aequales. Quare, quum nihilominus pro uno ſole hi tres ſoles duci nequeant, planum eſt ex tenſu *Athanaſii* iſtiusmodi ſpeciei ſeu generis unitatem ſolam haud efficere, ut tres illae divinae perſonae unus tantum Deus ſint. Idem rurſus antiſtes in *Expoſitione fidei* his verbis animi ſententiam declarat: (†) Οὔτε τρεῖς ὑποστάσεις μεμερισμένας καθ' ἑαυτὰς, ὥσπερ σωματοφυεῖς ἐπ' ἀνθρώπων ἐσὶ, λογιόμεθα, ἵνα μὴ πολυθεΐαν, ὡς τὰ ἔθνη, φρονήσωμεν. *Neque tres ſubſtantias ſeorſum diſtinctas, ut corporaliter in hominibus fit, cogitamus, ne Deorum multitudinem ad inſtar gentium introducere videamur.* Quo loco quid efficacius eſſe poteſt ad oſtendendum, neque tres diſtinctos homines, ipſi licet *Athanaſio* eſſentia pares & ſimiles, pro uno tantum homine ab eo habitos eſſe, nec ideo ſolam naturae & eſſentiae divinitatis communitatem hanc vim habere, ut propter eam tres divinitatis perſonae non tres Dii, ſed unus tantum Deus, exiſtimari debeant? Ergo, quod in hac eſſentiae & naturae communitate tantum locat praeſidii *Athanaſius* ad demonſtrandum, tres divinitatis perſonas unum conſtituere Deum, id non idcirco facere eum, putandum eſt, ac ſi judicaret, nihil, praeter eam, requiri aliud, quo tres perſonae unus eſſe Deus credantur, verum propterea, quod haec communitas ad unitatem Dei ſtabiliendam plane ſit neceſſaria. Atque hoc ſaepius, dum contra Arianos disputat, *Athanaſius* inculcat. *Quarta*, exempli cauſſa, quam in Arianam ſectam ſcripſit, *Oratione* fieri non poſſe, edocet hanc familiam, quin plures introducat Deos, eo quod divinitatis perſonas natura velit & eſſentia inter ſe diſpares eſſe: πῶς ἂν εἰσάγοιεν Θεοὺς ἀλλὰ τὰ ἐπιγνωρίσεις αὐτῶν. Poſtea, quum praecepiſſet, *unam eſſe divinitatis ſpeciem* ἐν εἰδος τῆ θεότητος, in patre, filio, & Spiritu ſancto, ſic ratiocinari pergit: (§) Οὕτω καὶ ἕνα λέγομεν τὸν τελείως ὁμολογούμενον εἶναι τὸν Θεὸν, καὶ πολὺ μᾶλλον ἀσεβέστερον λέγομεν τῆ πολυειδῆ τῆ αἱρετικῶν θεότητος, ὅτι ἡ μία ἐν τελείᾳ θεότητι φρονεῖται· εἰ γὰρ μὴ ἔστως ἔχει, ἀλλ' ἐξ ὧν ὅ.των ποίημα καὶ κτίσμα ἐστὶν ὁ λόγος, —— ἀνάγκη λέγειν αὐτὸς δύο Θεὸς, ἵνα μὲν κτίσην, ἢ ᾖ ἕτερον κτίσεν. *Atque ita unum per Trinitatem confitemur Deum, multoque ſanctius loquimur, quam ſi haereticorum multiformem multifariamque deitatem reciperemus, eo quod unam ſimplicemque credimus in Trinitate divinitatem eſſe. Nam ſi res ita ſeſe non habet, ſed verbum ex non exiſtentibus exſtitit, creaturaque eſt aut res fac-*

(*) P. 467. (†) T. I. Opp. p. 241. (§) P. 468.

thi diſputatio de *Athanaſii* & aliorum veterum de Trinitate divina ſententiis deſiderat, ad *Praefationem* differimus. De auctore ceterum horum *Dialogorum* nondum inter ſe conſentiunt Critici, tametſi omnes *Athanaſii* eos opus eſſe negent.

(q) Con-

facta, — relinquitur, ut duo simul Numina agnoscant, alterum creatorem, alterum creatum. Ad eumdem fere modum *Libro de Nicaeno concilio* (*) differit, quo Arianos disputat τρεῖς Θεοὺς τρόπον πινὰ κηρύτ]ειν εἰς τρεῖς ὑποστάσεις ξένας, ἀλλήλων παντάπασι κεχωρισμένας, ἀμερίστως δ' ἁγίαν μονάδα, *tres quodammodo Deos constituere, dum in tres substantias alienigenas & inter se omnino segregatas sanctam unitatem dispartiuntur.* Illud contra Trinitatis genus, quod ipse omnis credit vitii & erroris expers esse, alio loco sic ab eo definitur: (†) Τελεία πᾶσιν ἁγία καὶ πλείας ἐστὶν, ἐν πατρὶ καὶ υἱῷ καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι θεολογουμένη, οὐδὲν ἀλλότριον ἢ ἔξωθεν ἐπεισαγόμενον ἔχουσα, οὐδὲ ἐκ δημιουργοῦ καὶ γενητοῦ συνεστηκυῖα. ἀλλ' ὅλη δ' κτίζουσα καὶ δημιουργοῦσα ἐστι. *Trinitas igitur sancta & perfecta in patre & filio & Spiritu sancto celebratur: nihil ea habet alienum & foris admissum, neque ex creatore ac creatura consistit, sed tota est ex creatore & conditore rerum.* Quumque Ariani celebre illud Servatoris nostri enuntiatum: *Ego & pater unum sumus*, de consensione seu concordia voluntatis intelligi unice vellent, interpretationis istius levitatem declarat, & hoc modo disputationem demum obsignat: (§) Ἀνάγκη λοιπὸν καὶ ἡ ἑνότης τῆς θεότητος καὶ ἡ υἱῷ καὶ πατρὶ ἐνότης. *Necesse itaque est, ut, praeter hanc voluntatis consensionem, alia sit in patre ac filio unitas essentiae seu substantiae.* Istam vero, quam hic memorat, essentiae vel substantiae ἑνότητα seu *unitatem* non esse *unitatem singularem aut individuam*, verum generalis tantum aut universalis essentiae communitatem, id, quae consequuntur, ejus verba satis ostendunt: (**) Τὰ μὲν γὰρ γενητὰ, κἂν συμφωνίαν ἔχῃ πρὸς τὸ πεποιηκός, ἀλλ' ἐν κινήσει καὶ μετατολῇ πώτῳ ἐστί, ὅπερ ὁ μὴ φυλάξας ἐκπέπτωκεν ἀγγέλων· ὁ δὲ υἱὸς ἐκ τῆς οὐσίας ὢν γέννημα, ἴσον καὶ ἓν ἐστιν αὐτὸς καὶ ὁ γεννήσας πατήρ. *Nam creata, tametsi concordiam cum creatore suo habeant, eam tamen ex communicatione unice & per motum quemdam veluti habent, quemadmodum ille, qui, quum eam non retinuisset, coelo ejectus est. Filius vero, quum ex substantia sit genitus, substantia unum est ipse & qui eum genuit, pater.* In hoc loco unitas consensus, qua cum Deo naturae creatae junguntur, in quas mutatio voluntatis cadit, & unitas essentiae, qua praeditum est id, quod creatum non est, nec a voluntate patris desciscere ulla ratione potest, inter se ab *Athanasio* committuntur. Multa, praeter haec, alia scripta reliquit *Athanasius* de unitate in Deo, quae fortassis nonnullis de singularis essentiae unitate dicta videri possent. Sed certus ego sum, ab hac eum unitate fuisse alienum, atque pronuntiata hujus generis aut de communitate unius generis & speciei unice accipi debere, aut alio quodam, quem inferius declarabimus, sensu exponenda esse. *Quarta* in *Oratione*, ut exemplo, quae dixi, probem, haec leguntur verba: (††) Τὴν μίαν ἐν Τριάδι Θεότητα φρονοῦμεν. *Unam esse credimus Deitatem in Trinitate.* Quae vero hanc sententiam excipiunt verba, ea neminem ignorare sinunt, de una communi ac generali divinitatis essentia, ex parte saltim, sermonem hic ei esse: Εἰ γὰρ μὴ οὕτως ἔχει, ἀλλ' ἐξ οὐκ ὄντων πάντα καὶ κτίσμα ἐστὶν ὁ λόγος, κ. τ. λ. *Nam si res ita sese non habet, contra verbum res est creatu, quae ex non existentibus exstitit, aut verus Deus non est, aut duos oportet esse Deos, alterum creatorem, alterum creatum.* Rursus eodem in libro haec scripta exstant: (§§) Ἓν εἶναι ὁ υἱὸς καὶ ὁ πατὴρ τῇ ἰδιότητι καὶ αὐτότητι τῆς φύσεως καὶ τῇ πατρικῇ τῆς μιᾶς

(*) P. 275. (†) Ep. ad Serap. p. 202. (§) P. 923.
(**) Ep. de Synod. Arim. & Seleuc. p. 923. (††) P. 468. (§§) P. 456.

(q) *Contuliffet*] Quo lectorem molestia ipsum evolvendi *Athanasium* levemus, ipsa iterum magni hominis verba describere non gravabimur: Οὐδὲ γὰρ —— τρεῖς ἀρχὰς, ἢ τρεῖς πατέρας ἀνηγορεύκαμεν, ὡς

μιᾶς θεότητος. *Unum sunt pater & filius unitate & proprietate naturae & identitate unius deitatis.* Orationis vero series & cohaerentia cuivis aperiet, non de singularis cujusdam essentiae unitate, sed partim de unitate communis cujusdam generis, partim de alio quodam communitatis genere, cujus indolem deinceps explanare constituimus, effatum hoc intelligendum esse. Postremo, quod tres hypostases μίαν esse ἰσότητα, *unam essentiam* aut *substantiam*, *Athanasius* (r) alicubi decernit, id cave sic interpreteris, ac si censuisset, unam singularem essentiam omnibus tribus personis communem esse. Certum est enim, ex illis aliquem sensibus, de quibus antea exposuimus, in animo eum habuisse, quum haec scriberet antistes Alexandrinus.

Nusquam igitur *Athanasius* tribus divinae naturae personis unam eamdemque singularem essentiam attribuit. Trinitatem e contrario negat perspicue μυριάδα esse: atque ut ostendat, tres personas divinitatis unum efficere tantum Deum, ad unitatem speciei seu generis, εἰδικὴν ἑνότητα, perpetuo fere confugit, qua sublata, personas divinitatis Deum nullo esse modo posse, decernit. Sed errarent tamen,
726 si qui sibi persuaderent, tantum in hoc unitatis genere firmamenti posuisse *Athanasium*, ut existimaret, eo solo omnem trium personarum unitatem contineri. Constat enim, aliunde quoque auxilium sibi advocasse antistitem hunc ad unitatem Dei demonstrandam; pluresque locos argumentationum in hac caussa constituisse: quos quidem jam enumerabimus. Igitur primo cogitare jubebat, Trinitatem hanc divinam non ex principiis constare tribus, verum unum esse tantum principium, unumque divinitatis, unde reliqua in Deo manaverint omnia, fontem. *Quinta* enim ejus *Oratione* haec verba legas: (*) Μία ἀρχὴ, καὶ ἓν τοῦτο εἰς θεός. *Unum est principium, & unus idcirco tantum Deus.* Rursus *Libro contra Sabellianos* sic inter alia differit: (†) Οὐκ εἰσὶ δύο θεοὶ, ὅτι μηδὲ δύο πατέρες, μηδὲ ἑτερούσιος καὶ γενητικὸς ὁ γεννητικός· ὁ μὲν γὰρ ἀρχὰς εἰσάγων δύο, δύο κηρύττει θεούς· αὕτη Μαρκίωνος ἡ δυσσέβεια. *Non sunt duo Dii, quemadmodum nec duo patres, neque diversae substantiae est genitor a genito. Qui enim duo principia introducit, is duo Numina praedicat: quae Marcionis est impietas.* Hinc etiam fatetur alio loco, (§) Τὴν οὐσίαν τοῦ πατρὸς ἀρχὴν καὶ ῥίζαν καὶ πηγὴν εἶναι τοῦ υἱοῦ, *substantiam patris principium, radicem, & fontem esse filii.* Quo nixus dogmate, *Dionysii* approbat praeceptum hoc: Ὅτι πηγὴ μὲν ἀγαθῶν ἀπάντων ἐστὶν ὁ θεὸς, ποταμὸς δὲ ὁ ἐξ αὐτοῦ ἀναχεόμενος ὁ υἱός. *Fons bonorum omnium Deus est* (pater), *filius vero rivus est, ex eo emanans & profluens.* Huc & pertinent, quibus rem hanc illustrat saepius, similitudines. Etenim patrem & filium cum aqua & vapore inde adscendente, cum luce & splendore inde manante, cum prima denique forma & exemplo ejus comparare solet. Atque hinc Deum esse unum elicit his verbis: (**) Τὴν θείαν τελάδα εἰς ἕνα, ὥσπερ εἰς κορυφήν τινα, τὸν θεὸν τῶν ὅλων τὸν παντοκράτορα λέγω, συγκεφαλαιοῦσθαι καὶ συνάγεσθαι πᾶσαν ἀνάγκη. *Sanctam Trinitatem necesse est omnino in unum omnium rerum ac praepotentem Deum, veluti in verticem ac principem, consum-*

(*) P. 509. (†) P. 656. (§) De Synodo Arim. & Seleuc. p. 910. (**) De Synodo Nic. p. 275.

οὐ γὰρ Μαρκίωνος καὶ Μανιχαίου, ἵνα μηδὲ τριῶν ἡλίων ἐπεισάγωμεν τὸ εἰκόνα, ἀλλὰ ἥλιον καὶ ἀπαύγασμα καὶ ἓν τὸ ἐξ ἡλίου ἐν τῷ ἀπαυγάσματι φῶς· οὕτω μίαν ἀρχὴν ὁμολογοῦμεν, καὶ οὐ δημιουργὸν φάσκομεν εἶναι ἐκεῖνο ἵνα τρίτον ἔχωμεν θεότητος, ἢ τὸν τοῦ μὲν Θεοῦ, λόγον δὲ καὶ σοφίαν. *Non enim tria principia, aut tres patres introducimus, sicuti Marcionistae & Manichaei, quum non tres soles ad comparationem adducamus, sed unicum solem, ejusque splendorem, unicamque ex ambobus lucem: ita unum principium agnoscimus, conditoremque dicimus non alium modum, quam unius Numinis rationem habe-*

Digitized by Google

summari ac coalescere. Quamquam maxima hujus conclusionis vis in ea sita est, ut Marcionitae, qui plura inducebant aeterna & ex se ipsis nata principia, seu Deos plures, a puriori grege arceantur; nihilo tamen minus tantum nullo modo róboris in hac esse videtur argumentatione, quantum ad eos penitus comprimendos requiritur, qui tres a Christianis credi Deos disparis gradus & dignitatis criminantur. Quocirca praeparationis instar tantum spectari ea debet ad sequentem rationem ex summa trium personarum ad unum Deum constituendum conjunctione ductam. Quod si enim tres illae personae tria essent principia nullo inter se vinculo copulata, nulla prorsus pateret via ad intimam & arctissimam earum unitatem ostendendam.

Ergo *Athanasius* secundo loco hoc maxime vult animadverti: Tres divinas personas non esse naturas sejunctas & secretas, μεμερισμένας aut κεχωρισμένας, sed ἀδιαιρέτως, indissolubili & arctissimo nodo inter se junctas & connexas. *Quinta* sic nimirum scisit *Oratione:* (*) πατέρα καὶ υἱὸν ἐν θεότητος τῷ λόγῳ, καὶ τὸ ἐξ αὐτοῦ ἀμέριστον καὶ ἀδιαίρετον καὶ ἀχώριστον εἶναι τὸν λόγον ὄντα καὶ πατρός: *patrem & filium ratione deitatis unum esse, quod vero ex patre exsistit, indivisum tamen & indisjunctum, nec partitione divulsum, hoc ipsum esse verbum.* Patrem hic & filium praecipit, si divinitatem intueamur, unum esse. Quodnam vero genus intelligat unitatis, id ex consequentibus elucet verbis, quibus patrem & filium duo esse fatetur, at ita tamen inter se connexa, ut nullus dissolutioni aut secretioni locus sit. Igitur non unitatem unius ejusdemque singularis essentiae, sed unitatem generis communisque naturae societatem significat. Ex *Libro de sententia Dionysii* sequentia huc primum refero verba: Ἐστὶν ἀδιαίρετος καὶ πατρὸς ὁ υἱὸς, ὡς ἔστι τὸ ἀπαύγασμα πρὸς τὸ φῶς. *Filius a patre divelli nequit, sicuti splendorem a luce haud segregaveris.* Post & alium ex *Eodem Libro* locum subjicio, quo hanc rem ex *Dionysii* sententia aliquanto latius enarrat: (†) Ὁ γὰρ υἱὸς καὶ ἀδιαίρετον τὸ ἐκ πατρὸς οὐσίας τὸν υἱὸν εἶναι δηλώσει, ὡς ἔστιν ὁ λόγος πρὸς τὸν νοῦν, καὶ ποταμὸς πρὸς τὴν πηγήν· εἰ μὲν γὰρ δυνατὸν καὶ δυνήσεταί τις λόγον καὶ τὸν νοῦν τις διανοῆται· ἢ τὸν ποταμὸν καὶ τὴν πηγὴν μερίσαι καὶ τεμεῖν διελεῖν, ἢ τὸ ἀπαύγασμα ἅμα διελεῖν ὅσπερ τὸ φωτός; *Dionysius filium individuum a patre & ex ejus essentia genitum esse docet, idque eadem ratione, qua verbum ex mentis substantia, fluviusque e fonte promanat. Quis vero verbum a mente alienare ac dividere, fluvium a fonte dirimere, aut splendorem a luce distrahere poterit?* Porro in *Epistola ad Serapionem*, qua Spiritum S. non esse rem creatam demonstrat, sic verba facit: (§) Ἡ διελέτωσαν πρῶτον αὐτὴ τὸ ἀπαυγάσματος τὸ φῶς, ἢ τὴν σοφίαν τὸ σοφόν, ἢ μὴ εἰπάτωσαν, πῶς ἔστι ταῦτα. *Aut dividant mihi primum a splendore lumen, aut sapientiam a sapiente, aut definant dicere, quomodo ista fieri possint.* Iterum alias totam Trinitatem vocat τελείαν ἀδιαίρετον καὶ ἑνωμένην πρὸς ἑαυτὴν, *Trinitatem individuam & ad semet ipsam unitam.* Hanc vero *Athanasii* de individua omnino Trinitate doctrinam neminem ita capere decet, ac si tria in Deo neget esse tria. 727
Duo enim sunt, quibus hoc dogma continetur. Unum: Nulla divinarum perso-

nae-

(*) (P. 526.) (†) (P. 566.) (§) P. 194.

sere, eo quod ex ipsa soboles nata sit.

(r) *Alicubi*] Suspicor, digitum hic potissimum intendi a *Cudworthio* ad *Quaestiones* illas, quae *Tomo* II. *Opp. Athanasii p.* 436. exstant, at a plerisque Criticis *Athanasii* negantur esse. In his enim *Quaestio* VI. *p.* 442. sic sese habet: Ἐπὶ τοῦ Θεοῦ πόσας οὐσίας ὁμολογεῖς; *Quot essentias in Deo confiteris esse?* Ad eam ita respondetur: Μίαν οὐσίαν λέγω, μίαν φύσιν. Tum *Quaestio septima* succedit: Ὑποστάσεις δὲ πόσας ὁμολογεῖς; Quae his verbis expeditur: Τρεῖς ὑποστάσεις ὁμολογῶ, τρία πρόσωπα.

narum ſine reliquis exſiſtere perſonis poteſt. Quemadmodum fons omnis lucis ſive ſol nunquam eſt ſine ſplendore, neque ſplendor umquam a ſole ſeparatur, uterque vero perpetuo cum lumine, quod inde manat & late diffunditur, conjunctus eſt: ita Deus pater, qui ſol eſt perennis, aeternum neceſſe eſt ſplendorem aeternumque lumen conjuncta ſecum habeat. Alterum: Tres perſonae iſtae tam arcte intime connexae ſibi & copulatae ſunt, ut συνεχείας ſeu *continuationis* quoddam genus inter eas ſit. Quamquam haec ratio ex rerum corporearum legibus non aeſtimari debet, verum ita, uti natura rerum illarum patitur, a quibus omnis concretio corporea remota prorſus eſt.

Verum altius etiam *Athanaſius* in hac cauſſa ingenio enititur. Namque tertio divinitatis perſonas non modo ita eſſe inter ſe junctas contendit, ut diſtrahi & divelli nullo pacto queant, ſed etiam eas mutuo ſibimet ipſis ineſſe praecipit: περιχώρησιν hanc rem ſeu *circumineſſionem* nominant, qui poſt ejus aetatem vixerunt, (s) Graecorum doctores. Illud autem ut probet, *Dionyſii* primum haec verba ſua facit: (*) Ἀπόρροια γὰρ οὖν λόγου, καὶ ἀπὸ καρδίας ἀεὶ σώματος ἐξοχετεύει, ἕτερος ῥεύμα τοῦ ἐν καρδίᾳ λόγου· ἢ ὅταν ἐστὶν ἐκάτερος ἐν ἑκατέρῳ, ἕτερος ὢν θατέρου, καὶ ἓν εἶναι ὄντες δύο· ὅταν καὶ ὁ πατὴρ καὶ ὁ λόγος ἓν, ἢ ἐν ἀλλήλοις ἐλέχθησαν εἶναι. *Verbum mentis eſt emanatio, idemque ex corde per os effunditur, diverſumque jam inde verbum eſt, quod ita per linguam proſilit.* —— *Utrumque tamen in altero exſiſtit, quod alterum pertinet ad alterum, quumque duo ſint, unum tamen haberi debent. Eodem modo pater & filius unum ſunt, & in ſe invicem dicuntur eſſe.* Tum ipſe nonnullis imaginibus lucem negotio huic comparare ſtudet. Nempe ſolem iterum ejusque ſplendorem in exempli loco ponit, affirmatque, φῶς εἶναι ἐν τῷ ἀπαυγάσματι, καὶ ἀπαύγασμα ἐν τῷ ἡλίῳ, *lucem eſſe in ſplendore, ac viciſſim ſplendorem in ſole.* Neque ſimilitudinem, quam ipſa res ejusque forma praebent, omittit. Regem denique pictamque ejus imaginem ad intelligentiam dogmatis iſtius conferre multum arbitratur: in qua comparatione declaranda in primis copioſus eſt: (†) Ἐν τῇ εἰκόνι, inquit, ἔστι βασιλέως τὸ εἶδος καὶ ἡ μορφὴ ἔστι, καὶ ἐν τῷ βασιλεῖ τὸ ἐν τῇ εἰκόνι εἶδός ἐστιν. *In imagine ſpecies regis & forma apparet, & in rege viciſſim imaginis ſpecies: ſine ulla enim diſcrepantia vultus regis in imagine expreſſus eſt, ut, qui videt imaginem, videat in ea regem, & viciſſim, qui regem intueatur, agnoſcat, illum ipſum eumdem eſſe, qui in imagine repraeſentatur. Ceterum quia in ambobus nulla eſt diſſimilitudo, ſi quis poſt conſpectam imaginem velit regem videre, huic ad eum modum jure loqui poſſit imago:* Ἐγὼ καὶ ὁ βασιλεύς ἓν ἐσμεν· ἐγὼ γὰρ ἐν ἐκείνῳ εἰμὶ, κἀκεῖνος ἐν ἐμοί· καὶ ὃ ὁρᾷς ἐν ἐμοὶ, τοῦτο ἐν ἐκείνῳ βλέπεις, καὶ ὃ ἐνόησας ἐν ἐκείνῳ, τοῦτο βλέπεις ἐν ἐμοί· ὁ γὰρ περιπλωῶν ἐγὼ εἰκόνα, ἐν αὐτῇ περιπλωεῖ ὁ βασιλεύς. *Ego & rex unum ſumus: ego enim in illo ſum, & ille in me: & quod in me animadvertis, id quoque in eo animadvertes, & quod videris in illo, id quoque vides in me. Qui igitur adorat imaginem, in illa adorat ipſum regem, quum imago nihil ſit aliud, quam regis forma & ſpecies.* Alio loco, *quarta* nimirum *Oratione*, his verbis rem, de qua loquimur, explicat: (§) Ἔστι γὰρ ὁ υἱὸς ἐν τῷ πατρὶ. ὅσα ποιεῖ ἔχει, ἐπειδὴ σύμπαν τὸ εἶναι ἔχει ὁ υἱὸς, τοῦτο δὲ πατρὸς ἰδιόν ἐστιν, ὡς ἐν φωτὶς ἀπαύγασμα, καὶ ἐν πηγῇ ποταμὸς, ἔστι τὸ ὁρῶντα τὸν υἱὸν ὁρᾶν τὸν τοῦ πατρὸς εἶναι· ἔστι δὲ καὶ ὁ πατὴρ ἐν τῷ υἱῷ, ἐπειδὴ τὸ ἐν ἔχει ὁ πατὴρ εἶναι, τοῦτο ὁ υἱὸς τυγχάνει ὤν, ὡς ἐν τῷ ἀπαυγάσματι ὁ ἥλιος, καὶ ἐν τῷ λόγῳ ὁ νοῦς, καὶ ἐν τῷ πατρί.

(*) P. 665. (potius T. I. Opp. Libro de ſent. Dionyſ. p. 565.) (†) Orat. IV. p. 557. (§) P. 456.

(s) *Graecorum doctores*] Quorum teſtimonia collecta ſunt & illuſtrata a *Dion. Petavio Lib.* IV.

Digitized by Google

πατρικῶ ἡ πηγή. *Eſt enim filius in patre, quatenus intelligere licet, eo quod, quidquid eſt filius, id univerſum ſit proprium ſubſtantiae patris, non ſecus atque ſplendor ex lumine, ac ex fonte fluvius procedit, ita ut, qui filium videt, is videat id, quod patri eſt proprium. Eſt autem & rurſus pater in filio, eo quod id, quod eſt patri proprium, id ipſum ſit filius, ut in ſplendore ſol eſt, mens in ratione, fons in fluvio.* Neque reticet, quibus contumeliis & cavillationibus dogma hoc *Arii* ſectatores in omnium adducere odium ſtuduerint: (*) Ἔξεστι γνῶναι τὸ ὑπὸ δ κυρίου λεγόμενον· ἐγὼ ἐν τῷ πατρὶ καὶ ὁ πατὴρ ἐν ἐμοί· λέγοντες πῶς δύναται οὗτος ἐν ἐκείνῳ, καὶ πάντη ἐν τούτῳ χωρεῖν; ἢ πῶς ὅλως δύναται ὁ πατὴρ μείζων ὢν ἐν τῷ υἱῷ ἐλαττοῦσθαι δύνασθαι χωρεῖν; καίτοι τί θαυμαστὸν, εἰ ὁ υἱὸς ἐν τῷ πατρί; ὅτι γε καὶ περὶ ἡμῶν γέγραπται· ἐν αὐτῷ γὰρ ζῶμεν καὶ κινούμεθα καὶ ἐσμέν. *Sugillare illud conantur, quod a domino dictum eſt:* Ego in patre, & pater in me, *dicentes: Quomodo poteſt iſte in illo, & ille in iſto verſari? aut quomodo omnino poteſt pater, quum ſit major, in filio comprehendi, qui minor eſt? Et quid mirum tandem, ſi filius in patre ſit? quum & de nobis ſcriptum exſtet: In eo vivimus, movemur, & ſumus.* 728 Quibus Arianae ſectae maledictis ut reſiſtat *Athanaſius*, primo totam hancce diſputandi rationem ex eo unice profectam eſſe obſervat, quod *Ariani* mentibus uterentur terrae huic plus juſto affixis, resque corpore liberas & vacuas ex rerum corpore praeditarum legibus metiri auderent, (τὰ ἀσώματα σωματικῶς ἐκλαμβάνειν) Poſt haec ſubjicit: Οὐ γὰρ, ὡς ἐκεῖνοι νομίζουσι, ἀντιβεβλήμενοι τοῖς ἀλλήλοις εἰσὶν, ὥστε ἐν ἀγγείοις κενοῖς ἐξ ἀλλήλων πληροῦσθαι, ὥστε τὸ μὲν υἱὸν πλήρων τὸ κοῖλον δ πατρὸς, τὸν δὲ πατέρα πληροῦν τὸ κοῖλον δ υἱοῦ, καὶ ἑκάτερον αὐτῶν μὴ εἶναι πλήρη δ τέλειον. *Neque enim, ut illi arbitrantur, pater & filius viciſſim in ſe transvaſantur, quaſi vaſorum inanium alterum ex altero repleri ſolet, ita ut filius impleat patris capacitatem, & pater viciſſim filii, neuter vero ex ſe vel plenus ſit, vel integer. Id enim proprium eſt corporum: quapropter id vel ſolo dictu prorſus nefarium haberi debet.* Ultimum generis hujus convicium hac ratione reprimit antiſtes: *Filius non ita eſt in patre, ut nos in eo vivimus, movemur, & ſumus.* Αὐτὸς γὰρ ὡς ἐκ πηγῆς δ πατρὸς ἐστι ζωὴ, ἐξ ὧν τὰ πάντα ζωογονεῖται καὶ συνίσταται· ὁ γὰρ ἡ ζωὴ ἐν ζωῇ ζῇ, κ. τ. λ. *Quia ipſe eſt vita, & e patre, tamquam ex fonte, dimanat, in qua omnia vivificantur & conſtant: ſiquidem vita non per vitam vivit, aliqui omnino vita non eſſet, ſed ipſa potius omnia vivificat.* Paullo ante haec dixerat: *Neque tamen rurſus ita in patre eſt filius, ut in ſanctis Deus eſt hominibus, quos intra receptus eos corroborat: ipſe enim filius patris eſt fortitudo & ſapientia, resque omnes conditae participatione ejus in ſpiritu ſanctificantur.* Singulari ergo modo hanc fas eſt περιχώρησιν ſeu *mutuam inexiſtentiam* patris & filii interpretari Nam per eam fit, ut pater & filius vere proprieque unum ſint: quodque a filio & ſpiritu ſancto perficitur, id in eis pater perficit, teſte hoc *Athanaſii* praecepto: (†) Ἡ δ υἱῷ θεότης δ πατρὸς θεότης ἐστὶ· καὶ ὅτως ἐν τῷ υἱῷ ἡ τῶν πάντων πρόνοια πατρική. *Deitas filii eſt patris deitas: atque ita pater in filio rebus omnibus provident.*

Poſtremo idem *Athanaſius* non raro tres divinas perſonas eo modo unam conſtituere divinitatem decernit, quo fons & flumen unum rivum, nec non radix, truncus, atque rami unam integram efficiunt arborem. Quo quidem ſenſu tota etiam Trinitas ab eo dicitur μία θεότης, *una divinitas*, μία φύσις, *una natura*. μία οὐσία, *una eſſentia*, εἷς denique θεὸς, *unus Deus*. Quae ſi reputemus, verbum ὁμοούσιον amplius

(*) Orat. IV. (p. 453.) (†) (P. 457.)

Digitized by Google

plius aliquid *Athanaſio* ſignificare, ſentiemus, atque id, quod antea indicavimus, neque tantum de rebus ab ipſo adhiberi, quibus una eſt communis & generalis eſſentia, quemadmodum tres homines unius naturae participes ſunt, verum etiam de illis, quae conjunctim naturam unam integramque efficiunt, ideoque naturali quadam copula inter ſe nexae ſunt. Etenim dum τὸ φυτὸν εἶναι μίαν ὁμοφυῆ, *arboreum eſſe conſubſtantialem radici*, & τὰ κλήματα ὁμοούσια τῇ ἀμπέλῳ, *palmites viti congeneres eſſe*, affirmat, id eum ſibi velle apparet, radicem, truncum, & ramos non unius tantum eſſe generis ac naturae, verum etiam una integram unius plantae aut arboris eſſentiam conſtituere. Quod ſi quis ad divinam naturam referat, id ſibi decernendum eſſe, facile intelliget, tres divinas perſonas, patrem, filium, & ſpiritum ſanctum, non unius tantum generis aut eſſentiae compotes eſſe, atque unam communem habere divinitatis naturam, ſed etiam ſimul & conjunctim unam perfectamque efficere divinitatem. Cui dogmati conveniens eſt id, quod idem quoque praecipit *Athanaſius*, tres divinitatis perſonas non modo conſentienti concordique, ſed etiam una eademque voluntate naturaliter praeditas eſſe: ex quo conſequitur, eas *ad extra* μίαν ἐνέργειαν, *unam eamdemque efficientiam* exercere & poteſtatem: neque idcirco, ſi ab una diſcedas humanae naturae aſſumtione, filio proprium aliquid & peculiare eſſe. Juvat ipſum differentem audire *Athanaſium*: (*) Ὁμοία ἑαυτῇ καὶ ἀδιαίρετός ἐστι τῇ φύσει ἡ Τριάς, καὶ μία πάντως ἡ ἐνέργεια· ἃ γὰρ πατὴρ λέγει ἐν τῷ πνεύματι τῷ ἁγίῳ τὰ πάντα ποιεῖ· καὶ ἕνωσις ἡ ἐν τῇ ἁγίας Τριάδι σώζεται, καὶ εἷς θεὸς ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ κηρύττεται, ὁ ἐπὶ πάντων, καὶ διὰ πάντων, καὶ ἐν πᾶσιν· ἐπὶ πάντων μὲν ὡς ὁ πατὴρ, ὡς ἀρχὴ καὶ πηγή, διὰ πάντων δὲ ὁ λόγος, ἐν πᾶσι δὲ ἐν τῷ πνεύματι τῷ ἁγίῳ. *Trinitas ſibi ſimilis & natura individua eſt, unaque idcirco ejus eſt operatio. Pater enim per verbum in ſpiritu ſancto omnia facit. Atque ita unitas Trinitatis ſervatur, & ita unus Deus in eccleſia praedicatur, qui eſt ſuper omnia, & per omnia, & in omnibus: ſuper omnia, ut pater, ut principium, ut fons; per omnia vero per verbum; in omnibus denique in ſpiritu ſancto.* Idem multis aliis in locis fatetur & eodem modo exponit. Haec igitur, quae adhuc copioſe & accurate diſputavimus, qui cognoſcet, ei nullo modo poterit obſcurum eſſe, quonam ſenſu *Athanaſius* praeceperit, tres divinae naturae perſonas, tametſi ejusdem tantum, non vero unius ſolius ſint eſſentiae, ὁμοούσιον, non vero μονοούσιον, unum tantum ve-
729 re ac proprie Numen eſſe. Nihil vero eſt in univerſa hac doctrina ejus, cui germanus *Platonis* aſſectator non libenter & ſine ulla recuſatione aſſentiatur. Ex quo quidem intelligi debet, illud Trinitatis genus, quod ab ipſo traditum eſt *Platone*, non eſſe tanto, quanto credunt recentiores quidam auctores, diſcrimine ab illo ſejunctum dogmate, quod de tribus in Deo perſonis antiqui Chriſtianorum coetus profeſſi ſunt.

Hactenus Chriſtianus noſter *Platoni* deditus, cujus perſonam ſumſimus, partim *Platonis* Trinitatem a vitiis & maculis purgare ſtuduit, quas diuturnitas temporis in eam intulit, partim cognationem ejus cum antiquioris eccleſiae ſententiis aperire auſus eſt. Sed ne quis male de nobis ſuſpicandi occaſionem hinc capiat, omnes ſollicite volumus admonitos, ſerio nos & ex animo omne illud deteſtari ac rejicere, quod in hoc germano *Platonis* de Trinitate dogmate non modo ab ipſis ſa-

(*) Ep. ad Serap. p. 202.

(t) *S. Cyrilli*] Quippe qui *Lib.* VIII. *adv. Julianum* p. 270. & *Lib.* I. p. 34. Trinitatem Per-

ſacris litteris, quas tamen unicam tantum eſſe credendi normam & regulam ducimus, ſed etiam a profeſſionibus fidei in concilio Nicaeno & Conſtantinopolitano confecratis, aut ab ipſius *Athanaſii* ſententia, quam vera ejus exhibent ſcripta, alienum & remotum videtur eſſe, ſive id ad diſſimilitudinem perſonarum, ſive ad aliud, quodcumque demum illud ſit, dogmatis hujus momentum pertineat. Nam quod ad illam attinet doctrinae expoſitionem, quae vulgo *Symbolum* dicitur *Athanaſii*, eam diu poſt aetatem ejus a neſcio quo exaratam eſſe, conſtat. Quumque ea, quidquid habet auctoritatis, vel inde conſequuta eſt, quod *Athanaſii* nomen adſcriptum gerit, vel ex eo, quod viſa eſt argumentum & ſummam doctrinae illius, quam *Athanaſius*, quoad vixit, defendit, continere, ideirco ad illius doctrinae normam putaverim exigendam hanc formulam & exponendam eſſe, quae illis comprehenſa eſt *Athanaſii* ſcriptis, quorum certum eſt eum auctorem eſſe. Ipſum vero *Athanaſium* magnum & egregium fuiſſe hominem, ſentire fas eſt, cujus ope & auxilio divina providentia in primis perfecerit, ne Chriſtiani coetus ad *Arii* errores accederent: quae quidem ſi contigiſſet defectio, Chriſtiana religio maculam non levem accepiſſet, ſuperſtitioneque populorum veterum & plurium Deorum cultu temperata quaſi fuiſſet. Nam quid faciunt, quibus *Arii* arrident dogmata, quam quod eas Numinum inſtar naturas colunt, quas ipſimet in rerum creatarum numero concedunt eſſe? Eſt & hoc in eximii & ſalutaris beneficii loco ponendum, quod idem *Athanaſius* dogma de Trinitate, quod multiforme ac varium antea vagabatur inter populos, certis primus regulis adſtrinxit & in ordinem concinniorem redegit.

Cauſſas vero ſi qui requirant, propter quas hic Chriſtianum quemdam finxerimus verba pro *Platonis* facere Trinitate, illi has habeant. Primum rei Chriſtianae rationibus minime fore conducibile cenſuimus, ſi germana *Platonis* de divina Trinitate ſententia remotior a Chriſtianorum doctrina videretur, atque reapſe fuit. Vetus deinde & vera *Platonis* Trinitas, id quod ſuperius jam oſtendimus, Arianorum dogmati prorſus adverſa eſt, & viciſſim *Arii* doctrina *Platonis* ſententiam evertit: id quod planum facere, operae duximus eſſe pretium. Secundam enim & tertiam hypoſtaſin *Plato* cenſet aeque aeternas, infinitas, nec ullo modo mutabiles eſſe, atque primam. Illi vero *Platonis βαθμοὶ* ſeu *gradus*, quorum tam frequens in antiquis auctoribus occurrit mentio, multum diſtant, quod pace (*t*) *S. Cyrilli* dixerim, ab *Arii* gradibus: neque enim conditorem & res ab eo factas & conditas, id quod *Arium* feciſſe novimus, in Trinitate ſua *Plato* copulat. Quamobrem non immerito *Socrates* ille, cujus *Hiſtoria* ſupereſt *eccleſiaſtica*, demiratur, qui duo illi presbyteri, *Georgius* & *Timotheus*, Arianae factioni ſeſe adjungere potuerint, qui tantum otii in *Platonis* & *Origenis* lectione conſumſiſſe dicebantur: (*) Θαυμάσαι ἔν μοι ἔπεστι, πῶς ἔτι οἱ ἄνδρες τῇ Ἀρειανῶν θρησκείᾳ παρέμειναν, ὧν ὁ μὲν Πλάτωνα ἀεὶ μᾶλλον χεῖρας εἶχεν, ὁ δὲ τὰ Ὠριγένους ἀνέγνωκεν· ἀδὲ μὲν Πλάτων τὸ ἀΐδιον καὶ τὸ τέλειον αἴτιον, ὡς αὐτὸς ὀνομάζειν εἴωθεν, δεχθεὶς ὑπάρξεως ἀληθείαν φησί· καὶ Ὠριγένης σωκαίδιον παντεχῆ ὁμολογεῖ τὸν υἱὸν τῷ πατρί. *Ac mihi quidem mirari ſubit, quonam modo viri iſti in Ariana ſecta perſeveraverint, quorum alter Platonis aſſidue terebat libros, alter Origenem ſemper in ore habebat. Etenim nec Plato ſecundam ac tertiam cauſſam, ut ipſe*

(*) L. VII. C. 6. (p. 343.)

Porphyrianam & Platonicam cum Ariana confert.

Digitized by Google

730 *ſe quidem nominare ſolet, exſiſtendi initium cepiſſe dicit, & Origenes paſſim in ſuis libris filium patri coaeternum eſſe confitetur.*

Addo tertiam, qua impulſus ſum, cauſſam, ut *Platoni* patronum hac in cauſſa excitarem. Qui poſt natum Servatorem *Platonem* ſequuti ſunt, philoſophi a Chriſtiana religione averſi, illi Chriſtianorum de λόγῳ ſeu verbo placita ſuis eſſe ſcitis ex toto conſentanea profitebantur. E contrario Chriſtiani doctores fere omnes, qui vel ante Nicaenum concilium, vel poſt ejus concilii tempora vixerunt, *Platonis* de tribus principiis dogma nullo pacto diſcrepare docuerunt a Chriſtianorum coetuum ſententia; ſi quid vero inter utramque intereſſet, id minutum eſſe, ac in verbi controverſia prope poſitum, aſſeverarunt. Platonicis hoc, quod dixi, perſuaſum fuiſſe, celebris ille locus teſtatur *Amelii*, aequalis *Platini*, quem *Euſebius*, *S. Cyrillus*, & *Theodoretus* ſervarunt: (*) Καὶ ἔτω ἄρα ἦν ὁ λόγος, καθ' ὃν ἀεὶ ἦν, τὰ γινόμενα ἐμήνευε, εἰς ἂν καὶ ὁ Ἡράκλειτος αἰνίσσεται· ᾗ νῦν δ' ὃν ὁ βάρβαρος ἀξιοῖ ἐν τῇ τοῦ ἀρχῆς τάξει καὶ ἀξίᾳ καθεστηκότα, πρὸς τὸ θεὸν εἶναι, καὶ θεὸν εἶναι· δι' ὃ πάντα ἁπλῶς γεγένηται· ἐν ᾧ τὸ γενόμενον, ζῶν καὶ ζωὴ ᾗ ὂν πεφύκεναι· ᾗ εἰς τὸ σῶμα πίπτειν, ᾗ σάρκα ἐνδυσάμενον φαντάζεσθαι ἄνθρωπον, μὴ ᾗ δ' ὑπικαῦτα δεικνύειν τοῦ φύσεως τὸ μεγαλεῖον ἁμελεῖ· καὶ ἀναλυθέντα πάλιν δοκιμάζεσθαι, ᾗ θεὸν εἶναι, εἴπερ ἦν πρὸ δ' εἰς τὸ σῶμα ᾗ τὸ ἄνθρωπον καταχθῆναι. *Atque hoc plane verbum erat, per quod, ſempiternum quum eſſet, exſiſtebant omnia, quae fiebant, quemadmodum Heraclitus loquitur: quod ipſum videlicet barbarus etiam ille, apud Deum in principii gradu ac dignitate conſtitutum, immo & Deum ſimul eſſe, pronuntiat: per quod facta ſimpliciter omnia ſint: in quo, quidquid factum eſt, & vivens, & vita, & aliquid pro ſua quodque natura fuerit: idem porro in corpora delabi, tradit, & carne indutum humanam ſpeciem prae ſe ferre, ſic tamen, ut ſuae interea naturae majeſtatem oſtendat: adeoque, ſolutum ubi jam fuerit, Dei locum denuo capeſſere, ac Deum prorſus eumdem eſſe, qui erat, priusquam in corpus atque in carnem hominemque deſcenderet.* Hic *Amelium* etiam de λόγῳ ſeu verbi incarnatione ſatis clementer ac benigne loqui videmus. Conſtat idem ex eo, quod *Auguſtinus* (v) de Platonico quodam aetatis ſuae memoriae prodidit: *Initium ſancti euangelii, cui nomen eſt ſecundum Johannem, quidam Platonicus, ſicut a ſancto ſene Simpliciano, qui poſtea Mediolanenſi eccleſiae praeſedit epiſcopus, ſolebamus audire, aureis litteris conſcribendum, & per omnes eccleſias in locis eminentiſſimis proponendum eſſe, dicebat.* Chriſtianos idem ſenſiſſe, quod Platonicos, hac de re, id vero ſequentia, ut arbitror, effata planum & propoſitum facient. *Juſtinus M.* (x) in *Apologia* haec de *Platone* verba reliquit ſcripta: Δεύτερον χώρον τῷ παρὰ θεῷ λόγῳ δίδωσι, τὸ δὲ τρίτον τῷ λεχθέντι ἐπιφέρεσθαι τῷ ὕδατι, πνεύματι, κ. τ. λ. *Plato ſecundum quidem locum verbo Dei tribuit, tertium vero ei, qui dictus eſt ſupra aquas ferri, ſpiritui. Clemens Alexandrinus*, poſtquam illud *Platonis* dictum, quod *ſecunda ad Dionyſium Epiſtola* exſtat, quo primi, ſecundi, & tertii principii meminit, commemoraverat, his verbis illud exponit:

(*) Praepar. euang. Lib. X. C. 9. (potius C. 19. p. 540.)

(v) *Auguſtinus*] *De civitate Dei Lib. X. Cap. 29. p. 202. Tom. VII. Opp.*

(x) *Apologia*] In *Apologia*, quae *ſecunda* vulgo dicitur, *p. 93. Opp.*

(y) *In qua quippe*] Etſi verba haec *Cudworthus* ita proferat, ac ſi ea ipſius eſſent *Origenis*, res tamen ſecus ſeſe habet. Non *Origenis*, ſed *Cudworthi* verba haec ſunt, quibus hic ſententiam loci Platonici ab *Origene* laudati expreſſit.

(z) *De Spiritu S.*] Hic *de Spiritu S.* libellus pars eſt operis *de cardinalibus Chriſti operibus*, quod olim temere *Cypriano* adſcriptum fuit, hodie vero multo rectius *Arnoldo*, Abbati Bonae vallis, ſaeculi duodecimi auctori, tribuitur. Vid. *Caſim. Oudin.*

Digitized by Google

nit: (*) Οὐκ ἄπαις ἐγωγε ἐξακούω, ἢ τῆ ἁγίαν τριάδα μυνιέσθω. τρίτον μὲν δὴ εἶναι τὸ ἅγιον πνεῦμα, τὸν δὲ δεύτερον, δι' οὗ πάντα ἐγένετο καὶ βούλησιν τοῦ πατρός. *Equidem iſta non niſi de ſancta Trinitate accipio; & tertii quidem nomine ſpiritum ſanctum, ſecundi vero filium intelligo, per quem ex patris voluntate facta ſunt omnia.* *Origenes* item *Platonem* in epiſtola ad *Hermiam & Coriſcum* de filio Dei perſpicue loquutum eſſe perhibet: (†) ὁ πανταχοῦ ἐπαγγελόμενος εἰδέναι Κέλσος, καὶ πολλὰ τοῦ Πλάτωνος ἀναγκαίως μνημονεύων, ἐκεῖνα, οἶμαι, σιωπᾷ τὰ περὶ τοῦ θεοῦ λόγου, τὰ παρὰ Πλάτωνι λεγόμενα ἐν τῇ πρὸς Ἑρμείαν καὶ Κορίσκον ἐπιστολῇ. *Celſus, qui ſe noſſe omnia gloriatur, totque alios ex Platone locos aſſert, ſtudioſe, ut opinor, tacet & praeterit illum Platonis de filio Dei ſermonem, qui in epiſtola ad Herniam & Coriſcum exſtat:* (y) *in qua quippe Plato eum nominat Deum totius rerum univerſitatis, principemque rerum omnium, tam praeſentium, quam futurarum, poſtea vero de patre cauſſae hujus ac principis loquitur.* Alias *eodem Libro* in hanc ita diſputat ſententiam *Origenes*: (**) Ἀλλ' οὐδ' ἐνταῦθα τὸ παρὰ Πλάτωνι ἐν ταῖς ἐπιστολαῖς λελεγμένον, ἃ ἐν τοῖς ἀνωτέρω ἐμνήσθημεν, περὶ τοῦ Δημιουργοῦ τῶνδε τῶν πάντων, ὡς ὄντος υἱοῦ θεοῦ, ἀναθεῖναι· ἵνα μὴ καὶ αὐτὸς ὑπὸ τοῦ Πλάτωνος, ὃν πολλάκις ἐσέμνυνεν, ἀναγκασθῇ ὁμολογῆσαι, ὅτι ὁ μὲν δημιουργὸς τῶνδε τῶν πάντων υἱός ἐστι θεοῦ, ὁ δὲ πρῶτος καὶ ἐπὶ πᾶσι θεὸς πατὴρ ἐστιν αὐτοῦ. *Neque Celſus* (quum de eo loquitur, quod Chriſtiani *Jeſum* filium eſſe Dei affirmant) *recordari vult dicti illius, quod ex Platonis antea epiſtolis attulimus, quo de conditore hujus orbis, tamquam de filio Dei, verba facit. Metuit nimirum, ne Platonis filius, quem toties magnifice laudavit, auctoritate cogeretur confiteri, architectum & conditorem hujus orbis eſſe filium Dei, ſummumque illum, qui rebus omnibus praeſidet, Deum patrem eſſe ejus.* 731

S. Cyprianus praeterea, ſeu quisquis demum auctor eſt *Libri* (z) de *Spiritu Sancto*, *Platonis* ψυχὴν ſive animam principem, per univerſitatem rerum fuſam, ipſum eſſe illum, quem Chriſtiani venerantur, ſpiritum ſanctum his verbis declarare non formidat: *Hujus ſempiterna virtus & divinitas, quum in propria natura ab inquiſitoribus mundi, antiquis philoſophis, proprie inveſtigari non poſſet, ſubtiliſſimis tamen intuiti conjecturis compoſitionem mundi, & diſtinctis elementorum affectibus, praeſentem omnibus animam adfuiſſe, dixerunt, quibus ſecundum genus & ordinem ſingulorum vitam praeberet & motum, & intransgreſſibiles figeret metas, & ſtabilitatem aſſignaret: & univerſam hanc vitam, hunc motum, hanc rerum eſſentiam, animam mundi vocaverunt.* *Cypriano* jungam *Euſebium*, Caeſarienſem antiſtitem, qui copioſe non minus, quam perſpicue, ea, quae *Plato* de divina Trinitate praecepit, Chriſtianorum, maxima ſaltim ex parte, ſcitis de eodem argumento finitima & conſentanea eſſe, demonſtrat, atque veterum ex Hebraeorum diſciplina philoſophum hunc accepiſſe omnia, quae de tribus principiis rerum tradiderit, aſſeverat: (††) Τῶν παρ' Ἑβραίοις λογίων μὴ ἀπὸ περὶ πατρὸς καὶ υἱοῦ λόγον, ἐν τρίτῃ τάξει τὸ ἅγιον πνεῦμα καταλεγόντων, καὶ τὴν γε ἁγίαν καὶ μακαρίαν τριάδα τῶν ὑποτεθειμένων ἀπὸ τρόπον, ὡς ἂν ἀπὸ τρίτης δυνάμεως πᾶσαν ὑποστᾶσαν γενητὴν φύσιν, ἔσειν πρώτῳ μὲν τῷ λόγῳ τοῦ υἱοῦ συστᾶσαν πηγῶν ἀγαθῶν, τελείῳ δὲ

(*) Strom. Lib. V. p. 598. (p. 710. ed. Potteri.)
(†) Lib. VI. contra Celſ. (p. 280.)
(**) Contr. Celſ. Lib. VI. p. 308.
(††) Praeparat. euang. Lib. XI. Cap. 20. (p. 541.)

Oudini *Commentar. de ſcriptor. eccleſ. Tom.* II. *p.* 1290. Solet tamen & hodie veris *Cypriani* operibus, appendicis inſtar, hic liber jungi. Verba, quae hic afferuntur, non longe a principio libelli *de Spiritu S. p.* 114. *ed. Baluzii* exſtant. Eximendus igitur hic eſt teſtis ex ordine doctorum veteris eccleſiae, qui Platonicam Trinitatem cognatam & affinem Chriſtianae cenſuerunt eſſe.

Digitized by Google

Ἐπὶ δ πρώτῳ αἰτίῳ ϑέα, ὅπως καὶ ὁ Πλάτων τοιαῦτά πως ἠνίξατο ἀϕ' τ πρὸς Διονύσιον ἐπιστολῆς, κ τ. λ. *Hebraeorum oracula ſecundum patrem ac filium, tertium ordine ſpiritum ſanctum conſtituunt, ſanctamque ac beatam Trinitatem eo ſe modo habere, pronuntiant, ut abs virtute hac tertia, quidquid genitae naturae eſt, ſuperari, eamdemque cum ſpiritualium, quae per filium exſtitere, naturarum principem, tum a primo principio tertiam eſſe velint. Jam vide ſis, quemadmodum illa ipſa Plato, ſubobſcure licet, in ea, quam ad Dionyſium perſcripſit, epiſtola his verbis adumbrarit, &c. Haec Platonis verba, qui explicandam philoſophi mentem ſuſcepere, ad primum Deum ſecundumque principium referunt, nec non ad tertium, quam mundi animam Deumque tertium ipſi quoque appellare ſolent. At ſanctam illam beatamque Trinitatem, patris & filii & ſpiritus ſancti, principii, ut jam ante diximus, vim & rationem habere, divinae litterae definiunt.* Minime omnium *Athanaſii* de Platonicis ſententia omitti debet. Hic quippe familiam obſervat iſtam, tametſi alteram Trinitatis ſuae hypoſtaſin ex principe perſona, tertiam ex ſecunda fluxiſſe aſſeveret, ſecundam tamen tertiamque perſonam propterea in rerum factarum & creatarum ordinem haud retuliſſe. Quocirca, hos ſibi Platonicos ut magiſtros ſumant, Arianos cohortatur, qui ex eo, quod una tantum perſona eſſet ἀγέννητος, ſeu *natura ex ſe ipſa exſiſtens*, imperite hoc effici ducerent, fieri nullo modo poſſe, quin verbum ſeu filius Dei natura ſit creata & facta. Adjiciam ipſa ejus verba ex *Libro de decretis concilii Nicaeni:* Ἐχρήσαντο παρ' Ἕλλησιν λοιπὸν ἡ λέξει δ ἀγεννήτῳ, ἵνα πρόϕασιν καὶ τούτῳ δ ἐνόμασι ἐν τοῖς γενητοῖς πάλιν ἢ τοῖς κτίσμασι συναριθμῶσι τ δ ϑεῖ λόγον, ὅτι ἐξ αὐτοῦ τὸ γενητὸν γέγονεν. —— εἰ μὲν ἦν ἀγνοοῦντες τὸ ὄνομα ὅτως ἀναμιχθεῖεν, ἴδοι μαθεῖν αὐτοὺς ϖρὸς τ αὐτοῖς διδασκόμενον αὐτὸ, ὅτι ἢ ὂν λέγουσιν ἐκ δ ἀγαθοῦ εἶναι, ἢ ἡ ἐκ δ τοῦ ψυχικοῦ· καίτοι γινώσκοντες τὸ ἐξ ὧν εἶσιν, οὐκ ἐφοβήθησαν ὁμοίως, ἢ αὐτὰ εἶπεῖν ἀγέννητα· εἰδότες, ὅτι ἢ τῶν λέγοντες οὐκ ἐλαττοῦσι τὸ πρῶτον, ἐξ οὗ ἢ τοῦτο πέφυκε· ἢ ἢ ἢ αὐτοὺς ὅτου λέγειν, ἢ μηδὲν λέγειν, ϖρὶν ἂν οὐκ ἴσασιν. *Ab ethnicis nomen ingeniti mutuo ſumendum eſſe, rati ſunt,* (quippe qui unum tantum ingenitum profitentur) *ut per occaſionem hujus vocabuli inter res factas & creatas Dei verbum infererent, & ejusdem claſſis efficerent. —— Quod ſi ex inſcitia hujus vocabuli ad iſtam improbitatem delapſi ſunt, oportebat eos ab iis, unde id nomen mutuo acceperunt, vim ejus cognoſcere. Illi enim & mentem ex bono, & ex mente animam oriundam dicunt; & quamvis earum origines videant, ingenitas tamen ſimul eſſe, aſſeverant, neque ſe propterea majeſtatem primi, unde mens &* 732 *anima originem ſumunt, diminuere arbitrantur. Quapropter oportuit iſtos aut cum his* (Pla-

(*) P. 278.

(a) *Conditas*] De his vocabulis ἀγέννητος, & ἄγενητος, eorumque tam varia ſignificatione ac diſcrepantia, quam confuſione in antiquis Chriſtianorum ſcriptoribus, magna copia & eruditione commentatur *Dionyſ. Petavius Dogmat. theol. Tom.* II. *de Trinitate Lib.* V. *Cap.* 1. *ſ. p.* 270. *ſ.*

(b) *Auguſtini*] *De civit. Dei Lib.* X. *Cap.* 23. Hoc de *Auguſtini* loco multis ſupra verbis diſſeruimus, nec ſententiam Platonicorum de media tertii principii natura cepiſſe ſatis hunc antiſtitem, oſtendimus.

(c) *Cyrillus*] *Lib.* I. *adv. Julianum p.* 34.

(d) *Arbitror*] Ita, praeter *Cudworthum*, multi ſentiunt graviſſimi & eruditiſſimi viri, quos *Jo. Alb. Fabricius* laudavit *Biblioth. Latin. Lib.* III. *C.* 7. *p.* 554. & *Tom.* III. *p.* 88. qui & ipſe non modo hanc ſententiam complexus eſt, verum etiam in *Annotationibus ad Chalcidium* ex inſtituto paſſim probare ſtuduit, *Chalcidium* Chriſtianis inſtitutis & praeceptis plane imbutum fuiſſe. E contrario non pauci ſunt alii, qui eruditum hunc *Platonis* interpretem in eadem qua *Plato* fuit, religione perſtitiſſe, nec ad Chriſtianas partes tranſiiſſe volunt. Atque prodiit non ita pridem in *P. des Molets Memoires de litterature Tom.* I. *Part.* I. *p.* 138. *Pariſ.* 1726. *in* 8. viri eruditi [*Guyeti*, teſte *Fabricio. Bibl. Lat. med. aevi p.* 1032. ubi ſe hoc alio

(Platonicis) *loqui, aut nihil omnino de rebus, quas ignorant, loqui.* Perſpicuum eſt, in hiſce verbis *Athanaſium* disjungere id, quod ἀγέννητον, *non genitum*, & quod ἄκτιστον, *non creatum* eſt. Alteram Trinitatis perſonam, filium ſeu verbum Dei negat eſſe ἀγέννητον, ſeu *non genitum*: ex patre enim genitus eſt, utpote qui ſolus ex nulla re alia procreatus eſt & ἀγέννητος. At eumdem filium perhibet eſſe ἀγένητον, ſeu *non factum & creatum.* Denique *Platonis* aſſectatores confirmaſſe, docet, alteram tertiamque divinitatis perſonam non eſſe naturas conditas & factas, ſed a nullo creatas aut (*a*) conditas. Inſigne prorſus eſt & luculentum hoc *Athanaſii* teſtimonium ad veram Trinitatis Platonicae indolem declarandam, & a perverſis nonnullorum expoſitionibus liberandam. Huic addere licet (*b*) *Auguſtini* confeſſionem, qui Platonicos concedit idem ſenſiſſe de Deo patre ac de Deo filio, quod Chriſtiani: at de ſpiritu ſancto *Plotinum* & *Porphyrium* aliquo modo inter ſe diſſentire, animadvertit: etenim illum *poſtponere animae naturam paterno intellectui*, hunc vero *interponere* eamdem, ſeu medio inter patrem & filium loco collocare. *Cyrillum Alexandrinum*, ſupra me oſtendere memini, confeſſum eſſe, nihil ſe habere, quod deſideret in *Platonis* Trinitate, praeter id, quod non idem aequalitatis genus tribus daret perſonis, quod ipſe nonnullique alii aetatis ejus doctores divinis attribuebant perſonis, utpote quas non modo omnes unum eſſe Numen ſciſcebant, & ex rerum creatarum numero tollebant, ſed etiam tres eſſe naturas circumſcriptas, inter ſe aequales, & uni ſubjectas generi, putabant, non ſecus ac tres homines paris omnino ſunt naturae & generis. Gradus enim iſtos, quibus *Plato* ſejunxerat perſonas Trinitatis, juſto propius accedere ducebat ad Arianorum errores. Sed is ipſe tamen (*c*) *Cyrillus* largitur, *Platonem veritatis non omnino ignarum fuiſſe*, πλὴν οὐκ ἠγνόηκεν ὁλοτρόπως τὸ ἀληθὲς, ſed fuiſſe in hoc philoſopho *cognitionem filii Dei unigeniti, nec non Spiritus S. quem* ψυχὴν *ſeu animam appellaverit. Atque*, addit *Cyrillus, exiſtimo, eum & ſenſurum & loquuturum fuiſſe recte, edicturum quoque in vulgus palamque facturum veras & germanas de Deo opiniones, niſi forte Anyti & Meliti accuſationem timuiſſet, atque Socratis cicutam.* Ceterum, num hoc crimini Platonicis dari debeat, quod de tribus divinitatis perſonis ſuos aliter cogitare juſſerint, quam de tribus hominibus, quos una conjungit natura unumque genus, id aliis exiſtimandum relinquimus. Adjungam his auctoritatem *Chalcidii*: quem philoſophum Chriſtiana imbutum fuiſſe religione, exploratum eſſe (*d*) arbitror: quamquam loquen-

alio tempore examinaturum eſſe, ait.] *de Chalcidio Diſſertatio*, qua haec acriter ſententia defenditur: quamquam auctor eius nihil fere novi affert, nec tam id docet, *Chalcidium* fuiſſe Deorum cultorem, quam eos, qui in Chriſtianis eum numerent, parum firmis uti rationibus, oſtendit. Equidem neutri accedo parti, ſed *Chalcidium* philoſophum arbitror fuiſſe ecclecticum, quales plerique tum erant Platonici, qui nec totam religionem ethnicam, nec totam Chriſtianam approbavit, verum ex utraque religionis quoddam genus confiavit, aut, quod veriſimile duxit, reliquis ſpretis & repudiatis, ex utraque ſibi decerpſit. Norunt, quibus res Chriſtianae ſaeculi quarti & quinti non ignotae ſunt, inter ejus aetatis philoſophos exſtitiſſe, qui conciliatorum veluti munus ſuſceperint inter Chriſtianos & Deorum ſervos, atque utrorumque rationes conjungere quodammodo auſi ſint, in quo genere ſi fuiſſe *Chalcidium* hic aperuero, rem non prorſus inutilem me facturum eſſe, arbitror. Quantum ſcilicet teſtis cujusdam auctoritati ſit tribuendum, ſcire nobis antea vix licet, quam exploratum habeamus, quam ille religionem ſequutus ſit. Quare, quum in rebus non exigui momenti *Chalcidii* teſtimonio utendum nobis interdum ſit, noſtra intereſſe, perſpicuum eſt, ut, cui religioni deditus fuerit, cognoſcamus. Igitur primum doctiſſimi viri, *Jo. Alb. Fabricii*, argumenta, quae ſufficere judicavit, ut inter Chriſtiani nominis profeſſores referatur *Chalcidius*, ex *Annotationibus* eius in hunc ſcriptorem collecta, haud tamen neglectis aliorum obſervationibus, exhibe-

Digitized by Google

733quendi, qua utitur, ratio, quum tres divinas perſonas primum, ſecundum, tertiumque

bo, &, quo loco unumquodque eorum haberi debeat, explorabo: deinde, quae mihi in lectione *Chalcidii* obſervata ſunt, ſuperſtitionis a diſciplina *Chriſti* remotae veſtigia indicabo: quo facto, nec prorſus ethnicum, nec Chriſtianum ex toto, ſed hominem medium fuiſſe *Chalcidium*, apparebit. Sed ne ambiguitas vocabuli *Chriſtianus* perſpicuitati diſputationis noceat, illum mihi ita dici, in exordio ſtatim monebo, qui veteris ac novi teſtamenti libros divinitus dictatos eſſe, affirmat, *Chriſtum* humani generis unum eſſe redemtorem & ſponſorem profitetur, ea denique praeterea dogmata recipit, quibus omnes Chriſtianorum familiae fidem adiungunt, nihil contra probat, quod prima diſciplinae Chriſtianae fundamenta labefactat ac deſtruit. *Ethnicus* vero is mihi vocatur, qui multos eſſe Deos vult, Deosque illos coli & obſervari jubet, *Chriſtum* negat unicum eſſe generis humani Servatorem, librosque, quos divinos Chriſtiani dicunt, ſpernit ac rejicit, aut etiam talia inculcat, ex quibus hujusmodi aliquid non poteſt non conſequi. Quare definitionibus tam late patentibus in hac cauſſa utar, ſapienti cuivis & harum rerum perito proclive judicatu erit. Neutram igitur harum definitionum ſi conſtet in *Chalcidium* cadere, id quidem ſimul certum erit, nec ethnicos, nec Chriſtianos totum ſibi hunc philoſophum aſſerere poſſe.

(1.) *Chalcidius* Judaeos *ſectam* vocat *ſanctiorem*. *Quod quidem*, inquit *Cap.* 4. §. 54. *p.* 299. *verum eſſe teſtatur eminens quaedam doctrina ſectae ſanctioris & in comprehenſione divinae rei prudentioris, quae perhibet Deum, abſoluto illo ſtatoque ſenſili mundo, genus humanum inſtituentem, corpus quidem ejus, parte humi juncta, juxta hanc effigiem aedificaſſe formaſſeque, vitam vero eidem ex convexis accerſiſſe coeleſtibus.* Hanc Judaeorum appellationem ſignum eſſe putat animi Chriſtiani celeb. *Fabricius*: *Judaeos*, ait, *ſanctioris ſectae titulo non appellaturus fuiſſet, niſi Chriſtianus.* Ego vero tantam hujus nominis vim vix eſſe putem, quantam conſet vir egregius. Quamvis enim ex eo liquere concedam, ſuperſtitione ethnica non totum fuiſſe devinctum *Chalcidium*, quod gentem Judaeorum laudat, quam maximo habebant odio Deorum plurium cultores: inde tamen haud confici poſſe, arbitror, eum Chriſtianis ſacris plane addictum fuiſſe. Equidem, quod obtbet, nihil video, quo minus philoſophus aliquis Platonicus, qui Deum eſſe rebusque humanis providere putat, divinae veraeque ſapientiae partem in *Moſe* quondam fuiſſe, arbitretur, at ſimul tamen *Chriſtum* eiusque doctrinam repudiet. Coaluerat jam dudum neceſſitudo quaedam, praeſertim in Aegypto, inter Judaeos & inter philoſophos, *Platonis* qui videri ſectatores volebant. Judaei, qui ſapientiae ſtudebant, ſua non verebantur facere *Platonis* inſtituta, atque, ne id *Moſe* repugnante fieri videretur, veſtigia dogmatum Platonicorum non modo in *Moſis* ſcriptis quaerebant, ſed etiam *Platonem* ex *Moſe* magnam eorum, quae ſuis tradidiſſet, portionem ſumſiſſe, affirmabant. Omnium inſtar teſtis hac de re *Philo* eſſe poteſt *Judaeus*, de cujus philoſophia ſupra diſſeruimus, qui lectus erat *Chalcidio*. Vid. *Cap.* 13. §. 266. *p.* 381. Non dubito, quin inter Platonicos fuerint, quibus hoc non incredibile viſum ſit: in quorum numero *Chalcidium* fuiſſe, ſuſpicor, qui toties Hebraeorum philoſophiam laudat. Et hic ipſe locus duo mihi ſuppeditat, quae ad hanc firmandam ſententiam non prorſus nihil virtutis habent. (1.) Quum non ignoraret *Chalcidius*, Chriſtianos cum Judaeis in dogmate de divina *Moſis* auctoritate conſentire, mirum eſt, Hebraeos tantum ab eo teſtes citari, non vero Chriſtianos ſimul. Sciunt eruditi, quibus lectus eſt *Chalcidius*, opus ejus inſtitutum eſſe ad Chriſtianum hominem, *Oſium* nimirum, qualiscumque demum is fuerit. Multo igitur plus ponderis apud virum hunc, cui placere ſtudebat, oratio ejus habuiſſet, ſi Hebraeos una cum Chriſtianis, utpote quibus *Moſes* divinus eſt auctor, *Platonis* ad ſententiam accedere, confirmaſſet. At Hebraeos nihilominus ſolos apud Chriſtianum laudat *Chalcidius*. Hoccine argumento eſt, non aeque hominem benigne de Chriſtianis, atque de Judaeis, ſenſiſſe, quorum quippe philoſophiam ſcitis *Platonis* arbitrabatur eſſe conſentaneam? (2.) Sententia, quam hic Hebraeis tribuit *Chalcidius*, non eſt *Moſis*, ſed Judaeorum quorundam, qui *Moſen* ex *Platonis* ſententia interpretati ſunt. Duplicem ſcilicet affirmat in homine *animam* eſſe: alteram *vitalem*, alteram *rationabilem*. Illam Deum perhibet, quum hominem fingeret, ex ſideribus & aſtris traxiſſe, & in hominem immiſiſſe: hanc eumdem poſtea conditorem ex ſemet ipſo ſeu ex natura ſua ductam homini inſpiraſſe. *Poſtque*, inquit, (Deum Hebraei docent) *intimis ejus* (hominis nimirum receſſibus) *inſpirationem proprio ſpiritu intimaſſe.* Conf. *Cap.* 9. §. 217. *p.* 357. & *Cap.* 13. §. 298. *p.* 388. Hanc de duplici animo philoſophiam, altera ex aſtris, altera ex ipſo Deo ducta, fruſtra quaeſiverit in *Moſe* aliquis. Ex quo quidem intellectu facile eſt, non tam ipſum legiſſe *Moſen Chalcidium*, quod Chriſtianum facere fas eſt, quam Judaeis Platonicis, *Philoni* maxime, *Moſis* ſcita enarrantibus, faciliores aures praebuiſſe. Judaeos vero diu ante *Chalcidium* hanc foviſſe doctrinam, & in *Moſen* intuliſſe, cum multa convincunt alia, tum quod *Joſephus Antiqq. Judaic. Lib.* I. *Cap.* 1. §. 2. *p.* 6. de anima hominis a

Deo

Digitized by

que Deum vocat, hominem magis sapit superstitione erga plures Deos pollutum, 734
quam

Deo data sic loquitur: Καὶ ΠΝΕΥΜΑ ἐμφυσᾷ αὐτῷ καὶ ΨΥΧΗΝ. *Immisitque in eum spiritum & animam.* Quibus in verbis quin ψυχὴν *animam*, quam *Chalcidius naturalem & vitalem* vocat, πνεῦμα vero *animam rationabilem* significet, nullum dubium est.

(II.) His expositis, quidnam de altero virorum doctorum argumento judicem, quo Christianum fuisse *Chalcidium*, probant, perspicuum jam erit. *Chalcidius* multis in locis philosophiae Hebraeorum, nec sine omni laude meminit. Dicta ipsa, in quibus Hebraeorum dogmatum mentio fit, sollicite ab ill. *Fabricio* collecta sunt *Bibl. Latin. Lib.* III. *C.* 7. *p.* 555. 556. Id vero, nisi Christianus fuisset, vix fieri potuisse ab eo, doctissimi viri arbitrantur. Mihi secus videtur, qui Platonicum certus sum Judaeos commendare potuisse, & a Christianis tamen dissidere. Praeterea, quum Hebraeos & philosophiam Hebraeorum testatur, id quod jam antea monui, Hebraeis ea tribuit nonnumquam, quae nec in *Mose*, nec in reliquis veteris testamenti libris leguntur: ex quo patet, parum eum peritum fuisse rerum & sententiarum Judaicis divinitus traditarum, id est, magistris Judaeorum accepta potius ista retulisse, quae de Hebraeorum philosophia refert, quam *Mosi*. Ita *Cap.* 13. §. 298. *p.* 388. 389. Hebraeos ait docere, *Deum mutis & agrestibus animantibus animam rationis expertem ex silva dedisse.* Hoc vero quis nescit nusquam a *Mose* scriptum esse? *Cap.* 7. §. 129. *p.* 328. ex Hebraeorum sententia perhibet *astra esse signa futurorum proventuum:* quod ipse *Fabricius* improbat, & Mosaicum esse negat. Praetereo, ne longior sim, alia hujus generis. Quare vero toties, ad Christianum scribens, Judaeos sibi testes & auctores advocaverit *Chalcidius*, id haud difficulter perspicient, quibus aevi, quo vixit, rationes non ignotae sunt. Platonici, qui vocantur, recentiores, antequam *Constantinus M.* religionis Christianae susciperet patrocinium, variis ejus professores calamitatibus & injuriis affecerant, neque scriptis modo publicis aggressi erant doctrinam *Christi*, verum etiam magistratus & multitudinem in homines ei deditos concitaverant. Hinc posteaquam *Constantinus* civitati Christianae pacem ac felicitatem externam comparaverat, genus hoc plerisque Christianis invisum erat admodum, neque multi antistites facile a se impetrabant, ut nomen & disciplinam Platonicam aequo ferrent animo. Tantam ut a se quodammodo declinaret invidiam, nihil fore melius, haud dubie ratus est *Chalcidius*, quam si, occasione sic ferente, Hebraeorum sese auctoritate muniret, atque, *Philone*, *Josepho*, & aliis ducibus, nihil fere a Platonicis tradi, praeter id, quod *Moses*, divinus concordi consensione Christianorum scriptor, tradidisset, *Ostium*, doctorem Christianum, commonefaceret.

(III.) *Mosen* testem dictorum laudat aliquoties *Chalcidius*. Vid. *Cap.* 7. §. 152. *p.* 336. Hoc in tertii argumenti loco ponunt viri egregii, ut philosophum hunc a *Christi* stetisse partibus, testatum faciant: quibus ego propterea non assentior, quod apertum est, fieri posse, ut aliquis *Mosen* maxime faciat, & *Christum* tamen ejusque praecepta rejiciat. Omnes quidem, qui *Christum* magistrum adscisscunt, *Mosen* ejusque auctoritatem repudiare nequeunt: at non omnes, quibus *Moses* vir divinus esse videtur, *Christum* etiam sibi ducunt audiendum esse. Quamquam, an pro viro divinitus edocto *Mosen* habuerit *Chalcidius*, valde dubium adhuc & ambiguum est, ne quid gravius dicam. Causam dubitandi hac de re non mediocrem affert insignis locus, qui *Cap.* 13. §. 274. *p.* 380. legitur: *Hebraei silvam generatam esse confitentur: quorum sapientissimus Moses non humana facundia, sed divina,* UT FERUNT, *inspiratione vegetatus, in eo libro, qui de genitura mundi censetur, ab exordio sic est profatus.* Quotquot negant, *Chalcidium* in Christianis numerandum esse, hunc omnes locum in primis testantur, & ex formula, *ut ferunt*, manifestum esse contendunt dubitatum saltim ab eo esse de divina *Mosis* auctoritate: quod si certum foret, nullus, opinor, resisteret, ne Christianorum ex familia ejiceretur. Verum celeberrimus *Fabricius* princeps erudite his intercessit consiliis, atque *Josephi*, *Agathiae*, & *Basilii M.* auctoritatibus planum facere studuit, formulam: ὅ, φασι, non semper Graecis animi dubitantis signum esse, sed de iis etiam rebus ab optimae notae auctoribus adhiberi, quas illi certissimas esse crediderunt. Vid. *Biblioth. Graecae Vol.* VI. *Lib.* V. *Cap.* 5. *p.* 261. *Not. in Chalcidium p.* 380. Concedamus viro longe doctissimo, rem ita sese habere: sed nec ideo tamen omni suspicione hic *Chalcidii* vacabit locus. Etenim, ut omittam, ex Latinis scriptoribus nullis adhuc exemplis probatum dedisse virum illustrem, loquutionem: *ut ferunt*, eodem ab illis modo poni solere, quo Graeci suum ὅ, φασι ponunt: id quidem neminem unum negaturum esse confido, saepius hunc dicendi modum: *ut ferunt*, indicium esse scriptoris rem, de qua loquitur, in medio relinquentis, nec decernentis, sed ambigentis. Atqui hoc si caret dubio, illud simul saltim manifestum erit, duplici ratione haec verba *Chalcidii* accipi, & in utramque partem decertari posse, utrum dubitandi, an vero asseverandi virtutem habeant. Quae lis quum neque ex his ipsis *Chalcidii* verbis, nec aliunde queat dirimi, minimum perennis controversiae

ar-

735 quam *Chriſti* diſcipulum. Sic igitur ille: (*) *Iſtius rei diſpoſitio talis mente concipienda eſt: ori-*

(*) P. 277. (Cap. 7. §. 186. p. 346. 347. ed. Fabricii.)

argumentum haec erit quaeſtio: utrum *Chalcidius Moſen* crediderit a Deo inſtitutum ac edoctum eſſe, nec ne? neque unquam omni ſuſpicione philoſophus hic liberabitur. Interim, quum haec vulgaris ſit & rationi maxime conſentanea omnium interpretum regula: verba ſcriptoris, niſi aliud neceſſitas ſuadeat, ſenſu conſueto & uſitatiori capienda eſſe, metuo, ne plurimis multo probabilior videatur eorum opinio, qui dubitaſſe volunt *Chalcidium*, quam illorum, qui affirmari hic ab eo putant aliquid.

(IV.) Majus aliquid promittere videtur illis, qui *Chalcidium* civitati Chriſtianae aſſerunt, illuſtris ejus, quo Magorum & ſtellae a Magis viſae, meminit, locus *Cap. 7. §. 125. p. 325. Eſt quoque alia ſanctior & venerabilior hiſtoria, quae perhibet ortu ſtellae cujusdam non morbos mortesque denuntiatas, ſed deſcenſum Dei venerabilis ad humanae conſervationis rerumque mortalium gratiam. Quam ſtellam quum nocturno itinere ſuſpexiſſent Chaldaeorum profecto ſapientes viri & conſideratione rerum coeleſtium ſatis exercitati, quaeſiſſe dicuntur recentem ortum Dei: repertaque illa majeſtate pueriili veneratos eſſe, & vota tanto Deo convenientia nuncupaſſe, quae tibi multo melius ſunt comperta, quam ceteris.* Hactenus *Chalcidius. Hoc loco*, ait celeb. *Fabricius, ſatis perſpicue Chriſtianum ſe prodit Chalcidius.* Secus vero aliis, & in his *Guil. Carco* videtur *Hiſtor. litter. ſcriptor. eccleſ. Tom. I. p. 106.* qui vel hoc dicto exiſtimat opinionem de *Chalcidii* Chriſtianismo convelli poſſe: *Semel meminit ſtellae Chriſtum recens natum praemonſtrantis, cujus in hiſtoria euangelica fit mentio: de quibus nihilominus haud ſatis pro Chriſtiani ſcriptoris more loquitur.* Equidem neutri accedo parti, hocque loco nec eos commode ſatis uti poſſe, qui ad Deorum cultores amandant *Chalcidium*, nec illos, qui Chriſtianis eumdem aggregant, arbitror. Narrat philoſophus hiſtoriam de ſtella, quam Magi conſpexerunt: nec tamen eam aut rejicit, aut adſciſcit. Probabile tamen mihi videri, non diſſiteor, ſi Chriſtianis ſacris addictus fuiſſet *Chalcidius*, eum confidentius aliquanto de hac ſtella loquuturum fuiſſe. Ad hominem ſi ſcripſiſſet ſuperſtitione populorum obligatum, qui plures colebant Deos, prudentis forte fuiſſet, ita mentionem hujus rei facere, ne levitatis ab amico accuſari poſſet. Sed liber hic ad Chriſtianum exaratus eſt, eumque, id quod haec ipſa verba monſtrant, doctorem Chriſtianorum. Quidni ergo libere animi ſenſa ediſſerit, divinosque libros hanc ſibi plane hiſtoriam perſuaſiſſe, aſſeverat? Hic fortaſſe dicet aliquis: *Chalcidius* hiſtoriam tamen hanc *ſanctiorem & venerabiliorem* vocat: quod vix facturus fuiſſet, ſi a vero eam remotam eſſe putaſſet. Verum quae praecedunt, ea ſatis comparate tantum, minime vero ſimpliciter, hanc ita vocari ab eo hiſtoriam, declarant. Nonnulla ſcilicet ex Aegyptiorum libris atque ex *Homero* retulerat: his autem Aegyptiorum & *Homeri* narrationibus hanc anteponit hiſtoriam, nec idcirco omni eam controverſia carere, ſed digniorem eſſe, quae recipiatur, quam illa *Homeri* & Aegyptiorum commenta, ſignificat. Majorem vero quo haec lucem accipiant, *Chalcidium*que appareat non omnia, quae narrat, nec tamen improbat & repudiat, pro veris ideo habuiſſe, in hac cum fuiſſe opinione, animadverti velim, viri ſapientis eſſe, quae ab auctoribus gravibus & inclytis tradita ſunt, ſine dubitatione referre, etiamſi ejus ſint generis, ut credi facile nequeant. Hanc aperte verbis, quae ſequuntur, ſententiam prodit *Cap. 7. §. 126. p. 326. Plato exponit ea, quae Orpheus & Linus & Muſaeus de divinis poteſtatibus vaticinati ſunt, non quo delectaretur, AUT CREDERET, ſed quod tanta eſſet auctoritas vaticinantium, ut iis aſſeverantibus parcius credi non oporteret.* Ergo rectum duxit, id quod hoc ejus dictum declarat, *Chalcidius*, quae a magnis hominibus memoriae prodita ſunt, tametſi a veritate diſcrepare nobis videantur, ſic tamen exponere ac referre, ac ſi fidem *illis* haberemus. Quamvis enim id, quod a *Platone* factum eſſe cenſet, hic tantum commemoret; nemo tamen unus dixerit, hominem, cui unus *Plato* in deliciis erat, hunc morem magiſtri condemnaſſe, aut, quod *Plato* ſine crimine fecit, ſibi minime licere facere, judicaſſe. Quare ſi vel hanc Magorum hiſtoriam ita narraſſet *Chalcidius*, ut ſi eam reciperet ac probaret, inde tamen cogi nullo modo poſſet, nihil de veritate ejus dubitaſſe hominem. Etenim quum ab illis haec narratio profecta eſſet, quorum ita aetate ingens erat exiſtimatio & dignitas, praetereaque liber *Chalcidii* ad virum exararetur, qui Deum in litteras eam referri curaſſe hiſtoriam certus erat, prudentiae, quam putabat, philoſophicae legibus conſentaneum ipſi videri debuit, ita eam recitare, ne ulla animi rem totam in dubio ponentis ſuſpicio appareret.

(V.) Quae de angelis paſſim ſcripta reliquit *Chalcidius*, aliud praebent illis argumentum, qui Chriſtianis eum connumerant. Non inficiatur ill. *Fabricius Not. in Chalcid. p.* 313. ἀγγελικὴ γένεσις ſeu angelorum commemorationem apud eos etiam ſcriptores exſtare, quos nemo negat a Chriſtiana religione averſos fuiſſe: at quaedam tamen de angelis a *Chalcidio* tradi ſimul opinatur, quae animum

Digitized by Google

originem quidem rerum esse summum & ineffabilem Deum: post providentiam ejus secundum

mum aperte prodant Christiano dogmati assentientem. Locus, quo praecipue nititur, hic est C. 7. §. 131. p. 328. *Hujus porro generis illud est aethereum, quod in secundo loco commemoravimus positum, quos Hebraei vocant sanctos angelos, flareque eos dicunt ante Dei contemplationem venerabiles, summa atque acri intelligentia, —— iidemque speculatores & exsequutores, daemones opinor, tamquam δαίμονες dicti.* Nonnullis hujus argumenti interpositis, ita pergit §. 132. p. 329. Platonicus noster: *Nec nos terreat nomen, promiscue bonis & improbis positum: quoniam nec angelorum quidem terret, quum angeli partim Dei sint ministri, & qui ita sunt, sancti vocantur: partim adversae potestatis satellites, ut optime nosti. Igitur juxta usurpatam penes Graecos loquendi consuetudinem tam sancti sunt daemones, quam pollui & infecti.* Ad haec verba sic commentatur vir praestantissimus: *Ex hoc autem loco clarissime opinor patere, Christianum esse Chalcidium, qui haec scribit: nam & Christianam de angelis bonis malisque doctrinam dilucide proponit, & eam distinguit a Graecorum consuetudine, quibus daemones non semper malos spiritus denotant, sed aeque late patet hoc nomen, ut nostris nomen angelorum.* Verum veniam mihi dabit vir magnus, si hac ejus observatione parum me commoveri ingenue fatear, ut civitatis Christianae membris *Chalcidium* adscribam. Doctrinam *Chalcidius* Christianorum de angelis exponit, addo, probat etiam. Sed utrumque fieri potuit ab homine, cui nihil alioquin cum Christianis commune fuit. Nec enim primo tum temporis tam retrusum & abditum erat hoc dogma Christianum, ut a nemine, nisi sacris nostris initiato, cognosci posset: nec deinde is, qui universam de angelis Christianorum doctrinam suam facit & approbat, ideo statim pro Christianae disciplinae professore haberi debet. Hoc nimirum de angelis dogma ex illis est, quae fundamentum doctrinae Christianae non proxime attingunt, & idcirco hominibus etiam placere potest, qui ceteroquin a veris ejus rationibus & institutis *Christi* vehementer abhorrent. Platonicorum familia multa habebat, id quod neminem fugiet rerum veterum non expertem, cum Christianis communia: quam propter causam philosophi hujus sectae praecipui tam audaces erant, ut ipsum Servatorem ex *Platone* multa sumsisse mentirentur. Vid. *Origenes adv. Celsum Lib.* VI. p. 283. & alii. In his etiam dogma erat de angelis: quod in universum spectatum idem apud Christianos & Platonicos erat. Utrique bonos esse ac malos genios, utrique malos genios insidiari bonis, & habitare in malis & improbis, bonos praesidio sanctis esse ac Dei nuntios, confitebantur. Quodcumque utramque disjungebat initio familiam, id vocabulorum erat, quibus sententiam suam explicabant, discrepantia. Platonici enim nomen *δαίμων*, duce atque principe *Platone*, tam late adhibebant, ut ad bonos illud malosque genios accommodarent: quam eorum consuetudinem excusat hic apud *Ofium Chalcidius*. Verum Christiani malo semper sensu, sacris litteris praeeuntibus, vocabulo *δαίμων* utebantur, nec nisi malignos eo genios designabant. Vid. *Origenes Lib.* V. *contra Celsum* p. 234. Procedente vero tempore, postquam altiores in orbe terrarum radices egerat religio Christiana, ipsi Platonici cum Christianis loqui malebant, quam ampliorem illam nominis *δαίμων* potestatem retinere. Igitur & haec tollebatur inter utrosque dissensio. Testis est *Augustinus de civitate Dei Lib.* IX. *Cap.* 19. p. 178. *Tom.* VII. *Opp. Nos autem, sicut Scriptura loquitur, secundum quam Christiani sumus, angelos quidem partim bonos, partim malos, numquam vero bonos daemones legimus. —— Et hanc loquendi consuetudinem in tantum populi usquequaque sequuti sunt, ut eorum etiam, qui pagani appellantur, & Deos multos ac daemones colendos esse contendunt, nullus fere sit tam litteratus & doctus, qui audeat in laude vel servo suo dicere: daemonem habes; sed cuilibet hoc dicere voluerit, non se aliter accipi, quam male dicere voluisse, dubitare non possit.* Adde *Cap.* 14. p. 155. Quae quum ita sese habeant, equidem patere arbitror, quod Platonicus aliquis dogma Christianum de angelis & callet, & explicat, & laudat, id ad demonstrandam ejus in Christianam religionem propensionem aut nihil, aut parum omnino virtutis habere. Paullo post illa verba, de quibus adhuc disceruimus, *Chalcidius* malos genios *angelos desertores* appellat. Putant viri egregii, signum id esse hominis in lectione sacrarum litterarum versati, quum vocabulum hoc in *Ep. Judae vs.* 6. & 2. *Petr.* II. 4. exstet. Sed ipsa verba planum faciunt, incertum esse prorsus, utrum nomen hoc ex sacris litteris hic Platonicus, an vero aliunde sumserit: nec enim, praeter Christianos scriptores, etiam alios ita vocasse malignos spiritus, ignotum est. Describam ipsum locum ex *Cap.* 7. §. 134. p. 330. qui mihi potius refellere, quam juvare videtur eos, qui Christianum arbitrantur fuisse *Chalcidium: Hos quidam & hujusmodi daemones proprie vocant* DESERTORES ANGELOS, *quibus nulla quaestio referenda est super nomine.*

(VI.) Leviora sunt, quae restant, argumenta, ex quibus elucere sibi persuadent viri egregii. Christianae religionis praeceptis paruisse *Chalcidium.* Meminit ille *Cap.* 7. §. 174. p. 343. *divinae legis. Nos vero*, inquit, *divinam legem sequentes, repetemus ab exordio, digesto ordine,*

quae

736 dum Deum, latorem legis utriusque vitae, tam aeternae, quam temporariae: tertiam eſſe porro

quae de fato Plato veritatis ipſius inſtinctu (ut mihi quidem videtur) loquutus eſt. His in verbis *divinam legem* viri doctiſſimi arbitrantur *ſacram ſcripturam* eſſe. *Etiam hoc loco*, inquit *Fabricius*, *Chriſtianum ſe Chalcidius profitetur, refutatoque fato aſtrologico, divinam praefert legem, hoc eſt, ſacrae ſcripturae de providentia divina res humanas moderante certiſſimam doctrinam.* Sed aut ego totus in errore ſum, aut *divina lex* hoc in dicto ſacras litteras minime deſignat. Primum, ſi res ita eſſet, ut putat vir praeclariſſimus, prorſus inepta eſſet *Chalcidii* & abſurda oratio. Etenim hoc diceret: *Ego, viam mihi monſtrantibus ſacris litteris, Platonis de fato ſententiam enarrabo.* Dicant alii, ſi poſſint, quomodo *Platonis* doctrina de fato ad ductum ſacri codicis explicari queat: equidem nihil huius rei capio. Deinde in tota hac de fato diſputatione nusquam ſacri codicis teſtimonia profert, quo *Platonis* ex illis opinionem declaret ac illuſtret. Quare nihil dixiſſet hic *Chalcidius*, nec promiſſis ſatisfeciſſet, ſi *divina lex* libros Chriſtianorum ſacros denotaret. Denique ipſemet *Chalcidius* optimus ſui eſt interpres, &, quid *divinam legem* nominet, clare indicat §. 175. *p.* 343. *Sequitur hanc providentiam fatum:* LEX DIVINA *promulgata intelligentiae ſapienti modulamine ad rerum omnium gubernationem.* Et interjectis aliis, §. 178. *p.* 344. *Talis eſt, opinor, etiam* LEX *illa* COELESTIS, *quae fatum vocatur, ſciſcens hominibus honeſta, prohibens contraria.* Nempe *lex divina fatum* eſt *Chalcidio: fatum* vero, quatenus ad homines pertinet, nihil ipſi eſt, quam *recta ratio*, id quod poſteriora verba ſine ulla docent controverſia, ſeu *jus naturae*, cujus ex lumine, quid juſtum aut injuſtum ſit, cognoſcunt mortales. Quare ſententia verborum ejus haec eſt: *Nos vero, recta ſanaque ratione duce, Platonis de fato decreta explanabimus.*

(VII.) Poſtremo & hoc in notis animi *Chriſto* conjuncti numeratur, quod aliquoties *ſcripturam* teſtatur *Chalcidius. Cap.* 13. §. 275. *p.* 381. *Quod autem coelum, quamve terram* SCRIPTURA *loquatur, intelligendum.* Paullo poſt: *Aliud igitur verum coelum, & aliud quiddam eſſe ſoliditatem,* SCRIPTURA *teſtatur.* Addunt, cum *Moſen prophetam cod. loco* vocare. Neutrum alicujus mihi videtur eſſe numeri. De *Moſe* ſupra jam dixi. Dubio caret, ut opinor, poſſe aliquem *Moſen prophetam* vocare, nec tamen ideirco Chriſtianam religionem profiteri. *Scripturae* vero vocabulum etiam illi quotidie in ore habent, quum de rebus ad Chriſtianos pertinentibus differunt, qui *Chriſtum* nec ore nec animo amplectuntur. Sexcenties in *Spinoſae Tractatu theologico-politico* hoc nomen occurrit; nec tamen quisquam hunc hominem propterea in Chriſtianis numerat. Haec fere ſunt, quibus ſeſe adductos profitentur viri longe doctiſſimi, ut de religione *Chalcidii* bene ſperarent. Ego vero, ut concedam, ex illis conſtare, in hoſtibus Chriſtianorum & ſuperſtitioſis Deorum cultoribus philoſophum hunc haud fuiſſe, tantum tamen virtutis ea habere nego, ut eumdem veris Chriſtiani nominis profeſſoribus aſſerant.

Huic autem ſententiae plus multo firmitatis accedet, ſi ea jam ex libro *Chalcidii* protulero, quae hominem ſapiunt cum tenebris adhuc denſiſſimis colluctantem, & opiniones Chriſtianis praeceptis plane adverſarias inculcantem. Harum in opinionum ordinem eas minime referam, quae, tametſi prorſus abeant a ſacrarum litterarum regula, prima tamen religionis Chriſtianae fundamenta non evertunt funditus, hominibusque placuerunt quondam, quos in coetu Chriſtiano vixiſſe & obiiſſe conſtat. Ejus generis eſt dogma de mundi aeternitate, quod perſpicue non uno in loco probat. Vid. *Cap.* 1. §. 23. *p.* 284. 285. *Mundus ſenſilis*, inquit inter alia, *eſt opus Dei: origo igitur ejus cauſſativa, non temporaria. Sic mundus, ſenſilis licet & corporeus, a Deo tamen factus atque inſtitutus, aeternus eſt.* Alio loco *Cap.* 13. §. 281. *p.* 383. *Ariſtotelis* ſententiam, *qui mundum dixit eſſe ſine genitura & ſine interitu, praeclaram* vocat *& nobilem, & ad Platonici dogmatis conſiderationem ſatis accommodatam.* Talia ſunt decreta de animis, de corpore in aliud corpus migrantibus, & per varia corpora errantibus, *C.* 7. §. 195. *p.* 349. de animis ante corpora exiſtentibus, *Cap.* 9. §. 172. *p.* 360. de anima mundi, *Cap.* 1. §. 26. *p.* 285. de hominum animis ex ipſa natura divina prognatis, *Cap.* 1. §. 23. *p.* 284. & ſimilia. Hominem haec omnia ſcita arguunt verae, nec adulteratae religionis Chriſtianae neſcium; nec tamen impediunt, quo minus aliquis eo, quem ſupra expoſui, ſenſu Chriſtianus eſſe queat. Quare ab hac prorſus diſputatione removebuntur, utpote in qua ea tantum attingere ſcita conſtitui, quae patronum ſuum ne latiori quidem notione *Chriſti* ſectatorem dici patiuntur.

Igitur primum in eo ſententiae meae firmamentum colloco, quod *Chalcidius*, quum toties Judaeos, *Salomonem*, *Moſen*, ad teſtimonium dicendum citet, nusquam tamen ex novi foederis divinis ſcriptoribus, etſi ſaepenumero ad id faciendum invitetur, aliquem appellavit, quod *Chriſti*, multiplex licet occaſio non deeſſet, nullo verbo meminit, denique quod ne vocula quidem, ad Chriſtianum doctorem ſcribens, Chriſtiani ſeſe dogmatis profeſſorem eſſe, indicavit. Scribebat eo philoſophus hic tempore, quo religio Chriſtiana victoriam de Diis populorum veterum jam retulerat,

Digitized by Google

porro ſubſtantiam, quae ſecunda mens intellectusque dicitur, quaſi quaedam cuſtos legis aeter-[a]

rat, & ad hominem mittebat librum ſuum, cui religionis huius cuſtodia commiſſa erat. Cur igitur ea ſeſe ſacra ſequi nulla ratione ſignificat, quae tum Imperatorum ſuffragiis communita erant? Cui nihil omnino metuendum, omnia vero ſperanda ſunt, ſi religioni cuidam addictum ſeſe oſtendat eſſe, optimam quoque ac veriam de ſenſu ſuo teſtandi occaſionem habet, is, ſi nihilominus ſic agat, ac ſi eam ignoraret plane religionem, tacens ſemet ipſum inſimulat, ſibique nihil rei cum ea eſſe religione, demonſtrat.

Aliud male de *Chalcidii* religione ſuſpicandi argumentum ea praebent, quae de tribus rerum principiis aliquot in locis differit: quod tanto diligentius attendi velim, quia *Cudworthus* in illis philoſophum hunc auctoribus habet, ex quibus affinitas Trinitatis Platonicae ac Chriſtianae intelligi queat. Indicabo primum ipſos, qui ceteris clariores ſunt, *Chalcidii* hac de re locos: tum eos obſervationibus nonnullis illuſtrabo. Clariſſimus is eſt locus, qui *Cap.* 7. §. 174. *p.* 343. legitur: *Principio cuncta, quae ſunt, & ipſum mundum contineri regique, principaliter quidem a ſummo Deo, qui eſt ſummum bonum, ultra omnem ſubſtantiam omnemque naturam, exiſtimatione intellectuque melior, quem cuncta expetunt, quum ipſe ſit plenae* (forte *plenus*) *perfectionis, & nullius ſocietatis indigus: de quo plura dici nunc, exorbitare eſt: deinde a providentia, quae eſt poſt illum ſummum ſecundae eminentiae, quam πρόνοιαν Graeci vocant. Eſt autem intelligibilis eſſentia aemulae bonitatis propter indefeſſam ad ſummum Deum converſionem: eſtque ei ex illo bonitatis hauſtus, quo tam ipſa ornatur, quam cetera, quae ipſo auctore conſtantur. Hanc igitur Dei voluntatem tamque ſapientem tutelam rerum omnium Providentiam homines vocant, non, ut plerique exiſtimant, ideo dictam, quia praecurrit in videndo atque intelligendo proventus futuros, ſed quia proprium eſt divinae mentis intelligere, qui eſt proprius mentis actus, & eſt mens Dei aeterna. —— Sequitur hanc providentiam fatum. —— Obſequitur huic ea, quae ſecunda mens dicitur, id eſt, anima mundi tripartita, ut ſupra comprehenſum eſt: ut ſi quis periti legumlatoris animam legem vocet.* Alius ſimilis plane argumenti *Cap.* 7. §. 186. *p.* 346. 347. exſtat, quem ideo hic deſcribere nolo, quod a *Cudworthio* jam prolatus eſt. Quae reſtant apud *Chalcidium* huius generis dicta, ea claritate his multum & copia cedunt, nec ideo, ne fine cauſſa longus ſim, a me afferentur. Haec autem de tribus rerum principiis *Chalcidii* pronuntiata, ſi minus totam eum a religione Chriſtiana fuiſſe averſum, hoc ſaltim indicant, in Chriſtianis proprie dictis nullo eum jure numerari poſſe. Principio malae cauſſae hoc documentum eſt, quod de tribus his rerum omnium initiis differens, quum tamen toties de conſenſione Hebraeorum mirifice ſibi gratuletur, nec Triadis Chriſtianae, nec filii aut Spiritus ſancti ullo verbo meminit. Non ignotum eſſe poterat philoſopho huic, Chriſtianos id aetatis aſſeverare, *Platonis* de tribus principiis decreta ſuo eſſe dogmati de tribus in Deo perſonis finitima, & ex Hebraeorum philoſophia ab eo deprompta, nec poſſe non magnam apud plerosque eorum gratiam inire, qui cognationem hanc utriusque diſciplinae, Platonicae nimirum ac Chriſtianae, oſtendere & confirmare niteretur. Igitur haud dubie, ſi Chriſtianae religionis praeceptis fuiſſet tinctus, tam opportuna ſibi occaſione oblata, aut eadem, quae *Plato* docuit, aut ſimilia ſaltem apud Chriſtianos doceri ſignificaſſet, maxime quum tot locis teſtimonium veritatis ad *Platonis* ſententiam roborandam a Judaeis petere non vereatur. Quod quum haud faciat, omnibus certe hanc opinionem commovet, nihil ipſi minus curae fuiſſe, quam Chriſtianorum religionem, ſanctiſſimumque diſciplinae noſtrae dogma de tribus in una natura divina perſonis. Deinde haec *Chalcidii* de tribus principiis effata ingens eſſe diſcrimen inter Platonicorum aetatis ejus Trinitatem & Chriſtianorum oſtendunt: ſecus atque doctiſſimus ſibi *Cudworthus* perſuaſit, qui uno, eoque ambiguo, loco contentus, alterum, quem adduximus, multo magis perſpicuum neglexit. Chriſtiani tres, quas profitentur, in Deo perſonas aequales eſſe volunt inter ſe ac pares cum aeternitate, tum ipſa dignitate ac natura. At *Chalcidius*, id quod ex eo, quem ſupra deſcripſi, loco patet, tria principia ſua ſic diſjungit ac divellit, ut omnis inter ea tollatur naturae paritas & aequalitas. De primo & altero principio paullo poſt plura dicam: nunc tertium tantum principium ejus tangam. Hoc ait eſſe *ſecundam mentem, animam mundi tripartitam, quae fato ſeu legi divinae obſequatur.* Ergo haec natura toto genere a binis ſuperioribus naturis diſcrepat, illisque multo minor eſt & inferior. Etenim quum duae ſuperiores naturae, ſummus Deus ejusque providentia & ratio, ſimpliciſſimae ſint ſine ulla controverſia, ex mente *Chalcidii*, omnis concretionis ac partitionis plane neſciae, ſupra omnem denique materiam & mundum poſitae; mundi e contrario anima, quae tertia haec natura eſt, primo per univerſitatem rerum fuſa & cum materia coagmentata quali eſt, id quod perfectioni iam repugnat, ex multis deinde rebus a Deo conflata & compoſita, poſtremo in certas partes veluti diſtributa, quod a ſimplicitate ſummi Numinis & mentis ejus ex toto alienum eſt. *Tripartitam Chalcidius* libere mundi vocat animam: quod qua ratione intellexerit, ex ſequentibus ejus verbis liquet, *Cap.* 7. §. 142. *p.* 333.

730 *aeternae. His ſubjectas eſſe rationabiles animas, legi obſequentes, miniſtras vero poteſta-*
[3] *tes*

At vero in ſubſtantia poſitum fatum MUNDI ANIMA *eſt, tripartita in ἀπλανῆ ſphaeram, inque eam, quae putatur erratica, & in ſublunarem tertiam: quarum elatam quidem ad ſuperna dici Atropon, mediam Clothо, imam Lacheſin: Atropon, quod aplanes in nulla ſit diflexione; Clothо propter varie perplexam tortuoſamque vertiginem, qua proveniunt ea, quae diverſae naturae devius motus importat; Lacheſin vero, quaſi ſortitam id munus, ut omnia praedictarum operâ effectusque ſuſcipiat.* Quae ſi vera forent, non tam una, quam tres rerum univerſitatem animae, diverſae plane indolis & naturae, incolerent. Namque ut tres illae mundi regiones, de quibus hic ſermo eſt, plane inter ſe natura & conſtitutione differunt: ita ſingulae propriam requirerent animam officio & indole a ceteris animis disjunctam. Eandem mundi animam *Chalcidius*, duce *Platone*, ex natura dividua & individua, id eſt, ex ipſa Dei eſſentia & ex materia rerumque omnium initiis concretam ac conflatam eſſe, copioſe tradit. Vid. *Cap.* 1. §. 26. *ſ. p.* 285. *ſ.* & §. 32. *p.* 288. 289. Ex multis ejus verbis ea huc transferre placet, quibus & ipſum dogma & cauſſam ejus breviter explicat, *Cap.* 1. §. 33. *p.* 288. *Ipſa ergo deſcriptio, quae partium, ex quibus anima dicitur conſtare, genituram ſeu* COAGMENTATIONEM *delineat, oſtendit, rationem animae corporisque conjungi. Quippe corpus animalium, quod inſpiratur animi vigore, habet certe ſuperficiem, habet etiam ſoliditatem. Quae igitur cum vitali vigore penetratura erat tam ſuperficiem, quam ſoliditatem,* SIMILES SOLIDITATIS, SIMILES ETIAM SUPERFICIEI VIRES HABERE DEBUIT, SIQUIDEM PARIA PARIBUS CONGREGANTUR. His lectis & explicatis, neminem fore opinor in poſterum, qui *Chalcidium* de Trinitate paria cum Chriſtianis ſenſiſſe aſſeverare audeat, tametſi ſingulis principiis ſuis vocabulum *Deus* illo, quem *Cudworthus* hic attulit, loco imponat. Ingenti enim intervallo tertia ejus natura a binis ſuperioribus diſtat. At poſtremo ne hoc quidem certum & exploratum eſt, utrum tres Dii *Chalcidii* tres vere ſic dictae perſonae ſint, aut tria principia, an vero tres tantum Dei virtutes, aut tres modi unum eumdemque Deum animo ſiſtendi & ingenio comprehendendi. Certe non deſunt, quae poſteriorem nobis ſententiam ſuadent. Tertium principium, quod & *fatum* & *mundi animam* appellat, omittam nunc, & perſonam eſſe concedam: quamquam ipſe *Chalcidius Cap.* 7. §. 142. *p.* 333. eſſe quosdam perhibet, qui negent, *providentiam* (id eſt, alteram perſonam divinae naturae) & *fatum* (ſeu tertium principium) differre, & *rem unam eandemque eſſe* velint. Altera vero de perſona ne idem pronuntiem, ea, quae nunc afferam, faciant. Summum Deum princepsque rerum omnium initium Platonicus noſter exiſtimat tam intelligentia, quam voluntate carere, haud aliter ac *Plotinus* & alii gregis hujus ſodales, qui ſubtilitates captant, quas ipſi enodare neſciunt: de quibus ſupra jam diximus. Deum enim differte ait *meliorem eſſe exiſtimatione ac intellectu:* paulloque poſt alteram divinae naturae perſonam *voluntatem* appellat Dei. Quae quidem eamdem vim habent, ac ſi perſpicue ſic edixiſſet: *Princeps Deus nec intelligentiam nec voluntatem habet.* At quum naturam voluntate ac intelligentia plane vacuam nemo unus ingenio concipere valeat, veriſimillimum eſt, eos Platonicos, qui voluntatem & intelligentiam ad alteram perſonam retulerunt, & a principe Deo removerunt, non tam duo diſtincta rerum principia profeſſos eſſe, quam cogitatione tantum & mente intelligentiam & voluntatem a Deo ſummo ſecreviſſe, Deumque duplici ratione conſideraſſe, primum ut naturam per ſe ex omni aevo exiſtentem & optimam, deinde ut naturam intelligentem ac volentem. Ergo mens illa *Chalcidii*, quam *intelligibilem eſſentiam* nominat *bonitatis aemulam*, non perſona erit, ſed modus tantum Deum conſiderandi, aut perfectio a divina natura meditando ſeparata. Quae quidem opinio quantam habeat probabilitatem, is multo ſentiet facilius, qui expenderit ea, quae nos ſupra cum de *Philonis*, tum de aliorum Platonicorum more de rebus, non ſecus ac de perſonis loquendi copioſe obſervavimus. Alterum, quo adducor, ut ſecundum *Chalcidii* principium exiſtimem non eſſe veram perſonam, ſed notionem tantum aut virtutem divinam, hoc eſt, quod illud non modo *providentiam*, ſed etiam *mentem Dei* nominat. *Mentem* autem *Dei* his verbis definit: *Mens Dei eſt aeternus actus de intelligendo*, aut, ut recte *Fabricius* haec verba expoſuit, *actus aeternus intelligendi.* Nec *providentia*, nec *mens Dei*, nec *aeternus actus intelligendi* perſonam ſignificant, ſed rem potius & virtutem, quae in ſummo Deo ex omni ſuit aeternitate, cogitatione tamen quodammodo a natura ejus ſeparari poteſt; quemadmodum *mentem hominis* & *actum*, qui in homine eſt, *intelligendi* nullo modo vere ab ejus natura diſtraxeris & ſegregaveris. Huc accedit, quod alio loco Platonicus noſter *mentem* ſeu *intellectum Dei* & *ideam*, quam *Plato* vocat, non differre perhibet. *Eſt enim haec*, inquit *Cap.* 13. §. 329. *p.* 398. *poſita inter naturam vere exiſtentem conſtantem, eandemque ſemper, nimirum* IDEAM, QUAE INTELLECTUS DEI AETERNI EST AETERNUS, *& inter eam naturam, quae eſt quidem, ſed non eadem ſemper, id eſt, ſilvam.* Ideam vero, id quod multis ex locis patet, *Chalcidius* non pro perſona habuit, ſed in ſuauni Numinis mente ac in-

tes &c. Ergo ſummus Deus jubet, ſecundus ordinat, tertius intimat. Animae vero le- 731
gem [a]

intelligentia poſuit. Vid. §. 337. *p.* 401. ubi pluribus de *idea* commentatur, eamque inter alia *juxta nos eſſe primum intelligibile, juxta Deum intellectum ejus, juxta ſilvam menſuram rerum corporearum* perhibet. Quod ſi igitur *idea* mensque Dei ſeu alter *Chalcidii* Deus non diſtant, niſi vocabulo & nomine, alterum hoc principium perſona haud erit, ſed notio tantum & virtus divina. Haec adverſus omnia, qui ſecus ſentient, vix, quod afferant, habebunt, ſi ab hoc uno diſceſſeris, *Chalcidium* de mente tamen, tamquam de perſona, perſpicue loqui. At ſaepius & monitum a nobis, & exemplis demonſtratum eſt, Platonicis admodum familiare eſſe, magiſtri ſui exemplo poëtarum dicendi rationes imitari, notionesque ac virtutes perſonarum habitu vestire.

Deos qui plures vult eſſe, praeter unum, is quin Chriſtianorum e coetu tollendus ſit, nulli dubium erit, etiamſi Deos hoſce ſummo Numine minores ac inferiores eſſe putet. Vulgares illos & commentitios populorum veterum Deos, Jovem intelligo, Saturnum, Martem, & reliquos, ſemideos item & heroas non obſcure repudiat & rejicit *Chalcidius*. Vid. *Cap.* 7. §. 127. *p.* 326. Hoc quidem ex eorum hominem numero eximit, quorum ingeniis graviores nebulas ſuperſtitio offuderat. At nihilo tamen minus alios quosdam Deos adſciſcit, & ſecundum ſupremum Numen collocat: ſolem enim ſtellasque non anima tantum praeditas, ſed etiam Deos eſſe aut divinas naturas, ſcitcit. *Cap.* 5. §. 76. *p.* 309. poſtquam de inconſtantia, quae in ſiderum apparet motibus, dixerat, ita pergit: *Quae quidem inconſtantia non ita, ut nobis videtur, provenit. Nulla enim in* DIVINIS ACTIBUS *inconſtantia: ſed, ut ita videatur, fit ex eo.* Motus ſtellarum *divinos actus* nominare non dubitat. Interjectis paucis, *p.* 310. de ſole ſigillatim his verbis loquitur: *Fieri tamen non poteſt, ut contra* NATURAM SUAM DIVINITATE PRAEDITAM *faciat aliquid vel patiatur inordinatum.* Alio loco *Cap.* 7. §. 129. *p.* 327. ſtellas probat *prudentis naturae eſſe ob aeternam actuum ſuorum conſtantiam, nulli poenitudini obnoxias.* Quibus rebus aliisque explicatis, ad daemones progreditur, eosque mediae eſſe inter ſtellas, ſeu Deos in ſtellis habitantes, & inter homines naturae, aſſerit: ex quo per ſe liquet iterum, pro Diis ſidera ab eo fuiſſe habita. Qui enim ipſis daemonibus ſunt praeſtantiores & excellentiores, quid ſunt, niſi Dii? Sed ipſum hujus diſputationis initium, quod ad rem, quam agimus, conficiendam non parum valet, non pigebit deſcribere, §. 130. *p.* 328. *Quere quam ſit* DIVINUM QUIDEM ET IMMORTALE GENUS ANIMALIUM COELESTE, SIDERUM; *temporarium vero & occiduum paſſionique obnoxium terrenum, —— neceſſe eſt, aliquod genus medium fore, quod tam coeleſtis, quam terrenae naturae ſit particeps, idque & immortale eſſe & obnoxium paſſioni. Talis porro natura daemonum eſt, opinor, habens cum* DIVINITATE (ſtellis) *conſortium propter immortalitatem, habens etiam cum occiduis cognationem.* Tot ergo Deos, quot coelum ſtellas habet, *Chalcidius* numeravit. Refero & huc, quod de ſole tradit ex *Platone Cap.* 11. §. 245. *p.* 368. *Idem auctor* (Plato) *ſolem quidem ſimulacrum eſſe ait inviſibilis Dei, oculum vero ſolis & ſplendidiale quiddam, ut ſit* EMINENS SOL INTELLIGIBILI MUNDO SUUS, *huic ſimilis in ſenſili globus iſte ignitus lucifer, cujus ſimulacrum id lumen, quo illuſtratur vitae animalium. Platonis* quidem hic explicare tantum videtur *Chalcidius* ſententiam: eam vero quin ipſe approbaverit, quum omnia *Platonis* ſua faciat decreta, nemo dubitet. Igitur in mundo, quem νοητὸν ſeu mente comprehendendum Platonici nominant, ſolem eſſe quendam *intelligibilem*, eumque Deum arbitratus eſt, cui ſol iſte reſpondeat, qui noſtris lucet oculis. Nam *Platonis* dictum: *Sol eſt ſimulacrum inviſibilis Dei*, hoc ſibi velle affirmat, eſſe *ſuum eminentem ſolem intelligibili mundo*: ex quo apparet, illum, quem *eminentem* nuncupat, ſolem Deum ipſi viſum eſſe.

Divinandi artes quod nonnullis in locis laudat & commendat *Chalcidius*, id aliud ego ſignum profani & a Chriſtiana religione abhorrentis animi eſſe judico. Non is ego ſum, qui putem, neminem divinationi & rerum futurarum ſcientiae tribuere poſſe aliquid, niſi idem univerſam *Chriſti* diſciplinam repudiet: nec enim multos eſſe ignoro, qui Aſtrologiae, Chiromantiae, & reliquis hujus generis ineptiis non mediocre ponunt pretium, nec tamen propterea Chriſtianam religionem deſerunt. At qui illis ducitur divinandi modis, in quibus ante natum Servatorem non ultimum ſuperſtitionis inter Graecos & Romanos vigentis praeſidium fuit poſitum, quales ſunt oracula, auguria, auſpicia, nec modo magnam in his rebus vim ineſſe opinatur, ſed etiam daemones illis propitios praeſidere autumat, is qua ratione locum inter eos tueri queat, qui proprie *Chriſti* nominantur aſſectatores, equidem vix ac ne vix quidem intelligo. Talis autem *Chalcidius* noſter fuit: quod haec ejus verba teſtatum faciunt *Cap.* 7. §. 183. *p.* 346. *Aut enim altum volatu, aut extis, aut oraculis homines praemonentur, praedicente* ALIQUO PROPITIO DAEMONE, *qui ſit eorum omnium, quae deinceps ſequuntur, ſcius: perinde ut ſi medicus juxta diſciplinam medendi praeciret vel exitium vel ſanitatem.* Oracula, auſpicia, & auguria qui contemnenda negat eſſe, propitiumque daemonem in his divinationis generibus virtutis

zoogeu (*) *agunt.* Fateor, disciplinam haecce verba citius *Platonis* olent, quam [a] *Christi.* At patet ex illis tamen, *Chalcidium* tales ignorasse naturas, quales Platonicorum *henades* & *noës* erant, atque tres tantum divinas credendas proposuisse hypostases, quibus omnes animas subjecit. Agmen claudet *Theodoreti* locus ex *Libro* ejus (*e*) *de principio*: Τῶν Πλάτωνος Δόγματων διαπτύσσοντες ὁ Πλωτῖνος καὶ ὁ Νουμήνιος, τρία φασὶν αὐτὸν εἰρηκέναι ὑπερχρονια καὶ ἀΐδια, τἀγαθὸν, καὶ νοῦν, καὶ ἕ παντὸς ἡ ψυχή· ὃν μὲν ἡμεῖς πατέρα καλοῦμεν, τἀγαθὸν ἑρμηνεύοντες, νοῦν δ' ὃν ἡμεῖς λόγον προσαγορεύομεν, ἡ ὃ τὰ πάντα ψυχοῦσαν καὶ ζωοποιοῦσαν δύναμιν ψυχὴν καλοῦσι, ἣν πνεῦμα ἅγιον αἱ Γραφαὶ προσαγορεύουσι λόγοι· καὶ ταῦτα ὃ ἐκ τῶν Ἑβραίων φιλοσοφίας καὶ Θεολογίας στοιλεγεν. *Plotinus ac Numenius explicantes Platonis mentem, tria inquiunt a Platone posita fuisse, quae sint supertemporalia & aeterna, ipsum videlicet bonum, mentemque, & hujus universi animam. Vocat enim bonum, quem nos dicimus patrem, mentem vero seu intellectum, quem nos filium verbumque appellamus, potentiam vero, quae animet omnia vivificetque, animam vocat, eam ipsam videlicet, quam Spiritum sanctum litterae sacrae appellant. Atque haec ipsa ex Hebraeorum sapientia & Theologia subducta sunt.*

Haec omnia quum ita sese habeant, non possum, quin hic omnes ad divinae providentiae laudes & venerationem excitem, cujus egregia & admirabili procuratione contigit, ut doctrina haec de tribus in Deo personis tot non modo invenerit jam ante natum Servatorem inter gentes superstitionibus infectas approbatores, sed ipsos etiam mirifice ceperit philosophos, quorum prae ceteris major exstitit sapientiae & eruditionis gloria. Voluit praepotens Numen hac via atque ratione praeparari animos eruditorum hominum ad sanctissimam Servatoris nostri disciplinam tanto postea avidius & libentius recipiendam. Neque huic divino consilio eventum respondisse alius negaverit, quam is, qui rerum antiquis temporibus

sunc documenta edere perhibet, is cum ipsa religionis Christianae fundamenta violat, utpote quibus nihil magis adversum est, tum tacite significat, non displicere sibi ritus, caerimonias, & cultum, quibus daemones oraculis & divinationi praesidentes placare solebant sacerdotes. Hoc vero est approbare, in quo anima veluti religionis ethnicae residebat.

Ad extremum si *Chalcidium* a *Mose*, aut a *Mosis*, quas esse putat, sententiis dissidere, quin confutare eas ac refellere, planum fecero, certos fore omnes arbitror, nec *Mosen* ipsi auctorem a summo Numine edoctum, nec libros eius divinos visos esse. *Mosis* vero divinam auctoritatem rejicere, id vero idem est, quod primis religionis Christianae initiis bellum movere. Hoc igitur luculento probatum exemplo dabo. Incipit *Chalcidius Cap.* 13. §. 293. *p.* 338. *s.* in veram *Platonis* de silva seu materia sententiam inquirere. Sub exordium vero disputationis obscuram & ancipitem esse hanc quaestionem fatetur, quoniam auditores *Platonis* in magna varietate sententiarum hac de re positi sint. Quamobrem praecipuas primum opiniones Platonicorum enumerat. In his post alias & eorum recensct dogma, de quo nos copiose alio loco disseruimus, qui *Platonem* duplicem mundo animam dedisse, alteram maleficam, silvaeque seu materiae idcirco propriam, quamvis turbulentam & male ordinatam, animam adscripsisse, asseverant. Atqui hanc opinionem Hebraeis quoque seu *Mosi* placere perhibet: *Quibus*, inquit, *Hebraei concinunt, quum dicunt, homini quidem a Deo datam esse animam ex inspiratione coelesti, quam rationem atque animam rationalem appellant: mutis vero & agrestibus ex silva rationis expertem, jussu Dei, vivis animantibus & bestiis, terrae gremio profusis: quorum in numero fuerit etiam illa serpens, quae primitias generis humani malis suasionibus illaqueaverit.* Hebraeorum philosophiam si omni maiorem exceptione credidisset *Chalcidius*, *Mosenque* ab ipso Deo statuisset institutum esse, haud sibi licere credidisset ab hac sententia discedere, atque aliam ei contrariam amplecti. Id vero licitum sibi ducit esse, neque tantum silvam omni anima, forma, qualitate vacuam esse pronuntiat, verum etiam hanc, quam Hebraeorum putat esse, opinionem una cum aliis refellit. *Recte igitur*, inquit inter alia §. 314. *p.* 392. *nostra est opinio, neque ignem, neque terram, neque aquam, nec spiritum esse silvam; sed materiam principalem & corporis primam subjectionem, in qua non qualitas, non quantitas, non figura,*

Digitized by

bus geſtarum prorſus neſcius & ignarus eſt. Recentiores vero Platonici, quos rei Chriſtianae in primis adverſatos eſſe accepimus, tantum ad extremum indignationis ex hac utriusque diſciplinae, Platonicae nimirum ac Chriſtianae, conſenſione concipiebant animo, ut non modo multas inferrent vero de Trinitate dogmati injurias, de quibus ſupra jam expoſuimus, quo facilius plurium Deorum cultum & reliquas ſuperſtitiones defendere poſſent, verum etiam omnem, quam a priſcis traditam habebant, de Trinitate divina doctrinam penitus everterent, immutarent, & innovarent, miſſisque tribus principiis, quae *Plato* poſuerat, quatuor, quinque, immo plures in Deo perſonas fingerent. Certe probabilior nulla cauſſa, quare has mutationes ſuſceperint, afferri poteſt, quam Chriſtiani nominis odium. Igitur, quod nemo antea auſus fuerat, principes aliam quamdam ſupremam & multo excellentiorem naturam divinae Triadi praeficiebant, quam reliquis ejus perſonis nullo modo aggregari, verum ſeparatim conſiderari ac ſpectari volebant. Atque ſuſpicor ego, (*f*) *Jamblichum* primum eſſe commenti hujus auctorem, qui in *Libro de myſteriis Aegyptiorum*, quo id agere videtur, ut, quas ipſe adoptaverat, ſententias Aegyptiorum placitis conſentaneas eſſe convincat, hoc modo diſſerit: Πρὸ τ ὄντως ὄντων κ τ ὅλων ἀρχῶν ἐστι Θεὸς εἷς, πρῶτος κ μ πρώτη Θεῶν κ βασιλεὺς, ἀκίνητος ἐν μονότητι τ ἑαυτῆ ἱδρυμένος· οὔτε γὰρ νοητὸν αὐτῷ ὑπιπλέκεται, ἔτι ἄλλο τι· ἀλλ' ἀνεγκλινὲς κ ἵδρυμα μ ἰδρυ μ ἔχει αὐτοπάτορος, αὐτογένη, κ μονοπάτορος Θεὸν ἔχοντος ἀγαθόν· μεῖζον γάρ τι κ πρῶτον, κ πηγὴ τ πάντων, κ πυθμὴν τ νοερῶν πρώτων ἰδεῶν ἐστιν· ὅπου γ μ ἐνὸς τούτου ὁ αὐτάρκης Θεὸς ἑαυτὸν ἐξέλαμψε· διὸ καὶ αὐτοπάτωρ καὶ αὐτάρκης· ἀρχὴ γὰρ ἔστος καὶ Θεὸς Θεῶν, μονὰς ἐκ μ ἑνὸς, σεμνός, κ ἀρχὴ τ οὐσίας. *Ante eas res, quae vere ſunt, & ante principia univerſarum rerum eſt Deus unus, prior etiam principe Deo ac rege: eſt ille immobilis, in ſolitudine ſuae unitatis permanens: neque enim intellectuale ei immiſcetur, neque ali-* [733 a]

ra, non forma ſit ex propria natura; ſed virtute opificis haec ei conjuncta & connexa ſunt, ut ex his univerſo corpori & ſingillatim perfectio, & communiter varietas comparetur. Satis multa do *Chalcidio*: quas ob res ita cenſeo, nec omnino in eorum numero hunc poni hominem debere, quibus univerſa exoſa & inviſa fuit Chriſtiana religio, nec illis rurſus aggregandum, qui Chriſtianam diſciplinam amplexi ſunt, ſed ad medium illud philoſophorum genus amandandum, quod nec amabat plane, nec odio habebat Chriſtianos, ſed ex utraque religione ea ſibi ſeligebat, quae probabilia videbantur, & peculiarem de rebus divinis philoſophiam contexebat, cujus tamen princeps auctor *Plato* erat.

(*) *Fabricius* recte emendavit: lege, poſt *Rigaltium*.

(*e*) *De principio*] Potius *de principiis*, aut *Sermone ſecundo de affection. Graecor. curand. T.* II. *Opp. p.* 496.

(*f*) *Jamblichum*] *De myſteriis Aegyptior. Sect.* VIII. *Cap.* 2. *p.* 158. Hunc vero non nimis attentus *Jamblichi* locum inſpexit vir doctiſſimus. In hoc enim nec de tribus rerum principiis, quae familia ſibi fingebat Platonica, nec de uno ſummo ſimpliciſſimoque Deo, quem hujus generis aliqui ſupra tria collocabant principia ſua, vel minima mentio exſtat. *Jamblichus* duo tantum ponit rerum initia ſeu divinas hypoſtaſes, alterum Deum ſimpliciſſimum & rebus omnibus, quae cogitari poſſunt, ſuperiorem, alterum ex hoc ſummo Deo genitum, & neſcio qua ratione procreatum. Ex his vero binis rerum principiis Deos aetherios, empyrios, & coeleſtes ciïc ortos, ſignificat. Αὗται μέν εἰσι, inquit, αἱ ἀρχαὶ πρόσθετα πάντων, ἃς Ἑρμῆς πρὸ τ αἰθερίων κ ἐμπυρίων Θεῶν προτάξεν κ ἱδρύσατο. *Haec* (bina) *igitur ſunt principia omnium antiquiſſima, quae Hermes ſupra Deos aetherios, empyrios, & coeleſtes conſtituit.* Ceterum quos de generatione ac ortu ſecundi Dei ex principe adhibet dicendi modos philoſophus hic, perſimiles ſunt doctorum Chriſtianorum formulis, quibus aetate illa aeternam filii Dei ex patre generationem explicare ſolebant: quod multis quidem, ſi res id poſceret, *Baſilii*, *Cyrilli*, & aliorum dictis oſtendere liceret. Quamobrem in eam fere inducor ſententiam, *Jamblichum* cum rem ipſam, quam tradit, de Dei ſecundarii ex primario generatione, tum loquendi, quibus utitur, rationes a Chriſtianis ſumſiſſe, atque, ut multis aliis in rebus, ita & in hac doctrinam eorum imitatum eſſe.

(*g*) *Ve-*

Digitized by Google

aliquid aliud: esque exemplar ipsius, qui est sui pater ipsius, & de se genitus, & unipater Deus, & vere bonus. Est enim majus quid & prius, fons omnium, & radix intelligibilium idearum primarum entium. Ab hoc autem uno Deus per se sufficiens semet ipsum explicuit: proinde est sui pater & sibi sufficiens. Est enim hic & principium & Deus Deorum, unitas ex uno, supereſſentialis, & essentiae principium. Hic, si quid ego intelligo, *Jamblichus* simplex quoddam & unum esse contendit, quod ordine naturae ipsa prima trium divinarum personarum, quam πάγαδα & μονάδα appellant Platonici, prius sit & melius. Postea doctrinae huic *Proclus* nomen dedit, qui his eam verbis exprimit: (*) Πανταχῦ ὁ Πλάτων ἀπὸ τῦ πλήθυς ἐπὶ τὰς ἑνάδας ἀνατρέχειν εἴωθεν· μᾶλλον ἢ καὶ πρὸ τῦ Πλάτωνος ἡ τῶν πραγμάτων τάξις πρὸ τῦ πλήθυς ἐν ἀεί ἐστι, καὶ πᾶσα θεία τάξις ἀπὸ μονάδος ἄρχεται· δεῖ μὲν γὰρ ἐκ τελάδος προϊέναι τὸν ἀριθμὸν τὸν θεῖον, ἀλλὰ πρὸ τῦ τελάδος ἡ μονάς· ἔστω μὲν ἓν καὶ οἱ δημιυργικοὶ τριᾶς, ἀλλά τις ὁ πρὸ τῶν τριῶν ἑνὰς· ὑφεμία γὰρ τῶν θείων τάξεων ἐκ πλήθυς ἄρχεται· οὐκ ἄρα ἀπὸ τελάδος ἄρχεσθαι δεῖ τὸν δημιυργικὸν ἀριθμὸν, ἀλλ' ἀπὸ μονάδος. *Ubique Plato a multitudine ad unitates assurgere solet. Verum & ante Platonem juxta ipsius naturae ordinem ante multitudinem unum est aliquid: immo quilibet ordo divinus ab uno incipit. Etenim fas licet sit, numerum divinum a Trinitate progredi, Trinitatem tamen antecedit unitas. Igitur, quamvis tres sint hypostases creatrices, has tamen unum aliquid oportet, antecedere: nec enim ullus ordo divinus a multitudine incipit. Quare sic statuo, numerum demiurgicum non incipere debere a Trinitate, sed a Monade ante Trinitatem per se sola stante.* Hic primo quidem in eo est, ut ipsum huic dogmati *Platonem* amicum fuisse doceat: at paullo post veretur quasi, ne ab hoc destituatur. Quare ad ipsum confugit naturae ordinem, eumque prorsus essagitare asseverat, ut simplex quoddam unum, idque per se constans, statuamus tres divinas personas, orbis hujus conditores, antecedere, easque capitis instar gubernare. Nec ignota fuisse videtur *Cyrillo Alexandrino*, qui *Proclum* aetate superat, *Jamblicho* vero junior est, haec veteris disciplinae *Platonis* corruptio & immutatio: non ita pridem enim post aetatem *Porphyrii* hanc esse natam ait sententiam, quam diximus. Afferam ipsa ejus verba: (†) Ἀλλ' εἰ μὲ σεσωμένοι ἢ πρὸς τῶν ἑλλήνων, φάσκοντες μὴ δεῖν ΤΑ ΓΑΘΟΝ συναριθμεῖν τοῖς ἀπ' αὐτῦ. Ἐξηρέθη γὰρ ἀπὸ πα-

(*) In Timaeum Lib. II. p. 93. (†) Contra Jul. Lib. VIII. p. 371.

(*g*) *Vestigia*] Quonam tempore coeperit, quibusque natum sit auctoribus dogma illud *Procli* & aliorum ex genere Platonico, quod divinae Triadi reliquorum Platonicorum principatum detrahit, & supra illam summum aliquem Deum eminere scisicit, haud equidem audeo constituere. Viro autem doctissimo, qui post aetatem concilii Nicaeni a Platonicis, odio religionis Christianae inflammatis, illud excogitatum esse sibi persuadet, nullo modo assentior. Post concilium Nicaenum, quum ubique jam floreret *Christi* religio, parum verisimile est, Platonicos dedita opera veterem sectae suae doctrinam pervertisse, ne commune aliquid ea cum praeceptis Christianorum habere videretur. Namque id aetatis multum hujus familiae intercrat, ne tota videretur a disciplina Christiana, quae late regnabat, summorumque imperantium auctoritate nitebatur, abhorrere. Quam ob causam praecipui sectae hujus magistri ac duces, *Hierocles*, *Themistius*, & alii, multo id egerunt diligentius, ut scita sua ad normam accommodarent Christianae religionis, quam ut perpetua utramque disciplinam discordia disiungi docerent. Exstant vero jam diu ante *Jamblichi* & *Procli* tempora dogmatis, de quo nunc agimus, vestigia. De *Philone* nunc tacebo: quem tamen supra jam ostendi non tam tres, quam quatuor divinas numeraſſe naturas: adducam vero *Hermetis* locum a *Cyrillo Alexandrino* servatum, in quo unum illum Deum, tribus principiis secundaris majorem, animadvertisse mihi videor: Λέγει δὲ καὶ Ἑρμῆς ἐν λόγῳ τρίτῳ πρὸς Ἀσκληπιόν· ἀ γὰρ ἐφικτὸν ἐστι τοῖς ἀνθρώποις τοιαῦτα μυστήρια παρέχεσθαι· ἀλλὰ τῷ νοὶ μόνῳ· ἓν γάρ ἐστι τοῦτο πρὸ φαῦλης τοῦ σώματος, καὶ ἔστιν ἀεὶ τῶν τοιῶν φαντασιῶν, καὶ οὐδὲν ἕτερον ἐστι, ἃ τάττει ἑάυτὸν, αὐτὸ ἑαυτῷ ἐστι, αὐτὸ ἑαυτῷ ΝΟΥΣ, καὶ ΦΩΤΙ, καὶ ΠΝΕΥΜΑΤΙ πάντα ταῦτα. *Ait etiam Hermes sermone tertio ad Asclepium: Fieri non potest, ut*

in

Digitized by Google

πάσης κοινωνίας ἀφ' τὸ τὸν ἁπλῶν πάντη ἐκ ἄδικον πρὸς συμβάσεως· ὃν ἡ ΝΟΥΣ (ἀρχὴ γὰρ ἐκεῖνος) ἡ Τελείαν μίαν σωθῆναι. *At praedicti illi huic adverſantur doctrinae* (*Porphyrii* nimirum & Platonicorum veterum.) *Dicunt enim, bonum non eſſe iis rebus connumerandum, quae ab eo proficiſcuntur. Exemtum eſſe illud ab omni communione, propterea quod ſimplex omnino ſit nulliusque compoſitionis capax. A* MENTE *vero* (*haec enim principium eſt*) *Trinitatem unam procedere.* Intereſt nonnihil inter hanc, quam *Cyrillus* exponit, & *Jamblichi* ſententiam. Hic enim primam, quae ſimplex illud unum excipit, divinae Trinitatis perſonam τελεῖον, ille vero νοῦν ſeu *mentem* vo- 734
cat. Verum tota haec de verbis eſt diſſenſio: neque aliter etiam, atque ipſi, [a]
hac de re cenſet, qui poſt eos vixit, *Proclus*. Quocirca nullum mihi eſt dubium, quin poſt concilii Nicaeni tempora & *Athanaſii* aetatem, quum a doctoribus Christianis dogma de Trinitate accuratius expoſitum & communitum eſſet, idemque acrius & vehementius urgeretur, quam antea, *Jamblichus* aliique ſcholae Platonicae magiſtri, quos ſanctiſſimae religionis noſtrae odium urebat, *Platonis* de Trinitate placita, quae in ſua Chriſtianos commoda trahere graviter ferebant, tum primum plane refinxerint ac immutaverint. Hi ergo primi quatuor inducebant perſonas, rejectis tribus *Platonis* principiis: quarum quidem primam ceteris negabant parem eſſe, neque tribus reliquis connumerari volebant. Omnes autem, gradu licet differrent, univerſales tamen eſſe, aut totam rerum univerſitatem comprehendere, id eſt, infinitas & omnipotentes eſſe, nullam contra ad res pertinere creatas, tuebantur. Certe ante tempora haec, aut *Jamblichi* aetatem, nemo unus Platonicorum vel ſomniando in eam cogitationem incidit, ut ſibi quatuor eſſe hypoſtaſes ſtatuendum putaret, quarum una tribus ceteris praeſtantior eſſet & excellentior. *Plotinus* ſine ullo circuitu neque plures neque pauciores tribus eſſe perſonis poſſe decernit. Ipſe *Proclus* majores de tribus tantum Diis philoſophatos eſſe non diffitetur. *Numenius* denique, qui utrumque anteit aetate, ipſum *Socratem* jam ante *Platonem* tres profeſſum eſſe Deos, id eſt, tria rerum principia ſeu hypoſtaſes, affirmat: (*) τρεῖς θεοὺς πατρικοὺς ὑποτίθεται: qua in re Pythagoreorum ſequutus eſt (*g*) veſtigia.

Is

(*) Ap. Euſebium Praep. euang. Lib. XIV. C. 5. (p. 728.)

in rudes & non initiatos haec myſteria efferantur; ſed mente audite: Una erat tantum lux intellectualis ante lucem intellectualem, & eſt ſemper mens mentis clara & illuſtrans, nec aliud quidquam erat, quam hujus unitas, ſemper in ſe ipſa exiſtens, ſemper ſua ipſius mente, & luce, & ſpiritu omnia complectitur. Cyrillus Lib. I. adv. Julian. p. 35. Ab ipſo *Hermete* haec eſſe verba profecta, tueri nolim: at *Jamblichi* aetate hoc eſſe teſtimonium antiquius, qui *Hermetis* novit ſcripta, dubitaturum eſſe opinor neminem. Meminit autem *Hermes* hic, quisquis demum fuerit, unius ſimpliciſſimi ſupremique luminis, quod νοῦν νοὸς, *mentem mentis*, appellat. Huic poſtea lumini tria ſubjicit alia, νοῦν, φῶς, & πνεῦμα, *mentem, lumen*, & *ſpiritum*, quum ſummum lumen *ſua mente, luce, ac ſpiritu* gubernare ac complecti univerſa tradit. Unum ergo hic habemus Deum, quo nihil eminentius, tresque naturas minores, quibus mundi ab eo gubernatio & praefectura commiſſa eſt. Quid? quod nec ipſi majorum quaſi gentium Platonici valde ab hoc dogmate fuiſſe alieni videntur. Supra *Plotinum*, *Porphyrium*, *Amelium* animam mundi duplicem effinxiſſe ingenio vidimus, alteram coeleſtem, & ab omni remotam materia, alteram vero in materiam immerſam, & per eam fuſam & intentam. Mundi vero animam qui binas in naturas ſecant ac dividunt, aut nullo aut exiguo ſane diſcrimine diſtant ab illis, qui tribus principiis unum ſummum Deum praeficiunt: utrisque quatuor ſunt rerum principia, tametſi non eodem modo animi ſui de illis ſenſa explicent. Fateamur igitur, nec a *Jamblicho* poſt concilii Nicaeni tempora, nec a *Procło*, quod *Dion. Petavius Lib. I. de Trinit. Cap. 1. §. 4. ſ. p. 15. ſ. Tom. II. Dogm. theol.* ſibi perſuaſit, fluxiſſe hanc ſententiam, ſed multis annis his philoſophis antiquiorem eſſe. Cauſſam ſi quis quaerat ex me, quae Platoni-

Digitized by Google

735 [a] Is ipse *Proclus*, quem diximus, praeterea non modo *Hentades* & *Noës* illas commiscebatur, de quibus supra exposuimus, verum etiam certas quasdam alias excogitabat Trinitates, unam exempli causa, quam ex prima essentia, prima vita, & prima intelligentia constare dicebat, nec non alias quasdam, de quibus nunc commentari nolo: ex quibus, quanta fuerit ingenii ejus scabies, per se liquet. Atqui haec hominis temeritas veterem illam & divinitus traditam de *tribus hypostasibus principalibus* doctrinam prorsus adulterabat, conturbabat, nativoque nitore atque castitate sua plane denudabat.

Istum igitur res Christiana fructum cepit ex hac consensione veterum praeceptorum *Pythagorae Platonis*que de tribus in Deo personis, & eorum, quae *Christi* probant discipuli, ut philosophi Diis olim amici citius ad Christiana se conferrent sacra, quam fecissent alioquin, si toto genere disjuncta fuisset *Platonis* & *Christi* disciplina. Est vero & alia concordiae hujus opportunitas, quae ad nostra quoque permanat tempora, & haud dubie sapienti consilio a Deo provisa fuit. Sunt ingenia, quibus temeritas & arrogantia sapientiae loco est, quae dogmate de Trinitate audacter clamant nihil esse a vera ratione remotius: negant, quemquam mortalium vim ejus ingenio comprehendere posse: inter res denique, quae nullo modo fieri queant, totum hocce referunt, quod de tribus in Deo personis dicitur. Atque haec nonnullos eorum opinio impulit, ut, Christiana religione omnique divinae patefactionis auctoritate spreta & repudiata, in eorum castra concederent, qui *Deistae* vocari solent. Sunt alii, qui perhibere non verentur, doctrinae hujus vindices hominibus ad summam superstitionem rerumque creatarum cultum duces & auctores esse. Utrumque genus hoc ea, quae de cognatione Platonicae & Christianae Trinitatis disseruimus, coërcent ac refellunt. Quid enim, quaeso, his magis contrarium est sententiis, quam quod veterum philosophorum ingeniosissimi & perspicacissimi, Platonici & Pythagorei, quos nulla vis, ut ita sentirent, constringebat, qui nullis instructi erant divinis litteris, quarum fortassis auctoritate acies mentis eorum praestringeretur, qui denique libere animorum suorum sensus & dictata rationis explicabant & sequebantur, non modo divinitatem tribus contineri personis aeternis, nec creatis affirmarunt, sed etiam dogmate hoc ita delectati sunt, ut in eo fundamentum & initium reliquae omnis de Deo doctrinae constituerent?

Hactenus quae a nobis disputata sunt, ea veteres declarant & germanos *Platonis Pythagoraeque* discipulos neque ullam Trinitatis suae personam sibi soli esse relictam & ab reliquis divulsam credidisse, neque etiam pro θεοῖς eas γνωστῶς aut *Deis creatis* habuisse, verum omnes naturas putasse non creatas esse, aeternas, necessario existentes, immutabiles, universales, id est, infinitas & omnipotentes, causas denique, principia, & conditores totius terrarum orbis. Ex his autem essi-

cos in hanc opinionem detruserit, equidem immoderatum illud subtilitatum studium & immensam res ignotas edisserendi cupiditatem, quae semper in hoc genere exstitit, ad hanc etiam eos duxisse sententiam, respondebo. Viderint tamen sapientiores, an, quae jam afferam hac de re, sibi satisfaciant. Primum Platonici certi erant, tres esse potestates, ut loquebantur, δυναμεις seu tres naturas divinas constructioni & gubernationi hujus universitatis praefectas. Quidquid vero rem quamdam comparat, curat, tuetur, gubernat, & continet, aut ad rei cujusdam compositionem & administrationem confert aliquid, id necesse est vim aliquam intelligendi & operandi habeat. Eo igitur quum Platonici ingenii sui acie sese extulissent, ut summum Numen omni vacare intelligentia, sapientia, cura, & operatione praeciperent, quod multos fecisse aliquoties jam animadvertimus, con-

ci-

Digitized by Google

citur, quod iidem singulas divinitatis personas divinis affecerunt honoribus, id nullo modo argumento esse, eos in Deorum plurium cultoribus numerari debere. Ego vero hoc de Platonicorum Trinitate argumentum propterea tanto studio sum. persequutus, quoniam infra, quum ad religionis Christianae ventum erit defensionem, non plane nullum nobis haec disputatio fructum afferet. Ibi enim ostendendum nobis erit, quum eo potissimum consilio coelo demissa sit religio haec, ut perversissimis gentium superstitionibus, quae naturas creatas Deorum loco colebant, modus poneretur, fieri nulla ratione posse, ut propter cultum, quem Servatori *Jesu Christo*, & Trinitati, patri, filio, & spiritui sancto exhibent Christiani, ejusdem criminis & insanae religionis insimulentur. Neutram enim harum personarum divinarum, si eos audiemus, qui recte Christianae disciplinae naturam perspiciunt & intelligunt, in rebus creatis haberi: tametsi, qui *Arii* amplectuntur placita, binas posteriores in rerum conditarum ordinem referunt. Haec una certe potissimum ratio mentes veterum inflammabat doctorum, ut tanto studiosius *Arii* factionem debellarent, quod, si ea vinceret, fore intelligebant, ut *Christi* religio, quam Deus ad exstirpandum & evertendum plurium Deorum cultum largitus erat hominibus, ejusdem vitii & delicti rea fieret, quod in reliquis populis deletum & exstinctum esse Deus cupiebat. Exstant, quibus hoc probare possem, plurima *Athanasii*, *Basilii*, *Gregorii Nysseni*, *Gregorii Nazianzeni*, *Epiphanii*, *Chrysostomi*, *Hilarii*, *Ambrosii*, *Augustini*, *Faustini*, & *Cyrilli Alexandrini* testimonia: qui quidem omnes *Arium* & sectatores ejus, quia verbum, aut Dei filium, nostrumque Servatorem *Jesum Christum*, quem in creatis contendebant esse naturis, divinis decorabant honoribus, idem asseverant admittere crimen, quod in reliquis populis *Christi* ferre nolebat disciplina. Unus ex multis nobis sufficiet *Athanasii* locus ex *quarta in Arianos Oratione*, qui memoratu prae ceteris dignus est (*): Διατί ὖν οἱ Ἀρειομανῖται, τοιαῦτα λογιζόμενοι καὶ νοοῦντες, οὐ συναριθμοῦσιν ἑαυτοὺς μετὰ τῶν Ἑλλήνων; καὶ γὰρ κἀκεῖνοι, ὥσπερ ἔφη, τῇ κτίσει λατρεύουσι παρὰ τὸν κτίσαντα τὰ πάντα θεόν. —— εἰ γὰρ οἱ μὲν Ἕλληνες ἑνὶ ἀγενήτῳ καὶ πολλοῖς γενητοῖς λατρεύουσι, ἔστι γὰρ ἑνὶ γενητῷ καὶ ἀγενήτῳ, οὐδ' ἔστιν ὅμοιον φρονοῦσιν ἀλλήλων· ὃ τε γὰρ παρ' αὐτῶν λεγόμενος εἷς γενητὸς ἐκ πολλῶν ἐστι, καὶ οἱ πολλοὶ γὰρ πάλιν τῶν Ἑλλήνων ἓν αὐτὸν τοῦτον φύσιν ἔχουσι, καὶ ἅπαντες γὰρ κἀκεῖνοι κτίσματά εἰσιν· ἄθλιον καὶ πλέον ὅσον ἐβλάσφημαν καὶ ἄκρως φρονοῦντες· ἐξέπεσον γὰρ τῆς ἀληθείας, καὶ τὸν μὲν Ἰουδαίων θεοσέβειαν ὑπερέβησαν δεινόμενοι τὸν Χριστὸν, τοῖς δὲ Ἕλλησι συγκυλίονται, κτίσμασι καὶ διμόροις θεοῖς λατρεύοντες οἱ θεοσυγεῖς. *Cur igitur Ariani, quum hoc in sensu sint, sese non annumerant gentilibus? siquidem ambo plus creaturam colunt, quam Deum, qui omnia creavit ac condidit.* —— *Quamvis enim ethnici uni serviunt Deo increato, & multis creatis; illi autem* (Ariani) *uni Deo increato, & alteri creato; haud tamen multum discriminis inter eos & ethnicos intererit. Namque is alter Arianorum Deus, quem creatum censent, unus est ex multitudine Deorum gentilium: & vicissim gentiles Dii eandem, quam ipse Deus Arianus,*

(*) P. 468. 469.

sequens erat huic opinioni, ut eumdem ab omni procuratione huius orbis plane segregarent, atque a naturis creatricibus, quarum tres tamen esse volebant, removerent. Trita deinde erat Aegyptiorum & omnium fere philosophorum orientalium sententia, quam gens Platonica suam fecerat, summi Numinis naturam ita esse reconditam & abstrusam, ut nemo unus mortalium de ea differere & verba facere valeat. Atqui de tribus, quas vocabant, *hypostasibus archicis*, de bono, de mente, de spiritu non pauca dudum erant disputata, & quotidie plura satis commode ac perspicue disputabantur. Quocirca, ne sibimet ipsis refragari, primariumque illud magistri sui de divina ratione

Digitized by Google

nus, naturam habent; creaturae enim sunt. Miseri homines, & quam maximo damno mulctati, qui de Christo male sentiunt. Exciderunt enim a veritate, & Judaeorum proditionem transcendunt, dum Christum abnegant, & cum ethnicis volutantur, creaturis diversisque Numinibus servientes. His in verbis unum est, quod praeteriens veluti illustrabo. Quod *Paulus* de populis perhibet verae religionis ignaris, idem de Arianis pronuntiat *Athanasius*, eos τῇ κτίσει λατρεύειν παρὰ τὸν κτίσαντα. Accusationis autem hujus hanc vim non esse puto, Arianos plus re vera honoris detulisse rebus conditis, quam conditori. Etenim constanter professi sunt Ariani, minorem sese honorem *Christo*, verbo seu filio Dei, quippe quem creatum ducebant esse, exhibere, quam patri seu conditori ejus. Igitur aut hoc exprobrare *Athanasium* arbitror Arianis, eos rem creatam, praeter creatorem, venerari, aut vero illud, eos in loco creatoris, qui solus honores jure divinos poscere potest, naturas creatas adorare. Quod idem rursus *Athanasius* Graecos omnes seu Deorum cultores affirmat ἑνὶ ἀγενήτῳ, *uni Deo non creato*, supplicare, id argumento videtur esse, tres eum Platonicorum personas, quas omnes hi philosophi non esse creatas tuentur, non secus, ac unum integrumque Deum, spectari (*b*) voluisse.

Verum haec leviora sunt. Quae nos in primis animadvertenda ducimus esse in hoc *Athanasii* dicto ceterisque veterum locis, quibus comparationem instituunt inter Arianos & Deorum amicos, illosque, quoniam *Christum*, verbum seu filium Dei, tametsi naturis eum annumerarent factis & creatis, divino honore prosequebantur, eodem sese crimine, quo hos, commaculare statuunt, sequentia sunt. Primum ingenue profitentur, qui sic aggrediuntur Arianos, veteres populos non
733 multitudinem quamdam Deorum per se exsistentium, nec ulli subjectorum capiti,
[b] coluisse, sed unum tantum suspexisse Deum aeternum ac per se necessario exsistentem, cetera Numina omnia naturas duxisse creatas esse. *Athanasius* loco, quem produximus, diserte perhibet, Graecos seu Deorum cultores ἑνὶ ἀγενήτῳ καὶ πολλοῖς γενητοῖς λατρεύειν, *uni Deo non creato, multis vero creatis servire.* Reliqui vero, qui Arianos cum Deorum cultoribus componunt, idem, dum id faciunt, confitentur. Quod si enim veteres populi verae religionis ignari plures venerati Deos essent initii omnis expertes, neque Deo principi subditos, contra jus fasque Ariani, quibus hoc crimen adscribi haud poterat, cum illis collati fuissent. Verum copiose satis supra jam testatum fecimus, Christianorum doctores tam ante, quam post concilii Nicaeni tempora idololatriam & inanium Deorum cultum non situm esse judicasse in multorum Deorum ejusdem gradus, naturae, ordinis, & dignitatis, sed in unius Dei ex se ipso exsistentis, & multorum Numinum inferiorum certo tempore conditorum veneratione. Liceret idem, si vellem, novis hic demonstrare testimoniis. *Gregorii Nazianzeni* ex *Oratione* XXXVII. haec sunt: (*) Τί δαί; ἐγὼ καὶ παρ' Ἕλλησι, φαῖεν ἄν, μέσα θυέτης; οὐκ οἶδα τὸ πλεόνεξον παρ' ἐκείνοις φιλοσοφοῦντες. *Quid autem? dixe-*

(*) (P. 601. T. I. Opp.)

dogma convellere viderentur, supra tres hypostases suas summi Numinis naturam collocabant; de quo silere potius, quam loqui, suos jubebant, eo quod nulli in eam intueri liceat. Alias ex ipsis interioribus philosophiae Platonicae recessibus eruere rationes, si vellem, forte possem. Sed quid opus est, omnes absurdorum dogmatum, quibus familia favit Platonica, rationes & causas in numerato habere?

(*b*) *Voluisse*] Quae ad haec melius dijudicanda valent, ea supra jam explicata sunt, & aliquoties repetita.

(*i*) *Irenaeum*] Aut nimius opinionis, quam ad-

dixerint fortasse: nonne apud ethnicos quoque deitas una est? ut docent, qui plenius apud illos & perfectius philosophantur. Nullum vero illustriorem ac evidentiorem novi ad hanc rem probandam auctorem, quam (*i*) *Irenaeum*, qui de populis Deorum plurium venerationi deditis sic differit: (*) *Ita creaturae potius, quam creatori, serviebant, & his, qui non sunt Dii, ut primum deitatis locum attribuerent uni alicui & summo fabricatori hujus universitatis Deo.* Deinde *Athanasius* omnesque reliqui doctores recte de re divina sentientes, qui Arianos ista, qua dixi, ratione violatae majestatis divinae postularunt, id simul indicant, fieri omnino posse, ut illi, qui unum summum venerantur Numen, orbis totius conditorem, superstitione tamen sese contaminent, & vitia populorum imitentur plures Deos adorantium. Nam & Arianos uni summo Deo supplicasse, controversia vacat, & idem nationes fecisse, quibus fas videbatur multis servire Diis, non inficiantur doctores hi. Tertium, quod observamus, hoc est: *Athanasius* & quotquot, praeter eum, Arianos aggressi sunt Christianorum coetuum antistites cunctos illos *idololatriae* pronuntiant reos esse, qui naturam aliquam creatam, cujuscumque demum ea generis sit, precibus & divinis honoribus afficiunt, etiamsi dicant, sese non eumdem illi, quem supremo Numini, honorem deferre, seu, ut recentiori utar distinctione, non λατρείαν, sed δουλείαν tantum adversus eam observare. Certum enim est, *Arium* cum sectatoribus minus honoris in *Christum* seu filium verbumque Dei contulisse, utpote quem creatum esse putabat, certo tempore factum, mutabilem, multum denique a perfectione summa semotum, quam in aeternum illum Deum, a quo cuncta fatebatur esse comparata, ipsumque filium conditum. Quid? quod iidem concedunt doctores Christiani, ipsos populos illos, qui Diis pluribus officium & cultum tribuebant, πολλοὺς γενητοὺς θεούς, *multos Deos suos*, quos in naturis numerabant creatis, minori religione atque studio prosequutos esse, quam ἓν illud ἀγένητον, *unum illum Deum nec creatum nec genitum.*

Quod si itaque Ariani, qui hoc nihil antiquius habebant dogmate, Deum esse unum, eo tamen nomine in gravissimam incurrerunt reprehensionem, & laesae majestatis divinae a Christianis doctoribus insimulati sunt, quod *Christum* seu filium & verbum Dei, quem rerum tamen creatarum eximi nolebant ordine, inferiori quodam cultus & honoris genere prosequerentur, hos multo magis par erit flagitii illius accusare, qui alias ex naturis creatis, coelestes verbi caussa genios, mentesque hominum defunctorum, divinis excipiendas sibi ducunt honoribus. Nec id quidquam proderit illis ad hanc contumeliam profligandam, quod his naturis 734
multo minus a se tribui honoris & reverentiae dictitant, quam summo & infinite po- [b]
tenti Deo, cujus interminata virtus ac potentia omnia procreavit & finxit, quae cernimus. *Arius* enim ejusque amici, quamvis filium seu verbum Dei ducerent creatum esse, omnium tamen eum naturarum, quas Deus condidit, principem, glo-

(*) Lib. II. Cap. 9. (p. 129. ed. Grabii, p. 126. ed. Massuet.)

adoptaverat vir doctissimus, amor, aut memoriae, cui se commisit haec litteris mandans, debilitas effecit, ut hunc *Irenaei* locum alium hic exhiberet, quam in omnibus legitur codicibus. Ipsa *Irenaei* verba, ut hodie Latine versa exstant, haec sunt: *Illi enim creaturae potius, quam creatori, servientes, & his, qui non sunt Dii, verum tamen primum deitatis locum attribuunt fabricatori hujus universitatis Deo.* Non ineptus prorsus est, hoc si modo legatur, iste locus ad sententiam illam probandam, quam probatam cupit vir eximius; sed nec tamen ita aptus & idoneus, uti foret, si talis esset, qualis hic exstat ab eo productus.

Digitized by Google

gloriſiſſimam, & excellentiſſimam eſſe pugnabant, qua Deus, tamquam inſtrumento, uſus eſſet in reliquis rebus omnibus, geniis hominumque mentibus procreandis. Ergo hi, ſi eam propter cauſſam, quod filium ſeu verbum ipſius Dei inferiori quodam cultus genere honorandum ſibi eſſe putarent, cum illis compoſiti ſunt, qui unius Dei gloriam & majeſtatem violant, quis illis, obſecro, advocatus veniet, qui ceteris naturis, quas filius Dei fecit, geniis nimirum & defunctorum hominum manibus rem ſacram non verentur facere? Huc accedit, quod verbum ſeu filius Dei, tametſi ſic olim Arianis videretur, ad res conditas & factas nullo modo pertinet, atque in ſacris litteris cultu divino & religione noſtra dignus ſine ulla controverſia pronuntiatur. (*) *Adorate eum, omnes Dii*, ſancti vatis vox eſt. Ex quo quidem apparet, Arianos, ſi quis falſas eorum ſpectet opiniones, omnino quidem in divinam legem de uno Deo colendo graviter peccaſſe, attamen, ſi ex ſacris litteris pietas eorum erga Servatorem noſtrum aeſtimanda ſit, totos ab hoc crimine abeſſe. At qui mentes defunctorum hominum & coeleſtes genios precibus & officiis adeunt, his nulla patet omnino ad defenſionem facinoris, quod admittunt, via. Atque hoc in loco non poſſum, quin animadverti jubeam, doctores antiquos neſciviſſe plane diſtinctionem illam, quam hodie quidam tam enixe & ſtudioſe inculcant, divini cultus in λατρείαν & δουλείαν: quarum quidem illam ſummo Numini propriam eſſe perhibent, quod tamquam naturam per ſe exiſtentem & infinite potentem, ſeu conditorem rerum omnium & parentem venerari fas ſit; hanc vero inferius illud reverentiae genus eſſe dicunt, quod rebus etiam a Deo creatis adhibere liceat. Nihil harum ſubtilitatum in mentem venit antiquis doctrinae Chriſtianae tutoribus: quippe qui generatim decernunt, nulla diſtinctionis alicujus ratione habita, divinos honores ſoli Deo, rerum omnium parenti, nec ulli rerum creatarum, deferendos eſſe. Confirmabo, quae dixi, luculento *Athanaſii* pronuntiato ex *tertia* ejus *Oratione*: (†) Εἰ γὰρ διὰ τὴν δόξην ὑπερέχων προσκυνεῖτο, διὰ τὸ ἱκανὸν τῆ ὑπερβεβηκότων τὴν ὑπεροχὴν προσκυνεῖν· ἀλλ' οὐκ ἔστιν οὕτως· κτίσματα γὰρ κτίσμα οὐ προσκυνεῖ, ἀλλὰ κτίσμα θεόν. *Si enim* (Chriſtus) *ideo tantum adoraretur, quia gloria nobis & dignitate ſublimior eſt, par eſſet, ut omnia, quae inferioris ſunt naturae, ſupplicarent illis, quae celſiorem habent indolem. Sed res longe ſecus ſeſe habet. Creatura enim creaturam non adorat, ſed Deum.* Adorationis vero & cultus divini duplex qui genus eſſe volunt, quorum unum λατρείαν dicunt, alterum δουλείαν, hi ſtatuant, neceſſe eſt, non ſolum rerum omnium conditorem invocandum eſſe, verum omne illud generatim cultu quodam aſſici poſſe, quod homine majus eſt & excellentius. His ergo *Athanaſius* hic aperte bellum movet. Ariani, quo hanc recte ſentientium accuſationem, quam expoſuimus, depellerent, humanam tamen *Chriſti* naturam, quam nemo non creatam eſſe fateretur, ab adverſariis ſuis adorari, reſpondebant. Cui exceptioni quomodo ſanioris doctrinae ſtudioſi occurrerint, ipſis *Athanaſii* ex verbis operae pretium erit intelligere: (§) Οὐ κτίσμα προσκυνοῦμεν· μὴ γένοιτο· εἰδωλικὸν γὰρ ἡ Ἀρειανῶν ἐστὶ τοιαύτη πλάνη· ἀλλὰ τὸν κύριον τῆς κτίσεως, σαρκωθέντα τὸν ἐκ θεοῦ λόγον προσκυνοῦμεν· εἰ γὰρ καὶ ἡ σὰρξ αὐτὸν καθ' ἑαυτὸν μέρος ἐστὶ τῶν κτισμάτων, ἀλλὰ θεοῦ γέγονε σῶμα, καὶ ὅτε τὸ ἴδιον σῶμα καθ' ἑαυτὸ, διάφορος ἦν τοῦ λόγου, προσκυνοῦμεν, ὅτε τὸν λόγον προσκυνήσαι θέλοντες, μακρύνομεν αὐτὸν ἀπὸ τῆς σαρκός· ἀλλ' εἰδότες τὸ, ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο, τοῦτον γὰρ ἐν σαρκὶ γενόμενον ἀπαγινώσκομεν θεόν. *Nos minime rem creatam adoramus: abſit hoc cri-*

(*) (Pſ. XCVII. 7. 8. coll. Ebr. I. 6.) (†) (P. 194. T. I. Opp.) (§) Ad Adelph. p. 157. (T. I. Opp.)

Digitized by Google

crimen a nobis: ethnicorum & Arianorum hic error est: sed dominum rerum creatarum, verbum Dei, quod carnem induit, adoramus. Nam tametsi caro ipsa per se pars sit rerum creatarum, attamen Dei corpus facta est, neque nos corpus hoc, divulsum & secretum a verbo, adoramus: quemadmodum vicissim verbum adoraturi, minime verbum a carne longe removemus. Sed quum sciamus illud, quod scriptum exstat: Verbum caro factum est, verbum illud in carne versans ut Deum intuemur. Interjectis aliis, in eamdem haec scribit sententiam: Καὶ γινωσκέτωσαν, ὅτι τὸ κύριον ἐν σαρκὶ προσκυνοῦντες, οὐ κτίσμα προσκυνοῦμεν, ἀλλὰ τὸν κτίσαντα, ἐνδυσάμενον τὸ κτιστὸν σῶμα. *Sciant illi tandem, nos, qui dominum in carne adoramus, non creaturam adorare, sed creatorem corpore creato indutum.* Atque hac adducti sunt ratione doctores Christiani, ut consequenti tempore *Nestorium*, qui carnem sejungebat a verbo, id est, divinam *Christi* naturam ab humanitate 735
ejus, neque talem utriusque naturae communitatem & conjunctionem, qualem [b]
decet, profitebatur, quum nihilo tamen minus Servatorem nostrum *Jesum Christum* deprecaretur, ἀνθρωπλάτρην, *hominis adoratorem* aut *idololatram*, salutarent. Quid multa? Qui existimant, propterea satis sese purgatos esse a crimine contemtae legis divinae de uno Deo colendo, quod sanctorum animas & coelestes genios non eodem genere religionis prosequantur, quo supremum Numen, atque hoc rerum omnium parentem & conditorem, naturamque per se necessario exsistentem, cetera vero, quae colunt, naturas ab hoc creatas esse fateantur, illi talem obtrudunt nobis idololatriae notionem, qualem nemo sanus & sui compos temere recipiet. Etenim eum unice assumunt plurium Deorum cultorem dicendum esse, qui plures uno Deos infinite potentes & rerum omnium creatores esse putet, atque res a Deo creatas pro ejusmodi habeat rerum omnium architectis & fabricatoribus. Id vero est perhibere, neminem hujus flagitii reum esse, nisi eum, qui res credat, quae fieri nullo modo possunt, & toto genere disjunctae sunt. Ita qui statuunt, illi omnes criminis hujus expertes esse pronuntiant, qui unum tantum summum Numen, unumque totius orbis conditorem venerantur: qua quidem in re totam veterum Christianorum de sceleris hujus natura sententiam evertunt ac deserunt.

Hactenus eos repressimus ex Dei religionisque comtemtoribus, qui multitudinem nobis opponunt Deorum, quos antiquitas coluit, ut notionem unius Dei non esse natura in hominum animis informatam efficiant. Copiose scilicet & luculenter docuimus, illos saltim, quibus olim major fuit quaedam humanitatis & eruditionis copia, in hac omnes fuisse sententia, unum tantum esse supremum Numen, istamque Deorum turbam, quam venerati dicuntur esse, nullam esse magnam partem aut commentitiam. Unum enim Deum variis tantum compellarunt nominibus, aut multis sub vocabulis & notionibus, a virtutibus & factis divinis ductis, unum praepotentem Deum coluerunt. Fuisse quidem non inficiati sumus, qui reapse multos Deos observarunt & adorarunt: at neminem simul demonstravimus exstitisse, quin hos Deos omnes inferiores & certo tempore factos duceret, uniusque summi Numinis voluntati & potentiae universam eorum familiam subjiceret.

Nolim tamen, haec ita quisquam interpretetur, ac si neminem umquam mortalium confidenter affirmem in hanc incidisse amentiam, ut plures esse Deos secum statueret ex se ipsis exsistentes & originis omnis nescios. Humanam enim rationem quum adeo videamus depravatam esse & debilitatam, ut, tametsi omnes homines natura anticipationem quamdam Dei sine ulla institutione habeant, quidam ta-

Digitized by Google

tamen ita prolapsi sint, ut Deum penitus de medio tollerent, religionemque funditus delere studerent, quis, quaeso, tantum sibi sumserit, ut nullos umquam extitisse pugnet, qui plures esse Deos ejusdem gradus & dignitatis inepte sibi persuaderent? Nihilo tamen minus eorum, qui plures Deos professi sint inter se pares, ac simul oculis nostris subductos, nulla mihi quidem licuit usquam exempla offendere, si ab illis discesserim, quibus duo rerum principia fingere visum fuit, bonum alterum, alterum vero malum. At *Philo* aliique nonnulli, certi fuisse videntur, tantam nonnullorum inter veteres fuisse dementiam & stuporem, ut multos Deos statuerent esse prorsus inter se similes & aeternos, verum spectabiles, solemque, lunam, ceterasque stellas omnes ejusmodi esse Numina, putarent. Cujus generis si quidam olim fuerunt, neque hi auctores, quod saepius tamen illis usu venit, lapsi sunt; id omni tamen vacat dubio, insignem eorum fuisse paucitatem. Inter tot enim barbaras nationes, quas vel olim floruisse accepimus, vel ex eo tempore, quo navibus ad ultimos Indos accedere ausi sumus, cognovimus, vix ulla reperta est, quae non unum esse summum, altissimum, & infinite potentem Deum statueret.

Igitur, quae adhuc a nobis disputata sunt, ea satis habere roboris opinamur ad ea infringenda & prosternenda, quae adversus Dei notionem comminiscuntur, qui Deum esse, nolunt. Neque tamen nego, me, quum argumentum capitis hujus
736 litteris mandarem, plura constituisse de variis veterum populorum Numinibus, sive
[b] veris, sive fictis, multifariisque religionibus, quibus gentes olim sese alligarunt, differere, quo Christianae religionis veritatem & divinitatem ab adversariorum ejus importunis insultibus vindicarem. Hoc enim in primis sanctissimae huic religioni propositum fuisse, ut impias populorum superstitiones, qui rebus creatis, spreto ac neglecto creatore, serviebant, infinitamque sibi fingebant variorum Numinum turbam, radicitus evelleret & exstirparet, neminem in disceptationem vocaturum esse, arbitror.

Verum doleo, disputationem hanc opinione mea longius productam esse, atque caput hoc justae magnitudinis fines dudum excessisse: quod quidem obstat, ne hoc volumine totum argumentum, quod institui, comprehendam, argumentisque factionis illius, quae ipsi Deo bellum indicere non pertimescit, quod quidem animo proposueram, copiose & ex omni parte satisfaciam. Itaque finem hic disputandi facio, atque ea, quae supersunt in capitis hujus argumento expedienda & declaranda, nec non plenam & absolutam impiae familiae illius, quae Deum tollere cupit de medio, confutationem, si quidem ea necessaria erit, alii reservo volumini, quod, si mihi vitam Deus, vires, & otium concesserit, hoc consequetur. Interea tamen, ne prorsus defuisse videar proposito meo, brevem atque compendiariam dissolutionem omnium argumentorum, quibus caussam suam gens improba, quae Deo insidiatur, exornare tentat, jam subjiciam.

Digitized by Google

00566322
Digitized by Google

Digitized by Google